www.e-rara.ch

Origenis Adamantii, eximii scripturarum interpretis, opera, quae quidem extant omnia, per ... Erasmum Roterodamum partim versa, & vigilanter recognita, partim ab aliis ... translata ... cum ...

Origenes

Basileae, 1557

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-9729

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library

Erasmus
(cum Bd. 1 (von 2))



A. A. Fr. 25.—

CH 34

J. Mey... ...ayn J. Meyer - am Rhyn

ORIGENIS ADAMANTII, EXIMII SCRIPTVRARVM INTERPRETIS, OPERA, QVAE QVIDEM EXTANT OMNIA, PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM partim uersa, & uigilanter recognita, partim ab alijs post ipsum ultra superiorem editionem trãslata, uti ex utriusq; tomi catalogo cognoscitur: cum Præfatione de Vita, Phrasi, Docendi ratione, & Operibus illius: adiectis epistola Beati Rhenani nuncupatoria, quæ pleraq; de uita obituq; ipsius Erasmi cognitu digna continet: tum Indice copiosissimo.



BASILEAE MD LVII
Cum priuilegio Imp. Maiest.

Ex libris Joh. J[illegible].

AD GENEROSISSIMVM VIRVM ET CLARISS. EQVITEM D. ANTONIVM CAVVM, DOMINVM & patronum ſuum, Laurentij Humfridi, in Origenem auctum Præfatio.

NON omnia poſcimus omnes, Mecœnas, ſed alia alijs & placent & diſplicent: Vt in forma ac uultu magnæ diſſimilitudines ſunt, ſic in animis multò maiores etiam uarietates exiſtunt. Nec enim malè dicitur quod à uulgo noſtro dici ſolet, omnes nõ eſſe eiuſdem patris filios, itaq; mirũ non eſſe cur omnes non ſint eadem mente & ſentẽtia: ſed quemadmodum non ab uno omnes accepimus corpora, ita & animus ſuus cuiq; eſt proprius, ab alterius alius & diſſentiens. De ſcriptoribus hodie uariant iudicia hominum, & ſua quẽq; trahit uoluntas & ad legendũ autores, & ad iudicãdum. Nam quidam totum hoc ſcriptorum genus reprehendunt, & nouos & ueteres ſacrarum literarũ interpretes contemnentes: & ſuis delectati ſtudijs & interpretationibus, in ſolis Biblijs ſe dicunt operam malle conſumere, in cæteris neotericis & uetuſtis nullum ſtudium, tempus nullum omnino ponendum eſſe arbitrãtur. Grata multis nouitas, et eam uel ſolum uel maximè conſectantur. Alios delectat antiquitas, in eaq; acquieſcunt: contra quos omnes, Mecœnas, dum breuiter dico quid mihi in hac iudiciorum uarietate hoc tempore uideatur, quæſo ne graueris æqua & attenta mente aduertere. Nec hæc apud te exponam, quòd aliter te, quàm ueritas ipſa ſentit, ſentire putem: noui enim æquitatem & moderationem tuam. nam etſi ſacris ſcripturis, ut debes, principem locum tribuas, & Chriſtũ ſolum ut magiſtrum & iudicem à patre miſſum audiendum iudices, tamen & doctores & Euangeliſtas & Prophetas & interpretes aliquo in numero ponis: atque cùm à recentibus noſtræ memoriæ uiris quibuſdã doctis & moderatis non abhorreas, etiam patres, Eccleſiæ proceres non amore ſolũ iuſto, ſed & reuerentia & honore uerborum proſequeris, plurimumq; ſemper illam ſuperiorem memoriã admirari mihi uiſus es, quod & præ te ferre libenter, & crebris uſurpare ſermonibus conſueuiſti, & literis ad me tuis ad ueterum imitationem me ſtudiumq; cohortaris. Itaq; hac quidem in re ad te, ſed non de te, idq; ut liceat bona cũ uenia & gratia tua, etiã atq; etiam peto. Quanquã hoc difficile & ſcopuloſum intelligo, iudicium præſertim meum interponere, & aliorum eſſe fateor, qui iudicio maturiore ualent, de tanta re iudicare: & accuſare aut uituperare niſi inuitus non ſoleo, quippe qui inuidioſum & lubricũ locum eſſe ſciam: tamen antequam ad Originem ueniam, de quo mihi potiſſimum ſermo habendus eſt, pauca de ſcriptoribus diſſerere in genere uolui, ut & ſtudia omnium ad lectionem eorum accendam, & quomodo legendi mihi, & qua cautione uideantur, oſtendam. Nam ut de omnium uituperatoribus primum agam, non rectè eos ſentire & ſapere cenſeo: imò mirari potius deberent & celebrare Dei noſtri ſingularem prouidentiã, qui multis modis olim patribus noſtris per patres loquutus eſt, per Adamum, Enoch, Noach, Moſen, prophetas, & nunc poſtremò non per filium ſolum Chriſtum Ieſum,

ſum,ſed in organis & uaſis alijs,in apoſtolis,in miniſtris alijs alijſq; ſuccedē-
tibus nos affatus eſt,quos ut os dei audire,non contemnere deberemus. Scri
ptura quidem ſancta ſui interpres eſt & optima & fidiſsima, tum ad doctri-
nam ac reprehenſionē in dogmatibus, tum ad correctionē inſtitutionemq;
in iuſticia ac moribus, ut docet ad Timotheum Paulus uas Chriſti electiſsi-
mum,ut integer ſit homo dei ad omne opus bonum inſtructus & perfectus:
tamen maiorum aut etiam aliorum interpretationes nolle legere, pertinaciæ
eſt: non lectas conſcindere & damnare, leuiſsimæ & dementiſsimæ crudeli-
tatis: faſtidire ac negligere, cum ſacris literis coniunctas & conſentaneas,ſu-
perbiæ. Chriſtus quidem uia eſt,uita & ueritas unica, ſed uiam monſtrare &
Ioannes Baptiſta potuit & Apoſtoli: uitam annunciare Euangeliſtarum eſt,
ut Philippus Eunuchum docuit & conſolatus eſt: Veritatem denicq; patefa-
cere,in ſcripturisq; abſconditè latentem eruere,explicare,ob oculos & aures
hominum proponere, & ὀρθοτομίαν quadam ſecare ad auditorum intelligenti
am,eorum eſt,qui œconomi ſunt & famuli in domo dei,& fideles myſterio-
rum diſpenſatores appellantur. Et ut poſt Moſen, in cathedra Moſis ſedere
licuit olim,ſic claues regni cœlorū nunc in Eccleſiis uigent, ut aperiatur oſti-
um Chriſtus,ut claudatur aliquibus, ut remiſsio peccatorū afflictis conſcien
tijs reſeretur. Nō audiendi proinde ſunt Libertini, Anabaptiſtæ, Arriani,hæ
retici, ſpiritoſi homines,uerè μέγα φρονοῦντες qui ſuis fanaticis decepti ſpiriti-
bus,fratrum ſuorum ſpiritus audire non ſuſtinent, maiorum placita concul-
cant,neminem bonum interpretem,niſi ſe, niſi ſuum caput & cerebrum ac ſu
as reuelationes exiſtimant. In eo uerò quòd ſcripturas primo loco collocent,
& locos inter ſe conferre ſe dicant,difficile factu eſt non probare: ſed confer-
re cum fratribus cùm recuſent,& alijs prophetantibus aures nolle adhibere,
ſupercilium ſapit & arrogantiam: unde turpiſsimè in multis errant, & uino-
lentorum potius ſomnia ac commenta ſequuntur, non ſiccorū conſilia & co
gitata ſapientum. Sed de iſtis ſatis hominibus ſanis dictum ſit. Qui autē non
omnes reijciunt,ſed aut omnes nouos,aut omnes ueteres,nihilq; tenent me-
dium,à uia & ſententia recta mihi quoq; uidentur recedere. Cur enim præte
rita ſic amamus & perſequimur, ut fugiamus præſentia? aut cur noua ſic gu-
ſtare uolumus, ut faſtidiamus uetera? quaſi non eodem ſpiritu idem ſonent
plerūq; & illi & iſti, aut quaſi non poſsit uno amore amari & nouitas & ue-
tuſtas, cùm uno ore loquantur eundem Chriſtum,licet non eodem tempo-
re. Equidem ad ædificandā eccleſiam ſuam multos adhibet Deus ſemper o-
mni ætate fabros et architectos, multos extrudit in uineam ſuam hora ſexta,
nona,undecima,ut uno humero,quamuis non una hora collaborent. Sic de-
us optimus maximus utrūq; gregem unum fecit ouile, utrāq; curauit Eccle-
ſiam,& hanc nouam & illam ueterem primæuam,neutram,ut ſine duce rem-
pub. ſine ductore nauiculam, fluctuare ſinere miſericors pater uoluit: nec dū
illos patres ſuo ſpiritu rigauit & fœcundauit, noſtros paſtores infœcundos
reliquit & orphanos,ſed & illi feraces & fructuoſi fuerunt, & noſtri ſteriles
non ſunt,neq; aridi. Populi noſtri idem pater & Deus qui ueteris, idem pa-
ſtor ac dominus Chriſtus,idem doctor ſpiritus ſanctus,qui & illos & nos in
omnem inducet ueritatem. Quarè faſtidio illud faſtidioſum ac ſuperbum eo

rum

rum palatum, qui, quos diuina ſapientia una fauoris prærogatiua dignatus ſemper fuit, una gratia, una charitate complexus, ſuis priuatis quibuſdam affectibus diſtrahunt & diſterminant, cum aut ingrati filij Patres lacerent, aut ſuo ſeculo inuidi, ſua quamuis eximia & præclara pro nihilo putent & abijciant. Equidē omnes maiores quicūq; ætate ſuperiori antegreſsi ſunt, colendos grata memoria & fauentibus linguis exiſtimo, maximè uerò eos qui uel in ſuggeſtis publicis uiua uoce, uel in cōtentionibus & certaminibus pro ueritate contra errores ſuſceptis profuerunt. Eſt et annis ipſis ſuus quidam honos & maieſtas: & uetera uidere, audire, cognoſcere pleriq; omnes auemus, tū quæ literis illuſtrata maiorum ipſi legēdo peragrauimus, tū quæ à primis ducta tēporibus, ab ætate noſtra remota, ſermone & auditione accepimus, quantumuis ea ſeries annorum confecerit, & omnem propè rei memoriam deleuerit & obliterarit obliuio. An igitur nos antiquitatem doctam & ſanā, non in lapide & ære inciſam, ſed in libris impreſſam, non mutam & elinguē ſed loquentem & ſpirantem, non oculos aurésue tantum ſed animos paſcentem ſic præteribimus, ſic à limine ſaltē non ſalutabimus? Sed eſt hoc loco mihi neceſſaria propè adhibenda querela noſtrorum hominum & temporum, quibus alijs in rebus propemodum omnibus antiqua placent, ſtatuæ Cæſarum, monetæ peregrinæ, ruinæ & reliquiæ rerum uetuſtate iam detritarum & collapſarum, Ægyptiorū hieroglyphica, ab lapeti ætate deducta, & Aborigenum ſeculo, et Chaos antiquiora, quæcūq; ſunt uel poeticis inuoluta fabulis, uel omnino friuola: uetuſtatem autem literatam & religioſam, eoſq; quorum cum ætate coniuncta prudentia, uirtus & pietas ſunt, aut carpunt & mordent, aut irrident, aut certè non attingunt. Sed facilius eſt, aiunt, μωμεῖσθαι quàm μιμεῖσθαι. Si doctrina & cognitio rerum ſuauis ſit & iucunda, cur Patrū lectionem iacere ſinimus, unde non ſenſuū uoluptas ſed animi liberalis & honeſta delectatio naſcitur? Si ueneres orationis, ſi phaleras & ornamēta aucuparis, cur potius ad Demoſthenem, Homerum, Ciceronem profugis, quàm ad Chryſoſtomum, Gregorium Nazanzenum, Sibyllam, Lactantium aut Hieronymū? At ô noſtri ſeculi delicias, ô morum labem & corruptelā, quibus arridet prophana eloquentia, & offendit Chriſtiana elegantia, quibus ſunt aures teretes magis & rotundæ, quàm religioſæ & caſtæ, quibus grata eſt compta & meretricia, nō ſalubris & ſancta oratio. Quāquam quid eſt uel ad comparandam prudentiam, uel ad exornandam dictionem in Ethnicis, quod in noſtris non ſuperat, uel æquat? Dolendum eſt noſtros tanta labore nauſea ſacræ uenuſtatis, & prophanis magis irretiri Syrenibus. Optarem ſanè, non in concionibus ſolum apud populum, ſed in ſcholis etiam ac gymnaſijs non tantum ſpecum Platonis, aut Meteora Ariſtotelis regnum occupare: ſed Homilias Chryſoſtomi, Gregorij, Baſilij Magni orationes locum aliquem obtinere, cum non ſolum metaphoris, ſimilibus, prouerbijs reſperſi et referti ſint, ſed in omni genere doctrinarum & ſcientiæ excellant. Quocirca irridenda eſt hæc præpoſtera & inſana multorum inſulſitas, in Mathematicis Euclidem, in philoſophicis Ariſtotelem, in oratoria dicendi facultate Ciceronem cæteris anteponere, & magna cum auiditate deuorare: Religionis autem noſtræ columnas & principes uiros autoritate ſummos, antiquita-

te uenerandos, doctrina præstantes non imbibere, nec labris quidem primo ribus attingere? Quid est hoc aliud quàm atheismum Christianismo, paganismum & prophanitatē sanctitati & pietati anteferre? Deus Op. Max. det aliquando ut nostra bona agnoscamus, & dona dei illustria miremur, ut stomacho æquiore simus, & sapiant nobis Christianis Christianorum linguæ politissimæ, magis quàm impia & fucosa ac picturata Ethnicorum uenditatio. Et quanquam sua lingua non circumsonent omnes Doctores Ecclesiastici, quod optabile est, tamen beneficio Diuino & quorundam Typographorum pia industria tandē suo nos ore & idiomate omnes propè alloquuntur, & indies magis ac magis, spero, efflorescerent & emergerent, si studio inflammatiore ad ea emenda & discenda animi studiosorū exardescerent. Cæterum hac de re aliâs Deo uolente alio in loco commodius. Nunc concludā & terminabo hanc totam meam de hac re sententiam, & olim fuisse Homeros & Demosthenes, & esse nunc Ciceriones & Virgilios, esse in Christianis Academijs, in nostris magistris Theologiæ, unde et uerborum puritas, uber tas, cultus peti possent, & rerum grauitas, pondus, authoritas cōparari. Quare nec uetusti propter antiquitatem, nec recentes propter nouitatē aspernandi, sed utricq; propter disertam & prudentem orationem coniungendi. Limites tamen constituendi nobis sunt in eorum lectione, extra quos si egrediamur, timēdi profecto scopuli & præcipitia. Primum scripturā sanctam ut lucem & facē præferamus, ne in tenebras ruamus imprudentes. Deinde sequatur Doctorum lectio, & studium, sintq; pedissequi non anteambulones: seruiant, non dominentur. Tum errores caueamus, & eos ut homines diuinos, sed homines tamen, agnoscamus, ueniam dantes sicubi errent, non exagitantes aut insultantes, & laudem tribuamus, quòd profuerunt aut prodesse uoluerunt. Hæc summatim, uir ornatissime, de uniuerso hoc genere scriptorum & interpretum, ut cæcum multorum iudicium uel prorsus omnia tollentiū, uel partem suo quodam peculiari affectu decerpentium & reliquos contemnentium castigem, quò studia sanctarum artium acrius & ardentius discantur, & fastus & frons hominum nimium se suumq; spiritum amantium deprimatur. Iam omissa hac patrum & Neotericorum uniuersitate propius ad Originem, si placet, accedamus. Et ut omnes alios extuli Phœnices, & Nestores Ecclesiasticos τῶν καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥεῖεν αὐδή, ita hūc ornarem quoq;, nisi eas laudes Erasmus Rot. copiosa & graui oratione prosequutus fuisset. Quid enim attinet actum agere? Id agam potius, ut tu, Mecœnas, & reliqui intelligāt, quantis auctib. & quanta mole creuerit. Cū D. Hieronymus Frobenius, & Nicolaus Episcopius, clarissimi typographi, & ad omnem antiquitatem instaurandam nati, cæteros Ecclesiæ antistites primarios, undecunq; magnis et sumptibus & laboribus conquisitis exemplaribus, auxissent & recognouissent, etiā Origeni amplificādo & emendando manū admouerūt, ut grādior et emaculatior in hominū manib. appareret. Accessit enim superioribus, in Ioannē cōmentatio nuper ab Ambr. Mediolañ. monacho cōuersa, quam seorsim editam cum reliquis in Matth. & Lucam tractatibus copulaueruńt, & in unū Tomum cōiecerunt. Erant & aliæ in Iobum Annotatiunculæ, sed cum perbreues essent, & parum Origenicū genium & ora

tionem

tionem redolere quibuſdam doctis uiderentur, infarcire huc noluerunt, ne lectori damno, authori fraudi eſſe uiderentur. Octo deinde libros contra Celſum Epicureũ beatæ memoriæ D. Sigiſmundus Gelenius ad græcum exemplar latinos reddidit, ut purius & fidelius Origenes ſuæ origini reſtitueretur. Adieci & ego contra Marcioniſtas Dialogos nouos, quos ante ſeſquianum ex Frobeniano codice manuſcripto è græco traduxi, ſenſum non uerba reddens, & appendens potius quàm numerans, ubiq; cauens pro uiribus, ne quid græcè poſitum uertendo euerteretur, quod ſolet fieri, & intercideret. Nec mirãdum ſicubi uel diuerſum, uel in citandis ſcripturæ locis prætermiſſum uidebitur, quandoquidem aliorſum Origenes, quàm noſtra uulgata teſtamenta, aliquot in locis legit, mutatis nonnunquam dictionibus, ſed eadẽ ſemper ſubiecta ſententia. Diſtinctus eſt in tres Dialogos. Sic enim per inter ualla exemplar græcum diuiſum, & perſonarum diuerſitas, & rerum & argumenti diſsimilitudo flagitabant. Quicquid eſt, quantulumcunq; eſt, ut ego dextera manu communico, ita minimè ſiniſtra acceptum iri confido. Tibi uerò, Domine, mitto, atq; adeo totum nunc Origenem in nomine tuo illuſtri & ſplendidiſsimo inuulgo, Origenem inquam Frobenianũ, meritis, & ſumptuoſis laboribus ipſorum: meum tamen atq; adeo tuum humanitate, & beneuolẽtia ſua, qua me proſequũtur, eſſe uoluerunt. Id quoq; præ cæteris tibi dedicare uolui, quòd cùm omni liberali diſciplina delectatus fueris, longè uerò maximè in hac antiquitatis peruolutatione ſumma cũ uoluptate uerſaris. Declarauit hoc pulcherrimum tuum in extruenda & omni patrum uetuſtiſſimorũ copia inſtruenda bibliotheca inſtitutũ, in quo ne defatigeris aut langueas, ſed fortiter urgeas, rogo, & ad eorum amorem & ſtudium renouandum, nouo Origene quaſi in manum porrecto reuoco te & manu duco. Impetrauit hoc à me ſingularis tua in me, cum tecum eſſem, multis frequentata & cumulata beneficijs humanitas & beneficentia, ut ei, qui omnẽ propè ſtudiorum meorum, ſi qui ſit, fructum, iure ſuo quodammodo repetere poſſet, aliquas ſaltem primitias & manipulos huius πρωτοτοκίας meæ obferrem, ut eorum quæ ſerere dignatus es beneficiorum aliquam gratiam demetas. Nihil hoc loco de lectiſsimis uiris fratribus tuis, clariſsimis Equitibus dicam, nihil de illuſtri familia cui me obligatum multis nominibus fateor. Pergãt illi, pergas tu felici quo cœpiſti pede literas prouehere, uetuſtatem ſepultam ex angulis & bibliothecis, quæ multos bonos libros abſorbent in Anglia, in apertum proferre, ſtudio, conſilio, diligentia, amicis efficite, ut tantus theſaurus non à tineis & muribus corroſus, non à ſitu & puluere deformatus iaceat, ſed à typographis impreſſus, à ſtudioſis hominibus in omnium manibus ad communem omnium utilitatem teratur & uerſetur. Seruet Deus Eccleſiam ſuam, & familiam tuam, Patrone obſeruandiſs. & te ductu ſui ſpiritus ad omnia pia & honeſta inſtituta dirigat & incendat. Baſileæ, Anno 1557. Aug. 6.

REVERENDISS. IN CHRISTO PATRI, EIDEMQVE ILLVSTRISS. PRINCIPI, DOMINO Hermanno, sanctæ Colonien. ecclesiæ Archiepiscopo, sacri Ro. Imperij per Italiam Archicancellario, principi Electori, Vuestphaliæ & Angariæ duci, legatoq; nato, ac Padelborneñ. ecclesiæ administratori, Beatus Rhenanus S. D.

ORIGENEM Adamantiũ quanti fecerit antiquitas Reuerẽdissime præsul & idem illustrissime princeps, nemini potest obscurum esse, dũtaxat qui in ueterũ Theologorũ libris sit non oscitanter uersatus. Nã hũc nõ ueretur D. Hieronymus magistrũ ecclesiarũ post apostolos appellare, eius acutissimum ingeniũ subinde prædicans, ut qui cunctos ante se diuinarũ literarũ interpretes lõgè uicerit. Et D. Aurelius Augustinus huius scripta cupit in linguam uerti Latinã, nimirũ perbelle cognitũ habens q; sit in tractandis scripturis supramodũ felix. Iã Victorinus ac Hilarius Pictauorũ episcopus luculenti sanè orthodoxæ pietatis propugnatores, integras ex illo paginas in suos cõmentarios autore D. Hieronymo trãstulerunt. Sed quis ex ueteribus qui post Origenẽ uixere, nõ insigniter in literis ab eodẽ est adiutus? quippe hic scriptor quum q; ingenio perspicacissimo & optimis disciplinis omnifariã exculto præditus fuit, tũ q; improbo studio sacris monumẽtis inuigilauit, primus quasi glaciẽ scidit, iuxta prouerbiũ, in enarrãdis scripturis diuinis. Quæ uerò laus quãq; copiosa debeatur primis quibusq; rerũ optimarũ autoribus, nemini ambiguum est. Si enim Liuio Andronico ac Q. Ennio laudi tribuitur, q; apud Latinos Græcorũ imitatione primi carmẽ iũxerint, si Lælio Lanuuino Seruioq; Clodio, q; grammaticã olim instruxerint, auxerintq; : quibus præconijs efferendus Origenes, nõ rei prophanæ, sed planè diuinæ primus inuentor, uiam uidelicet ostendens, qua sacrosanctorũ uoluminum abditi sensus eruerẽtur. Nec uerò solẽt prima quæq; experimẽta ab omni parte semper esse felicia, omnisq; culpæ expertia. q̃d Origẽi quoq; euenisse haud prorsus negari potest sed ueniã meretur antiquitas, si rectius sentientib. obsequẽter auscultet. Proinde cãdidissimus ille nobiliũ ingeniorũ fautor D. Hieronymus ad Pãmachium & Oceanũ, Origeni prudenter patrocinãs Horatianũ illud scitè usurpat,

Quandoq; bonus dormitat Homerus.
Verum operi longo fas est obrepere somnum.

Iam huius uetustissimi scriptoris lucubrationes ex innumeris quæ extabant olim proh dolor pauculas reliquas, summæ eruditionis ac iudicij uir acerrimi DES. ERASMVS ROTERODAMVS non sine causa post D. Hieronymi, Cypriani, Hilarij, Irenæi atq; Augustini scripta à se recognita, nouissimè castigandas sumpsit in manus. nonnunquam enim in finem optima reseruantur. Quis porrò liber à mendis purus hodie? quis autor ab impostoribus nõ contaminatus? Itaq; quod in alijs scriptoribus hactenus felicissimè præstitit Erasmus, idem in Origine magna diligentia ac admirabili iudicio fecit, nihil omittens quod ad illustrandũ tam eximium sacrarum literarum interpretem pertineret: hoc est uitã illius in Epitomẽ redegit: De doctrina, libris eius, deq; ratione

ratione docẽdi,phraſi,artificio,ordineq; quẽ ſequitur, lectorem in operis ue ſtibulo monuit. Tũ γνήσια ac germana à nothis adulterinisq; ſecernit,adiun ctis cẽſuris,primũ de homiliis in Geneſim,in Leuiticũ, Ieſu Naue,deinde de cõmẽtariis in Iob,in tres Pſalmos,homiliis in Cãticũ cãticorũ,uiſione Eſaiæ, cõmentariis in Matthæũ, in Lucã, Homiliis in diuerſos,cõmentariis in epiſtolam ad Romanos.deniq; de his quæ deſiderãtur annexa annotatione.Sola in librum aduerſus Celſum philoſophũ cenſura deeſt, ut & coronis cõtra tanti doctoris calumnias iſtis omnibus adiicienda,quam dolendũ eſt ab illo conſcriptã non fuiſſe.ſiquidẽ uir incõparabilis eruditionis & in lectione ueterũ theologorũ longè exercitatiſsimus,pro indicibili iudicio ſuo hoc argumentũ egregiè tractaturus erat, ſi per fata licuiſſet, q̃ nobis hãc utiliſsimã appendicem inuiderũt, uel ob id optandã magis q; Apologeticus Euſebij pro Origene iã olim abolitus eſt,cuius mentionẽ facit D.Hieronymus. Hunc laborem ſemper in animo habuit tuæ celſitudini inſcribere,perſpectum habẽs quibuſnã dotibus uerè regijs explendeſcas.quis enim ignorat quũ tantus ſis princeps,nihil te habere faſtus,nihil ambitionis,nihil ſupercilij,ſed è diuerſo comem eſſe,humanũ erga omneis,in ſubditos clementem,benignũ ac liberalem in tenueis,ſtudiorũ fautorem,ſtudioſorum etiã Mecœnatem? Hic taceri non debet illuſtriũ à Vueda Comitũ familia antiquiſsima,quæ quũ innumeros quondã heroas,tum te nobis protulit.Nec tu ſolus ex hac gẽte ad epiſcopale faſtigiũ perueniſti:adeo principum etiã ferax eſt: Quã nõ præclara modo nobilitate, ſed & ditiõe cumulatiorẽ auctioremq; reddit uetuſtiſsima dominorum à Ronckel & Iſenberg progenies. At in primis cõmemorandũ uenit indignũ ſanè quod nõ ad omniũ bonorum etiam poſteritatis noticiã perducatur, q; tua celſitudo pro orthodoxa religione aſſerẽda, pro ſalute Reip. Germanicæ,pro conſolatione bonorũ,tam ſtrenuam operã nauauit in expugnandis Anabaptiſtis qui Monaſterienſem urbem occuparant, quo hominum genere nihil inſanius,nihil peſtilẽtius, nihil exitialius hic orbis uidit unquam.Fateor principes & ciuitates imperij tãdem tuliſſe ſuppetias, ſed quid futurũ erat ubiq; latitantibus,& ad ſpẽ erectis huius abominabilis ſectæ cõplicibus,niſi perpetua tot menſiũ obſidione cinctum fuiſſet oppidũ? ad quã rem erat opus ſumptu, cuius magnã partẽ tuum ærariũ ſuppeditauit. Intererat aũt totius Germaniæ,imò orbis Chriſtiani,hanc excetrã eſſe deletã.quæ uictoria poſt deum Opt.Max. tibi nõ minima ex parte debetur,cuius opera ad hanc peruẽtum eſt.debetur incylto Colonienſis eccleſiæ collegio,cui hoc gratiſsimũ fuit.Equidẽ Herculi non paulo facilius extitit hydrã illam centicipitem conficere,q; fuit iſtam inteſtabilium nebulonũ lernam expugnare,tot intus ac foris ſeſe factionibus ſubinde accreſcentibus communientẽ.Hæc & alia quæ tua amplitudo dexterrimè geſsit, haud ignorabat ſagaciſsimus uir Eraſmus Roterodamus: imò celebrãdis uirtutibus tuis cãpum deſtinauerat præfationẽ in Origenis opera,qua tibi labores ſuos extremos nũcupare,ceu dicere cœperã,in animo habebat.Sed priuſquã hoc faceret,morbus ualidiſſimus ei mortẽ accelerauit. Redierat Friburgo Briſigauorũ Baſileã anno ſuperiori,quũ ut Eccleſiaſtæ,ſiue operi De ratione cõcionandi typis Frobenianis edũdo præſens adeſſet, ac partem reſtantẽ illic abſolueret, nam deerat ad finem

nem aliquid,tũ ut ualetudinẽ aduersam qua Friburgi laborare cœperat,cœli mutatione discuteret.Necp enim discessit quasi nõ rediturus,quũ illic ut in ditione inuictissimi Romanorũ,Hungariæ,Bohemiæcp regis FERDINANDI,qui uirum eius Reip.primoribus per literas accuratè cõmendauerat,quũ primum illuc se cõferret,lubentissimè uixerit,toto septennio non solũ optimo cuicp eius Academiæ charus,uerũ etiã magistratibus ciuibuscp haud uulgariter amatus,atcp reuerẽtissimè cultus.Sed quũ ab illustrissima Hungariæ regina MARIA ac aula Brabantica iterũ ac iterũ uocaretur misso pridẽ uiatico,cogitans ille de fide sua liberanda, qua reditũ in inferiorem Germaniã certò fore nõ semel pollicitus,supellectilẽ suam omnem Friburgo Basileam curauit auehendã,ut illinc in Brabantiã quum uisum esset,secũdo Rheno nauigaret.Hoc molientem et æstatis tempore satis cõmodè habentem,articularis morbus,quo Friburgi cõflictatus antè fuerat,sic hominẽ lecto sub autumnũ rursus affixit,ut hunc rarò sit egressus,cubiculũ semel tantũ.Et tamen in tantis membrorũ cruciatibus si quando uel minimũ cõquieuissent, nunquã scribere destitit.Testis est Cõmentariolus De puritate ecclesiæ,et hæc Origenis recognitio.Tãdem uiribus paulatim deficientibus,mensem enim fermè integrum dysenteria laborauit, quũ sentiret iam instare uitæ finem, extãtibus ut semper,claris Christianæ patientiæ & animi religiosi documentis,quibus in Christũ se spem omnẽ figere testabatur,assiduè clamãs, ô Iesu,Misericordia, Domine libera me,Domine fac finẽ,Domine miserere mei,et Germanica lingua,Lieuer Got,hoc est, Chare deus, quinto eidus Iulias sub mediam noctẽ uita functus est.Nec alias emisit uoces,ratione usus integra uscp ad supremũ uitæ exitũ.Impatientiã aũt in soluendo naturæ debito ostendere,esse debet à Christiano prorsus alienũ,quũ mors piorũ nihil sit nisi transitus ad uitã meliorem:& qui moriuntur,nõ moriantur,sed præcedãt nos eódem peruenire cupiẽteis,ut est apud Septimium Tertullianũ.Paucis antè diebus quàm uita defungeretur,quũ Bonifacius Amerbachius,Hieronymus Frobenius & Nicolaus Episcopius amici selectiores,illũ officij gratia simul inuiserẽt,cubiculum ingressos trium amicorum ad cõsolandũ Iob uenientiũ admonuit, ubinam scissæ uestes essent ac cineres capitibus inspergẽdi, quærẽs. Hoc autem anno se moriturũ ante multos menses uaticinari solet,& triduo primũ,deinde biduo mortẽ prædixit.Quàm publicum sui desideriũ reliquerit,testis fuit frequẽs ad supremò uisendũ defuncti corpus concursus. Elatus est humeris studiosorũ ad ædem cathedralem,atcp ibi iuxta gradus quibus ad chorũ (ut uocãt)ascẽditur in sinistro templi latere, ubi sacellũ fuit D. Virgini sacrũ,honorificè sepultus. Nã in pompa funebri nõ Consul modo, sed etiã è senatoribus plericp uisebãtur,Academiæ professorũ ac studiosorũ aberat nemo.Fuit in uita quũ in studiosos inopia pressos,tum in cæteros subsidio dignos,quoties occurrissent,admodũ liberalis.Nec dissentit à cõsueta benignitate suprema hominis uoluntas. Testamentũ enim cõdidit Romani Põtificis Clementis,Imp.Cæs.Caroli Aug.ac magistratus Basilienſis diplomatibus munitus, in quo clarissimũ uirũ Bonifaciũ Amerbachiũ Iureconſ. nominatũ hæredẽ fidei commisso de bonis suis in pauperes ætate ualetudinéue infirmos,in puellas nupturas ut harum pudicitiæ succurratur,in bonæ spei studiosos adulescentes

ſcentes,ac in quoſuis huiuſmodi digno s auxilio diſtribuendis collocandisq́ꝫ onerauit,adiunctis eidē duobus executoribus,Hieronymo Frobenio,Nicolaoq́ꝫ Epiſcopio. Quid hoc teſtamēto ſanctius eſſe poteſt,aut magis Chriſtianum? Alij cōſtruendis ornandisúe baſilicis ſua dicant, ERASMVS maluit in uiua dei tēpla ſuperāteis à morte facultates cōferre. Legata porrò aliquot amicis cōiunctioribus reliquit,ac hæredē ipſum certis quibuſdā rebus τὴν τῶν πηγασιανείου δόγματος τέταρτον, quam Trebellianicā Iureconſulti hodie appellant, nō æquantibus iuſſit eſſe contentū,cui ſanè uoluntas tāti uiri præceptoris & amici,omni iure eſt antiquior. Vixit ad ſeptuageſimū annū,quem cōmunem humanæ uitæ terminū regius propheta Dauid ſtatuit,aut certè nō multū eſt ſupergreſſus.nam de anno quo natus eſt apud Batauos nobis nō conſtat, de die cōſtat,qui fuit ad quintū calend. Nouēbreis apoſtolis Simoni et Iudæ ſacer. Apud Dauentriā primum poſuit in literis tyrociniū utriuſqꝫ linguæ rudimentis imbibitis ſub Alexādro Hegio Vueſtphalo, qui cū Rudolpho Agricola recens ex Italia reuerſo,amicitiā contraxerat,& ab eodem græcè docebatur.nam huius literaturæ peritiā ille primus in Germaniā importauit. Terētij Comœdias puer non ſecus tenebat ac digitos ſuos. memoria nanqꝫ fuit tenaciſſima,ingenio perſpicaciſſimo. Exceptis rudimentis planè dici poteſt in literis αὐτοδίδακτος.nam ꝙ in Italiā iam natu grandior profectus eſt poſt regij apud Anglos medici filios,archiepiſcopi quoqꝫ S. Andreæ in Scotia qui tum Senis degebat,aliquādiu præceptor,nobiliſſimæ regiōis uiſendæ cauſa fecit, nō ut profeſſoribus operā illic daret. Neqꝫ enim Bononiæ quenquā publicè prælegētium audiuit, ſed Pauli Bōbaſij qui ſub Leone poſtea Romæ perijt, amicitia cōtentus,domi ſtudijs ſuis inuigilabat, Adagiorū opus tū colligens quod paulo poſt Aldo Manutio dedit excudendū. quæ res fecit ut Venetias adiret. ubi Marco Muſuro atqꝫ Scipione Carteromacho uiris doctiſſimis familiariter uſus eſt,quos ambos nō ſemel cōſuluit,ſi quis nodus incidiſſet, horum eruditionē ac candorē apud amicos cōmēdare ſolitus. Hieronymo Aleandro Mottēſi triū linguarū peritiſſimo,qui hodie Brūduſinæ eccleſiæ archiepiſcopus præſidet,lōgè familiarius cōiūctus fuit,utputa cōtubernali in ædibus Aldinis,qui ſcit me uera prodere. Præter hoc & Ambroſiū. Nolanū medicū, ac Baptiſtā Egnatiū ibidē amicos habuit. Romæ poſtea Cardinalibus Raphaeli Reario atqꝫ Ioan. Medicæ qui mox Iulio II. P. M. ſucceſſit Leonis Decimi uocabulū nactus, gratiſſimus fuit. Docuit Louanij, Cantabrigiæ in Anglia,Lutetiæ etiā priuatim, ubi Theologiæ dedit iuuenis operā. Pileū deinde Doctoralē quū in Italiā iret, in Taurinenſi Academia accepit. Patronos ac Mecœnates habuit,Henricū à Bergis,epiſcopū Cameracēſem, Guilielmū Montioiū, atqꝫ omnium liberaliſſimū Guilielmū Vuaramū archiepiſcopū Cantuariēſem,Angliæ primatē,cuius in libris ſuis ſæpe mentionē facit. Amicos,in Britānia Ioan. Coletū,Grocinū,Latumerū,Linacrum,Thomam Morum,Antuerpiæ Petrū Ægidium, Conradū Cochleniū Louanij. Corpuſculo fuit ſatis cōpacto,ſed quod eſſet tenerrimæ cōplexionis, & minimarū etiā rerum mutatione,puta uini, cibi, cœliúe facile offenderetur. In literis aſſiduè uerſabatur infatigabili ſtudio. Teſtantur hoc tot ab illo cōſcripti libri, q̊rum nomina recēſere nō eſt opus,quū ipſe ſuarum lucubrationū catalogum ædi-

derit

derit annis superioribus ad Ioã. Botzheimiũ. Basileæ uixit apud Ioan. Frobenium aliquãdiu, deinde in alteris eiusdẽ ædibus seorsum habitauit, tandẽ Friburgo reuersus apud Hieronymũ Ioan. filiũ, uita functus est. Atq; utinã tantisper mansisset superstes, donec Coronidẽ cõtra calumniatores Origenis cũ cẽsura libri aduersus Celsum absoluisset, & præfationẽ ad R. D. T. scripsisset. dij boni quantis illam laudibus, quantaq; dictionis elegãtia celebrasset. Sed secus uisum est superis. Nunc habes epistolã infantem ac ieiunam, quam ab illo quum doctam, tum eloquẽtem accepturus eras, ut in primis tua mihi celsitudo obsecrãda ueniat, ne tam inepto scriptori succẽseat, sed balbutiẽ meam boni consulat, ac animũ hominis toto pectore sese dẽdentis interim æstimet. Quod supereſt, precemur, imò gratulemur Erasmo nostro felicitatẽ ac quietem apud superos, qui dum uixit, adeo nihil laboris nõ exhausit, adeoq; nullam sibi quietem unquã indulsit, ut melioribus studijs quum prophanis tum sacris recte consuleretur. Sed iam postremum illum doctissimi uiri laborem quem tibi cõsecrare in animo habebat, Vitam inquam Origenis, & Annotationes ac Censuras in libros eiusdem, atq; ipsum etiã autorem in quem hæc scripta sunt, felix lege. Vale reuerendissime præsul ac princeps illustrissime. Ex Selato ueteri munimento Romanorum, quod aucto uocabulo Germani Selatistadium dixere, & per collisionem hodie Sletstadiũ. decimooctauo calend. Septembreis. Anno à partu uirginis matris M. D. XXXVI.

DES. ERASMI ROTERODAMI DE VITA, PHRASI, DOCENDI RATIONE, ET OPERIBVS Origenis, cum singulorum librorum censuris.

VITAE ORIGENIS ADAMANTII EPITOME

ORIGENES binominis fuit, idem dictus Adamantius, quod cognomen non ita tribuitur illi à scriptoribus, quasi fuerit ex moribus additum, ueluti Basilius ob ingenij constantiam dictus est Magnus, Ioannes Constantinopolitanus ob suauilo quẽtiam dictus est Chrysostomus, Gregorius Nazianzenus ob sublimes de rebus diuinis disputationes Theologi cognomen meruit, sed quasi fuerit iam ab ipso uitæ exortu inditum. Est aũt hoc non infrequens in sacris literis, eundem hominem pluribus nominibus appellari. Quòd si magnis uiris nomina non fortuitò tribuuntur, sed per diuinam prouidentiam habent futurorum præsagia, utrunq; nomen mire quadrat in hunc eximium ecclesiæ doctorem. Siquidem Origenes Græcis montigenam sonat, prima uocali producta, quẽadmodũ fit in ὠρείβγα, quæ sine cõtrouersia hinc dicta est, q; malefica in mõtibus perageret sua sacra. Ab ipsa statim pueritia Origenes nihil humile cogitauit, sed ad Euãgelicam perfectionem, quam dñs in monte sedens docuit, & ad sublimia scripturarũ mysteria animum intendit: nec enarrãs sacros libros repit humi, desidétue in sensu literæ terreno, sed per allegorias ad excelsa cœloq; uiciniora subuehit auditorẽ. Adamas aũt indomiti nomen obtinuit, quòd quum sit lucidissimus, ne chalibis quidẽ duritiæ,

nec

nec malleorũ ictibus cedit. At Origenis animus pluſquam adamãtinus fuit, quem nec uitæ auſteritas, nec perpetui labores, nec dura paupertas, nec æmulorum improbitas, nec ſupplicíorũ terror, nec ulla mortis facies à ſancto inſtituto uel tantillũ dimouere potuit. De patria nihil habeo comperti, niſi q̃ probabile eſt fuiſſe Alexandrinũ, quòd illic pater fuerit in carcere, & ibidem martyrio peracto, liberos & uxorẽ reliquerit. Refert enim nõnihil ubi naſcaris, ſed magis refert è quib. naſcaris, plurimũ uerò à quibus à teneris inſtituaris. Origenes igitur uſq; ab auis & atauis parẽtes habuit Chriſtianos, licet impius Porphyrius tradat illum ex ethnicis prognatum. patrem habuit Leonidam, uirũ pium iuxtà & eruditũ, qui ſub Seuero principe crudeliter in Chriſtiani nominis profeſſores ſæuiente poſt carceres & tormenta capite plexus martyrij lauream adeptus eſt, relicto Origene cũ ſex fratribus adoleſcente, in ſumma nimirũ egeſtate. Nam patris facultates alioqui ſatis opimas fiſcus occupauit. Quidam tradunt hunc Leonidã fuiſſe epiſcopũ, nec addunt cuius loci fuerit epiſcopus. Extãt apud Suidã duo anonymi qui Origenicæ uitæ cõpendium ſcripſerunt, quorũ prior ferè conſentit cum his quæ refert Euſebius eccleſiaſticæ hiſtoriæ libro ſexto, ac Hieronymus in Catalogo ſcriptorũ illuſtriũ: poſterior quædã admiſcet nugalia, uelut è rumoribus hauſta, parũ æquus ut uidetur, Origeni. Is tradit Leonidã fuiſſe epiſcopũ, quod uerum an fictum ſit, in medio relinquimus. Cæterũ uir prudens ac perſpicax in puero diuinã quandã indolem, & abſolutæ uirtutis ſemina deprehẽdit, eoq; ſolet interdũ dormientis pectus nudatũ exoſculari, ceu thecã & officinã adorãdi ſpiritus. Quod autẽ in uiris ætate prouectis, ac pietatis philoſophia exercitatis miramur, id adoleſcentulus ultro nulliſq; ſtimulatus hortamentis præſtitit. Tãto em̃ martyrij deſiderio flagrauit, ut uehementer ambiret in ea laudis parte patri uel comes eſſe uel præcurſor, et prorſus anteuertiſſet, ni mater p̃ſentiens illũ ſummo diluculo ad agones, ubi multi trucidabãtur, uelle procurrere, noctu clàm omnia illius indumẽta ſuſtuliſſet. Ita martyrij cãdidatũ, quẽ terror mortis nõ potuit, pudor domi retinuit. An ea procurſio probãda fuerit, interim nõ diſcutio. Nũc em̃ indolẽ tantũ laudamus. Quin & patrẽ quũ adhuc in uinculis eſſet, per epiſtolã cohortatus eſt, ut in pulcherrimo inſtituto perſiſteret, illud addẽs: Vide pater ne quid mea cauſa ſecus facias. Atqui ſolẽt liberi parẽtes, lachrymis, precibus, blãditijs & cõplexib. à ſimili propoſito reuocare: ſed in hoc puero pietas uicit pietatem, et naturæ affectũ ſuperauit religionis ardor, carnis infirmitatẽ excuſſit fidei robur. Vnde et alijs quibuſcũq; potuit in agone certãtib. aut apud iudices periclitantib. nequaq; ocioſus ſpectator, oculis ac uerbis animos addere ſolet. Nõnullos etiã à ſqualore carceris eripuit, nihil ſibi metuẽs, illic gloriæ fautor, hic miſericors. Deniq; ſic ſe geſſit ſenilis ille puer, ut mortẽ pro Chriſto uideretur ambire atq; accerſere. Nec ſui diſſimilis fuit in progreſſu ætatis, ac frequẽter impiorũ inſidijs appetitus eſt, ſed ſupremi numinis prouidẽtia electũ illud organũ ſeruatũ uoluit in ſummã eccleſiæ catholicæ utilitatẽ. Iã & in libris illius q̃ties incidit occaſio loquendi de martyrio, ſentias enthuſiaſmũ quendam. Puer itaq; iam annũ agens decimumſeptimũ, patre ut dictum eſt orbatus, cum matre uidua & quinq; fratribus paruulis relictis, nõ ſe uertit ad mendicitatem, quã nõnulli magnã ſancti

moniæ partẽ esse ducũt: sed iuxta beati Pauli consiliũ atq; etiam exemplum, labore sibi parabat uictũ, ne cui grauis esset, profitebatur Grãmaticã. Hoc si quis dixerit esse sordidũ, sordidius erat q̃ magnus ille Paulus caprarũ pelles consuebat apud Corinthios in usum tentoriorũ. Rursus si quis dicat grãmatices professionem nihil habere memorabile, quũ hodie scholasticorũ collegia pueris abundent grãmaticam profitentibus, sciat olim senile et arduũ fuisse negocium. Nec enim à doctore tantũ expectabatur declinationũ, coniugationum, & constructionum ratio, sed præter sermonis elegãtiam, præter plurimorum autorũ lectionem, præter antiquitatis, & omnium historiarũ peritiam requirebatur, Poetices, Rhetorices, Dialectices, Arithmetices, & Cosmographiæ, Musices q̃ cognitio, quas disciplinas oẽs puerulus adhuc mira ingenij celeritate perdidicerat. Minore negocio tres iuris doctores absolueris q̃ unũ grammaticũ, qualis fuit Aristarchus apud Græcos, apud Latinos Seruius ac Donatus. Profitebatur aũt nõ priuatim in angulo, sed in celeberrima ciuitate Alexãdria, idq̃ publicè, iam tum ad episcopalem functionem præludens. Siquidẽ olim ad episcoporũ curam pertinebat, prouidere ut tenera ætas literis ac disciplinis imbueretur. Atque interim generosus adolescens sub persona literatoris Catechistã agebat, obiter Christianæ religionis semina q̃dã aspergẽs auditorũ animis. Cæteris em̃ Catechistis omnibus metu persecutionum dilapsis, aliquot ex Gẽtibus ad Origenem se conferebant, cupientes Christianæ philosophiæ rudimẽtis imbui, quibus ille nõ solũ Euãgelicæ doctrinæ tradidit elemẽta, uerũetiã multos ad perfectæ pietatis fastigiũ euexit. Quorũ de numero Plutarchus martyrij laureã est consecutus: Heraclas Plutarchi germanus ob admirandã uitæ sanctimoniã post Demetriũ ad Alexandrinæ ecclesiæ gubernationẽ ascitus est. Serenus etiamnũ catechumenus pro Christi nomine cæsus est. Heraclides item martyrij gloriã promeruit, quã & Heros adhuc neophytus adeptus est. Serenus alter post diros cruciatus fortiter pro Christo toleratos capite plexus est: ut breuitatis studio taceã cæteros in quibus fuit Ambrosius, quẽ ab hæresi Valẽtiniana ad catholicæ doctrinæ lucẽ reduxit: atq; interim fœminas sileã, q̃ pro religione Christiana inuictos animos præstiterunt, in quibus præ cæteris eluxit Potamiena. Ita adamãdus ille Adamantius, multos adamãtes ecclesiæ genuit, castigans interim corpus suũ, et in seruitutem redigens, ne fortè quũ alijs prædicaret, ipse reprobus effi ceretur. Vigilijs em̃, ieiunijs, chameunijs, nuditate ac laboribus carnẽ durabat ad omnem patientiã. Hac admirabili uitæ integritate, ac iugibus officijs, cũ erga omnes, tũ præcipuè qui persecutionũ sæuitia periclitabãtur, quãuis ipse nihilominus cõtemneret gloriam q̃ pecuniã, tamen & clarum & gratiosum nomen sibi peperit, nõ tantũ apud Christianos, uerumetiã apud Ethnicos. Nam eximia uirtus etiã impios rapit in admirationẽ & amorẽ sui, unde factum est ut cõplures ad Origenis imitationẽ accingerentur. Id perpendẽs Demetrius eius urbis episcopus, adolescenti iam octodecim annos nato, munus arduum ac planè senile delegauit, uidelicet Catechistæ, quod Alexãdriæ primus post Apostolos Pantænus, secũdus Clemens, tertius Origenes administrauit. In hac functione floruit Origenes cõpluribus annis. Catechistæ dicti sunt, q̃ baptismũ ambientibus uiua uoce traderẽt dogmata Christianæ

religionis

religionis:horū discipuli dicti sunt catechumeni, quos auditores possis appellare. Nomina in hodiernū usq; diem manēt in ecclesia,res nō item, eo q; infantes tingimur.Supereſt tamen nonnullū priscæ consuetudinis uestigiū, quum adhibētur susceptores ac susceptrices, quos cōpatres & cōmatres uocant quidam.Origenes igitur quod prius furtim ac priuato studio gesserat, iam publicè ex delegatione cœpit agere. Ad id usq; temporis humanas disciplinas non omnino contēpserat, sed mathematicen etiā scire curauit. Verū ubi iam totus ad diuini uerbi tractationē inflāmaretur,grāmaticam scholā negligebat, prophanos libros amico cuidam uendidit,hac quidē cautione,ut ille quot diebus quatuor obolos annumeraret.Hac ratiōe prouisum est,ut esset unde aleretur, nō esset tamen unde in suspicionem uenire posset, quasi cōgerendæ pecuniæ studio teneretur. Vel hinc æstimare licet q; ille non indulserit delicijs,cui quatuor oboli uictū & amictū suppeditabāt.Atqui Paulus docet,ius esse catechistis ut catechumenorū liberalitate subleuentur:nec id fugiebat Origenem, sed in hoc Paulinam,ut ita loquar, superbiā est imitatus, quòd noluit uti suo iure, sed ultro etiā oblata ab amicis munera cōstanter recusabat, ut ἀδιάφορον ponere Euangeliū suum. Atq; adeo,si fas est dicere, Apostoli generositatē quodāmodo superauit:ille siquidē licet à Corinthijs auaris & opulentia tumentibus nihil acceperit,ne suam apud illos autoritatē eleuaret, aliorū tamen spontanea benignitate nonnunq; est usus. Porrò quemadmodū Origenes in ministerio uerbi cæterisq; pietatis officijs seipsum quotidie superabat, ita fragrātia boni nominis indies latius diffundebatur,adeo ut per Alexandrū Hierosolymorū, et Theoctistū Cæsareæ episcopū,quorū id temporis apud Palæstinā erat præcipua autoritas,ad presbyterij honorē sit pertractus (erat enim id tēporis magna presbyterorū dignitas, qui pòst turba euiluerunt) & in Clementis locum surrogatus,hac quidem occasione.Achaiæ ecclesiæ uarijs hæresibus uexabantur,ad eas sedandas missus est Origenes iam mediæ ætatis, idq; testimonio ecclesiasticæ epistolæ.At dum per Palæstinā Athenas tēderet,à modo dictis episcopis apprehēsus presbyter ordinatus est,ut Christi negotiū maiore cum autoritate gereret. Hoc igitur honoris susceptit summo omniū applausu, prædicantium hoc honoris longè infra uiri meritū esse, cuius uirtutibus uel summū sacerdotiū deberetur.Hæc populi uox haud leuiter momordit animū Demetrij, qui humanum quiddam passus (solet enim hæc tinea etiam perfectorum animos pertentare) cœpit in Origenem crimina spargere, & epistolis per orbem dissēminatis nominis illius claritatē offuscare.Et quoniā in purissima hominis uita nihil habebat quod reprehēderet,obiecit illi puerilē errorem,q; admodum adolescens feruido quodā zelo, sed non secundū scientiam, seipsum execuisset,quo libere citraq; pudicitiæ periculū doceret Euangelicam philosophiam.Fertur & alia quædā Euangelij præcepta,iuxta sensum historicū obseruasse,ueluti de non habendo duas tunicas, de abijcienda solicitudine crastini. Quidā tradunt illum sibi medicamētis genituræ stimulos ademisse,quod ego falsum arbitror, ferro res gesta est. Suspicor hoc esse quod diuus Augustinus in Catalogo hæreticorū refert ex Epiphanio.Origeniani,inquit, à quodā Origene dicti sunt,nō ab illo qui ferè oīibus notus est,sed ab alio nescio quo, de quo uel sectatoribus eius Epiphanius loquens : Origeniani, inquit,cuiusdam

Origenis, Turpis aũt sunt operationis. Isti sunt nefanda facientes, sua corpora corruptioni tradẽtes. Hactenus Augustinus, qui haud scio an Epiphanĩ græca recte intellexerit, Nam φθείρειν & φθορὰ græcis tam de uiolatoribus dicutur quàm de obscœnis. Epiphanius autẽ homo uirginei pudoris, non ausus est genitalia membra nominare. Et Augustinus de Origenis castratione nõdum acceperat. Sed huius rei penes lectorẽ esto iudicium. Vt ad historiæ seriem redeam, hoc factũ Origenes celatum cupiebat, ad Demetrĩ tamen noticiam nescio quo pacto peruenerat, qui tum quidẽ admiratus in adolescente tam insignem animi uirtutẽ, spiritusq; robur, & collaudauit, & ecclesiæ gratulatus est. Siquidem interdũ, sicut in equis ferocioribus, ita ex adolescentiũ uitijs, præclara uirtutum indoles deprehenditur, Error erat, sed in puero ab ardẽtissimo pietatis studio profectus. Cæterũ Demetrius quod prius collaudarat, pòst obiecit pro crimine. Hæc mutilatio corporis obstitit, quo minus Origenes ad sacerdotij fastigiũ eueheretur, ne ad presbyterij quidẽ gradum admittendus, nisi uitium hoc latuisset. Atq; hodie quidẽ gnauiter aduigilatur, ne quis presbyter ordinetur, qui corporis aliqua parte sit mutilus, ne dehonestetur ecclesia: utinã pari studio aduigiletur, ne quis ad hoc honoris recipiatur, nisi cui mens sit integra. Mentẽ turpiter mutilã habet, cui deest sacrarum literarũ cognitio, turpius qui nullo pietatis amore ducitur. Dehonestat ecclesiam qui corpore luscus est, & non dehonestat qui in cognitione Euangelicæ philosophiæ cæcus est. Dedecorat ecclesiam qui corpore claudus est, & nõ dedecorat, qui iuxta propheticũ sermonẽ intus utroq; pede claudicat, imò totus inclinat in mundũ, à Christo præter titulũ alienus. Sed redeo ad spadonẽ nostrũ. Ingraescente inuidia, cessit quidẽ æmulorũ importunitati, & Alexandriã reliquit, nusquã tamen fuit sui dissimilis Adamãtius, ubiq; lucens, studioq; indefatigabili prædicans Euangelium. Nõ se adiunxit dãnatæ sectæ, quod fecit Tertullianus ex orthodoxo factus Montani blasphemi satelles, cõtra mentis suæ sententiã appellans eum omnis ueritatis deductorẽ: Neq; em̃ mihi persuaderi potest, hominem tam acris iudicij, sic in diuinis literis exercitatũ credidisse illũ fuisse spiritũ sanctum quẽ Christus promisit apostolis: nec orbẽ uniuersum horrendo schismate perturbauit, quod fecit Arius, ac ne scripto quidẽ amariore contendens cum obtrectatoribus: sed quod est longè pulcherrimũ uictoriæ genus, iuxta beati Petri cõsilium, maledicis benefaciendo obturauit os. Docuit aũt potissimum in Cæsarea Palæstinæ. Illic permultos egregios uiros in sacris literis eruditiuit, imprimis Firmillianũ Cæsareæ Cappadociæ episcopũ, à quo fuerat cum omni Cappadocia inuitatus, qui eum diu apud se tenuit. Is pòst sub obtẽtu sacrorum locorum ad Palæstinã profectus, iterũ se Origeni discipulũ præbuit multo tẽpore. Instituit & Theodorũ, qui pòst ad episcopi munus ascitus est, præterea Gregorium, quem θαυματουργὸν appellãt, opinor, q̃ miraculis claret. Item huius fratrẽ Athenodorũ, quem à mundana philosophia ad euangelicam adduxit, qui & ipse adhuc iuuenis ad ecclesiarum gubernationẽ euectus est. A Mãmea Alexandri Seueri matre Antiochiã accitus est, et ab ea honorificè dimissus est. Hãc Hieronymus appellat religiosam fœminã, christianã non dixit. Quanquam filius illius Syrus erat, ac permulta fecit in uita non indigna homine Christiano. Certè ab inimicis ei probro datum est, quòd Moysen &

Christum

Christum quendã haberet in larario suo. Ad Philippum aũt imperatorẽ scripsit epistolã, qui primus regum Romanorũ fuit christianus: scripsit & ad matrem eius. Romã uidit tantũ, quam ecclesiam magnam appellat in quadam epistola. Id factũ est sub Zephyrino Pontifice priusquã Cæsareã proficisceretur: moxq; Alexandriã reuersus, Heraclam presbyterũ iterum sibi in societatẽ Catecheseos adiunxit. Hoc diligenter expressit Hieronymus, q̃ quidam sparserant illum eiectũ ab ecclesia sua primùm Romã, deinde Cæsaream profugisse, quum nunq̃ fuerit eiectus. Sed posteaquã Demetrius in absentem declarauit hostilem animũ, maluit in Palæstina docere Christũ, q̃ Alexandriæ cum furioso episcopo cõtendere. Ambrosium, quem ut dixi à Marcionis errore reuocauit ad fidei catholicæ synceritatẽ, habuit ἐργοδιώκτην, hoc est, operis pensum exigentẽ: de quo queritur in epistola quadam, q̃ ab illo supra modum urgeretur, adeo ut nec legendi, nec à notarijs excepta recognoscendi, spaciũ daretur. Notariorũ ars erat, ut quæ dicebantur notulis quibusdã exciperent, tanta celeritate, ut non dictantis tantum, sed loquentis uocem assequerentur. Vnde græcis ταχυγράφοι dicuntur. Nam erant & καλλιγράφοι, qui notulis excepta pleniꝰ describerent. Ambrosius igitur notarios ac mẽbranas suppeditabat, Origenes linguam. Huic à multis hoc uitio datum est, q̃ moriens amici senis & egeni nõ sit recordatus. Ex quo liquet Origenem ad extremã usq; senectutem in paupertate perseuerasse, quum tali uiro nõ fuerit difficile ditescere si uoluisset. Tantæ erat modestiæ, ut serò passus sit excipi quæ differebat. Tanti studij, ut nunquam cibum caperet absq; lectione, indignum ratus deteriorem hominis partem refici, meliore neglecta. Vixit in sanctissimis laboribus usq; ad annum ætatis suæ sexagesimum nonum. Tyri mortuus est, atq; ibi sepultus.

Vitæ Origenis Adamantij Finis.

DE DOCTRINA ET LIBRIS EIVS.

VNT qui tradãt Origenem fuisse αὐτοδίδακτον, id hactenus esse uerum arbitror, quòd maximam eruditiõis partem sibi tradidit. Alioqui legimus illum in philosophia audisse Ammoniũ quendam annis septem, et puer adhuc patrẽ solet quæstiunculis quibusdam lacessere. Quũ autem esset adeo discendi auidus, non est dubitandum, quin undecunq; potuit studuerit aliquid discere, et habebat Alexãdriæ uiros egregiè doctos. Quòd si Augustinus citra operam præceptoris tantam eruditionem consecutus est, quid sentiendum de Origenis ingenio, quale uix unquam habuit docta Græcia, felicissimorum ingeniorum parens. Vt autem facilius ita & felicius discuntur, quæ iam inde à teneris annis percipiuntur. Origeni nulla pars ætatis perijt à studijs. Beatus Augustinus usq; ad annum trigesimum sextũ à religione fuit alienus, & catechumenus ac baptizatus nõnihil ætatis in prophanis disciplinis contriuit. Ambrosius iam adultus à munere ciuili simul & ad baptismũ & ad sacerdotium arreptus est. Vtercq; docendo discere coactus est. Origenis ingeniũ sufficiebat ad omnia perdiscenda, adeo ut qui nihil aliud in uita sectabantur q̃ dialecticã, & huius generis reliquas disciplinas, ad hunc deferrent, si quid esset perplexæ q̃stionis. Quin & clari nominis philosophi, licet à Christo alieni, frequenter in libris suis honorificã Origenis fecere mentionẽ, præce-

ptorem ac magistrū reuerenter agnoscentes. Cæterum quantum uoluminū in sacras literas uel dictarit, uel scripserit, liquidò sciremus, si extaret epistola quā Hieronymus, ut ipse testatur, scripsit ad Paulā Eustochij matrem, in qua recen suit omnia Origenici ingenij monumenta, cōferens eum cū M. Varrone, qui & ipse ut undecūq; doctissimus, ita πολυγραφῶ fuit, Tantum autē fuit studiū Origenē penitus abolendi, ut ipsos etiā titulos uoluminū extare passi nō sint. Nunc tantū ea nosse licet quæ latinè uersa sunt, aut quæ citātur à ueteribus. Et haud scio an nobis expediat posteaq; ipsi libri interciderūt, titulos quoq; sublatos esse, uidelicet quo moderatius doleamus. Quæcunq; uerò reliquit, triplici discrimine distinguuntur, Siquidē alia dicuntur scholia, alia homiliæ, alia tomi. Scholia latinè possis dicere ociola. Quoties ad iustā commentationē deerat ociū, breues quasdā annotatiunculas locis obscuriorib. dictare solet. Homilias recte dixeris colloquia. uir singularis modestiæ, rem magnificā familiari nomine signauit. Ardua planeq; regia res est, publice docere populū. At ille sic orationē temperat, ut cum populo cōferre uideatur. Eas cōciones non ipse scripsit, sed à notarijs excipi passus est, quod tamen negāt illum esse passum ante annum, ut ante dictum est, sexagesimū. Tertium genus ipse uocabat τόμους, quos tractatus, siue uolumina uertere possis. Eos ipse descripsit: & quoniam scripsit eruditis, abstrusiora quædam mysteria patefecit, tota (ut ait Hieronymus) ingenij sui uela pandens. Primi generis nihil extat, secundi permulta supersunt, tertij sunt libri περὶ ἀρχῶν, & cōmentarij in euangelium Matthæi, licet imperiti hoc opus in homilias secuerint. Iam sunt quædā quæ nullo trium generum cōprehendi uideantur, ueluti epistolæ quas multas scripsit ad diuersos. Nā quinq; libros stromateon nescio an scholijs asscribere liceat, In his emuarias res cōmiscuisse uidetur, unde à picturatis stragulis nomen assumptum est. Eum titulū à Clemente fuit mutuatus. Sed quo in ordine ponemus exapla & tetrapla? Quum enim animū appulisset ad scribendum cōmentarios in scripturas diuinas, ipsa re cōperit id ut oportet præstari non posse, nisi accederet sermonis hebraici peritia: quòd ab his fontibus libri sacri, præsertim ueteris testamenti, primū ad nos emanarunt: ad quos recurrere sæpenumero cōpellit, uel interpretum dissonātia, uel codicum deprauatio, uel sermonis obscuritas. hac parte ne mutilus esset noster Adamātius, aliena ætate cōtraq; gentis naturam, barbaræ peregrinæq; linguæ tædium deuorauit: cuius notitiā assecutus, nō Septuaginta modo, sed & aliorum editiones in unū contulit, puta Aquilæ pōtici, Theodotionis & Symmachi Ebionitarū, unde Hieronymus eos appellat hæreticos iudaizātes. ea secta cōtendit Christū fuisse purum hominē. Quorum Symmachus scripsit cōmentarios in euāgeliū Matthæi, conatus illinc suā confirmare impietatē. Præter hos etiā Origenes nihil nō perscrutās, quintam sextam & septimā editionem adiūxit. Quas omnes ita digessit per columnas, ut singulæ uel inter sese uel cum hebræis cōferri possent. Cui operi titulū fecit ἑξαπλᾶ. Rursus seperatim digessit uersiones Theodotionis Aquilæ & Symmachi cum Septuaginta, unde hoc opus appellat τετραπλᾶ à quadruplici ordine, unde ἑξαπλᾶ legendum uidetur, prima uocali aspirata. Atqui cōstanter habent codices ἑξαπλᾶ, prima exili, quod mihi magis probatur. Nam Theodotion, Aquila et Symmachus, si accedat uersio Septuaginta cum quinta sexta et

septima

septima editione, erunt septẽ ordines. ἐξαπλόω Græcis sonat explano. Itaq; ἑξαπλᾶ dicta sunt nõ à numero columnarũ, sed quod res simpliciter absq; inuolucris exponatur oculis. Sed horũ mentione quæ nõ extant paulisper dilata, de ijs quæ nobis supersunt, iudiciũ nostrum proponemus: ubi mihi rogãdus est lector, ne protinus mihi tragœdiã excitet, si quid adferetur quod discrepet à saliua et persuasione quã imbibit. Opinionẽ meam in mediũ adferam, quã oportet expendi priusq; damnari. Si excussa displicebit, sinat ualere meam, & fruatur sua, ac iuxta beati Pauli cõsilium, incolumi amicitia in suo sensu acquiescat.

CENSVRA DE HOMILIIS IN GENESIM.

HOMILIAS in Genesim uertit Rufinus, non Hieronymus: præfatio resecta est, quum nec Rufinus nec Hieronymus soleant quicq; edere sine prologo. Rufinus autem grauissima suspitione premebatur, quod esset Origenista: sub hoc enim titulo Arianorum hæresis conata est repullulascere: itaq; pro inuidioso nomine Rufini, suppositum est gratiosum nomen Hieronymi. Hæ nimirum sunt artes librariorum submouentiũ quæ prima statim fronte deterrent emptorem, & affingentiũ quæ possent allicere. Nõ mediocrẽ orexim habet autoris celebritas. Simili fuco uulgus imponit incautis, pannum ex Anglia allatum mentiens, qui nunq; uidit Angliam, & pro Belnensi uendentes uinum quod iuxta Louanij mœnia natum est. Stylus multũ habet perspicuitatis, satisq; commodè fluit, licet non usquequaq; purus: Cui uirtuti utinã fidem adiunxisset, quam ab interprete requirimus. At hæc libertas uel licentia potius addendi, adimendi, mutãdi, Rufinum clamant interpretem. Hanc licentiã fatetur usurpasse se in Leuiticũ, in epistolam ad Romanos, in historiã ecclesiasticam. Quod porrò opus ille tractauit unquã, quod nõ ad istũ modum cõtaminarit? Gennadius testatur quicquid Origenis uersum est, à Rufino uersum esse, exceptis ijs quæ uertit Hieronymus. At is in catalogo scriptorum nominatim recensens quæ uerterit ex Origene, nullã huius operis facit mentionẽ, quum ut ipse testatur, iuuenis uerterit quædã Origenica, opus de scriptoribus ecclesiasticis ediderit iam prouectior, uerũ quid opus his argumentis, quũ ipse Rufinus in peroratione, quam adiecit cõmentarijs in epistolam ad Romanos, profiteatur se uertisse Origenis in Genesim, Exodũ, Leuiticum, item in Iesu Naue, & in librum Iudicũ: quamuis non nesciam & illic pro Rufino suppositum Hieronymũ, sed nimis impudenter ut mox docebimus.

De Homilijs in Leuiticum.

In ea peroratione quam mox citaui, fatetur se has homilias uertisse liberius, hoc est multa quæ dicit defuisse, de suo attexuisse. Ea temeritas tolerabilior est, quum nominatim indicat quid sustulerit, quid adiecerit, quemadmodũ fecit in historia ecclesiastica, cui detraxit librũ IX. et in eius loco suas narrationes infulsit. At qui legit hoc opus & enarrationẽ epistolæ ad Romanos, incertus est, utrũ legat Origenem aut Rufinum. Hac arte uir gloriæ cupidus, putauit se reperisse uiam, qua uel inuitis omnibus tereretur manibus hominum.

De Iesu Naue.

Hic creuit bibliopolarũ audacia. In totius operis frontispicio sat habebant pro Rufino Hieronymũ supponere, reuulsa præfatione. hic affinxerunt præfationem, sed adeo frigidã adeoq; ineptam, ut nullo certiore argumẽto possit

perſuaderi,hæc ab Hieronymo nõ eſſe uerſa.Homines ſuaues exiſtimarũt neminem addubitaturũ, poſteaquam ad Chromatiũ inſcripta eſſet præfatio, ad quem interdũ ſcripſit Hieronymus. Vide uerò mihi candide lector,q̃ Hieronymianè cõpellet ſuũ Chromatiũ:& tu,inquit, ô mi ſemper uenerabilis Chromati. Quanq̃ tota præfationis ſententia talis eſt, ut cuiuis operi poſſit aptari, quod procœmij genus rhetores appellãt uulgare.Ne cõmemorem quod hanc ipſam ſententiam impoſtor ex Hieronymi ſcriptis ſublectã inſulſa garrulitate dilatauit. Atq̃ interim Hieronymũ pariter & Chromatiũ facit ſtultum: Chromatium,qui quũ iniungat ac præcipiat,non tamen deſignat, quid, ex quo autore, quas ob cauſas uerti cupiat,tantum iubet,ut aliquid ex Græcorũ opibus donet latinis auribus, quaſi id nunquã feciſſet Hieronymus:Hieronymũ, qui nullam adferat cauſam, quur hoc opus Origenis uertendũ ſuſceperit.An non hoc uidetur eſſe ſimile ioco Terentiano, apud quẽ Pãphilus cupiens quocũq̃ prætextu ablegare ſeruum curioſum & garrulũ,iubet abire in portũ, & cõuenire hoſpitẽ Myconium.Seruus aũt reſpondit,nũquid uelit illi dici, an tantũ, inquit, conueniã? Ita Hieronymus reſpondere poterat Chromatio, Nihil ne refert quid unde uertã,doctũ an indoctũ,piumne impiũ,tantum uertam? Nec in tam longa præfatione uerbũ ullum admiſcet, quod ad operis cõmendationem intelligentiãúe pertineat. Omitto nunc ſolœciſmos ac ſermonis ineptias. Ait Origenẽ eas oratiunculas ex tempore declamaſſe, quaſi uir ille quẽ Athanaſius nõ ſemel appellat omnium diligẽtiſſimũ,non attẽta cogitatione præparatus ad dicendum acceſſerit,aut quaſi quicquid apud populũ dicitur, ut à notarijs excipiatur,ex tẽpore dicatur. Quàm uerò durè et obtorto, ut aiũt, collo Beſelehelis illic inſulſit mentionẽ,q̃ frigidis allegorijs interpretatur ea quæ oſferebãtur ad templi ſtructurã, quàm belle & illud dictũ eſt, uim ſenſuũ oratio ſermonis inculti exaſperat: pro eo q̃d erat, oratio incultior facit ut minus placeant ſenſus. Tibi,inquit,reputa,pro imputa tibi ipſi. Quàm aptè q̃ apud hũc Hieronymus ſe facit indoctũ ad uertendũ Græca latinè. Nõ uſq̃ adeo ſibi diſplicuit Hieronymus, quin potius in hac parte ſtudiorũ aliquoties ſibi uindicat autoritatẽ.His adijciã q̃ ut Hieronymus in catalogo ſcriptorũ nullã huius operis facit mentionẽ, ita Rufinus in peroratione quã paulò antè citauimus, profitetur ſe huius libri ſequentis ludicũ interpretẽ: & quod mireris, negat ſe hic quicq̃ addidiſſe, aut detraxiſſe, ſed bona fide q̃d in Græcis codicib. inuenit,latinis auribus tradidiſſe.Hæc plurib.inculcare uiſum eſt,ob moroſa quorundã craſſaq̃ iudicia, qui nimiũ tribuunt quibuslibet titulis ac præfatiunculis.Huiuſmodi næniæ ab impoſtorib.obtrudũtur ſtudioſis, & falluntur parũ attenti, & nobis indignantur qui monendo lectoris oculos expergefacimus.

De commentarijs in Iob.

De tribus in Iob libris,mox aperiã quid ſentiã,illud ipſa res loquitur,præfationem eſſe cuiuſdã locutulei,nec docti,nec uerecũdi, niſi pudoris argumentum interpretemur,quòd nec ſuũ nomen appoſuit, nec alienũ ſuppoſuit, ſuppreſſo & illius ad quem ſcribit nomine, Tantũ ait, lecta hac præfatione perſpicuum fore quis fuerit operis interpres.Et tamen omnino uult hanc præfationem legi,priuſquã aggrediaris cõmentarios,quũ ea nihil habeat quod ad operis intelligentiã uiam muniat.Addit,ab alijs antè uerſum fuiſſe latine,ſeu,ut ille lo-

le loquitur, in latinum, sed non sermone latino. Hic igitur secundus interpres addidit elegantiæ floſculos. Atqui nec huius præfationis artifex nouit latine, quæ tota nihil aliud est, q̄ mera miseraq̄ balbuties: & qui cōmētarios scripsit, tametsi in suo dicendi genere facundus est, tamen perspicuū est, q̄ eloquentiā suam non didicerit è libris M. Tullij, sed è scriptoribus ecclesiasticis. Iam quid absurdius illa cōparatione medici & interpretis, qua sibi tamen mire uidetur placere. Obsecro te lector, quæ fuit illius seculi, uel ruditas, uel oscitantia, quū huiusmodi deliramenta literatis pariter & illiteratis obtruderentur? De prologo hactenus, ex cuius ineptia primū illud palàm est, librarios nobis uoluisse facere fucū, nunc de opere loquar. Sunt quædam leues coniecturæ, quibus ad ductus, suspicari possit aliquis, hos cōmentarios ex Origene uersos, licet non ab hoc prologista. prima est, q̄ ex epistola Hieronymi ad Pammachiū & Marcellinum, constat Origenem scripsisse in Iob, quanq̄ & apud Latinos aliquot scripserunt in Iob. Altera est, q̄ hic testatur se scripsisse in Genesim, in quā scripsit & Origenes. at is quidem non solus. Habet & in differendo nonnihil Origenicum, q̄ libenter submouet literam quo locū faciat allegoriæ: Veluti Iob dicitur ἐυγενὴς, quod Hieronymus uertit magnus, hic legit, fuit de genere optimo: negatq̄ illum ex bonis prognatum, & inducit nobis multas uirtutū species unde prognatus sit Iob, ex maioribus nimirum optimis. Atqui optimi uocabulum non refertur ad mores, sed ad fortunā: unde & optimates dicuntur, non qui moribus sunt laudatissimis, sed qui nobilitate generis, opibus, ac dignitate præminēt, quanq̄ nihil uetat etiam illic fuisse bonos aliquot. Dixi quæ uideri possent illi cum Origene conuenire, è quibus q̄ friuolæ sint cōiecturæ nemo non uidet. Nunc accipe in quibus Origeni dissimilis est. Omnia plena sunt battologijs, hoc est eiusdem sententiæ repetitionibus, quarum pleræque frigidæ sunt & ociosæ. Quo dicendi genere delectatus est Fulgentius, uir alioqui disertus. Hoc certè non est Origenicū. Præterea toties repetit locum quē exponit, ueluti gradū iaciens ad reliqua adijcienda: uerbi causa, fuit homo frequenter iterat, aliquid dicturus de homine. Hoc docendi genus nō improbo: quo si quādo utitur Origenes, moderatius ac dexterius utitur, in quo nihil ineptum aut redundans. Hic quantū temporis absumit, dū personis affingit sermonem, dumq̄ ad diabolū facit apostrophas. Verum ne longius sermonē trahам, per me quidem suo quisq̄ iudicio indulgeat, ego sentio autem fuisse latinum, & latinè scripsisse, uirum in diuinis scripturis pulchrè exercitatum, & ad docendū oratione fusa nō uulgariter appositum, sed Arianum. Id non obscurè deprehenditur in quo hæc scribit: Tria, inquit, cornua facit diabolus in typum atq̄ figurā trionymæ illius sectæ, triumq̄ deorū hæresis, quæ uniuersum orbem terræ in modum tenebrarū repleuit, quæ patrē & filiū & spiritum sanctum aliquādo ut tres colit, nonnunq̄ unum adorat, quemadmodū Græcorū lingua memorāt, Triada uel homousion. Istam ergo Trinitatis sectam & hæresim atq̄ infidelitatē iā olim designās uersutissimus ille diabolus, tria cornua misit ad Iob &c. Quod ait Trionymæ sectæ, referri poterat ad Noetianos & Sabellianos, qui tradunt in diuinis unicā esse personam, sed quæ tribus nominibus appelletur. Pater est, dum cōdit ac gignit omnia. Idem mutato nomine, carnē assumpsit, & passus est pro redemptione humani generis, uidelicet iam

filius

filius. Rursus idem uenit in Apostolos iam spiritus sanctus. Verum hæc secta nunquã repleuit totum orbem terrarum. at hæc quæ sequuntur, non patiuntur ista de Sabellianis intelligi: nec enim illi profitebantur tres deos, quod nulla unquam docuit: sed hoc Ariani falso obijciebant orthodoxis, eo quod tres personas adorarent, quarum unamquamq; profitebãtur esse deum. Iam quod addit Græcorũ lingua dici Triada & homousion, in nullos alios dictũ uideri potest, q; in orthodoxos ab Arianis, qui in deitate negabant trinitatẽ & homousij uerbũ execrabantur: ne homœusijquidem uocabulum ferebant, quòd negabant simplicissimam dei naturam esse cõmunicabilem: & in rebus creatis nihil esse deo simile. Idem facit & alibi mentionem patris, filij, & spiritus sancti, sed ut hinc quoq; possis Arianũ agnoscere. Soli enim patri tribuit cognomen dei. Fidei summam proponẽs, hunc in modum loquitur: Omnia, inquit, gratis faciunt, si nõ in fide fecerint: sine causa agunt, nisi in agnitione unius ingeniti dei patris, & in confessione unius unigeniti filij eius domini nostri Iesu Christi, & in illuminatione spiritus sancti glorioſi ac uenerabilis paracleti &c. Vides ut soli patri addat nomen dei, & hunc solum dicat ingenitum, q; solus non habuerit initium: nam hoc uerbo ambiguo conabãtur simplicibus imponere: filium dominum appellat, spiritũ sanctum uenerabilem, glorioſum & paracletum. Ex his opinor satis liquet fuisse Arianum, ex quo consequitur autorem non fuisse Origenem, post cuius ætatem exorta est Arianorum secta. stilus conuenit cum cõmentarijs in Matthæum, quod opus appellant imperfectum, & Chrysostomi titulo ferebatur, quũ ex ipso opere declarauerimus eũ fuisse Arianum: in quo quum multa mutassent qui lectori uolebant obtrudere, quædam illos fefellerunt, unde proderetur Arianus. Ego suspicor autorem fuisse Maximinum episcopum, cuius extant cum beato Augustino episcopo disputationes. Nam & ille cum Augustinus urgeret argutijs dialecticis, perpetua dictione, qua ualebat, tempus eximere maluit. Fuisse latinũ imprimis ipse operis gustus indicat, Vix enim quisquam ita commode uertit Græca, ut oratio latina non sapiat alicubi suam originẽ. Interpretatur interdum Græcas uoces, sed ita ut latinum agnoscas: ueluti quum docet nos quid & qualis sit adamantus. Opus est imperfectũ, tantum enarrat limen operis, quod à Mose putat additum, & initium sermonum Iob, sed non uidetur longius prosequutus, id arguit tertij libri clausula. Nec uideo quis fuisset finis, si ad consimilem modum singula uoluisset excutere. opus est lectu dignum, atq; utinam haberet ecclesia multos tales episcopos, excepta impia opinione.

De commentarijs in tres psalmos

De hoc opere sum ancipiti sententia, uix refert Origenis ingenium ac phrasim, propius accedens ad phrasim Chrysostomi. Suspicor eũ qui scripsit fuisse latinum, aut si uertit Rufinus, more suo quod alienum erat, fecit suum tractando, hoc est, contaminando. Nec ipse qui præfatur, profitetur se has homilias ex Origene uertisse. In peroratione quam adiecit cõmentarijs in epistolã ad Romanos, testatur se has homilias simpliciter uertisse, ut habebantur apud Græcos, nec illic exprimit nomen autoris. Sunt autem quædam durè, quædã frigidè interpretata, quædã aliena & asciticia. Durum est quod interpretatur, noli æmulari in malignantibus, noli malis præbere mali occasionẽ: quum iuxta scri

xta ſcripturæ cõſuetudinem potius uideatur eadem ſententia repetita. Nam præpoſitio in addita eſt ex proprietate ſermonis hebraici, ſic in proximo uerſu duplicatur ſententia: quoniã ſicut fœnum cito areſcent, & ſicut holera herbarum cito decident. Ex cõſequenti aliena ſunt quæ multa congerit ex Deuteronomio & Paulo, de παραζήλου, Hic em̃ uerbo paſſiuo eſt uſus μὴ παραζήλου, Quod aptius reddi poterat, noli ad inuidiam ſiue ad æmulationem prouocari, et noli mirari malos. Nã & hoc Græcis ſonat ζηλῶμ. Quæ uerò miramur, ea nitimur imitari. Noli inuidere, noli mirari malorum felicitatem, quoniã inanis eſt, et mox euaneſcet. ſed uerè felices ſunt qui ſpem ſuam fixerunt in domino. Ab hoc ueræ ſunt diuitiæ, ueræ deliciæ. Diuus Hieronymus μὴ παραζήλου uertit, noli contendere, uehemẽs æmulandi ſtudium contentionẽ appellans. Frigidũ eſt quod interpretatur, nõ gentem, nõ unã nationẽ ad fidem uocatã, quẽadmodum Iudaicæ genti data eſt lex, ſed ex om̃ibus nationibus aliquos uocatos: quum ſcriptura nõ gentẽ appellet gentẽ contẽptiſsimã, ac ueræ religionis expertem, quemadmodum Paulus appellat nõ entia, qui iuxta mundum pro nihilo habebantur, ignobiles, egenos, humiles, illiteratos. Sunt alia conſimilis farinæ, quæ non perſequor, ne ſim prolixior. Hæc exempli cauſa ſat eſt indicaſſe. Iam præfatio uidetur inanibus & male cohærentibus ſenſiculis cõ ſarcinata. Primum cuius obſecro frõtis eſt, profiteri ſe uertiſſe è Græco, nec indicare autorem unde uerterit. Tum ita narrat has homilias à ſe uelut in unum corpus digeſtas, quaſi ipſe digeſſiſſet, nõ autor. Atqui id non eſt interpretis. Mox totum hoc opus dictionem appellat, ne quis ſuſpicaretur nõ fuiſſe homilias. Suſpicor enim Rufinum, aut ſi quis fuit alius, hæc uertiſſe liberius è commentario perpetuo, atq; hunc in homilias diſſecuiſſe. Id ne quis deprehenderet, ſuppreſſit autoris nomen. Tandem metuit ne Aproniani ſoror iraſcatur ipſius operi, ſi id ſemper laborioſum intellectui ſuo pro aſperitate ſentiat quæſtionũ. aſperitatẽ dixit pro difficultate: et ita loquitur, quaſi ipſe nihil ſoleat ſcribere nõ inſigniter ſubtile. Interim nõ excutio q̃ latinè dixerit, præſtabit quod, pro præſtabit ut: nec q̃ opus ſuũ appellat cuius ſe profitetur interpretem, ac perinde loquitur, quaſi ipſi debeatur expoſitionis perſpicuitas, ac non potius autori. Annectit perbellam ſententiam: quia nec corpus, inquit, humanum ex ſolis potuiſſet neruis oſſibus q̃ conſtare, niſi eis diuina prouidentia uel molliciem carnis intexuiſſet, uel blandimẽtum pingue dinis. Sentit opinor hanc expoſitionis facilitatem eſſe carnem et pinguedinẽ operis, quæſtionum difficultatem eſſe neruos & oſſa. Quanta balbuties uerborum, quanta ſenſus ineptia? Vix arbitror Rufinum eſſe tam infantem, qui ſi minus arte, certe natura fuit facundus. Quòd ſi quis contendat Rufinum non eſſe alienum ab ineptiendo, huic non admodum repugnabo, modo fateamur operis genium non referre Origenicam felicitatem.

De quatuor homilijs in Canticum canticorum.

Diuus Hieronymus fatetur ſe uertiſſe duas Origenis homilias in Canticũ canticorum, à commẽtario uero quem Origenes ſcripſit in idem Canticum, ſublimitate myſteriorum, ac profunditate rerum, atq; etiam ſumptuũ et laborum magnitudine fuiſſe deterritum quo minus aggrederetur. Inter opera uerò Hieronymi ferebatur et hic cõmentarius, quũ nec Origenis ſit, nec Hieronymi

nymi,ſed hominis Latini,pulchrè docti,ac bene diſerti. Græcū non fuiſſe uel hinc colligas licebit, quòd in prologo citat Græcos uelut alienos: quū apud Græcos,inquit,qui eruditi ac ſapientes uidentur. Idē liquet ex interpretatione amoris,charitatis,dilectionis & cupidinis. Suſpicor eſſe cuius extant libri de uocatione gentium,& commentarij in aliquot pſalmos. Quoniam autem is ob modeſtiam ſuum nomen apponere noluit, librarij præfixerunt nomen Ambroſij. Nec ſunt homiliæ quemadmodum diſtinxerunt librarij, ſed perpetuus commentarius imperfectus. Non enim exceſſit duo cantici capita.

De uiſione Eſaiæ.

Beatus Hieronymus in Catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorū,fatetur ſe hoc fragmentum uertiſſe ex cōmentarijs Origenis in Eſaiam: demiror autem nullam eſſe præfixā præfationem, quum uir ille ſæpenumero præfetur ubi præfatione nō eſt opus: hoc fatebitur eſſe uerū, qui legerit præfationes quas ſingulis libris appoſuit,quibus enarrat Eſaiam. ne in Hieremiam quidem præfatur,tametſi prologus in Ezechielem meminit ſuperioris uerſionis. Ego ſuſpicor prologos fuiſſe ſublatos ab his ad quos ſcripſerat,poſteaquam Origenis nomen factū eſt Romanis uehemēter inuidioſum: & ueriſimile eſt in his prologis magnifice prædicaſſe Origenis ingenium, quod idem facit in prologo quem præfixit commentarijs Origenis à ſe uerſis in Ezechielem,appellans illum ſecundum poſt Apoſtolos magiſtrum eccleſiarum. Illic & nomē eius ad quem ſcribit,ſublatum eſt,ne Hieronymi quidem nomen appoſitum eſt. Dubium tamen nō eſt hanc præfationem eſſe Hieronymi,quod ex hac Rufinus obijcit Hieronymo, quod Didymum appellarit ſuum uidentem. Videntes Hebræi uocant prophetas,& Didymus oculis captus erat.

De commentarijs in Matthæum.

De commentarijs in Matthæum nihil hic dicam,quòd his adiecerim propriam præfationem.

De homilijs in Lucam.

Dubium nō eſt quin xxxix homilias in Lucam uerterit Hieronymus, quod ipſe palam in præfatione profitetur. In Catalogo tamen ita facit huius operis mentionem,ut magis uideatur ex Didymo uertiſſe. Quum enim Origenis mentionem iamdudum reliquiſſet,poſt hunc in modum loquitur. De ſpiritu ſancto Didymi, quem in Latinum tranſtuli librum unum, in Lucam homilias trigintanouem, in Pſalmos à decimo uſq; ad decimumſextum tractatus ſeptem. Captiui monachi uitam,& cætera. Quibus ex uerbis nihil aliud intelligi poteſt, quàm haud eſſe Hieronymi hoc opus, aut ab eo uerſum ex Didymo. Hoc utrum caſu an ſtudio factum ſit neſcio. Nuſquam in homilijs Origenes tam cōciſus eſt,quàm in his. Dein quum in cæteris nihil habeatur erroris,hic multa ſunt uel ſuſpecta uel damnata. Subindicat autem hoc opus parum fuiſſe elaboratū,ut ab Origene iuuene profectum: ſe uerò in uertendo nihil immutaſſe,ſed ut apud Græcos habebatur, tranſtuliſſe: ſimul & Origenem excuſans, & à ſeſe culpam amoliens. Ætati debetur uenia, interpreti nihil poteſt imputari,qui non profert ſua,ſed bona fide reddit aliena. Iā non difficilis eſt coniectura, quo cōſilio nomina eorum ad quos ſcripſit Hieronymus,ſublata ſint.

De ho-

De Homilijs in diuersos.

In his constat quasdã esse non Origenis, sed hominis latini, reliquas à Rufino impudenter contaminatas.

De commentarijs in epistolam ad Romanos.

Hic librarij magnifice perfricuere frontem, & in præfatione, & in peroratione pro Rufino Hieronymũ supponentes, hoc est, uitrum pro gemma lectori obtrudere conantes, & hactenus sané fefellerũt incautos. Nam præfatio poterat utcunq; uideri Hieronymi, sed in peroratione quasi sorices suo se produnt indicio. Post hoc inquit sanè uocat nos opus, quod olim quidẽ iniunctum est, sed nunc à beato Gaudentio episcopo uehemẽtius perurgetur, Clementis scilicet Romani episcopi apostolorũ comitis: quorũ ut successoribus darem cognitionem, libri à nobis in latinũ uertuntur &c. Hic locus erat eradẽdus, si uoluissent nobis persuadere huius operis interpretẽ esse Hieronymũ. Cõstat em̃ tum ex Gẽnadio, tum ex ipsius Rufini præfatiõe, q; Rufinus uerterit Clementis recognitionũ libros, nõ Hieronymus, & ad hunc Gaudentium aliàs quoq; scribit Rufinus. Nihil igitur agunt librarij toties inculcãtes nomen Hieronymi, imò hæc inculcãdi sedulitas auget suspicionẽ fuci. Sic em̃ superius legitur, Aiunt em̃ mihi: in his quæ scribis, quoniã plurima tui operis habẽtur, da titulum nominis, et scribe Hieronymi, uerbi gratia, in epistolã ad Romanos explanationũ libri. Sub finẽ perorationis ita loquitur. Nam Hieronymi ne putetur Clemẽs scribetur &c. Est & illud nõnihil argumẽti, quòd in gratiã Vrsatij cuius iussu suscepit hunc laborẽ, uertit regulã Basilij: & in gratiã Gaudẽtij cuius hic meminit, uertit Clemẽtem. Iã ut de phrasi nihil dicã, quis unq; obiecit Hieronymo q; ea quæ uertit, truncarit, auxerit, immutarit, & ex alieno opere suũ fecerit? Rufino peculiaris est ista temeritas, cuius unicũ studiũ fuisse uidetur omnes illustriũ autorum libros attrectando cõtaminare. Non pudet illũ in hac peroratione fateri, se homilias Origenis in Genesim, Exodũ & maxime in Leuiticũ sic immutasse, ut quæ ille ædificãdi studio populariter dixit, ipse explanandi specie trãstulerit. Argute uerò distinxit ædificationẽ ab explanatione, quasi nõ et explanatio spectet ædificationẽ auditorum. Quæ porrò deerãt in Homilijs ab ipso supplẽda? Quæstiões, inquit, pulsatæ & relictæ. Atqui tales adhuc extant in homilijs quas uertit. Sed fac suppleſſe, unde suppleuit? ex suo ingenio? Nõ est uerisimile, sed ut arbitror ex tomis Origenis, in quib. tractat exactius, quæ apud populũ loquẽs differebat, uel quia nolebat auditores prolixiore sermone onerare, uel quia rudibus ac parũ attentis nolebat illa retrusiora ingerere. Quod dico, ipse fatetur præfans in libros πϱὶ ἀϱχῶν. An protinùs ibi defectus est, ubi aliquid potest addi? Cur igitur nõ suppleuit Origẽis scholia, cur ex homilijs quibus Origenes loca quædã delecta exponit fecit perpetuos cõmentarios? In suo q̃dq; genere plenũ est, in q̃ præstitit autor q̃d proposuit ac promisit. Hactenus ad perorationẽ. In præfatione uerò sic loquitur: Desunt enim ferè apud omniũ bibliothecas, incertũ sanè quo casu aliquãta ex ipso corpore uolumina &c. Quid? an ille lustrarat omnes omnium bibliothecas? Sed cautè addidit ferè. Quòd si in aliquot bibliothecis nõ deerãt uolumina, cur de suo supplere maluit, q̃ ex illis adijcere? saltem indicasset ea uolumina, ut sciremus quid esset Origenis, quid Rufini. Addit quod est omnium im-

pudentissimum,sed totum hoc opus ad dimidiũ propè contraxisse. Quis ferat hunc,tantorũ uirorum monumenta,ac precioſas eccleſiæ diuitias pro ſua libidine detruncantem,augentem,immutantẽ? In Eccleſiaſtica hiſtoria nonum librum contaminauit,in hunc ex decimo quæ uidebantur transferens:quia minimum, inquit, habuit de rebus geſtis, in panegyricis epiſcoporũ tractatibus occupatus. Atqui quod Euſebius uir eruditiſſimus operæprecium iudicauit ſcribere,nobis operæpreciũ fuiſſet legere. Quòd ſi Rufinus habebat, aliquid de rebus ætatis ſuæ,poterat ſeparatim nulla Euſebij iniuria uel uiginti condere uolumina. Sed metuit ſibi, eoq; Coccycis in morem pullos ſuos ſupponit in nidos alienos. Nec ſui diſſimilis fuit in uertẽdis libris περὶ ἀρχῶν. Quædam ſubmouit ac pro his alia ſuppoſuit: quædã obſcurius dicta, ex alijs Origenis libris reddidit explanatiora: nec indicat quæ ſint illa quæ ſubmouit, aut quæ ſint quibus lucem addidit. Olim theatrici clamabant,contaminari non decere fabulas:multo minus decet illuſtriũ eccleſiæ doctorũ contaminari libros. Frequenter nobis inculcat, quòd iſta omnia dictarit, in hoc Originem referens. Meo iudicio etiam ſi caput ſubinde ſcabens, pluteũ cædens, & arrodens ungues adlaboraſſet,uix potuiſſet aliquid dignum eruditis auribus excudere. Et hic Gennadio laudatur abſq; exceptione,et nõ minima pars doctorũ eccleſiæ prædicatur,quum Hieronymũ & Auguſtinum tantas eccleſiæ columnas nõ ſine ſuggillatione cõmemoret. Atq; utinam extarent græca Origenis monumenta, quo Rufinicas artes poſſemus deprehendere. Debemus tamen illi, q; aliqua nobis Origenis fragmenta ſuperſunt,ſed longe plus debituri,ſi qua decuit fide rem geſſiſſet. Ex his ſatis arbitror liquere his cõmentarijs per fucum à librarijs Hieronymi nomẽ, pro Rufini præfixũ eſſe,tituli lenocinio allicientibus emptorem. Quod idem factum eſt in Symbolo. Eum enim librũ in Cypriani nomen tranſtulerunt, ſed ita multis commutatis, ut ipſa res clamitet nõ caſu,ſed de induſtria factum eſſe.

DE HIS QVAE DESIDERANTVR

PErrò iam perquirere quàm multa Origenis opera nobis interierint, quid aliud ſit, q; ſtudioſis refricare dolorem nihil profuturũ. Nullã enim ſcripturæ partẽ ille prætermiſit,in quã nõ ſcripſerit uel ſcholia,uel homilias,uel tomos,uel utrumque. Præter homilias ſcripſit tomos duodecim in Geneſim:præfatio citatur à Pamphilo in apologia. Nec enim cõ ſueuit præfari in homilias. Item in Iob, teſte Hieronymo in epiſtola ad Pammachium & Marcellinum:præterea in Pſalmos uſq; ad uigeſimum, è quibus Hieronymus profitetur ſe uertiſſe à tomo decimo uſq; ad decimũſextum. A Pãphilo citatur in Prouerbia Salomonis. Hieronymus præfans in xxxix homilias quas edidit in Lucam, refert illum triginta ſex tomis expoſuiſſe Matthæum, quinq; Lucam, trigintanouem Ioãnis Euangeliũ. In hunc putãt eum ſcripſiſſe adhuc Alexandriæ uerſantem. A Pamphilo citatur Origenes in epiſtolam Pauli ad Titũ,item in epiſtolã ad Hebræos: citatur tertius liber in epiſtolam ad Coloſſenſes. In tertiam Eſaiæ partem uſq; ad deſcriptionẽ quadrupedum in deſerto,ſunt tomi triginta. In Ezechielem tomi uigintiquinq;. Hæc edidit anno ſexageſimo. Reliquit libros decem σχωματίων, quorum tertiũ citat Pamphilus,& horum frequenter meminit Hieronymus.

Dera-

DE RATIONE DOCENDI, ET PHRASI ORIGENIS.

QVOD Horatius scripsit de Græcis, id optimo iure potest ad Adamantium accommodari. Origeni ingeniũ, Origeni dedit ore rotundo Πνεῦμα loqui, præter Christum nullius auaro. Adfuit illi mira facultas ex tempore dicendi, & in obscuris etiam rebus magna dictionis perspicuitas, nec deest breuitas, quoties id res postulat, certè ubiq; currit sententia, nec se impedit uerbis lassas onerantibus aures. Nusquam cothurno attollitur, quod Hilario tribuit Hieronymus, quem ait ea de causa à simplicium fratrum lectione procul esse: nec ascititijs & è longinquo petitis ornamentis extendit uolumen, quod interdum facit Hieronymus: nec salibus ac dicterijs risum mouere studet auditoribus, quod sæpenumero facit Tertullianus, & hunc plus satis imitans Hieronymus: sed perpetua quadam dictionis hilaritate nõ sinit auditoribus obrepere somnum. Nec affectat rhetorum flosculos, argutas sententiolas atq; epiphonemata, quæ plerunq; è declamatoria schola, in qua à puero uersatus fuerat, refert Ambrosius ac Hieronymus. Nec gaudet uerbis inusitatis remorari lectorem, ut Tertullianus. Nec crebris digressionibus tempus eximit, ut in tractatibus apud populum sæpe facit Augustinus. Nec superstitiosus est in orationis structura, membris, incisis, & periodis sententiam absoluens, à quo non abhorret noster Gregorius: non quòd affectarit opinor, sed quòd his puer assueuisset. nusquam hic occurrent ὁμοιόπτωτα & ὁμοιοτέλευτα, quibus delectatus est Augustinus. Gentium testimonia nusquam adhibet, nisi quoties id res ipsa flagitat, quum nullum autorum genus non exactè tenuerit, quemadmodum disciplinas humanas omnes, nusquam tamen molesta est ostentatio, quæ nobis obstrepit in quorundam scholasticorum libris, in quibus tertio quoque uersu inculcatur philosophus, è diuinis uoluminibus raro adducuntur testimonia, eaq; parum feliciter: sed totus huius sermo sacrorum uoluminum sententijs undiq; ceu gemmeis emblematibus distinctus est, sed adeò commode & in loco insertis, ut nihilo secius currat oratio: dicas esse non ascita, sed ibi nata, nec aliunde quæsita, sed sua sponte præsto esse. Nec intersecat orationis fluxum ambitiosa citandi locos diligentia. Ad quædam enim gratior est allusio quàm citatio. Adde, quòd populus eo seculo magis agnoscebat scripturæ uerba, quippe diuinorum uoluminum lectione exercitatus. Tum enim & textores & textrices domi sacros codices habebant, quos festis diebus, aut quoties erat ociũ, habebant in manibus. Nec opus erat alia lingua ad horum intelligentiam præter eam qua uulgus illitteratum utebatur. Ea lectio certe hoc adferebat commodi, quòd in templis docíliores sedebant exponenti scripturæ mysteria. Res ipsa clamitat, Origenem uniuersam scripturam canonicam sic memoria tenuisse, ut uix nostrum quispiam expeditius teneat ungues digitosq; suos. Tantum ualet labor improbus, tantumq; habet momenti à teneris unguiculis aliquid imbibisse. Horatius putat dandam ueniam, si operi longo somnus obrepat. Verum Origenes præter quotidianas ad populum Homilias, tot dedit uolumina, nec usquam sentias illum dormitasse, aut delassatum fuisse. Vbiq; alacer est, ac uiuidus, ubiq; feruet. Amabat quæ loquebatur, & de rebus amatis etiam cum uoluptate lo-

quimur. Hinc est illa perpetua uiri alacritas, uiresq; semper integræ.

Apparet ex homiliarum modo apud populum nūquam ultra horæ spaciū produxisse sermonē, sæpe intra semihoram absoluisse. Non ignorabat quantum esset laicorum fastidium, quorum plericq; uix adduci poterant, ut mallent in templis audire sacerdotem de rebus cœlestibus differentem, quàm mimum aut histrionem in theatro obscœna & animæ pestifera nugantem. Consultius itaq; iudicabat, crebro docere, quàm diu. In reprehendēdis moribus ubicq; meminit Christianæ moderationis, nusquam excandescens in tragicas exclamationes, memor se homilias profiteri, quod est familiaritatis uocabulū, non censoriæ seueritatis. Habet tamen interdum aculeorum & acrimoniæ satis, amarulentiæ nihil. Crebro quum durior est obiurgatio, suam personam annumerat his quos reprehendit. Nec traducit domesticas hominū sordes, & arcana crimina, quod facere solent quidam indocti, qui ex secretis cōfessionibus contexunt suas conciones, nō sine suggillatione sexus, status aut ordinis, uix à personis ipsis temperātes. Origenes nulla obiurgatione crebrius utitur, quàm cp populus rarus accederet ad audiendū uerbum dei, & illi ipsi qui adessent, oscitantes audirent, quod summa cum auiditate accipere oportuit, recte iudicans hinc esse præcipuum pietatis profectum aut defectum.

Vbi lectio prolixior est & inuolutior, ueluti quæ Moses tradit de generibus ac ritibus sacrificiorum, de exploranda lepra, de consecratione sacerdotū ac leuitarum, non prosequitur singula, ne sit auditoribus tedio: sed incredibili dexteritate quædam ita proponit, ut ex his totius argumenti summam auditor intelligat.

Aggressurus argumentū perplexum, inuolutum, & ob hoc inamœnū, miris exordijs sternit uiam auditori, ac lucem quandā ostendit, quæ persuadeat facile percipi posse, quæ uidentur impedita, ac plurimū habere tum utilitatis, tum uoluptatis, quæ uidebantur inamœna & ociosa. Ipsam historiā frequenter sic distinguit & explanat, atq; in compendium redigit, ut auditor res apud Mosen inuolutas, facillime & intelligere & meminisse ualeat. Plerunq; est inquirenti ac laboranti similis, interdū propè desperanti, ut auditoris animū ad idem inquirendi studium excitet, ac secum quodāmodo circunducat suspensum & attentum. Interdū orat ipse, petitq; auditorum precibus adiuuari, eisq; spem præbet ab ipsis sublimiora posse reperiri, si intendant animum.

Nullis utitur exordijs alienis, sed aptis ac necessarijs, festinans & in medias res auditorem rapiens.

Ordinem ferè hunc sequitur. historiā explanat dilucidè, breuiterq; quoties res postulat, mox excitat auditorē ad sēsus recōditioris allegoriæ. proximè tractat locos morales, Paulū hac in parte sequutus, qui in primis epistolarū suarū partibus differit sublimiora, quibus expeditis, descendit ad morū uitæq; institutionē. Allegorias aūt nō petit à philosophis aut hebræorū Talmud, aut Cabala, aut ex proprij capitis somnijs, sed ex ipsis scripturis, loca cū locis cōferēs. Quòd si qua allegoria uideatur auditorib. prima frōte durior, p̄mollit eā exordiolo. Nusq; diutius immoratur, q̄ opus est, ubicq; uitās tediū. Nā in locis moralibus Chrysostomus penè īmodicus est, Ac præterq; q̄d ipsa phrasis uiuida, distincta ac dilucida non sinit obrepere tediū, ipsa etiā breuitate uitat fastidiū.

In hac ta-

IN HAC TABVLA POTERIS VNO

INTVITV OMNIA VIDERE QVAE IN VTROQVE TOMO

Origenicorum operum continentur, Optime Lector: hic enim non tantum capita, sed & uerba ipsa, quæ ab autore tractantur, ac in quo foliorum numero, indicantur.

IN GENESIM

Cap.1 De ortu mundi, & eorum quæ in mundo sunt Homilia 1 fólio 1
Cap.6 De fabrica arcæ, & eorum quæ in ea sunt hom.2.9
Cap.17 De circumcisione Abrahæ hom.3.14
Cap.18 Visus est dominus Abrahæ cum sederet ad ostium tabernaculi sui 4.19
Cap.19 De Loth & filiabus eius 5.21
Cap.20 De Abimelech rege Philistinorum 6.24
Cap.21 De natiuitate Isaac, & quod à lacte depulsus est homilia 7 26
Cap.22 De eo quod obtulit Abrahã filium suũ Isaac. 8.29
De repromißionbus secundis ab Abraham factis 9.33
Cap.24 De Rebecca cum exisset ad aquam hauriendam, & occurrisset ei puer Abrahæ 10.35
Cap.25 De eo quod Abrahã Cetură uxorẽ duxit, & quod Isaac habitauit ad puteum uisionis 11.38
De conceptu Rebeccæ, & partu 12.41
Cap.26 De puteis quos fecit Isaac & repleti sunt à Phylistinis hom.13. 43
De eo quod apparuit dominus Isaac ad puteũ iuramenti &c. 14.47
Ca.40. & 46 Et ascenderunt ex Aegypto, & uenerunt in terram Chanaan, ad Iacob patrem suum 15.49
Cap.47 Et acquisiuit Ioseph omnem terram Aegyptiorum Pharaoni &c. 16.52
Cap.49 De benedictionibus Patriarcharum 17.56

IN EXODVM

Cap.1 ERant autem omnes animæ de Iacob septuagintaquinq; 1.61
De obstetricibus 2.65
Cap.4 Ego aũt gracili uoce sum, & tardus lingua 3.68
Cap.7 De decẽ plagis quib. percussa est Aegyptus 4.72
Ca.12.13.14 De profectiõe filiorũ Israel de terra Aegypti 5.77
Cap.15 De cantico quod cantauit Moyses cũ populo: & Maria, cum mulieribus 6.80
De amaritudine aquæ merrhæ 7.85
Cap.17.18 De siti populi in Raphidin, & de bello Amalechitarũ, & de præsentia Iethro 11.103
Cap.20 De initio Decalogi 8.90
Cap.21 De muliere prægnante, quæ duobus uiris litigantib. abortiuerit 10.100
Cap.25 De ijs quæ offeruntur ad tabernaculum 13.109
C.26.27.28 De tabernaculo 9.95
De uultu Moysi glorificato, & uelamine quod ponebat in facie sua 12.196 Cap.34

IN LEVITICVM

VOcauit dominus Moysen, & locutus est illi de tabernaculo &c. 1.114 Cap.1
De sacrificiorum ritu 2.117 Cap.1 & 2
Si autem anima peccauerit, & odierit uocem iuramenti, & hic testis sit &c. 3.121 Cap.3
Si peccauerit anima, & præterierit præcepta domini &c. 4.128 Cap.6
Hæc lex peccati, in loco quo iugulabuntur holocausta, occident &c. 6.134 Cap.7
De indumentis pontificis, & sacerdotum 6.144 Cap.8
De eo quod mandatum est Aaron & filijs, ut uinũ & siceram non bibant 7.149 Cap.10
Mulier quæcunq; conceperit semen, & pepererit masculum immunda erit septem diebus 8.157 Cap.12. & 13
De sacrificijs repropitiationis, & duobus hircis 9.165 Cap.16
De Ieiunio quod in die propitiationis fit 10.174
Sancti estote quia & ego sanctus sum dominus deus uester 11.176 Cap.20
De magno sacerdote 12.180 Cap.21
De diebus festis, lucerna, & candelabro &c. 13.184 Cap.23
De filio mulieris Israelitidis, & Aegyptij patris homilia 14. 189 Cap.24
De uenditionibus domorũ, & redemptionibus 15.192 Cap.25
De benedictionibus Leuitici 16.194 Cap.26

IN NVMEROS

ET locutus est dominus ad Moysen in deserto Sina 1.200 Cap.1
De ordine & collocatione castrorum 2.203 Cap.2
Ego assumpsi leuitas de medio filiorum Israel 3.205 Cap.3
Viginti duo milia numero inuentos esse Leuitas 4.207
Nolite exterminare de tribu sua plebem Caath. homilia 5. 209 Cap.4
Exijt Moyses ad populum &c. 6.212 Cap.11
De Aethiopissa, & Mariæ lepra 7.214 Cap.12
De ijs quæ ab exploratoribus renũtiãtur, & de indignatione domini 8.219 Cap.13. & 14
De Batillis Chore, seditione populi, & de uirga Aaron quæ germinauit 9.221 Cap.16. & 17
Et dixit dominus ad Aaron, tu & filij tui, & domus patris tui tecum sumetis peccata 10.227 Cap.18
De primitijs offerendis 11.230

Cap.21 De puteo,& cantico eius 12.238
Cap.22 De Balaam & Asina eius 13.244
Cap.23 De Balaam rursum 14.249
Cap.24 De prophetia Balaam 15.253
De prophetia alia Balaam 16.256
De eiusdem tertia prophetia 17.263
De eiusdem quarta prophetia 18.268
De quinta eiusdem uisione 19.272
Cap.25 De eo qui fornicatus est in Madianitide, & quod consecratus est populus Beelphegor 20.276
Ca.21.& 26 De eo quod secundo populus numeratus est 21.282
Cap.27 De filiabus Salphaat,& de successione Moysi 22.284
Cap.28 Munera mea,data mea, &c. Et de diuersitate festiuitatum 23.287
Ca.28.29.30 De sacrificijs,& de uotis 24.292
Cap.31 De ultione,quæ in Madianitis facta est 25.296
De summa numeri filiorum Israel 26.300
Cap.33 De mansionibus filiorum Israel 27.305
Cap.34 Terræ sanctæ descriptio,termini & fines 28.315

IN LIBRVM IESV NAVE

Cap.1 Moyses seruus meus mortuus est hom.1.318
De eodem 2.321
Cap.2 De tribu Ruben,& Gad,& semitribu Manasse,& nouem & semis tribubus 3.322
Cap.3 De eo quod Iordanē transit arca testamenti domini cum sacerdotibus & Leuitis & populo 4.325
Cap.4.& 5 De duabus & semis tribubus,quæ trāsierunt Iordanem: De Iesu exaltato,& populo circunciso 5.327
Cap.5 De pascha in Galgala facto,de fructibus terræ palmarū, & de principe uirtutum militiæ 6.330
Cap.6 De Hiericho capta, & Raab saluata,& de eo qui furatus est ex anathemate &c. 7.332
Cap.8 De Hay euersione,de ligno gemino, & regno eius &c. homilia 8 336
Cap.8.& 9 De altari quod ædificauit Iesus, et quomodo legerit Deuteronomium in auribus totius populi 9.339
Cap.9 De dolo Gabaonitarum dicentiū,Audiuimus quanta fecit dominus uobiscum &c. 10.344
De auxilijs,quibus iuuit Gabaonitas 11.345
Bella Iesu spiritaliter exposita 12.347
Cap.10 De Lachis,Lebna,& Chebron ciuitatibus, quas recepe runt filij Israel 13.348
Cap.11 De Iabin rege Asor,& cæteris regibus, qui congregati sunt aduersum Israel 14.350
Et fecit Iesus sicut præceperat ei dominus 15.352
Cap.13 Et Iesus erat senior,& prouectus in diebus suis 16.357
Interea Leuitis,neque Moyses hæreditatem dedit homilia 17 359
Cap.14 De initio diuisionis terræ,quæ diuisa est ab Iesu, & quo modo accessit ad Iesum Caleph, & petijt ab eo Hebron 18.361
De finibus hæreditatis tribus Iudæ 19.362
Cap.15 De difficultate intelligentiæ, & de Caleph quomodo accepit Hebron 20.363
De filijs Iuda qui non potuerunt disperdere Iebusæos de Hierusalem 21.367
De tribu Effrem,& de Chananæis 22.368 Cap.16
De ratione sortium,ubi septem tribus capiunt hæreditatem 23.370 Cap.18
De Amorrhæis quomodo habitauerunt cum Effrem,et de Iesu,qui accepit ciuitatē à filijs Israel 24.372 Cap.19
De ciuitatibus, quæ datæ sunt Leuitis, & sortibus eorum 25.374 Cap.21
De eo quod sepultæ sunt petrinæ macheræ, & de ara, quam extruxerūt duæ & semis tribus, quæ sunt trās Iordanem 26.375 Cap.22

IN LIB. IVDICVM

ET seruiuit populus domino omnibus diebus Iesu, & seniorum,qui uiderunt omnia opera domini magna quæ fecit cum Israel 1.377 Cap.2
Et defunctus est Iesus filius Naue 2.380
Quomodo traditi sunt filij Israel in manus inimicorum, & de Gothoniele,& Aioth 3.383 Cap.2.& 3
De Semegad,Iabin,Sisara,& reliquis iudicibus homilia 4. 386 Cap.3.& 4
De Debbora,Barach,Iahel,& Sisara 5.387
De Cantico Debboræ 6.390 Cap.5
De eo quod translati filij Israel in manus Madian homilia 7 392 Cap.6
De filijs Orientis & Gedeon ex parte 8.394
De prælio,quod Gedeon cum trecentis uiris electis gessit 9.396 Cap.7

IN LIBRVM REGVM I.

DE Helcana, & Fenenna, & Anna, & Samuele, Heli,Ofni,& Finees hom.unica 399 Cap.1.& 2

IN IOB

Liber primus 408
Liber secundus 452
Liber tertius 479

IN PSALMOS

NOli æmulari in malignantibus 1.494 Psal.36
Subditus esto domino,& ora eum 2.499
Gladium euaginauerunt peccatores 3.503
Apud dominum gressus hominis diriguntur 4.511
Os iusti meditabitur sapientiam 5.516
Domine ne in furore tuo 1.521 Psal.37
Amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt 2.527
Dixi custodiam uias meas 1.531 Psal.38
Veruntamen in imagine pertransit homo 2.536

IN CANTICVM CANTICORVM

OSculetur me osculo oris sui 1.541 Cap.1
Nardus mea dedit odorem suum 2.546
Prologus

Prologus in Canticum canticorum 553
Cap.1 Osculetur me osculo oris sui 1.564
Nigra sum & formosa filiæ Hierusalem 2.574
Cap.2 Ecce es speciosa proxima mea, oculi tui columbarum homilia 3 597
Ecce hyems transiit, pluuia abijt, & recessit sibi, flores &c. 4.616

IN ESAIAM

Cap.6 ET factum est in anno quo mortuus est Ozias rex uidi dominum sedentem &c. 1.623
De uisione Dei & Seraphim 4.629
Quis eleuauit ab oriente iustitiam 5.631
Quem mittam, & quis ibit &c. 6.633
Cap.6 & 7 Et audiui uocem domini dicentis, quem mittam, & quis ibit ad populum istum 9.642
Cap.7 Ecce uirgo in utero concipiet &c. 2.626
Cap.8 Da sapienti occasionem 7.638
Cap.11 De septem mulieribus 3.628
Cap.13 Vlulate sculptilia in Hierusalem, & in Samaria homilia 8 641

IN HIEREMIAM

Cap.1 FActus est sermo domini ad eum 1.643
Cap.2 Fugite de medio Babylonis 2.649
Quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienæ homimilia 13 689
Cap.3 Et dixit dominus ad me in diebus Iosiæ regis homilia 14 690
Cap.5 Quomodo confractus est & contritus malleus uniuersæ terræ 3.653
Cap.10 Qui facit terram in fortitudine sua 5.661
Cap.11 Sermo qui factus est ad Hieremiam à domino dicens: Audi uerba testamenti huius 6.664
Cap.12 & 13 Exterminata est exterminio omnis terra 7.666
Cap.12 Notum fac mihi domine, & cognoscam 8.668
Cap.13 Omnis uter implebitur uino 9.671
Cap.13 & 14 Quis parcet super te Hierusalem? aut quis contristabitur super te? 10.677
Cap.15 Heu mihi ego mater 11.678
Cap.16 Ecce ego mitto piscatores multos dicit dominus homilia 12 685
Cap.17 Clamauit perdix, congregauit quæ non peperit, faciens diuitias suas non cum iudicio &c. 4.658

IN EZECHIELEM

Cap.1 FActum est in trigesimo anno, in quarto mense in quinta mensis, & ego eram in medio captiuitatis secus fluuium Chobar 1.693
Cap.13 Fili hominis propheta super prophetas Israel, qui prophetant de corde suo 2.701
Fili hominis obfirma faciem tuam super filias populi tui, quæ prophetant de corde suo 3.704
Cap.14 Terra cum peccauerit mihi ut prævaricetur prævaricans, extendens manum meam super eam homilia 4 708
De quatuor ultionibus pessimis inductis super terram peccatricem Cap.14 & 15 5.714
Fili hominis quid fiet ligno uitis ibidem Cap.15
Fili hominis notas fac Hierusalem abominationes suas Cap.16 homilia 6 717
Sumens de uestimentis meis fecisti tibi excelsa hincinde consuta 7.722
In quo cũstituam cor tuum, ait dominus deus, cum facias tu hæc omnia opera meretricis procacis 8.726
Ergo & tu confundere & porta ignominiam tuam homilia 10 732
Mater uestra Cethea, & pater Amorrhæus 9.728 Cap.17
Fili hominis propone ænigma & dic parabolam ad domum Israel, & dices: Aquila magnarum alarum &c. homilia 11 735
Fili hominis dic ad domum exasperantem, nescitis quid ista significent 12.739
Fili hominis leua planctum super regem Tyri, & pone faciem tuam contra Sidonem Cap.27 13.742
Porta hæc clausa erit non aperietur, & nemo per eam transibit, quia dominus deus transibit per eam Cap.44 homilia 14 746

LIB. I. PERI ARCHON, seu De principijs.

PRoœmium Origenis 749
De deo 751 Cap.1
De Christo 754 Cap.2
De Spiritu sancto 760 Cap.3
De diminutione uel lapsu 764 Cap.4
De rationabilibus naturis ibidem Cap.5
De fine uel consummatione 767 Cap.6
De incorporeis & corporeis 770 Cap.7
De Angelis 772 Cap.8

LIB. II. PERI ARCHON, seu De principijs.

DE Mundi initio & fine 774 Cap.1
De perpetuitate corporeæ naturæ 776 Cap.2
De initio Mundi & causis eius ibid. Cap.3
Quod unus est Deus legis & prophetarum, & domini Iesu Christi pater Cap.4 780
De iusto & bono 783 Cap.5
De incarnatione Christi 786 Cap.6
De sancto spiritu 789 Cap.7
De Anima 790 Cap.8
De Mundo 793 Cap.9
De resurrectione & iudicio 796 Cap.10
De igne inferni & pœnis eiusdem 798 Cap.11
De repromissionibus 799 Cap.12

LIB. III. PERI ARCHON, seu De principijs.

PRæfatio Rufini 802
De libertate arbitrij 803 Cap.1

Cap.2 De contrarijs poteſtatibus 815
Cap.3 De triplici ſapientia 820
Cap.4 De humanis tentationibus 822
Cap.5 Quod mundus ex tempore cœperit 825
Cap.6 De conſummatione mundi 828

LIB. IIII. PERI ARCHON, ſeu De principijs.

Cap.1 QVod ſcripturæ diuinitus inſpiratæ ſint 831
Cap.2 Quod multi ſpiritaliter non intelligentes ſcripturas, & male intelligentes in hæreſes declinarũt 834
Cap.ult. Anacephalæoſis de patre, & filio & ſpiritu ſancto, & cæteris quæ ſuperius dicta ſunt 844
LAMENTVM falſò ab in docto quopiam Origeni adſcriptum 849
IN Apologeticũ Sancti Pamphyli martyris pro Origene Rufini Præfatio ad Macarium 852
APOLOGETICVS Pamphili martyris pro Origene, Rufino interp. Qua expoſitione fidei uſus ſit Origenes 853
De Deo patre omnipotenti quid dixerit Orig. 860
De Deitate filij Dei 861
Dei filium coæternum eſſe patri ibidem
Generationem filij dei extra ullum initium eſſe 862
Dei filium coæternũ atq; inſeparabilẽ eſſe à patre ibid.
De ſpiritu ſancto 863
Spiritus ſancti inconuertibilitatem eandem eſſe quæ Patris & filij ibid.
Spiritum ſanctum non eſſe creaturam ibid.
Trinitatem eſſe coæqualem ibid.
Trinitatis cognitionem unam & eandem eſſe, nec ulli creaturæ communem 864
De incarnatone filij Dei 865
Filium dei ex patre natum, eidemq; conſubſtantialem eſſe, alienum uerò à ſubſtantijs creaturarum 867
Filium dei non eſſe natum per prolationem ſecundum Valentinum 868
Chriſtum non purum hominẽ eſſe, ſed & Deũ & hominem ibid.
Chriſtum filium dei unum eſſe 870
De Reſurrectione quid ſenſerit 872
De pœnis peccatorum 875
De anima quid ſenſerit Origen. 876
DE Adulteratione librorum Origenis Rufino autore 879

IN TOMO SECVNDO

IN MATTHAEVM

Cap.1 CVm eſſet diſponſata mater Ieſu Maria Ioſeph &c. 499
Cap.2 Angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph, dicens, Surge &c. 509
Cap.6 Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes 513
Cap.8 Et ecce leproſus ueniens adorabat eum dicens 515
Aſcendente Ieſu in nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius 519
Tunc dimiſsis turbis uenit in domum ſuam 3 Cap.13
De parabola theſauri in agro abſconſi 4
Audiuit Herodes tetrarcha famam Ieſu, & dixit pueris ſuis 14 Cap.14
Tunc accedunt ad eum è Hieroſolymis phariſæi, & ſcribæ dicentes 22 Cap.15
De Chnanæa 29
De turbis ſanatis 31
De ſeptem panibus 32
Egreſſus Ieſus ſeceßit in partes Tyri, & Sidonis 522
Et accedentes Sadducæi, ac Phariſæi tentantes poſtulabant ab eo, ut ſignum de cœlo uiderent 33 Cap.16
De fermento Phariſæorum 35
De eo quod dominus in Cæſarea percontatus eſt quem ipſum dicerent eſſe homines tract. 1 37
Si quis uult uenire poſt me abneget ſemetipſum tr.2. 45
Aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrem eius in montem excelſum tract.3. 48 Cap.17
Deſcendente Ieſu de monte acceßit ad eum homo, eius genibus prouolutus dicens, Domine &c. tra.4 55
Acceſſerunt ad Ieſum dicipuli dicentes: Quis putas maior eſt in regno cœlorum 5.59 Cap.18
Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eum &c. 6.67
Simile eſt regnum cœlorum homini regi, qui uoluit rationem ponere cum ſeruis ſuis 7.70
Interrogauit Ieſum unus de turba dicẽs, Magiſter bone, quid boni faciam, ut habeam uitam æternam 8.80 Cap.19
Dixit Simon Petrus ad Ieſum, ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te 9.85
Simile eſt regnum cœlorum homini patrisfamiliâs, qui exijt primo mane conducere operarios in uineam ſuam 10.90 Cap.20
Aſcendens Ieſus Hieroſolymam, accepit duodecim diſcipulos ſuos ſeorſim, & dixit eis: Ecce &c. 11.94
Acceßit ad Ieſum mater filiorum Zebedæi cum duobus filijs ſuis adorans & petens aliquid ab eo 12.96
Egredientibus illis ab Hierico ſecutæ ſunt eum turbæ multæ 13.99
Cum appropinquaſſent Hieroſolymis, & uenisſent Bethphage ad montem Oliueti &c. 14.101 Cap.21
Cum intraſſet Ieſus Hieroſolymam commota eſt uniuerſa ciuitas, dicens: Quis eſt hic &c. 15.104
Abijt Ieſus foras extra Ciuitatem in Bethaniam, & manſit ibi 16.107
Acceſſerunt ad eum principes ſacerdotum, & ſeniores populi dicẽtes: In qua poteſtate hæc facis &c. 17.109
Homo quidam habuit duos filios, & accedens ad primum dixit &c. 18.111
Homo erat paterfamiliâs, qui plantauit uineam &c. tract.19 ibid
Simile eſt regnum cœlorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo 20.117 Cap.22
Abierunt Phariſæi, & conſilium acceperunt, ut eum caperent in ſermone, & mittunt diſcipulos ſuos &c. tract.21 121
Acceſſerunt ad Ieſum Sadducæi qui dicunt non eſſe reſurre-

ſurrectionem tr.22.123

Audientes autem phariſæi, quod ſilentium impoſuiſſet Ieſus Sadducæis conuenerunt in unum,& interrogauit unus ex eis tentans eum. Magiſter quod eſt maius mandatum in lege 23.127

Cap.23 *Loquutus eſt Ieſus ad turbas, & ad diſcipulos ſuos dicens: Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi &c.* 24.133

Væ uobis ſcribæ & phariſæi hypocritæ, quia clauditis regnum cœlorum ante homines 25.137

Væ uobis ſcribæ, & phariſæi hypocritæ, qui ædificatis ſepulchra prophetarum 26.144

Cap.24 *Egreſſus de templo Ieſus ibat, & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, ut oſtenderent ei ſtructuras templi* 27.149

Audietis autem prælia,& opiniones præliorum, uidete ne terreamini 28.153

Cum uideritis abominationem deſolationis, quod ſcriptum eſt per Danielem prophetam 29.159

Sicut fulgur exit ab oriente, & apparet uſque ab occidentem, ita erit & aduentus filij hominis 30.166

Vigilate quia neſcitis qua hora dominus ueſter ueniet tract.31 180

Cap.25 *Simile eſt regnum cœlorum decem uirginibus, quæ accipientes lampades ſuas &c.* 32.184

Homo quidam peregre proficiſcens uocauit ſeruos ſuos, & tradidit eis bona ſua 33.186

Cum uenerit filius hominis in gloria ſua, & omnes angeli cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem &c. tract. 34 191 525

Cap.26 *Scitis quia poſt biduum paſcha fiet,& filius hominis tradetur ad crucifigendum* 35.195

IN LVCAM

PRoœmium hom.1 241

Cap.1 *Erant autem iuſti ambo in conſpectu dei, ambulantes in omnibus mandatis &c.* 2.243

Apparuit ei angelus domini ſtans à dextris altaris incenſi 3.244

Ne timeas Zacharia 4.245

De eo quod Zacharias obmutuit 5.246

Cum autem concepiſſet Elizabet abſcondebat ſe homilia 6 246

Exurgens autem Maria cum feſtinatione uenit in montana 7.248

Magnificat anima mea dominum 8.249

Manebat cum ea menſibus tribus 9.250

Plenus ſpiritu ſancto prophetauit 10.351

Cap.1 & 2 *Puer autem creſcebat & confortabatur ſpiritu homilia 11* 252

Cap.2 *De eo quod ſcriptum eſt angelum de cœlo ortum Chriſti nunciaſſe paſtoribus* 12.253

Et facta eſt multitudo exercitus cœleſtis 13.254

Cum autem impleti eſſent dies circunciſionis homilia 14 256

De Simeone, quod in ſpiritu ad templum uenerit homilia 15 258

Erant pater eius & mater mirantes ſuper his quæ dicebantur de eo 16.259

De eodem 17.260

Puer autem creſcebat,& confortabatur 18.262

De eodem 19.262

Quid eſt quod quærebatis me 20.264

Quintodecimo anno Tiberij Cæſaris, præſide Iudeæ homilia 21 266 Cap.3

Omnis uallis implebitur, omnis mons & collis humiliabitur 22.267

Ecce ſecuris ad radices arboris poſita eſt homilia 23 pag. 260

Ego quidem baptizo uos aqua 24.270

De ſuſpitione, quam habuit populus de Ioanne ne ipſe eſſet Chriſtus 25.271

Cuius uentilabrum in manu, & mundabit aream ſuam homilia 26 272

Multa quidem & alia exhortans annunciabat homilia 27 273

De genealogia ſeruatoris 28.274

Ieſus autem plenus ſpiritu reuerſus eſt 29.275 Cap.4

De tentatione Chriſti ſecunda 30.276

De tertia Chriſti tentatione 31.277

Reuerſus eſt Ieſus in uirtute ſpiritus 32.278

Vtiq; dicitis mihi parabolam iſtam, medice cura teipſum homi.33 279

Qui uoluerit animam ſuam ſaluare &c. 36.285 Cap.9

Magiſter quid faciendo uitam æternam poßidebo homilia 34 280 Cap.10

Quando uadis cum aduerſario tuo in uia &c. homilia 35 282 Cap.12

De eo quod à diſcipulis pullus aſinæ ſolutus ſit homilia 27 285 Cap.19

Cum appropinquaſſet uidit ciuitatem,& fleuit ſuper illam 38.286

De quæſtione Sadducæorum ſuper muliere quæ habuit ſeptem uiros, & rurſus de denario, quem ſibi iußit oſtendi ſaluator 38.287 Cap.20

IN IOANNEM

PRæfatio tomo 1.289

Cap.1 *In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum* 501

Et uerbum erat apud deum 2.311

Quod factum eſt in ipſo uita erat &c. 3.319

Et lux in tenebris lucet &c. 4.326

Fuit homo miſſus à deo, nomen illi Ioannes tomo 5 fol. 326

Hic uenit in teſtimonium, ut teſtificaretur 328

Tomi ſexti præfatio 331

Et hoc eſt teſtimonium Ioannis to.6.332

Tunc miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes ad Ioannem 7.336

Es tu Pheta ille? & reſpondit non 339

Tu qnis es, ut reſponſum demus his qui miſerunt nos

nos 340
Ego uox clamantis in deserto &c. 342
Ego quidem baptizo uos in aqua: in medio autem uestrum stat 8.346
Hæc in Bethabara facta sunt trans Iordanem 350
Postero die uidit Ioannes Iesum uenientem ad se tomo 9 354
Cap.2 Posteà descendit Caparnaum ipse & mater eius, & fratres eius &c. 10.359
Ascendit Hierosolymam Iesus, & reperit in templo eos qui uendebant &c. 11.369
Quod signum ostendis nobis quòd ista facias: Destruite templum hoc &c. to.12 376
At ille dicebat de templo corporis sui 379
Cum esset Hierosolymis in festo multi crediderunt in nomine eius 382
Tomi 13 præfatio 384
Cap.4 Omnis qui biberit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem biberit &c. 13.384
Num tu maior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis hunc puteum 389
Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus to.14 390
Venit hora, & nunc est quando ueri adoratores adorabunt patrem spiritu 391
Spiritus est Deus, & eos qui adorant eum, spiritu & ueritate adorare oportet ibid.
Scio Messiam uenturum qui dicitur Christus 394
Dicit illi Iesus, ego sum qui loquor tecum 395
Reliquit mulier hydriam suam 395
Rogabant eum discipuli, dicentes, Rabbi comede tomo 15 397
Ego cibum habeo comedere, quem uos nescitis ibidem
Num aliquis attulit illi aliquid ad edendum 398
Nónne uos dicitis quod adhuc quatuor menses sunt, & mensis uenit? 15.401
Qui seminat mercedem accipit, & congregat fructum in uitam æternam 16.402
Qui seminat simul gaudeat & qui metit 405
Alius est qui seminat, & alius qui metit 406
Misi uos ad metendum quod non laborastis ibidem
Ex urbe autem illa multi Samaritanorum crediderunt to.17 407
Samaritani rogabant eum ut apud eos maneret, & mansit illic duos dies 408
Mulieri dicebant: Non propter tuam loquebam credimus ibid.
Iesus testatus est prophetam in patria honorem non habere 409
Receperunt eum Galilæi, ut qui uidissent quæ Iesus fecisset Hierosolymis 410
Venit rursus Canam Galilææ ubi fecerat ex aqua uinum 411
Erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum 18.412
Videte hominem qui dixit mihi omnia quæcunque feci 415
Cap.8 Neq; me scitis, neq; patrem meum scitis 19.416
Hæc loquutus est in Gazophilatio docens in templo 419
Ego uado, & quæretis me, & in peccato uestro moremini 421
Nunquid seipsum interfecturus est &c. 423
Vos ex infernis estis ego è supernis 426
Nisi credideritis, moriemini in peccatis uestris 428
Scio quod Abrahæ semen estis, sed quæritis me interficere 20.429
Ego quæ uidi apud patrem meum loquor 21.432
Nos ex stupro non sumus nati, unum patrem habemus deum 22.432
Si deus pater uester esset diligeretis me 438
Vos ex illo patre diabolo estis &c. 23.440
Ille homicida fuit ab initio, & in ueritate non stetit tomo 24 444
Ego autem quia ueritatem dico non creditis mihi tomo 25 447
Qui ex deo est, uerba dei audit 448
Nónne bene dicimus nos quod Samaritanus es, & dæmonium habes 26.450
Ego dæmonium non habeo 451
Siquis sermonem meum seruauerit mortem non uidebit 27.453
Abraham mortus est & prophetæ, & tu dicis siquis &c, 455
Tomi 28 præfatio 457
Dicit Iesus, Tollite lapidem 28.458 Cap.11
Pater gratias ago quoniam audisti me 460
Clamauit: Lazare ueni foras. Et prodijt qui mortuus fuerat 29.461
Abierunt ad Pharisæos, & dixerunt illis quæ fecisset Iesus 463
Collegerunt pontifices & pharisæi concilium &c. pag. 664
Caiphas prophetauit quòd Iesus esset moriturus tomo 30 465
Hoc à semetipso non dixit 469
Ab illo die consultauerunt ut interficerent Iesum tomo 31 470
Iesus iam non propalam ambulabat inter Iudæos, quia quærebant eum comprehendere 471
Instabat pascha Iudæorum, & ascenderunt multi Hierosoly. &c. 472
Dederant pharisæi & pontifices mandatum ut siquis &c. 473
Tomi 32 præfatio 474
Lauit pedes discipulorum Iesus 32.474 Cap.13
Non lauabis mihi pedes in æternum 477
Quod facio tu nescis modo, scies autem post ea 479
Debetis inuicem alij, aliorum lauare pedes 481
Non est seruus maior domino suo: Ego scio quos elegerim 483
Dico uobis nunc, ut cum factum fuerit credatis quia ego sum 484
Qui recipit quemcunque misero, me recipit 486
Amen dico uobis quod unus ex uobis me proditurus est 487

Aspiciebant

Aſpiciebant ſe inuicem diſcipuli dubitantes de quónam diceret 488
Recubuit unus ſuper pectus Ieſu, & dixit ei: Domine quis eſt qui tradet te? 490
Ingreſſus Satanas in Iudam, dicit illi Ieſus quod facis, fac ocyus 492
Nunc glorificatus eſt filius hominis, & deus glorificatus eſt per eum 494
Filioli adhuc pauliſper uobiſcum ſum. Quæretis me &c. 496
Amen dico uobis, plorabitis uos & lamẽtabimini 497
Cap.18 Iudas cum accepiſſet cohortem &c. 31.471
Cap.20 Maria ſtabat ad monumentum foris plorans 528
Cap.21 Conuerſus Petrus uidit diſcipulum quam diligebat Ieſus ſequentem, qui & recubuit &c. 32.491

HOMIL.

DE Epiphania domini 524

In Epiſtolã Pauli ad Romanos libri decẽ Præfatio 534

LIBER I

Cap.1 PAulus ſeruus Ieſu Chriſti uocatus apoſt. &c. 536

LIBER II

Cap.2 SCimus autem quoniam iudicium dei eſt ſecundum ueritatem in eos qui talia agunt 550
Cap.3 Quid ergo amplius Iudæo? aut quæ utilitas circunciſionis? Multum per omnem modum. Primum quia &c. 570

LIBER III

SI autem iniquitas noſtra dei iuſtitiam commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus deus qui infert iram? 575

LIBER IIII

Cap.4 QVid ergo dicemus inueniſſe Abraham patrẽ noſtrum ſecundum carnem? Si enim Abrahã ex operibus inſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud deum 594
Cap.5 Iuſtificati igitur ex fide pacẽ habemus ad deum per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quem acceſſum habemus, &c. 608

LIBER V

PRropterea ſicut per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ſic in omnes homines mors pertranſiit 616
Cap.6 Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato ut gratia abundet? Abſit 631

LIBER VI

NOn ergo regnet peccatum in ueſtro mortali corpore, ut obediatis cõcupiſcentijs eius, neq; exhibeatis membra ueſtra arma iniquitatis peccato, ſed exhibete &c. 640
An ignoratis fratres (ſciẽtibus enim legem loquor) quia lex dominatur in homine quanto tẽpore uiuit? 647 Cap.7
Nihil ergo damnationis eſt his, qui ſunt in Chriſto Ieſu, qui non ſecundum carnem ambulant 655 Cap.8

LIBER VII

QVicunq; enim ſpiritu dei aguntur, ij filij ſunt dei: Nõ enim accepiſtis iterum ſeruitutis ſpiritum in timore 660
Veritatem dico in Chriſto, non mentior, teſtimoniũ mihi perhibente conſcientia mea in ſpiritu ſancto: quoniam &c. 675 Cap.9

LIBER VIII

FRatres uoluntas quidem cordis mei, & obſecratio apud deum fit pro illis in ſalutem 685 Cap.10
Dico igitur: Nũquid repulit deus plebẽ ſuã? Abſit. 692 Cap.11

LIBER IX

OBſecro itaq; uos fratres per miſericordiam dei ut exhibeatis corpora ueſtra hoſtiam uiuentem, ſanctam, deo placentem, rationabile obſequium ueſtrum 704 Cap.12
Omnis anima poteſtatibus ſublimioribꝰ ſubdita ſit: Non enim poteſtas eſt niſi à Deo 714 Cap.13
Infirmum autem in fide aſſumite non in diſceptationibus cogitationum, alius enim credit manducare ſe omnia, &c. 718 Cap.14

LIBER X

NOn ergo blaſphemetur bonum nomen: Nõ enim regnum dei eſt eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpiritu ſancto 725
Debemus autem nos firmiores imbecillitates infirmorũ ſuſtinere, & non nobis placere 728 Cap.15
Commendo autem uobis Phœben ſororem noſtrã, quæ eſt in miniſterio eccleſiæ, quæ eſt Cenchris 737 Cap.16
Peroratio translatoris 744

CONTRA CELSVM LIB. VIII, Sigiſmundo Gelenio interprete.

PRoœmium Origenis in libros cõtra Celſum 745
Reſpondet ijs quæ Celſus Chriſtianæ objicit religioni, tanquam ſeditioſæ, & politiam ſpernenti 749 Lib.I
Occurrit ad omnia quæ à Celſo ficta Iudæi perſona ex ueteri teſtamento contra Chriſtianam religionẽ objicit 771 Lib.II

Ea cona-

Lib.III Ea conatur impugnare quæ Celsus ex se promere uidetur 899
Lib.IIII Gentiltum scripta, quibus suam sententiam Celsus confirmat, simul cum ipsius Celsi rationibus labefactare, ac rursus ueram pietatem sacrarum literarum auxilio erigere studet 823
Lib.V Ea confutat quæ Celsus tanquam uerisimilia cõtra Christiana dogmata profert 858
Lib.VI In hoc fermè totus est Origenes ut Christianæ religionis mysteria, & ritus nullo modo ab ethnicorum erroribus demanasse concludat: idq; aduersus impiè deridentem Celsum, & fabulis res Christianorum seriæ conferentem 879
Lib.VII Celso calumnianti nihil ad Christum prophetarum oracula pertinere, respondet: simul ac asserenti nulli præterquam Iudæorum Deo illa competere 907
Lib.VIII Pergit eadem ratione Celsi dictis & calumnijs respondere 930

CONTRA MARCIONISTAS DIALOgi III. Laurentio Humfrido interp.

ARgumentum Origenis generale in dialogos contra Marcion. 954
Argumentum & partitio primi dialogi. 955
Contra tria Megetij Marcionistæ principia, & de recta in unum deum fide 955 Dial.I
Argumentum secundi dialogi 967
Contra duo Marci principia. Vnum esse deum ueteris et noui testamenti Christi patrem: consensum legis ac euangelij confirmat 968 Dial.II
Argumentum dialogi tertij 975
Vnde diabolus & mala oriantur 976 Dial.III
De Christo homine uerò incarnato, & ex Maria nato 985 Cap.1
De resurrectione mortuorum doctrina 972 Cap.2
Cap.3

FINIS.

INDEX IIꝺ LOCORVM SACRAE SCRIPTVRAE, PASsim ex Origene excerptorum, quæ ab ipso obiter citantur & explicantur, ordine Biblico.

Cap.1 IN principio fecit deus cœlum & terram to.1.lib.2 peri archon. 793
Spiritus domini ferebatur super aquas to.1.lib.1. peri ar.cap 3 761
Fiat firmamentũ quod diuidet inter aquas & aquas to.1 In psal.36 hom.2.502
Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt, & appareat arida to.1. In Num.cap.3 hom.26.304
Producant aquæ reptilia animarum uiuentium to.2. In Matth.cap.137 7
Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram to.2.lib.4 contra Cels.1 832
Fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suã to.1 In Cant.hom.3 610.& 828
Crescite & multiplicamini to.1.In Luc.ca.2.ho.12.253
Cap.2 Requieuit ab omni opere quod patrauit to.2.In Matth. tract.29 164
Hic est liber generationis hominum to.2.lib.6. contra Cels. 896
Die qua fecit deus cœlum & terram to.2.lib.6. contra Cels. 896
Plantauit dominus paradisum uoluptatis to.1 In Iosua cap.10 hom.13.349
Finxit hominem de limo terræ to.1.In Matt.tra.30.171
Insufflauit in faciem eius spiraculum uitæ to.1.lib.1. peri ar.cap.4 762
Et factus est homo in animam uiuentem to.2.In Ioan. cap.4.to.14 393
Hoc nunc quod es ex oßibus meis etc.to.1.In Exod.cap.1 hom.1 62
Quia de uiro assumpta est to.2.In Matth.tract.7.74
Manducauerunt & aperti sunt oculi amborum to.1 In Num.cap.24.hom.17.264.& to.2.260. & li.7 contra Cels. 919 Cap.5
Vbi es Adam to.1.In Iob. 428
Ad ipsum conuersio tua to.1.In Gen.cap.20 hom.6.25
Maledicta terra in opere tuo, in molestijs comedes &c. to.2.lib.7.contra Cels. 916.& 970
Terra es, & in terram ibis to.1.In Ezech.hom.4 709
Fecit deus tunicas pelliceas & induit Adam & mulierẽ eius to.1.In Leuit.cap.8.hom.6 145
Cognouit Adam Euam uxorem suam to.2.In Matth. tract.30 177
Vox sanguinis fratris clamat ad me to.1.lib.3.peri ar. cap.4.825.& to.2.In Matth.tract.2 147
Resuscitauit mihi semen aliud deus pro Abel quem interfecit Cain. In euangelium Ioan.to.7 337
Enoc, non inueniebatur quia transtulerat eum deus to.1. In Num.cap.33.hom.28 315 Cap.5
Et uocauit nomen eius Noe to.2.In Matt.tract.29.164
Hic requiem dabit nobis ab operibus & tristitijs nostris, & à terra &c.to.1.Gen.cap.6.hom.2 11
Viderunt filij dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperuntq; sibi uxores &c. to.2.lib.5. contra Cels. 876 Cap.6
Non permanebit spiritus meus in hominibus quia caro sunt to.1.In Psal.38.hom.2 539
Nõ manducabitis sanguinẽ, quia anima totius carnis etc. to.1.lib.2.Peri ar.cap.7 790 Cap.9
Animam cum carnibus non manducabitis ibidem
Sanguinem animarum uestrarũ exquiram ab omni fratre & ab omni bestia to.1.In Psal.36 hom.3.505 Cap.11
Venite confundamus linguas eorum to.1. In Num.ca.18 hom.11

homil.11 234
Erat autem Sarai sterilis, nec habebat liberos to.1. In lib. Reg. homi.1.401
12 Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, et ueni in terrā quam monstrauero tibi to.2. In Euang. Ioan. to.21 pag.433
13 Erat autem Sodoma sicut paradisus domini antequam &c. to.1. In Gen. cap.16 hom.5.22
18 Visus est deus Abrahæ ad quercū sedenti ad ostium tabernaculi sui to.1. In Cant. homi.2.584
Si inuenti fuerint quinquaginta in ciuitate Sodom. non &c. to.1 in Num. cap.4. hom.5 211
19 Sedente Lot in foribus uesperi &c. to.1 in Gen. cap.18 hom.4 19
Festina ergo saluari illic, nec enim potero facere quicquam to.2 in Matt. tract.30 178
Est tibi hic aliquis gener, aut filij aut filiæ to.1 in Hie. ca. 1 hom.1 643
Hic est pater Moabitarum usq; in hodierum diem tom.1 in Iosue cap.7 ho.7 334
21 Conuiuium magnum fecit Abraham ea die qua à lacte depulsus est Isaac to.1 in lib. Reg. ho.409
22 Hæreditate capiet semē tuum ciuitates aduersariorū to.1 in Gene. cap.23 hom.9 34
24 Accepit Rebeccam, & facta est ei uxor &c. tom.1 in cant. prol. 556
26 Ibat proficiens atq; succrescens, donec magnus effectus est ualde to.2 in Matt. tract.5 60
27 Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni to.2 in matt. tract.29 162
Ecce Esau frater tuus minatur occidere te, fuge ad Labam ibid.
29 Et dilexit Iacob Rachel &c. to.1 in can. prol. 556
32 Iacob luctatus est cum angelo, & inualuit ad eum to.1 lib.3 peri ar. cap.2 819
38 Nesciebat enim quod nurus sua esset tom.1 in cant. hom.2 590
46 Descendit Israel in Aegyptum in septuaginta animabus to.1 lib.4 peri ar. 842
49 Iuda te collaudant fratres tui, manus tuæ super dorsum inimicorum to.1 in Hier. cap.11. hom.6. 664 & to.2 in Ioan. to.1 309
Non deficiet princeps ex Iuda, & dux è femoribus eius donec ueniant quæ reposita sunt ei to.1 lib.4 peri ar. cap.1.832 et to.2. lib.1 contra Cels. 764
Et ipse erit expectatio gentium ibidem
Beniamin lupus rapax ad matutinum comedet &c. to.1. in Ezec. hom.4 711

EXODVS

Cap.1 Affligebat Hebræorum uitam operibus duris, luto & latere cōficiebat eos t.1 in cā. ho.2.580
2 Et ascēdit clamor eorum ad deum t.1 in. can. ho.2.580
3 Digrediens siue transiens uidebo uisionem magnam hanc to.1 in psal.36. ho.4 511
Transeam & uidebo uisum hoc t.1 in Ge. c.25. ho.12.41
Solue corrigiam calceamenti de pedibus tuis to.1 in gen. ca.22. ho.8.31. in Iosue cap.5 332
Locus in quo stas terra sancta est to.1 in Iosue cap.5. homilia 6 332
Ego sum deus Abraham & deus Isaac & deus Iacob to.1 in psal.36.511. to.2 in matt. tract.22 127
Ego sum qui sum, & hoc mihi nomen est to.1 in lib. Reg. hom.1.406 in psal.36.511 to.2 in Matt. tra.21 126
Existens hoc mihi nomen est to.2 in Ioan. to.2 318
Ego indurabo cor Pharaonis to.1 lib.3 Peri ar. ca.1.803
4 Infer manum in sinum tuum, erat manus eius leprosa to.2 in Ioan. 490
Intulit manum in sinum suum, & erat leprosa tom.2 in Ioan. to.32 490
Accipies de aquis fluminis, eritq; aqua illa sanguis t.2 in Ioan. to.32 491
Sponsus sanguinum tu mihi es t.2. li.5. cōtra Cels. 874
Ego enim gracili sum uoce, & tardus lingua to.1 in Ge. cap.17. hom.3 16
7 Induratū est cor Pharaonis to.1. lib.3 peri ar. ca.1.806
Deus Hebræorum misit me to.2 in Matt. tract.22 127
Ecce didi te deum Pharaonis, & Aron frater tuus &c. to.2 in Ioan.6 340
9 Et indurauit dominus cor Pharaonis t.1 in cant.2.580
11 Fuit Moses uir magnus to.2 in Matt. tract.5 60
12 Cùm habueritis diem festum azyma super amaritudinem manducabitis to.1 in Hie. ho.12 684
Edent carnes hac nocte assas igni tom. 2 in Ioan. tom.10 pag. 366
Et os non comminuetis ex eo to.2 in Ioan. to.10 366
13 Præcedebat deus in columna ignis per noctem, & in columna nubis per diem tom.1 in Gen. cap.17. homilia 4 20
14 Dominus pugnabit pro uobis, & uos tacebitis tom.1 Num. cap.22. hom.13 247
Indurauit dominus cor Pharaonis to.1 in can. ho.2. 580
Credidit autem populus deo & Moysi famulo eius to.2 in epist. ad Ro. cap.4 lib.4 601
15 Non poterant bibere aquas de Mara eo quòd amaræ essent to.1 in Hie. cap.12. hom.8 669
Posuit lignum in aquam, & dulces factæ sunt to.1 in Hie. cap.12. ho.8 669
17 Vt eleuasset Moyses manus ad deum uincebatur Amalech to.1 in Nu. ca.22. hom.13 247
20 Non habebis deos alios præter me, non facies tibi idolum nec ullam similitud. &c. t.2. l.5. contra Cels. 850
Visitans iniquitatem patrum in filios usq; in tertiam & quartam progeniem t.1 in Exo. c.20 ho.8 94
Honora patrem tuum & matrem tuam, & bene sit tibi, & fias longæuus to.2 in matt. cap.15 25
22 Non comedent, sed canibus proijcient to.2 in Matth. cap.15 31
Si in ipsa perfossione inuentus fuerit fur, & percussus mortuus fuerit &c. to.2 in Matt. tract.31 180
24 Omnis populus uidit uocem dei tom.2. lib.6. contra Cels. 900
25 Et facies propitiatorium ex auro puro, duobus cubitis & semis longitudinem eius, & unum cubitum etc. to.2 in epist. ad Rom. cap.3 lib.3 587
30 Accipe tibi florem myrrhæ electæ quingentos siclos &c. to.1 in cant. hom.1 568
Facies thymiama compositum opere unguentarij to.1 in can. hom.1 542

31 Ego impleui eos spiritu sapientiæ & intellectus, ut faciant opera artis unguentariæ to.1 in cant.ho.1 542
33 Ecce locus apud me, & stabis super petram tom.2 in Ioan.to.24 445
Ponam te in foramine petræ to.1 in psal.36 511
Et conspicies posteriora mea to.1 in Hier.16 ho.12.685 lib.2 cap.4 peri ar. 782
34 Non norat Moses quòd haberet faciem cornutam t.1 in Ioan.to.32 494
40 Et gloria domini repletum est tentorium t.1 in Ioã. tom.32 494

LEVITICVS

Cap.6 HAEc est lex holocaustorum to.2 in epist.ad Ro. cap.2 lib.2 565
9 Accipite hircum ex capris pro peccato to.2 in epi.ad Ro.cap.2 lib.2 565
10 Vinum & siceram non bibetis t.2 in epi.ad Rom.ca. 2 lib.2 565
12 Octaua die circuncidet carnem præputij eius to.2 in epist.ad Ro.cap.2 565
16 Et accipient duas sortes: Sors una domino, & sors una Apopompæo tom.1 in Iosue cap.18 370
17 Homo ex filijs Israel, uel ex aduenis qui sunt in eis, qui cunq; fecerit holocaustum uel sacrificium &c.to.2 in epist.ad Rom.cap.2. 566
Anima omnis carnis sãguis ipsius to.1.li.3 Peri ar.ca.4. pag. 823
Quicunque manducauerit sanguinem, statuam animam eam super animã illius & c.t.2 in ep.ad Ro.li.2 c.566
20 Sancti estote quoniam ego sanctus sum, dicit dominus to.1 in nu.ca.18.ho.11 237
Si homo maledexerit patri suo aut matri suæ morte moriatur to.2 in Matt.cap.15 23
22 Homo ex uobis si offeret dona deo ex pecoribus to. 2 in epi.ad Rom.cap.2 lib.2 567
Anima si peccauerit non uoluntate ibid.
25 Iubileus quinquagesimi anni to.1 in Gen.ca.6 homilia 2 12
Et comedetis uetera, & uetera ueterum, & uetera ex facie nouorum educentur to.2 in Matt.cap.13 11
26 Habitabo in eis, & inambulabo to.2 in epist.ad rom. cap.2 lib.2 556
Et si non fueritis emendati, sed incesseritis mecum peruersi, incedam & ego uobiscum peruersus to.1 in Ge. ca.6.hom.2.13 in cant.hom.2 580
Tunc placebunt terræ sabbata sua cunctis diebus to.1 in Ezec.cap.14 hom.4 709

NVMERI

Cap.7 NAason obtulit donum suum paropsidem argenteam & phialam siclorum septuaginta to.2 in Matt.tract.35 203
10 Fac tibi duas tubas argenteas, ductiles facies eas to.2 in Matt.tract.30 174
11 Elige tibi presbyteros quos tu ipse nosti presbyteros to.1 in Gen.cap.17 hom.3 15
12 Aaron & Maria murmurant quia Moses Aethiopissam habet uxorem to.2 in cant.hom.1 544
Nunquid Mosi soli locutus est dominus? nónne & nobis locutus est? to.1 in cant.hom.2 576
14 Viuo ego dicit dominus to.2 in Ioan.to.3 320
21 Dabo eis aquam de puteo bibere to.1 in can.prol.561
24 Egredietur homo ex semine eius, & donabitur gentibus, & exaltabitur regnum Gog. &c.to. 2 in Ioan. tom.14 394
25 Phinees sedauit furorem meum, & reputabitur ei ad iustitiam to.1 in Gen.cap.1 hom.1 8
28 Facies in altari: Agnos anniculos duos immaculatos, iugiter oblationem endelechismi t.2 in Ioan.to.9.355

DEVTERONOMIVM

NE faciatis omnem similitudinem omnis animalis Cap.4 to.1 in Luc.cap.1 hom.8
Ceue ne suspiciens in cœlum uiso sole luna stellisq; in errorẽ lapsus adores ea, colasq; pro numinibus, & t. 2.lib.5 contra Celsi. 860
Deus noster ignis consumens est to.1 in Hier. ho 13.690 in Ezech.ho.1.693 lib.1 Peri.cap.1.751 to.2 in matt. tract.20.119 contra Cel .lib.4 827
6 Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua &c. tom.1 in cant. homilia 2 pag. 550 & 558
11 Loqueris in eis sedens domi, & pergens in uia, & tacens & exurgens t.1 in psal.36.hom.5 517
14 Hæc sunt animalia quæ manducabitis, uitulum, agnũ ex pecoribus, hircum &c.to.1 in can.ho.3 610
15 Fœneraberis multis gentibus ipse uerò ad usurã mutuum non accipies to.2 contra Celsi. 913
16 Iuste quod iustum est persequeris tom.1 in Ioan. tom. 30 pag.465
18 Prophetam ex fratribus uestris suscitabit uobis &c. t.1 in Hier.ho.1.647 t.2 in Ioã.t.6 335 et 410
21 Si exieris ad bellum aduersum inimicos tuos, & uideris ibi mulierem decora specie & concupieris eam, adsumes eam &c.tom.1 in Leuit.10.hom.7 156
25 Fratre moriente cui semen non fuerit. Frater uiri eius ingredietur ad eam, & accipiet eam sibi in uxorem &c.to.2 in Matt.tract.22 123
28 Ipse erit tibi caput, tu autem eris eius cauda.t.1 in ep. ad Rom.cap.2 lib.2 566
30 Ecce posui ante faciem tuam uitam & mortem, & ignem & aquam tom.2 in epist. ad Rom.lib.1 cap.1 pag. 547
32 Attende cœlum quæ loquor, audiat terra uerba to.1 in Leu.cap.26.hom.16 195
Expectetur sicut pluuia eloquium meum ibidem
Cum diuideret excelsus gentes statuit terminos gentium secundum numerum angelorum dei: & facta est portio domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel tom.1 in Exod.cap.20.homi.8.91 in Iosue cap.18 hom.23.371.tom.2 in Ioan.tom.16 407 contra Celsi.li.5 867
Incrassatum est cor populi huius tom.2 in epist.ad Rom. cap.2.lib.2 551

Ipsi in zelum me concitauerunt in non deo, ad iram me concitauerunt in idolis to.1.In psal.36.hom.1 493
In gentem insipientem irritabo eos to.1.In psal.36. homilia 1 495
Ignis accensus est ex furore meo, ardebit usq; ad infernum inferiorē t.2.In epi.Ro.cap.5.li.4. pa.614
Ego occidam,& uiuere faciam:percutiam, & ego sanabo t.2.In Luc.c.2.ho.16.contra Celsl.lib.2 782
33 Exaudi domine uocem Iuda, & ad populum eius uenias to.2.In Ioan.to.14 394

IOSVE

Cap.5 HOdie abstuli à uobis approbria Aegypti to.2.in epi.ad Ro.cap.2.lib.2 568
Solue calceamentum de pedibus tuis locus in quo stas terra sancta est to.1.In Ios.cap.5 ho.6.331

IVDICVM

Cap.5 ET cantauit Debora et Barach filius Abinoem etc. to.1. In cant. prol. 561
15 Accepit Sampson trecentas uulpes & accepit lampades &c.to.1.In cant.hom.4 622
16 Ferrum nunquam ascendit super caput to.1.In Leuit. cap.12 hom.8 164

RVTH

Cap.1 VEnerunt Bethlehem cum messis hordeacea inciperet to.1.In Ioan.to.16 403

REGVM

1 Cap.1 ELchana duas uxores habuit: nomen uni Anna etc. to.1.In Gen.cap.25.hom.11 39
2 Filij Heli filij erant pestilentiæ, nec cognoscebant dominum to.1.In Iudic.cap.2.hom.1 379
5 Accaromei congregauerūt sacerdotes & diuinos suos dicentes:Quid faciemus arcæ dominiʔ Responderunt: Si remittitis arcam Dei &c.to.1.In nu.cap.23. homilia 16 260
Et grauata est manus domini super Azotios to.1.In num. cap.23.hom.16 260
Facite carrum nouum,duas uaccas fœtas assumite, & remitte arcam ibidem
25 Prælia domini dominus meus pugnabit to.2.In Matt. tract.28 155
26 Non inijciam manus meas in Christum domini to.2 In Matt.tract.29 161
2 Cap. 13 Dilexit Amnon Thamar sororem suam to.1. In cant. prol. 556
22 Dominus mihi petra & munitio mea,liberator dominus deus meus to.1.In cant.prol. 562
24 Aut ueniet tibi tribus annis fames super terram tuam to.1.In nu.cap.23.ho.16 258
3 Cap. 3 Venerunt duæ mulieres meretrices ad Salomonem to. 1.in Iosue cap.2.hom.4. 324
6 Vox mallei & securis non est audita in domo dei to.1. In Gen.cap.6.hom.2 13
10 Regina Saba audiuit nomen Salomonis to.1. In cant. hom.2 575
Et uidit regina Saba omnem sapientiam Salomonis to.1. In cant.hom.1 567 & 575
18 Viuit deus tuus si est gens aut regnum ubi non misit dominus meus quærere te to.2.In Matt. tract.35.232
19 Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua demoliti sunt to.1.In Iud.cap.2.ho.2 381
Et ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus to.1.In psal.36 509
20 Deus montium est deus & non conuallium t.1.In li. 1.Reg.hom.1 401
Dicit dominus: De lectulo super quem ascendisti, non descendes.to.1.In Matt.tract.30 179 4 Cap.1
2 Ecce currus igneus & equi ignei diuiserunt &c.to.2 In Matt.tract.30 171
Et dixit Helisæus: Fiat spiritus tuus duplex in me &c. In Matt.tract.3 155
4 In Medio populi mei ego habito to.1. In Nu.cap.2.homilia 3 205
17 Sub omni ligno frondoso ac nemoroso fornicatus est Israel to.1.In Gen.cap.hom.2 13
20 Afferte massam ficus to.2.in Matth.tr.30 175
21 Manasse ædificauit altare omni exercitui cœli to.1.In Nu.cap.23.ho.16 260
Et sortiebatur, & augurabatur, & fecit thylin,& transducebat filios suos in igni ibid.

PARALIPOMENON

LAudate dominum & confitemini tom.1. In cant. prol. 562 1 Cap.16
Et descendit gloria domini super dominum to.2.In epist. ad Rom.cap.2.lib.2 554 2 Cap.7
18 Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum to. 2 In Ioan.to.2 447
33 Et fecit lucos, & adorauit omnem militiam cœli to.1 In nu.cap.23.ho.16 260

ESDRAE

ET ego eram Eunuchus regis tom.2. In Matth. tract.7 77 2 Cap.1

IOB

ET erat Iob homo uerax sine querela iustus dei cultor,abstinens se ab omni re mala to.2.In epist. ad Rom.cap.2 563 Cap.1
Diabolus petijt ut sibi potestas daretur aduersum Iob to.1.In Gen.cap.1.hom.1 5
3 Maledictus dies in quo natus sum, & nox in qua dixerunt ecce masculus tom.1. In Leuit cap. 12. homilia 8 159.& li.1.Peri ar.cap.7 770
5 Ipse dolere facit & remedium dat, percutit & manus eius sanat tom. 2.in epist. ad Romano. cap. 6. libr.6 pag. 645
8 Vmbra est hominum uita super terram tom.1. In cant. hom.3 600
15 Stellæ non sunt mundæ coram ipso tom.2. In epist.ad Rom.cap.3.lib.3 584
38 Virtus eius in lumbis est, & potentia eius in umbilico uentris eius to.1.In psal.37.hom.1 526
39 Aut ergo obseruasti partus ceruorum aut numerasti menses to.1.In cant.hom.3 610

40 Virtus eius in umbilico, & fortitudo eius &c. to.1 in Ezec.ho.6 718

PSALMI

1 Erit tãquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum to.2 in Matt.tract.30 375
Et iter impiorum peribit to.1 in Iosue cap.9 ho.13 349
2 Principes conuenerunt in unum aduersus dominum, &c.to.2 in Matt.tract.5 35.58 & 296
Disrumpamus uincula eorum, & proijciamus à nobis iugum ipsorum to.2 in Matt.tract.5 58
Ego autem constitutus sum rex ab eo super sion montem sanctum eius to.2 in Ioan. to.18 412
Pete à me & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuam &c.t.1 in Gen.cap.6.hom.2.10.to. 2 501 & 523
5 Sepulchrum patens est guttur eorum to.2 in epist.ad Rom cap.3 lib.3 581
6 Domine ne in furore tuo arguas me,neq; in ira tua corripias me to.1 in Ezec.hom.1 694
7 Nisi conuersi fueritis gladium suum uibrabit, arcum suum tetendit,& parauit illum. Et in eo parauit uasa mortis,sagittas suas ardentes effecit to.2 in Ioan.tom. 32.pag. 475
8 Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem to.2 in Matt tract.7 78
Quoniam uidebo cœlos tuos opera digitorum tuorum lunam &c.to.1 in Esa.cap.6.ho.8 642
9 Qui exaltauit me de portis mortis,ut enarrem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion tom. 2 in Matth.tra.1. pag. 40 & 890
10 Qui diligit iniquitatem odit animam suam tom.2 in Matt.tract.23 129
11 Eloquia domini casta argentum igne examinatum, purgatum to.1 in Psal.36.hom.3 510
13 Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis to.2 in epi.ad Rom.cap.4.lib.4 603
14 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo,aut quis requiescet in monte sancto tuo t.1 in Exo.cap.36 96
15 Caro mea requiesceт in spe t.1 in Apolo.pamph.874
Non derelinques animam meam in inferuo to.2 in Matt. tra.12 99
16 Exaudi domine iustitiam meam,intende deprecationi meæ to.1 in Ezec.ho.10 732
17 Posuit in tenebris latibulum suum to.2 lib.6 contra Celſ. 885
19 Cœli enarrant gloriam dei tom.1 in Gen. cap.1 homilia.1 6
Ad omnem terram exiuit sonus eorum tom.2 in epist.ad Rom.cap.1.lib.1 539
In sole posuit tabernaculũ suũ t.1 in Apolo.Pamph.874
Lex domini irreprehensibilis conuertens animas &c. to.1 in nu. 230
20 Hi in curribus,& hi in equis,nos autem &c. to. 2 in Matt.tract22 147
22 In te proiectus sum ex utero tom.2 in Matth. tractatu 5 66
Ego sum uermis & nõ homo,opprobrium hominum & abiectio plebis to.2 in Luc.cap.2 ho.14 257
23 Dominus pascit me, & nihil mihi deerit to.1 in cant. hom.2 583
In loco uiridi ibi me collocauit.Super aquam refectionis educauit me,&c.to.1 in cant.hom.2.584.to.2 in Ioã. to.15 398
Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me &c. ibidem
Calix meus inebrians quàm præclarus est to.2 in Matth. tract.35 209
24 Quis ascendet in montem &c.Innocens manibus & mundo corde to.2 in Matt.cap.24 tra.28 152
Tollite portas principes uestras & eleuamini portæ æternales to.2 in Matt.tract.15 104
28 Vox domini perficientis ceruos, & reuelabit cond. to.1 in cant.hom.3 610 & 612
30 Quæ utilitas in sanguine meo dum descendero in corruptionem t.1 in Hier.ho.11 680
31 Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ quam abscondisti to.2 in epi.ad Rom.cap.2 lib.2 553
32 Sermone dei cœli firmati sunt,& spiritu oris eius omnis uirtus eorum in Ioan. 310
34 Gustate & uidete,quòd suauis est dominus t.2 in Ioã. tom.27 456 & 598
Inquirentes dominum non minuentur omni bono tom.2 lib.6 contra Celſ. 898
Multæ tribulationes iustorum tom.2 in epist.ad Rom.ca. 5.lib.4 612
35 Veritas tua usq; ad nubes tom.1 in Hier.ho.5 662
In lumine tuo uidebimus lumen to.1 lib.1 Peri ar.c.1. 751
Omnia ossa nostra dicent,domine quis similis tibi to.1 in Leu.cap.10 hom.7 152
37 Declina à malo,& fac bonum to.2 in epist.ad Rom. cap.2 lib.2 563 & 898
38 Vniuersa uanitas omnis homo uiuens to.1 in psal.38 hom.1 535
Quæ est patientia mea,nónne dominus,etiam fortitudo mea,& substantia mea to.2 in Ioan.to.19 428
40 Homo pacis meæ, in quo speraui, qui edebat panes meos &c.to.2 in Ioan.to.32 484
41 Dum dicunt mihi per singulos dies ubi est deus tuus to.1 in Ios.hom.5 327
44 Eructauit cor meum sermonem bonum, dico ego opera mea regi &c.to.2 in Ioan. 310 & 503
Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatẽ:Propterea unxit te deus oleo lætitiæ tom.1 lib.2 peri ar.cap.6.787 to.2 lib.1 contra Celſ. 765
Vnxit te deus oleo lætitiæ &c.to.1 in cant.hom.1 569
Audi filia & uide,obliuiscere populum tum &c.tom.1 in Esa.hom.9 643
Myrrha & stilla & casia à uestimentis tuis, à domibus eliphantinis &c.to.1 in cant.hom.2 547
46 Vacate & agnoscite quoniam ego sum deus to.2 in epi.ad Rom.cap.2 lib.2 555
48 Homo cum in honore esset non intellexit &c.to.2 in epist.ad Rom.cap.2 lib.2 554
49 Peccatori dixit deus:Quare tu enarras iustitias meas &c.to.1 in Leu.hom.8 157
Si uidebas furem currebas cum eo,& cum adulteris portionem tuam ponebas to.2 in Matt tra.8 81

50. Quia in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis cõcepit me mater mea t.2. In ep. ad ro. li. 5. p.636
In peccatis peperit mater mea t.1. In Leu. 12.13. ho. 8.159
Tibi soli peccaui, et malũ corã te feci t.2. ep. Ro. c.3.584
Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris to.1. In Ezech. hom.9.730
Cor contritum & humiliatum deus non despicies to.2 In epi. ad Rom. cap.3. lib.3 582
Et spiritu principali confirma me to.2. In epist. ad Rom. cap.8 lib.7 660
53 In uirtute tua disperde illos t.2 ep. ad Ro. c.1. l.1.544
54 Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & requiescam to.1. In Esai. homi. 6.637. to.2. In Lucã homi.27
Si inimicus meus maledixisset mihi sustinuissem to.2. In Ioan. to.32 489
Tu autem homo unaminis, dux meus & notus meus to.2 In Ioan. to.32 489
56 Multi qui debellant me de alto to. 2. In epist. ad Ro. cap.8. lib.7 675
57 Alienati sunt peccatores à uulua t.1. In nu. ho. 4.207
62 Introibũt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes uulpium erunt t.1. In cant. ho.4.622
Tradentur in manus gladij partes uulpium erunt tom.1. In cant. 622
67 Aethiopia præueniet manus eius deo tom.1. In cant. hom.1 544
Si dormieris inter medios cleros pennæ columbæ &c. t. 2. In Luc. ho.28.274
Dominus dabit uerbum euangelizantibus uirtute multa to.2. In epi. ad Rom. cap.1. lib.1 539
Ascendens in altum captiuam duxit captiuitatem to. 2. In epi. ad Rom. cap.5. lib.5 625
69 Aedificabuntur ciuitates Iudæ t.1. In Ios. ho.24.372
70 De uentea matris meæ tu es protector meus to.2. In Matt. tract.5 66
71 Descendet ut pluuia in uellus t.1. in Iud. ho.8.395
Exorietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis, usquequo extollatur luna t.1. in Iud. li.6. ca.2. ho.1.378
72 Mihi autem pene moti sunt pedes to. 2. In epi. ad Ro. cap.3. lib.3 582
Vt iuuentum factus sum apud te t.2. In Matt. tr.14 102
74 Calix in manu domini uini meri plenus mixto to.1. In Hier. hom.9.672
75 Factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion to.2. In epi. ad Rom. cap.3. lib.3 582
76 Sicut disposuit in Aegypto signe sua, & prodigia sua in campo Taneos t.2. In Ioan. to.19 416
Non in æternam proijciet deus to.2. In Matt. tr.10 91
77 Aperiam in parabolis os meum, loquor &c. to.2. In Matt. tract.10 90
Mandauit nubibus desuper to.1. In. Hier. hom.5 662
Aethiopia præueniet manus eius deo t.1. In cã. ho.2.577
Sicut disposuit in Aegypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos t.2. In Ioã. c.4. t.19. pag.416
Occidit in grandine uineam eorum, & moros eorum in prima to.2. In Ioan. to.20 431
78 Cibabis nos pane lachrymarũ potabis nos in lachrymis in mensura to.1. In Eze. hom.1 694
80 Dilata os tuũ & adimplebo illud t.1. in li. Re. ho.405
Si populus meus audisset me Israel si in uijs meis ambulasset &c. to.1. lib.3. Peri ar. ca.1 805
Manus eius in cophino seruierũt. to.2. In Matt. c.14 18
81 Ego dixi dij estis & filij excelsi omnes to. 1. In Cant. prol.557 742
In medio autem deos dijudicat ibid.
Vos autem sicut homines moriemini, & sicut unus de principibus cadetis t.1. In Ezech. hó.13 742
78 Posuerunt me in lacu infimo etc. t.2. In Ioã. t.19.427
Factus sum &c. & inter mortuos liber t.2. t.19 424
89 Beatus populus qui scit iubilationẽ t.1. In Ios. h.7.333
90 Angelis suis mandauit de, ut in manibus tollant te, ne forte offendat ad lapidem to.1. In. nu. ho. 5.211. to.2. In Matt. tra.35 214
90 Cũ ipso sum in tribulatione In Matt. c.25. tr.35. 194
93 Secũdum multitudinem dolorũ meorũ in corde meo, consolationes tuæ lætificauerũt animã meam to.2. In epi. ad Ro. lib.7. cap.8 663
95 Omnes dij gentium dæmonia to.1. In cant. prol.557
99 Scitote quoniã dominus ipse est deus t.2 in epi. Ro. 8. lib.7 677
Detrahentem occulte aduersus proximum suũ persequebar to.1. In nu. hom.7 215
101 Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient to.1 in reg. lib. ho.401
Benedic anima mea dominum, & omnia interiora mea nomine sancto eius to.1. In Ios.364
103 Qui aspicit super terram & facit eã tremere to.1. in Ezech. hom.4 709
Auferes spiritum ab eis, & deficient. Item: Emittes spiritum tuum, & creabuntur. In Ioan. cap.4. t.14. p.393
Montes excelsi ceruis t.1. In cant. hom.3 613
104 Abyssus sicut uestimentum amictus eius t. 2. lib. 6 contra Cels. 885
Semen Abraham serui eius, filij Iacob electi eius to.2. In Ioan. to.20 431
110 Dixit dominus domino meo sede à dextrã meã donec inimicos tuos subdã scabellũ pedibus tuis t.2. In Ioan. to.32 426
Sede à dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum to.1. li.1. Peri. cap.6 768
111 Beatus uir qui timet dominũ. to.1. In Ios. ho.7. 333
113 Quid est tibi mare quod fugisti, & tu Iordanis quia conuersus es retrorsum to.1. In Ios. hom.5 326
115 Credidi propter quod locutus sum: Ego dixi in excessu meo omnis homo mendax &c. breuis ex planatio paraphr. in psal. t.2. in epi. ro. c.3. p.573. et seq.
Calicem salutaris accipiam, & nomẽ domini inuocabo to.2. In Matt. tract.35 209
117 Hæc porta domini iusti intrabunt in eam to. 2. lib.6 contra Cels. 890
118 Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me tom.2 In Ioan. to.17 406
Lucerna pedibus meis uerbum tuum & lumen semitis meis to.1. In Leu. cap.23. hom.13 185
Et tuli manus meas ad mandata tua In Matt. tr.5 pa.65
119 Cum his qui oderunt pacem eram pacificus to. 2. In Ioan. to.27 452
120 Leuaui oculos meos in montes unde ueniet auxi-

lium mihi to.1.in cant.hom.3 609
121 Per diem sol non uret te, neq; luna per noctem to.1. in cant.hom.2 580
122 Ad te leuaui oculos meos to.2 in Matt.tract.5 65
Ecce sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum to.2 in Ioan.to.28 459
125 Euntes ibant & flebant mittentes semina sua to.2 in Ioan.to.20 430
126 Nisi dominus ædificauerit domum in uanum: Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra &c.tom.1.lib.3 Peri ar.cap.1.812.to.2 in epi.ad Rom.li.7 679
128 Labores fructuum tuorum manducabis to. 2 in epi. ad Rom.cap.1.lib.1 544
135 Qui eduxit uentos de thesauris suis to.1 in Hierem. hom.5 663
136 Qui diuisit mare rubrum in diuisiones to.1 in Exod. cap.13 &c.hom.5 79
138 Suscepisti me de utero matris meæ tom. 2 in Matth. tract.5 66
Quò ibo à spiritu & à facie tua quò fugiam tom.2 in epi.ad Rom.cap.2.lib.2 551
141 Eleuatio manuum mearum sacrificium uespertinum to.1 in lib.Reg.cap.1.hom.1 404
142 Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens t.1 in Ezec.hom.9.730.t.2 in Ioan.t.2. 315.320 et 580
147 Velociter currit sermo eius to.2 in epi.ad Ro.cap. 1.lib.1 539

PROVERBIA

Cap.1 Intelliges quoq; parabolam & obscurum sermonem dictaq; sapientũ & ænigmata t.1 in cãt.ho.1.560
Veloces pedes eorum ut effundant sanguinem to. 2 in epi.ad Rom.cap.3.lib.3 579
Extendebam enim uerba mea, & non audiebatis to.1 in cant. 560
Erit tempus quando inuocabitis me, ego autem non exaudiam uos to.2 in epi.ad Rom.lib.8 688
3 Arbor uitæ est omnibus sperantibus in se to.2 in epi.ad Rom.cap.6.lib.5 635
Longitudo uitæ, & anni uitæ in dextera eius, & in sinistra eius diuitiæ & gloria to.2 in Ioan.to.32 481
4 Omni custodia serua cor tuũ t.1 in Iudic.cap.4.homilia 7 393
5 Bibe aquas de tuis uasis & de puteorum tuorum fonte, & nõ supereffundantur tibi aquæ &c.t.1 in nu.cap. 21.hom.11 238
Fili ne intendas in malam mulierem, mel enim distillat de labijs meretricis to.1 in Ezec.ho.8 727
6 Vade ad apem & disce quomodo operatrix est to.1 in Esai hom.2 627
Malus annuit oculo annuit pede, docetq; nutibus tom.2 in Ioan.to.32 489
9 Noli arguere malos ne oderint te, argue sapientem, et amabit te to.1 in psal.37.hom.1 522
Da sapienti, & sapientior erit to.1. in Esa. ho.7 638
13 Qui repellit disciplinam odit animam suam in Matt. tract.23 129
Redemptio animæ uiri propriæ diuitiæ eius to.1 in Leu. hom.3.126.to.2 in ep.ad Ro.lib.3 587
15 Cordis læti facies florida, in tristitijs autem positi mœstus est uultus to.1 in cant.hom.4 620
18 Contradictiones cohibet sors, et inter potentes definit &c.to.1 in Ios.hom.23 370
Iustus ipse sui accusator fit in principio sermonis sui to.1 in lib.Reg.hom.1 406
10 Pestilente flagellato, imprudens callidior erit to.1 in Hier.hom.9 674
20 Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis confidat mundum se esse à peccatis in Matth. cap. 24 tract. 28
Laqueus est uiro sorti citò aliquid de suis sanctificare to.1 in Leu.ho.11 177
22 Tu describe tibi hæc tripliciter in cõsilio & scientia, & ut tu respondeas uerbo ueritatis tom.1 lib. 4 Peri ar. 836
24 Lux iustis semper, lux autem impiorum extinguetur to.1 in Iud. 378
Bonus est fauus, ut indulcentur fauces tuæ tom.1 in Esai hom.2 627
25 Mel inueniens comede quod sufficit tom.1 in Esaiam hom.2 627
26 Quemadmodum in ligno uermis, sic dolor uiri lædit cor to.2 in Matt.cap.13 10
27 Sicut diuersi sunt uultus uultibus, ita & diuersa sunt corda hominum to.1 in nu.hom.3 204

ECCLESIASTES

Cap.1 Generatio præterit, & generatio aduenit to.2 in Matt.tract.30 176
Quid est quod factum est? id ipsum quod futurum est to. 1 lib.3 Peri ar. 826
Nihil sub cœlo nouum ibid.
2 Dedit mihi eorum quæ sunt scientiam ueram, ut sciam substantiam mundi, & uirtutes elementorum &c. to. 1 in cant.hom.3 611
4 Laudaui magis mortuos quàm uiuentes tom.1 in Nu. hom.7 216
6 Bonus est aborsus magis quàm &c. tom. 1 in Num. hom.7 217
Laudaui omnes qui mortui sunt super omnes qui uiuunt quicunq; &c.to.1 in psal.38 hom.1 535

CANTICVM canticorum

Cap.2 Hyems transijt abijt sibi, flores apparuerunt in terra to.2 in Matt.tract.30 175
3 Tenui eum in domo matris meæ, & in cubiculum eius quæ concepit me to.2 in Matt.tract.19 116
7 Ascendam super palmam, & teneam altitudines eius ibidem

SAPIENTIA Salomonis

Cap.1 Sapientia, est uapor quidam uirtutis dei, & aporrhœa omnipotentis gloriæ puriß. &c. to.1 lib.1 Peri ar. 757. & seq.

Spiri-

Spiritus disciplinæ effugiet dolosum,& recedet à praeuis consilijs to.2 in Ioan.to.30 466
Spiritus domini repleuit orbem terrarum to.2 in ep.ad Rom.cap.8 lib.7 677
7 Omne aurum corã sapientia est pauca arena &c. to.2 in Ioan.to.19 421
10 Recedens ab ipsa iniustus in ira sua perijt &c. to.2 in Ioan.to.20 431
12 Semen execratione deuotum ab initio to.2 in Ioan. to.20 431

ECCLESIASTICVS

Cap.1 OMnis sapientia à deo est to.1 in Num cap.24 ho.18 270
3 Quanto maior es humilia temetipsum to.2 in Matth. tract.24 137
8 Qui custodit mãdatum, nescietuerbum malum to.1 in lib.Iudic.cap.2 ho.1 380
10 Quid superbit terra & cinis to.1 in Ezec.h.9 729
19 Non est sapientia malitiæ disciplina to.1 in Num. cap.24 ho.18 270
27 Stultus ut luna mutatur to.2 56
33 Adulter sicut admissarius sub omni sessore hinnit to.1 in Iob lib.1 439

ESAIAS

Cap.1 AVdite cœli & auribus percipe terra to.1 in Iob lib.1 427
Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui, Israel autem me non &c.in Luc.cap.2 13
Nouilunia uestra & sabbata & diem magnum non tolero,ieiunium & se.&c.in Ioan.to.10 365
2 Venite ascendamus in montem domini & in domum dei Iacob,& annunciabit &c. to.2 lib.5 contra Celsum 869
4 Lauabit dominus sordem filiarum Sion, & sanguinem mundabit de medio eorum t.2 in Luc.cap.2 14
5 Vinea facta est in cornu to.2 in Luc.cap.1 10
Vinea est dilecto in cornu in loco uberi & sæpe circundedi,& caricaui eam, & plantaui uineã Sorech &c.in Matt.tract.10 112
Vinea enim domini Sabaoth domus Israel est, & homo Iuda nouellum dilectum ibidem
Expectauit ut faceret uuas,& fecit labruscus ibidem
6 Volauit ad me unus de Seraphim, & in manu eius carbo quem forcipe tulerat de altari. Et tetigit os meum &c.to.1 in Leu.cap.16 ho.9 170
Auribus audietis nec intelligetis:& oculis aspicietis,nec tamen cernetis. Incrassatum est cor populi huius etc. to.2 lib.2 contra Celsum 774
7 Pete tibi signum à domino deo tuo &c. to.2 in Matt. cap.16 34
Ecce uirgo concipiet, & pariet filium & uocabit nomẽ eius Emmanuel to.2 lib.1 contra Celsum 757
11 Exijt uirga de radice Iesse, & flos &c. to.1 in Hier. hom.13 690
Et requiescet super eum spiritus dei &c. to.1 in Num. cap.11 hom.6 213
In nomine ipsius gentes sperabũt t.2 li.1 cõtra Cel. 764
Pardus cum hœdo cubabit,lupus cum agno pascet to.1 in Gen.ho.2 13
13 Ecce dies domini insanabilis uenit iræ & furoris,ponere orbem terræ desertum to.2 in Matt.tr.30 168
Stellæ cœli & orion & omnia ornamenta cœli non dabunt lumen suum &c. ibidem
14 Quomodo descendit de cœlo lucifer qui mane oriebatur?&c.to.1.lib.1 pari ar. 767
19 Ecce dominus sedet in nube pusilla & ueniet in Aegytum,& commouebuntur omnia manufacta Aegypti to.2 in diuersos ho.3 509
26 Domine à timore tuo in uentre cõcepimus & peperimus,spiritum salutis tuæ fecimus to.1 in Ge.ho.7.26
Perge populus meus, intra in promptuaria tua, absconde te parum donec transeat furor meus to.1 in Gen.ho.2 10
Pone murum & circa murum to.1 in Cant.ho.4 620
29 Erunt uerba libri huius,sicut uerba libri signati to.1 in Num.ho.13.245 & to.2 25
Arguentem in porta supplantauerunt to.2 in Matth. tract.1 40
Dissoluamini & obstupescatis &c. Et erunt uobis uerba hæc omnia ut sermones libri obsignati quem quisquis dederit homini scienti literas dicẽs lege hæc etc. to.2 in Matt.cap.15 35
30 In tribulatione & angustia leo, & catulus leonis to.1 in Leu.ho.16 198
35 Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient to.2 in Matth. cap.15.32 & lib.2 contra Celsum 787
Tunc saliet sicut ceruus claudus to.2 in Matth. cap.15 32.& 787
40 Omnis caro fœnum,& omnis gloria eius ut flos fœni to.1 in psal 36 ho.1 496
Quis metitus est manu aquam & cœlum palmo, & omnem terram pugillo to.1 in psal.38 ho.1 535
Assumet pennas sicut aquilæ to.2 in Matt.tr.30 167
43 Etiam si per ignem transeas, flamma non aduret te to.1 in psal.36 504
45 Viuo ego,dicit dominus,quia mihi flectetur omne genu,& confitebitur &c. to.2 in ep. ad Rom. cap.14 lib.9 722
Faciens pacem, & condens mala to.2 lib.6 contra Celsum 898
48 Et nunc dominus misit me & spiritus eius to.1 in Matt.tract.5 62
49 Posuit me quasi sagittam electam t.1 in psal.36.504
50 Eruditio domini aperuit mihi aurem, ut sciam quando oporteat dici uerbum to.1 in Exo.cap.1 ho.3 69
Ambulate in lumine ignis uestri & flamma quam accendistis to.1 lib.2 peri ar.cap.11 798
51 Ipse infirmitatis nostras tulit to.2 in ep.ad Ro.cap.15 lib.10 729
52 Peccatis uestris uenundati estis, & pro iniquitatibus uestris dimisi matrem uestrã t.1 in Exo.c.15 h.6 83

Quoniam qui loquebar ipse adsum, tanquam ora in montibus, ut pedes euangelizantium auditum pacis &c.to.2 In ep.ad Rom.cap.10.lib.8 690
Quàm pulchri sunt pedes euangalizantium bona to.2 In Ioan.to.2 pag.293.& to.32 479
53.Nõ est species ei neq; decor?Homo cõstitutus in plaga & sciẽs ferre languorẽ etc .to.2 lib.1 cõtra Cel. 764
Propter iniquitates populi mei ductus est in mortẽ eodem pag. 765
Hic peccata nostra accepit, & ægre affectus est propter iniquitates nostras to.2 In euãg.Ion.to.30 pag. 469
Eruditio pacis nostræ super eum to.2 In Ioan.euang. to.30 pag. 469
In humilitate iudicium eius sublatum est ibidem
Ego ut agnus innocens ductus ad immolandum to.1 In Hier.cap.12 hom.8 669
54.Multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirũ to.1 In Gen.hom.7 26
56.Ne dicat euũchus lignũ aridũ sum t.2 In Mat.t.7.78
57.Non est gaudere impijs dicit dominus to.1 In Num. hom.11 237
60.Et gloria Libani ad te ueniet in cypariſſo, & pino & cedro & cætera In euang.Ioan.to.12 pag. 381
63.Quis est iustæ qui uenit de Edom, rubor uestimẽtorũ eius ex Bosor?to.1 In Apol.Pam. 874
Vt quid domine errare nos fecisti à uia tua,et cur indurasti cor nostrum &c.to.1 lib.3 peri ar.cap.1 808
65.Ego creo cœlos nemos & terram nouam to.1 lib.1 peri ar. 769
66.Super quem respiciã nisi super humilem et quietũ et trementẽ sermones meos to.1 In Ezec.ca.14 h.3.709
Cœlum mihi sedes est, terra autẽ scabellum pedũ meorũ to.1 In Gen.hom.1 6
Vermis eorum non morietur,& ignis eorum non extinguetur to.1 In Exod.hom.7 88
57.Ascendẽt in montem bibent uinum,ungentur unguẽ to to.1 In Exod.hom.7 89

HIEREMIAS

Cap.1 Noli dicere quia iuuenis ego sum to.1 In psalm. 36. 514
Ecce dedi uerba mea in os tuũ &c.to.1 In Nu.ho.13.245
Ego constitui te hodie super gentes & regna ut eradices & plantes &c. to.1 in Num.hom. 13.245.& to.2 in Matth.tract.1 38
Video lebetem uel cacabum ardentem, & facies eius à facie Aquilonis to.1 in psal.38 hom.pag. 540
2.Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ to.2 in Matth. tract.1 38
Ego plantaui te uineam fructiferam omnem ueram,quo modo conuersa es in amaritudinem In Matt. tract.19 pag. 113
3.Facies meretricis facta est tibi fine pudore effecta es ad omnes to.1 in Gen.hom.1 7
Fornicata es cum amatoribus tuis to.1 in Leu.h.13.184
5.Equi emissarij facti sunt, unusquisq; ad uxorem proximi sui hinniebat to.1 in Iob lib.1 439
6.Ecce incircumcisæ sunt aures uestræ to.2 in ep.ad Ro. lib.2 568
9.Ascendit mors per fenestras uestras to.1 in Cant. hom.3 615
Non glorietur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua,neq; glorietur diues in diuitijs suis:sed in hoc glorietur qui gloriatur,intelligere etc.to.2 in ep. ad Rom.lib.4 610.611
17.Maledictus homo qui spem habet in homine to.1 in Gen.hom.2 12
20.Maledictus dies in quo natus sum to.1 in Le.h.8.158
Et dixi:Non loquar,neq; nominabo nomen domini to.2 in Matth.cap.13 13
23.Deus approximãs ego sum, & non deus de longe to.1 in Gen.hom.1 4
24.Ficus bonas,bonas ualde &c.to.2 in Mat.tr.30.175
25.Accipe calicẽ uini meri huius de manu mea &c.to.2 in Matth.tract.35 211
30.Obducam cicatricem eius &c.to.1 in Leu.ho.8. 161

THRENI

Quomodo contenebricauit dominus in ira sua filiam Sion, deiecit de cœlo in terram gloriam Israel, & nõ fuit memor scabelli pedum suorum to.2 in Matth.tract.23 pag. 132 Cap.2
4.Quomodo reputati sunt uasa fictilia to.1 in Num. hom.9 255
Spiritus uultus nostri Christus dominus comprehẽsus est &c.to.1 in Cant.hom.3 600

EZECHIEL

O domine nunquam contaminata est anima mea, & morticinum non introiuit in os meum to.1 in Ioan.hom.5 140 Cap.1
11.Auferam cor lapideum ab eis,& immittam eis cor carneum to.1 lib.3 peri ar.cap.1 809.& seq.
16.Iustificata est Sodoma ex te to.2 in ep.ad Ro.li.3.580
Auferetur zelus meus à te,& nõ irascar &c.to.1 in Exo. hom.9 94
18.Anima qua peccat ipsa morietur to.2 in ep.ad Rom. cap.4 lib.4.603 & 646
Si iustus auersus fuerit à iustitia sua, faceritq; iniustitiam &c.to.2 in Matth.cap.13 pag.8 & in epist.ad Rom. cap.2 553
23.Oolla & Ooliba duæ sorores &c.to.1 in Ge.h.6.24
In Aegypto fractæ sunt mammæ tuæ to.1 in Cãt.h.2.548
28.Fili hominis accipe lamentum super principem Tyri to.1 lib.1 peri ar.cap.5 766
Tu signaculum similitudinis to.1 lib.1 peri ar. ibidem
31.Ecce Assur quasi cypressus in Libano speciosus ramis & condensus &c.to.1 in Gen.hom.2 11
37.Et accesserunt ossa ad ossa unumquodque ad iuncturam suam.Ossa ista domus Israel est to.1 in Leuit. cap.10.hom.7 152
44.Omnis alienigena incircumcisus corde non introibit in sancta mea to.1 inGen.ho.3.16 & to.2. 357

45 Pater tuus Amorrheus,& mater tua Cethæa to.2 in ep.ad Rom.cap.4 598

DANIEL

Cap.9 SEptuaginta septimanæ concisæ sunt super populũ tuum,& super ciuitatẽ sanctam,ut cõsummetur peccatũ,& signetur peccatũ etc. in Mat.c.24 tr.29
2 Ipse facit reges et cõmutat t.2 in ep.ad Ro.c.1 li.1.543
3 Peccauimus iniquitatem fecimus,iniuste egimus to.2 in ep.ad Rom.cap.6 lib.6 655
7 Videbam,& ecce sedes posita, & uetustus dierum sedebat. Thronus eius flamma ignis & rotæ eius ignis accensus to.2 in ep.ad Rom.lib.9 721
Fluuius igneus egrediebatur à facie eius t.2 in ep.ad Ro. lib.9.721.& lib.4 contra Cels. 827
9 Et confirmabit testamentũ multis septimana una,& dimidio septimanæ tolletur sacrificiũ,& libatio,& super tẽplũ abominatio desolatiõis etc. in M.tr.29.159
12 Et intelligentes refulgebunt ut splendor firmamenti to.2 in Mat.cap.13 4
13 Semen Chanaan & non Iuda to.2 in Ioan.to.20.431

OSEAS

Cap.2 DEdi uobis argentum & aurum,uos autem feciſtis argentea Baalim to.1 in Cant.ho.2 592
6 Percutiet,& sanabit uos to.2 in Mat.tr.4 80
7 Omnes mœchantes sicut clybanus succensus ad comburendum to.1 in Leu.ho.5 138
8 Fecerunt sibi regem,& non per me, & principem & non per consilium meum t.1 in Iudic.cap.4 h.4 387
10 Seminate uobis in ueritate iustitiam, & uindemiate fructum uitæ to.2 in Mat.tract.11 98
13 Ego autẽ sum sicut panthera, & sicut leo domui Iudæ in Mat.tract.20 119
Et obuiabo eis sicut ursus turbatus ibidem

IOEL

Cap.2 EFfundam de spiritu meo super filios uestros & filias,& prophetabunt to.2 in Mat.cap.13 13
3 Sol & luna contenebricati,stellæ non dabunt lumẽ etc. to.2 in Mat.tract.30 168

AMOS

Cap.8 EMittã famẽ super terrã, nõ famẽ panis, neq; sitim aquæ,sed famẽ audiẽdi uerbũ dei t.1 G.h.16.54

IONAS

Cap.1 MIttamus sortem, & uideamus cuius causa hæc tanta malitia est to.1 in Ios.ho.23 370
3 Adhuc quadraginta dies,& Niniue subuertetur to.1 in Num.ho.16 257.258

MICHEAS

Cap.1 ECce egredietur dominus de loco suo,& descendet & calcabit super excelsa terræ,& commouebuntur montes,& c.to.2 in Ioan.to.22 439
5 Et tu Bethlehẽ domus Ephrata,non minima es ut sis in milib.Iuda.ex te mihi prodibit dux.2.l.1 cõtr.Ce.763
6 Memento quid cogitauerit aduersum te Balach rex Moab to.1 in Num.ho.15 253

HABACVC

Cap.3 QVi ascendis equos tuos, & equitatus tuus salus t.1 in Cant.h.2.589 & to.2 in Ma.tr.26.147

NAVM

Cap.1 NOn uindicat in idipsum in iudicio to.in Ezech. hom.1 695

ZACHARIAS

Cap.5 VIdi mulierem sedentem super talentum plumbi & dixi: Quæ est hæc? Et respondit, iniquitas to.1 in Exod.cap.15 ho.6 81
9 Gaude ualde filia Sion etc.t.2 in Ma.tr.14.102 et 147
12 In illa die quæram auferre omnes gentes quæ ueniunt super Hierusalem to.2 in Mat.tract.30 168

MALACHIAS

Cap.1 DEscenderunt mala à domino in portas Hierusalem & c.to.2 contra Cels. 898
4 Timentibus nomen meum orietur sol iustitiæ to.1 in Iudic.cap.2 ho.1 378
Et ecce ego mtto uobis,Heliam Thesbitem antequam ueniat dies domini,qui restituet cor patris erga filium & c.to.2 in Ioan.to.7 337.& 342

IN MATTHAEVM

Cap.2 VIdimus stellam eius in Oriente & uenimus adorare eum to.1 in Num.ho.13 249
Vt & ego ueniens adorem eum to.2 in Mat.tr.20 118
Ex Aegypto uocaui filiũ meũ t.1 in Nu.c.24 h.17.267
3 Dico uobis quia potens est dominus de lapidib. istis suscitare filios Abrahæ to.1 in Hier.ho.14 692
Ipse uos baptizabit in spiritu sancto et igne.2 M.tr.9.87
4 Et accesserũt angeli,& ministrabãt t.1 in Ez.h.1.698
Venite post me,faciam uos piscatores hominum to.1 in Hier.ho.12 685
Beati pauperes spiritu,quoniam ipsorum est & c.to.2 in Matt.tract.34 133
5 Beati mundo corde,quoniam ipsi deum uidebunt to.1 in Esa.ho.6 637
Vos estis lux mundi,uos estis sal terræ to.1 in Ge.ho.1 3
Luceat lux uestra corã hominib.t.1 in Ezec.h.9.12.730
Quando uadis cum aduersario tuo ad principem, da operam ut liberes te ab eo to.2 in Luc.ho.33 282
Esto consentiens aduersario tuo & c. ibidem
Qui uiderit mulierem ad concupiscendam eam,iam mœchatus est eam to.1 Gen.ho.1 4.& 8
Audistis quia dictum est,oculum pro oculo,dentem pro dente & c.to.1 in Exod.ho.10 100
Diligite inimicos uestros & c. to.1 in C.h.2 550.et 602
Orate pro ijs qui uos persequũtur:ut sitis filij patris qui in cœlis est to.2 in Ion.to.22 438

Estote

Estote perfecti, sicut pater uester cœlestis perfectus est to.1 lib.2 peri ar. 781
6 Cũ facis eleemosynã noli tuba canere t.1 in Exo.h.2.67
Cum autem oras intra in cubiculũ tuũ t.1 in Nu.h.11.230
Pater noster qui es in cœlis to.1 lib.2 peri ar. 781
Tu autem si ieiunas unge caput tuum, & faciem tuã lauato.1 in Leuit.ho.10 176
Vbi est thesaurus tuus, ibi erit & cor tuũ t.1 in Ge.h.1.6
Nemo potest duobus dominis seruire. Aut enim unum odio habebit, aut alterum diliget to.2 in ep.ad Rom. cap.6 lib.6 642
7 Qua mensura mensi fueritis remetietur uobis to.2 in Mat.tract.12 140
Non potest arbor mala fructus bonos fac.&c. to.1 lib.2 peri ar. 785
Non quisquis mihi dicit, Domine, domine, intrabit regnum cœlorum to.2 in Ioan.to.32 482
Domine in nomine tuo dæmonia eiecimus &c. to.2 in Matt.tract.13 152
Angusta est porta & arcta uia quæ ducit ad uitam to.1 in Exod.ho.5 78
Nolite mittere margaritas uestras ante porcos to.1 in psal.37 525
8 Quid uenisti ante tẽpus torquere nos t.1 in Ex.h.9.95
9 Fiat tibi secundum fidem tuam to.1 in Exo.h.7 89
Tolle grabatum tuũ & uade in domũ tuã in Ca.h.2.549
Tetigit me aliquis, ego enim sensi uirtutem de me exisse to.1 in Cant.ho.3 613
Non ueni uocare iustos sed peccatores ad pœnitentiam to.1 in Gen.ho.11 7
Nõ ueni pacẽ mittere in terrã, sed gladiũ t.2 in L.2.255
10 Si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliã to.1 in Ios.ho.9 338
Qui confitebitur me coram hominibus, confitebor &c. to.2 in Matt.cap.13 97
Qui amat patrem aut matrem super me, non est me dignus to.1 in Cant.ho.2 550
Vestri etiã capilli capitis numerati sunt.1.in Nu.h.1.201
Qui perdiderit animam suam propter me inueniet eam to.1 in Num.ho.19 272
Quod audistis in aures, prædicate super tecta to.1 in Nu. hom.17 267
Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis to.2 in Luc. 295
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis to.2 in Matt.cap.13. 93.134.& 135
11 Num tu es ille uenturus, an alium expectamus to.2 in Ioan.præfa. 292
Nemo nouit filium nisi pater neq; patrem quis nouit nisi filius to.1 lib.1 pari ar.cap.1. 754.& 885
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos to.2 lib.3 contra Celf. 815
Discite à me quia mitis sum & humilis corde to.2 in Matt.tract.34 192
12 Aut facite arborem bonam, & fructum eius bonum, aut facite arborẽ &c.to.2 in ep.ad Ro.c.6 li.6.644
Bonus homo de bono thesauro profert bona to.1 lib.2 peri ar. 785
Ex sermonibus tuis iustificaberis etc. t.1 in Eze.h.2.702
Regina Austri ueniet in iudicium & condemnabit homines generationis huius to.1 in Cant.ho. 545
Filius hominis aget in corde terræ tres dies & tres noctes to.2 in Ioan.to.32 498
13 His qui foris sunt in parabolis loquar ut uidentes uideant & non uideant &c.to.1 lib.3 peri ar.cap.1.810
Omni habenti dabitur, & adijcietur to.1 lib.2 peri ar. cap.12 801
Inimicus homo superseminauit zizania to.1 648
Colligite primum zizania &c.to.1 367
Et secus littus sedentes collegerunt bonos in uasa sua etc. to.1 in Matt.tract.13 157
15 Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur to.1 648 (to.1.336
Non sum missus nisi ad oues quæ perierunt domus Israel
16 Beatus es Simon Bariona quia caro & sanguis in reuelauit tibi sed &c.to.2 in Matt.tract.2 152
Quodcunq; ligaueris super terram erit ligatũ &c. to.2 in Matt. 102
Scandalum tu mihi es to.2 in Matt. 193
17 Resplenduit facies eius sicut sol to.2 in Mat.tr.3. 171
Moyses & Helias in gloria colloquẽtes cum eo to.1.108. 145.& to.2 344
Si habueritis fidẽ sicut granũ sinapi, dicetis monti huic &c.to.2 in Matt.cap.13 56
18 Si uideris fratrem tuum peccare, argue eum inter te & ipsum solum &c.to.1 in Leuit.hom.2 122
Si quis scandalizauerit unum de pusillis istis to.1 in Ca. hom.4 623
Angeli eorum semper uident faciem patris mei qui in cœlis est to.2 282
Quis uestrum habẽs centum oues, & si perdiderit unã, nónne &c.to.1 in Gen.ho.1 12
19 Nemo bonus nisi unus solus deus to.1 li.2 peri ar.785
Cum sederit filius hominis super thronũ gloriæ suæ, sedebitis & uos super duodecim thronos, iudicantes duo decim tribus Isr.to.1 in Exod.cap.34 ho.11 105
21 Inuenietis asinam alligatam, soluite & adducite to.1 249 353
Auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti fructus eius to.1.182 to.2 362
Amice non facio tibi iniuriam to.2 in Matt. 213
Non ueni ministrari sed ministrare to.2 in Matt. 99
Auferetur à uobis regnum, & dabitur genti facienti fructum eius to.2 in ep.ad Rom.cap.2 572
22 Regnũ cœlorum uim patitur, & uiolenti rapiunt illud to.1.208.& 347
Diliges dominum &c. & proximum tuum sicut teipsum to.1 in Cant.ho.2 550
Diliges dominum deum tuum ex toto corde &c. Et diliges proximum tuum sicut teipsum to.1 in Cant.h.3 550.& 602
Non est deus mortuorũ, sed uiuẽtium to.2 in Io.to.3.320
Regina austri uenit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis to.1 576
Amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem to.2 213

Multi

Multi sunt uocati, pauci electi t.2 in ep.ad Ro.ca.1 537
Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi: quæ dicunt facite &c.to.1 in Ezec.ho.7 723
Omnia quæcũq; uobis dixerint, facite etc.1 in Ez.7.723
Oportuit hæc fieri, & illa non omittere to.1 232
24 Sicut in dieb. Noe uẽdebãt, emebãt etc. 1 in G.h.1.10
Vbi fuerit cadauer, illic congrebuntur & aquilæ t.2.261
25 Amen dico uobis nescio uos to.1 in Gen.h.1 21
Hospes fui, & collegistis me to.2 128
Quandiu fecistis uni de fratribus meis minimis to.2.128
26 Nõ bibã de genimine uitis donec etc.1 in M.tr.13.150
Pater si fieri potest transeat à me calix hic &c. to.2 contra Celsl.lib.2 782
27 Innocens ego sum à sanguine iusti huius to.1 175
Sanguis eius super nos & super filios nostros to.1 377
28 Ecce ego uobiscum sum usq; ad consummationem seculi in Mat.tract.3.49.& to.2 303

IN MARCVM

Cap.1 Offer munus quod præcepit tibi Moyses t.1 in Leuit.ho.5 142
2 Securus agit donec ueniat fortior qui ipsum alliget, & auferat quæ possidet to.1 in Ios.ho.14 351
4 Cœpit iterum docere ad mare etc.t.2 in Ma.tr.34.133
His qui foris sunt in parabolis loquor, ut uidẽtes uideant & non uideant to.1 314.& 810
Sine parabolis nihil loquebatur to.1 in Leu.ho.4 131
5 Cognoscens uirtutem de se exisse to.2 14.& 171
6 Et uenit in patriam suam, & sequuntur eum discipuli ipsius to.2 in Mat.cap.13 11
Si quis nõ suscipit uos, excutite puluerem qui adhæsit pedibus uestris to.1 in Gen ho.4 19
Tolerabilius erit terræ Sodomorum in die iudicij quàm illi ciuitati ibidem
8 Si oculus tuus scandalizet te erue eum &c.to.in Num. hom.25 298
9 Bonum est ei magis si circundaretur mola asinaria t.1 in Num.ho.25 296 (tr.23.132
10 Sedere aũt ad dexterã aut ad sinistrã meã etc. t.in M.
11 Nunquam quisquam ex te fructus manducet to.2 in Mat.tract.30 175
13 Nisi abbreuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro to.1 379
Qui supra tectũ sunt nõ descendant indetollere t.1.267
14 Vt quid perditio hæc to.1 458

IN LVCAM

Cap.1 Ipse præcedet coram ipso cum spiritu & uirtute Heliæ to.2 in Ioan.tract.7 337
Quomõ fiet hoc quoniã uirũ nõ cognosco t.1 in G.h.1.7
Spiritus domini obumbrabit tibi to.1 in Num.ho.3.314 337.& 600
Helizabeth impletum est tẽpus pariẽdi t.1 in G.h.13.42
2 Par turturum, aut duos pullos columbarum to.1 160
Positus est in ruinam & in resurrectionem multorũ to.1 in Num.ho.20 325
Iesus proficiebat ætate, sapientia etc. t.1 in Hie.h.1.645
3 Iam securis ad radicem arborum posita est to.1 369
6 Væ qui nunc ridetis, quoniam flebitis & plangetis t.2 in Mat.tr.32 184
7 Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uias tuas to.1 in Ios.ho.4 324
Vnus debebat denarios quingentos & alius quinquaginta to.1 299
8 Rogabant eum dæmonia ne iuberet eos abire in abyssum to.1 1
9 Qui perdet animam suam propter me inueniet eam to.1 in Num.ho.19 272
Nemo mittens manum ad aratrũ &c.to.2 162.& 188
10 Gaudete quoniã nomina uestra scripta sunt in cœlis to.1 661
Multi prophetæ & reges cupierunt uidere quæ uos uidetis to.1 323
Videbam Satanam quasi fulgur de cœlo cadentem to.1 696.767.& to.2 169
Neq; peram neq; calceamenta in uia portabitis to.1.102
Neminem in uia salutaueritis to.2 77
Homo quidam descendebat de Hierusalem in Hiericho, qui incidit in latrones &c.t.1 in Ios.h.6 332.et 557
11 Baptismo habeo baptizari quẽ uos nescitis to.1 393
Cum immundus spiritus exierit ab homine tũc etc.1.383
Væ uobis legisperitis qui abstulistis clauem scientiæ &c. to.2 139
Omnis sanguis iustus qui effusus est à sanguine Abel tomo 1 377
12 Anima habes multa bona recondita in annos plurimos to.1 686
Stulte hac nocte auferetur à te anima tua to.1 309
Sint lumbi uestri præcincti to.2 180
Et lucernæ ardentes in manibus uestris to.1 398
Partem illorum cum infidelibus terræ ponet to.1 799
Seruus qui cognouit uoluntatem domini sui, & non fecit digne, plagis uapulabit multis t.2 in ep.ad R.c.2.556
13 Discedite à me, nunquam uos noui t.2 in Io.t.32.482
Relinquetur uobis domus uestra deserta to.1 377
14 Quis ex uobis uolens turrim ædificare non prius &c.to.2 113
15 Beatus qui manducauerit panẽ in regno dei t.2.204
Accesit ad quemdam primarium ciuitatis in regione illa to.1 in Num.ho.19 272
16 Erat homo diues, & induebatur purpura & bysso, mendicus autem quidam Lazarus &c. to.1 in Num. ho.16.259 to.2 contra Mar. 971
Recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala to.1 498
Inter nos & uos magnum chaos confirmatũ est to.1.314
Habent Moysen & prophetas, audiant illos to.1 302
17 Domine adauge nobis fidem to.2 in Ioan.to.32.485
Cũ feceritis hæc omnia, dicite serui inutiles sumus to.1 in Ios.ho.13 348
18 Ieiuno bis in Sabbato, decimas do omnium quæ possideo to.1 in Hier.ho.14 692
Descendit hic in domum suam iustificatus to.1 in Ezech. ho.9 730
19 Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquã &c.to.2 in Mat.tract.7 27

20 Non est deus mortuorum sed uiuorum t.2 in Matth. tract.22 127
22 Amen dico uobis quia non bibam de generatione uitis huius,usquequo bibam illud uobiscum nouũ in regno patris mei to.1 in Leu.cap.10 ho.7 150
Cum manducaueritis & biberitis ad mensam meam t.2 in ep.ad Rom.cap.11 lib.8 695
Qui habet sacculum accipiat similiter & peram,uendat uestimentum ut emat gladium t.2 in Matt.tr.7 77
23 Pater ignosce illis, non enim sciunt quid faciunt to.1 in Leu.ho.2 117
24 Hodie mecum eris in paradiso t.2 in Io.to.32 498
Nonne cor nostrum ardens erat in nobis de Iesu to.1 in Exod.ho.7 89

IN IOANNEM

Cap.1 IN principio erat uerbum, & uerbum erat apud deũ to.1 in Gen.ho.1 1
Omnia per ipsum facta sunt to.1 in Apol.pam. 870
Lumen quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum to.1 in Ios.ho.1 377
Vidimus gloriam eius gloriam quasi unici à patre to.2 in Mat.tract.2 47
Lux in tenebris lucet to.1 in Ezec.ho.9 730
Qui post me uenit ante me factus est: Cuius non sum dignus soluere &c.to.2 125.& 297
Super quem uideris spiritum descendentem to.1 213
Deum nemo uidit unquam to.1 lib.1 peri ar.cap.1 754
3 Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu etc.t.2.422
Nemo ascendit in cœlum,nisi qui descendit de cœlo to.2 dial.3 contra Mar. 989
Quod natũ est ex carne caro est t.1 in Apol.pam. 870
4 Flumina aquæ uiuæ salientis in uitam æternam to.1 in Gen.ho.1 2
Deus spiritus est,& eos qui adorant eũ in spiritu & ueritate oportet adorare t.1 li.peri ar.c.1.752 et t.2.903
Meus cibus est ut faciam uoluntatem eius qui misit me t.1 268 & to.2 98
5 Pater meus usq; modo operatur,et ego operor t.1.289
Omnis qui credit in me non iudicabitur. Qui autem nõ credit iam iudicatus est etc.t.2 in ep.ad Ro.ca.2 558
Si crederetis Moysi,crederetis utiq; & mihi &c.to.2 in ep.ad Rom.cap.4 lib.4 601
Nisi manducaueritis carnem meam,& biberitis sanguinem meum,non habebitis uitã in uobis.Caro mea uerè est cibus &c.to.1 in Leu.hom.7.155.& to.2 98
Nemo uidet patrem nisi filius to.1 in Cant.ho.3 613
7 De uentre eius fluent aquæ uiuæ to.1 239
8 Abraham pater uester desiderauit uidere diẽ meum, uidit & gauisus est to.1 35
9 In iudicium ego ueni in hunc mundum ut non uidentes uideant,& uidentes cæci fiant to.1 in Num.ho.17 263 to.2 261 & 920
Operamini donec lumen in uobis est t.1 in Ier.ho.9.675
Veniet nox quando nemo potest operari to.1 in psal.36 hom.3 509
10 Qui non intrat per ostiũ in ouile ouiũ,sed etc.t.2.180
Ego sum ostium:per me siquis introierit saluabitur &c. to.1 in Cant.ho.2 584
Oues meæ uocem meam audiunt to.1 in Cant.ho.2 583
12 Venit mulier habens alabastrum unguenti nardi pistici prætiosi &c.to.1 in Cant.ho.2 547
Pater clarifica filium tuum to.1 in Cant.ho.3 686
Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit &c.to.1 in Hier.cap.12 ho.8 669
13 Exemplum enim dedi uobis, ut quẽadmodum ego feci,sic &c.to.2 479
14 Qui me uidet, uidet & patrem to.1 in Cant.hom.3 613 to.2 lib.7 contra Cels. 921
Si credideritis non solum quæ ego facio facietis, sed & maiora to.1 in Esa.ho.2 636
16 Adhuc multa habeo uobis dicere, sed non potestis modo ea portare to.2 contra Cels.lib.2 772
17 Hæc est autem uita æterna,ut cognoscant te solum uerum deum,&c.to.2 in ep.ad Rom.cap.2 555.557
20 Ascendo ad patrem meum & patrem uestrũ, ad deũ meum & deum uestrum to.1 in Mat.tr.27 127

IN ACTA

DOmine si in tẽpore hoc restitues regnũ Israel t.2 in Mat.tr.30 177 Cap.1
Et nubes suscepit eũ ab oculis eorũ t.2 in Ma.tr.20.177
Et cecidit sors super Matthiam, & annumeratus est etc. to.1 in Ios.cap.18 ho.23 370
4 Erat cor unum & anima una t.2 in Mat.tr.28 155
Neq; enim est aliud ullum nomen sub cœlo in quo oporteat saluos fieri to.2 in ep.ad Rom.cap.2 lib.2 557
7 Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cum esset in Mesopotamia &c.to.1 in Ioan.to.19 418
10 Petrus uidit cœlum apertum,& uas quoddam demitti ut linteum in terram,in quo erant omnia quadrupedia &c.to.1 in Leu.ho.7 154
Compertum habeo quod deus personarum acceptor nõ est to.in ep.ad Rom.lib.2 cap.2 558
Quod deus mundauit tu ne commune dixeris to.2 in ep.ad Rom.cap.5 lib.5 624
13 Saulus autem qui & Paulus &c. to.2 in ep.ad Rom. præf. 536
16 Cum tentaremus ire in Bithiniam prohibuit nos spiritus Iesu to.2 in ep.ad Rom.cap.1 lib.1 544
17 Tempora igitur ignorantiæ dispiciens deus &c. to.2 in Matt.tract.1 42

IN PAVLVM

IVdicabit deus occulta hominum secundũ euang. t.2 dial.2 contra Mar. 969 Cap.1
Inuisibilia dei ex uisibilibus intelliguntur, & ea quæ nõ uidentur ex &c.to.1 in Cant.ho.3 610
Palam fit ira dei de cœlo aduersus omnem impietatẽ & iniustitiam hominum,qui &c.t.2 li.6 cõtra Cel. 880
2 Secundum duritiam tuam & impœnitens cor &c. t.1 lib.3 peri ar.cap.1 807
Inter se inuicem cogitationibus accusantibus ac defendentibus,in die qua iudicabit &c. to.1 lib.2 peri ar. cap.11 793

6 Quòd enim mortuus peccato, mortuus est semel: quòd aũt uiuit, uiuit deo t.2 in ep.ad Ro.ca.5 lib.4 616
Stipendia peccati mors, gratia autẽ dei uita æterna to.2 in ep.ad Rom.cap.4 lib.4 596
7 Lex dominatur homini quãdiu uiuit. Nam mulier subdita uiro, alligata est illi &c. to.2 in Matth. 16
Lex spiritualis est to.2 in ep.ad Rom.cap.1 542
Lex ergo bona est & mandatum sanctum & bonum t.1 lib.2 peri ar. 785
8 Omnis creatura congemiscit & condolet to.1 in Ezec. hom.4 710
Etenim in quo infirmabatur lex per carnem, deus filium suum mittens &c. to.2 in ep.Ro.cap.1 542
9 Cui ergo uult miseretur, & quem uult indurat to.1 li.3 peri ar.cap.1 803. & seq.
O homo tu quis es qui contra respondeas deo to.1 lib.3 peri ar.cap.1 813. & seq.
Aut non habet facultatem figulus luti ex eadem massa facere uas in honorem &c. to.1 lib.3 peri ar.cap.1 813
Pertulit uasa iræ parata in interitũ, ut ostenderet diuitias gloriæ in uasa misericordiæ etc. t.1 in Hier.h.4 656
Non uolentis, neq; currentis, sed miserentis est dei t.1 li.3 peri ar.cap.1 811. & seq.
11 Quàm inscrutabilia sunt iudicia dei, & quàm inuestigabiles uiæ eius to.1 lib.4 peri ar. 843
Quis cognouit sensum domini, aut quis ei consiliarius fuit? to.1 in Num.cap.24 ho.18 269
Ex ipso, & per ipsum, & in ipsum omnia to.2 contra Celsſ. 901
13 Reddite omnibus debita, cui honorem, honorem to.2 in ep.ad Rom.cap.2 554
Expletio & absolutio legis charitas to.2 dial.2 contra Marcion. 974
14 Omne quod non est ex fide peccatum est to.1 413
16 Deus aũt pacis cõterat satanã sub pedib.uestris.1.356
1.Cor.cap.1 Qui diues est in uerbo & in omni scientia t.1 in psal.36 hom.3 507
Non multi sapientes secundum carnẽ, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus ut confundat sapientes &c. to.2 in ep.ad Rom. 603 & 821
Quia enim in sapiẽtia dei nõ cognouit mũdus per sapientiam deum &c. to.2 lib.1 contra Celsſ. 750
Fatuum dei sapientius est hominibus t.1 in Hier.h.3.663
2 Prædicatio mea non in persuasibilibus sapientiæ uerbis, sed &c to.2 lib.6 contra Celsſ. 880
Loquimur dei sapientiam in mysterio absconditam, quã nemo principum cognouit t.1 in cant.ho.2 585
Spiritualis omnia dijudicat, & ipse à nullo dijudicatur t.2 in Ioan.to.30 470
3 Si quis uidetur sapiens esse inter uos in hoc seculo, stultus fiat ut euadat sapiens. nam sapiẽtia mundi stultitia est to.2 lib.1 contra Celsſ. 750
Siquis superstruxerit ligna fœnum, stipulam. Vniuscuiusque opus probabit ignis quale sit to.2 lib.4 contra Celsſ. 827
Si cuius opus arserit damnum patietur. Ipse autem saluus erit, quasi per ignem to.1 in Exod.ca.21 ho.10 101
Cuiusque opus quale sit ignis probabit to.1 in Exech. hom.1 695
5 Quem tradidi satanæ in interitum carnis to.1 in Leu. cap.25 ho.14.192.524.741. & to.2 975
Etenim pascha nostrum immolatus est Christus t.2 in Io. to.10 366
Qui se iungit domino, unus spiritus est: & qui se iungit meretrici, unus spiritus est t.1 in Nu.c.25.h.20.278
Fugite fornitationẽ fratres to.2 in Mat.ca.24 tr.29 163
Aut nescitis quia angelos iudicabimus to.1 in Nu.ca.18 ho.11.233. & to.2 583
Sunt dij multi & domini multi. Nobis tamen unus deus pater, ex quo omnia &c. & unus dominus Iesus Christus &c. to.1 in Exod.cap.20 ho.8 91
Macero corpus meũ & in seruitutem redigo, ne &c. in ep.ad Rom.cap.8 lib.7 675
10 Patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, in Moyse baptizati sunt in nube & in mari &c. to.1 in Exod.cap.12 ho.5 77
Hæc in typo contigerunt illis, ad nostram autem ad monitionem scripta sunt to.2 dial.2 contra Mar. 974
An æmulamur dominum, nunquid fortiores illo sumus? to.1 in psal.36 ho.1 493
Poculum benedictionis, & panis quam frangimus sanguinis & corporis communicatio Christi est to.2 contra Mar. 100
Deus infidelitũ huius mundi excæcauit mentes t.2 dial.2 contra Mar. 974
12 In corpore Christi diuersa sunt membra, & alios esse oculos, alios manus &c. to.1 in Cant.ho.2 582
13 Videmus per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem to.1 in psal.36 ho.5 518
Cum uenerit quod perfectum est, destruentur ea quæ ex parte sunt to.1 in psal.38 ho.1 535
14 Spiritus prophetarum prophetis subijcitur t.2 in Io. tract.7 337
Orabo spiritu, orabo & sensu to.1 in Ezec.ho.2 703
15 Non ego, sed gratia dei mecum t.2 in ep.ad Ro.ca.11 lib.8 694
Cum autem subiecta ei fuerint omnia, tunc & ipse filius subiectus erit &c. t.1 in psal.36 ho.2 590 et t.2.177
Vt sit deus omnia in omnibus to.1 lib.3 peri ar.ca.5.829
Quomodo resurgent mortui? quali autem corpore uenient? Stulte tu quod seminas t.2 lib.5 cõtra Cel.864
Vt stella à stella differt in gloria, ita erit resurrectio mortuorum. seminatur in corruptione &c. to.1 in Apol. Pam. 874
Necesse est corruptibile hoc induere incorruptionem, et mortale hoc induere immortalitatem &c. to.1 lib.2 peri ar.cap.8 777
Seminatur corpus in corruptione, & surget in incorruptione to.1 in psal.36 ho.5 520
Nõ omnes dormiemus, omnes tamẽ mutabimur. Et mortui resurgent incorruptibiles: nos quoq; immutabimur to.2 lib.5 contra Celsſ. 863
Caro & sanguis regnum dei non poßidebunt &c. to.2 dial.3 de resur. 995
Qui de tantis mortibus eripuit nos & eripit to.1 in Leuit.cap.20 ho.11 179 2.Cor.cap.1
2 Quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? to.1 in psal.38 ho.1 534

3 Dominus autem spiritus est: ubi autem spiritus domini, ibi libertas to.1 in Exod.cap.34 ho.12 108
Litera occidit, spiritus uiuificat. 2 contra Cel. 903 et 913
Et non sicut Moyses ponebat uelamen super faciē suam Cum autem quis conuersus fuerit ad dominum auferetur uelamen to.1 in Exod.ho.12 107
Quod si ministerium mortis in literis formatum in lapidibus factum est in gloria. Si enim quod destruitur per gloriam est, multo magis quod manet to.2 in ep. ad Rom.cap.3 593
Nos reuelata facie gloriam domini speculantes, eadem imagine reformemur à gloria in gloriam to.2 in ep. ad Rom.cap.5 lib.4 609
4 Si is qui foris est homo noster corrumpitur, sed ille qui intus est renouatur de die in diem t.1 in Ca.prol.554
Nam momentanea leuitas afflictionis nostræ æternum gloriæ pondus parit &c. to.2 lib.6 cōtra Celſ. 886
Domum habemus non manufactam in cœlis to.1 lib.3 peri ar.cap.5 829. & seq.
5 Omnes manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque, siue to.2 in epist. ad Rom. cap. 14. 721 723
Itaq; bono animo simus semper, scientes quòd cum domi sumus in corpore, peregrinamur à domino &c. to.2 in Ioan.to.17 cap. 4 409
6 In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: deijcimur, sed non perimus to.2 in ep.ad Rom. cap.5 lib.4 612
Gal.cap.2 Viuo autem, iam non ego, uiuit autem in me Christus in Matt.tract.2 46
3 Christus nos redemit de maledicto legis to.1 in Num. cap.18 ho.11 232
4 Quæ autem sursum est Hierusalem libera est, quæ est mater nostra to.1 in Cant.ho.2 581
Lætare sterilis quæ non paris, quoniā multi filij desertæ, magis quam eius quæ habet uirum to.2 in ep.ad Ro. cap.7 648
5 Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem to.1 lib.3 peri ar.cap.2.816 cap.4 823
Ephes.cap.1 Benedictus deus & pater qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestib.t.1 in Lc.20 h.16.194
2 Eramus natura filij iræ sicut & cæteri to.2 in ep.Ro. cap.3 576
Ipse est enim pax nostra qui fecit utraq; unum, & medium parietem maceriæ soluens &c. to.2 in ep.Rom. cap.5 lib.4 615
4 Donec occurramus in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi to.2 in Mat.tr.5 65
Ascendens Christus in altum captiuam duxit captiu.to.1 in Num.cap.24 h.18 271
5 Viri diligite uxores uestras sicut corpora uestra, sicut Christus dilexit ecclesiam to.1 in Cant.ho.3 603
Nullus carnem suam odio habuit to.1 in Cant.h.2 550
Corpus Christi sumus, & membra ex parte t.1 in psal.36 hom.2 500
6 Estote ergo accincti lumbos uestros in ueritate to.1 in Ios.cap.4 ho.5 328
Phil.cap.1 Qui cum in forma dei esset, exinaniuit semetipsum, & formam serui accepit to.1 in Cant.ho.1 572. & 870
3 Præterita obliuiscens, ad futura me extendens to.2 in ep.ad Rom.cap.8 lib.6 656
In quo plenitudo diuinitatis corporaliter habitat to.2 in diuersos ho.2 509 Colos.cap.1
2 Nemo uos iudicet in esca, aut in potu, aut in parte diei festi. Nemo uos seducat uolens in humilitate cordis & religione &c. to.2 in ep.ad Ro.ca.5.623 et 724
4 Sermo uester sit semper in gratia sale conditus to.1 in Ezech.ho.6 719
Sine intermissione orate to.1 in lib.Reg.cap.1 h.1.404 1.Thes.cap.5
Vt superabundanter habeatis in charitate eos qui huius modi sunt &c.to.1 in Cant.ho.3 602
Non adueniet dominus nisi uenerit defectio prius, & reuelatus fuerit homo ille sceleroſus to.3 lib.6 contra Celſ. 895 2.Thes.cap.2
Quem dominus interficiet spiritu oris sui, & destruet apparitione aduentus sui to.2 in Ioan.to.2 315
Finis legis charitas de corde puro & fide non ficta: à quibus quidam aberrantes conuersi sunt in uaniloquium &c.to.2 in Mat.tract.24 185 1.Tim.cap.1
2 Mediator dei & hominum homo Christus to.2 in ep. ad Rom.cap.3 lib.3 588
4 Spem habens & præsentis uitæ & futuræ to.2 in ep. ad Rom.cap.5 lib.4 616
In magna domo non sunt tantum uasa aurea uel argentea, sed & lignea to.1 in Hier.h.4. 656 & to.2.348 2.Tim.2
Si quis emūdauerit seipsum ab his erit uas ad honorem to.1 lib.3 peri ar.cap.1 813
Omnia munda mundis contaminatis autem nihil est mūdum to.2 in ep.ad Rom.lib.10 725 Tit.cap.1
3 Hæreticum hominem post trinam correptionem deuita &c.to.1 in Apol. 858
Qui est est splendor gloriæ dei, & figura expressa substantiæ eius to.1 lib.1 peri ar. 757 Hebr.cap.1
Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis to.2 in ep.ad Rom.lib.10 736
Quia ergo pueri communicauerunt sanguini & carni &c.to.1 in Esa.ho.7 638
6 Terra enim uenientem sæpius super se bibens imbrem, & generans herbam &c. to.1 in Leuit.26 hom.16 196 & 807
9 Tabernaculum enim factum est primū in quo erat candelabrum, &c.to.1 in Exod 26 ho.9 96
10 Lex umbram habens futurorum bonorum &c. to.1 in Num.cap.18 ho.11.231 537 & 600

IN IACOBI EPIST.

REsistite diabolo, & fugiet à uobis to.2 in ep. ad Rom.cap.5 lib.4 669 Cap.4

IN PETRI EPIST. I

GEns sancta, regale sacerdotiū, populus acquisitionis to.1 in Num.ho.5 209 Cap.2
Redempti sumus non corruptibili precio argenti & auri &c.to.2 in ep.ad Rom.cap.2 lib.2 569
Consortes facti estis diuinæ naturæ to.1 in Leuit.cap.6 hom.4 129 2 Pet.1

IN

IN IOANNIS EPIST.

Cap.3 CHarißimi nunc filij dei ſumus, ſed nondum apparuit quid erimus, ſi apparuerit ſimiles ei erimus to.2 in Mat.tract.20 119
Omnis qui natus eſt ex deo, peccatum non committit t.2 in Ioan.to.21 436
Omnis qui peccat, non uidit filium to.2 in Io.to.21. 436
Qui committit peccatum ex diabolo eſt, quoniam ab initio diabolus peccat &c.to.2 in Ioan.to.21 436
Nondum ſcimus quid futuri ſumus, ſi autem reuelatum fuerit nobis, ſimiles ei erimus to.1 in Exod. cap.15 hom.6 82.& 828
4 Charißimi diligamus inuicē, quia charitas ex deo eſt &c.to.1 in Cant.prol. 556
Deus charitas eſt ibidem

IVDAE

ANgelos qui non ſeruauerunt principatum ſuum in iudicium magni diei, ſub caligine reſeruauit to.2 in ep.ad Rom.cap.5 607

IN APOCALYPSI

QVi dicunt ſe Iudæos eſſe & non ſunt to.2 in ep. ad Rom.cap.2 561 Cap.3
6 Vidi cœlum apertum, & ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum uocabatur uerus etc.t.1 in Ca.h.2.589
12 Et cauda draconis traxit tertiam partem ſtellarū cœli, & miſit eas in terram in Mat.cap.24 tr.30 169
Incenſum autem orationes ſanctorum ſunt to.1 in Ezec. hom.7 723
19 Ecce equus albus, & qui ſedebat ſuper eum uocabatur fidelis & uerax ſermo dei &c. in Io.t.2.310.314
20 Et reddidit mare mortuos quos habebat, & mors & infernus reddiderunt mortuos to.1 in Apol. 873

INDEX III. SEV POTIVS THESAVRVS RERVM OMNIVM QVAE IN IIS QVAECVNQVE EXtant Origenis Adamantij operibus dignæ notandæq;, continentur, longè quàm hactenus locupletiſsimus. Vt autem admonearis, lector, numerus qui primus poſitus eſt tomum, ſecundus paginā ſignat: atq; ut labori tuo parceremus, tribus literis, p m f ceu notulis uſi ſumus, p ſcilicet, principium, m medium, f finem paginæ deſignantes.

A

AAron pontificis ueſtes to.1 166 f & ſeq.
Aaron ſacerdotij carnalis imaginem tenet to.1 576 p
abaridis Hyperboræi uelocitas ac diuinitas to.2 807 f & ſeq.
abarim tranſitus ſignific. to.1.314 f
abdimelech Aethiopis factum pro liberatione Hieremiæ to.1 575 f
abdimelech ſeruus regum interpret. to.1 578 m
abel quid interpretetur to.2 147
abiaſab quid interpretetur to.2.68 730
abiectis non inſultare ſapientes to.2 701 f
abiezer patris mei auxilium interpretatur to.1 394 f
abimelech quid interpret. to.1.23 f 48 p 47 f
abinoem reſponſio patris interpretatur to.1 392 p
abire ad deum quid to.1 41 m f
abnegare ſeipſum quid to.2 46
abominatio deſolationis templi quā do facta to.2 160 (ſeq.
abortus bonus & malus t.1.216 f &
abraham quando & quomodo locutus deus to.1 15 m
abraham cū Loth collatio 1.19 p m
abraham hoſpitalitas commendatur to.1 19 m f
abraham de Iſaac ſacrificium tractatur to.1 29 m f & ſeq.
abraham nominis interpretatio, & cur hoc ſortitus ſit to.1 29 m
abraham quo anno ætatis Cethurā accepit uxorem to.1 38 f
abraham nōdum perfecta beatitudine perfrui, & quando perfruetur to.1 152 p
abraham filij qui uerè, & quales t.2 333 p
abraham preſbyter dictus 1.357 p
abraham quotus genitus ab Adam to.2 430 p
abraham quomodo imitandus to.2 433 f & ſeq.p
abrahā quomodo uidit diem Chriſti to.2 455 f & ſeq.
cum abraham & Iſaac qui recūbent to.2 519 p m
abraham quorū pater ſit, & ſecūdū carnē & ſecundū fidem 2.595 p
abraham quomodo pater omnium credentium to.2.602 f & ſeq.p
Abrahæ ſucceſsio quæ & unde nobilior to.2 602 m
abraham quatenus corpus emortuū habuerit to.2 605 m
abraham propheta to.1 644 m
abraham filij & non filij t.1 711 f
abraham nomine abutentes incantatores to.2 752 f & ſeq.
abrahæ ſemen 1.35 m 2.429 m f
abrahæ ſinus quid 1.303 m 2.490 f
abrahæ pater & fratres to.2.430 p
abrahæ mors qualis to.1 40 p
abrahæ filij quō fiāt 2.431 m 433 f
abrahæ officium & humanitas erga peregrinos to.2 477 p
abrahæ fides diuerſæ to.2 595 m f
abrahæ quando & quomodo promiſsio facta to.2 598 f
abſolutionem obtineri peccatorum pro pœnitentiæ mēſura 1. 538 m
abſtinētia pia et tēporanea 2.727 m

abstinentia ciborum 2.724 f
abstinentia immoderata periculosa 1 311 p
abstinens uocatus nõ electus 2.537 f
abyssus quid 2.62
abyssus quis locus & quibus destinata 1.64 f 502 m
abyssum quid uocet 2.91
acabrin scorpiones interpretatur 1. 372 f
accincti qui 1.328 m
accipiter Apollinis nuncius dictus 2. 855 f
accusator sui quomodo sit iustus 1. 406 f & seq.
aceto qui potent Christum 2.234 m
achab iniquitas in persequendo Heliam 2.511 p
achillis pater & mater 2.760 p
achimã nominis significatio 1.366 p
ἀλῳάτων sphęra quę 1.480
acarnaniorum deus amphilochus 2. 808 f
acquirere quomodo dicatur deus 1. 83 m
acta Pauli quis liber 1.755 f
actioni contemplationem confert 2. 502 m f
actionum omnium exitus dubius 2. 749 m
actionem bonam in euangelium referri 2.294 f & seq. p
actores nostri qui 1.523
adam primus & postremus 2. 616 m f & seq.
adã primus homo in Caluaria sepultus fabula 2.228 f
adæ peccati quæ causa fuerit 1.815 p
adæ captiuitatis causa serpens 1. 696 m
adam etiam propheta, & quid prophetauerit 1.591 m
adam quomodo declinauit 2.580 f
adæ filiorum in initio mundi qualis dispersio 1.317 m
ab adam quot generationes usq; ad Abraham 2,430 p
in Adam quomodo omnes peccauerunt 2.619 m f & seq.
adam quomodo forma futuri 2.623 m f 624 m f
adami uocabulo hominem signific. Hebræis 2.838 m
adamas lapis quid signific. eius uis, proprietas & adaptatio 1.462 f & seq.
adamantis lapidis natura, & quomodo probetur à gẽmarijs 1.654 p m
adamantius Origenes dictus 2.241 p
adamantius Orig. contra Marcionistas 2.955 & seq.
adhuc aditum seculo æternitatem significet 1.84 f
adiurare dæmones an Christianis licitum 2.217 p
per adipes sacrificij quid intelligat 1.142 m
adipes hostiæ quid significẽt 1.125 p
adonai nominis uis in incantationib. proprietate seruata 1.753 873 f
adonai nomen dei quatuor literarũ 1.712 m
adoptio quando facti filij Israel to.2 676 f
adoptionis spiritus quis 2.660 f
adoptionem filiorum quam recipiamus 2.666 f
adorare & colere quomodo differãt 1.92 p m
Adorare in spiritu quid 2.542 m
adorare deum in spiritu quid to.2 542 m
adorabant olim ad orientem uersus 1.419 m
aduentus Christi duplex 2.151 item 765. 985
aduentus Christi quomodo duo in anima 2.411 f
aduentum Christi primum qualẽ decuit esse 2.785
aduentus Christi secundus qualis futurus 2.54. 525
aduentum Christi qui recipiant & qui respuant 2.507 f
aduentus Christi minister Ioannes 2 253 m
aduentum Christi spiritualem nunquam defuisse sanctis 2.435 f
in aduentu Christi qui congregãdi 2.173 p
aduentus antichristi qualis, & cur illi miracula concessa 2.788 f
aduentus Christi prædictus to.2.160 832
aduenas quos scriptura appellet to.2 566 p
aduocatus Christus & spiritus sanctus 1.597 f
aduersarius noster quis 2.282 m f 283 p m
adulteria unde procedant to.1 526 m
adulterij filij 1.277 f
adulteros non punitos corporaliter quæ maneat pœna 1.178 m f
adulterium diaboli pecunia to.1 83 f
adulterium aliter uitant stoici, aliter epicurei 2.927 m
aer non lucidus per se, lucis tamen capax 2.295
aeri angelos præsidere 1.670 f
aerea sedes quæ 1.802 p
ædes tabernaculi duplex, & eius discretio 1.172 f
ædificatio dei & diaboli 1.648 m
ædificij terreni & cœlestis comparatio 1.339
ægyptiorum pater cham 1. 53 p
ægyptij qui, eorum fines & dij to.2 869 m
ægypti diuisio in nomos 2.867 m
ægyptiorum mos in colendis dijs 1. 75 p m
ægyptiorum uirtus & secreta sapientia 1.201 f
ægyptiorum religio qualis 2.803 f
ægypti opprobrium quomodo auferendum 1.326 m
ægypti opprobria quæ, & quomodo auferanturà nobis 1.321 f 568
ægyptus Aethiopiæ adiacẽs, & quid eius nomine uelit intelligi to.1 841 m
ægyptiorum nefanda idololatria 2. 906 f & seq.
ex ægypto uocaui filium meum unde desumptum 1.267 f
ægypti principatum gerere quid 1.p 50 m
ægypti quoq; regnũ tenuisse reginã Saba 1.575 m
ægyptios quosdam uentris crepitus uenerari 2.870 p
ægyptij omnium superstitiosorum ue tustißimi atq; eruditißimi to.2. 560 p
ægyptiorum occulta philosophia 1. 820 f
ægyptij nulli liberi 1.52 f
ægyptus serua, & quomodo domus seruitutis 1.52 f
ægyptiorum philosophia ac fabulæ 2.750 p
ægyptijs seruire quid 1.p 53 p m
ægyptium extinguere quid 1.80 p
ægyptus spiritalis, de qua exeundum est cuiq; pio 1.665 p
pro Aeman malè lectum Buthan t.2 351 m
æmulari aliquem quid 1.495 p
æmulatio mali alium in malitia uincere semper studet 1.501
æmulatio Iudæorum, aduersus gentes à Christo sub parabola operariorum uineæ scripta 1.93

ænigmatibus prophetica scripta referta 1835 f
in ænigmatibus cur locutus sit deus 1. ænigmatistæ qui 1 245 p 735 f
æsculapij medicina & curationes quales 2 805 m f
æsculapio quæ dicatæ urbes 2 800 p
æstas & hyems idem 1.490
ætas spiritualis 2.66
ætates duæ, animæ scilicet & corporis to. 2 265
æternum quid dicatur 1.759 m
æternum futurum tempus notat in scripturis 1.516
æternum pro spatio temporis positum 2.646 p
æternitas uitæ non mortis 2.632 p
æternitas per hodiernum diem significatur in scripturis 1.367
æthiopia in austri parte sita 1.575 m
æthiopes qui & quos deos colant. 2 869 m
æthiopissæ nomine ecclesiam intelligit 1.215 f
affectus uarij hominum 1 558 p
afflictio ira dei dicta 2.545 f
ἀγάπη Christianorum 2. 746 f
agar filius quis, & quomodo fiat 1. 27 m
ager pro quo accipiatur 2.3 f
ager dei qualis 1.399 q
ἅγιος quid significet 1.177 f
agnoscere quo significatu positum 2. 440 m
agnus paschæ typus Christi 1.592 m
agnus pro purificatione oblatus Christi typus 1.292 f
agnus quatenus dicatur Christus 1 29. p m
agones quales nos docuit apostolus 1 513 m
inter agonios in certamine coronari 1.513 f
agricolæ inuisibiles angeli, & eorum ministerium 2.939 p 948 p
agricultura unde nata 2.850 p
per agrum scripturam intelligit 2.5 p
Aioth interpretatur laus, & eius gesta 1.384 & seq. & 386 m
ἀλαλαγμός quid significet 1 333 p
alexander papa quis nominetur 1.399
alexander phæreus tyrannis phalaridis æmulator 2.847 p
alexander quanta in reuerentia habuerit Iudæos 2.874 f
alexandriæ quid egerit Origenes 2 260 m
alexandriæ Origenis procellæ 2.331 f
allegoriæ quomodo eruendæ 1.47
allegorias in scripturis habere locum, unde probetur 2.841 m f
allegoricæ leges 2.567 m f
de allegorijs legis commentarij ubi 2 842 p
allegorias in scripturis refutantes notantur 2.695 m
allophyli qui, & quomodo à nobis uincendi 1.386 m f
allophyli qui 2.60 p
alma uox quid significet in scripturis 2 757 f
de Aloidarum turri fabula 2.829 f
ἄλογοι λόγοι qui 2.313 p
altare Christianorum & quid in eo offerendum 1.98 m f
altare dei qui & quales sint 1.116 p
altare materiale destructum quãdo uenit cœleste 2.95
altare sanctificans uotum quod 2.141
altare ecclesiæ & eius constructio 1 340
altare non in terris, sed in cœlo requirendum 1.359 m
altare incensi qui sint in ecclesia 1 211 m f
altare orationis indicium 1.230 p
altari ueri uctus figura 1.376 f & seq.
amalech ablingens uel declinans populum interprt. 1.273 p
amalech nomen & genus unde, & an duo eius nominis fuerint 1. 272 f & seq.
amalech bello petitus 1.104 p & seq.
amalechitæ quorum figuram gerant 1 274 m f
amalechitæ quàm infesti populo Israel 1.273
ambrosius quis 2.311 m
ambrosius homo dei quis fuerit ad quẽ scripsit commentaria in Ioannẽ Origenes 2.290 p
ambidextri qui 1.385 m f
ambisinistri qui ibidem
amen confirmationis uox 2.743 f
amictus quid significet & eius usus 1 60 p
amici dei qui, quomodo efficiantur, & amicorum gradus 2.615 p
amici Christi quatenus eius discipuli 2 304 p m
amici quam iniquè erga amicos pœnites se gerant 1.527 p m
Ammõ distributor in genios prouincias quis 2.869 m 870 m
amor spiritalis 1.542 f 556 p
amor cœlestis & terrenus 1.555 f
amor uirtutis qualis 1.544 m
amor, charitas, dilectio eadẽ in scripturis uocabula 1.556
amor unde natus, & illius sors atq; conditio 2.838 p
amoris nomine raro uti scripturam 1 556 m
amoris perfectio & eius bona 1.558
amoris de natura & ui Græci quid scribant 1.554
ex amore in insaniam quosdam decidisse 1.816
amoris affectus animæ rationabili insitus qualiter corrumpatur à nobis 1.558 p
amorræi quid interpretentur 1.242 f 243 f
amorræus amarus uel amaritudo interpretatur 1.372 f
amorræi interpretantur amarescentes 1.352 m
amphilochus Acarnanarum deus 2 808 f
amphiboli prostantes ac prostituentes qui 2.846 p
amphiaras deus Thebanorum 2.808 f
amplexus spiritalis 1.542
ἀνακεφαλαίωσις quid 1.144 f
ἀναγνωρισμός libri Clementis 1.88 m
anagoge quid 2.10 p
per anagogen dicta 2.472 p
ἀναλογία quid significet 2. 709 p
ἀναμαρτήτους quid 2.449 m
anania filius Agat pseudopropheta 2. 241 m
anaxagoras quid existimet de sole, luna cæterisq; astris 2.861 m
anaparchi cum in mortario tunderetur uox 2.924 m
anaxagoræ de homine synecdoche 2. 850 m
anathema Origenem maleuoli appellabant 1.855 m
anathemata in ecclesiam qui introducant 1.334
anathoth obedientia interpretatur 2. 669. 670
anahel quid interpretetur 2.707 m
angelorum creatio 1.1 f
angeli primi omnium creaturarum 2. 89
de angelorum ordinibus, dignitatibus atq; officijs 772. 768
angelis nationes gentium distributæ 1. 765 m

angelis an omnino similis sit anima t.1 587 m
angeli iustitiæ & iniquitatis to.2 282 f
angeli boni & mali 2.661 p
angeli diaboli dicti 1.765
angelus pœnitentiæ 1.523 p & 2. 739 f
angeli quomodo nobis dispensent omnia 2.939 p 948 p
angeli hominum 2.547 f
angeli separatores malorum à iustis 2. 9 p m
angeli ad iudicium cum hominibus uenturi, & cur 1.295 f
angeli principes regnorum 2.283 p m
in angelis ministrantibus quomodo fuerit Christus 2.149
angeli quanto præstent hominibus to.2 832 m
angeli prouinciarum rectores, domini & dij dicti 1.91 p m
angelorum legiones militia cœlestis 2. 214 m
angelorum festiuitates 1.287 f
angelos in ecclesia esse præsentes to.2 270 m
angeli ministeriales spiritus to.1 764 f
angelis commissa terrena 1.711 p
angelos in officio deficientes, accusari 2.255 f
angeli malorum incentores qui to.1.78 66.321
angeli qui, & cur nobis aduersi 1.34 f & seq.
angelis suis mandauit de te &c. de quibus dicatur 2.278 p m
angelos animalia appellat Gregorius 1.751 p
bini angeli unicuiq; homini attributi 1.817 f
angelus rector Aegypti 2.254 m
angelos procurationem & curam gerere animarum nostrarum 1.31 f
angelos pro meritorum qualitate dignitates & principatus consecutos 1.772 & seq.
angelus uastator propugnans pro populo dei perpetuo 1.390
angelorum multitudinem circundare electos dei 1.515 p m
angeli ad Mariam noua salutatio to.2 247 m f
angeli refugæ 1.247 m
angeli an animam habeant, uel animæ ipsi sint 1.701
angeli medici, animarumq; curatores 1.653 m
angeli dæmones 2.674 f
angelus refuga diabolus to.1 321 p
angelos non esse adorandos, neq; orandos 2.859 p
angelos delectari si uiderint nos attentos lectioni diuinæ 1.364 p
angeli diaboli qui 1.857 p
angeli quali figura apparuerint, & quod typus fuerint gestorũ in ueritate à Christo 2.988 m
angeli mali unde persuasi se deos esse 2.810 p
angelis quoq; impositam esse legem 2. 583 f
angeli boni paruulorum custodes to.2 282 f
quis angelus apparuerit Ioseph to.2 509 p
angelos præsidere elementis, animalibus, germinibus, astris quoque t.1 670 f
angeli ecclesiæ ministri to.1 591 p
angelos quidem esse malos, sed quid aut quomodo sint, difficile explicatu 1.750 m
anima Christi quæ 1.142. 589
anima Christi redemptio pro nobis data 2.99
anima Christi in quo designata to.1 125 p
anima Christi quomodo à deo exiuit 2. 439 f
de anima Christi quid sentiendum to.2 539 f & seq.
anima Christi quomodo quotidie angescebat 1.180 f
anima dei & Christi 1.791 p m
anima est templum dei 2.106
anima nostra unde corrumpatur to.2 271 m
anima quomodo in amorem conditoris sui trahatur 2.811 p
anima hominis quatenus reputetur pura ac syncera 2.243 p
anima quo uulnere moriatur to.1 352 f
anima quomodo indumentum corporis 1.777 p m
anima nulla apud deum insanabilis t.1 652 f
in anima rationali semina uirtutum 2. 222 m
anima quomodo cognoscat seipsam, & quàm malum sit seipsam non cognoscere 1.583 & seq.
anima peccatrix 1.118 f
anima prostituta & meretricans quibus agatur spiritibus 1.93 m
de anima tam hominis quam brutorum definitiones tam philosophicæ quam theologicæ to.1.790 m f & seq.
de anima tres opiniones quæ to.1 823 p
anima quibus impugnatur aduersarijs 1.321 p m
anima quomodo nigra & formosa t.1 579 p
in anima cogitatio, intellectus ueraq; pulchritudo 1.745 p
anima quo in significatu ponatur in scripturis 1.792 m f
anima Hierosolyma dicta to.2 373 m
anima mundi quæ 1.774 f
anima unde uel magna uel parua fiat 1.180 f
anima mulieris nomine designata to.1 162 m & 319 f
animæ decor, & quomodo eũ perdat 1.745 p
anima libera creata, & quomodo se se in seruitutem redigat to.2 627 p
anima quæque humana sordidata 2. 256 f
anima media inter carnem & spiritũ 2.547 m
anima quibus modis sese cognoscat 2. 586
anima mortua quæ, & quid eam occidat 1.181 f
de anima uariæ diuersorum sententiæ 1.876 f & seq.
anima quibus exuratur flammis to.1 798 m
anima bona uel mala unde iudicanda 2.550 m
anima Ioannis an esset illa Heliæ to.2 337 p m
anima quomodo sponsa Christi to.1 183 f
anima pro toto homine to.2 994 m
anima qualis creata, eius decor, quomodo meretrix effecta, & eius corruptores 1.184 p m
de anima quid senserit Origenes 1. 876 p
anima post discessum à corpore progressorum ratione uel gloriam uel supplicia sortitura 1.750 m
de anima scripturam sæpe loqui tanquam de exterioribus membris 2. 719 m
anima carnis quæ 1.823 m

anima nostra quomodo imago dei 2. 249 f
anima non cum corpore, sed extrinsecus ei inseri 1.771 p
anima desertum 2.340 f
animæ quomodo etiam post hanc uitam uel ad bonum uel ad malum mutentur 1.814 m f
animæ lepra 1.162 m f
animæ quomodo à deo exeant 2. 440 p
animæ languores plurimi 1.217 m
animæ hostes, & quomodo uincendi 1. 350 m
animæ liberum arbitrium esse 1. 280 m
animæ cibus diuersus 1.139 m
animæ mors qualis 2.632 p
animæ natura, & quale corpus ipsam deceat 2.917 m
animæ escæ quæ 2.26
animæ prouinciarum in quibus habitant, nomine intellectæ 1. 841 m
animæ puræ putæ quæ 2.804 f
animæ naturam quæ res corrumpant 2.827 m
animæ afflictio dies festus 1.291 m
animæ infirmitates spirituales 2. 56
animæ medicus & sanitas uerbum dei 2.952 m
animæ spiritalis locus 1.289 m
animæ propriæ diuitiæ 2.587 p
animæ commutatio quæ 2.47
animæ naturales motus quomodo expurgandi 1.369 m
animæ uulnera peccata 1.221 p
animæ mors 2.674 m
animæ Christi & cæterorum hominum discrimen 2.263 f
de animæ origine & in corpus effusione non ita aperte tradi ab ecclesiasticis 1.49 f 876
animæ mors quæ 2.423 p
animæ tutores ac custodes 1.593 f
animæ uir 1.183 m f
animæ tranquillitas fiet cessante peccato ac succedente uerbo dei 1. 617 m
animæ cognitio sui qualis sit, quando creata, quando in corpus infusa &c. quantum munus 1.587
anima negligens seipsam suamq; dignitatem quantis in periculis uersetur 1.588
animæ quæ dæmonibus plenæ 2.943 p
animæ languor pessimus 2.556 p
animæ cum uerbo coniunctio quomodo fiat 1.38 p m
animæ dotes 1.563 m
animæ exeuntes è corporibus qualiter à dæmonibus uexentur 1.520 f
animæ cæteris animabus meliores 2. 327 p
animæ immortalitatem quidam philosophi senserunt 1.156 m
animæ adolescentulæ & paruulæ quæ, earum pædagogi, tutores ac curatores 1.573 m f
animæ peccatis oneratæ ubi degant post mortem, & quàm miserè tractentur 2.908 m f
animæ piæ ac beatæ stutus & locus post mortem ibid.
animæ si ex corporibus in corpora transmigrent, sequi finem mundum non capere 1.587 m
animæ cuiusq; ager 1.606 f
de animæ substantia, formatione ingressu in corpus, & recessu &c. 2 339 p m
animæ adiumentũ non uinculũ esse corpus 2.995 p
animæ motũ intelligi per pedes 2.65 p
animæ perfectio unde 1.837 f
animæ duplex generatio diuersa 1.278
animæ humanæ quæ causæ cur mouentur nunc à bonis nunc à malis 1. 822 p m
animæ quædam in mundo Israel dictæ 1.840
anima quæ peccauerit ipsa morietur, quomodo intellig. 1.49 f
animæ uinculum seu alligamentum corpus 1.595 m f
animæ pœnas purgatorias intelligi gehennæ nomine 2.887 f
animarum spectra & umbræ ubi conspiciantur 2.908 m f
animæ uir quis 1.37 m 2.648 p. 648 p
animæ mundæ uel malæ generationes 1.277 f & seq.
animæ piæ profectus & itinera 1. 266. p m
animæ motus diuersi 1.764 p
animæ membra qualia corpori tribuat scriptura 1.101 p
animæ pugnæ & opera 1.581
animæ humane immortalitas, motuum ac appetituum uarietas 1.809 m f
animæ ad cœlum portæ quales ab imposturibus effictæ 2.889 f
animæ uitia purgare, sacrificia & hostias deo est offerre 1.309 m
animæ rationalis una natura, nec ullam malam esse à deo creatam, & quid eam corruperit 2.819 f
animæ immortalitatem qualem sentiat Plato 2.750 m
animæ fenestræ per quas uel uita uel mors ingreditur ad eã quæ 1.615 p m
animæ libri in iudicio aperiẽdi 2.722 p
animæ mundæ uir, & eius soboles quæ 2.277 m f
animæ diuersæ arbores & fructus 1. 617 p m
animæ ebrietas, et quæ res inebrient eã 1.149 f & seq.
animæ immortalitatem negantes Samaritani 2.450 m
animam post separationem à corpore uiuere, superstitemq; esse 2.908
de animæ initio, generatione, in corpus infusione difficile ostẽdere 1.750 m
animæ nomine hominem significari 2. 714 f. 715 p
animam per fœminam intelligit 1.7 f
animam post separationem à corpore uiuere persuasum esse etiam græcis ac barbaris multis 2.908 m
animam hominis ad imaginem dei creatam persuasio Christiana 2.852 m
animam quomodo caro dicatur habere 1.825 m
animam simul & corpus interire existimabat Heracleon 2.413 f
animam etiam iam in hac uita saluari à uitijs, & quomodo 2.946 m f
animam esse mediam inter carnem & spiritum 2.641 m
animã suam quis perdit propter Christum 2.46
animam scientia diuina succensam nunquam otiari 1.266 p
animam quamcunque rationabilem liberi arbitrij ac uoluntatis suæ esse præditam 1.750 m & 856 f
animam quid uel ad uitia uel ad uirtutes trahat 2.654 m
animam relicto corpore sæpe oberrasse 2.808 p
animam à corpore liberatam mortuo corpori non assidere 2.460 f
animã pro præteritis suis morib. aliud corpus sortiri, quorũ opin. 2.757 p
animã suã perdere uel saluare in hoc seculo quid 1.272 m. 2.285 p m
animã suam Christus quo turbatã dicit 2.488 p
animam mori cum animabus iustorum quid 1.256 p m
animam post dissessum pro suis meritis seu ad uitam sine ad ignem dispensandã 1.856 f. 2.908 m f
animã mediã esse inter spiritũ etc. 2.539 f
animã legis & scripturarũ latentẽ sensum esse 1.836 p
animarũ immortalitas seu perpetuitas unde comprobetur 2.792 et 908 m

animarum transcorporationem qui docuerint 2.621 p
animarum transmigratio in alia corpora qui doceant 2.651 f
animarum singularum pro meritorum & actorum rationne dispensatio 1.841 m
contra animarum transcorporationem asserentes 1.878 m
animarum diuersas esse naturas qui hæretici asseuerent 1.794 f
de animarum transmutatione quid senserit Origenes 1.877 f & seq.
animarum nostrarum curam gerunt angeli 1.31 f
animarum mater quæ 1.582 m
de animarum naturis diuersis hæreticorum errores 2.553 m 560 f
animarum procuratorem angelum nomine principis Tyri intelligi 1. 766 f
animarum transcorporatio à quibus tradita 1.774 p
animarum transmigratio falsa 2. p 31
animarum pestes quæ 2.151
animarum esca & potus qualis 2.98
animarum post mortem habitatio secundum Platonem 2.916 m
animarum post discessum sedes & locus 1.802 p
animarum in alia corpora migratio, Platonis opinio 2.828 m
de animarum transcorporatione error 2.p 54
anna quid interpretetur 1.39.2.48
anna prophetissa exemplum uiduarum 2.262 p m
anni circulos quo referat ecclesiastes 1.611 m
anni æterni qui 2.538 f
annum pro peccato unius diei pœnæ assignari 1.220 m f
annuum officium in ecclesia 2.482 f
annuere uerbum quomodo sumatur 2. 491 p
ἀνομίαι quid 2.597 p
antichristus generaliter unus 2.166
antichristus solo nomino Christi tectus 2.152 153
antichristus supra scripturas erectus 2.150
antichristi hæretici 2.150
antichristus sagitta diaboli 1.505 p
antichristus ubi stet 2.161
antichristi regnum quale 2.276 f
de antichristo Danielis prophetia 2. 789 p
antichristum à deo mitti, & cur 2. 326 f
antichristum mendacium esse 2. 440 f
ab antichristo iustificari quid 1. 750 m
antiquitatẽ Iudaicam quot libris comprehenderit Iosephus 2.12 m
ἀντίχθονες quos græci appellent 1.779 m
antiochiæ episcopus Ignatius 2, 247 p
antiochiæ primùm Christiani nominati discipuli 2.41
antiphon orator qualis fuerit 2.830 f
de antinoo amasio Adriani historia 2. 809 m
antilibanus unde dicitur 1.322 f
antropomorphitarum errores quales 2.15 p 549 f & seq.
anubim in cane colebant Aegyptij 2. 75 p
anulus quale ornamentum, & quid designet 1.301 f
de aquis Merrhæ amaris 1.38 p & seq.
ἀπαρχὴ quid 2.290 m
apocalypseos autor Ioannes apostolus 2.295 f
apocryphi libri qui 2.13
apocrypha citat etiam Origenes 1. 176 m
apochryphi libri apud Hebræos 2. 327 p
apocryphæ scripturæ quæ, et quid contineat, & cur non receptæ à ueteribus 1.564 m
ἀόσατα quæ 2.304 p
apelliani hæretici 2.152
apelles hæreticus 2.166 167
apelles scripturarum ueritatis subuersor 1.881 m
Apelles in quo erret in deum & Christum 1.858 m
aperire regnum cœlorum 2.188
apes quale animal, & eius commoditas 1.314 m f
apem ex boue nasci 2.844 m
apes quomodo apostoli 1.627 m
apum ingenium, respub. reges & ministeria describuntur 2.851 m
apum industria seu auaritia congregandi mella 1.803 f
aplanes sphæra quæ 1.780 m
apollo sol dictus 2.841 f
apollinis oracula qualia 2. 805 f & seq.
apollo dæmon Christianis 2.806 f
apelles Marcionis discipulus hereseiarcha in scripta Moysi blaphemus 1. 10 m
apollinis nuncius accipiter dictus 2. 855 f
apelles Marcionis familiaris cuius hæresis autor 2.876 m
apologia Origenis aduersus Celsum 2, 746 & seq.
apopompæus quis dicatur 1.815 m
apopompæi sors quæ sit 1.170 p
apopompæi sortis qui sint 1.168 m
apopompæi sors 1.370 m
apopompæus hircus 1.167 m
aporrhæa uirtutis dei quomodo sapientia 1.758 & seq.
apporrhæa dei quomodo sapientia dicatur 1.867 f
aporus syllogismus qualis 2.573 f
ἀφορμὴ quid 2.4 f
apostata diabolus 1.767 m f
apostolica scripta qualia, & an sint euangelium 2.290 f & seq. p
apostoli lux & uera ecclesia 1.3 f
apostolos usuos fuisse sortibus 1.370 f
apostolos per cedros intellig. 1.84 m
apostoli apes dicti quomodo 1.627 m
apostoli cœli dicti 1.6 f
apostoli Christi qui & quales fuerint 1. 786 m
apostolorum acta ac scripta etiam hæretici polluerunt 1.881 m 882 m
apostoli nubes dicti 2.218 m
apostolus nomen unde, quid significet & qui dicantur apost. 2.486 f & seq.
apostoli petræ dicti 2.236 m p
aquarum diuisio quomodo 1.p 2.p m
aquæ lauacrum purificationis animæ symbolum 2.347 f
aquas nobis dispensare angelos 2. 939 p. 948 p
aqua pro angelo aquæ præsidente 1. 670 f
per aquas Aegypti philosophorum figmenta intel. 1.74 f 76 f
aquilarum cibus 1.157 m
aquilæ parabola quæ sit 1.736 & seq.
aquilæ qui dicendi 1.157 m
aquilæ translatio syncera tempore Origenis 2.351 p
aquila in bonam & in malam partem in scripturis sumitur 1.737 m f
aquilarum nomine quales uoluerit intelligere Christus 2.167
aquila interpres bibliorum 1.541 p
araba insidiæ interpret. 1.351 f
arabaas etiam circuncisione usos 2. 569 m
arabes quos deos colant 2.869 m
arabiæ Idumea regio dicta 1.484 f
arabi Idumæi Ammanitæ &c. nunc appellati 1.410 f
aranearum phantasia seu industria quanta 1.803 f

aranearum telis quid comparet 1. 540 m
aræ quæ deo faciendæ ac dicandæ 2. 934 & seq.
aras aliter reijciunt Persæ, aliter Christiani 2.927
Arbitrij Libertas, Vide Liberum arbitrium
arbor scientiæ boni & mali in nobis 1.197 p
arbor uitæ Christus 2.635 p
arbor bona uel mala quomodo quis dicatur 2.700 p f
arboris nomine intellecta uoluntas hominis 2.644 f
arbores diuersæ, & diuersi fructus in ecclesia 1.617 p
arborum germinationibus uirtutes quasdam cœlestes præesse 1.371 f
arca testamenti quid designet 1. 230 m
arca testamenti in nobis quæ 1.99 p 341 m
arcam testamenti quos uocet 1. 211 m
arcæ fabrica & figura eius 1.9 p & seq.
arcæ Noe fabricatio, mansionum distributio, & eius significat. 1.283 p
arcæ constructio spiritaliter 1. 10 p f
ἀργεῖον quid 2.482 p
arcana doctrina apud Iudæos quæ 2. 338 p & seq.
arcarius quid significet 2.742 f
archangelos etiam esse uanitati obnoxios 2.664 f
archangeli diaconi sunt 2.134
ἀρχὴ quid, & unde deductũ sit 2.956 p
archiater medicus dictus 2.255 p
archilochi iambi quid contineant 2. 805 f
archisynagogus quis: & de eo qui rogauit Iesum pro filia sua 2. 30 p
architectonica unde originem ducat 1.270 m
arcus impiorum 1.504 f
argentum uirtutem uerbi ac rationis figuram tenere 1.592 p
argentum deo offerre, est sermonem confessionis offerre 1.110 m
argentum pro uerbo sumi in scripturis 2.174
per argentum quid signficetur 1.98 p 110 m 736 p
argentum prosermone positum 1. 110 m f
ἀργὸς λόγος quale sophisma 2.780 f
arguere quomodo debet qui arguit 1. 528 m
argui quàm graue atq; insupportabile hominibus 1.522 p
arianorum hæresis 2.30 p
aridæ unde terra nomen accepit 1. 2.m.779 f
arietes sacrificij qui uendant 1. 130 m
aries deo uotus sanctus dictus 1. 295 m
aries pro furore positus 1.112 f
aries immolatitius Christi typum gerit 1.126 f & 127
aries immolatus loco Isaac typus Christi est 1.32 p m
in ariete Iouem uenerabantur olim idololatræ 1.75 p
arietantes, qui expugnare diabolicas structuras conantur, dicti 1.373 p
arimaspei uersus qui 2.806 m
Aristandri de Platonis natiuitate fabulosa narratio 2.882 p
aristei mortui ac rediuiui fabula 2. 806
aristobuli scripta uetustiss. taxat Celsus 2.842 p m
aristophanes comicus in quo reprehendat Euripidem 2.919 p
aristoteles deficiens à Platone in quibus accusauerit eum 2.777 m f
aristoteles persecutionem fugiens 2. 769 m
arma lucis quomodo induenda 2. 718 f
arma dei & diaboli quæ 1.503 p m
arma Christianorum 1.297 p. 397 m
arma spiritalia 1.219 p
arma iustitiæ & iniquitatis 2. 641 f
arma interioris & exterioris hominis 1.498 p
arnon ciuitas Seon, & quid interpret. 1.244 m
arrogantes diaboli discipuli 1.429 m
arrogantiæ malum & unde nascatur 1.808 m
arrogantiæ materia 1.731 f & sequent.
arrogantiæ fœtor 1.384 p
ars artium quæ uocetur 2.404 m
ars scientiæ nomine intellecta 1. 1.270
artes humanæ concubinæ 1.39 f
artes diuinationum Iudæis uetitæ 2. 758 m
artes omnes ex necessitate natæ 2. 850 p
artes liberales qualiter ad diuina statuta conuertendæ 1.70 p
artibus summam manum imponere 1. 404 m
artis magicæ præstigiæ quomodo propandæ 2.789 m
artis cuiusque finis quis 1.534 m
artium cognitio ex necessitate nata 2.850 p
artemas purum hominem, nec filium dei Christum asseruit impiè 1. 866 f
ἄρθρα quid 2.586 m
articulis cur aliquando utatur Ioannes aliquando reticeat 2. 312 p m
arundo in dextera Christi quid signifi. 2.227 f
aruspices apud Aegyptos circuncisi. 2.569 p
ascendere quomodo dicitur deus 1. 20 f 826
ascendere in scripturis quomodo sumatur 1.49 p
asenna os uel ossa signific. 1.313 f
Asor aula interpret. 1.351 p. 354 p
aseroth domus perfectæ significat. 1. 218 p
asini quales in Arabia & Palæstina 1. 416 p
asina Balaam quorum personam gerat 1.252 m
asina Balaam in quo felix 2.257 f
ex asino scarabeum nasci 2.844 m
asini in magno & frequenti usu Israelitis 1.353 p
de asini umbra disputatio 2.799 m
asini typus gentium in scripturis 1. 353 m
de asinæ pulli solutione 2.285 f & sequent.
asir quid interpretetur 2.68
ἀσώματα quæ 1.780 m
ἀσωμάτου appellatio quæ, & cui attributa 1.750 f
asir quid interpretetur 2.730 f
asseneth uxor Ioseph 1.323 p
assumptio Israel quando fiet 2.699 m
assyriorum princeps qualis, & quem uocet propheta 1.641 m f
assyriorum uirtus 1.201 m
assyrij dirigentes interpretãtur 1. 275 m
τὸ ἀστεῖον quid 1.441 f
astronomia apud Aegyptios quanto in pretio 2.569 p
astrologia Chaldæorum 1.820 f
astra colentes qui 2.313 m
ex astro-

ex astrorum motibus omnia pendere impium dicere 1.657 f
astris angelos etiam præsidere 1.670 f
pro astris etiam mortem subijsse Christum 2.308 m
astutia quæ bona, & sapientiæ candidatis necessaria 1.559 f
ex astris uitas hominum perquirentes quales 1.334 m
Athanasij apologeticus pro libris Dionysij Alexandrini 1.880 f
Athenienses pœnituisse quod necassent Socratem 2.747 p m
Athenienſium pontifex qualiter cicuta propter castitatem usus 2.923 p
auaritia mammon dicta, & idolorum cultus 1.382 p m
auaritiæ pernicies 1.149 f
auaritiæ dæmonem conterere 1.348 m
auaritiæ angelus quomodo uincendus 1.321 p
auaritiæ regnum quomodo in nobis 1.354 f
auaritia languor animæ 1.312 m
in auaritiam lapsus unde 1.816 m f
audire pro intelligere 2.440 m
audire quomodo dicatur deus 1.15 p
audire, & auribus percipere quid differant 1.674 m f
audire grauiter quid 1.637
auditum uanum audire & non recipere 1.69 p m
aues colloquia inter se habere seq; mutuo intelligere 2.854 p 857 p m
auersus quis dicatur 1.187 m
auguratio quid 1.259 f & seq.
de augurijs per animalia, uariæ augurum opiniones 2.854 p
auguriorum uanitas 1.486 p
auguribus quæ animalia omina ferant 1.262 p
augurationes Christianis prohibitæ 1.260 f & seq.
auguria qualiter & à quibus fieri credant Christiani 2.855 m
auguris & prophetæ collatio 2.465 p m
per auguria diuinationes 1.260 m
augustini liber de natura dæmonum, & illius de eis opinio 1.751 p
auium uolatus obseruantes quales 1.334 m
aula diaboli quæ 1.351 p 354 p
aures quomodo deus aperiat & quibus claudat 1.68 p m
aures surdæ quomodo nunc aperiantur 2.788 p
aures spiritales & carnales 1.342 f
aures cordis 2.604 m
aures animæ 1.101 p
aurium deliciæ 1.499 p
auribus percipere quid 1.391 m
aurium grauitudo, uel leuitas unde 1.637 m f
aures corporis & animæ 1.640 m
per aurum quid indicetur 1.301 f. 620
aurum purum quid significet in scripturis 2.588 p
aurum templi quod 2.141
autoptæ qui 2.432 m
αὐτόθεος quomodo deus 2.312 f
αὐτοσοφία quomodo Christus 2.495 f
αὐτοσωμις dei quomodo Christus 2.307 p
αὐτοαλήθεια quid 2.334 f
αὐθαλήθεια Christus 2.988 f
αὐτεξούσιον diabolum esse 2.978 f
αὐτουιὸς quomodo Christus 2.495 f
ἀξιώματα quæ 2.316 m
azarias etiam Ozias dictus 2.536 p
azarias à Iudæis lapidatatus 2.114
azyma quomodo manducandum 1.291 m
azymorum dies 2.91
azymorum festiuitas qualiter nobis celebranda 1.290 m f
azymis paschæ iuncta solennitas 1.169 p

B

Baal idolum 2.693 p
baalim quomodo genua curuemus 1381 m
è babylone quomodo præcipiatur nobis fugere 1.650 p 658 m
in babylone quando simus 1.649 m
babylon quomodo & cur punita sit 1.651 m f
babylon quomodo incurabilis, & quos designet 1.653
in babylone linguas qui confuderint 1.234 m
babylonij parnuli quomodo allidandi 1354 m f
babylonis filios quos uocet, & quomodo interficiendi 2.914 f
babylon confusio interpretatur 2.914 f 652 p 696 p 655 f
babylõ quorũ imaginem gerat 1.657 f
in babylonem transferri quid 1.740 m
babylonis repentinus casus mundi consummationem subito futuram designat 1.652 m f
bacchi apud Euripidẽ dictũ 2.784 m
bacchus quis, & quid patrarit deo dignum 2.811 f
de baccho rediuiuo fabula 2.828 p
baculi in manibus celebrãtium paschæ quid 2.228 p
βαιον quid significet. 1.58 m
balaam gesta tractantur 1.245 m f & seq. copiose
balaam in quo culpabilis & laudabilis 1.253 p m
balaam quæ occasio fuerit prophetandi 2.469 f
balaam cuius instinctu prophetauerit 2467 m
balaam augur non propheta 2.465 p
balaam de Christi stella prædixisse 2.766 f
balaam diuinus institutor diuinorum & magorum orientis 1.249 p
balaam in arte magica præpotens & famosiß. 1.246 f
balaam quatenus audiendus ac recipiendus 1.262 p
balaam populus uanus interpret, & quorum personam gerat 1.252 p
balach quid interpret. & quorum personam gerat ibidem
balach quid mouerit ut conduceret balaam 1.246 f & seq.
balach excludens & deuoratio interpret. 1.263 m
baldath Suitarum tyrannus 1.484 m
bamoth aduentus mortis interpret. 1.242 p
banaim fontes uel excolationes significant. 1.313 f
in baptismo aquæ præterita tãtum peccata remitti 1.393 f
baptismus non iterandus 1.163 f
baptisma sanguinis quàm efficax 1.393 m
baptisma aquæ, spiritus, ignis, sanguinis 2.352 p
baptisma in remißionem peccatorum quis accipiat. 2.266 f
baptismi symbolum quid 2.347 f
baptismi sacramenti efficacia, etiam in paruulis 2.257 p
baptismus Ioãnis quatenus inferior baptismo Christi 2.347 f 2.70 f
in baptismo peccata remitti ac amputari 1. 255. 329 m 617. f 120 p m
baptismum spiritus & ignis ad Christum spectare 2.343 f 347 p 690. p
de baptismo Ioannis euangelistarũ inter se collatio 2.344 p & seq. 346 f
baptismi figura transitus Iordanis 1. 327 f & seq

327 f & seq.
baptisma transitus maris rubri figuratum 1.77 m
quo die baptizatus Christus 2.524 f
baptisma Christi quid contineat 1. 690 p
baptismum quid appellet Christus 2.97
baptismi circuncisio 2.563 m
baptismus 2.44
baptismi effectus 2.74
baptismus in figura & in ueritate 1. 215 f
baptismi cognatio & consanguinitas 2.742 m
baptismus cur etiam paruulis detur 1.159 m f
baptizari à Christo spiritu sancto & igni 1.690 p
baptizari in spiritu sancto 2.632 f
cur baptizentur paruuli 2.257 p
baptizari spiritu sancto & igni 2.270 f & seq. p 272 m f
barachias quid interpretetur 2.147
barabbas Iesus dictus 2.226 p
barach corruscatio interpretatur, & cuius figuram gerat. 1.388 m 562 p
barbæ lepra 1.162 p. m
in barba quid designetur 1.162 m
barbaris quo debitor Paulus 2.544 f
barnabæ catholica epistola 1.817 f 2.768 m
barbari qui Græcis dicti 2.545 p
basilidis hæreses 2.157.165.166
basilidis sermo adulterina moneta 1. 510 p
basilidem perstringit 1.240 m 2.695
basilides blasphemus in deum legis 1. 348 m
basilides philosophorum sectas in ecclesiam introducere uoluit 1.335 f
basilidis dogma 2.45
basilidis filij & fructus qui 1.670 m
basilidis ficta scripta 2.148
basilidis de animarum transcorporatione absurdus error 2.621 p
basilidiani hæretici 2.152
basilidianorum de animabus error 2. 699 f
de batillis Chore 1.221 f & seq.
batilla scripture figuram gerentes 1. 222 p m
beati nomen quibus competat 2. 483 f
beati ubiq; gloria dei 1.639 m
ad beatitudinem animam amorem uni cum perducere 1.554 p
beatitudine perfecta non perfrui sanctos mortuos, & quando perfruituri 1.151 f & seq.
beatorum post decessum sedes 1. 802 p
beatos quid efficiat 2.626 m
beatus quis 2.597 m f 727 f
beatus populus qui scit iubilationem, quomodo intellig. 1.333 m & seq.
beelsephon nominis interpretatio 1. 78 m
beelphegor quid, initiatio populi & eius cultus 1.279
beelphegor idolum turpitudinis 1. 276 f
beelphegor consecratur populus 1. 276 & seq.
beelsephon ascensio speculæ seu turris interpret. 1.311 m
beeri quid interpretetur 2.311 f
beelzebub habere Christum cur Iudæi dicebant 2.450 f
beelzebub princeps dæmoniorum 1. 247 m
beelzebub uir muscarum 2.179
beelzebub nomen unde Iudæi mutuaue rint 2.424 p
bella iustorum quæ 1.339 p
bella baptismum subsequentia 1.328 f
bellum ex sermone dei 171 f
bellum contra Amalechitas 1.104 p & seq.
bellorum prouidentia cui angelorum commissa 1.772 p
bellum sanctificare 1.339 m
bellatores qui 1.300 f
benedicere quorum sit & secus 1. 247 f
benedictio Pauli benedictionibus patrum comparata 2.541 m
benedictio cibi ante quam uescamur 1.458
benedictionem quid uocet 1.366 f
benedictiones sanctorum & patriarcharum quales 2.541 m
benedictiones in monte Garizin 1. 341 f
benedictiones legis quales 1.194 f & seq.
benedictiones præcepta seruantibus quantæ promittantur 1.200 p m
benedictionis autor & ministrator 2. 527 f
benedictionis uocabulũ diuerse in scripturis positum 2.712 f
benedictionis autor deus 2.194 p
benedictionis calix 1.672 m
benedictiones ueteris testamenti esse spirituales 2.288 p
benedictionum dei & diaboli discrimen 1.740 f & seq.
de benedictionibus patriarcharum 1. 56 p m & seq.
beniamin rachelis nomine intellect. 2 512 f
beniamin lupus rapax de quo dictum 1.711 m f
benignitas dei cum seueritate coniuncta, quàm nobis necessaria 1. 691 f
beor quis fuerit, & quorum figuram gerat 1.275 p
bestiæ malæ quæ 1.198 f
bestiæ spiritales, & qui ijs tradantur deuorandi 1.712 f
bestias malas ad deuorandos homines à deo irato immitti 1.712 m f
ad bestias pugnasse Romæ Ignatium 2. 247 p
bethania quid interpretetur 2.103.107 198.350
bethaniæ loci situs, quantum distet ab Hierosol. & ab Iordane 2.350 f
bethphage quid interpretetur 2.103 285.574
bethleem quid interpretetur 2.511 m
bethleem quatenus patria Christi 2.11 f
in bethleem spelunca ubi natus Christus 2.763 f
bethel domus dei interpret. 1.388 m 552.613.2.434 m
bibliorum interpretes plures 1.541 p
qui blasphement Iesum 2.230 p
blasphematores satanæ traditi 1. 275 m
de blaphemo, & qualiter puniatur 1. 189 m f & seq.
blasphemare in spiritum sanctum factis & dictis 2.466 f
blesilla quid ab Hieronymo flagitaue rit 2.241 p
boanerges quid 1.6 f
bona ecclesiæ quomodo dispensanda 2.183
bona quo atramento scribantur 1.538 f
bona cõsequi hîc et in futuro impossibile 1.501 p
bona per se, malo usu corrumpi 2.26
ad bona aut mala nos nõ trahi, sed libere ea agere 1.750 m
bona magis ex deteriorum comparatione dignosci 1.222 m f
bona sua quemuis difficulter erogare 2.83
bona quæ & quò referantur 2.611 p
bona omnia esse quæ fecit deus contra Marcionistas 2.1000
bona pro malis etiam inimicis reddenda 1.527 f
bona qualiter in nobis generentur 1. 41 f 42 p
bona & mala in uoluntate tantum sita esse græci tradiderunt 2.840 p

bona nos

bona nos libere facere non necessitate cogi 1.856.f
ad bona uel mala incitamenta quæ 1. 817.f & seq.
bona in scripturis quæ sint,et eorum distinctio 2.898.p
bona ex malis dignosci 2.576.p
bona quæ euangelistæ annuncient 2. 294 p.m
boni dei officiũ punire sontes 2.431.p
boni causa in nobis quæ 2.8.p
boni omnis natura capax 1.863.m
boni tres esse species qui dicant 2 577 m
bonitas dei quomodo concilianda 1. 228p
bonitas in sola trinitate substantialiter in alijs accidentaliter 1.768.m
bonitas uirtutum genus 1.785.m
bonitatem quomodo nullus faciat 2 581 p.m
bonitas eadem filij dei & patris & spiritus sancti 1.759 f & seq.
bonitatis definitio hæretica refellitur 1.783 m
in bono sapientes quomodo 2.740 f
de summo bono quàm uariæ sententiæ 1.799 f
bonorum remunerationem quidã philosophi senserunt 1.156 m
bonorum præmia in ecclesia credenda 1.859 p
bonorum operum calix 1.672 m
bonorum uel malorum recordationes ac suggestiones unde 1.818 p
bonorum confiscatio olim pro Christo condemnatorum 2.779 f
bonos esse natura alios,alios malos,error 2.878 m
bonos ad bona institui & contrà 1. 726 p
bonos etiam aliquando mala patrare 2.723 p
bonus unde iudicetur 2.550 m f
bonus quomodo solus deus 2.80
bonus quis,& qd in se habeat 1.785 m
bonus uerè unus 2.581 m
bonum propter, quid faciendum 2. 243 f
bonum euangelizare quid 2.690 p
bonum qualiter malum fiat 2.726 f
bonum quid, & circa quæ uersetur 1.558 p
boreas uentus frigidiß. & quod diabolum designet 1.792 p
bosor quid significet 1.874 m
bosor Iob mater dicta 1.491 p m
ex boue apem nasci 2.844 m
brachium Dei quomodo intelligendum 2.310 p m
britannis nondum fuerat prædicatum euangelium tempore Origenis 2.158
in britannia uirtus Christi etiam tempore Origenis 2.246 f
bruta quæq; naturam suo ingenio atq; industria ornasse 2.852 m
bruta subesse hominibus, & propter eos facta etiam Stoici dicunt 2.849 m
bruta qualiter curet deus 1.849 m
in brutis principatus quis 2.853 p
bubasti ciuitas Aegypti,& quid contineat mysterij 1.649 f
βδέλυμα quid 2.441 f
buthan malè lectũ pro Aeman 2.351 m
buthan conuallis appellatur 1.311 p
buzi pater Ezechielis, contemptus interpret. 1.697 p
byssum terram referre 1.111 f 112 m
byßi nomine quid intelligat 1.98 p
byßina indumenta quid significent 2.316 p

C

CAath confirmatio uel patientia interpret. 1.313 f
κακομαχία quæ 2.885 m
in cacologos 1.215 p
caius episcopus Thessalonic. 2.742 m
cæci quando uideant 2.32
quòd cæcos illuminauerit Christus & prædictum & certißimè factum 2.787 f & seq.
cæcus sanatus in Hiericho 2.101
cæcus dux quis 2.561 f
cæci animo qui 2.56
duo cæci illuminati quos significent 2.99 100
cæci quomodo nunc illuminentur 2. 788 p
cadauer unde dicatur 2.270 m
cades sanctificatio uel sanctum interpret. 1.273 p
cadere & resurgere in Christo unicuique necessarium 2.261 p
cai chaos interpretatur 1.314 m
cain seminis delendi causa factum fuisse diluuium 2.431 p
cain qũo à facie dei exierit 1.191 m
cainiani hæretici qui 2.802 f
caiphas qualis propheta 2.465 p & seq.
caiphas quorum princeps sit 2.215 f
caiphæ iniquitas ex quatuor euangelistis ostensa 2.465 m f & seq.
caiphas an à spiritu sancto prophetauerit 2.466 m & seq.
calceamentum de pedibus soluere quid 2.124 & seq.
calcaneum suum quomodo aduersus Christum leuauerit Iudas 2.484 f
calceamenti Christi corrigiam soluere quid 2.346 f
calix uirtutum uitiorum, & bonorum operum 1.672 m f
calix salutaris quis 2.209 m
calix gratiarum actionis uinum cœnæ dictum 2.205 m
calix suppliciorum & benedictionum 1.672 p m
calix martyrum dictum 2.209 m
calix inebrians quis 2.209 m
calix Babylonis & Nabuchodonosor qualis, & cur in auro mixtum 1. 651 f
calicem transire à se cur rogabat Christus 2.209 p
calicem salutaris accipiam &c. exponitur 2.573 f
calicem salutarem qui bibant, & qui effundant 2.209 m
calicem mundare quid 2.143
calicem quid appellet Christus 2.97
caleph quasi cor interpret. 1.361 p
callimachus multæ lectionis uir, quid de Cretensibus scribat 2.811 f
callitiæ Indi parentum uoratores 2. 865 f 870 m
calumniatorum ingenium,& quomodo uocentur apud Græcos 1.855 p
caluariæ locus quid interpretetur 2. 228 f
cœlestes qui 1.662 p
cambyses rex ut reginam Austri appellauit 1.575 m
camelos quid appellet 2.142
campus quid dicatur 1.599 p
canceris curandi ratio, & eius adaptatio 1.714 m
candor quomodo sumatur in scripturis 1.349 p
candelabrum tabernaculi naturalis legis figuram tenere 1.592 p
de candelabro tabernaculi 1.184 f et se.
canis erga dominum suum amor & affectus 1.398 m
canes qui 1.411 p
canes in ecclesia qui 1.878 2.31.p 524 m
canem adorabant Aegyptij 2.803 f
canis sagacis in uenando mos & ingenium 1.613 f
in cane Anubim colebant Aegyptij 1. 75 p
canere domino quis rectè posit 1. 391 m
in canone qui libri Salomonis habeantur 1.564 p

canticum canticorum quid contineat 1.553 m
cantica multa paßim in ſcripturis 1. 391 m
cantica quæ in ſcripturis reperiantur 1.562
in cantica canticorum quid ſcripſerit Origenes 1.541 p
in cantica cantic. quantum ualuerit Origenes 1.748 p
cantica graduum 1.562
cantici canticor. ſcripturæ materia & cauſa præcipua 1.554
canticum cantic. non legi Hebræis niſi ætate perfectis 1.554 p
cantica canticorum canere quàm beatum 1.541 m
in cantico cantic. quid doceat Salomon 1.559 m
cantica Salomonis quinq; milia, & ubi ſint 1.564 m
canticum Moſis tractatur 1.80 m.f & ſeq.
capharnaum quid interpretetur 2.59 413 p 517 m
in capharnaum quando deſcenderit Chriſtus 2.359 f 353 p
capharnaum quid interpretetur 2. 363 p. 364 f
caprea unde græcis nomen habeat 1. 613 p m
caprea dorcas dicta, & eius natura 1. 551 f
captiuitas Babylonica quandiu duraue rit, & qui in ea prophetauerint 1. 694 m
captiuitas in eccleſia, & captiuorum diuerſitas 2.738 f
caput ſuum ornare & excolere quid 1. 167 p m
caput ieiunantibus quomodo ungendum 1.176 p
capitis lepra 1.162 p m
capitis peccatum quod 1.164 m
carcer Chriſti mundus 2.517 m 193 f
carmen nuptiale epithalamium 1. 553 m
carmina à ſanctis prophetis præcanta ta 1.364 f
carmina magica qualia, & eorum efficacia 1.363 f
caro & ſanguis Chriſti ſermo 1.154 p
caro Chriſti forma ſerui dicta 1.870 f
caro Chriſti uerbum 1 290 m 37 m 89
caro chriſti, caro peccati 2.636 m
caro uerbi dei manna 1.213 f
caro Chriſti per arcam teſtamen. ſignifica. 2.588 f
caro Chriſti per uelum templi ſignificat. 1.593 m
caro per uitulum oblationis intellect. 1.116 f
caro imago & gloria dei 2.995 f & ſequ.
caro quomodo à ſpiritu diuiſa, et exterminata à Chriſto ſit 1.666 f
caro quomodo infirma 2.210 p m
caro infirma quo auxilio confirmanda 2.253 p
caro noſtra quibus malis urgeatur 1. 199 p
caro qualiter caſtiganda 1.124 m f
caro quomodo ſubijcienda 1.368 f
caro terræ nomine intellecta 2.914 m
caro meretrix dicta 2.641 m
carnis & animæ ſapientia quæ dicatur 1.825 m
carnis concupiſcentia quæ 2.641 p m
carnis prudentia & opera 2.640 f
carnis prudentia quatenus mors ſit 2. 657 m
carnis opera quæ & unde 1.718 824 p 2.487 f & 858 p
carnis acta qualiter mortificanda & extinguenda 2.660 m
carnis nomine quid ſignific. 2.508 p
carnis reſurrectio quàm deo facilis 2. 993 & ſeq.
carnis fructus etiam non eſſe noſtros 2. 645 f
carnis opera qui dicant facere 2. 427 p m
carnis nomine hominẽ ſignific. 2.715 p
carnis reſurrectio aſſeritur 1.856 f
carnis reſurrectio ab Origene multis aſſerta 1.873 & ſeq.
carnis noſtræ pignus Chriſtus quo euexerit 1.169 p
carni debitores eſſe, & ſecundum carnem uiuere quid 2.660 p
carni & ſanguini quomodo & cur cõmunicauit Chriſtus 1.638 m
carnẽ cœleſtem Chriſtũ aſſumpſiſſe qui dicant 2.985 f
carnem ueram non in phantaſia accepiſſe Chriſtum 2.208 f
carnem per fœminas intell. 1.65 f
carnem ueram ex Maria uirgine ſumpſiſſe Chriſtum cõtra hæret. 2.990
carnem & ſanguinem quid appellet Paulus 2.695
carnem legis quam uocet 2.542 f
carnem uerbi dei qui norint 1.173 f
carnẽ ſuã offerre deo quid 1.116 f. et ſe.
carnem ſeruire legi peccati 2.655 m
carnem noſtram non interituram prorſus, fore uerò à deo reparandam ad uitam 1.830 p
carnem quid uocet ſcriptura 1.539 f
carne Chriſti qui uerè ueſcatur 1.676 f
carnium uſus quando homini datus 1. 8 m
humanis carnibus ueſcuntur quidam Aethiopes 1.795 p
carnes in ſcripturis quid indicent 1. 139 m
ſuper carnem noſtram quomodo teſtamenta dei habeamus 1.p 18 m f
in carne nunquam fidendum, ſed ſemper de ea timendum 2.207 f & ſe.
in carnem ad quid uerbũ deſcenderit 2. 508 m
in carne qui ambulent 2.409 m
in carne eſſe quid 2.649 m
carnales homines quid efficiat 2.539 f
carnales quos uocet Paulus 2.995 p m
carnales quid & unde nominentur 1. 824 p
carnalem quomodo ſe dicat Paulus 2. 652 f & ſeq.
cæremonis ſtoici de cometis commentarius 2.766 f
caſtigationes domini qualiter accipiendæ 1.95 m f
caſtigationum dei modus & ratio 1. 714
caſtigatores noſtri angeli 1.523 p
caſtitas mortua quæ 2.144
caſtitas cui rei comparata 1.98 p
caſtitas qũo comparanda 2.76
caſtitas diaboli quæ 1.723 p
caſtitatis primitiæ quæ 2.12 m
caſtitatem iuſtitiam, pietatem, prudetiã à gratia Dei prouenientem qui non habet, fruſtra caſtus, iuſtus, pius, prudens eſt 2.190
caſtitatem pro caſtitate à deo recipi 1. 294 f
ad caſtitatem conſeruandam quo medicamine uſi Chriſtiani 2.923 m
caſtorũ uita & mors fabuloſa 2.805 p
caſtra angelorũ, ſeu militia cœleſtis 2. 214 f
caſtrare ſe corporaliter propter reguũ cœlorum quàm magnum opprobrium 2.77
caſtra Iſrael ſecunda & tertia 1.78 p
caſtrorum Iſrael poſitiones & obſeruationes cœleſtium quomodo figuram gerant 1.202 m 375 m 266
caſuum diuerſitas 1.513 p m
caſus iuſti & iniuſti diſcrimen. 1.512 m
caſus pro delicto poſitum 2.697 m
καταβολὴ mundi quomodo intelligendum 1.826 p 2.428 p
catamiti ſtella 1.658 p
cataphryges ſchiſmatici qui 1. 859 m

catechumeni in ecclesia 1.342 m 2.103
catechumeni pro Christo martyrio coronati 1.691 f
catechumenos etiam spiritus gratia imbutos 1.205 p m
catechumenos cui comparet 2.563 f
cathedra ecclesiæ 2.134 p
cathedra Christi 2.134 p
catholici unde Christiani dicti 2.958 m
cedar unde genus duxit 1.40 p
cedar gens quæ, & quid interpretetur 1.574 m
cedros dei quos uocet 1.84 m 578 f
cedrorum nomine angelos indicatos 1.267 m
κεφάλαια quid significet 2.462 p
celsus quàm iniquus in Iudæos & Christianos sit 2.75 p
contra celsi calumnias Origenem quid mouerit respondere 2.745 & seq.
celsi duo epicurei, & quibus temporibus uixerint 2.748 m
celsi argumenta aduersus Christianos, quàm frigida 2.746 p
celsi arrogantia 2.759 m f
cenchris, portus Corinthi 2.535 m
cenotaphia disciplinæ Pythagoricæ de sertoribus posita 2.814 f
census diaboli qualis 1.83 f
cẽtenus numerus quos indicet 1.199 m
centenarius numerus sacer 2.19
centenarij numeri mystrum 1.12 m
cẽturionis fides et humilitas 2.518 p m
centurionis de Christo confessio 2.237 p & seq.
centurionis famuli curatio 2.517 m f & seq.
χαρακτῆρα quid significet 1.405 p
certamina qualia nos docuit apostolus 1.512 m
certamen qui præstet deo 1.626 m f
certamen Christianorum cum quibus 1.513 f
ceruix pro obedientia 1.590 f
de ceruo plura, & quo referatur significatus 1.610
ceruorum nomine sanctos intel. 1.613 p
cerui spiritales, et quos uox domini perficiat 1.612 m
ceruus serpentium hostis 2.32
ceruus infestus serpentibus 2.788 p
cethura quid interpretetur 1.39 p
cetus diabolus dictus 1.159 m
per cetum quid uelit intelligi 1.4 f
chaldæi post cibum tacent 1.48 p
chaldæi astrologiæ dediti quorum figuram gerant 1.657 f
chaldæorum astrologia 1.820 f
chaldæorũ disciplinæ propha. 2.906 f
chaldæorum uirtus 1.201 m
chaldæorum apothecæ doctrina natiui tatum damnantur 1.658 p m
cham pater Agyptiorum 1.53 p
chanaam mutabiles seu mobiles interpret. 1.83 p
chananææ humilitas & fides 2.30
chananææ filiæ à dæmone liberatio 2.522 p & seq.
chananæus quid interpretetur & quid signific. 1.367 f 368 f
chananæi quid interpretentur 1.352 m
chaos habitatio contrariarum uirtutum 1.336 m f 338 f
charadath idoneus effectus interpret. 1.313 m
charitas unde oriatur 1.277 f
charitas uera & ficta 2.711 m
charitatis ordo & mensura qualis erga singulos tenenda 1.603
charitas sanctorum defunctorum erga nos 1.604 p m
charitas quorum inordinata, & quorum ordinata 1.550 p
charitas deus & Christus, & quomõ nobis communicetur 1.557 p
charitas quorum dicat Christus debere refrigesc. 1.677 p
charitas quomodo ordinata aut inordinata & in quibus sit 1.602
charitas quæ ex deo, & quis filius eius 1.582 f
charitas quomodo deus, & Christus charitas ex charitate 1.867 m
charitas purpuræ comparata 1.98 p
charitas animæ inserta 2.711 m
charitas omnibus prælata, etiam ipsi martyrio 1.252 f
charitas dei in quo commendetur 2.613 f
charitas deus et is qui ex deo est 1.556 f
charitas quomodo sit legis expletio 2.974 m f
charitas perfectionis, & æquitatis uinculum 1.573 f
charitas quomodo maior uirtutum 2.604 f
charitas cur maior uirtututum dicatur 2.639 f
charitas dei erga nos in quo reluceat 2.832 p
charitatis uis & effectus 1.551 p m 556 p m 602 p 2.109 p m 130 m 271 m f 640 p 717 p m
charitatis mandatum nunquam uetera scere 1.224 p m
charitatis primitiæ quæ 1.237 m
charitatis perfectio, & eius bona 1.558
charitatem omnem habere, & partes eius quæ sint 2.605 p
per charitatem peccata remitti 1.120 p m
charitatem habere, sed non secundum scientiam 2.685 m f
charitatem qui destruat 2.726 f
à charitate Christi nihil posse separare fidelem 2.745 m f
chebron coniunctio uel coniugium interp. 1.362 p
chenner spretio literarum interpret. 1.368 f
cherubin quid significet 1.211 230. 588 192
cherubin arcæ quid signific. 2.380 f
chilonis sapientis dictum 1.585 m
chirographum peccatorum quomodo scribatur ac deleatur 1.46 m
chlamys coccinea qua indutus fuit Christus quale signum referabat 2.227 f
chobar grauitudo interpret. 1.697 f
choicus quis 1.662 m
χωρὶς quid significet 2.504 p
chrisma 2.161 p
de Christo, & quid in eo considerandum 1.754 & seq.
de Christo quid credendum, & quid nõ 2.486 p
de Christo uariæ hominum opiniones 2.425 p
de Christo & Ioanne opiniones Iudæorum uariæ 2.14
Christus quomodo ex muliere natus cõtra hæreticos 1.870 m
Christus quomodo sermo 2.327 f
de Christo quam scientiam tenuerint patres ueteris testamenti 1.323 f
de Christo uariæ diuersorum hæreticorum hæreses 2.372 p
Christus quomodo repletus sapientia Dei 2.262 f. 263 p m & seq. 265 f
Christus quomodo confortatus spiritu ibidem
Christus nobis factus sapientia Dei, iustitia, sanctificatio, redemptio nostra 2.300.307. item 321 p
Christus qualis lux 2.301 p 302 m 306 p 309 p
Christus quomodo magister 2.299 p 304 p
Christus quatenus seruus Dei 2.269 p m 306 p m 309 p
in Christo hostia seu sacrificium duplex 1.115 f & seq.
Christo qui nõ credunt, nec Mosi credunt 2.13.16
Christo qui benedicant aut maledicant 1.268 f

Christi diuersa nomina, officia, & attributa 1. 48. m f. 49. p 58 f 80 m f 96 m. 115 m. 116 m. 166 f. 173 f. 185 m. 281 f. 340 p. 391 p. 563 p. 576 f 606 m. 755 p 756. 846 p. 862 2. 99 p m 119 f 130 f. 131 f 134 m 137 p. 145 p m. 152 m f 205 f 236 p m 251 m 261 m f 293 293. 297 f. 299 p. 300 p m. 302 f. 303 m. 306 m f 307 309 p m 310. 312. 321. 330 p. 335 445 f. 493 f. 495. 503 m. 582 m 690 f. 721 p m. 750 f 790 f.

Christus pastor qualiter pascat oues suas 1.584

Christus quatenus genitus & non genitus ex Dauid 2.361 f

christus à spiritu sancto missus 2.62

christus quomodo solus in cœlum ascendit 2.989 f

Christus quomodo soluerit medium maceriæ parietem 2.615 f

Christus cur sapientes seculi non elegerit discipulos 2.768 p

Christus quomodo medius inter nos 2. 687 m

de Christo prædictiones completæ, declarant ipsum aduenisse 1.865 f & seq.

in Christo hostiarum ac oblationum recapitulatio 1.125 p 126 f

Chr. seruire quanta libertas 2.537 p m

Christus quomodo origo & fons 2. 313 p

Christus quatenus glorificauerit patrem 2.494 p

Christus per mortem suam quomodo glorificatus 2.494 p m

Christus quo factus peccatum 2.468 f

Christus quo dicatur spiritu turbatus 487 f

Christus quomodo dicit animam suam turbatam 2.488 p

Christus à patre missus 2.62

Christus propheta promissus 2.116

Christus quatenus tentatus 2.228 p

Christus olim ab omnibus expectatus 2.292 p m

Christus semper falsis testibus pressus, & quo respondeat illis 2.745

Christus qualiter intret sub tectum credentium 2.518 m

Christus quomodo hircus 1.175 m f

Christus quæ dicenda habuerit discipulis quæ tum non poterant ferre 2. 772 m f

Christus imago rerum ac umbrarum legis 1.537 m

Christus quo oleo unctus quod eum fecerit Christum 1.181 m. 183 p

Christus mediator seu medius dei 1. 861 p

Christus etiam apostolus 2.486 f & seq. p

Christus aliter discipulis aliter turbis loquitur 2.133

Christus quibus armis subegerit orbem 2.755 f & seq.

Christus quomodo iustitia & finis legis 2.686 p

Christus uia media, & qui in ea ambulent 1.512 m

Christus quomodo erat in principio apud deum 2.316 f

Christus quomodo præcursor & petra 1.619 m f

Christus quomodo peccatũ factus sit, et an tenebris uacuus sit 2.324 f

Christus quorũ sit prinnceps 2.444 f

Christus quatenus mortuus est propter peccata nostra, et resurrexit &c. 2. 607 m

Christus quomodo, in quibus & à quibus condemnetur 1.681 p m

Christus quomodo lux, iustitia, ueritas, uita, pontifex, propiciatorium 2. 584 p 2.589 m

Christus quatenus pontifex ac sponsus 1.568 m

Christus quomodo infirmus 2.193 m

Christus ad quos missus 2.30

Christus rex iustitiæ in quibus regnet 2.276 f

Christus quatenus à patre derelictus 2.233 p

Christus quatenus & quibus sit lux, & quomodo primogenitus creaturæ et ex mortuis 2.298 f

Christus quomodo à diuersis uisus 2. 244 f

Christus etiam pro cœlestibus oblatus 1.115 f

Christus quomodo fuerit in Moyse & in prophetis 2.149

Christus in uitulo oblatiõis designatus 1.115 p m & seq.

Christus quomodo & à quo nos redemit 2.966 m f

Christus principium uniuersæ creaturæ 2.131

Christus quomodo αὐτοδίκαιος Dei 2.397 p

Christus quo diligendus 2.271 p m

de Christi regno Daniel prædixit 1. 323 m

Christus quomodo uiuit deo 2.740 p

Christi religionem atq; doctrinam ab omnibus susceptam 1.865

Christi fletus super Hierusalem, exponitur 2.286 m f & seq.

Christi typus Isaac et aries 1.30 f 32 p m

Christus quomodo dicatur traditus à patre 2.672 p m

Christus, principium, conseruatio & finis omnis substantiæ 2.901 m

Christus ut pateretur, autor diabolus 1.94 f

Christus quatenus à Dauide dominus appelletur 2.991 f

Christus quomodo de peccato damnauit peccatum 2.657 p. 658 p

Christus cur missus ad pecca. 2.817 f

Christus quomodo dicatur esse in ruinam & resurrectionem multorum 2.259 m 260 f & seq.

Christus quomodo sit filius hominis 1. 696 f

Christum crucifigendi quæ causa fuerit 1.522 p

Christi regnum quale 2.96

Christi typus Sampson 2.221 f

Christi figura Ionas & cetus quõ 2. 638 f

Christi typum ferre in plurimis Salomonem 2.379 f 562

Christi figura ouis paschatis 2.366 f

Christi aduentus prædictus 2.160

Christi aduentus quomodo duo in anima 2.411 f

Christi aduentus duplex, & qualis uterque 2.965 m

Christi monumentũ scriptura 2.502 m

Christi secundus aduentus qualis futurus 2.54

Christi aduentum qui recipiant, & qui respuant 2.507 f

Christi prædictiones ueras esse, comprobatum 2.778 m f

Christum uerè corpus humanũ assumpsisse unde comprobetur 1.869 m f

Christum sequentium differentiæ 2.19

Christum dolere & deflere etiam nunc peccatores 1.150 f & seq.

Christum ex Ioseph & Maria natum qui dicant hæretici, & de eodẽ plures hæreses 1.858 f

Christum manducaturum in regno dei cum suis, & quando 2.204 m f

post Christum ire, bonum 2.4445

Christum in corpore et anima humana uenisse 2.263 f

in Christum qui credant, & qui non 2. 447 m

Christum nunc denegantibus nullam manere excusationem 2.220 p

Christum confitetur dum fugit Christianus 1.397 m

Christum qui tantum secundum carnẽ agnoscant 2.313 f

Christum relinquere 1.660 p

Christum non purum hominem sed di-

uinæ naturæ esse 1.868 f & seq.
Christum esse deum unde probetur 1. 868 f. 869 p
Christum debere dici deum 2.677 m
Christũ olim promissum aduenisse unde comprobetur 1.865 f & seq.
Christum non indigere angelorum auxilio 2.277 f
Christum in perfectis, non ipsos in se uiuere 2.291 f
Christum euangelizare quid 2.294 m
Christum quis posit sequi, & quis non 2.498 f
Christum uerum hominis corpus et uerè carnem ex Maria uirgine sumpsisse cõtra hæret. 2.987 f & 990
Christum non uerè passum ac mortuũ hæreticus quidam dixit 2.779 p
Christum uerè passum ac mortuum unde probetur 2.991
Christum etiam pro astris subijsse mortem 2.308 m
Christũ sedere in sede gloriæ suæ quid 2.96
Christum esse Iesum quomodo cognouerunt Iudæi 2.115
Christum non abrogasse legem, sed uerum eius sensum docuisse 2.973
Christus quo iustitia uiuens 1.631 f
Christum semper operari 2.332 f
Christum prædicari crucifixum necessarium 2.43
Christum suscitauisse mortuos, & prædictũ, et certiß. effectũ 2.783 f et se.
Christum induisse corpus cœleste quidã asserunt 2.259 f
Christum dæmonium & Beelzebul habere cur Iudæi dicebant 2.450 f
Christum quatenus proposuit deus propitiatorium 2.589
Christum cibare & potare 2.193 p
Christum non egere testibus dicunt hæretici 2.328 m
Christiani precibus militant 2.952 f & seq.
Christiani peccantes quale iudiciũ laturi 2.528 m
Christiani quando & ubi primùm nominati discipuli 2.41
Christiani quomodo subijciuntur potestatibus 2.950 p
Christiani cui se deo credant 2.810 p
Christianus qualiter de deo persuasus 2.921 f
Christianis quanta religio erga deum et eius nomen 2.841 m
Christiani cautio in uitandis persecutionibus 2.471 p
Christiani quomodo effugiant aduersariorum manus, & quid agendum illis cum in ijs inciderint 1.393 m
Christiani olim quibus calũmnijs præmebantur ab aduersarijs 2.803 m
Christiani cur fugere debeant persecutiones 1.397 m f
Christiani cur fugiant persecutiones 2. 943 m
Christiani quomodo subiaceant iudicijs & tyrannorum persecutioni 1. 684 f
Christiani omnes sacerdotes 1.130 f
Christiani qũo æquales Prophetis 2.13
Christiani genus sacerdotale 1.188 m
Christiani Pontificis ornatus 1.99 p m
Christiani cum quibus certamen habeant 1.513 f
Christiani omnes sacerdotes, & eorum hostiæ 1.172 f & seq.
Christiani qualiter præexaminabant olim in cœtũ suũ admittẽdos 2.814 f
Christianis quàm utiles sint persecutiones 1.223 p
Christianis nullum præmium sine certamine 1.248 f 250 f
à Christianis sapientiam requiri 2.812
Christianus qualiter debeat obseruare sabbatum 1.289 p
Christianus qualis debeat eße 1.12 p
Christianum se uelle & eße & dici Origenes profitetur 2.259 f
Christianum nomen Romani delere conati, & quantum profecerint 1. 343 f
Christianum uerum non posse lædi à dæmonibus 2.940 f
Christianam religionem qui condemnant 1.681 p m
Christiana religio diuinos, sortilegos, aruspices &c. damnat 1.261 p
Christianorum ieiunium perpetuum 1. 175 f & 176 m
Christianorum uictimæ seu hostiæ ibi.
Christianorum sacerdotium & hostiæ 1.166 p m
Christianorum bibliotheca qualis eße debeat 1.13 f
Christianorũ altare, & quid in eo offerendum 1.98 m f. 166 m
Christianorum leges & doctrina qualis 2.822 f
Christianorum in periculis ac persecutionibus subeundis alacritas atque constantia 2.779 f
Christianorum persuasio de præmijs bonorum, & pœnis malorum 2. 944 m
Christianorum sacra & doctrinam falso clanculariam à Celso calumniari 2.748
Christianorum gemina pugna 1.346 m f 347 f
Christianorum peritia, & diuinarũ rerum scientia 2.809 f & seq.
Christianorum de deo doctrina & fides 2.752 f
Christianorum conditio, & quo animo complectantur hanc religionem 2. 801 m f
Christianorum præfecturæ, magistratus, & militiæ quales 2.953 m
Christianorum gẽs dispersa 1.495 m f
Christianorum armatura 1.397 m
dum fugit Christianus, Christum cõfitetur 1.397 m
Christianum nomẽ Romanos delere uoluisse, nec potuiße 2.875 m
Christiani pugna & uictoria 1.104 m f
Christiano non hæsitandam 2.26
Christiano licitum contra leges idololatrarum agere 2.746 f
Christiano cuiq; fas esse libere uti legib. diuinis, alienis prophanatis 2.870
Christiano cuiq; angelus custos datus 1. 280 p
Chr. nomini infesti Romani 2.747 m
Christianos nõ posse exterminare persecutiones tyrannorum, sed augent potius 1.343 f
Christianos persecutiones non minuere sed augere 1.343 f
inter Christianos quis sapientiß. indicandus 2.802 f
Christianismum olim eiurantes à iudicibus persecutorum absoluebantur 2.778 p. 779 f & seq.
ad Christianismum introductio lex & prophetæ 2.773 f
ad Christianismum multos inuitos tractos 2.761 m
ad Christianismum qualiter allecti homines 2.801
ad Christianismum qualiter olim homines alliciebantur 2.816
Christianismus exterior & interior 2.293 p
Christianismus quatenus cum Iudaismo coniunctus 2.746 f
cibus carnalis & spiritualis 1.542 f
cibus uerus et spiritualis quis 1.629 m
cibus hominis interioris, & exterioris 1.498 p
cibus solidus in scripturis quis 1.725 f
cibus Christi 2.98
ciborũ diuersitas pro uarietate animalium 1.305 m
ciborum abstinentia superstitiosa damnatur 1.176 m. 724
ciborum abstinentia qualis Christianis 2.874 f & seq.
ciborũ benedic. anteq̃ edamus 1.485 m

ciborũ omnium usus licitus 2.724 m
cibis uti uel non uti indifferẽs 2.727 p
ciconiæ parentum altrices, nostræ doctrices to.2.857 m
cicutæ quauta frigiditas 2.923 p
cidaris quid 1.147 m 167
cidaris capitis pontificis ornatus 1. 181 f
cilicum deus Mopsus 2.808 f
cineus posidens interpr. 1.275 m
de Cineo prædicta quomodo intellig. 1. 274 f & seq.
cingulum nostrum quod 1.328 m
circuli Platonici 1.830
circuncisio prima & secunda 2.568 f
circuncisio ecclesiæ 1.17 p & seq.
circuncisionem cur signũ appellet Paulus 2.598 f
circuncisionis uis, & quæ uera circuncisio 2.874
circuncisio unde primum prodita 1. 752 f & seq.
circuncisionis Iudæorum & ecclesiæ collatio 1.18 p m
circuncisionis usus etiam apud Colchos & Aegyptios, & qualis fuerit 2. 872 p 874 p
cithij plagæ finis interpr. 1.275 m f
ciuitas unde dicta 1.23 f & seq.
ciuitas domini quæ dicenda 1.339 p
ciuitas dei quæ 2.88 102
ciuitas impiorum quæ 2.120
ciuitas quando propter peccatum puniatur 2.145
in ciuitates ciuitatum intrare 1.720 m
ciuitates hominum quibus constent, & quomodo regantur 2.851 f
ciuitates refugij, & earum significatio 1. 316 f
ciuitas dei quæ 2.914 m. 2.351
ciuitas in cœlis Hierusalem 1.371 f
ciuitatis dei olim templum symbolum 2.872 m
ciuitas pro ciuibus sumpta 2.148 & sequent.
ciuitas solis quæ 1.363 p
clamor sanctorum ad dominum qualis 1.79 m
claudi quomodo ambulent 1.636 f
claudi ambulant quid 2.32
claudi quomodo nunc sanentur 2.12
claudere regnum cœlorum 2.138
claues regni cœlorum quis dignus sit accipere 2.39 40
claues Petro datæ quales 2.68
clauis scientiæ una 2.348 p 835
clemens apostolorum discipulus 1. 779 m
clementis Alexandrini libri ab hæreticis adulterati 1.880 f
clementis Romani episcopi libri ab Eu nomianis adulterati 1.880 m
clementis libri à Hieronymo in Latinum uersi 2.744 f
de Cleomede Astypalæi fabula 2.808 m f
cleomeden cur inter diuos retulerit Pythius 2.805 f
clericatus dignitas non beatum sed uita bona facit 1.667 d m
clericorum conuersationem instantius impugnat diabolus 1.723 p m
clibanus cor hominis 1.138 m
corcum ad ignem refert 1.111 f 112 p m
cœlum quid 2.141
cœlum quid significet 1.1 f
cœlum cur firmatum dicatur 2.310 f
cœlum nobis conspicuum firmamentũ dictum 1,501 f
cœlum aliud esse quàm illud nobis conspicium certiß. esse ex scripturis 2. 917 m
cœlum quale sit futurum sedes beatorũ 1.831 p
cœlum & terra quomodo facta sint qualiter cõueniat inter philosophos 2.833 p
cœlum qui liberè suspiciant in oratione & qui non 2.49 f
in cœlum quomodo solus Christus ascendit 2.989 f
cœlum & cœli qui 1.779 f
cœli portæ quales ab impostoribus effictæ 2.889
cœli qui sint 2.173
cœlos scripturam sedes beatorum nominare 1.802 p
cœlestes qui sint 1.662 p
cœlestis quis 2.84
cœlestis militia quæ 2.214 m f
cœlestes qui, & quomodo fiant 1.6 m
cœlestium quomodo umbræ terrena 1. 371 & seq.
cœlestium contemplatio quomodo nũc per speculum, & quãdo futura per facta 1.317 p
cœnæ celebratio passionis Christi commemoratio 2.988 f
cœna quid sit ubi notetur 2.474 m
ad cœnã domini qui accessuri 1.106 m
cœremonis Stoici de cometis commentarius 2.766 f
cogitationes bonæ uel malæ in nobis unde 2.254 m
cogitationes malæ nisi sopiantur quomodo incrementũ capiãt 1.354 m f
cogitationum in nobis motus 1.817 f
cogitationum quoq; reddendã summo indici rationem 2.843 p
cognoscendi uerbum quo in significatu usurpet scriptura 2.677 m f
cognoscere pro admisceri 2.177
cognoscere uel nescire quomodo dicat scriptura 1.380 p
cognoscere deus quomodo dicatur 1. 754 m
cohors flagellans Christum quos referebat 2.227 m f
coitu quatenus utendum 2.568 m
colere quid 1.92 p m
ex collatione multum elici eruditionis 2.733 p
collectam congregationẽ uocat 1.37 p
collectas Christianorum qualiter Celsus criminetur 2.746 f
colloquia qualiter perficiãtur 2.852 f
columbæ natura & industria 1.127 p 274
columbæ qui tropicè dicantur 2.370 f
colũbas deo offerre quid 1.118 p. 127 p
de comico quomodo citet testimonium Paulus 2 227 f
comminationes dei quò pertineant 2. 899 m
commune quid appellet scriptura 1. 23 m
communis homo quis & quomodo dicatur 1.144 p. 2.723 f
de cometis quid tradat cœremon 2. 766 f
concharũ Indicarũ mira natura 2.5 f
concipere mente & corde quid 1.111 p
conceptionem Christi qua fabula impij obscurare conati 2.756 f
concubinas uocat artes humanas 1.39 f
concubinæ nomine legem ueterem significari 1.56 f
conculcantes in ecclesia qui 1.367 m
concupiscentiæ bonæ & malæ usus 1. 149 f. 651 p
concupiscentia peccati, carnis & spiritus in nobis 2.641 p
concupiscentiam malam esse per quam legem cognoscamus 2.650 f
concupiscentiæ monumẽta quæ 1.312 f
in condemnatione permanendũ quouſque uoluerit qui condemnauit 1. 737 p & seq.
confessio domini bonum 2.643 f
confessio cui comparata 1.98 p. 110 m
cõfessio Iudæ qualis 2.222 m f. 223 p m
confiscatio bonorum olim pro Christo condemnatorum 2.779 f
conflagrationem omnium rerum futuram dicunt stoici 2.952 p
conflagrationes fuisse foreq;, græcos etiam scriptoris tradidisse 2.826
cõformes imaginis filij dei qualiter efficiamur 2.669 p m
confractos in libertatem emittere quid 2.279 m

confundi post peccata bonũ 1.732 m f
congregationes ecclesiæ malis etiam es se refertas 2.9 m
coniugium quale sortiendum 1.38 f
coniugium castum 1.17 m f
coniugia patriarcharum ad puteos, quid signific 1.38 p
cõiugiũ nõ leui de causa soluẽdũ 2.74
coniunx Ioseph cur Maria dicatur 2. 499 f
coniunctione frequentiori uti Hebræos 1.275 p
conscientiam quid appellet scriptura 2.560 p
conscientia uis mandati 2.579 m
conscientia accusans, excusans & condemnans 1.703 p
conscientia testis 2.676 m
conscientia suijpsius accusatrix & testis 1.798 m
consentire duo uel tres in unum quid 2. 68
consensus duobus modis fit 2.69
consensus ad mala quis 1.122 m
consilium hominis pedum nomine intellectum 2.582 p m
consilia impiorum quomodo sagittæ 1.504 f
in conspectu domini offerre sacrific. 1. 136 p
in conspectu dei qui sint, & qui eum fugiant 1.105 p m
consuetudinis quanta uis 2.654 m 655 m
consummatio quando uentura 2.160 178
contemplandi uocabulum ad quos spectet 2.463 m f
contemplationem actioni confert. 2. 502 m f
contentionis malum 2.999 f
contraria ex contrarijs cognosci 2. 576 p
contra ueritatem leges gentium introductæ 2.746 f
contra diabolicam gentem certamen 1. 320 f
contritionem quam intelligat 2.582 m
contumeliæ causa quisq; suæ 1.251 p
conuentus facere ueritatis gratia, etiã contra tyrannorum statuta fas Christianis 2.746 f
conuersatio uniuscuiusq; nota sit, maximè ecclesiæ ministris 1.335 p
conuersatio hæreticorum in specie bona quàm periculosa 1.723 p
conuerti quid 1.107 m
conuersus quis dicatur 1.106 m. 109 m
conuerti in toto corde & in mendacio 1.693 p
cõuersio ac emẽdatio uitæ 2.644 p m
conuersio ad Christianismum qualis 2. 799 p
conuersio à peccatis animæ medicina 1.221 m
conuiciari quorum sit 2.771 m
conuitijs etiam uti prophetas in proternus 2.797 m f
corbona quid 2.223 f
corinthiorum quidam resurrectionem & animæ immortalitatem negabãt 2.123
cornu salutis Christus 2.251 f
in cornu uinea facta quid 2.251 f
corona Christi spinea quid signific. 2. 227 f
corona saligna 1.668 p
cordis principale quid 1.99 p
cordis aures & oculi 2.694 m
cordis hominis magnitudo quanta 2. 267 p
cor hominis altare 2.141
cor deum habere quomodo intelligendum 2.310 p m
corda nostra agri angelorum 1.235 m. 238 m
corde circumcisus 1.16. 17. 15 2.567
corda deus quatenus induret 1.806
cor durum, crassum &c. quod uocetur in scripturis 2.551 m
cor quibus sit incrassatũ 1.642 m f
cor mũdũ locus & habitatio dei 1.45 f
cor immundũ quo habeamus 1.632 m
cor terræ quod Christus nominet 2. 638 f
cor lapideum auferri quid 1.809 f
cor quomodo clibanus 1.138 m
corde concipere quid 1.111 p
corde diligere deum 2.129
corde orare quid 2.230 p m
cor pro intellectu 2.129
corporis lex quæ 1.825 m
corporis indumẽtum quod 1.777 p m
corpus nostrum equo comparatum, & qualiter domandum 1.353 f
corpus nostrum tabernaculum dictum 1.230 p
corpus nostrum in terra sepultum grano frumenti comparatum 1.872 f
corporis nostri substantia quomodo et quando reparanda 1.830 m
corpora sua qui contumelijs afficiant 2.548 p
corpus non esse uinculũ animæ sed adiumentum 2.995 p
corpus aereum, & in auras tenues sensim dissoluendũ post resurrectionẽ quidam dixere 2.527 f
corpus immortale quod, & quomodo fiat 2.641
corpus mortis quatenus appelletur 2. 654 f
corpora defunctorum qualiter curanda 2.865 f
in corpore quomodo regnet peccatum 2.640
corpus peccati, mortis ac humilitatis 2.636 m f
corporum resurrectio 1.750 m. 856
corporũ resurrectio quã facilis deo 2. 993 & seq.
corpus quale resurget 2.865 m
corpus ut triticum seri, & quomodo resurget 2.996
corpus humanũ assumpsisse Christum unde comprobetur 1.869 m f
corpus Christi quomodo factum spirituale 2.811 p f
corporis sui assumptionẽ Christus cur diabolum celare uoluerit 2.247 p
in corpore domini olim sumendo quanta religio 1.111 m f
corporalia quoq; à deo creata, contra Celsum 2.843 & se.
corporalia spiritualiũ figuræ 2.368 p
corrigi à domino in hoc seculo quã salutiferum 1.95 m f
correctiones mundi qualiter temperet deus 2.847 f
correctio dei ubi cessat, quàm terribile 1.94 m
correptiones cur ordinatæ & fiant à deo 1.674 p m
corruptibilia quoq; à deo creata contra Celsum 2.843 & seq.
corruptibiles quomodo corruptione careant 2.508 p
cortinas quid uocent gentiles &, earũ usus 1.248 p
creatorem aliũ qui fingunt præter deũ uniuersitatis 1.688 m
creator quo creauit omnia in principio 1.1 p. 2.833 p
creatio angelorum 1.1 f
creationem mundi quomodo cauillentur Celsus 2.752 p
creationis rerum ordo & tempus contra Celsum 2.899 m f & seq.
creandi omnia causam deum in se habuisse 1.795 p
creatum nihil extra deũ 2.318 p
creata omnia per Christum 2.318 m f
creaturarum tanta uarietas quando & à quibus cognoscatur 1.801
creaturæ quo ad similitudinem & imaginẽ cœlestiũ factæ 1.610 f
creaturæ quomodo sint, & unde accipiant sum esse 1.306 p
creaturas rationabiles unius esse naturæ 1.827 p

crea=

creaturã dei cognoſcere quantum munus 1.587 p
creatura dei in quo conſiſtat maxime 1.1 f
creatura quomodo uanitati ſubiecta 2.664 f
creaturas uenerãtes quibus comparandi 2.831 p
credere quid propriè,& quàm longè abſimus à uero modo credendi 2.448 m (41
credere minus eſſe quàm cognoſcere 2.
credere deo principium ſapientiæ & fons 2.843
credere in Chriſtum,et credere in nomine ipſius in quo differunt 2.382 f
credere donum dei eſſe 2.601 f
credidi propter quod locutus ſum &c. breuis explanatio totius pſal. 2.573
credendi facultatem à nullo auferri 2.507 f
credentium pater Abraham 2.597 f
credens in deum quis dicatur 2.428 m
credentes quo medio ad fidem ueniant 2.254 f
credulitas hæreticorũ fides abuſiuè dicitur 2.728 p
creſcere quid,bifariam dici in ſcripturis 2.252 f
cretẽſes ſemper mẽdaces q̃d mouerit dicere Callimachum 2.811 f & ſeq. p
criminoſi in eccleſia quomodo & cur tradendi ſatanæ 1.383 p
crocodilum adorabãt Aegyptij 2.803 f
crux Chriſti quomodo gemina 1.336 f & ſeq.
crucis Chriſti uis & efficacia 1.74 m 639.641
crucem Chriſti cur & quomodo timeãt dæmones 1.83 p.524
crucem Chriſti tacere malum 2.43
crucem ſuam tollere quid 2.46
de crucifixis conſuetudo apud Romanos quæ 2.237 m f
crucifigi cum Chriſto quid 2.636 p
cruciatus noſmetipſos nobis aſciſci 1.707 m
κτησις quid 2.428 p
cubilia quid,& unde dicta 2.718 m
cubiti Geometrici 1.10 m
cultus uerus dei,& ſecus 2.984 f
cultus dei in quo conſiſtat 2.705 p
cultus dei rationabilis 2.393 f
cultus antiquorum patrum quomodo diuinus & ſacer 2.329 p
cultus dei olim apud Iudæos maieſtas, & cur finem ſumpſerit 1.287 p
cultum dei etiam Eſau ſuis tradidiſſe 1.484 f
cultus ueri dei reliquas uirtutes auget, & perficit 1.413
de cupidine fabula 2.837 f
cupido cœleſtis & terrenus 1.555 f
cupiditatibus ſuis diuinum nomẽ aſcribere homines 1.382 m
à cupiditate quomodo auaritia naſcatur 1.816 m f
cupiditas quàm pernicioſa 1.149 f
cupiditas tinea appellata 2.10 m
curæ pœnales animæ inflictæ 1.798 m f
currus arrogantiæ ac ſuperbiæ ſpiritus ſignum 1.354
cuſtodire legem quid 2.234
cynicorum facta 1.75 p
cynicos quibus cõparet animalib. ibid.
cynomyie Cynici comparati 1.75 p
cyperi arboris floris & fructus ſuauitas,& calefaciendi uis 1.596 m f
cypreſſus optimi odoris 1.549 m
cyprianũ hæreſi Tertulliani fauere hæretici perſuadere conati 1.882 f.et ſe.
cyrene urbs ubi ſita 2.228 m

D

Dabir alias ciuitas literarũ 1.365 m
dabir loquela interpret. 1.366 p
dacis nondum fuerat prædicatum euangelium tempore Origenis 2.158
dæmones aeris uenti 2.521 m
de dæmonibus quid ſentiendum 1.765
dæmones qui ſint,& eorũ origenẽ noſſe,malorum cognoſcendorum initiũ & fons 2.846 f
dæmonũ ingenia, uigilantia & uafrities in decipiẽdis hominibus 1.822 m
dæmonũ omne genus uitioſum 2.938 f
dæmonum uafricies & machinamenta in ſeducendis ac abducendis hominibus à uero deo 2.855 f
dæmones eſſe malos unde comprobetur 1.247 m f (2.856 p
dæmones dæmonibus eſſe potentiores
dæmonum domicilia & habitationes 2.918 m
dæmones eiuſdem eſſe eſſentiæ atq; ſubſtãtiæ cum angelis 1.320 f.2.442 f
dæmonũ tẽpus, & quòd nolit eos deus ante illud damnare 1.248 m
ex dæmonibus quoſdam poſſe ad beatitudinẽ redire, & quomodo 1.768 f
dæmones arbitrij libertate præditos,et quouſq; uis eorũ ſe extẽdat 1.248 m
dæmones quoſdã an poſſint aliquando cõuerti ad bonitatẽ ui liberi arbitrij 1.769 m
dæmonũ expulſionem excantationibus fieri à Chriſtianis, calũniabatur Celſus 2.747 f (338 f
dæmones q̃o interimantur à nobis 1. dæmones qua ui excantentur à Chriſtianis 2.761 (1.557 m
dæmones q̃o dij gentium appellentur
dæmones qualiter idololatris inuocari ſoleant 1.92 p
dæmones corporei, qualia corpora habeant,& cur & à quibus dicãtur in corporei 1.750 f et ſe. (ta 2.929 f
dæmonum miniſteria etiã à deo attribũ
dæmonem cuiq; naſcentiũ ſorte quadã obtingere dicunt græci 2.940 p
dæmones in quos ualeant,et in quos nõ 2.940 p m
dæmones requirentes ex unaquaq; anima exeunte è corpore an habeãt ali quid ſuum 1.520 f (re 2.217 p
dæmones an liceat Chriſtianis adiuradæmonũ calliditas ad homines decipiẽdos, & in quos præcipue uim habeant 1.859 m
dæmones quid timeant 1.83 p
dæmones inuocare cur non permiſerit deus Balaamo aduerſus Iſraelitas 1.248 m f
dæmones circunterranei qui, quib. præſint reb. et quib. delectẽtur 2.948 f
dæmonium habere Chriſtum cur Iudæi dicebant 2.450 m
dæmoniũ ſurdum & mutũ quid 2.56
dæmones uulpes dicti 1.235 f
à dæmonio meridiano liberabit &c. quomodo intelligendum 2.214 f
dan tribus ſitus 1.649 f
daniel uir deſideriorum 2.654 f
daniel Balthaſſar dictus 1.297 f
danielis quanta fuerit ſapiẽtia 2.812 f
daniel quæ tria tẽpora uiderit,& quòd ubi ſit mortuus ignoretur 1.713 m f
daniel quum eunuchus fuerit, quos filios habuerit 1.712 p
daniel imitatione fieri 1.711 f (1.323 m
daniel q̃o & in quo auxilietur nobis
daniel quomõ deũ adorabat 1.419 m
daniel,Iob & Noe quomodo filios non liberabunt 1.710 & ſeq
dãtis affectũ iuſtificat deus 2.98 f et ſe.
dauid domus eccleſia dicta 1.622 p
ex dauid quomodo genitus & nõ genitus Chriſtus 2.361 f
dauid quatenus Chriſtum dominũ appellet 2.991 f
dauid non ſolũ pepercit inimico Sauli, ſed etiã pro eo preces fudit 2.961 p
dauid cur cadere in peccatum permiſſus 1.732 p m (1.313
dealbatio in bonũ & in malũ ſumitur
debbora apis interpretatur,& prophetiam ſignificat 1.388 f.1.562 p
debboræ canticũ tractatur 1.390 et ſe.

debitores quomodo simus 2.736 m
debitum peccatum dici 2.717 p
decas noui testamenti 1.55. m
decalogi initiũ tractatur 1.90 p et seq.
decalogum per decem plagas Aegypti intelligit 1.74 m
decem numerus perfectus & origo numerorum 1.187 p
decem numerus consummatus & perfectus 1.324 p
decimæ spirituales quæ 1.233
declinari quid & quis dicatur 2.580 f
decor uerus ubi quærendus 1.745
decurio à decem 2.239
defectus causæ peccatum 2.28
deflagratione non spiritualia, & quæ absumenda 2.903 f & seq.
defunctorum animas sua quædam habere corpora 2.792 m
defunctorum memoriam qualiter olim celebrabant 1.491 f
deliciari in domino quid 1.498 f
deliciæ interioris & exterioris hominis 1.49
deliciarum locus quis 1.570 f
delictum quid, & in quo differat à peccato 1.137 f
delicti mater mulier 2.522 p (p m
delictũ causa mortis 2.626 f et se. 628
delicta domino per confessionem reuelanda 1.499 m
demiurgus quis 2.308 p
domocritus prædia dimisit quò liberius philosopharetur 2.786 p
demonstrationes spiritus quæ 2.747 p
demosthenes orator qualis fuerit 2. 830 f
denarium esse salutis nomẽ 2.92 f 93 p
denarius pecunia proba 1.127 m 130 p
denarius diurnus 2.90 f
dentes Christi qui & quomodo candidi 1.69 m f
dentes animæ qui, et quãdo habeat ibid.
denuo uox quo in significatu sumatur 2.632 f (128 f
depositum quod & quale habeamus 1.
depositi lex tractatur 1.128
depositionis uocabulũ non uacare mysterio 2.192
descensus Christi ad terras causa 2.824 & seq.
descendere in scripturis quomodo sumatur 1.49 p
descendere quomodo dicatur deus 2. 826 f
descensus dei quid 1.20
detractionis quantum malum, & quàm deo odiosum 1.214 f & seq.
detractionem dæmonium esse 2.451 m
detrahũt de deo, qui de seruis suis detrahunt 1.510
deus quis 2.984
deus quomodo inuisibilis 1.754 m
deus quomodo spiritus 2.393 p
deus quomodo ire, uenire, dormire, sedere &c. dicatur 1.453 p
deus patientiæ, iustus, consolationis etc. quibus & quomõ dicitur 2.730 m
deus quomodo ubique 1.41 m 45 m f
deus ab omni affectu passionis ac permutationis alienus 1.288 m
deus in quo nominis mysterio interpretetur 1.712 m
deum creatorem & legislatorẽ esse bonũ ac iustum contra hæreticos to. 1 785 f
deus quomodo cæcat mentes infidelium 2.974 f & seq.
deus inæstimabilis atq; incomprehensibilis, & unde cognoscatur 1.752 f & seq.
deus quomodo dicatur loqui, audire, irasci, pœnitere &c. 1.14 f & seq.
deus & homo quomodo in Christo adunati sint 2.508 f
deus quomodo glorificetur in nobis 1. 630 m
deus quibus minis territet peccatores 2.863 p
deus quid posit & uelit, & contrà 2. 865 m f
deus etiam damnatis dat pœnitentiæ locum 1.643 m
deus neminem uult perire 1.643 m f
deus quomodo ab inuicem separet peccatores 1.673 p m
deus per legis transgressionem inhonoratur 2.13
deus solus bonus 2.80
deus unde Christus comprobetur to. 1 868 f & seq.
deus quomodo diligendus 1.602 p m
cur deus uelit omnia homini prouenire cum labore 2.850 p
deus qualiter curet malitiæ morbos 2. 847 f
deus quomodo mundum collabentem restauret 2.847 f
deum malitia hominum nequam abuti ad rerum ordinem 2.848 p
deus qualiter bruta etiã curet 2.849 m
deus quomodo super omnia diligendus 1.550 m
deus quomodo & ubi plantet 1.84 p
deus existens bonus, non est autor peccati 2.318 p
deus quomodo uideatur & ubi appareat 1.614
deus quæ faciat mala, & quæ non 2. 898
deus quomodo moneat aut persuadeat 2.898 f
deus à quibus maledicatur, culpetur & blasphemetur 1.533 p
dei bonitatis natura in conferendis beneficijs 2.348 f
dei memor esse quid 2.321 f
dei cõminationes quò spectẽt 2.899 m
in dei cognitione quàm longe aberrarint mundi sapientes 2.808 f
dei anima quæ sit 1.791
dei mater Maria 2.499 p
dei anima quomodo Christus 1.200 m
dei imitatores quatenus simus 1.533 p
dei tẽplũ quid contra paganos 2.921 p
dei prouidentiæ cõmittenda nostra omnia 1.486 m
dei filij quomodo 2.442 m
dei nominis uis in adiurationibus 2. 873 m f
dei nomẽ quãti fiat à Christianis, et quale epitheton illi tribuãt 2.754 p m
dei nomen diuersis figuris prophanantes quibus comparet 1.75 p
dei natura sancta per se omnium bonorum capax, origo ac largitrix, malorum incapax 1.863 m
dei ira qualiter mitiganda, & bonitas eius promerenda 1.220 p
dei cor, brachium, manus, digitus, membra, quomodo intelligenda 2.310 m
dei substantia qualis 1.15 p
deum unum esse Iudæorum & Christianorum contra diuersa sentientes 2. 878
deum omnia implere, continere, ubiq; esse, neq; quicquam esse extra eum 1. 424 p
deum etiam odio haberi & à quibus 1.530 m
deum esse prorsus incorporeum 1.751 m & seq.
deum ueraciter, & in spiritu qui adorent 2.301 p m
deum legis non bonum sed iustum esse qui dicunt, notantur 1.224 p
deum qui honorent, & qui ignominiæ afficiant 1.676 p
deum qualem nobis proponant sacræ scripturæ 1.749 f
deum unum esse legis & prophetarum atq; Iesu Christi contra hæreticos 1. 78 f & seq.
deum unum esse, legis & euangelij 2. 489 p
deum corpus habere & quale carnales sentiant 1.6 m

deum & legis & euãgelij non esse eundem, calumniantur quidam 2.27
dij qui 1.698 f
deos duos non duos spiritus sanctos hæretici finxerunt 1.789 f
dij iudices apud Iudæos dicti 2.833 f
dij multi facti participatione 2.312 f
dij non dij qui, & quomodo dicantur 2.313 p
dij parentum castratores, filiorũ uoratores, filiarũq; cõcubitores 2.841 p
dij ad quos sermo dei factus est quomodo 2.364 m & 574 p
dij gentium quomodo dæmones appellentur 1.557 m
duodecim deorum historias quibus argumentis firment græci 2.839 p m
dij inter quos deus dijudicare dicitur qui 2.832 m
dij etiam angeli dicti 2.859 p
dij Aegyptiorum 2.869 m
dij epicuri quales & unde 2.827 m
dextera dei 2.96
ad dexteram patris quomodo sedeat Christus 2.132
à dextris Christi qui sint 2.96
ad dexteram iudicis Christi qui statuendi 2.526 p
diabolus satanas est 2.44
diaboli appellationes ex scripturis 1.765 p
diabolus rex peccati in quibus regnet 2.276 f
de diabolo quales persuasiones in ecclesia 1.859 m
diaboli, serpẽtium, uiperarũ, leonis, draconis, uulpis, hirci, porcorum formã quatenus assumimus 2.250 p
diabolus uere homicida 2.444 m f
diabolus quomodo princeps omnium 1.91 m
diabolum liberi arbitrij, suæq; uoluntatis compotem esse 2.978 f
diabolus in Pharaone figuratus 1.64 p m & seq.
diabolus quatenus peccatum 2.620 f
quatenus mors ibid. & seq.
diabolus peccati pater, & autor passionis Christi 1.94 f
diaboli castitas, mãsuetudo, iustitia qualis 1.723 p
diabolus clericis et uerbi ministris plus cæteris insidiatur 1.723 p m
diaboli signaculum quod 1.744 m f
diabolus rex & princeps contrariarũ uirtutum 1.336 f
diabolum habere uolũtatem 2.443 m
diabolus an sit autor peccatorũ quæ cõmittimus 1.816 p
diabolus mors & inimicus dictus, quomodo destruendus 1.829 f
diabolus recedens ab aliquo quid agat. 2.223 p
diabolus quomodo tentet, & unde 2.277 m
diabolo pœnarũ tempus statutũ 1.95 p
diaboli filij q 2.434 f. 436 p. 442 m
diabolo locum dare 2.383 f
diabolum suæ causam ruinæ fuisse qui potestatem habuerit in statu suo recto permanere 1.859 m
diabolus cur mors dicatur 2.674 m
diaboli æternum tormenta passuri 2.528 m
diabolum ignorasse aduentum filij dei 2.274 p m
cum diabolo quomodo loquatur deus 1.427
ex diabolo esse 2.437 p 446 m
diabolus aliquando angelus, quomodo apostata effectus 1.750 m
diaboli desideria facere qd 2.441 p m
diaboli filij quomodo fiant 2.442 m
diabolus accusator interpret. 1.455 m
diabolus quomodo in conspectũ dei ueniat 1.453
diabolum non tam uigilare ad perdendũ nos, quã deũ ad saluandũ 1.280
diabolus draco dictus, & in quo constitut uirtus eius 1.526 m
diabolum esse præstãtiũ rerum capacẽ 2.442 f
diaboli generatio 1.718 p m
diabolus Pharaonis nomine intellectus 1.504 m
diaboli opera opus ad perfectionẽ coronandorum 1.248 m
diaboli arma mulier 2.522 p
diabolum nõ proposiri, uolũtatisq; malitia, sed creaturæ qualitate productum qui dicant 1.880 m
diaboli esca decipulæ, etc. uariæ 1.723 p
diabolus draco & serpens antiquus 1.718 f
diaboli pecunia quæ 1.83 f
diabolum mundi huius esse creatorem qui asserant 1.806 f
diabolus uerè gigas 1.616 p
diabolus quib. armis uincatur à nobis, & quibus ab eo uincamur 1.277 p
diabolo cur celatum mysterium incarnationis Christi 2.499 p
diaconi q uocari uelint 2.134 et 136
diaconorum officium 2.105.577
diacones eruditores nostri atq; correctores 1.523 p
diaconi simulati 2.144
in diaconos auaros et fures 2.105.106
diaconus qualiter se gerere debeat in ministerio suo 2.698 f
dialectica quid 1.75
dialecticos quibus comparet animalibus 1.75 p
dibongad apiarium tentationum significat 1.314 m
dicentis persona considerauda 1.302 p
didymus uidens 1.693 m
didymæus deus apud Græcos qualis 2.771 m
didrachmum sanctum 2.59
dies pro toto hoc seculo 2.91.675
per dies quid intelligat 2.165
dies spiritales 1.357 m
dies boni & mali qui 1.508 m. 898
dierum impletio quid significet. 1.42 p
dies natiuitatis potius deflendus quàm celebrandus 1.491 p m f
dies festi dei qui 1.287 m f & seq.
dies domini omnes dicendi 1.37 p
diem uel horam consummationis quomodo nesciat filius 2.177 p
dies quomodo apud deum unus 2.18 p
dies certos & solennes obseruare, Iudaicum 1.37 p
dies iustorum seu impiorum quomodo 1.377 f
in diebus Christi quomodo oriatur iustitia 1.378
dies iræ quis 2.552
diem Christi uidere 2.173
diei peccati, annum pœnæ deputari 1.220 m f
diem non naturam neq; substantiam habere 1.488 p m
dies domini quando futurus 2.158
diem peccatorum quẽ prospiciat deus 1.503 p
dies nos habere hic & in alio seculo, et quales 1.534 f
dies bonos uel malos unumquenq; sibi adscisscere 1.377 f
dies immaculatorum qui 1.508
dies prima secũda et tertia qd 1.78 p m
diem retributionis prædicare quid 2.279 m
dies octaua quid designet 2.567 f
dies unus quomodo intelligatur 1.1 m
dies iudicij in quo designetur 2.552
dies quibus sit 2.493 f
dies famis qui 1.508 f
diffidere uerbum qualiter in scripturis sumatur 2.556 p (re 2.133
diffidere pro nõ credere, aut nõ obedidigamia damnatur in episcopo, presbytero, & diacono 2.262 m
digitus dei quis 2.563 p
digitus quomõ accipitur in scriptura 2.134
digitus deo cum tribuitur quomodo intelligatur 2.319 m

dignitatum honores ad ſuperbiam pro cliues 1.731 f
à dignitatibus eccleſiaſticis excludebantur olim criminoſi 2.814 f
dilatatio oris & cordis quomodo fiat 1.405 m f
dilectio, amor, charitas, eadem ſcripturis uocabula 1.556
dilectionis mandata duo 2.130
dilectio primũ omnino mãdatũ 2.711 f
dilectio dei & proximi maius mandatum 2.128.129
dilectio dei quomodo ad omnes & ſingulos extendatur 1.603 m f
dilectio dei & proximi quomodo temperanda 1.602
dilectio qualis cuiq; impẽdenda 1.603
dilectionis uocabulo cur uſa ſcriptura 1.256 p m
in dilectione periculũ et modus 2.271 p
dilectionis inter nos ordo 1.550 m
dilectionis lance præponderanda omnia noſtra 1.381 f & ſeq.
in dilectione perfectio pietatis 2.130
dilectionis Chriſti extremum quod 2.233 m
diligere & amare idem 1.557 f
diligere unumquenq; quantum meretur 2.271 p
diligere proadamare poſitum 1.556 m
quod diligimus maxime, id nobis deus eſt 1.331 f
diluuium cur factũ ſit 2.431 p (899 m
diluuiũ ad luſtrationem terræ factũ 2.
de diluuijs quæ mũdo acciderũt 2.826
diluuijs terram à deo purgari etiã Græci dicunt 2.829 m
in diluuio peremptorũ quæ ſpes ſalutis 1.784 f
diluuia ac incendia propter peccata immitti 2.829 m
diogenes ob frugalitatem à dolio habitabat 2.786 p
dionyſij Alexandrini ſcripta à Sabellianis corrupta 1.880 f
dionyſij Areopagitæ ſententia 2.504 f
διὰ particula qd ſignificet in ſcripturis 2.317 p
dioſpolis ciuitas Aegypti & quid contineat myſterij 1.649 f
diſcalceati domus quæ uocatur 2.123
diſciplinarum elementa profectus & perfectiones 1.292 m
diſciplina in eccleſ. olim qualis 2.814 f
diſciplinæ humanæ conducũt ad intelligendum ſcripturas 1.66 p
diſciplina Chriſtiana quantũ Græcanicis præſtet 2.747 p
diſciplinam à ſapientia diſtinguit Salomon 1.559 f
diſciplinæ generales quibus ad rerum ſcientiam peruenitur, tres 1.559 p
diſciplinæ principium quod & quotuplex 2.297 f
diſciplinas morales quas uocet 2.304 f
diſcipuli Chriſti quales, et cur ſimplices ac idiotas elegerit 2.767 f & ſeq.
diſcipuli munus 2.481 f & ſeq. p 482 f
diſcipulorum Chriſti opera uera 2.136
diſcipuli Chriſti dilecti quales 2.134
in diſcipulos Chriſti quæ inferimus bona uel mala, Chriſtum ſibi accepta referre 2.295 p
diſcipuli Chriſti qui ueri 2.133
diſcipuli Chriſti qualiter illuſtres effecti 2.756 f
diſcipulos Chriſti quomodo ſuſcipiamus in nobis 2.193 p (214 f
diſcipulos ſuos quales uelit Chriſtus 2.
diſpenſatores inuiſibiles & eorum miniſterium 2.939 p 984 p
diſpenſatores boni & mali 1.667 m
diſpẽſatoris uerbi dei munus 1.126 p m
diſperſi qui dicantur 1.57 f
diſperſionis filij 2.469 f & ſeq. p
diſſenſio qualiter extinguẽda 2.660 m
diſſentionis dæmon 2.741 m f
diues cur camelo comparatus 2.85
diues epulo quo peccato fuerit criminatus 1.751 m
diuites quales 2.84
diuites meritis qui 2.193 p
diuitis & Lazari parabola quid nos doceat 2.921 m (611 p & ſeq.
diuitias neq; bonas eſſe neq; malas 2.
diuitiæ fugitiuæ & fucatæ 2.514 f
diuitiæ quæ nobis ſint cõparãdæ 1.503 f
diuitiæ animæ & corporis 2.587 p
diuitiæ fidelium opera bona 1.526 f
diuitiæ gentiũ quales ſint 2.697 f et ſe.
diuitiarum affluentia ad ſuperbiã procliuis 1.731 f (1.382 m
diuitiarum deus apud Syros Mammon
diuinitas una patris & filij 2.677 f
diuinitas dei ſempiterna unde intelligatur 2.546 f (2.263 f
diuinitati Chriſti detrahentes hæretici
diuina natura ab omni paſſione & permutatione aliena 1.218 m
diuinarum rerum elementa, progreſſus & profectines 1.292 m
diuinũ quid exiſtimẽt infideles 1.261 m
diuinatoria ars indifferens 2.908 f
diuinacula quæ uocet ſcriptura 1.827 f & ſeq.
diuinatio quid 1.259 f & ſeq.
diuinationes cur Chriſtianis prohibitæ 1.270 f (758 m
diuinationum artes Iudæis uetitæ 2.
diuinatio penitus à pijs abdicetur, & cur 1.248 p
diuinationes multiplices fieri 1.260 m
diuinationes qualiter & à quibus fieri credant Chriſtiani 2.855 m f
diuinationis ſpiritu etiam pueros affla tos & actos 1.822. m
de diuinationibus per animantia uariæ opiniones 2.854 p
diuinorum præſtigiæ 1.821 m
de diuiſione terræ per Ioſuæ facta 1. 361 & ſequ. (389 p
diuiſionis uox quomodo ſumenda 2.
diuiſi qui dicantur 1.57 f
ad docendum haud temerè prouolandum 1.25 p m
doctores qui ſunt in eccleſia interrogãdi in dubijs 2.69
doctores eccleſiæ quales in docendo &
doctores eccleſiæ animarum tutores ac cuſtodes 1.593 f
arguendo ſe gerere debeant 1.399 f
doctores eccleſiæ omnib. debitores 2. 815 m
doctores columnæ 1.97 m f
doctores in eccleſia lucernæ 1.352 p
doctoris eccleſiæ officium 1. 46.48 m
doctores falſi quibus rationibus ſeſe inſinuent 1.440 f
doctores Iudæorum qui 2.135 (60 f
doctores eccleſiæ quales debeãt eſſe 1.
doctores eccleſiæ cultores 1.233 f
doctorum piorum & falſorum diſcrimen 2.740 m
doctorum pupuli conditio 1.281 p
doctrina purgatrix 2.481 f
doctrina Chriſti uerbum breuiatum 2. 683 m
doctrina apoſtolorum qualis 2.648 p
doctrina & forma doctrinæ quid 2. 643 m
doctrina Chriſtianorũ qualis 2.812 p m
doctrina prõ uirium qualitate & facultate unicuiq; ingerenda 1.196 m
doctrina philoſophorũ qualis 2.748 p
doctrinam Balaam qui doceant aut teneant 1.277 m
doctrinã Iezabel qui doceant 1.277 m
doctrinam parum efficacem ad mouendos animos auditorum, niſi uis diuina acceſſerit 2.880 m
doctrinã Chriſtianorũ eſſe clancularia falſo criminabatur Celſus 2.748 p
in doctrina apoſtolorũ non uerborũ cõpoſitio ſed uirtus ſpectanda 2.293 f
doctrinæ falſæ unde proueniant in eccleſia 1.821 m
doctrina diuina qualiter ſingulis pro captu attemperanda 2.817
doctrinæ magiſtrorum magis quàm facta imitandæ 1.727 m

doctrinæ uenti qui 1.611 f
doctrina arcana apud Iudæos quæ to.2 338 p m
doctrinæ Iudæorum & Christianorum discrimen 2.774 p
doctrinas nouas perfornicationẽ Hierusalem intelligi 1.737 p
dodonæ prophetæ quales 2.909 m
dogmata ecclesiæ ex scripturis esse desumenda ac demonstranda 2.985 f
dogmata philosophorũ qualia, & quibus comparentur 1.74 f
dogmata peruersa uulpes 1.621 f
dogma hæreticorum peruersum 2.125
dogmata hæreticorum peruersa 2.45
dogmata falsi nominis à Christo destructa 1.820 f
dogmata praua, esse zizania 2.3 f
in dogmatibus errare longè peius, quã in moribus 2.152
dolor immodicus etiam in pœnitentibus malus 2.459 p m
dolorem maximum malum dicunt epicurei 2.786 m
dolores quid uocet dominus 2.156
dolus quid 2.581 f (& 380 p
dominationes quæ dicãtur 2.91.305 p
dominationes unde nomen & facultatem habeant 1.773 m
dominationibus cœlestibus qualiter similes euademus 2.832 m
dominationes quæ dicantur 2.323 p
dominationes militia cœli 1.331 f
dominus quis & unde dicatur 2.956
domini uox quæ 1.612 m f
dominus qualis Christus, & qualiter erga suos affectus 2.482 p
domini magnitudo in quo 2.247 f
domine non omnis qui dicit probatur à deo 2.482 m
in domino deliciari quid 1.498 f
dominus à quibus inueniatur 2.244 f
dominus Iesus quis posit uere dicere 2.482 m
dominũ pasci & uestiri in suis 2.526 f
dominus unus, & multi quomõ 2.313 p
dominos esse multos, & qui sint 2.930 m f & seq.
dominus Christus, & à quo nos redemerit 2.966 f & seq.
dominus cur fugerit 2.510 p (508 p
dominus quæ cognoscat, & quæ non 1.
in domino solo spes nostra reponenda 1.713 m
dominus quomõ quærendus 2.533 m f
domino quatenus simus subiecti 2.715
dominum esse uniuersitatis deum creatorem, legislatorem ac patrem Iesu Christi 1.861 p
dominum in omni mundo nominari ac prædicari 1.543
dominum quem uocet 1.278 f
dominico die primũ datum manna, & quòd prælatum sit sabbato Iudæorũ 1.87 m f
domus quid 1.295 f
domus dei ecclesia 1.598 m
domus dei eccl. unde ædificata 2.379 f
domus dei excellentia 2.969 p (m f
domus uini et conuiuij spõsi quæ 1.691
domus seruitutis & libertatis 1.90 p
domus discalceati quæ uocetur 2.123
domus ubi construenda, & ubi tuta 2. 331 m (708 m f
donorum in ecclesia distributio 2.
dona diuersa à Paulo spiritus dicta 2. 666 p
dona gratiarum pro fidei mensura seu ratione distribui 2.709 p & seq.
donum spiritale quod uocet 2.543 m
donum diuinum neminem accipere nisi qui petit 2.384 f (821 m
dona diuina qui mereantur accipere 1.
dona dei nulla mala 2.646 f
dositheus Samareus hæreticus à quo dositheani 2.151
dosithei Samarei ridicula commenta 1. 839 m
dositheus Samarites impostor Christus dici uoluit 2.766 p
dositheus Samaritarum hæresiarcha 2.271 f
dositheus Messiã se iactabat 2.394 f
dositheini à Dositheo dicti 2.394 f
draco diabolus 1.526 m 767
draco aquaticus quid significet 1.792 p
draco fluminis Aegypti quis intelligatur 1.815 m f
draco fortitudo contraria 1.718 f
draco quomodo principium figmenti domini 2.297 p
de draconis & passeris augurio Homeri carmen 2.855 p m
draconis Apocalyp. capita, cornua, cauda, quid sibi uelint 2.169
drama quid 1.553 m 564 f
druides Gallorum nihil dimisisse scriptum 2.751 m
duo qualis numerus 2.188 m
dux quomodo nõ defecit de femoribus Iudæ 1.59 p
dux pius auferetur ob indignitatem populi 1.386 p
duces cæci qui 2.142.561

E

Ebionitæ circuncisionẽ recipiendã Christianis censabant 1.16 f
ebion quid Hebræis significet 2.772 p
ebion quomodo legẽ destruat 2.593 p
ebionitæ pauperes dicti 1.840 f
ebionitarũ de Christo error 2.261 m
ebionæi non multum à Iudæis differentes 2.26
ebionæi Christo ex Iudæis credentes dicti 2.772 p (879 m
ebionæi epistolas Pauli reijciunt 2.
ebrona transitus interpret. 1.314 p
ebrietatis malum 1.22 f (m f
ebrietas omnium uitiorũ mater 1.146
ebrietas iræ, amoris cæci, concupiscentiæ 1.652 p
ebrietas sanctorum quæ sit 1.150 p m
ebrij oẽs statuarũ adoratores 2.822 p
ecclesia domus dei 1.517 m
ecclesia quomodo domus dei 1.598 m
ecclesia una & infinitæ per orbem dispersæ 1.576 p
ecclesiam super quem dicat esse fundatam 1.79 p
ecclesia non super Petrum tantũ, sed super quẽcunq; perfectum 2.38
ecclesiarũ fundator Paulus 2.708 f
ecclesiæ angelis creditæ 2.254 p 255 f
ecclesiæ principes quis, & quomõ debeant eligi 1.286
ecclesia duplex quæ 2.270 m
ecclesia una uera, & qb. nixa 2.1001 f
ecclesia una in qua conueniunt & lucent scripturæ diuinæ 1.145 m
ecclesia nomine filiæ Pharaonis intellecta 1.67 m f (2.105
ecclesia quomodo fiat spelũca latronũ
ecclesiæ et synagogæ dissidiũ 1.214 m f
ecclesiæ insidiatorũ malignitas 2.231 f
ecclesiæ pugnæ & opus 1.581 (1.588 f
ecclesiã dei per quos affligãt dæmones
ecclesiam impossibile esse purgari à zizanijs 1.367 p
ecclesiæ ministris ac rectoribus quid agendum 2.734 m
ecclesiæ totum corpus unà redimendũ, & quando 2.666 f
ecclesiæ dispensatores qualiter rationẽ de ea reddituri 1.667 p m
in ecclesiam admittendorũ, alius olim atq; iam professorum ordo 2.814 f
in ecclesia qui primi, qui secũdi, & qui postremi obtineant locum 2.482 p
in ecclesia qualiter plurimi conueniãt 1.35 f & seq. (191 p
de ecclesia exire dupliciter 1.188 m f
de ecclesiæ cœtu separari quãta ignominia 1.733 p
in ecclesia q lupanar ædificet 1.727 p
ecclesiastes unde appelletur, & quis sit uerè ecclesiastes 1.563 p
ecclesiastes etiã Salomõ dictus 1.562 f

ecclesiastes liber quid doceat 1.560 m
in ecclesiaste quid doceat Salomon to.1 559 m
ecclesiasticus ordo in in quo consistat 1. 577 p
ab ecclesiasticis muneribus excludebãtur olim criminosi 2.814 f
ab ecclesiasticis dignitatibus etiam nuptiæ repellunt 2.262 m
edõ quid significet. 1.272.82 f 874 m
efficacia quid 2.687 p m
eglon rotatus uel orbita interpretatur 1.386 m
electio principum ecclesiarum qualis 1.286
electionis causa quisq; suæ 1.251 p
de electione, opiniones hæreticorum 2 538 p
electionis causæ Paulo à deo datæ 2. 538 p
electi Christi qui sint 2.173.470 p
de electis in scriptura numeratis quid sentiendum 1.871 m
electorum dei qualis futura distributio 1.317 m f
electrum argento & auro precisior, et quo in significatũ positum 1.695 m
eleemosynã mũdã quã uocet scriptura 1.292 f 1.611 m
eleemosyna qualiter eroganda 2.711 m
eleemosyna quomodo fiat infructuosa 1.67 p
eleemosynis peccata remitti 1.120 p 2.199 f
elementis angelos principari 1.670 f
elementorum inter se permutatio & transformatio 1.775 m
elephantum natura qualis 2.857 m
elephantis quanta iusiurandi religio 2.854 p
elizabeth mater Ioãnis baptistæ 2.14
elizabeth quid interpretetur 2.328
elizabeth prophetes 2.249 f
elizabeth & Zachariæ laudes to.2 243 m f
eloam uestibulum portæ interpretatur 1.746 f
elom arietantes interpret. 1.362 f
elysii nominis etymologia unde deducta 2.916 p
emendandi qualiter simus 1.76 m
emmanuel quid et quomodo interpret. 1.627 p 866 m 967 p 2.33 p 501 m f 757
enach humilitas, uel respõsio inanis interpretatur 1.365 f
encratitæ hæretici epistolas Pauli reiiciunt 2.879 m
ἐνσιλεχισμὸς uictima quæ 2. 335 f & seq. p & 365 m
ἐνεργείας quomodo sapientia dei Christus dicatur 1. 757 f 759 m
energiam quid Græci uocent 1.921 f 2.687 p
energumini qui 1.821 f
engaddi oculus tentationis interpretatur 1.548 m
enoch cur translatus 2.619 f
enoch libri nullius authoritatis apud Hebræos 1.316 m
neq; in ecclesia etiam 2.876 m
ephesiorum angelus bonus & malus 2. 254 m
ephod quid, & eius usus 1.248 p
ephram quid interpretur 2.472 m
ephrem fructificatio interpret. 1.367 f
ephrem in figurã hæresum poni to.2 146
epicteti in dicendo facilitas ac simplicitas omnibus utilis 2.880 p
epicteti in dolore patientia & dictum egregium 2.924 f & seq.
epicuri hæresis 1.162 m
epicurei duo Celsi, & quibus temporibus uixerint 2.748
epicurei prouidentiæ diuinæ infesti 2. 750 m
epicurei in totum prouidentiam tollunt 2.778 p
epidaurus Aesculapio dicata 2.880 p
episcopi ecclesiarum quomodo fiant 1. 234 f
episcopus uerus Christus 2.134
episcopi qui uocari uelint 2.134 et 163
episcopi pro tota ecclesia rationem reddituri 1.667 m
episcopus non dominus sed minister & seruus 2.182
episcopi præter officium facientes to.1 203 f
episcopi mali taxantur 2.98
episcopis imitanda humilitas Christi 2. 99
episcopatus non principatus sed ecclesiæ seruitus 1.634 m
epistolas apostolicas esse etiam euangelium 2.291 p
epistola sub nomine Pauli ad Thessal. scripta 1.881 m
epistola Barnabæ quæ 2.768 m
epistolam ad Rom. è Corintho missam unde coniiciatur 2.535 m f
epistolæ Pauli quatuordecim 1.333 p
epithalaminum carmen quod 1.542 p 553 m 564 f
eremus quis locus 1.167 f
erinacei animalis ingenium 2.853 f
errare in dogmatibus lõgè peius quam in moribus 2.152
errores unde proueniant in ecclesia t.1 821 m
esaias quomodo uiderit dominum to.1 625 f
esaias quomodo & in quo auxilietur nobis 1.323 m
esaias etiam apostolus 2.486 f
esaias triennio nudis pedibus ambulauit 2.909 m
esaias quomodo occisus 2.692 m
esaias à populo dissectus 2.13
esaiam quæ causa secari fecerit 1.522 p
esaiæ cap. 53. locum quò detorqueant Iudæi 2.765 p
esaiæ audacia quæ 2.692 p m
esau nomen unde dictum 1.42 m
esau & Edom idem, & quid significet 1.272 p
esau Edom cognominatus, & eius progenies 1.410 m
esau genus Idumiæ, eorũ reges ac duces 1.484 m f
esau qualis fuerit, et qualiter instituerit filios suos 1.411 m
esau cur odio habitus 2.681
esau generatio texitur 1.272 f & seq.
escæ animæ quæ 2.26
esdras adiutor interpret. 1.696 p
ætates hominis duæ in scripturis propositæ quæ 2.265 f
ethica id est moralis disciplina quæ 1. 559 p
ethon quæ ciuitas 1.64 f
euangelij uirtus in lege, 1.224 p
in euangelio quid cernatur 2.242 p
euangelia quatuor è multis electa, & tradita ecclesiis 2.241 f
euangelium sensibile & intelligibile 2. 293 p m
euangelij, legis & prophetarum conuenientia, & eadem gloria 1.145 m
euangelium quod sit 2.290 f & seq. 292 f
euangelij, in uniuerso mundo prædicatio 2.158
in euangelio nihil esse legi contrariũ contra Celsi calũ. 2. 959. 2. 558. 2. 914. & seq.
euangelium sempiternum quod to.2 293 p
euangelium iuxta Petrum 2.12 p
euangelium Lucæ etiam ab hæreticis recipi 2.259 f 265 p
euangelium in quo significatũ, & quid contineat 1.99 m
euangelium quomodo unum sit tametsi à plu-

si à pluribus conscriptum 2.957 m
euangelium dei & Christi idem 2. 2.538 m
euangelium onus leue 2.135
euangelij initium quod 2.295 f
euangelium lex spiritualis 2.135
euangeliũ Christi æternũ quod, in quod qui et quãdo inducendi 1.843 p m 2.545. 2.538 f
euangelium tempore Origenis nõdum prædicatũ Britãnis, Germanis Oceani incolis, Dacis, Sarmatis, Scythis 2.158
euangelium secundũ Aegyptios, Apostolos, Thomã, Matthiam 2.241 f
euangelij initium lex & prophetæ 2. 773 f
euangelia multa à multis fuisse conscripta 2.241 f
euangelij literam sequi 2.147
euangelium quando cœptum est prædicari 2.266 p m
euangelij promißiones 2.539 p
euangeliũ respuere eum qui legẽ et prophetas respuit unde probetur 2. 971 m f
de euangelio uiuere quid 2.105
euangeliorum primitias esse Ioannis euangelium 2.291 p m (241 f
euangelium scribere ausus Basilides 2.
euangelij plures diffinitiones 2.291 f & seq. p
euangelium annunciare, sacrificare esse 2.733 m
euangelij corruptores Valentinus & Marcion 2.782 f
cum euangelijs legem & prophetas cõsonare ubi ostensum 2.542 f
euangelij cũ lege collatio 2.961 et seq.
euangelium esse Iesu Christi, et etiam apostolorum quomodo 2.295 f
euangelica turris 2.331 f
ab euãgelica simplicitate nõ deflectẽdũ ob calũnias aduersariorũ 2.231 m f
euangelistarum præcipua cura in enarranda sua historia 2.198 p
euangelistarũ consilium in texenda historia sua 2.361 m
euangelistarum in describendis euangelijs simplicitas 2.810 f
euangelistarum de baptismo Ioannis inter se collatio 2.344 p et se. 346 f
euangelistarum quantus in Christi narranda narranda passione consensus 2.795 p
euangelistarum loci qui uidentur inter se pugnare quomodo conciliandi 1. 359 f. 362 m f (1.564 m
ab euangelistis apacryphi citati, & cur
euangelistarum in euangelio tradendo consilium 2.209 m
euangelistæ munus & officium 2.290 f & seq. p
euangelizare quid 2.690 p
euangelizare Christum quid 2.294 m
euangelizantium pedes qui, & quomodo specioſi 2.680 m f
euangelium ubiq; prædicatum 1.34 m
euangelia quibus uetera sint 1.224 m
eucharistia, gratiarum actionis symbolum 2.947
eucharistiæ percipiendæ uel explicandæ ratio difficilis 1.210 m
eucharistia qualiter percipienda 1.188 f. 210 m
ad eucharistiam quàm pure accedendum 1.530 p
euchei Idumæi fuere 1.410 f
euin beluinus seu ferinus interpretatur & quid significet 1.297 m
eunomij dogma furtim interpositũ libris Clementis 1.880 m
eunuchi ueri qui 2.77
eunochorum tria genera 2.76
euphrates Ophianorum impietatis autor 2.888 m
eutropius philosophus quomodo factus Christianus 2.954 m
eutropij cupientis fieri membrum ecclesiæ fidei confessio 2.1001
exactores nostri qui 2.284 m
exaltationem præcedere humilitatem 2.208 f
excelsa quando loquenda 1.406 m
exercitibus terrenis angelos præesse 1. 251 m
exercitus cœli quis dicatur 1.260 f
exire bene uel male 1.191 p m
exire à facie dei, à uirtute etc. 1.191 p m
existentes qui, & contrà 2.318 p
in Exodũ Origenis cõmẽtaria 2.840 f
exomologesis quid 1.499 m
exomologesis peccatorum confessio 1. 527 m
exploratores mittuntur in terrã Chanaã, & qd referãt ex ea 1.219 f et sc.
exploratores missi in Hiericho quid significant 1.324
exterminator angelus quis dicatur 1. 815 m
per extispicia diuinationes 1.260 m
extispicia cur Christianis prohibita 1 260 f & seq.
ezechiel imperium dei interp. et quod Christi figuram gerat 1.697 p
ezechiel quomodo & in quo nos iuuet 1.323 m
ezechielis prophetæ principia & finẽ nõ legi apud Hebr. nisi ab ætate perfectis 1.554 p
in ezechielem quot scripserit homilias Origenes 1.693 m

F

A Fabis Pythagoreos abstinere 2. 872 m
fabrilis scientia à deo 1.270 m
fabulæ in religione apud gẽtiles quæ 2. 750 p
fabulæ Græcorum quales 2.842 p
à facie dei qui exeant 1.105 m. 191 p m
faciem lauare in ieiunio 2.514 p m
facies suas quomodo exterminent hypocitæ 2.513 f (703 p
ex factis iustificatio & condemnatio 1.
facundia Platonis quæ 2.750 m
fames spiritualis, & quando futura 1. 509 m (f & seq.
fames quos dicatur obtinere 1.53
fames quatenus opus dæmonũ 2.939 p
fames uerbi quàm cauenda 1.387 m
aduersus famem remediũ 2.673 m f
famis dies qui 1.508 f
famis tempore quomodo iustus saturetur exempla 1.589 p
familiæ quæ 1.204 f
famulus dei quis 2.589 p
fana Aegyptiorum qualia 2.803 f
fato qui se consecrent 1.657 f
ex fati necessitate omnia pendere impium dicere 1.657 f
fatuus quis 2.821 p
fatuum dei quomodo sapientius sit hominibus 1.663 f
felem adorasse Aegyptios 2.803 f
femorum appellatione quid intelligat scriptura 1.59 p m
femorale quale indumentum 1.166 f
femoralia linea in sacerdotibus quid designent 1.131 p 148 m
feneſtræ sensus corporales dicti 1.615 p
per feneſtras prospicere quid 1.552 p
fera in ecclesia quæ 1.123 f & seq
fermentum quid 1.139 f & seq.
ferocia qualiter extinguatur 2.660 m
festiuitates quatenus deus probet, & contrà 2.365 m f
festiuitates Christianorum quales 2. 366 m
festiuitas indesinenter quomodo agenda deo 1.288 m
festiuitatem quomodo generemus deo & angelis 1.287 m f
festiuitates qualiter celebrandæ 1.291 526 m
festus dies perpetuus Christianis, non uuus 1.37 p
festum quid, & quis uerè festum celebret

bret 2.936
festum perpetuũ Christianis in uita æterna 2.936 m
festa gentilium quæ,& ad quid inducta 2.936 p
festa Iudæorum plura 1.169 p
ficui quæ comparentur 1.552.2.174
fides 2.142
fidei uis 2.13 f.14 p.486 p m.596 f
fidei magnitudo 2.485 m
fidei initia, elementa ecclesiæ 1.389 m
fides an sit opus 2.433 f
fides gemina 2.710 p
fides uera quæ, & in quo sita 2.685 f
fides recta & peruersa 2.976 f
fidei rectæ confessio 2.955 f & seq.
fides iustificationis initium 2.596 f
fides syncera sola per Christum iustificat 1.127
fides saluifica ac inuiolabilis 2.992 p
fides falsa 2.728 p m
fides infirma & perfecta 2.604 f
fidei lex 2.599 m.594 m
fidem rectam hæreses & falsitates obscurare 1.222 m f
fide apud deum nihil acceptius 2.518 f
fides nostra in quo consistat 1.872 p
fides quæ mortua 2.428 m
fides quãdo reputata est Abrahæ ad iustitiam 2.597 f
sine fide quicquid fit,peccatũ 2.728 p
fides sine diuina uirtute nihil potest 2.14 p
ante fidem iustitia nulla 2.597 m
fides auro comparata 1.98 p.110 m
fides sola causa salutis 2.590 f & seq p
per fidem quomodo saluemur 2.693 f
fidei gratia per spiritum fidei quæ 2.190
fides donum dei 2.409 p
fidem omnem quis habeat 2.485 m f
per fidem qui ambulẽt 2.409 m
fides in deum quomodo sit perfecta 1.817 m
fidei regula ab apostolis tradita to.1 749 f
fides initium & fundamentũ salutis .2 604 f
fides Centurionis 2.518 p m & seq.
fides hæreticorum qualis 2.956 p
fides Chananæa 2.524 p
fidei catholicæ defensio contra Marcionistas 2.955 & seq.
fidei ecclesiasticæ articuli qui 1.858 & seq.
ad fidem quo medio ueniant credentes 2.254 f
pro fidei mensura seu ratione dona gratiarum distribui 2.709 p & seq.
fideles quæ gentes impugnent 1.394
fideles per quos affligant dæmones 1.588 f
fideles suos omni natura meliores esse uult Christus 2.109
fidelium gloriam ex reprobatione infidelium & pœna commendari 1.222 f
fideles esse possessionem dei 2.265
fideles etiam grauia peccata committere 2.558 p
fideles quomodo membra Christi 1.59 p.60 m
fidelium maximus numerus persecutionum tempore uiget 1.691 m f
fidelium securitas ac fiducia 1.198 m f
fide iussore non esse opus apud deum 2.522 m
fidere in deum quis dicatur 2.593 p
fiducia unde procedat 2.141
figura quantum distet,& quatenus respondeat ueritati 2.988 m f
figuris scripturas propheticas esse plenas 1.835 f
filius dei unus à quo plures filij constituuntur 1.870 m
filius dei sermo factus ad prophetas 2.456 p
filius dei quibus modis se declaret 2.230 m
filius dei sapientia 2.173
filius dei quomodo à patre generatus contra hæreticos, & quòd non est prolatio patris 1.844 m
filius dei quomodo glorificet patrem 2.495 m f
filij dei generationis modus 1.868
filius hominis Christus quomodo sit 1.696 f
filius dei λόγος 2.321 m
filij dei à patre generatio qualis to.2 503 f
de filio dei uerbo quid Plato scripserit 2.882 m
filium dei ex patre natum, & unius cum patre substantiæ, alienum uerò à substantijs creaturarum 1.867 & seq.
filius dei sine patre ut splendor sine lumine nunquam esse intelligendũ est 1.861 f.862 f.863 p
filij dei coæternitas atque à patre inseparabilitas asseritur 1.862 f & seq.
filij dei eadem bonitas quæ & patris 1.759 f & seq.
filium dei denegare nunc, peccatum irremissibile 2.220 f
de filio dei dubitare an sit Christus opus diaboli 2.217 m
filij dei nomina & attributa 1.754 f & seq.
filium hominis quur se nominet Christus 2.119
filij dei quomodo simus 2.442 m
filij seculi huius quomodo prudentiores dicantur filijs lucis 2.707 f
filij diaboli qui 2.194 m
filius gehennæ quis 2.139
filij dei quomodo efficiamur 1.878 m
filij dei fide efficimur 1.666 p
filij dei dispersi qui 2.469 & seq.
filij spiritus qui 1.26 m
filij tonitrui qui dicti 2.238 f
filij dei proprietatem & essentiam aliam esse à patre quidam aberrantes dixere 2.312 m f
filij resurrectionis 2.194 m
filij dei quomodo fiamus 2.448 f & seq.
filij Israel quando & cur traditi sint in manus hostium suorum 1.383 et seq.
filiorum Israel profectio ex Aegypto 1.77 p & seq.
filius dei non potest sine patre intelligi,sicut nec splendor sine lumine est 1.844 m f
filius dei quomodo sit in patre to.2 350 m
filium dei quomodo excellat pater 2 323 p m
filius hominis aget in corde terræ tribus diebus &c.quomodo 2.498 m
filius lucis quis 2.321 f
filij Ioseph sponsi Mariæ qui 2.248 f
filij dei & diaboli 2.436 p
filij dei quomodo multi & unus to.2 661 p
filium perditionis à deo mitti, & cur 2.326 f
filiæ secundo loco succedant post filios 1.284.285 p
filiarum Lot incestus quomodo excusetur 2.840 p m
cum filia cõcumbere quantenus indiffẽrens apud græcos 2.840 p
finees factum quomodo in usum nostrũ conuertendum 1.281 f & seq.
finees duo, & duæ huius nominis interpretationes 1.403 p
finis mundi rerumque omnium to1. 611 m
finis quando futurus 2.159
finis legis quomodo Christus 2.686 p
finis cuiusq; rei ad quem tendunt omnia 1.534 m f
finis nomine perfectionem significat 2.691 p
finis quo in significatu ponatur 1.52 p

finis talis quale initium quomodo to.1 768 m
fino oris portio interpret. 1.314 m
firmamentum quid 1.501 f
firmamentum cur uocetur cœlum 1.p.1 m f 2 m
firmamentum unde cœli nomen mutua uit 1.780 p
firmamentum cur à deo creatũ, & eius usus 1.502 m
flagella dupliciter hominibus præparari 1.539
flagella de impijs dici 2.612 p
flagellis emendari peccatáque solui 1. 529 m
flagellis dei etiam impios proficere 1. 70 f
flagellari quàm utile, contrà non flagellari periculosum 1.529 m
flammæ qualitas 2.315 f
flammæ ministri spiritus 2.736 m
flumina Babylonis 1.253 f
fluminibus uirtutes angelicas præesse 1.371 f
fluminum differentiæ in scripturis 1. 746 m
fluuius igneus quis 2.271 p
fœminarum encomium 1.397
fœminarum impudentia 1.276
fœminas quasdam inter animatia sine maris congressu parere 2.758 f
fœminæ in ecclesia ministræ, & quales assumendæ 2.737 f
per fœminas carnem intelligi 1.65 f
fœminas etiam laborare debere pro ecclesiis, & illarum officium 2.738 m
fœnus uerbi dei 1.510 p
fœneratores pecuniæ dominicæ 1.509 f & seq.
fœneratur deo miserens pauperis 1. 407
fœno quos & quid comparet scriptura 1.496
fons iudicij ubi 1.272 f & seq.
fons & ciuitas solis quæ, & quid significet 1.363 p
fons aquæ salientis in uitam quis, et quibus tribuatur 2.385 p m
fontibus uirtutes angelicas præesse 1. 371 f
fontes proprium suum motum habere 1.803 f
formam armatos uincere 1.276 p
forma mentita ac fucata Christum apparuisse dicunt hæretici 2.987 f
formæ duæ in Christo 2.213 p
forma serui in Christo quæ 1.870 f
formicarum ingenium, & qualiter condant fruges 2.852 m. 853 m
formido animæ languor 1.312 m
formidinis quantum crimen 1.397 f
formidolosus quis 1.396 f
fornicatio corporalis et generalis quæ, & utraque quàm execrabilis to.1 277 m
fornicatio à fornicatione differens 1. 724 f
fornicatio animæ generalis 1.184. 277
fornicatio uiri unde procedat 1.526 m
fornicatio populi cum Madianitidis 1. 276 f & seq.
fornicationis filij 1.277 f
fornicatio Israelitarum impietatis merces 1.279 m
fornicationis spiritus diuersus ac multiplex 1.355 m
fornicationem qui fugiat 2.163
fortis domus quam ingressus est Christus quæ 2.639 p
fortitudo quid profiteatur 2.576 p
fortitudo in quibus habenda 2.520 f
fortitudo indifferens 2.611 p & seq.
fortitudo inter uirtutes philosophis 2. 786 m
fortitudo nostra Christus 1.407 m
fortuna quid paganis 2.950 m
frater sine liberis mortuus fratris acciat uxorem 2.123
de fratre qualiter sentiendum 2.713 p
fratres Christi qui 1.181 p m
fratres omnes quomodo sumus 2.719 f
fratres Christi qui, & unde efficiantur 2.496 f & seq.
fratruelis quis uocetur 1.547 f
fraternus quis 1.595 m
fructuum tempus 2.112.113 & seq.
fructus spiritus quis 1.237 m
fructus bonos & malos docet scriptura 2.644 f
fructus malos non esse nostros, & cuius sint 2.645 m f
fructus spiritus nobis præcepti qui 1. 509 p
fructuum cõgregatio in regno dei quæ 1.234 p
fructificatio gemina, & quæ 1.369 p
fructibus præesse quasdam uirtutes cœlestes 1.711 p
in fucum inducentes mulieres 2.513 f
fuga bona & mala 1.397. 2.163
fuga in persecutione 2.471 p m
fuga non permissa solum sed & iußa Christiano 1.397 m
in fuga perfecta uirtus 1.338 p
fugiendum quomodo & quando 2. 164 & seq.
fulgur & lucifer in quo conueniant 1. 696 m
fulguri lucifer à Christo comparatus 1. 767 m
fulgurum causæ ex consideratione naturalium 1.662
fulgura qualiter & unde generentur 1. 662 f
fullones sapientes mundi dicti 2.51
fundamenta prophetæ & apostoli quo modo 2.236 m
fundamẽtum cœlestis Hierusalem quod 1.340
furem diabolum iuste ex euangelio dici 2.180
furoris malum 1.149 f
furtum quod, & quomodo fiat 2.984 f
furta unde nascantur 1.816 f
furtum diaboli pecunia 1.83 f
futura prænoscere non expedire nobis 1.261 f
futurorum præscientia quomodo neq; bona neq; mala 1.259 f & seq. p
futurorum præscientia quomodo sit in differens 2.856 f
futura quomodo cognoscebant Iudæi, & quomodo gentiles 2.758 p m
futurorum prædictionis ueritas ex euentibus iudicatur 2.780 m
futura pro iam factis apud deum haberi 1.519 m
futura quæ uult deus, ideo non curanda 1.330 m
futurorum prædictio, diuini sermonis character 2.882 f
futura quo instinctu præuideant Christiani 2.761 m

G

Gabaonitarum dolus tractatur 1. 344 & seq.
gabaonitæ persecutorum pro euangelio figuram tenent 1.346
gabriel quid interpretetur 2.509 p
gabriel humanitatis Christi semper minister 2.999
gabrieli bellorum prouidentia comissa 1.772 p
gadara ciuitas Iudææ 2.351 p
galbanum quid, & eius uis contra serpentes 1.172 p
galilæa quid interpretetur 2.238 f
galli cantus quale tempus 2.220 f
gallinarum oblatio pro mundatione leprosi quid designet 1.163 p m
galerum orci adhibere prouerbium 2. 770 p
galactophagorum nihil extare scriptum 2.751 m
galgat tentamentum siue constipatio

interpretatur 1.314 p
garizin quid interpretetur 2.389 p 2.388 f
garizin mons benedictiones habet 1. 341 f
gasiongabis consilia uiri interpretatur 1.314 p
gaudium uerum 1.404 f
gaudij primitiæ, & quod uerum gaudium, quod secus 1.237 f
gaudium cordis fructus spiritus 1. 620 m
gaudia profusa et inania unde 2.452 p
gaudium fidelium quale 2.712 f
gaudere deus quomodo dicatur 1. 288 m
gaudere in domino aut secus 1.404 f
gazor constructio interpretatur 1. 369 p
gazophylaciũ in templo quid 2.420 p
gebal mons habet maledictiones 1. 341 f
gedeon an tentauerit dominũ, signa petendo 1.395 p
gedeon quomodo liberet populum, & de signis ab eo petitis 1.394 f et seq.
gehenna quid sit, & quibus assignata sit 2.971 f
gehenna cur & quibus præparata 1. 674 p
gehenna & uallis Eunon idem, & quòd accipiatur pro pœnis & tormentis purgatorijs animarũ 2.887 m f
gehennæ supplicijs libidinis opera corripi 1.695 m
gehennæ filius quis 2.139
gehennæ igni qui purgandi 2.702 f
gehennæ duplo quomdo quis efficiatur filius 2.449 f
gelmondeblathaim contemptus ficuũ interpretatur 1.314 f
de gemmis qui tractarint 2.6 p m
genæ animæ quæ 1.590
in genis pulchritudinem mulierum relucere 1.546 m
genealogia Christi quomodo diuersè ab euangelistis narretur 2.274 m f
genealogias obseruantes taxantur 1. 657 f
generatio filij dei qualis 2.503 f
generatio æterna filij dei est, ut splendor ex luce generatur 1.756 p
generatio perfectorum 1.101 m
generationis tempus in homine 2. 113
generationis nostræ ac regenerationis modus 1.688 m
generationis opera gehennæ supplicijs corripi 1.695 m
quot generationes sint ab Adam usq; ad Abraham 1.657 f
generationes duæ quæ 2.176
generationes benedictæ & maledictæ 1.277 f & seq.
geneſis principium non legi apud Hebræos nisi ab ætate perfectis 1. 554 p
geneſis libri scriptor Moyses 1.318 f
geneſeos secreta apud Aegyptios diuina 2.569 p
in Geneſeos explanationem quid præstiterit Origenes 2.906 m f & seq.
in Geneſeos librum Origenis commentaria 2.836 p. 838 m
genethliacorum disciplina à Chaldæis profecta 2.906 f
genij boni, dei internuncij 2.810 p
genij terrestres qualia sortiti nomina 2.753 f
genios malos elici arte magica ac carminibus 2.789 m
gens quando propter peccatum punitur 2.145
gentis nomen quatenus obtineat quæuis natio 2.469 m. 691 f
in gentem magnam fieri quid 1.52 p
pro gente sua liberanda multos se morti tradidisse 2.656 m f
gentes per pullum asinæ intellectæ 2. 2.102. 373 f
gentes quomodo ad iudiciũ Christi omnes congregandæ 2.525 m f & seq.
gentes quid amplius aut minus habeant Iudæis 2.572 p
gentes esse cohæredes Christi quale mysterium 2.333 f
gentes quibus rationibus confutandæ 1.76 f
gentes quomodo factæ filij 2.524 p
gẽtes nouissimæ quomodo factæ primæ 2.88
gentes per siccitatem designatæ, & unde humorẽ traxerint 1.394. 2.736 p
gentium expectatio Christus 1.59 p m 2.523 m. 764 m
gentium lux quæ 2.323 f
gentium uocatio ubi à Ioanne prædicetur 2.268 m f
gentium uocatio quando exorsa 1. 691 p
gentium distributio angelis qualis 1. 371
gentium plenitudo 2.107. 697 f
gentium ecclesia in quo significatu 1. 67 m f & seq.
gẽtium uocatio, ac receptio in eccl siã 1.856 m
gentium idololatrarũ leges, Christiano transgredi licitum 2.746
gentium plenitudo quibus comparata 1.578 p
gentium impiarum nomina in scripturis ad malos angelos referri 1. 234 m
gentium fidelium typus asini in script. 1.353
gentium singularum principes spiritales 1.820 f
gentibus esse saluti peccatum Israel 1. 744 p
gentiles uirtutes etiam excoluisse, & bene operatos 1.236 m
gentiles in quo laudabiles & uituperabiles 2.557 f. 2.569 p m
gentiles quoq; non excludi à præmijs rectè factorum 2.553 m
gentilium dicta sapientia quomodo nõ spernenda, sed in usum nostrum conuertenda 1.106 p
gentilitatis error unde sumpsit exordium 1.382 p m
genuflexio quid declaret 2.722 f
genua cui, & in cuius nomine flectenda 1.381 m
genus electum olim Iudæi 1.418 m 2.834 p
genus non prodesse absque uirtute 1. 713
genus illustre multum conferre ad nominis claritatem 2.755 m
geometria ars à deo 1.270 m
geometriæ artis finis 2.242 m
geometria ars quæ 1.820 m
geometriam qui spiritus inspirent 1. 821 m
geometricæ speculationes quales 2. 746 m
geometrarum in dimetiendo ratio 1. 10 m
gerara quid interpretetur 1.44 p
gerasa urbs Arabiæ 2.350 f
gergesa urbs, & eius situs & interpretatio 2.351 p. 364 f
in uoce Gergesa unde tanta uarietas et corruptio apud euangelistas 2.350 f & seq. p
germanis occani incolis nondum fuerat prædicatum euangelium tempore Origenis 2.158
germinibus quoq; angelos præsidere 1.670 f
gerson quid interpretetur 2.351 p
gesta cum bonorum tum malorum cur uoluerit describi deus 1.251 f
getarum deus Zamolxis 2.808
getarum sapientes nihil dimisisse scriptum 2.751 m

gigas diabolus dictus 1.616 p
gigantei dæmones 2.855 f
gladius peccatorum quis 1.504 p
gladius spiritus, pacificus, quibus ferendus 2.214 p
gladius quis animam Mariæ pertransierit 2.261 f
gladius circuncisorius 1.18 p
gladius uerbi dei qualis 1.199 f. 306 p
gladij usus, & quibus permissus 2.214 p m
gladium quomodo euaginent peccatores 1.504 p
contra gladium terrenum remedia 2.673 m
gloria reuelata & reuelanda quæ 2.663 m
gloria domini quomodo plena sit terra 1.630 m
gloriæ dei splendor Christus, & quòd solus eam comprehendat 2.495 f & seq.
gloriæ dei plenitudo quæ, & ubi inueniatur 1.624 m
gloriæ Christi & Moysi discrimen 2.609 f & seq.
gloriam Christi qui quærat 2.48 f & seq. 453 m & 555 p
gloriam pro gloria à deo recipi 1.294 f
in gloriam dei quomodo omnia facienda 2.939 m f
gloriam qualiter definiant 2.494 f
de gloria plura exempla 2.554 p m
gloriari benè uel male 2.611 p
in quo gloriandum 2.591 m f
quomodo glorificetur deus in nobis 1.630 m
gloriatio uera apud deum in quo 2.733 f
gloriatio sola & unica bona 2.591 m f
gloriationis uocabulum quomodo sumatur in scripturis 2.610 f & seq. p
gloriationes confusione dignæ quæ sint 1.667 m
gnostici quàm arrogantes 2.878 m
gog super tecta interpretatur, & quo in significatu positum 1.267 f
gothoniel responsio dei interpretatur 1.366 m
gothoniel tempus mihi deus interpretatur, & quis fuerit ille 1.384 m
græcia uerbo dei subacta to.2 755 p
græci quos barbaros uocarint to.2 545 p
græci qualiter erga prouidentiam atque prodigia dei affecti 2.784 f
græcorum regni princeps quis to.1 820 f
græcorum princeps quis 1.742 m
græcorum multiplex scientia 1.820 f
græcis & barbaris quomodo debitor Paulus 2.544 f
græcos quos appellet 2.556 f & seq. 557 f
græcanicæ literæ ac disciplinæ quatenus iuuent Christianam religionem 2.747 p
gradum bonum qui sibi acquirant in ecclesia, qui secus 2.698 f
grammatices principium quod to.2 297 f
gratia quid 2.601 m
gratia fidei 2.190
gratia apostolis à quo & cur data 2.541 p
gratia prima & secunda 2.332 m f
gratia qualiter abundet in nobis 2.628 p
gratiæ dei nulla mensura 2.596 m
gratiæ diuinæ capiendæ triplex ratio 2.709 m
gratiæ plenitudo Christi quomodo intellig. 2.508 f
gratiæ sermo qualis 2.707 p m
gratiam inanem qui non faciunt quid consequantur 2.694 p
gratiam quid appellet 2.642 p
gratiam quid uocet Paulus 2.75
gratiam pro gratia quomodo nos accipiamus 2.508 f
gratiam inuenire in conspectu dei, uel alicuius hominis 2.601 f & seq. 707 m
gratiam diuinam promereri in arbitrij potestate situm 2.709 m f
gratias agere deo quid 2.541 f
gratiarũ actio ad deum non moranda post acceptum ab ipso beneficium 2.516 f
gratiarum actiones Christianorum pro cibis ac donis dei acceptis 2.939 f
gratiarũ actiones nostræ ad deum solũ dirigendæ 2.859 m & 861 f
gratiarum actionis symbolum to.2 947 f
gratiarum multitudo merces operis boni 2.694 p m
grauidis abstinendum à uiris 1.23 m
gregorij de angelis opinio 1.751 p
gressus duplex, interioris & exterioris hominis 1.512 p
gressus unde dicantur 1.511 p
grex unus quomodo 2.470 p
gryphem inter munda animalia, nunquam tamen humanis manibus succubuisse 1.839 p
gubernator nauis quis uerè 2.136
gubernatores populi qui, & quomodo debeant eligi ac ordinari 1.286
gustus deliciæ 1.499 p
gustare mortem & uidere quid differat 2.456 m
guttæ alligatura quæ 1.595 m f

H

OMni habenti dabitur &c. quomodo intelligatur 2.190
hæres dei quomodo quis efficiatur 2.662 p
hæreditas Iudæorum terrena futuræ hæreditatis exemplar 1.371 f
hæreditas deficientibus liberis ad quos redeat 1.284 m
hæreses unde procedant 2.640 f
hæreses diuersæ de deo & eius filio 2.313 p m
hæresum utilitas 1.222 m
hæreses aliquot notantur 1.406 m f
hæreses portæ inferorum 1.440 m f
hæreses cui comparet 2.6 f
hæresis nomen quàm studiosè uitandũ 1.858 m
hæreticus homo quis 1.858 m
hæreticorum ingenium, & quibus comparati 1.692 p
hæretici quo spiritu affiati 1.821 m
hæretici antichristi 2.150
hæretici prophetæ antichristi 2.167 p
hæreticorum quorundam rectæ opiniones ac uita 1.156 m
hæreticorũ errores de electione diuina 2.538 p
hæreticorum de trinitate errores 2.690 p
hæretici quos & qualiter sibi fingant deos 1.688 m
hæreticorum in deum blasphemiæ 1.21.187 m. 2.230 p. 533
hæretici scripturæ diuinæ corruptores 1.222 p m. 702. 723 p. 881. 882 & 2.562 m
hæretici scripturas carnaliter interpretantes quò prolapsi sint errorum 1.834 f & seq.
hæreticorum sermones adulterina moneta 1.510 p
hæretici qualiter cauillentur ea quæ Christus gesserit pro salute nostra 2.635 f
hæretici cõfundentes patris & filij substantiam 2.116
hæretici asserentes Christum à prophetis non fuisse prædicatum 2.261 m
hæreticus bonæ uitæ nocentior, quàm qui mala uita doctrinam maculat 1.723 p

hæreticorum conuersatio in specie bona quàm sit periculosa 1.723 p
hæretici uitæ bonitate doctrinam suam ornantes 1.722 f
hæretici Iudæ traditores dicti 2.213 f
hæretici p Chore intelligũtur 1.222 p
hæretici sub nomine Beor intellecti 1. 275 p m
hæretici per currus Ephraim intellecti 2.375 m
hæreticos multa habere euangelia 2. 241 f
hæretici recipientes euangelium Lucæ 2.259 f.265 p
qui hæretici legem respuant 2.124. 344
hæreticorum obseruationes circa cibos 2.727 p
hæreticorum panis quis 2.276 p
hæreticorum de Ioanne opiniones 2. 342 m
hæretici Pythagorizantes 2.651 f
hæretici qualiter corrigendi 2.879 p
halus labores interpretatur 1.312 f
hammonem Iouem in ariete uenerabantur idololatræ 1.75 p
hay chaos interpretatur, & quòd diabolus eius rex sit 1.336 m
quæ in Hay euersione gesta sunt 1.336 & seq.
hebræi uox quid sonet 2.20
hebræorum linguam apud solos Iudæos inueniri 2.835 m
hebræam linguam primã Israelitis perpetuo mansisse 1.234 f
hebræos pluribus uti nominibus 2. 536 p
hebræi liberi, & quomodo in seruitutem redacti 1.52 f
hebræi transeuntes interpretatur 1. 275 f
hebræis quot elementa literarum 1. 207 f
hebræos cur deprimat Celsus 2.551 p m
hebraicæ scripturæ omniũ uetustiores, & quo stylo contextæ 2.926
hebraicarum quæstionum Hieronymi libri 2.241 p
hecate dæmonis spectra 2.748 f
hecaten dæmonem inuocantes 1.92 p
hecatæi historici de Iudæis lib. 2.751 p
helchana quid interpret. 2.68.730 f
heli Arabs siue extrarius interpretatur, et cur punitus sit à deo 1.402 f et se.
helias homo dei 2.326 f
helias quomodo in conspectu dei steterit 1.424 m
helias quomodo temporibus famis fuerit pastus 1.509 p
helias quomodo præcesserit aduentum Christi 2.53.54
heliæ uirtus & spiritus quomodo in Ioanne 2.245 f
helias quatenus fuerit Ioannes 1. 878 p
helias prophetiæ symbolum 2.902 f
heliæ prophetæ secreta quæ uocet 2. 224 p
helim quis locus, & quid interpretetur 1.311.312 p
heliopolis quæ ciuitas 1.64 f
heliphar amicus Iob Themanitarũ dux 1.484 m
her pellis interpretatur, & qualis fuerit 1.138 p
heracleon hæreticus 2.318 m.322 p 332 m
heracleonis interpretatio ubi laudata 2.350 p
heracleonis expositio perstringitur 2. 341 m f.343 f.346 m.349 f
heracleonis in Ioannẽ cõmentaria qualia 2.339 f & seq. p
heracleon animam immortalem negabat 2.413 f
heracliti de imaginibus, & de ijs qui accedunt deos inanimes, sententia 2. 747 f
herbarum uirtutes, & usus hominibus 1.611 p
hercules quis, & quid egerit deo dignũ 2.811 f
herculis amores quàm abiecti 2.805 p
herculem prædatorem Omphale serui uisse 2.924 f
hermes scriptor libri qui pastor dicitur 2.739 f
hermes autor libri pastoris 1.760 f 836 m
hermippus quid de Pythagora tradat 2.751 p
herodes quis fuerit, et qualiter in regnũ Iudæorum irrepserit 1.59 p
herodes cur uulpes dictus 1.622 f
herodes postremus, persecutor ecclesiæ 2.511 p
herodes qualiter diem suum natalẽ celebrarit 1.159 p
herodis opinio de Christo & transmigratione animarum 2.14
herodis crudelitas in innocentes 2. 511 m f
herodis de Christo opinio 2.38
herodis consilium cur destructum 2. 510 p m
herodoti de Aristeo fabula 2.806 p
herodotus de diuisione & libertate uniuscuiusq; prouinciæ 2.869 m
herodotus de dijs gentium testis à Celso citatus 2.747 f
hesiodus quis author, et quid de priscis rebus ac de dijs scripserit 2.835 f
hiatus apud Lucam quid, & in quo loco situs 2.971 m f
hierosolymorum excidium causam cui assignet Iosephus 2.761 f
hierosolymis quandiu steterit sanctuarium 2.95
hierosolymitanum templum à Romanis destructum 2.104
hierosolyma libera quæ 2.30
hieremias quo & quanto tempore prophetauerit notatum 1.643 f 647
hieremias usq; ad captiuitatem prophetauit 1.644 p
hieremiæ ubi & quando factum sit uerbum domini 2.266 p m
hieremiæ præ cæteris prærogatiuæ 1. 644 m f
hieremias pro inimicis orauit 2. 961 p
hieremias quomodo & in quo auxilietur nobis 1.323 m
hieremiam persequendi quæ causa fuerit 1.522 p
hieremias quomodo loco Zachariæ citatus 2.224 p
in Hieremiam quot scripserit homilias Origenes 1.693 m
in Hieremiam commentatus Origenes 1.349 f
hiericho destructio figura consummationis mundi 1.332
hieroboam quid interpretetur 2.389 p
hieroboam ex qua tribu fuerit 1. 52 m
hieroboam uxor quæ 1.105 p
hieroglyphicæ literæ apud Aegyptios 2.569 p
hieronymi laudes 1.748 p m
hieronymi libri Hebraicarum quæstionum 2.241 p
hieronymi prologus in explanationem Lucæ 2.241 p
hieronymus quid ex Origenis operib. uerterit 1.534.841.748
hierusalem quid interpretetur 1.368. 576.582.735
hierusalem interfectrix iustorum 2. 146 & seq.
hierusalem nomine ecclesia significat. 2. 351 m
ab Hierusalem quomodo Sodoma iustificetur 1.729 & seq.
hierusalem quæ, & quibus sit domus libertatis 1.90 m

hierusalem terrenam cur deus tolli uoluit 1.175 p
hierusalem destructio 2.95
hierusalem destructio quando facta 2.160
hierusalem quo tempore, & à quibus, & cur destructa 2.778 m
hierusalē quomodo dimissa ac destituta 1.677 m f
hierusalem quatenus sumus 1.715 f
hierusalem cœlestis quæ, & quomodo mater nostra 1.179 m
hierusalem cœlestis mater nostra, & qui eò uerè perueniant 1.563 p
hierusalem cœlestis per terrestrem designata 1.316 m
hierusalem terrena & cœlestis 1.840
hierusalem cœlestis per terrenam adumbrata 1.371 f
hierusalem cœlestis animarum mater 1.582 m
hierusalem superna 2.95
ad Hierusalem cœlestem accedere 1.218 f & seq.
hilarius Pictauiensis librum à se scriptum, & ab hæreticis corruptum quomodo repurgauerit 1.882 f
hilarij in Matthæum commentaria 2.241 m
hippodromi uia, & ubi sita 2.512 m
hircū domino sacrificare quid 1.309 p
hircorum oblationis duæ sortes 1.167 m & quid design. ibid.
duorum hircorum oblatio 1.165 & sc.
hircus oblationis quomodo Christus 1.175 m f
hircum adorabant Aegyptij 2.803 f
historiam scriptura cui comparet 2.506 p
historia Iudaica 2.121
historica cuius rei sint figuræ 2.368 p
historicus sensus scripturæ etiam in plurimis sequendus 1.871 m
historicum tantum scripturæ sensum sequentes perstringuntur 2.695 m
historicum sensum nō consistere in scripturis 1.13 m
historicus scripturæ sensus qualis 1.12 m
hodie semper in deo 2.304 m
hodie quō sumatur in scriptura 2.498 f
hœdi qui dicantur 2.192.526
hœdum offerre deo quid 1.118 p
hœdi in ecclesia qui 1.586 f
per hœdos peccatores signific. 1.587 f
holera qualis cibus 2.48
holeribus qui comparentur 1.496 f
holocarpomata quæ 1.135 m. 143 p
holocausta quæ 1.135 m
holocausta quæ offerant fideles 1.173 p
hominum uita & lux quæ 2.317 m
hominis uitæ tempus 1.809 p
homo quibus constet 2.507 f
homo caro 2.995 m
homines ad uitam creati à deo 2.194 m
homo sexto die creatus 2.232 f
homo uitæ particeps, & iustitiæ capax solum 2.315 m
homo animal omnium rationabilium fragilius 1.861 p
homo uetus & nouus, & quomodo uterq; proficiat 2.634 m. 635 p
hominum diuersi ordines 1.765 m
homo duplex 2.570 p
homo interior & exterior 1.57 p. 654
homo interior qualē & quomodo fortiatur patrem 1.94 m
homo peccati 2.110
hominum iudicium fallax 2.243 m
homo semper mendax 2.447 p
homo rationabilis mundus 2.507 m f
homo quomodo dicitur deus 2.118.119
homo dei quis 2.326 f. 937
hominis uanitas & corruptio 2.664 p
homines quando uenire ante deum dicantur 1.424 f
hominis maior pars quæ 1.520 p
homines omnes quatenus paruuli 1.638 f
hominem quid polluat propriè 2.725 p
homo princeps omnium quæ in terris sunt 1.9 f
hominibus singulis duos angelos assistere 2.254 p m
homo quātum cæteris animalibus præstet contra Celsum 2.849 & seq.
hominum portio in regno dei 1.235 p
homines pij auferuntur ob indignitatem populi 1.387 p
homines peccati qui dicantur 2.937 m
hominem peccati à deo mitti, & cur 2.326 f
hominis uera uita & mors quæ sit 2.444 p & seq.
homo qualis fuerit Iob 1.410 f & seq.
homicidæ qui, & quid nos faciat homicidas 1.216 f
homicida quis culpabilis, & contrà 2.444 p m & seq
homicidæ qui uerè dicendi 2.582 p
homicidium quod, & quatenus sit 2.984 f
homerus in quo laudetur 2.919 p
homero quanto Moses uetustior 2.829 f
homerum cum primis à sua repub. arcet Plato, & cur 2.835 f
honores huius seculi quales 1.509 m f
honorem qui & quomodo quærant 2.555 p
de honore plura differit 2.554 f & seq. p
honorari nos à deo pro rectè factis 2.486 p
hora nouissima quæ 2.91
hora decima quæ 2.330 m
hordeum quale, & eius usus 1.42 f
hortulanus quomodo Iesus 2.532 p
hospitalitatis commendatio 1.21 f. 737
hospitalitatem sectari quid 2.712 m
hostes inuisibiles aduersus nos dimicantes 1.815 f & seq.
hostes oratione uinci 1.297 p
hostiæ quæ, & earum differentiæ 1.135 p & seq.
hostia perfecta & consummata Christus 1.294 p
hostiam qui, & quomodo se offerant deo 1.293
hostiam uiuentem &c. qui deo offerant 2.705 p m
hostiam salutarē qui, et quomodo offerre debeant 1.142 f
hostiæ parientis mulieris 1.160 p m
humanitas quantum &, ubi commendetur à Christo 2.525 p
humanum genus in duas partes diuidi 2.505 m
humana sapere hominem decet 1.731 m
humerale pontificium quid designet 1.99 m
humerorum nomine opera indicari 1.210 m
humilitates duæ, & quæ 1.365 f
humilitas quæ uirtus, & quomodo à philosophis uocetur 2.250 p
humilitas prima exaltationis causa 2.135
humilitas Christi qualis 2.469 m
humilitas peccatoris quanti fiat apud deum 2.818 m
humilitas sequatur peccata 1.732 m f
humilitatis precium exaltatio 2.208 f
humiliationis tempus semper esse 1.175 f
humilibus consentire 2.713 p
hyacinthum aerem referre 1.111 f
hyems seculi 2.635 f
hyena quale animal 1.671 m
hymni soli deo canendi 2.950 f
hyperbaton quomodo soluit 2.543 m
hypocrisis quid 2.144
hypocritæ qui 2.146
hypocritarum ieiunia & opera 2.513 m

hypythiani ficta scripta 2.148
hyssopi natura & proprietas 1.163 p

I

IAbim sensus siue prudentia interpret. 1.351 p.354 p
iaboc ciuitas Seon luctamen interpret. 1.244 m
iacob à luctando dictus 1.42 m.104
iacob cur Israel nominatus 1.560 f
iacob perfectorum operam gerere 1.265 f
causa cur Iacob adhuc in uentre exisseus dilectus à deo sit habitus 1.813 f
iacob quomodo à cæteris gentibus sequestratus 1.255 m
iacob puritate animæ effectum fuisse uas in honorem 2.681 m
iacobus qualis fuerit & eius apostolatus 2.12 m
iacobi liber qualis 2.12 p
iacobum interfecit Herodes 2.97
de Iacobo iusto dicto Iosephi testim. 2.761 f
iacula maligni quæ 1.505 p m
iahel ascensio interpret, & quomodo occiderit Sisaram 1.388 f & se.
iamborum obscœnitas 2.816 f
ianuarius mensis quotus sit apud Iudæos 1.697 m
ἰαὼ quid interpretetur 2.311 f
iaphet dilatatio interpret. & quorum figuram gerat 1.325 p
iared quid interpretetur 2.351 m
idola adorare & colere simulantes 1.92 p
idola ne aut facerẽt aut colerent quàm strictè uetitum Iudæis 2.833 m f
idola ex mulierum manibus facta 1.113 p
idola manufacta nihil diuinum aut sanctum in se habere philosophorum sententia 2.747 m f
idola in Hierusalem uel in Samaria facere quid 1.641 m
idolis similes qui faciunt & adorant ea 2.268 f
idola adorare quando dicamur 1.382 m
idolum facere quid 1.91 f & se.
idolorum prophetæ 2.468 p
idolorum feces qui adorent 1.485 m f
idolorum cultus auaritia dicta 1.382 m
idololatriæ fabricatores poetæ 1.651 f
idololatria Israelitarum & eius merces 1.279 m
idololatriam qualem introduxerit Manasses 1.260 f
ad idololatriam qualiter prolabantur homines 2.313 m
idololatras quibus comparet 1.75 p
idololatræ omnes ebrij 2.822 p
idololatræ mortui, & idolis similes 2.603 m
idololatræ quatenus in lapides conuersi 2.268 f
idumæa terrena interpret. 1.362 m
idumæi genus Esau, eorum reges ac duces 1.484 m f
idumæi filij Esau dicti 1.410 m f
idumæi nunc Arabi dicti, & eorum lingua 1.484 f
idumæi etiam dei cultores 1.484 f
iebusæus cõculcatio interpret. 1.367 m
iebusæi quomodo inter Iudæos habitent ibid.
ieffone conuersio interpret. 1.361 m 366 f
de ieiunio & oratione 2.513 p m
ieiunium pro peccatis 1.321 m
ieiunia prisca 1.176 m
in ieiunio quid faciendum 2.514 p
diebus ieiunij olim legebatur passio Iob 1.409 f
ieiunare, quo alamus pauperes, acceptum deo ieiunium 1.176
cũ ieiunatis nolite fieri &c. ho. 2.513 p & seq.
ieiunabant olim bis in septimana 1.176 m
iephtæ uotum crudele 2.356 m
iesse quid interpretetur 1.56 p.732 p
iesu nomen ubi primum nominatum 1.318 f
iesu nominis interpretatio 2.500 f
iesu nominis excellentia 2.256 p m
iesus nomen sapientiæ 1.629 m
iesus uerus diuisor terræ 1.286 f
iesus quatenus sordidatus 2.256 f
iesu nato omnia pacifica ac unita in mũdo 2.783 f
iesus quomodo crescebat & confortabatur 2.262 f
iesus in quo appareat suscepisse principatum, & de quo Iesu intelligat 1.321 f & seq.
inter Iesu mortem & Hierosolym. excidium quot anni intercesserint 2.830 p
iesum crucifigentes qui 2.96
iesum quis habeat 2.258 f
iesus in quibus aut uiuat aut mortuus sit 1.380 m
in Iesu quis sit, & contrà 1.380 f
iesus ubi, quomodo quærendus, & inueniendus 2.263 p m.264 f
ad Iesum quis ueniat 2.210 p
iesus deitatis particeps, & quid suo aduentu fecerit 2.833 f
iesus Iordanis nomine significatus 2.351 f.353 m
iesus quomodo proficiebat sapientia et ætatè 1.180 f
iesum in missio ab ipso recipi 2.487 p
iesus quando in unoquoq; nostrum exaltetur 1.326 m
iesus Naue quomodo presbyter dictus 1.357
iesu Naue gesta, & quò referantur 1.319 & seq. copiosè
iesus Barabbas dictus 2.226 p
iethro soceri Mosis cõsilium 1.105 p m
ignatius Antiochiæ Episcopus post Petrum secundus 2.247 p
ignatij de Christo dictum 1.557 f
ignem proprium suum motum habere 1.803 f
ignis gemina uirtus, item duplex ignis 1.112 p
ignis peccatoribus deus 1.690 p
ignis pœnitentiæ 1.76 p
ignis iræ dei 2.614 f
ignis æternus qualis 2.194 p.527
ignis æternus, cur & quibus præparatus 1.674 p
ignis gehennæ cur, quando & qualis creatus 2.528 m
ignis æterni pœnam peccatores manere 1.879 m
ignis quomodo deus, angeli & animæ 1.791 f & seq.
ignis dei quid consumat 1.751 f
de igne & pœnis inferni 1.798 & seq.
igne qui mereantur baptizari 1.690 p
ignis mũdi lustratorius quis 2.862 f.864 f
ignis consumens quomodo deus 2.903 m
ignis deus 1.327 m
ignis cuius scriptura memorat quis sit 1.695 m f
ignis supplicium quibus à deo paratum 1.875 m
ignis lustratorius, & quod absumptu rus sit mundum 2.829 f
ignis consumens deus quomodo dicitur, & quid consumat 2.827 p
ignis purgatorius qualis 1.171 m f
igni, Christianorum opera purganda 2.528 m
ignis purgatorius, seu probatorius 1.504 m
igni omnes tradendos, & ignium differentiæ 1.631 m
igni angelos præsidere 1.670 f
ignem præualiturum aliquando cæteris elementis, conflagrationemq; futuram dicunt Stoici 2.952 p

igne

ignem cuiq; proprium quo puniatur 1. 798 p
igneus fluuius quis 2.271 p
ignorantiæ uelamen in cordibus nostris 2.841 f
ignoratio quomodo causa omnium malorum 2.997 m
imago quid 1.537 m.756
imago dei Christus, quæ etiam relucet in homine 1.848 f
imago dei quatenus Christus, & quid nobis conducat 1.757 p
imago dei in homine quæ 2.550 p
imaginem dei quomodo perdant homines 2.546 f
imagines deo indignæ 2.811 p
ad imaginẽ dei quomodo reformemur & simus 1.6 f & seq.
imago dei quatenus resideat in nobis 1. 128 f
imago dei quomodo insit in Christo, & quomodo in homine 1.756 f
imago bonitatis dei quis 2.690 p
imagines quæ deo faciendæ & dicandæ 2.934 f & seq.
imagines duas ab apostolo mõstratas 1. 537 m
imagines rerum spiritualium 1. 537 m
imago dei in homine ubi 1.46 p
imago dei uniuersitatis domina quæ 2. 853 p
imaginem hominis adorare quàm absurdum 2.880 f
imaginis filij dei conformes qualiter efficiamur 2.669 p m
imaginibus nomen dei tribuentes quibus comparet 1.75 p
imago Cæsaris quæ 2.122
imbelles qui 1.300 f. & seq.
imbribus uirtutes angelicas præesse 1. 371 f
imitatores dei quatenus simus 1.533 p
immaculatum nihil substantialiter, neq; naturaliter 1.767 f
immolare deo, & quid immolandum 1. 238 p
immortalitas uita æterna 1.557 p
immundum commune dictum 1.144 p
immunditia in quo consistat 2.726 f
imperiorum gloria quàm fluxa atq; fragilis 1.496 m
imperatores olim infesti Christianæ relig. 2.747 m
imperatiuum pro optatiuo ponere mos scripturarum 1.542 f
Impietas in deum peccare 2.546 p
impietatis Israelitarum merces 1. 279 m
impiorum felicitas ac prosperitas scandali causa 1.59 p
impios hic cur sinat deus impunitos 1. 192 m
impios abundare bonis in seculo 1. 196 m f
impudicitiæ captiui qui 1.558 p
impudicitiam quid extinguat 2. 660 m
inaures deo offerre quid 1.112 f. 113 p
incantationes obseruantes quàm grauiter puniendi 1.485
in incantationibus uim suam nomina quatenus seruent 2.873 m
cum incantatoribus commercium prohibetur à Mose 2.274 m
incantatorum Aegyptiorum miracula qualia 1.246 m f
incarnationis uerbi dei certitudo unde comprobata 1.865 m & seq.
incendij Sodomæ & Phatehontis collatio inepta 2.829 f
incensum cõpositionis quod, & cur sic dicatur 1.171 f & seq.
incesta hæreticorum 2.562 m
incircuncisi qui dicantur 1.330 m
incolæ quomodo omnes 1.540 m
incorporeum nihil esse qui asserant 2. 577 m f
incredulitatis merces 2.604 m
incredulitatis malum 2.13.14
incredulitatis Iudæorum causa quæ 2. 146
incredulitas impedit operationes uirtutum 213
indi quidam patres suos uorant 2. 869 f 870 m
indifferentia quæ, & quò referantur 2. 611 p & seq.
indifferentia quæ apud græcos 2. 840 p m
indigentia uitæ quanta adinuenerit bona 2.850 p
indumentum interioris & exterioris hominis 1.498 p
de induratione cordis hominis 1.807 & seq.
induraſti cor nostrum ne &c. ut interpretetur 1.808 p
quomodo induret deus 2.806 m
industria non sufficit humana ad salutem consequendam nisi diuino adiuta auxilio 1.812 m
quibus inebriemur uitijs 1.652 p
infantiæ tempus 2.113
infans unius diei non est mundus 1. 159 p m
infantes Hebræorum cur occidebat Pharao 2.510 f
infantes in ecclesia qui 1.343 p
infantibus singulis angelos custodes ac ductores tradi 1.371 m f
infanticidia ab hæreticis exorta 2. 562 m
infernus pro aere positus 1.873 p
infernus inferior quis à scriptura nominetur 1.841 m
infernus etiam mors dictus 2.646 m
ex infernis esse 2.426 f & seq.
inferorum portæ aduersus quos non præualituræ 2.38
inferorum portæ quibus non præualeant 2.236 p
infidelis quis dicatur 2.719 p
infideles fidelium persecutores 2.120
infidelium cœtus fugiendi 1.414 p
infideles cur lapides dicti 2.343 p
infidelium mentes quomodo cæcet deus 2.974 f & seq.
infidelitas in mundo quanta 1.691 m
infidelitatis indicium 2.595 p
infirmum quem uocet 2.614 p
infirmus in fide quis dicatur 2.719 p
infirmus quomodo Christus 2.193 m
infirmi ob indignè accedentes ad sacramenta ecclesiæ 1.530 p
infirmos uisitare, est Christum uisitare 2.527 p
ingratitudinis mala 1.808 m. 811 f
inhumanatio Christi 2.507 f
inimici nostri qui, & qualiter prosternendi 1.199 m
inimici nostri quãdo aduersum nos cõfortantur à domino 1.385 p
inimicorum dilectio, similes deo facit 2.438 f. 439 p
inimicus ultimus quis, & quo futurus destruendus 1.829 f 2.615 p
pro inimicis orauisse Mosen, Dauidem, Hieremiam 2.961 p
inimicitias quomodo interfecerit Christus 2.615 f
iniquitas regnum diaboli 2.631 p
iniquitas pro omnibus uitijs ab apostolo posita 2.644 m
iniquitas super talentum plũbi à Propheta sedere dicitur 1.76 m. 81 f
iniquitas à peccato qd differat 2.597 p
iniquitates pronunciare, confiteri est 1.529 m
iniquitatis arma quæ 2.641 f
iniquitas quomodo aliquando iustificet 1.730 m
iniquitas in homines peccare 2.546 p
iniquitas iniqui quomodo super eum 1. 713 p
iniquitatem facientes æmulari quid 1. 406

iniquos æmulantes quid maneat 1. 494 f
iniustitiæ effectus 2.576 m
iniusta etiam quomodo posibilia deo 2.210 f & seq.
iniustus quatenus à deo recipiatur 2. 818 p
innocentia uera quæ, & qualis uulgo iudicetur 1.502 p
innocens manibus quis 2.152
innocentum martyrum memoria in ecclesia 2.512 p
innocentes ab Herode occiduntur 2. 510 f
inopia cur homini à deo data 2.850 p
inquisitio operum in iudicio qualis 1. 233 f
inquisitores morum olim in ecclesia 2. 814 f
insipientiam peccatum dictum 1.520 f
insanire quando dicimur 2.451 f
inspectiua disciplina quæ 1.559 p m
institutio puerorũ ac tyronum olim in ecclesia qualis 2.816
intelligere quæ loquamur, & contrà 2. 469 m f
intellectus super intellectum 2.141
intelligens nemo quomodo 2.580 f
intemperantia qualiter extinguatur 2. 660 m
interficere quid 2.615 f
interpretes scripturæ consulit Origenes 1.121 p
inuẽta nõ reddere simile rapinæ 1.129 f
inuidia ebritate peior 1.150 p
inuidiæ malum quomodo fugiendum 1. 512 p
inuisibile nihil esse qui asserant 2. 577 m
ioachim etiã Sedechias dictus 2.536 p
ioannes quid significet. 2.340.502 p m
ioannis ortus & prærogatiua 2. 347 m
ioannis baptistæ pater & mater 2.14
ioã. natiuitas qualis fuerit 2.245 p m
ioannes quomodo crescebat & confortabatur spiritu 2.252 f
ioannis cibus, & uitæ ratio 2.271 m
ioannes maior Moyse 2.253 m
ioannis animam antiquiorẽ esse quàm corpus 2.326 f
ioannes præcursor dictus 2.350 p
ioannes unde & quò missus 2.326 p m
ioanni ubi & quando factum est uerbum domini 2.266 p m
ioannes minister aduentus Christi 2. 253 m
ioannis de Christo testimonia 2.329 m f. 506 & seq.
ioannem et apud uiuos, & mortuos de Christo testificatum fuisse 2.330 f
ioannes quid in euangelio suo de Christo tractauerit, & quid omiserit, & cur 2.209 f
ioannis doctrina, libertas, & quòd fecerit multa quæ non sunt scripta 2. 273 m f
ioannes prophetarum nouissimus 2. 268 m f
ioannes quomodo Heliæ 2. 337.878
in Ioanne quomodo uirtus & spiritus Heliæ 2.245 f
ioannes bapt. etiam apost. 2.486 f
ioannes angelus dictus 2.322 f.327
ioannes ubi uiderit gloriam filij dei 2.508 m
ioannes quomodo uidit cœlum apertũ 2.762 m
de Ioanne bapt. Iosephi testimonium 2. 761 f
ioãnes apostolus autor apocalypseos 2. 295 f
ioannem apostolum fuisse qui scripsit euangel. unde probetur 2.490 p
ioannes cur Christi tentationem non descripserit 2.276 p
ioannis euangelium primitas esse euangeliorum 2.291 p m
ioannes filius tonitrui 2.38 f
ioannis theologi laudes 2.501 f & seq.
ioannes in insulam Pathmon relegatus ab imperatore 2.97
in Ioannem Origenis expositio 2.230 f 241
iobab inimicitiæ interpret. 1.351 p m
iob quibus temporibus uixerit 1.711 m
iob unde oriundus 1.408 m. 410 m. 418 p. 484 f
iob pater & mater 1.491 p m
amici Iob qui fuerint 1.484 m
iob quintus ab Abraham 1.409 m
iob quæ tria tempora uiderit 1.713 f
iob imitatione fieri 1.711 f
iob filiorum concordia & simplicitas 1.419 m f
iob quandiu afflictus fuerit 1.467
iob passio olim pro consolatione legebatur in ecclesia 1.409 f
iob liber quid contineat 1.815 f
iob liber ex Syro in Hebræum sermonẽ à Mose, & rursum à lxx in Græcum translatus 1.409 p
iob historia ubiq; diuulgata 1.409 p m
ionas quomodo figura Christi 2.638 f
iordanis quid interpretetur 2.266 f 353
iordanis transitus baptismi figura 1. 327 f & seq.
ioseph quomodo uocitatus à Pharaone 1.297 f
ioseph quomodo emerit, ac in seruitutem redegerit Aegyptum 1.53 p m & seq.
ioseph bona pro malis rependit fratribus 2.963 m
ex Ioseph afflictione quanta bona processerint 1.250 m
ioseph uxor & filij 1.323 p
ioseph cur dicatur uir Mariæ 2.499 f
ioseph cur desponsata Maria 2.499 p
ioseph quatenus pater Christi dictus 2. 259 p. 260 f. 263 p
ioseph sponsi Mariæ filij 2.248 f
iosephus quot libris comprehenderit res Iudaicas 2.12 m
iosephus pro antiquitate Iudæorũ quã tos scriptores citet 2.751 p
iosephus causam destructionis Hierusalem cui tribuat 2.778 m f
iosue liber quid contineat 1.319 & seq.
ira quid appelletur 2.556 m
iræ malæ 1.561 m
iræ angelus quis 1.321 p
iræ spiritus uarius ac multiplex 1. 355 m
iræ filij natura omnes 2.449 p. 576. 848
iræ fucus qualis 1.46 p
iræ dandus locus 1.528 f. 713
iram non cadere in deum, & quòd nobis ipsis iram asciscamus 1.382 m f
iram deum non habere, peccatorem autem eam sibi concitare 1. 734 p m
iram quatenus deo tribuamus 2. 848 m
ira dei quæ uocetur in scripturis 2. 545 f
ira dei igni comparata 2.614 f
ira dei magna non puniri 1.651 p
iram dei omnia creata passura 2. 268 p
ira dei ubi, & quomodo reuelari dicatur 2.545 m
ira dei non immoderata, contra hæreticos 1.694 p
iram quomodo dicatur deus inferre hominibus 2.575 m
iram repentinam dæmonuum esse 2. 451 m
ira regis cui comparetur 2.510 f
iracundiæ ebrietas 1.149 f
iracundia quàm acutum ac periculosum uitium 1.501 m
iracundiæ spiritus uarius ac multiplex 1.355 m
iracundia qualiter immolanda 1. 98 m
iracundia aliena à deo 1.734 m

irasci sine causa peccatum 2.83
irasci quomodo dicatur deus 1.15 p
iroth uicus interpretat. 1.311 p
isaac nominis interpretatio 1.26 f 606
isaac natiuitas & ablactatio 1.26 f
isaac quomodo proficiebat & maior fiebat quotidie 2.252 f
isaac immolatio tractatur 1.29 m f & sequent.
isaac duæ figuræ 1.47 m
isaac quis, & quomodo efficiatur 1. 27 m
isaac typus Christi 1.30 f 32 p m
isaac in quo philosophiam naturalem secutus 1.560 f
isaac prouidetur de coniuge 1.35 f & sequent.
isaar mandati adimpletio interpret. 1. 244 p
de Iside fabulam quò trahant 2.871 m
israel quid interpretetur 1.50 m. 234 p 152 m. 840 f. 842 p. 2.30 m. 327 m
israel quis 1.261. 563 p
israel unde nomen acceperit 1.560 f 677
israel quomodo primogenitus 2.470 p
israel quomodo pars domini 1.53 f
israel nomen & ad Iacob, & ad eius posteritatem referri 1.711 m
israel carnalis 2.30
israel quatenus amicus deo & inimicus 2.703 m
israel olim pars domini, nunc repudiata 697 f
israelis uocatio ac reiectionis causa 1. 856 m
israel quando saluandus 2.110.214 690
israel pro Iudæorum populo positum 1.692 p
israel quatenus populus dei, & contrà 2.365 f
israel qui uerè appelletur 1.111.234 255.261.2 677. f 693 f
Israelitæ primi, quo facti nouissimi 2.88
israelitæ quid habeant residui 2. 697 m
israelitæ sacrilegi 2.683 f 685 m
israelitica gens qualiter olim instituta à deo, ducta atq; castigata 2.868
inbileus annus 2.91.211
iubileus annus remissionis 2.19
iubilatio quid indicet 1.333 m
iudæ nominis interpretatio ac benedictio 1.58 p. 61 p
iudæ tribus regalis collocatio castrorũ 1.202 m
in Iuda regalis ordo designatus 1.187 f
iudæ principatus deficiens certiss. aduentum Christi designat 1.832 m f
iudas quomodo homo pacis fuerit 2. 484 m
iudas quomodo uocatus fuerit apostol. 2.537 m
in Iudam quomodo satanas ingressus 2.492
iudæ pedes iesum non lauisse 2.475 m
iudæ pœnitentia qualis 2.222 223 p m & 489
iudæ traditores hæretici 2.213 f
iudas Galilæus seditiosus 2.121.760
iudas Galilæus Christus à quibusdam dictus 2.271 f
iudæ epistola 2.12 m
iudæa quæ, & quibus sit domus libertatis 1.90 m
iudæa Idumææ finitima 1.362 m
iudæa patria prophetarum 2.12 f
iudæa spiritalis portio dei quæ 1. 255 m f
iudæus in occulto & manifesto quis 2. 289 p. 570. 579
iudæi unde oriundi secundum Celsum, cur exierint ex Aegypto, quam linguam secuti &c. 2.800 f. 834
iudæi quò detorqueant de Christo à prophetis prædicta 2.765 p
iudæi carnaliter scripturas intelligentes quo prolapsi sint 1.834 f
iudæi qualiter legem obseruent 2. 656 f. 657 m
iudæi quam fãmẽ patiantur 1.670 p m
iudæi Christum Dauid filium tantum credebant 2.100
iudæi olim regale sacerdotium, genus electum 2.834 p
iudæi canes effecti 2.524 p
iudæi corporales 2.26
iudæorũ descript. 1.315.499.2.561 m 834
iudæorum gloria & ignominia 1.217 f
iudæorum superstitiosa obseruatio in paschate 2.473 p m
iudæorum de deo errores 1.15 p
iudæorum in Christum iniquitas, & eorum peruicacia 2.1763 m f & sequ.
iudæorum stupiditas in scripturis intelligendis, & quomodo à deo reiecti 2.774 & seq.
iudæorum doctores qui 2.135
iudæorum religionis ac reipublicæ ordo atq; profectus 2.833 f
iudæorum antiquitatem quæ gentes attestentur 2.751 p
iudæorum duritia quanta 2.240 m f
iudæorum pascha quomodo intelligatur 2.365
iudæorum prophetæ, & cur illis dati fuerint 2.758 m f
iudæorum gens quamobrẽ à Romanis sublata 2.464 p m
iudæorum reliquiæ saluandæ 2.95
iudæorum corda inflexibilia 2.240 f
iudæis unde libertas donata uinctum dimittendi 2.225 m
iudaismum in quo taxet Celsus 2. 746 f
in Iudaismo quæ causa sectarum 2. 802 m
iudicium quid 2.142
iudex unde nominetur 2.575 f
iudex iustus solus deus 2.243 f
iudicem esse deum & bonum contra Marcion. 2.969
iudicum descriptio 1.105 m
iudices qualiter in sontes se gerere debeant 2.818 p
iudices dij appellati apud Iudæos 2. 833 f
iudices quomodo apostoli in futuro seculo 1.105 f
iudices etiam in ecclesia quales 1. 384 f
iudices populo dari sæpe secundum cor eius, in furore domini 1. 387 p
iudices in Israel quandiu fuerint 1. 484 m
iudicum liber unde nominetur, & quid contineat 1.384 m f
iudicij ueritas quid postulet 2. 550 m
iudiciorum exercendorum ratio & forma etiam in futuro seculo 1. 105 f
in iudicio qualis operum discussio 1. 233 f
iudicium extremum 1.71.72.796 p m
iudicium nostrum quomodo deus lucidum faciat 1.499 m
iudiciũ futurum etiam philosophi quidam senserunt 1.156 m
iudicium à domo dei incipiendum 2. 72
iudicium in momento futurum ibid.
iudicium quamobrem futurum 2. 101 f
iudicium dei quàm certiss. & quale futurum 2.721 f & seq.
iudicij Christi quis locus & actio 2. 525 m f
iudicij dei forma unde sumpta 2. 721 f
ad iudicium qualiter uenturus Christus 2.525 p
iudicij dies qualis 1.282 p
iudicium quale cuiq; sit futurum, incertum 1.703 p
de iudicio dei fusior tractatio 2.553 m & seq.

iudicium quando futurum 2.826 p
iudicij dies in quo designetur 2.552
iudicia sua per quos exerceat deus 2. 939 p m
iudicia diuina quomodo exerceantur & dignoscantur 1.192 m
in iudicio crescit, qui in scelere crescit. 653 m
iudicium hominum non esse certum 2. 243 m
iudicia hominum præpostera 2.719 f
iudith gesta magnifica & triumphi 1. 397 m
iugum nostrum quod, & quomodo contriuerit Christus 1.200 m
iumenta apud deū quomodo sumus 2. 102
iupiter quàm sceleros us fuerit 2.751 f
iouis pater, & mater, fratres, sorores, proles quoq; ac uitia 2.753 f & seq.812
de Ioue & eius sepulchro fabula 2. 811 f
iouis hortus qualis 2.837 f & seq.
iouis nomine cœli conuexum intelligi 2.872 p
iouis nomine olim deum appellabant 2.841 p
iouem non deum sed dæmonem esse 2. 873 f
à iuramentis temere factis quatenus excusemur 1.123 m
ad iurandum præcipites quidam 2.16
ius persequens an iustus sit 2.465 p
iusti natiuitas læta 2.245 p
iusti & iniusti casus discrimen 1.512 m
iustus quis dicendus 2.628 f
iustus quatenus quis dicēdus 2.580 p m
iustus dei possessio 2.189 f
iustus secundum mandatum domini 1. 499 m
iustus quomodo accusator sit sui 1. 406 f & seq.
iustus multis præualens alijs 1.283 m
iustus quomodo famis tempore saturetur exempla 1.509 p
iustus quomodo dicatur fœnerari 1. 516 p
iustus quomodo Ioseph 2.499 f
iusto omnis creatura famulatur 1.325 f & seq.
iustum esse in conspectu dei & hominum quid 2.243 m
iustum quotidie persecutum 1.518 m
iustum maledicentes quid maneat 1. 510 f
de iusto & bono contra hæreticos 1. 763 & seq.
iusti filij dei 2.470 p
iusti quomodo omnes unus sint 1. 400 f
iusti ambo in conspectu dei, explicatur 2.243 p & seq.
iusti quomodo ut sol fulgebunt 2.4 p
iusti quomodo non derelinquuntur à deo 1.515
iusti per obedientiam 2.629 f
iustorum & iniustorum ac præmij illorum discrimen ubi à Christo monstratum 2.971 f
de iustorum præmijs qualiter persuasi Christiani 2.944 m
iustorum salus apud dominum 1.520 m
iustorum ossores qui 1.503 p
iustos nos quid efficiat 2.8 p
iustos ex comparatione iniustorum claros effici 1.222 f
iustos quomodo non obtineat fames 1. 53 f & seq.
de iustis in scripturis memoratis quid sentiendum 1.817 m
iustitia Christus 1.574 p
iustitia in diebus Christi orta 1.833 p
iustitia omnium aula uirtutum 2.643 f
iustitia unde oriatur 1.277 f
iustitiæ fructus 1.509 m
iustitiæ arma 2.641 f
iustitiæ regnum æternum 2.632 p
iustitiæ corona 1.687 p
iustitia unde cognoscatur 2.576 p
iustitia dei quæ sit 2.586 p m
iustitia quomodo orietur in dieb. Christi 1.378
iustitia quatenus uirtus 2.707 f
iustitiæ ac iniustitiæ à bono iudice præmia reddi 2.969 m
iustitiæ diuersæ & definitiones & usus apud diuersos philosophos 2.874 p
iustitiæ definitio hæretica refellitur 1. 783 m f
iustitia pro omni uirtute ab apostolo posita 2.644 m
iustitia quàm illustris uirtus, & eius effectus 2.831 m
iustitia species generis uirtutū 1.785 m
iustitia ubi iudicium 2.575 f
iustitia quibus & quatenus Christus 2.686 p
iustitia simulata quæ 2.144
iustitia mortua quæ 2.144
iustitia uiuens quæ 1.631 f
iustitia naturalis 2.199 m
iustitia homini accidentalis, posse tamen studio effici iustus 1.863 m
iustitiæ radix 2.596 f
iustitiæ natura 1.351 m
iustitiæ indumentum 2.607 m
iustitiæ seruus quis, & quō 2.642 f
iustitiæ causa in nobis quæ 2.8 p
iustitiæ compos quis 2.315 m
iustitiæ literæ & libri 1.46 f
iustitiæ liber & seruus quomodo 2. 644 m f
iustitiæ causa affligi ac tribulari bonū 1.647 f
iustificari coram deo uel coram hominibus 2.584 m f
iustificari hominem sola fide 2.590 f & seq.
iustificandi initium 2.596 f
iustificandus ante mortem nemo 2. 580 m f
non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens quomodo 2.580 p
iustificatio ex comparatione peccatorum 1.691 p
iustificationis sanctorum exempla quomodo imitanda 1.693 p
iustificationes legis ueteris 1.299 f
iusiurandum non semper seruandum 2.16
iuuentutem qualiter olim abstrahebāt à uana scientia, & ad Christianismum alliciebant 1.816
iuuentutis pestes meretrices 2.833 f

L

LAbia impiorum quomodo arcus 1.504 f
labijs incircuncisus quis 2.568 m
pro labore suo unicuiq; mansionem deputari 1.299 f
lac quomodo uerbum dei dicatur 1. 89 m
lac quid appelletur 2.48
lac in ecclesia quibus detur 2.815 p
lac ecclesiæ 1.389 m
lac moralem scripturæ sensum dici 1. 725 f
lacte quibus opus 2.662
lactis nomine quid intellixerit Paulus 2.719 p
lachis iter interpretatur 1.349 m
lacrymarum natura salsuginosa 2. 876 f
laici 1.137 p
laicus quomodo peccatorum remissionem accipiat 1.227 f
laio oraculum redditum quale 2.780 f
cum lauit pedes discipulorū Iesus quid significauer. 1.635 m f
lampadibus fideles pugnare 1.398 f
languores Aegypti qui, & qui eos patiantur 1.86 m
lapis reprobatus Christus 2.115
lapides uiui qui 1.339 f
lapides repletionis qui 1.113 m
lapides ex quibus suscitandos filios Abrahæ dictum est, qui 2.598 p

lapidibus qui comparentur 1.692 m
tanquam lapis fieri quid 1.83 p m
lapsis insultare quorum sit 2.701 f
laruas quoque nihil non esse 2. 792 m
lasciuiam perimere, hircum sacrificare est 1.309 p
latro in cruce saluatus quos referat 2. 230 f
latronis ingenium, & ausus 2.215 p
lauare pedes discipulorum quis posit in ecclesia 2.482 p
lauacrum regenerationis quod 2. 347
laus dei & domini una 2.249 f
laudare deum immolare est 1.238 p
lazari resurrectio 2.458 p m & seq.
lebadiensium deus Trophonius 2. 808 f
lebbæus etiam Thaddæus dictus 2. 536 p
lebna dealbatio interpret. 1.313 p
lebna candor interpretatur 1.349 p
lectores olim in ecclesia 1.377 f
legiones angelorum militia cœlestis 2. 214 m
leo quomodo Christus 1.58 m
leonis catulo quos comparet 1.262 m
de leonis catulo mirum 1.58 m
leones uoratores hominum immißi ali quando ab irato deo 1.712 f
leo in bonam & malam partem in scripturis sumitur 1.737 m
leonidis sub mortem egregie dictum 2. 779 f
lepræ sex species 1.160 m
lepra peccati in Israel quando curanda 1.214 m f
leprosi mundatio 2.515 m & se.
leprosi quomodo nunc mundentur 1. 636 f
leprosi in anima qui 1.215 p
leprosus diabolus 1.543 p
leui benedicto 1.57 p & seq.
leui quotus filius Iacob 1.205 f
leui etiam Matthæus dictus 2.536 p
leuitæ quomodo pro primogenitis assumantur 1.205 f
leuitarum sors quæ, & quos signific. 1. 282 m f
leuitarum sors & hæreditas quæ 1. 374
leuiticus liber quid contineat 1.114 p f
leges diuersæ 2.684 p
legis anima & corpus 1.836 p
legis finis quis 1.286 f. 2.623 p
legis confirmatio 2.594 p
legis naturalis in nobis uis & efficacia 1.230 m. 2.586 f
legis umbræ 2,623 f & seq.
legis & Prophetarum deum quomodo damnent hæretici 2.259 m f
legis dei officium 2.26
legem esse spiritalem, & quibus 1. 750 f
in lege & sine lege qui sint 2.583 m
leges diuersas in scripturis ostendi 2. 559 m
legem ueterem concubinæ nomine significat. 1.56 f
legem esse regem omnium, Pindari dictum 2.869 f. 871 f
legis & Euangelij non esse eundem Deum, calumniantur quidam 2.27
legis præcepta qui cauillent 2.568 f & seq.
legis ueteris & nouæ unus atque idem deus 2.259 f
leges malæ, non leges dicendæ 2.937 m
liber uitæ, & libri aperti qui 2.538 f
liber obsignatus 2.25
liber signatus, & quis sit dignus aperire 1.747 p
liber signatus cur dicatur 1.245 p
liber Enoch citatur, & qualis sit 1.847 m. 2.351 m
libri diuini putei dicti 1.38 p
libri quos Daniel dicit apertos qui 1. 46 m
liber qui apocryphi 2.13
libri occulti apud Iudæos quid doceant 2.424 p
libri Iamnes & Mambres quis 2. 224 p
libris qui sunt extra canonem scripturæ non utendum ad confirmationē dogmatum 2.148
libri multi in scripturis memorati quorum usum non habemus 1.564 m
liber quis 2.59. 537 p
liber solus sapiens apud gentiles 2. 319 f
libertatem quomodo definiunt gentiles 2.319 f
libertatis domus & mater quæ 1. 90 p m
libertas quatenus uirtus aut uitium 2. 707 f
libertas culpabilis 2.644 f
libertas ex seruitute 1.109 m
libertas quæ detur sanctis 2.537 p
libertas omnis Aegyptijs erepta 1. 52 f
libertatem quomodo assequi posimus 1.109 p m
liberales disciplinas qualiter amplecti curemus 1.107 m
libertus quis, & eius conditio 2. 537 p
liberi arbitrij uis 1.174 p. 64 622
liberum arbitrium cuiq; animæ tributum 1.856 f
liberum arbitrium homini & angelo datum 1.696 m
liberum arbitrium etiam in futuro seculo mansurum 2.639 m
liberum arbitriū in futuro seculo quid tenebit ne corruat in peccatum 2. 639 f
liberum arbitrium ubi designatum 2. 644 m
quæ contra liberum arbitrium pugnare uidentur loca scripturæ 1.805 f & seq.
liberum arbitrium etiam in dæmonibus 1.248 f
liberum arbitrium in homine esse 1. 750 m
libidinis dea Venus 1.382 m
libidinis regnum quomodo dominetur 1.354 f
libidinis opera supplicijs gehennæ coripi 1.695 m
libidinis fucus qualis 1.46 p
libidinis captiui qui 1.558 p
libidinem uincere, uitulum est sacrificare 1.309 m
libidinis angelus quomodo uincēdus 1. 321 p
in libidinosos olim quàm seuera in ecclesia animaduersio 2.814 f
ligare uel soluere frustra quis dicatur 2.41
quæ ligaueritis super terram &c. exponitur 2.68
ligna spiritaliter quid significent 1. 11 f
lingua aurea quæ 1.335 f
in lingua sua & propria unumquemq; Christianum deum orare & laudare 1.336
linguæ cuiq; sua proprietas 1.275 p
linguam primam Hebræam Israelitis permansisse 1.234 f
linguas in Babylone angelos diuersos confudisse 1.234 m
lingua diuina, & quæ sequenda 2. 867 f
linguarum autores 1.234 m f
lineum campestre quid, & quid designet 1.131 p. 148 m
literæ dei quæ 2.305 m
literam legis carnem dictam 2. 542 f
litera legis occidens 1.520 p
litera occidit quid signific. 2.913 f
litera quomodo occidat 2.393 p
literam euangelij sequi 2.147
literarum humanarum studia qualiter amplectamur 1.107 m

literarij qui dicti 2.410 f
liuoris quanta uis & malum 1.788 m
liuor ebrietate peior 1.150 p
liuore eius sanati sumus quid significet. 2. 469 p m
locum quid sanctificet 1.332 p. 136 f. 161
locusta quale animal 2.253 m
locustæ ingenium 2.853 f
locustis comparati dæmones 1.398 f
logium quid designet 1.99 m. 113 m 147 p
λόγος uerbum & rationem significare 2.238 m f
de λογῳ deo, & de λόγῳ qui factus est caro, item de aliis λόγοις 2.313 p m
logices disciplina quæ & quomodo uocetur latinis 1.559 p m
loqui nos à nobisipsis, & alio spiritu suggerente 2.469 m
loth figuram legis gerere 1.23 f
loth cum Abraham collatio 1.19 p m
loth quomodo iustus fuerit 1.222 f
loth hospitalis seruatur ex incendio 1. 21 f & seq.
loth incestus qualiter excusetur 2. 840 p m
loth quomodo incestus crimine liberandus 1.22 f
loth filiæ an ab incestu excusandæ 1. 23 p m
lotus cur iterum lauetur 2.481 p
loxus physiognomicus 2.757 m
lucas Lucius dictus 2.742 p
lucæ laus in omnibus ecclesijs 2.242 f
lucam euangelistam fuisse discipulum Christi 2.957
in lucam Origenis homiliæ 2.241 p & seq.
lucæ euangelium etiam ab hæreticis recipi 2.259 f. 265 p
lucernæ & luminis discrimẽ, & eorum adaptatio 1.185 f
de lucerna templi 1.184 f & seq.
lucerna lex, & prophetæ dicti 1.185 m
lucernæ in ecclesia doctores 1.352 p
lucerna Ioannes 1.185 m f
lucernæ ad spiritum perpulchra comparatio 1.212 f
lucianus unde dictus, & eius martyrium 1.465 m
lucifer & Satan idem 1.696 m
lucifer quis intelligatur, et quomodo de cœlo ceciderit 1.767 p m
lucifer qualis fuerit 2.639 m
lucifer stella 1.744 p
lucifer angelus refuga 1.320 f & seq. p
lucifer quem cecidisse de cœlo prophetа dicit quis sit 1.841 p
lucrum quid uocetur 2.71
luctum uel lætitiam deo quomodo & angelis generemus 1.285 f & seq.
lugere quorum sit 2.557 m
lugere deus quomodo dicatur 1.288 m
in lumbis collectio seminis, & quod initium sint malorum 1.718 f
in Lumbis semen uiri & quid per eos design. 1.526 p
lumen aliud esse quàm illud usitatum, certiß. esse ex scripturis 2.917 m
lumen falsum quale, & qui eo illuminentur 1.378 m f
lumen sanctis deus 1.690 p
lumen dei quod 1.751 m
lumen quatenus & quale Christus 1. 868 m
lumen iustorum quod 2.169
lumen impiorum quod 2.169
luminaria cœli in signa & tempora &c. 1.3 m
luna regina cœli dicta 1.771 p
luna qualis lux mundi 2.301 p
luna an sit animata an exanimis incertum 1.857 m
luna an sit animans non tradi 1.751 p
lunam colentes qui 2.313 m
lunæ nominæ ecclesiam intelligi 1. 240 p
luna ecclesia 1.3 f
luna quomodo una & multæ 1.400 f
luna quomodo auferenda à propheta dicatur 1.866 m
lunam olim Dianæ nomine appellabant 2.841 m
per lunam non dantem lumen quos intelligat 2.169
lupus animal impurum, nunquam in bonam partem sumitur in scripturis 2.856 p
lupi rapaces qui 2.143
lupos uoratores hominum à deo irato immitti 1.712 m f
lustrationem terræ à dijs fieri diluuis græci dixere 2.899 m
lux hominum quomodo Christus 2. 505 p
lux tripliciter sumpta 2.323 p
luces duæ quomodo pater deus & filius 2.323 m
lucem quomodo tenebræ non apprehenderint 2.325 p m
in luce quomodo simus 2.718 m
lucem ueram quam dicat 2.506 f
in luce quis sit 2.205 f
in luce peccare quid 2.221 m
lucem quid aliquoties appellet scriptura 2.324 p
luxuria qualiter immolanda 1. 98 m

M

Maccabaica quid 2.379 p
macedoniæ pastor quis 2.254 p
maceloth ab initio interpret. 1.313 m
macelath principatus uel uirga interpret. 1.313 m
maceriæ medium parietem quomodo soluerit Christus 2.615 f
machabæorum martyres 2.613 f
machæræ petrinæ quibus circuncisus est populus quæ 1.376
madianitarum reges quales, & quid significi. 1.297 & seq.
madianitæ fluxus uel effusio interpret. 1.386 m
madianitæ extra iudicium interpretãt. 1.394 p
de madianitis ultio facta narratur 1. 296 & seq.
magdalena, seu Magnalena quid interpretetur 2.238 f
magdalenæ mirus erga dominum affectus ostenditur 2.529 p & seq.
magdalena in quo imitanda 2.533 m f
magdalum turris interpretatur 1. 78 m
magdalum magnificentia interpret. 1. 311 m
magister in ecclesia 2.482 p
magistri finis erga discipulum quis 2. 481 f & seq. p
magister omnium Christus 2.137
magister quomodo Christus 2.299 p. 304 p
magistros etiam patres dici 2.595 p
magistri infantium 2.561 f
magnanimitas inter uirtutes philosophis 2.786 m
magnetis proprietas 214.
magni in scriptura qui uocentur 1. 181 p
maior in regno cœlorum 2.60.62
magnificat anima mea dominum, expo nitur 2.249 f & se.
in Magica arte præstans Balaam 1. 246 f
magicam artem esse quidem scripturæ docent, sed fugere iubent 1.247 m
magorum disciplina à Chaldæis profecta 2.906 f
magorum genus ac institutionem in Oriente maximè uigere 1.248 f. 249 p
magorum ministri, & quid inuocent 1. 247 m
magorum præstigiæ 1.821 m
magos etiam nomen dei Abraham &c. inuocare in suis incantationibus 2. 834 m f
magos cum dæmonibus commercium habere

habere,et quatenus ars illorum uim ſuam exerat 2.766 f
magos quæ uis pertraxerit ad Chriſtũ adorandum 2.766 f & ſeq.
magorum dona Chriſto quid deſignab. 2.767 p
magi à quibus eruditi 1.48 m
à magis quomodo deluſus Herodes 2.510 m
mali cauſa in nobis quæ 2.8 p
mali natura 2.714 p
mala quæ, & quò referantur 2.611 p
mala ex hominibus oriri cauſa liberi arbitrij 2.975 f.984 p
malum non manare ex natura, & unde irrepat 2.980 p
mali culpam in deum non poſſe reijci 2.979 f & ſeq.
malorum incentores angeli qui 1.321 p
mala augeri & minui pro temporis ratione 2.846
de malo opinio Valentini 2.981 p
malorum cauſam reijcicbant olim in Chriſtianos 2.803 m
de malis ſententia Celſi erronea impugnatur 2.845 f
malorum extremum,non corrigi delinquentes 1.94 m
de malorum poſt mortem pœnis qualiter perſuaſi Chriſtiani 2.944 m
de malorum origine cõtra Marcioniſt. 2.975 & ſeq.
à malo qui uincatur, & quomodo malum uincendum 2.714 m
mala qualiter in nobis generentur 1.41 f. & ſeq.
mala quo atramento ſcribantur 1.538 f
mala relinquens anima an mereatur remiſſionem accipere &c. 2.597 p
ad malum neminem neceſsitate cogi 1.856 f
mala propriè in ſcripturis quæ, & eorum diſcrimen 2.898
mala quæ deus faciat & quæ non 2.898
ad mala uel ad bona quid nos incitet 1.817 f & ſeq.
malorum origo & ſummum 2.846 f
malus unde iudicetur 2.550 m f
mali omnis natura capax præter quã dei 1.863 m
malorum ſummum inuerecundia 2.581 f
malos eſſe natura alios,alios bonos,error 2.878 m
malos etiam bona facere aliquando 2.723 p
mali cur à deo puniantur & corripiantur 1.674 m p
malum quem uocet Paulus 1.785 m
malos etiam conferre uniuerſitati 1.251 m
malis ad quid utatur deus 1.251 m
mali cur puniantur, & quòd merito fiat 1.673 f
malos æmulari quàm perniciоſum 1.496
malitiæ ſcientia qualis 2.820 f
malitiam primum in hominibus ſubſiſtere omnino 2.818 p
malitiam propriè in animantibus brutis non eſſe 2.855 f
malitiæ cauſa in nobis quæ ſit 2.8 p
malitiæ cauſa quiſq; ſuæ 2.847 p
malitia quãdo in homine ſuſcitetur, & quibus modis depellatur 2.579 f
malitia igni conſumenda quibus ſignific. 2.827 p
malitia per ulcera intellecta 1.75 m
malitia quibus utilis 1.251 p
maledicere quorum ſit 2.771 m
maledicendi conſuetudo nimis frequẽs 2.582 p
maledictum quomodo factus pro nobis Chriſtus 2.228 p
maledictionũ dei & diaboli diſcrimen. 1.740 f & ſeq.
maledictio Adamo inflicta omniũ communis 2.838 m
maledict. ſuæ quiſq; autor 2.194 p.527
maledictionẽ dei qui inhonorẽt 1.741
maledictiones legis quales 1.194 f
maledictiones in monti Gebal 1.341 f
maledictiones cur minetur deus 2.137
maledici punitio 1.189 m f & ſe.
maledicos à regno dei excludi 1.190 m
maleficia in Aegypto præ cæteris gentibus 1.486 p
maleloqui quid iudicij ac damnationis ſibi acquirant 1.215 p m
maleuolorum rabies & ingenium 1.854 m f & ſeq.
malleus uniuer. terræ quis 1.653 f et ſe.
malleatores qui & unde orti 1.654 f
mammon auaritia dicta 1.382 p.966
mammon diuitiarum ſeu auaritiæ deus apud Syros 1.382 m
manaſſe nominis interpretatio 2.472 m
manaſſes rex errore magico deceptus idololatra efficitur 1.260 f
mandatum quid 1.100.193.651
mandatum quatenus bonum aut ſecus 2.652 p m
mandatum non poſſe abſq; deo impleri 2.209 f
mandatum maius aut minus 2.128 & ſequent.
mandatorum diuiſio,& quomodo decem ſint 1.90 f
mandata quædam ut fiant, quædam ut non fiant mandari 1.121 p m
mandata ſeruanda ei qui uult ingredi in regnum cœlorum 2.81
mandata quatenus bona uel mala 1.86 p
mandatorum dei obſeruationem in noſtra eſſe poteſtate 1.805 p
mandata dei complere quid 1.244 p
mandata æquitatis regula ſeruari 1.573 f
mandatum lex,præceptum &c. quid inter ſe diſcrepent 1.231 p m
manichæi hæreſis de mundi creatione 2.507 m
manna uerbum dei ſignificaſſe 1.593 m
manna quando & qua die cœlitus datum 1.87 m f
manna in figura & in ueritate 1.215 f
manna uerbum qualiter ſumendum 1.205 p
manſiones filiorum Iſrael 1.77 p m & ſeq.
manſionem unicuiq; ſecundum meritũ operum in cœlo deſignari 1.299 f
manſuetudo pacis fideliſs. cuſtos 1.503 p
mantea quid 2.809 f
manus nomine quid deſignetur 1.102 f
manus cuius rei nota ſit 2.490 f
manuum circunciſio 1.17 f
manus ſanctæ & puræ, & contrà quæ 2.641 f
manus excelſa quæ 1.310 p
manus dextra ſcandilizans abſcindenda quæ 1.335 m
in manus Ieſu pater quomodo dederit omnia 2.476 p m
de manu inimicorum noſtrorum quomodo à Chriſto liberati 2.252 p
manib. quomodo dicatur operari deus 2.900 m
manus eleuare quid 1.104 p m
manus conſummatas quis perfectè habuerit 1.181 m f
manus Chriſti quæ 160 m
manus deo cũ tribuitur quomodo intelligi. 2.310 m
manus Aaron & Moyſi quomodo operentur in nobis 1.309 m
marcion hæreticus 2.166.167
marcionis dogma 2.45
marcion dicit alium deum legis alium patrem Chriſti 2.593 p
de marcione quidã errores 2.271 f.361

marcio qualis euangeliorum & apostolicorum scriptorum purgator 1. 881 m
marcion euangelij corruptor 2.782 f
marcion blasphemus in creatorem 2. 157.695 m
marcion interpolator imo temerator scripturæ 2.742 f
marcionis sermo adulterina moneta 1. 510 p
marcion deum legis crudelitatis accusat 1.348 m
marcion perstringitur 1.240 m.335 f
marcionis hæreses 2.547 p
marcionis heresis de diuersis animarũ naturis notatur 2.560 f
marcionistæ quomodo ab Eutropio cõ uincuntur hæretici 2.975 m
marcionistæ scripturæ sacræ corruptores 2.997 m f
marcinistarum de Christo error 2. 261 m
marcum euangelistam fuisse discipulũ Christi 2.957
marcus Marcionista ut hæreticus damnatur 2.975 m
mare uita præsens 2.56
maris rubri transitus baptisma à Paulo dictus 1.77 m
de margariti natura, & ubi crescant 2. 5 f
margaritarum plura genera, & ubi nascantur 2.5 f & seq.
maria soror Mosis leprosa, & quorum typum gerat 1.214 m.217 f
maria soror Aaron synagogam designat 1.576 p
de Maria uirgine 2.145
mariæ humilitas in quam respexit deus quæ 2.250 p
maria uirgo prophetes 2.249 f
ex Maria uirgine uerè natum, et ueram carnem sumpsisse Christum contra hæreticos 2.990
mariæ uirginitatem diabolum latuisse, & cur 2.247 p
ex Maria natus Christus non per Mariam contra hæreticos 1.870 m
mariæ perpetua uirginitas 2.12 m
mariam nupsisse post partum non posse probari 2.248 f
maria cur coniunx Ioseph dicatur 2. 499 f
maria dei mater intacta 1.499 p
de Maria Magdalena homilia 2.528 f
mariam sororẽ Marthæ non fuisse mulierem illam peccatricem 2.197 m f
maran amaritudo interpretatur 1. 351 m
ὁ μαρτὺς quid 2.488 m
μάρτυρες qui 2.328 f
martyres quid efficiat, & unde illorum constantia 2.613 m
martyrum mors quàm efficax 2. 356 f
martyrum uictimæ 1.691 m
martyrum primitiæ innocentes 2.512 p
martyres sanguinem effundentes, uictimæ 2.356 m
martyres etiam in lege 2.613 f
martyres testes olim lacerati atq; necati 1.465 m
martyres uocati, non electi 2.537 f
martyrium duplex 2.97
martyrium calix dictum 2.209 m
per martyrium remitti peccata 1. 120 p m
in martyrio fieri remißionem peccatorum 2.97
de martyrio liber Origenis 1.876 p
masculus quis 1.115 m
mater nostra uera quæ 1.710 m
mater nostra quomodo Hierusalem cœlestis 1.179 m
in matre quomodo omnes polluti 1. 182 p
materia quid 1.775 m
materiam non esse cum deo concretam contra Valentinianos 2.982
materiam fuisse ingenitam & deo coæternam error impugnatur 1. 775 m f
materiam subiectam recipere qualitates quas uult opifex 2.844 m
de materia, Græcorum sententiæ 2. 811 p
mathanaim munera ipsorum interpre. 1.241 f
matheca mors noua interpretatur 1. 313 f
mathematicorum doctrina mendax atque deceptoria 1.658 p
mathematicorum deliramenta qui sectentur 1.657 f
matthæus etiam Leui dictus 2.536 p
matthæi diligentia in describenda uita & doctrina Christi 2.2 p
in matthæum Hilarij & Victorini commentaria 2.241 m
in Matth. Origenis 36 tomi. 2.241 p
matusalem quid interpret. 2.619 f
matutinum tempus prophetas designare 1.288 f
in mauritania Christus prædicatus etiam Origenis tempore 2.247
mediator seu medius dei Christus 1. 786 p m
media. dei & hominum semper Christus 1.871 p
per mediatorem ad deum accedendum 2.329 p
mediator seu medius dei Christus 1. 861 p
mediator Moses mediatoris Christi figura 1.377 p
medendi cura cui angelorum commissa 1.772 p
medicus quis dicendus 2.628 f
medici officium 2.242 m
medicus uerè quis 2.136
medicus quis magis probatus 2. 802 f
medicorum prognostica 2.856 f
medici animarum à deo constituti qui 1. 653 m
medicinæ scientia quid profiteatur 2. 576 p
medicinæ præesse Raphaelem angelum 1.251 m
medicinæ finis 2.242 m
medicinæ scientia à deo 1.270 m
medicinæ artis ad legẽ apta similitudo 2.584 f.585 m
medi post pastum tacent 1.487 p
medius quomodo inter nos Christus 2. 687 m
medium parietem maceriæ quomodo soluerit Christus 2.615 f
megetius Marcion. ut hæreticus damnatur 2.975 m
mel scripturarum quod 1.627 m f
membra Christi qui 1.59 p.60 m
membrorum omnium circuncisio 1. 16 f & seq.
membrum Christi qualiter efficiamur 1.329 f & seq.
membrorum corporis ad ecclesiæ perapta comparatio 2.788 m f
membra nostra quatenus arma sint iniquitatis & iustitiæ 2.641 f
mendacium unde ortum 2.446 p
mendacij usus quando licitus 2. 828 m
mendacium quomodo quis fiat 2. 440 f
mendacium mendacio maius minúsue non esse 2.774 m
mendacij regnum in quibus dominetur 1.354 f
mendacium aduersus se diuisum 2.157
mendax quomodo non subiectus Christo 1.499 f
mendax pro quo positum 2.447 p
mensa sapientiæ quæ 2.695 f
mensa quomodo fiat in scandalum 2. 696 p
mensa Israel uersa in laqueum &c. quæ sit 2.695 m f & seq.
mensæ benedictio antequam sumamus cibum 2.485 m

mensium Iudæorum initium 2.274 f
mensium sabbatum quod 1.291 p
sine mensura nihil deo 1.535 m
mẽsura patrum quomodo in Iudæis impleta 2.144 & seq.
mens summum & caput in homine 1.167 m
mens quibus indigeat rebus, & quomodo crescat 1.753 p
in mente bona plantatio uirtutis 2.222 m
mente concipere quid 1.111 p
mentem suam seruare integram & puram quàm præclarum 1.359 f
mẽtes infidelium quomodo cæcet deus 2.974 f
mentes sanctæ 2.721 p
ut ex mente uoluntas sine ui procedit, sic filius dei à patre generatus 1.868 m
merces salutis 2.94
merces boni operis non peritura 1.285 m.694
merces secundum debitum quomodo reddatur 2.596 p
merces operariorum uineæ 2.90
mercedes mercenariorum 2.138
mercurij de deo opinio 1.47 f & seq.
meretricem quid uocet 1.278 f.540
meretrices nullæ apud Iudæos 2.833 f.872
meretrices quibus iudicium fecit Salomon quid significat. 1.324 f
meretrix ecclesia quomodo non meretrix 1.332 m f
meritorum causæ 1.822 m
ex meritis angelis munia officiáq; commissa 1.772 & seq.
meritis suis ab aliquo discedere deum, aut cum eo permanere 1.530 f
meritorum præmia quãdo sanctis erũt perfecta 1.151 f
merita apud deum iudicari ex futuris 2.538 m
meritis diuites & pauperes 2.529 f
pro meritis suis quemq; uas honoris uel contumeliæ effici 1.813
pro meritorum contemplatione unicuiq; sortẽ à deo obtingere 1.371 p
secundum meritum quomodo unicuiq; deus retribuit 1.784 f
pro merito & labore suo unicuiq; mansionem designari 1.299 f
merita qualiter hîc conquirantur 2.617 p
meriti laudem ad nos redire quomodo 1.391 p
meroen regina Saba à Cambyse rege nominata 1.575 m
meroen incolantes quos colant deos 2.869 m
mesaloth excludens significatio 1.313 f
mesopotamia quæ regio 1.253 f
mesopotamiæ incolæ discipuli Balaam 1.248 f
messias quid interpretetur 2.292 m.394
messias quur creditus Ioannes 2.15
messis quid 2.3 f
messis quando apud Iudæos fiat 2.400 m
messis quo in significatu sumatur in scripturis 2.402 f & seq.
μετεμψύχωσις à quibus professa 1.774 p
μετενσωματώσεως dogma un deortum 1.877 f & seq.
μετενσωμάτωσις quæ, & quicam ponant 2.337 m 339 m
μετενσωματώσεως hæresis Origeni à maleuolis inflicta 1.857 p
μετριότης humilitas dicta 2.250 p m
michæas percussus à Sedecia 2.114
michael princeps Iudæorum 2.283 m.742
michaeli precum hominum supplicationumq; cura commissa 1.772 p
michaelem offerre deo orationes sanctorum 1.251 m
michael quorum princeps 2.664 f
miles dei & diaboli, & utriusq; arma 1.503 m
milites sagittæ diaboli 1.505 m
militia cœli 1.96.331.658
militia cœlestis quæ 2.214 m f
militia omnis cur constituatur 2.214 m
militiæ nostræ uis in quo consistat 1.397 m
militiæ similitudo aptè à Paulo seruata 2.646 p
militia Christianorum precibus agitur 2.952 f & seq.
militiæ inuisibilium hostium catalogus 1.350 & seq.352 m
minæ & obiurgationes in scripturis 2.797 m
minæi Idumæi fuere 1.410 f
mineruam è Iouis capite natam, & qualem fingant græci 2.650 f
minerua Saitarum dea 2.869 m
ministri sermonis 2.242 m f
ministri uerbi officium 1.35 f
ministri ecclesiæ quales quomodo & à quibus eligendi & ordinandi 1.146 p
ministri ecclesiæ quales in docendo & arguendo esse debeant 1.399
ministri dei boni & mali qui 1.168 p m
ministri uerbi plus cæteris impugnantur à diabolo 1.723 m
ministris ecclesiæ etiam primitias offerendas 1.230 f.232 p
miracula Christi qualiter cauilletur Celsus 2.770 m
miraculorum Mosis & incantatorum discrimen 1.246 f
miracula quomodo probãda, & quæ recipienda 2.789 m f
misericordia quid 2.142
misericordiæ uiscera 2.527 f
misericordiæ opera per oleũ significata 2.199 m
misericordia dei quousq; extendatur 2.250 m
misericordia dei omnia fruita in aduentu Christi 2.251 f
misericordiæ uictimæ quomodo offerendæ 1.98 m
misericordiæ diuinæ omnis salus ascribenda 1.812 f
misericordiam dei comitari correptiones 1.651 p
misericordiam deus quomodo in milia reddat 1.95 f
mnemosyna unde nouem musas genuit 2.753 p
moab gens et principes eius qui 1.271 f
mola asinaria quid 2.61.62
monachi possessionum occupatores non tantur 1.55 p m
montes qui dicantur 2.294 f
montium fundamenta quæ uocet 2.614 f
montes qui domus dei sint 1.552 p
per montes excelsos personas trinitatis intellig. 1.613 p
mons oliuarum quid 2.103
montes fructiferi in nobis qui 1.376 p
mons olieti misericordiæ dictus 2.205 m
montes in domo dei qui 1.613 f
montes lucentes & montes tenebrosi, & qui utriq; 1.676 p
montes prophetæ dicti 1.685 m
per montes quid intelligat 1.609 m
monumenta quæ uocet 2.236 f
monumenta concupiscentiæ 1.312 f
monumentum Christi quod 2.502 m
monumenta prophetarum ornare, & ædificare 2.410 f
mopsus deus Cilicum 2.808 f
mors quid 2.234 f.755
mortis initium quod 2.812 p
mors multiplex 2,646 m
mors ante hominem posita quæ 1.174 m

mors quomodo regnauit ab Adam 2. 625 m f
mortis corpus cur dicatur 2.654 f
mors peccati multiplex 1.179 p
mors diabolus & infernus dictus, & cur 2.646 m
mortem uidere & gustare quid differant 2.456 m
mors pro peccato 1.49 f
mors quæ inimica Christi 2.422 f
mors animæ 2.674 m
mors pœna & absolutio peccati 1. 191 f
mortis & uitæ ministratio quæ in lege intelligenda 2.27
mortis cogitatio peccati repulsio 2. 640 m
mors multipliciter 2.638 f
mortis triplex ratio 2.637 f
mortuus quis propriè dicatur 1.665 m.2.444 m
in mortuorum regione quis sit 2.461 f
mortuorum resurrectio in ecclesia credenda 1.859 p
mortuorum quorum dominetur Christus 2.721 p
mortuorum olim memoriam qualiter celebrabant 1.491 f
mortuos quos intellig. 2.603 p
mortuos reuera quosdam resurrexisse, & idem corpus resumpsisse 2. 791
mortuos quosdam surrexisse tradunt etiam prophani scriptores 2.779 m
ad mortuos quoq; Ioannem de Christo testificatum fuisse 2.330 f
inter mortuos liber quomodo Christus 1.616 m
mortui in Christo qui 2.445 p
à mortuis ueritas nõ quærenda 1.640 f
quod mortuos suscitauerit Christus & prædictum, & certißimè effectum 2.787 f
mortuis quibus dominetur Christus 2. 794 p
qui mortui laudandi magis sint quàm uiuentes 1.217 p m
morum mutatio in homine 2.8 p
morum inquisitiones olim in ecclesia 2. 814 f
mosis patria, populus &c. 2.13
moses dux iustus quomodo 2.622 p m
moses lex dictus 1.67 f 622
moses quando uiderit gloriam domini 1.216 p
mosis nomen ubique celebre 1.543 f
moses pro lege positus 1.145 p.454
mosis natiuitas & gesta 1.67 p & sequent.
in Moyse quomodo fuerit Christus 2. 149
moyses quomodo & quando glorificatus 1.107 f & seq.
mosis scripta quantum præstent prophanis historijs atq; scriptoribus 2. 751 & seq.
moses quomodo appositus dicatur ad populum suum 1.296 m f
moysis scripturam quomodo cauilletur Apelles 1.10 m
moses quomodo uiderit legis allegoricum sensum 2.333 m
mosis gloria quõ destructa 2.495 m
mosis cum Paulo collatio 1.203 p m
mulier caput peccati, arma diaboli, ex pulsio è paradiso, mater delicti, corruptio legis antiquæ 2.522 p
mulieris mores & ingenium ab Hesiodo depictum 2.836 f. 837 p
mulieris nomen cui competat personæ 1.158 m f
de mulieris parientis immunditia 1. 157 m f & seq.
mulieris parientis oblationes & hostiæ 1.160 p m
mulieris impudicæ ac flagitiosæ exemplum 1.495 p m
mulieris mala 2.522 p
mulieris nomine animam in scripturis indicari 1.162 m
mulieris nomine carnẽ designari 1.112 f
mulierem defunctam surrexisse tradit Heraclides 2.779 m
mulierem ignis uice magnum malum hominibus cœlitus immissum fabulatur Hesiodus 2.836 m
mulierem quomodo bonum sit non tangere 1.166 f
de muliere prægnante & abortiente uiris litigantibus 1.100 p m & sequent.
per mulieres diabolus seducere homines consueuit 1. 468. 470
mulieres in ecclesia qui 1.343 p m
mulieres etiam prophetiæ gratiæ capaces 1.388 p
mulieres in ecclesia ministræ, & quales ad ministerium assumendæ 2. 737 f
mulieres septem apud Esaiam quid designent 1.628 p
mulieres in templo garrulæ 1.111 p
mulieres plurimæ sanctæ olim steriles, & unde 1.41 p
mulieres martyrio triumphantes 1. 397 m
mulieres peccatrices cur in genealogia Christi nominatæ 2.274 m f
mulieres alienæ qualiter diligendæ 1. 603 p
mulieres tres fuisse quæ unxerunt Iesum ante mortem suam 2.197 m f
mulieribus pluribus eodem tempore commiscerì licere dicebant quidam hæretici 2.165
mulieribus grauidis abstinendum à uiris 1.23 m
mulierũ pluralitas prohibita 1.279 m
mulierum insipientium exempla 1. 475
mulierũ pulchritudo in genis relucere 1.546 m
mulierum infirmitas 1.323 m
mulierum olim constantia in perferendo martyrio 1.691 f
per mulierem & non ex muliere cur uir dicitur nasci 2.592 m f
ex muliere non per mulierem natum Christum contra hæreticos 1.870 m
mundum uniuersum esse templum dei 2.921 f
mundum sine spatio temporis à deo creatum 2.72
mundum ex tempore cœpisse ac soluendum esse 1.825 f & seq.
mundi pars maxima uerbo dei subacta 2.755 p
mundus quid comprehendat, & in quo comprehensus 1.793 f & se.
mũdus alius extra hunc qualis 2.427 f
mundus multipliciter 2.507 p
mũdi appellatio quò referatur 2.697 f
mundi partes omnia esse 2.753 m
mundi plures & unus 1.779
mundi nomen uario significatu positũ 1.779 p
mundum diuersitate nec aliter constare 1.778 m
mundus domus seruitutis dictus 1.90 m
mundi gubernator et rector quis 1.135 f
mundi uocabulum quo in significatu sumatur 2.301 f
post mundi cõsummationem an alia futura sint corpora 2.844 m
mundum habuisse principium, tempusq; consummationis eius præfinitum 2.826 p
mundi constitutio quomodo intellig. 1. 826 f
mundi ortus, & quæ in eo sunt 1.1 p
mundi finis per ignem 1.23 p
de mundi initio & causis eius 1.776 f & seq.
mundi finis & consummatio 1.828 m & seq.
mundi consummatio & finis quando 1.768 p
mundum igne conflagraturum uetustiß. opinio 2.862 f. 864 f
mundi consummatio subita in quo designetur 1.652 m f

mundum finem nescire absurda consequentia 1.587 m
mundus quis intelligendus 2.619 m. 620 p. 621 m
murus & circa murum quid 1.620 m
in muribus nasci margaritas iuxta Bosphorum 2.6 m
musarum mater Mnemosyna 2.753 p
musica ars qualis 1.820 m
musica ars à deo 1.270 m
myiæus deus Acaronitarum 2.758 m
myrrha arbor quæ 1.604 m
myrrha in Christo mortis indicium 1. 596 p
mysterium saluatoris à principibus seculi absconditum 2.247 p m
mysterium dei quatenus & quibus celandum 2.703 p
mysteriũ de quibus soleat dici 2.864 m
mysteria non prodenda 2.5 p
mysteria dei à quibus conspici poßint 1. 511 m
mysterijs quos initiẽt Christiani 2.817 p
mystes cœli infernique 2.569 m

N

Naban absceßio interpret. 1.315 p
nabuchodonosor quomodo aquila 1.737 m
naid commotio interpret. 1.652 m
naphtha quid 2.14
nardus quid, & eius significata 1.694
nardus bona opera 1.547 m
nathan quis, ex quo descendisse Christũ Lucas scribit 2.274 f
natalem diem nullum sanctorum celebrasse 1.159 p
natiuitas duplex 2.507 p
natiuitas Christi qualis 1.870 f
natiuitas iusti læta 2.245 p
natiuitaits dies potius deflenda quàm in ea lætandum 1.401 m f
natiuitatum doctrina Chaldæorũ dam natur 1.658 p m
natus ex deo qũo non peccat 2.436
de natura errores 1.806. 2.7 f & seq. p m 469 f. 448 f. 222 p
naturas diuersas inducẽtes, naturãq; desperabilem asserentes notantur 1. 653 p
naturæ rationalis uaria attributa 1. 305 f. 764 & seq. 863. 809 p. 772 f & seq. 2. 313 m. 870 f. 699 f. 819 p. 851. m. 8 p. 980 p
naturam humanam quid corruperit, cũ à deo recta creata sit 2.819 f
naturæ bonum per peccatũ interceptũ, & unde reparetur 1.618 p
inter Naturam rationalem & brutorũ quid intersit discriminis secundum Stoicos 1.849 m
natura dei qualis 1.288 m. 863 m
præter naturam quatenus deus nihil uelit 2.865 m f
naturales motus unde, & an diabolus sit eorum causa 1.816
naturalis philosophia quid contineat, & quibus nixa 1.48 p. 559 p m
naturalem scripturæ scientiam quã uocet 2.506 p
naucratitarum deus Serapis 2.869 m
nautarum prognostica 2.856 f
nautis unde stupiditas mentis 1.753 m
nazareth quatenus patria Christi 2.11 f
nazaræus dei 2.221 f
nazaræi iusti dicti 1.164 m
nazaræorum uotorum obseruationes 1.177 f & seq.
necessitas qũo adinuenit artes 2.850 p
necessitati nos non esse subiectos, neq; cogi nos uel ad bona uel ad mala 1. 750 m. 856 f
de negantibus Christum 2.157. 220 p 528 m. 652
nemini desperandum quantumuis peccatori 1.172 m
nemora quibus arboribus plantentur 1.692 p
nemora obumbrantia quæ 1.266 p m
nescire aut cognoscere quomodo dicat scriptura 1.380 p. 2.177
nidi in arca qui appellẽtur 1.9. m. 10 f
nigredinem unde contraxerint Aethiopes 1.579 m
nisan mensis 2.400 m
nisi manducaueritis carnem meam etc. quomodo intelligendum 1.155
noe quid interpretetur 1.11 f 2.335 f
noe typus Christi 1.10 f
noe medius inter Adam & Abraham 2.430 p
noe quomodo iustus & perfectus in generatione sua fuerit 1.222 f
noe, imitatione fieri 1. 711 f
noe, Daniel & Iob quomodo filios non liberabunt 1.710 p & seq.
noe quomodo & quæ tria tempora uiderit 1.713 m
de nominib. inscripturis 1.372 p. 2.350 f. 351 m 535 f. 753 f. 536 p
nominum uis proprietate linguæ suæ seruata 2.873 m
nominis dei uirtutes & reuerentia 1. 378. 2. 755 m. 754 p m
nomen dei quibus literis scribatur 1. 249 f. 712 m
nomina dei corrupte atq; abusiuè usurpata ab impijs impostoribus 2.889 & seq.
nomen domini inuocare quomodo & quis poßit 2,688 p & seq.
nomina in nouo testamento aliter atq; in ueteri pronunciari 2.328 p
nominum rerũ ratio uariæ diuersorum philosophorum sentẽtiæ 2.753 m f
nomadarum rex quis 1.484 m
in nomos diuisa Aegyptus 2.867 m
ex nouo testamento multa ex apocryphis prolata 1.564 m
nouum testamentum qui habeãt. & qui non 1.224 m (18 m f
qualiter obseruandũ atq; implendũ 1. nouorum festiuitas quæ, & quomodo à nobis obseruanda 1.290 f
nox quibus sit 2.493 f
nox cur mundus appellatus 1.309 f
nubes quid innuant 2.17.122
nubes prophetæ, apostoli, &c. 2.218 m
nubes dicti sancti 1.662 m
nubes ignis spiritum sanctum signific. 1.593 m
per nubem spiritum sanctum intelligi 1. 77 m
ex nubium collisione fulgura & tonitrua fieri 1.662 f
nubere prohibens hæresis 2.77
contra nuditatem remedium 2.673 m f
numenius Pythagoreus è Moyse et prophetis excerpta suis scriptis inserit 2.842 m
numenius de uisionibus in libro de immortalitate animæ quid scribat 2 877 p
numenius Pythagoricus de Serapide idolo 2.871 m (842 m
numenium ex Moyse multa citare 2. in numero apud deũ omnia esse 1.335 m
numero dei qui digni sint comprehendi 1.200 f
de numeris exempla scripturarũ 1.12 f
nuptiæ quando factæ in Cana Galilææ 2.359 f. 362 m f
nuptiæ spirituales 2.119
nuptiæ donum 2.543 m
de nuptijs loci in scripturis 1.553 m. 2. 117. 126. 262 m

O

Obediendum cui sit scire maximæ prudentia 2.740 f
obedientia nostra uel iustitiæ uel peccati effici seruos 2.642 m f (1.590 f
obedientia ecclesiæ quæ, & cui similis
obedientia indiscreta 2.740 f
per obedientiam solam salutem nos cõsequi 1.827 m
oblationes quæ deo, & qualiter faciendæ 1.114 f
oblationes puerperæ 1.160 p m
oboth quid significat. 1.314 m
obscuritatis uinculum unum 2.348 p
obsequium quid uocet 2.677 p

obsequium pro cultu 2.705 p
de obstetricib. Hebræorũ 1.65 m f et se.
obtrectationis quantũ uitium 1.215 p
obuiabo eis sicut ursus exponitur 2.119
cur occidat deus 2.646 f
occurrere Christo in uirum perfectum quid 2.65 & seq.
oceanum intrãsmeabilem esse 1.779
ochozach quid interpret. 1.48 p
oculorum usus & abusus 2.695 p
oculi fenestræ dicti 1.615 p
oculus carnis & mentis 2.260 p
oculus animæ 1.101 p. 690
oculi cordis 2.582 f. 699
oculi Christi qui 1.60 m
oculi spiritale officium, & eius similitudo apta 2.708 f
oculus tentationis in mundo 1.548 m
oculus ecclesiæ quis 1.335. 2.65
oculos obleſos qui habeant 2.902 m
oculos immundos quomodo habeamus 1.632 m
oculos apertos uel clausos habere quid 2.919 f & seq.
oculos columbæ habere 1.548 f
oculos quomodo deus aperiat 1.68 p
oculorum obscuritati mederi ex damula humor quidam 1.613 m
oculi cæcorum quomodo nunc aperiantur 2.788 p
oculi Iudæ quomodo gratifici à uino 1.60 p m
oculo annuere quid 2.491 p
odium quale animæ insertum 2.711 m
odium laudabile piorum 2.711 f
odium qualiter extinguendũ 2.660 m
odio non haberi in hac uita impoßibile 1.530 m
odio haberi iustè & iniustè 1.530 m f
odisse deus quomodo dicatur 1.288 m
odoratus deliciæ 1.499 p
per odoramẽta opera intellec. 1.576 f
œdipodis fabula qualis 2.760 p
offensio quid 2.684 m
offendicula in ecclesia quæ & quàm caute uitanda 1.505
quid offerendum à nobis deo 1.241 f
officia ecclesiastica ferè perperam distributa 1.203 m
officia spiritalia membrorum ecclesiæ pulchre distributa 2.708 p & seq.
ofni excessus interpret. 1.403 p
ogdoadis initium quale 2.598 p
per oleum quid intelligatur in scripturis 2.199 m
oleum lætitiæ, & spiritus sancti 1.569 p
oleo lætitiæ quomodo unctus Christus 1.846 p (183 p
quo oleo unctus fuerit Christus 1.181 m
oleum bonorum operum 2.609 m
oleo lætitiæ ungi quid 1.787 f
de oleo lucernæ tabernaculi 1.184 f & seq.
in oliuis pacem designari 1.186 p
oliua quomodo quis efficiatur 2.700 p f. 701 m
de oliuæ in oleastrũ insertione similitudine Paulus præposterè usus 2.701 m f
oliueti mons ecclesiæ mysterium 2.150
oliueti mõs misericordia dict. 2.205 m
ὁλοκαρπώματα quid 1.135 m 143 p
omnis quomodo dicitur homo 2.507 f
omnia quomodo per Christum facta 2.317 p m (1.758 f
omnipotens quõ deus sit & Christus
omnipotens quatenus Christus dictus 2.721 p
ὁμοούσιος trinitas 2.1001
ὁμοούσιος cum patrs filius 1.867 m f
ὁμοούσιον patris & filij ab Origene assertum 1.879 f
ὁμωνυμίαι introducere mos scripturæ 1.494 p
onan quid interpretetur 2.531 p
onus in quo signific. positum 2.728 f
onera grauia in ecclesia 2.134 & 135
onera grauia & leuia 2.135
ophitæ hæretici 2.152
ophiani unde dicti, & quàm Iesu nomini infesti 2.888 m
ophiani hæretici qui 2.802 f
ophiani phanatici Christum abnegant 2.920 p
opinio quid 2.986 f
opisthotonus quid significet 1.402 f
operum omnium discrimen 2.611 p
operum fructus unde 2.596 f
opus super præceptum quod 2.581 p
opera omnia nostra in fide non facta in ania esse 1.413
opera misericordiæ per oleum significata 2.199 m
opera fidelium qualia 2.199 f
opera carnis & tenebrarũ 2.718 p m
opera dextra uel siniſtra quæ 2.526 p
opera bona nardus 1.547 m
op. bona affligere dæmones 1.373 p m
opera infidelium bona ad quid prosint 2.199 f
operis boni merces 2.694 p
operis boni merces nõ pertura 1.285 m
opus domini quod dicatur 1.379 f
opus dei soluere quid 2.726 m f
ex operibus dignosci cuius quisq; sit filius 2.436 m
opus dei quomodo perfecerit Christus 2.399 p m
operibus bonis deum sibi præparare 2.234 f
opera sine fide nulla apud deum 2.567 f & seq.
operari ex deo nobis esse 2.442
operanti quomodo merces reddatur 2.596 p
de operarijs in uineam mißis 2.90
operariorum uineæ ordines distribuũtur secundum ætates mundi 2.91
or montanus interpret. 1.314 m
ora & uerba discernere magna prudẽtia 1.68 f
oratio qualis esse debeat 1.238 m
in oratione quid agendum 2.459 p
orationis uota offerre, immolare deo est 1.238 p
orationum hostiæ quomodo offerendæ 1.98 m
orationis uis & efficacia 1.247 p m
orationis agõ & difficultas 2.737 p m
orationis instantis uis 2.76
in oratione qui liberè ſuſpiciant in cœlum, & qui non 2.459 f
orationibus pugnandum Christiano 1.358 f
oratio sanctorũ incẽsum dicta 1.723 m
orationes sanctorum, suffitus deo grati 2.934 f
in oratione quomodo perseuerandum 2.211 f
ab oratione olim cõmuni eiecti magnis uitijs implicati 2.207 m
oratio pura 1.188 m p
orationis accuratæ seu excultæ & simplicis discrimen, & utriusq; efficacia 2.880 p
uera Oratio, titulus libelli Celsi aduersus Christianos 2.746 p
quomodo orandum 2.668 m
orandum non esse cum malis 2.207 m
orare ad oriẽtem uersus, mos antiquus 1.210 p
orare deum unumquenq; Christianum propria lingua 2.941 p
orbis descriptio sub Augusto quid significet. 2.253 f
orbis terrarũ fines quos uocet 2.619 p
orci galerum adhibere 2.770 p
ordines cœlestes qui, & quomodo distributi 2.832 m
ordo in scripturis quantus 1.374 m f
ordines duodecim inter homines, in quo designentur 1.187 f
ordines duo in mundo qui 1.188 p
ordines cœlestes etiam legem habere 2.583 f
ordo in unoquoq; nostrum qualis, & unde

unde comperiatur 1.203 m
ordo ecclesiasticus in quo consistat 1. 577 p
ordinum operariorum uineæ distribu= tio secundum ætates mundi 2.91
ordo constitutus à Christo quis 1.203 m
ordinatio & electio gubernatorum po puli 1.286
oriens uir quis 2.493 f
ad orientem uersus deum olim adora= bant 1.210 m. 419 m (594 p
oriens Christus, et eius filij 1.185. 394 p
orientis filij qui 1.394
oriens quomodo Christus 1.173 f (541
origenis magnificæ laudes 2.1002 p
origenis fides, doctrina & uita &c. 2. 854 m
origenis modestia non temere affirman tis de rebus dubijs, deq; profundiori sensu scripturæ 1.853 f & seq.
origenes quantæ autoritatis ac mode= stiæ fuerit 1.876 p
origenes quantæ fuerit apud ueteres ex istimationis 1.748 p m
origenis modestia, & qualis in docen= do fuerit 1.399
origenes quomodo affectus erga nomẽ Christianum 2.259 f
origenes minister & dispensator uerbi dominici 1.126 p
origenis inimicus quibus eum modis in sectetur 2.332 p
origenes post apostolos magister eccle= siarum 1.693 m
origenẽ quibus crimination ibus et calũ nijs impugnẽt maleuoli 1.866 f et se.
origenes ubi ardentior 2.2 p
origenis scripta in omnem scripturam triplicia 1.693 m
origenis multa opera desiderari 2.2 p
origenes in Gen. cõmẽt. 2.836 p. 838 m & in omnes quinq; libros Moysis 2. 840 f. 250 p
origenis commentaria in Psalmos 45. & 47. desiderantur 2.917. m
origenes in plures psalmos edidit scri= pta quæ non extant 1.874
origenes quid scripserit in Cantica can ticorum 1.541 p
origenes in Hieremiam commentatus 1. 349 f
origenis in Lucam explanatio 2.241 p & seq.
origenes Ambrosii hortatu comment a ria in Ioannem scripsit 2.331 f
origenis cõment. in ep. ad Ro. 2.874 m
origenes in epist. Pauli ad Titũ 1.858 p
origenes contra Marcionistas de recta fide in deum 2.955 & seq. (679 m
origenis liber de arbitrij libertate 2.
origenes qd egerit Alexãdriæ 2.290 m
origenis libros unde apparet ab alijs fuisse corruptos 1.879 f & seq.
origenes adhuc uiuens de scriptorũ suo rum corruptione questus 1.881
origenis præcipuum studium 2.332 p
origenis in Ioannem expositio 2.230 f
origenis cũ Iudæis cap. 53 Esaiæ dispu= tatio 2.765
origenes consuluit scripturæ interpre= tes 1.121 p
origenes à quibusdã columniatus, et fal so hæreseos criminatus 2.271 f
origenis error de animabus post re= surrectionem 2.257 p
origenes contra Celsum 1.745 p & se.
ὁρμὴ quid 2.4 f
orpheus quid de dijs tradiderit 2.751 f. 924 f
os unum omnium quomodo dicatur 2. 731 p
os nostrum quatenus meditetur sapien tiam 1.517 p
os nostrum quõ dilatetur 1.405
os Christi quomodo gladius 2.306 p
os aperit deus, & quorum 1.68 m f
oscula uerbi dei, & quis dignus ea su= scipere 1.565 f
osculum sanctum quod 2.739 f
osculandi mos olim post orationes in ecclesia 2.739 f
oseas quid interpretetur 2.311 f
osias rex quando peccauerit 1.633 p
osias quomodo & cur factus sit lepro= sus 1.633 m
osiridis fabulam quò trahant 2.871 m
ostium Christus quale, & qui per illud ingrediantur 2.609 p m
per ostium Christum ingrediẽdũ ad pa trem 2.329 p
othon quid significet 1.78 p
otiositas onus est 2.93
otiosum nihil, neq; inutile apud deum 1.251 m
oues qui dicantur 2.192. 526
oues qui tropicè dicantur 2.371 p
oues dei qui 1.123 f
oues Christi nos esse 2.102. 582
oues Christi qualiter curãdæ 1.335 p m
oues domus Israel quæ 2.30
oues plures quomodo in una designe= tur 1.712 m
ouis paschatis figura Christi 2.366 f
ozias etiam Azarias dictus 2.536 p
ozias quomodo ex Ioram genitus dica tur à Matthæo 2.540 m

P

Pacifici qui 1.373 p
pædagogi similitudo apta 522 f
pædagogo quib. sit opus 2.593 f et se. p
pædagogi qui sermones dicendi 2.292 f & seq. p
παλαιστὰς quid significet 1. 535
paleæ in ecclesia qui 2.271 f
pallas è cerebro Iouis prognata 2.836 f
palma uictoriæ signum 1.99 f
palmites fructuosi & infructuosi qui 1. 716 p
palmites Christiani 2.635 f
palmitum diffusio ac nexus 1.84 m
palmes quid signific. 1.59 f
pamphilus pro libris Origenis scripsit librum 1.748 m
panis uerbum dei 1.103 f
panem cœlestem qui propriè mandu= cent 1.496 f
panis nomine uerbũ designari 1.198 p
panis, gratiarum actionis symbolum 2. 947 f
panis filiorum 2.30. 31
panem frangere 1.43 p
panis Christi sermo 1.669 m
panis mysticus eucharistia 1.188 f
panes duodecim propositionis quid de signent 1.186 m & seq.
panis afflictionis in festiuitatibus edere iubebantur 1.526 m
pane afflictionis uesci 1.498 f
panes propositionis quales apponen= di 1.98 f
de Panibus propositionis 1.184 f & se.
panis benedictionis, panis cœne dictus 2.205 p m
panis uerus et cœlestis Christus 1.729 m
panis cœnæ figura & signum carnis ac corporis Christi 2.988 f (1.709 m
panis firmamentum à quibus auferatur
panibus saturari quatenus uitiosum 1. 407 m
quinq; Panum multiplicatio 2.18
pane accepto gratiæ agẽdæ deo 2.939 f
pappæus Scytharum deus 2.872 p
parabolæ in scripturis 1.560 p
parabolæ in quo lateant 2.958 p
parabola in quibus debeat cõuenire cũ ijs quibuscum confertur 2.9 m
parabolæ in Exodo ac Numeris con= tentæ 2.841 f
inter parabolam & similitudinẽ quale discrimen 2.4 f. 11 m (f & seq.
in parabolis cur locutus sit deus 1.735
parabolæ Salomõis tria milia 1.564 m
parabola diuitis & Lazari quid nos do ceat 2.971 m f
paracleseis consolatio interpretatur, si= ue deprecatio 1.790 m
paracletus quid interpret. 1.597 f
paracletus spiritus sanctus, & unde sic uocatus 1.789 m. 790 p

per Paracletum accedendum ad deum 2.329 p
paradisus quis locus 1.802 p
paradisus deliciarum 1.570 f
paradisus locus beatorum 1.303 m 304 m
paradisi differentiæ quæ 1.745 m
paradisi expulsio mulier 2.522 p
paradisi domini situs ac amœnitas 2. 837 f
paradisus paradisorum 2.502 f
paradoxa gentilium quæ 2.319 f
paralytici animo qui 2.56
parasceue quoto die erat 1.87 m
parasceue Christianorũ quæ 2.936 m
παρεμβολὴ quid signific. 1 515 p
ex parẽtibus pijs nihil prodest esse prognatos, nisi eos fuerimus imitati 1. 713 p
parentes relinquere quid 2.88
parentes quatenus odiendi & dimittendi 2.65
parentes quomodo diligendi 1.550 m
parentibus subijciendi filij Christi exẽplo 2.265 m
parentum mortuorum qualem olim faciebant memoriam 1.491 f
parius iamborum scriptor 2.781 m
paricidiũ apud Scythas lege geritur 1. 795 p
paræmiarum scrutatorum ingenium 2.853 f
pars domini qui appellentur 1.34 f 346 f. 371 m. 2.697 m f. 701 f
pars domini Israel 1.34 f. 53 f. 371 m. 697 m f
pars optima quæ eligenda 2.523 m
participes Christi 1.787 f & seq.
paruuli qui, & quomodo communicent carni & sanguini 1.28 m. 638 f
paruuli cur baptizentur 2.257 p
paruulorum tutores ac custodes angeli 1.593 f
pascha quis dies proprie appelletur 1. 169 p
pascha quo die celebrabatur 2.91
paschæ celebratio, & qui uerè celebrẽt 1.331
pascha uerum celebrare 1.676 m f
pascha uerè quis, quomodo & perpetuo celebret 2.936 m
pasch. quo tẽpore celebrabatur 2.231 p
paschæ lex quæ 1.37 m
paschæ festiuitas quo referẽda 1.290 m
paschæ solẽnitas iuncta azymis 1.169 p
pascha in regno dei implendũ 2.204 f
pascha Christianorum semper 1.37 p m
pascha Iudæorum & Christianorũ quale 2.366 m
pascha Iudæorum quid 2.246 p
pascha Iudæorũ quo intelligatur 2.365
pascha transitoria interpret. 2.936 m
pascha domini & pascha Iudæorũ differre, & ad quos utrunq; pertineat 2.472 f
pascha Iudæorum cur dicatur 2.473 p
pascha primũ & secundũ 1.86 f et se. p
de Passeris & draconis augurio Homerici uersus 2.855 p m
passionis Christi autor diabolus 1.94 f
passionis Christi signum quid præferebat 2.227 f (593 m
passio Christi in quo olim adumbrata 1.
passionis Christi tempore quæ signa & prodigia contigerint 2.231 p & se.
passionum Christi finis 2.540 f
in Passionem Christi, quantus euangelistarum consensus 2.795 p
passio Iob quanto tempore duraverit 1.467
pastoris ueri officium 1.584
pastor bonus qs, et eius officiũ 2.254 p
pastor uocatus non electus 2.537 f
ad Pastores eccles. exhortatio 2.254 p
pastores ecclesiæ quales à domino postulandi 1.187 p m
pastores ecclesiæ quantã curã gerere debeant ouium domini 1.335 p m
pastores principes dicti 1.588 m
pastor quomodo Christus 2.321 p
pastor cur dicatur et sit Christus 1.582 f
pastor unus quomodo 2.470 p
pastoris liber quid tractet, et eius authores 1.282. f. 746. p. 760. f. 817. f. 836. m. 2.174. 220. f
inter Paucos & multos quæ, sit differentia 1.283
paulus proconsul conuersus à S. Paulo 2.535 f
pauli nominis mutatio unde ibidem
paulus quibus erat apostolus 2.487 p
paulus quo uocatus apostolus 2.537 m
pauli cognati 2.738 f
paulum binomium fuisse 2.536 p
paulus quomodo raptus in tertium cœlum 2.762 f
paulus à quo electus & constitutus apostolus 1.858 m
paulus unde apostolus Christi esse comprobetur 2.972
pauli cum Moyse collatio 1.203 p m
paulus quomodo lupus rapax dictus 1. 711 m f
paulus ecclesiarum fundator post Christum præcipuus 2.768 f
paulus qualiter illustrabat ministerium suum 2.699 p m
paulus quid uocet literam, quid itẽ spiritum 2.903 m
paulus obtulit sacrificium Iudaicũ 2.23
paulus in epistolis suis qualis & quãtus 2.534 f
paulus quomodo debitor Græcis et barbaris 2.544 f
paulus quos filios genuerit, & qualiter efficiamur Paulus 1.712 m
ex Paulo loci qui uidentur inter se pugnare quo conciliandi 2.362 p m
paulus in citandis scripturæ locis quid obseruet 2.794 f
paulus quatenus lux mundi 2.301 m
pauli scripta esse euangelium 2.291 f
pauli in docendo seueritas ac lenitas 1. 399 m f (2.271 f
de Paulo apostolo ficti quidam errores
pauli acta liber dictus 2.435 f
pauperes rebus qui 2.193 p
pauper sanctorum quis 2.736 p
pauperibus cur insidietur ac insectetur impius 1.503 f
pauper superbus quàm execrabile 1. 383 f & seq. (786 p
pauperes philosophi apud Græcos 2.
pater deus quomodo origo & fons 2. 313 p
pater & filius in diuinis quomodo unum sint 2.933 p m (2.503 f
pater deus quomodo præcedit filium
pater à filio non recedit 2.62
pater deus quomõ sit in filio 2.350 m
pater deus quomodo glorificetur à filio 2.495 m
uidet Patrem, qui me uidet, quomodo intellig. 1.613 m
pater noster quomodo deus 1.179 m
patrem deum quis rectè uocet 2.128
pater secundum carnem & secundum fidem 2.595 p m
in Patre & matre quomodo omnes polluti 1.182 p
pater & mater quomodo honorandi 1.179 m f
de patre iusto non gloriandum si non ipsi iusti simus 1.713 p m
pater tenebrarum & ignorantiæ 2. 633 f
patres nostri qui 1.220 m
patrum autoritas ualeat in approbandis uel reijciendis scripturæ libris 1. 564 m
ad Patres suos ire 1.718 m. 2.434 f
paterfamilias, domus, fur, seruus prudens & fidelis qd innuãt 2.180. 182
paternitatẽ quam uocet Paulus 1.204 f
patriarchas nondum beatitudine absoluta perfrui, & quãdo perfruituri etc. 1.152 p
in Patriarchis fuit spiritus sanctus 2. 152

patriarchæ filij dei 2.470 p
patripaßiani qui,& eorum hæresis 1. 858 f & seq.
patientia cui comparata 1.98 p
patientia unde oriatur 1.277 f
patientia quæ uirtus,& eius effectus 2. 611 f
patientia unde nascatur 2.610 m et se.
patientia boni operis in quib. 2.557 p
patientia docetur 1.741 p
patientia dei erga peccantes 1.808 f
inter Patientiam & sustentationẽ quid descriminis 2.551 m
patientia in omni re necessaria 2.521 p
patientiæ dei mensura 2.551 m
patientia Rebecca dicta 1.37 p & seq.
patientia Christianorum uincat impudentiam persequentium 1.393 m
patientes qualiter efficiamur 1.502 p
patientiam suam in quo notam faciat deus 2.681 f
patiens quis uerè, & quæ sit rationabilis patientia 1.98 p m
patria & cognati prophetarum 2.12 f
patriæ Christianorũ ecclesiæ 2.953 m
pax quæ sit 2.608 m
pax quatenus cum omnibus habenda 2.713 f
pax ex bello 2.609 p
pax quæ detur à deo fidelibus 1.198 m
pax in oliuis designatur 1.186 p
pax interior uera,à quo petẽda,& qui eius capaces sint 2.331 m
pax hominibus bonæ uoluntatis, exponitur 2.254 f & seq.
pacis multitudo quatenus oriatur in diebus Christi 1.378.502 f.833 p
pacis benedictio quanta & cui comparata 2.541 m
pacis spiritu Christum possidere 2. 659 f
pacis custos mansuetudo 1.503 p
pacem quam miserit in terrã dominus, & quando tulerit 2.255 f
pacem cum omnibus habere 2.452 f
pacem qui sectetur 2.726 m
pacem quomodo habemus ad deum 2. 608 m f & seq.
in Pace quis moriatur 2.258 f
peccatum quid 1.137 f
peccatum originis 1.159 m
peccato originis omnes inuoluti 1. 182 p
peccati origo unde 2.651 p
peccatum qualis rex 2.646 p
peccatum quid appellet 2.652 f
peccatum graue esse 1.637 m
peccatum cui confitendum 1.529 f
peccatum quodcunq; porta est una inferorum 2.40
peccatũ cum crescit,crescit et iudicium 1.653 m
peccatum dici debitum 2.717 p
peccatum cur per uirum nõ per mulierem introctum dicatur 2.618 m f
peccatum ab iniquitate quid differat 2.597 p
peccatum omnino nescire cuius sit 2. 635 m
peccatũ quale sit mors animæ 2.423 p
peccatum occisor animæ 1.181 f
peccatum capitis quod uocet 1.164 m
peccatum insipientiam dici 1.520 f
peccatum quo factus Christus 2.468 f
peccatum hominem deiecisse 1.180 m
peccatum nosse peccare est 1.669 m
peccatum mundi quomodo & quando aufert Christus 2.306 f
peccatum quomodo exterminauerit Christus 1.666 m f
peccatum quomodo Christus factus 1. 616 m
peccatum quando punitur in gente uel ciuitate 2.145
peccatum quibus modis admittatur 1. 623 p
peccatorũ multiplex retributio 2.68
sine Peccato neminem unquam uixisse 2.818 p
peccatorum conuersio festiuitas dei 1. 287 f
peccatum unum non bis à deo puniri 1.192 p
pro Peccato uno neminem bis puniri à deo 1.178 f
à peccatis facilis ac uoluntaria conuersio quàm laudabilis 1.527
peccata à tota trinitate dimitti 1.625 m
peccata per leprã designari 1.160 m f
ob peccata nulli esse desperandum 1. 530 m
peccata grauia etiã à fidelibus committi 2.558 p
peccata nostra luctum generare deo et angelis 1.287 f & seq.
peccata dæmonijs tributa 2.451 m
peccata non à deo neq; per Christum facta 2.317 f
peccata ad mortem & secus 1.101 f
ob peccata diluuia ac incendia deum immittere 2.829 m
peccata peculiaria ac familiaria regionibus quibusq; 1.731 m f
ob pecc. cur puniamur à deo 2.486 p
peccata aliena non publicanda,& quo modo corripienda 1.122 m f
peccata tantum præterita in baptismo remitti 1.393 m f
peccata abundasse ante legem 2.629 f
peccata cordis & spiritus 1.703 m
peccatorum facies quæ 1.520 f
peccatorum materiæ 1.2 m
peccatorum differentias esse 1.184 p
peccatorum discussio,& pœnæ cuiusq; tempus 1.220 m f
peccatorum quemq; sibi ignem quo puniatur accendere 1.798 p
pro Peccati cuiusq; qualitate uel quantitate pœnarũ persolutio 1.190 f
peccatorum gradus & distinctiones 2. 615 p
peccatorum olim pœnæ melior conditio quàm nunc 1.179 p m
peccatum quomodo & quando in nobis regnet 1.633 m
peccatorum quædam uita in nobis 2. 674 f
peccatorum initia unde in nobis 1. 816 m
peccatorum causas à se reijcere quid 1. 804 m
peccatorum ad mala instigator diabolus 1.504 p
peccatorũ remissio fit per martyrium 2.97
peccatorum remissio quatenus in baptismo fiat 2.266 f
peccato uiuere & mori quid 2.631 p & seq.
peccato filij diaboli efficimur 1.666 m
peccato mortuus quomõ Christus 2.6
peccati seruitus 1.345 p m
peccati rex 1.623 f & seq.
peccati regnum ubi 2.640 f
peccati stipendia 2.646
peccati pater diabolus 1.94 f
peccati author & rex quis 1.369 p
peccati generale regnum quomodo in nobis 1.354 f
peccati princeps & pater diabolus 1. 243 p
peccati purgatio & absolutio mors 1. 191 f
peccati plures patres 1.95 p
à peccatis mundus quis 2.152
qui Peccat,ex diabolo est quomodo intellig. 2.436 p m
qui Peccat, non uidit filium quomodo intellig. 2.436 f
qui Peccat non credit in Christum 2. 595 p
peccare populum quomodo fecerit Christus 1.122 p
peccare in tenebris & in luce quid 2. 221 m
peccare aut abstinere à peccatis qui possint 1.503 f & seq.
peccare etiam sanctos 2.629 p
peccare etiam posse meliores 2. 370 m

peccãtes quæ pœnæ maneant in futurũ 1.879 m
peccantes qualiter corripiendi secundum euangelij præceptum 1.122 m f
peccantes qualiter arguendi 1.721
erga Peccantes quàm seuera olim ecclesiastica disciplina 2.814 f
peccantiũ personas assumere sæpe sanctos in scripturis 2.654 f
peccantibus uoluntariè post agnitã ueritatem, quomodo nulla remißio 2.220 m
peccantium consortia quatenus polluant 1.142 p
peccatores per hœdos significari 1.587 f
peccatores etiam diligendi 2.711 f
peccatores deus nõ iratus punit 1.651 p
peccatores deum exaudire 1.632 f
peccatores quoq; prophetare, & cuius instinctu 2.468 p
peccatores quomodo segregantur ex utero 2.538 p
peccatoribus maledictiones constitutæ 1.341 f & seq.
pecuniæ dominicæ plura nomina 1.127 m
pecunia domini, & quomodo eroganda 1.516 p
pecuniæ cupiditatis deus Mammon 1.382 m
pecuniã domini ad fœnus dare 1.510 p
pecunia extra monetam formata 1.127 m 510 p
pedis nomine quid signific. 1.102 f
pedum circuncisio 1.17 f
pedes Christi qui 1.60 m
pedes euangelizantium bona &c. exponitur 2.293 f
pedũ nomine quid intelligat 2.582 p m
pedes à Christo lauari quibus opus sit 2.475 p
pedes domini ungere 2.199 f
pedes euangelizantium qui, & quomodo specioſi 2.689 m f
pedes euangelizantium bona quomodo specioſi 2.479 m
pedes discipulorum lauare in ecclesia ad quem pertineat 2.482 p
pedes discipulorum cur lauerit Iesus 2.478 f & seq.
pedes nostros quomodo lauent ministri ecclesiæ 1.635 f
pedes discipulorum lauat Iesus 2.474 f & seq
πείθεσθαι quale uerbũ 2.898 f
πέμπτον quid signif. 1.126 p
de Penia ex Poro concipiente fabula 2.837 f (597 m
pennæ columbæ deargentatæ quæ 1.pennæ spiritus sancti, & pennæ columbæ deargentatæ quæ 2.274 p
pennas quid uocet scriptura 1.720 f
pentecostes diem qui uerè celebrent 2.936 m
pentecostes festiuitas quæ 1.299 p
pentecostes festum quinquagesimo die celebratur 2.19
περπλυροφορημένου quid 2.242 p
perdere quomõ deus dicatur 2.559 p
perditio utilis 1.272 m
perditio in scripturis qui appellentur 1.129 f
perditionis nostræ causas in nobis esse 1.805 m
perdicis natura & ingenium 1.659
peregrinum Christum quomodo recipimus 2.193 m
peregrini in mundo quomodo omnes 1.540 m
peregrinos quos intelligat 2.223 f
perfectus quis, & quatenus sit 2.563 p
perfecti qui 2.445 p
in Perfectis Christum uiuere non ipsos 2.291 f
perfectorũ ordinata charitas 1.550 m
perfectorum pugna 1.346 f. 347 f
perfectio 2.81
perfectionis summa in charitate consistens 1.573 f
perfectio cur in mundo non sit, & quãdo futura 1.292 p & seq.
perfectio nostra unde 1.812 m f
perfectio hominis sine deo nihil est 2.710 p
perfectio generalis & particularis 1.327 m
perfectio quando uentura & adimplenda 2.704 f
pericula non semper declinanda 2.94
peri archon interpretatur, & quid libri contineant 1.748 m f
periodus rerum quæ philosophis 2.864 f
peripatetici preces ad deum & sacrificia nihil prodesse dicunt 2.778 p
perire neminem uult deus 1.643 m f
perire unumquẽque suo uitio 2.559 p
persarum regni princeps quis 2.283 m 664 f. 742
persæ matrum ac filiarũ concubitu infames 2.907 p
persæ quid de dijs manufactis sentiebãt 2.747 f
persarum in religione ritus 2.927 p m
persarum mystica sacra 2.750 p
persarum consuetudo post cibum 1.487 p
persecutio generalis 2.158
persecutio spiritalis 1.28 p
persecutio fidelium ab infidelibus 2.120
persecutio semper parata piè uiuentibus 1.647 m
persecutio continua aduersus iustum 1.518 m
persecutio quàm necessaria ac proficua ecclesiæ 1.691 m f
persecutionis causa in ecclesia quæ 2.158
persecutio quomodo uitanda Christiano 2.471 p
contra Persecutionem remedium 2.673 m f
persecutiones Christianis perutiles 2.803 m
persecutiones Christianos non minuere, sed augere 1.343 f
persecutiones cur Christiani fugere debeant 1.397 m f
persecutiones fugere docuit suos Christus 2.769 p m
persecutiones Christianis quàm proficuæ 1.223 p
in Persequutionibus gaudendum 2.13
ex Persecutionibus quãta bona 1.250 f
ad Perseuerantiam in bonis exhortatio 1.735 m f
personarum immutationes sæpe in scripturis fieri 2.310 f
personarum in trinitate unitas defendĩtur 2.955 & seq.
in Personis decorum seruare 2.919 p
persuadere qũo deus dicatur 2.898 f
pertransire quid 2.622 m
pestiferi sermones 2.157
pestilentiæ quæ sint 2.157
pestilentiæ quatenus opera dæmonum 2.939 p
petra spiritualis Christus, & petræ eius imitatores 2.236 p
petræ ubi diruptæ tempore paßionis Christi 2.231 f
petræ scißæ in morte Christi quid signifie. 2.236 p
petræ, apostoli et prophetæ 2.236 p m
petrus quomõ excusetur à negationis culpa 2.220
petrus ecclesiæ fundamentum 1.79 p
petrus quid reliquerit 2.86
petrus quibus erat apostolus 2.487 p
petrus fidei symbolum 2.502 m
petrus ad promittendũ feruentior 2.478 p (247 p
petrus Antiochiæ primus episcopus 2.
petrus quatenus lux mundi 2.310 m
petri trina negatio cõsideratur 2.206 p m & seq. 219 f & seq.
petri confeßio 238

petri

petri doctrina libellus falso Petro ascriptus 1.750 f
petri prædicatio liber quid contineat 2.390 f
petri euangelium quod 2.112 p
petro cur uisio ostensa, et quid significet 2.772 & seq.
nõ Petro soli datæ sunt claues regni cœlorum 2.39
petrum diu legem Moysis etiam Christianum obseruasse 2.772 p m
petulantiam perimere, hircum sacrificare est 1.309 p
phaethontis incẽdij cũ Sodomitico inepta collatio Celsi cõfutatur 2.829 f
phaethontis tempore exustio quæ 2.752 m
phædon quomodo ad philosophiã traductus 2.768 f
phædonis ex morib. corruptiss. ad philosophiam conuersio admiranda 2.819 m
phagolœdoros quos appellent græci 1.855 p
phalaridis tyrannis 2.847 p
phalaridis taurus 2.847 p
pharan os uisibile interpret. 1.218 p 313 p
pharancades fructificatio sancta interpret. 1.314 m
pharao quomodo dicatur à deo induratus 1.805 f. 806 m & 2.680 p m
pharao quomodo aquila 1.737 m
pharao draco dictus 2.354 p
pharao an fuerit natura malus, & unde ceciderit 1.83 m
pharao diabolus 1.504 m
pharao exterminator interp. 1.25 m
pharaonis nefandum facinus in occidẽdo pueros 2.510 f
pharaonis duritia quanta 2.240 f
pharao qualiter diem suum natalem celebrarit 1.159 p
per currus pharaonis quid intellig. 1.588 f
phares quid interpret. 2.134.142
pharisæi cur & unde dicti 2.410 f
pharisæi uocabulũ quid interp. 2.142
pharisæi diuisi ac seditiosi dicti 2.342 f
pharisæi qui dicantur 2.134.142
pharisæi de resurrectione quid sentiant 2.33
pharisæi quare præcisi appellati 2.146
pharisæi spirituales qui 2.147
phenenna quid interpretetur 1.39 m
phicol quid interpretetur 1.48 p
philargyriæ morbus 1.858 f
philautiæ uitium 2.729 p
philistini quid interpretetur 1.82 f
philistini rixosi ac litigiosi qui dicantur 1.42 m
philonis scripta taxat Cels. 2.842 p m
philonis de Iudæis cõmentaria 2.751 p
philosophia quid effecerit apud gentiles 1.236 m
philosophia humana qualis 1.47 f
philosophia tripliciter diuisa 1.48 p
philosophia in multas olim sectas discissa 2.802 m
philosophia præparat ad theologiam 1.48 f
philosophia mundana 1.25 f
philosophus quis iudicandus 2.802 f
philosophus Christianus quid doceat 2.577 m
philosophi quos & qualiter finxerint deos 1.688 m
philosophi qd de dijs tradãt 2.751 m f
philosophorum dogmata qualia, et quibus comparentur 1.74 f. 76 f
philosophorum doctrina, seu placita qualia 2.748 p
philosophorum doctrina qualis, & in quo uersetur 2.746 m
philosophorum de deo opiniones diuersæ 1.47 f & seq.
philosophorum quanta in religione stupiditas ac superstitio 2.880 f
philosophorum sermões quales 1.335 f
philosophorum libri quid contineant 2.573 m f
philosophos quosdam rectè sentire 1.156 m
philosophi ad Christum conuersi qualiter se gesserint 2.923 p
philosophi apud Græcos paupertatem profitẽri 2.786 p
philosophorum quorundam ineptæ opiniones 2.864 f
philosophi ne seruos quidem arcẽt à studio sapientiæ 2.815 f
phlegon chronographus de terræ motibus qui Tiberij tempore contigerunt scripsit 2.782 m
phlegon in Chronicis suis de defectu solis 2.231 m
phlegontis chronicæ 2.160
phlegontis chronologici de Christo testimonia 2.778 f
phua quid interpretetur 1.66 p
phylacterijs utentes quàm grauiter puniendi 1.485 f
physicam scripturæ intelligentiam quã uocet 2.506 p
physica in quo nobiscum conueniat, & in quo non 1.48 p
physica, id est, naturalis disciplina quæ 1.559 p
physica per quid intelligatur 1.25 f
physiologus de catulo leonis 1.58 m
pictor apud Iudæos olim null. 2.833 m
pictores qui nobiliores 2.934 f
pietatis perfectio in dilectione 2.130
pietatis arbor 1.197 p
pietas perfecta 2.485 m
pietatis ornamenta deo beneplacita 1.302 p
pietas uera quomodo à falsa & fucata opprobretur 1.628.639 f
pigmentorum quorundam odoratũ animalia interimere 1.571 m
pignus carnis nostræ Christus quó uexerit 1.179.169 p
pilati reuerentiæ signa in examinando ac iudicando Christo 2.224 f
pilos caprarum offerre quid 1.112 f
pindari dictum, lex omnium rex 2.869 f. 871 f
pindari de Aristeo fabula 2.806
pisces repentes 1.4 m
pisces mundi uel immundi 1.157 p m
pios qui persequantur 1.503 p
pios habere tutores angelos 2.940
pios cur sinat hic affligi deus 1.192 m
placere deo & proximo quomodo 2.729 p m
planetæ & eorum cursus 1.770 f
planetarum orbes singulos à quibusdã mundos nominari 1.779 f
plangentes aut benè aut malè 2.170
de plagis Aegypti 1.72 & seq.
planta Christianorum 2.635 p
plantis etiam atq; incrementis angelos præesse 1.251 m
plantatio adulterina pharisæi 2.26
plantatio dei qualis, et quo loco 1.84 p
plantationis forma ac similitudo perapta 2.635 p m & seq.
plato qd de deo senserit 1.47 f 2.882 m
plato gallum uotiuum Aesculapio persoluit 2.880 p
plato unde genitus fabula Aristandri 2.882 p
platonis scripta cũ doctrina ecclesiastica conferuntur 2.881 & seq.
platonis uerbosa facundia 2.750 m
platonis de animarum immortalitate opinio, & earum transcorporatione 2.750 m. 916 & seq.
platonis de primo bono sententia & religio qualis 2.880 m f
platonis mater, & quomodo natus fabula 2.758 f
platonis circuli 1.830
platonis interpretum quanta discrepãtia 2.749 f
platonẽ merito poetas è sua republica eiecisse 2.835 f
platonem à doctis tantum teri 2.880 p

plebs quã præscijt deus qualis 2.693 f
plebis corruptum iudicium in electione principum 1.286
plebis in ecclesia segnities obiurgatur 1.35 f & seq.
de plenitudine Christi quomodo nos accipimus 2.508 f
plutarchus de uisiõibus in libris de anima quid scribat 2.877 p
pluuia uerbum dei 1.508 f
pluuia opportuna & importuna quid 1.196 p m
pluuiæ nomine uerbum legis intelligi 1.195 f
poculum cœnæ signum, & figura sanguinis Christi 2.988 f
poderis quale indumentum, & quid de signet 1.99 p
pœna aliena quomodo utilis ad emendationem, ac salutem aliorũ 1.674
de pœnarum dei speciebus 1.714
pœnæ nobis non à deo sed nos nobisipsis eas comparare 1.707 m
pœnæ et promißiones ubi à Paulo propositæ 2.570 f
pœnam simul cũ uitijs augeri 1.653 m
de pœnis peccatorum nulla dubitatio 1.875.879 m
in pœnis qualis profectus 1.70 f
pœnæ cuiusq; peccati tempus 1.220 m f
pœnarum tẽpus diabolo statutũ 1.95 p
in pœnis delictorum olim melior conditio quàm nunc 1.179 p m
pœnitentia quæ 1.520 m
pœnitentia ignis 1.76 p
pœnitentiæ tempus hic 1.227 p
pœnitentiæ angelus 2.297 m. 523. 739
pœnitentiæ fructus qui 2.268 m
pœnitentia apud iustum iudicem deum quantum ualeat 1.179 m
per Pœnitentiam purgari peccata, non aliter 1.179 p
ad pœnitentiam ad extremum usq; hortatur deus 1.644 p
pœnitentiæ quãta uis apud deũ 1.220 p
pœnitentiæ efficacia 1.172 m
pœnitentia animæ medicina 1.221 m
pœnitentiæ patrocinium 2.522 m
pœnitentia Iudæ & latronis 2.489 p
pœnitentia sequatur peccata 1.732 m f
ad pœnitentiam renouari quibus impossibile 2.220 m f
pœnitentiæ confessione deo satisfaciendum 1.384 p
ad pœnitentiam animas Christiani uocant, non ad mala patranda 2.817 p
pœnitentiæ locum etiam damnatis dat deus 1.643 m
p pœnitentiã peccata remitti 1.120 p m
pœnitẽtiæ semper locus 1.93 m f et se. p
pœnitentiæ remediũ in ecclesia 1.513 m
ad pœnitentiam facilis conuersio quàm laudabilis 1.527 m
pœnitentibus quanta patienda 1.527 p
erga Pœnitentes quàm iniquè se gerant amici illorum 1.527 m
poetæ de dijs quid tradant 2.751 m f
poetæ turpiloqui idololatriæ fabricatores 1.651 f
poetas tanquam pestem iuuentutis Plato à sua repub. arcet 2.835 f
poetæ ab ecclesia abigendi 1.335 f
poetæ quàm inaniter de diuinitate senserint 366 m (cit 2.842 p
poemata qualia Plato à sua repub. eijcenda non posse constare absq; insania Græci tradunt 1.821 m
poeticam qui spiritus inspirent 1.821 m
polemon Xenocratis successor qualis fuerit 2.768 f
polemon physiognomicus 2.757 m
polemonis ad philosophiam è corruptiss. conuersio 2.819 m
pollutus quomodo nõ subiectus sit Christo 1.499 f
pollutio in quo consistat 2.726 f
polygamia mystica 1.39 m
ponere & proponere quid 2.589 p
pontifex omnis sanctus 1.147 f
pontifex magnus quatenus Christus 2 308 p m
pontifex legalium figura Christi 1.121 f
pontifex qualis olim eligebatur, & eius oblatio 1.119 p & seq.
pontificẽ quis deceat ornatus 1.146 f
de pontificis consecratione & indumẽtis 1.144 m & seq
populus arbor quid designet 1.99 f
populi nomen quò referatur 2.469 m
populus Christi qui 2.133 (tur 2.289 p
populus dei olim quomodo diuideba-
populus ad quem adiungendus Moyses dicitur, quis 2.96 m f
duorum Populorum figura in quo, & quorum 1.323 p m (ijci 1.708 f
è populo dei qui digni eradicari & ab populo dari principes ac iudices secundum cor & merita eius 1.387 p
populi quomõ sagittæ diaboli 1.505 m
populi Aegyptij cũ populo Israelitico collatio 1.55 m f
de porta clausa Ezech. 1.746 f & seq.
portæ iustitiæ 2.40
portæ inferorum quæ 1.440 m f
& quibus non præualeant 2.236 p
portio pontificis, leuitarum & hominum in regno dei 1.234 f & seq.
portio domini quomodo Israel 1.91 p m
porus deus affluentiæ 2.837 f
possessio dei non malorum, sed bonorum 2.937 p
possessiones ecclesiæ notantur 1.55 p m
possibilitas quid discrepet ab efficacia 2.687 p 2.687 p
potentiarum diuersarum discretio 2. 468 p
diuinæ Potentiæ uirtus unde magis eluceat 1.834 p
potentia Christus, & quo in significatu etiam hæc uox accipiatur 2.311 p
potentiam dei ignominia afficere 2. 452 f
potentiam suam in quo notam faciat deus 2.681 f
potentes potentiora tormenta patientur 1.734 p
potentiores inter homines ferè non meliores esse 2.856 p
potestas quæ dicatur 2.323 p
potestas ad superbiam procliuis 1.731 f
potestas nulla nisi à deo quomodo 2. 715 p m
potestas ecclesiastica 2.99
potestates quæ dicãtur 2.305 p. 380 p
potestates duæ in genere 2.109 & 110
potestates quas intelligat 2.674 f
de potestatibus contrarijs 1.815 & seq.
potestates contrariæ quæ 1.815 & seq.
potestates infinitæ in specie 2.110
potestates aduersariæ dæmones 1.320 f
potestatibus unde facultas exercẽdi potestatem 1.773 m f
potestatibus quomodo Christiani subijciuntur 2.950 p
potus Christi 2.98
potus cœnæ Christi quid 2.204 p
potum quis det Christo sitienti 2.193 p
præcantationes magicæ quales, & earum efficacia 1.363 f
præceptum quid 1.195 m
præcepta tentant. 1.86 p
præcepta seruantibus quantæ benedictiones promittantur 1.200 p m
præcepta cur à domino & ab apostolis data 1.812 f
præcepta dei plurima etiam ad literam accipienda 1.871 m
præcepta diuina non esse impossibilia 1.550 f
supra Præcepta facere 2.736 m
præcepta Christi ex lege & prophetis desumpta 2.973 m f
præcognitionum ratio 2.780 m f
præcursor Christus 1.619 m
prædestinatio dei 2.66
prædestinatur quando quis 2.539 m
prædicatio quid 2.691 m
prædicationis uerbi dei efficacia 2. 819 f
prædicatio uerbi dei unde autoritatem accipiat,

accipiat,& qui fiat ut ab hominibus ſuſcipiatur 1.865 f
prædicatio argento comparata 1.98 p 110 m (1.832 m
prædicationi euangelij unde tanta uis
prædicatio de Chriſto per uerbum intellig. 2.690 f & ſeq
prædicatio Petri liber quid contineat 2.390 f
prædictiones Chriſti ueras eſſe cõprobatum 2.778 m f
prædictionum euentus in quo conſiſtãt 2.780 m f
præfecti eccleſiarum quales eligendi 2. 953 m
præfecturæ Chriſtianorum,& quos ad eas uocent 2.953 m
prælia unde oriantur 2.156
prælia in nobis quæ, & quis nos ab eis ceſſare faciat 1.321 p m
præmium nullum ſine certamine Chriſtianis 1.248 f.250 f
præmia quoq; rectè factorum gentilibus reddi 2.553 m
de præmijs tam iuſtorum quàm iniuſtorum qualiter perſuaſi Chriſtiani 2. 944 m
præputium quo in ſig.ponat 2.592 p
præputij ac circunciſionis diſtinctio à Paulo facta diligenter perpendenda 2.590 m
præputij nomine gentes intell. 2.563 f
præputio carnis circunciſus & incircũciſus quis 2.568 m
præſcientiam homines unde diſcant 2. 853 f & ſeq.
præſcientia non cauſa prædeſtinationis 2.538 m
præſcientia futurorum indifferens 1. 259 f & ſeq.
præſcientia futurorum quomodo ſit in differens 2.856 f
præſcientiam etiam à malis ſpiritibus proficiſci 1.260 p m
præſcientia dei circa quos uerſetur 2. 669 m f
in præſcientia dei ſalutis cauſam non eſſe poſitam 2.671 p
præſcientia dei in eligendis hominibus qualis 2.538 p
præſcientia operationum multa genera 1.260 m
præſcire dei 2.692 f
præſciri eos qui nondum ſunt 2.539 m
præſcita de nobis nos poſſe effugere ſi uelimus 2.780 m
non præſumẽdum in approbatione ſcripturarũ contra patrum autoritatẽ 1.564 m
præuaricatio ubi 2.600 f
præuaricatores qui 2.622 m
ſimilitudo præuaricationis Adæ quæ et in quibus ſit 2.622 f.623 p.626 p
preces uis populi dei 1.247 p m
preces ad deum fuſas nihil prodeſſe dicunt Peripatetici 2.778 p
precibus ſuis nos iuuare ſanctos defunctos 1.604 p m (953 p
precibus Chriſtianos militare 2.952 f
preces Chriſtianorum ad deum quæ, et quod eas ubiq; fundant 2.921 f
precari deum unumquẽq; propria lingua 2.941 p
preſbyteri unde dicebantur apud ueteres 1.357 p
preſbyterorum plebis inſtructio et officium 1.105 m f
preſbyteri ſeptuaginta eligũtur à Moyſe 1.212
preſbyterum quid dignum ac beatum efficiat 1.667 p m (262 m
preſbyterum non poſſe eſſe digamũ 2.
preſbyteri eruditores noſtri 1.523 p
preſbyteri quomodo tigna in eccleſia 1. 598 f
preſbyteri ſimulati 2.144
preſbyteri eccleſiam ſcandalizãtes quo excindendi & proijciendi 1.335 m
preſbyteri qui uocari uelint 2.134.136
preſbyt. dignitas quãta in eccl.1.855 m
preſſuram pati quorum ſit 2.557 m
inter Primitias & primogenituram diſcrimen 2.290 m
primitiæ primitiarũ Chriſtus 1.235 p
primitiæ dei qui 2.289 m f
primitiæ qui uocentur in eccl.2.738 m
primitiæ ſpiritales unde offerendæ deo 1.237 m
primitias ſpiritus q habeãt 2.666 p m
primitias ſanctas quas uocet 2.700 f
primitias uel gentium uel eccleſiarum quomodo offerunt angeli deo 1. 234 f.235 m
primitias perſoluere qui ſpernunt quales 1.232 p m
primitiæ etiam Chriſtianis perſoluendæ 1.230 f.232 p
primitiuorũ eccleſia quæ 2.541 p.673
primogenitus omnis creaturæ & ex mortuis quo Chriſtus 2.308 m f.318
primogeniti qui habeantur apud deum 1.205 f
primogenitus quomõ Iſrael 2.470 p
primogeniti in eccleſia 1.233 f
primogenita Aegypti occiſa quos deſignent 1.75 f
primogenitura et primitiæ in quo differant 2.290 m
princeps quis et unde dicatur 2.956 p
principes qui,& quomodo debeant eligi in eccleſia 1.286
princeps huius mũdi qs 1.34.122.124 f.444 f.614.765.1.821
princeps mundi quatenus diabolus 1. 243 p (444 f
princeps cuius mundi ſit diabolus 2.
principes noſtri angeli quo in iudicio rationẽ de nobis reddituri 1.281 m
princip. prouinciarũ angeli 1.742 m f
principes gentium angeli autores linguarum 1.234 m f
principes populi quales eſſe debeant 1. 105 m
principes de Iuda defeciſſe certiſs.aduẽtum Chriſti deſignant 1.832 m f
principes populi Iſrael angeli 1.390 f
principes terræ in quo conuenerũt aduerſus dominum 2.227 m f
principes eccleſiarum qui & quomodo fiant 1.234 f
principes eccleſiarum quos debeant eligere ſucceſſores 1.286
principes ſacerdotũ mali in eccl. 2.110
principes paſtores dicti 1.588 m
princeps militiæ uirtutis dei 1.331 f
principes poteſtatis dei qui 2.156
principes ſpiritales ſingulis gentibus, præfecti 1.820 f
principis ſacerdotum capitis inſigne 2.229 m
principem ſæpe pro meritis populi dari 1.387 p
principalis ſpiritus quis 1.661 m
principatus qui dicantur 2.304.323 p 764
principatus multi 2.110
principatus qui intelligantur 2.674 f
principatus eccleſiæ non hæreditarius, ſed dei electione commendandus 1. 286
principatus eccleſiaſticus in quo conſiſtat 2.98
principatus eccleſiæ quomodo ſuſcipiẽdus 1.634 m
principium quid ſit 2.454 m
principium omnium quod 1.1 p
principij uox multa ſignificat in ſcripturis 2.296 m
principij nomen quomodo ſumatur 2. 314 p
principium in diuinis quid uocet 2. 502 f & ſeq p
probatio Chriſtianorum quouſq; pertendatur 1.393 m
problemata Exodi ac Num. 2.841 f
procuratores animarũ noſtrarum qui 1.523
prodigia quæ uocentur 2.734 p (p m
prodigia in morte Chriſti facta 2.231
profectus quis 1.311 p m

profectiones filiorum Israel ab Aegypto 1.77 p & seq.
professio quæq; optima in plures semper sectas discissa 2.802 f
prohibita ardentius desiderari 2.651 p
non per prolationē generatum à patre deo filiū cōtra Valentinianos 1.868
prolē subtrahi à peccatorib. 1.709 p m
promissiones & pœnæ ubi à Paulo proposite 2.570 f
promissio quomodo per gratiam firma sit 2.602 m f
promissiones dei in quibus constent 2.678 p m
promissionum dei princeps Christus 2.764 m
promissiōes dei quò referātur 2.914 p
promissiones euangelij 2.539 p
promissiones Abrahæ factæ excutiuntur 1.33 p & seq.
malè promissis æquo animo desistendū 2.480 p m
nihil promittas supra uires 2.206 p
promurale quid 1.618 f
pronunciata quæ 2.316 m
propheta quis & contrà 2.465 p m
prophetæ ministri ecclesiæ 1.591 m
prophetarum mater sapientia 1.680 m
prophetæ filij dei 2.470 p
prophetas per cedros intellig. 1.84 m
prophetarū nomin. 1.20.218.236.703
prophetæ montes dicti 1.685 m
prophetas interdum pseudoprophetas dici 2.728 p
prophetas esse diuinitus inspiratos unde monstretur 1.832 m
prophetarum alij læta, alij tristia denūciant 1.399 m f
in prophetis fuit spiritus sanctus 2.152 270
in prophetis quomodo fuerit Christus 2.149 (p m
prophetæ cum augure collatio 2.465
prophetarum patria, & quomodo in ea excepti 2.410 m
propheta non acceptus in patria sua 2.280 p m
prophetas suos mittit deus inuitātes ad pœnitentiā antequā puniat 1.644
prophetæ quomodo missi 2.326 p & f
prophetæ quomodo participes Christi 1.787 f & seq.
prophetæ quomodo & in quo iuuent nos 1.323 m
de prophetis Iudæorum quid sentiant Christiani 2.908
prophetas quomodo mortuos putabāt Iudæi 2.455 f (locum 2.482 p
prophetæ in ecclesia secundum sortiti proph. qualis fuerit Christus 1.647 p
prophetarū corpora qui colant 2.146
prophetæ quatenus sapientes 2.333 p
prophetarum nouissimus Ioannes 2.268 m f
in prophetæ potestate quomodo positū sit uel loqui uel tacere 1.717 p m
prophetare quorum sit 1.514 m
prophetandi causam casum aliquem aliquando præbere 2.469 f
prophetaus an à spiritu sancto prophetet 2.466 m f
prophetātes nūcij missi à Saul 2.467 f
prophetia quid apud Paulum 2.710 m
prophetiæ & diuinationis discrimen 1.248 p
prophetiæ plures species 2.710 m f
prophetia perfecta & ex parte 2.595 f
prophetiæ caput Christus 2.16
prophetia ubi resideat 1.383
prophetiæ confirmatio 2.594 p
prophetiæ præcipua excellētia 2.329 p
prophetiæ maximè inter se concordes 2.68
prophetiæ ueritas ex euentibus iudicatur 2.780 m
prophetiæ gratiam nō sexus diuersitas sed puritas mentis meretur 1.388 p
prophetia quando reuelatur 2.333 f
prophetiæ dona quibus à deo præsentur 1.821 m
prophetiæ quæ de singulis gētibus proferuntur ad animas quomodo referri debeant 1.841 m f
prophetiæ de Christo 2.38
& quomodo completæ 1.866
prophetiæ de aduentu Christi certiss. comprobatæ 1.832 m f
prophetiæ Hieremiæ tempus & quando finierit notatum 1.643 f
prophetia quæ detur sanctis 2.537 p
prophetias intra aulam Israeliticam cōtineri 1.252 p
prophetias qui intelligant & qui non 2.469 m f
prophetiæ Balaā tractantur 1.253 et se.
prophetiæ Balaam à quibus seruentur 1.248 f & seq.
propinqui non eligātur successores ad gubernandum populum 1.286
propitiatorium quid, & quò referatur in scripturis 2.587 f & seq.
propitiatorium uerè quis 1.169 m f.
propitiatorium legale umbra Christi 2.307 p. 308 p. 309 p
propitiatorium qui uocentur in ecclesia 1.211 f
propitiatio & propitiator pro peccatis Christus 2.307 p. 308 p. 309 p
propitiatio per Iesum facta quæ sit 2.589 p m
propitiationis dies 1.391 m
propitiationis festiuitas qualiter celebranda 1.576 m
proponere & ponere quid 2.589 p
quē Proposuit deus propitiatoriū &c. quomodo intellig. 2.589 p
proposito hominis uel bono uel malo qualiter utatur deus 1.251 m
proposito hominis quomodo utatur deus, ac promoueat 2.679 f
propositum hominis per arborem designat. 2.644 f
propositum malum in nobis cur nō cōtinuo deus resecet 2.703 f
proprietatē filij dei aliam esse à patre quidam affirmantes 2.312 m f
proselytos quos scriptura nominet 2.566 p
proselyti gentes 2.88
proselyti in ecclesia qui 1.343 p
proselyti Iudæorum unde 2.254 f
proselytum facere 2.139
prosopopœia Celsi contra Christum incepta atq; impia 2.755 m
προτάσεις quæ 2.316 m
προπαγίννυμαι quid 2.290
prouerbium quid, & eius usus 1.559 f
prouerbia scrutātium ingeniū 2.853 f
in prouerb. qd doceat Salomō 1.559 m
proximus quis 1.557. 2.280 f. 281 p
prox. quis et quō diligēdus 1.550. 602
erga Proximum qualiter affecti esse debeamus 2.713 p
proximi pœnitentium quàm iniquè serga eos gerant 1.527 m (1.335 p
de proximo qualis cuiq; cura gerenda
prudentia quæ, & circa quæ uersetur 1.559 f
prudentia carnis & spiritus 2.657 m
prudentia quatenus uirtus aut uitium 2.707 f
prudentiā unam esse ex uirtutib. 2.182
prudentiam per serpentem designari 1.74 f
prudentiam posse industria hominis cōparari 1.848 f
prudentia quænam optima 2.814 p
prudentia etiam qualiscunq; quomodo non spernenda 1.106 p
prudentiores qui, & quomodo dicātur 2.707 f & seq. p (f & seq.
psalmus 36. qualis, et quā utilis 1.494
psalmorum titulos non semper illorum historiam sequi 2.574 p m
psalmi quibus titulus est Filijs Chore semper læti 1.399 m
psalmus graduum 2.459 f
psalmos 45. & 47 explanauit Origenes 2.917 m
pseudoprophetæ qui 2.167

pseudoprophetarum in seducendo consuetudo 2.740 p m
psomphthonphanec Ioseph dictus, & quid signific 1.297 f
ψυχὴ anima, & unde dicatur 1.791 f. 792 m
pudicitia unde oriatur 1.277 f (14
pudicitia nulla nisi quæ à deo datur 2.
pueri qui 2.78.79.345
puero unicuique angeli præpositi 1. 390 m
puerorum eruditionis similitudo apta 1.522 f
pueri percutientis matrem similitudo ad legem accommodata 2.620 f
puerũ in nomine Christi recipere 2.62
pueros etiã diuinasse proditũ 1.822 p m
pueros habere tutores angelos 2. 940 p m
pugna aduersus peccatum 1.339 m
pugna Christianorum duplex 1.346 m 347 f
pugnæ baptismum subsequentes 1.328
quo pugnent fideles, & quibus armis 1. 298 m
per pullum asinæ credentes ex gentibus intellig. 1.59.m.249 m
puniri etiam morte hic longè præstat quàm pœnam incurrere in futurũ 1. 191 f & seq.
non puniri à deo, magnam iram eius demonstrari, & cur puniamur 1.651 p
punit deus neminem bis pro uno peccato 1.178 f
qui punitus hic non fuerit in futurum punietur 1.192 p
cum puniendi à deo tradimur, patienter ferendum 1.741 p
purus perfectè nemo nisi unus 2.581 f
pura usu præpostero impura redduntur 2.26
purgatio quæ per pœnã ignis fiet quæ, & quandiu duratura 2.702 f et se.
purgationes parientium cur olim fiebant 2.256 p m & seq.
purgatione quæ indigeant, et quid secũ inferat purgatio 1.668 p
purgatio uera quãdo cõtingat 2.257 p
purgatorias pœnas animæ intelligi nomine gehennæ 2.887 f
purificatiõis triplex ratio 1.164 f et se.
purificationis peccatorũ ratio 1.293
purificationem constare sanguinè 1. 325 m
purificationes ueteris legis 1.299 f
purificationibus pœnalibus qui reseruentur 2.702 f
purpuram aquam referre 1.111 f
pusillus quis 1.102 f
pusilli non contemnendi qui 2.65.66
pusillanimitas animæ languor 1.312 m
puteus quomodo scriptura sit 1.241 m
ad puteum uisionis habitare 1.40 m
de puteo, & quibus adaptetur rebus 1. 238 & seq.
puteorum nomine scripturas intelligi 138 p
apud Puteos sortiti uxores patriarchæ quid 1.239 f
quòd ad puteos patriarchæ cõiugia sortiuntur quid signific. 1.38 p
putei apud Ascalonẽ mirabiles 2.839 f
de puteis Isaac, et rixa pro ipsis, et quid signific. 1.43 f & seq.
pythagoram suam philosophiam à Iudæis hausisse atq; in Græciam traduxisse 2.751 p
pythagoram sublatum doluerũt aduersarij eius 2.747 m
pythagoræ femur eburneum, quòd fuerit prius Ephorbus, & alia prodigiosa 2.882 p
pythagoræ discipuli qualiter instituebantur 2.748 p
pythagoricæ disciplinæ desertores quales habebantur 2.814 f
pythagorici ubi olim scholas habuerint 2.747 p m
pythagorei à fabis animantibusq; omnibus abstinent 2.872 m
pythagorei qua nota taxabant à philosophia defectores 2.777 f
pythagoricum dogma 2.621 p
pythagorizantes hæretici 2.651 f
pythius apud Græcos deus qualis 2. 771 m
pythij oracula & iussa qualia 2.805 f
de pythia Apollinis uate 2.907 f et seq.
python dæmon quis 1.822 m
pythonum ministri dracones ac serpentes 1.262 p
pythonis spiritus testimonium quale 2. 467 p

Q

Quadragesimæ dies ieiunij 1.176 m.802
quadragenarij numeri mysterium 2. 379 p
quadrans peccati pœna 2.626 m
quadratum quid, et eius signific. 1.11 m
quærere uerbũ quo sumatur 2.422 p
quæstionum Hebraicarũ Hieronymi libri 2'241 p
qualitates quatuor esse ex quibus materiæ iunctis fiunt corpora 1.5775 m
sine querela ambulare in iustificationibus domini quid 2.243 f et seq. p
quinq; numeri sacramentum 1.210 f & seq. p
& pro quo sumatur 1.126 m
quinquagenarius numerus remissioni sacratus 1.12 m f
quinquagenarij numeri mysteriũ 2.19
quinquagesimus numerus remissionis 1.211 p
quinquagenarius numerus quos significat. 1.199 m
quintũ corpus philosophorũ 1.830 m
quintas Aegyptios soluere regi 1.55 m f
quomodo interrogatiuè in scripturis non inficiatiuè sumi 2.991 f

R

Raab latitudo interpret. 1.324 f
rabi uocari quid 2.134. & 136
rachel ubi sepulta 2.512 m
rachel quos filios dicatur plorare 2. 512 p m
rachelis nomine quos intellig. 2.512 f
radicem sanctam quam uocet 2.700 f
rama excelsa interpret. 1.388 m
ramesse quid interpret. 1.77 f. 310 f
rampsinitis impostoris Aegyptiorum fabula 2.790 f
ranarũ nomine poetas intellig. 1.75 p
raphaca sanitas interpret 1.312 m
raphaelem medicinæ præesse 1. 251 m
raphaeli angeli curandi ac medendi opus commissum 1.772 p
raphaim resolutæ matres interpret. 1. 369 m
raphidin laus iudicij interpret. 1.312 f
raphidin sanitas iudicij interp. 1.103 p
ratio unicuiq; reddenda, & quando 2. 284 m
ratio quatenus ueritatis capax 2.331 m
ratio sua cuiq; causa suæ malitiæ 2. 847 p
ratio animæ pars præstantiss. & eius sedes 2.349 m
ratio generalis 1.794 f
ratio in homine princeps quam habet cum cœlitibus cõmunem 2.853 p
ratio naturæ, lex dei 2.870 f
rationis Christi participes qui 2.309 m 311 p
rationis effectus in unoquoq; nostrum 2.319 p
rationis regnum quod 2.304 p
rationis ædificium quod 2.331 m
rationi hominẽ subesse ut regi 2.985 m
rationale quid 1.99 m.113 m
rationalis philosophia quid contineat 1.48 p
rebeccæ nomine patientiam intellig. 1. 37 p.239
rebeccæ sterilis conceptus & partus 1. 41 p
de Rebecca hauriẽte aquam 1.35 f et se.
reconciliatio ad deum quæ, per quẽ & quomodo facta 2.615 p & seq:

recti corde & mundi corde idē, & quo modo trucidentur 1.505 f
rector ecclesiæ quando tribuitur à deo 1.387 m
rectos corde quos uocet 1.504 f
redemptio quid, & quomō per Christum facta sit 2.587 p
redemptio in Christo consistens 1.755 f
refrigeria etiam post supplicia futura qui dicant 2.528 p m
regenerationis lauacrum 2.347 f
regeneratio penes quem sit ibidem
regenerationem nō fieri sine trinitatis fide 1.864 m
regio uiuentium quæ 2.320 m f
de regionum diuisionibus tam sacrorū quàm profanorum sententiæ 2.867
regnum dei & peccati 1.623 f & seq.
regna in homine duo 2.630 f
regnū Christi quomodo crescat 1.267 f
regnum Christi 2.276 f. 531 p. 722 f 725 m f
regnum cœlorum & Christi quale 1.5 p. 10 m. 96. 85. 115. 520 m. 971 f
regnum Christi quomodo per unicornem design. 1.259 f
regnum cœlorum unum, licet mansiones multæ in eo sint 1.579 p
regnum æternū quib. paratū 2.194 m
regnum dei quis uideat 2.49
regnum dei intra quos sit 2.285 m
regnum quod dicatur 1.648 p
regnum ferreum ex Daniele Romanū imperium interpret. 2.965 p
regni Græcorū princeps quis 2.283 m
regni dei germina 2.3 f
à regno dei secundas nuptias reijcere dicit 2.262 m
regnorum libri quid contineāt 1.384 f
reges unde dicti 1.241 p
reges quō ecclesiæ doctores 1.241 m
reges terræ in quo astiterunt aduersus dominum 2.227 m f
reges etiam apostoli quomodo & quibus 1.241 p
reges in Israel quādiu fuerint 1.484 m
reges sub aduētum Christi cessasse in Iuda, nec post extitisse, manifestiss. declarant Christum adueniſſe 1.866 p
regis nomen quatenus competat Christo 2.303 m f. 309 p
regnare quid 2.622 m
regnare quo signific. positum 2.627 f
de rege ponente rationem cum seruis 2.70 & seq.
regem impiæ gentis ad malignam uirtutem referri in scripturis 1.234 m
regem quamobrem iusserit deus Israelitico populo instituī 2.706 f
regis ira cui comparata 2.510 f
regalis ordo in Iuda designatus 1.187 f
regius ordo olim alius à sacerdotali 1. 633 p
regium semen qui sint 1.720 m f
regnare quid significet 2.627 f
regulus Capharnaïcus quis fuerit 2. 412 p
rei non ex arbitrio factæ nemo reus 2. 144
religio Christiana nō propter sectas fugienda 2.802 m f
religio benè ordinata 2.329 p
religio omnis præter cultū ueri dei cultus dæmonum est 2.929 f
religionis Iudaicæ mutandæ rationes et causæ 2.833 f & seq.
religionis professio 1.203 f
deum non Relinquere quemquam sine causa 1.644 m
quos relinquat deus 1.808 p m
reliquias quos uocet, & qualesſint 2. 693 m f & seq.
remedia unde homines habeāt 2.853 m
remedia contra persecutionē, famē, nuditatem, pericula, gladiū terrenum 2.673 m f
remissio peccatorū multiplex 1.120 p
remissio quando & qualis apud Iudæos 1.12 m f
remissionis prædicatio super quos 2. 279 m
remissionem à deo moderari pro pœnitentiæ mensura 1.538 m
remissionem an mereatur accipere anima pœnitens, ac mala relinquens 2. 597 p
remonphares excelsa intercisio interp. 1.313 p
renes coitum significare 1.695 m
renes ac renunculi hostiæ quid signific. 1.125 p m
reposita quæ dicantur 1.59 p
reprobos etiam in uniuersum prodesse 2.848 p
reprobi qualiter puniendi 2.528 f
rebus nomina etiam apud gentiles aptari 1.297 f
requiem quid pariat fidelibus 1.82 f

S

SAba regina Aethiopissa, & eius exempla 1.576 m
saba reginæ sapientia et quomodo à Cābyse rege nominata 1.575 m
sabaoth uariè interpret. & eius uis in incantationibus 2.873 f
sabaoth nomen quàm efficax 2.753 f
sabaoth dominus militiarū int. 1.630 m
sabba quid Hebræis 2.305 p
sabbæorum regina Salomonis experta sapientiam 2.812 m
sabbatum nouum sabbatizare 2.50
sabbati obseruatio qualis debeat esse Christiano 1.289 p
sabbatum ad literam obseruari non posse 1.839 m
sabbati dies 2.91
sabbata terræ quæ 1.709 f
sabbata sabbatorūsabbatizare 1.541 m
sabbati recta obseruatio 2.624 p
de sabbato superstitiosa ac ridicula interpretatio atq; obseruatio 1.839 m
sabbatismi extremitas quæ 2.328 p
cōtra Sabellianos libri Dionysii Alexādrini etiam ab hæreticis corrupti 1. 880 f
sacerdos qualis olim eligebatur, & eius oblatio 1.119 p m
sacerdotes boni & mali, & quibus cōparentur 1.403 p m
sacerdotes præter officium indigna gerentes 1.203 f
sacerdotes abstemij sint 1.149 m
sacerdot. omnes Christiani 1.130 f. 188
de sacerd. magno Iudæorū 1.180 p et se.
de sacerdotum consecratione & indumentis 1.144 m f & seq.
sacerdotum pars qualis 1.137 f & seq.
sacerdotum esca 2.48
sacerdotes possessores & terreni nō tantur 1.55 p m
pars sacerdotum dei deus 1.55 p m
sacerdotibus euangelij etiam primitiæ offerendæ 1.230 f. 232 p
inter Sacerdotes dei et Pharaonis quid interſit 1.55 p
sacerdotum ordinādorū ratio 1.146 p
sacerdotū proles & filij in ecl. 1.148 m
principis Sacerdotum insigne capitis 2.229 m
sacerdotum cœlibatus in eccl. 1.48 m
sacerdotum ordo apud Iudæos 2.833 f
alius Sacerdotalis ordo alius regius 1. 633 p
(stiani 1.166 p m
sacerdotiū quale & quō exerceāt Chri
sacerdotiū regale olim Iudæi 2.834 p
sacerdotij dignitate qualiter digni efficiamur 1.209 m
sacra mystica apud Persas 2.750 p
sacra Christian. falso clancularia à Celso caluminari 2.748 (2.833 f
sacrorum ordo atq; ratio apud Iudæos
sacramenta dei qualia 1.696 p
sacramentū absconditum quod dicat, et quib. reuelatū 2.743 p m (1.530 p
ad sacramēta eccl. qualiter accedendū
ad sacramenta Christi non sine delectu admittebantur olim 2.817
sacrificale opus, euangelizare 2.733 m
sacrificare dijs alienis Basilides indifferens esse dicebat 2.157. 165

ſcrificiorum forma & apparatus triplex quomodo 1.138 m f
ſacrificiorum ritus 1.117 m f & ſequent.
ſacrificia deo quæ & qualiter offerēda 1.114 f
ſacrificium ſalutare, & eius partes 1. 139 p m & ſeq.
ſacrificium laudis offerre quid 2. 541 f
de ſacrificijs, feſtiuitatum diuerſitate et ritu 1.292 m & ſeq.
ſacrificia figuralia quando abolita 2. 95
ſacrificium indeſinens quid ſignific. & qui illud offerant 1.288 m
ſacrificiorum ueterum maieſtas, & cur finem ſumpſerint 1.287 p
ſacrificium domino quod acceptabile 1.392 p
de ſacrificijs cur mandatum à Moſe populo 1.263 m f
de ſacrificijs repropitiationis 1.165 f & ſeq.
ſacrificia Aegyptiorum qualia 2. 803 f
ſacrilegium qui committant 2.561 f 562 p
ſadducæorum hæreſes 2.287 m
ſadducæi ſolos Moſis libros recipiūt 2. 763 p
ſagitta quomodo Chriſtus 1.550 f
ſagitta ſermo, ſagitta & Chriſtus quomodo 1.503 m f. 504 f & ſeq.
ſagitta piorum atque impiorum quæ 1. 503 m. 504 f
à Sagitta uolante per diem &c. quomodo intelligendum 2.214 f
ſal prudentiam ſignific. 1.22 m f
ſal terræ quomodo pij homines 2. 951 f
ſalem & menſam uiolare prouerb. pro fœdere 2.781 m
ſalix arbor quid deſignet 1.99 f
ſaligna corona fideles coronari 1. 698 p
ſalome quid interpretetur 2. 238 f. 239 p
ſalome matrem fuiſſe filiorum Zebedæi 2.238 f. & 239 f
ſalomon etiam Eccleſiaſtes dictus 1. 562 f
ſalomon Idida dictus 2.536 p
ſalomon typus Chriſti 2.379 f. 562
ſalomon quomodo uiderit deū 2.331 f
ſalomonem ſapientiſs. quid præuaricari fecerit 1.279 m
ſalomonis ſapiētia quanta 1.559 m 812
à ſalomone tria uolumina ab eccleſia recepta 1.559 p. 564 p
ſalphaat quid interpretetur 1.284 f
ſaluari per gratiam & per electionem gratiæ quid 2.693 f
ſaluatoris magnitudo quando & in quibus declarata 2.247 f
ſaluatoris myſterium abſconditum à principibus ſeculi 2.247 p m
ſaluator quorum ſit Chriſtus 2.501 p
ſalutatio Mariæ ab angelo noua 2. 247 m f
ſalutis noſtræ cauſas in nobis eſſe 1. 294 m. 805 m
ſalutem ſuam quibus oſtendat Chriſtus 2.230 m
ſalutem credentium dupliciter conſtare 1.613 m f (dere 1.812
ſalutē oēm ex miſericordia dei depen=
ſalus iuſtorum apud ſolum dominum 1. 520 m
ſalutem conſequi per bona opera 1. 696 m
ſalus non conſecutura ſinē trinitatis fide 1.864 m
ſalutis initia, proſectus & perfectio 2. 604 f
ſalutis noſtræ quanta cura geratur à deo 1.280 p
ad ſalutem non ceſſat hortari homines deus 1.644 p m
ſalutis cauſa in quo poſita 2.671 p. 696
ſamaræi hærctici reſurrectionē & animæ immortalitatē negabant 2. 123
ſamaritæ ſolos Moſis libros recipiunt 2.763 p
ſamaritæ hæretici reſurrectionem æternamq; uitam negant 1.296 m
ſamaritarum hæreſiarcha Doſitheus 2. 271 f
ſamaritanus quid interpretetur 2. 281 m. 10. 45
ſamaritani unde ſic dicti 2.451 p
ſamaritanorum errores 2.450 m
ſamoſatenus Chriſtum purum hominem, non etiam filium dei impiè aſſeuerauit 1.866 f
ſampſon Nazareus dei typus Chriſti 2.221 f
ſampſon cuius figuram gerat 1.622 f
ſamuel ubi ipſe deus interpret. 1.402 p
ſanctus & ſancta in ſcripturis qd ſigni. 1.176 f (177 p m
ſanctus quis, etiāſi paccet 1.228 f. et ſe.
ſanctus uel prophanus quis & quō ſit 1.177 p m
ſanctus unde uiuat 2.488 p
ſanct. quō dñs et quō homines 1.405 f
ſanctus ſanctorum Chriſtus 2.160
ſanctus quomodo peccator fiat 1.172 m
ſancti qui dicantur 1.295 m
ſancti nubes dicti 1.662 m
ſancti, montes dicti 1.609 m
ſancti & fideles tabernaculū teſtimonij dicti 1.211 m
ſancti quatenus lux mundi 2.301 m f
ſancti entis participes 2.318 p
ſancti quomodo diuites 2.193 p
ſancti pauperes qui 2.735 & 736 p
ſancti quomodo dicātur ire ad dominū 1.41 m
ſancti cur tribulentur in mūdo 2.612 p
ſancti defuncti an habeāt erga nos charitatem, & an ſuis precibus nos iuuent 1.604
ſancti quibus mortui & ſepulti 1.51 m
ſancti quibus nos adminiculis iuuent 1. 304 f & ſeq.
ſancti quomodo clament ad dominum 1.79 m
ſancti quomodo ſtent ſemper in conſpectu dei 1424 m f
ſancti eſtote &c. explicatur 1.176 f & ſequent.
ſanctorum conſtantia in perferēdis malis pro ueritate 2.909 m f
ſanctorum fulgor, & quibus comparentur 1.408 f
ſanctorum cuiuſq; ſors 1.284 p
ſanctorum poſt diſceſſum ſedes 1.802 p
ſanctorum ordinata charitas 1.550 m
ſanctorum lumen inextinguibile 2.169
ſanctorum in ſeculo gloria 2.377 p
ſanctorum gloriationes 2.302 m
ſanctorum peccata quomodo ſuſcipiāt Leuitæ 1.228 p
ſanctorum memoriæ quales ueteribus 1. 491 f
ſanctis omnia ſancta & mūda 2.725 p
ſanctis cōmunicare quid 2.712 p m
ſanctos ceruorum nomine intellig. 1. 613 p
ſanctos in ſcriptura memoratos electos dei eſſe credendum 1.871 m
ſanctos nullos natalem diem celebrare, ſed deflere 1.159 p
ſanctos multitudine angelorum circundari 1.515 p m
in ſanctos quæcunq; fiunt Chriſtus in ſe ſuſcipit 2.127
per ſanctos quomodo glorificetur deus 2.496 m
ſanctos feris laceratos, ſicq; martyres factos 1.712 f
ſanctos etiam non immunes à peccato, & quibus ſint obnoxij 1. 228. 2. 629
in ſanctis fiducia non habenda 1. 713 p m
de ſanctis quæ ſcribuntur referri ad angelos bonos 1.234 m

de sanctis seu pijs maledicere quàm dã= nosum 1.510 f
sancta & sancta sanctorum quæ 1. 99 m
in Sancta sanctorum ingredi 1.541 m
sancta quomodo trinitas sit, & quomo do homo 1.237 p
sanctitas species generis uirtutum 1. 785
sanctitas in nulla natura permanens ni= si in deo à quo ipsa deriuatur 1. 773 m
sanctitas homini accidentalis, posse ta= men studio effici sanctus 1.863 m
sanctificationis fons 2.733 f
sanctificationis spiritus quatenus dica= tur 2.540 p
sanctificationem quam iubeat sibi fieri deus 1.97 m
sanctificata sancta quæ 1.237 p
sanctimonium quid 1.84 m
sanctuarij ueteris maiestas, & cur de= molitum sit 1.287 p
sanctuarium quandiu Hierosolymis ste terit 2. 95
sanguis Christi animarum redemptio 2. 47
sanguis Christi quibus sit signum salu= tis, & quibus condemnationis 1. 325 m
sanguis Christi super omnes Iudæos 2. 227 p
sanguis animæ quis, & quomodo effun datur 1.505 f 506 p
sanguis quomodo anima carnis 1.823 m 2.566 p m
sanguis animantis anima dicta 1. 790 f
sanguinis hostiæ respersio quid signific. 125 m
sanguinis baptisma 2.352 p
sanguinis baptismi efficia 1.393 m
ad sanguinis effusionem usq;, Christi= norum probatio pertenditur 1. 393 m
sanguini & carni quomodo & cur cõ= municauerit Christus 1.638 m
sanguinem & carnem quid uocet Pau lus 2.995 p
sanguinem Christi quomodo bibamus 1. 262 f
sanguinem in mortuis cogi 2.785 p
sanguinem testamenti prophanantes quid maneat 2. 220 m
sanguinem uerbi dei qui norint 1. 173 f
sanguinem uulneratorum bibere quid 1.262 f
de sanguine non comedendo leges 2. 566 p
sanguine Christi quomodo iustificati 2. 614 m f
ex Sanguinibus nasci 2.508 p
sanatio turbarum 2.31
sanitas quibus modis quærenda 2. 948 f
sani qui 2.470 p
sapientia dei & humana quæ 2.611 m
sapientia à deo proficiscitur 2.14
sapientia dei quæ 1.657 f
sapientia per aurum signific. 2.736 p
sapientia senum uxor 1.38 f
sapientia diuina quàm aliena ab huma= na 1.834 m
sapientia uera quomodo à falsa oppro= brium patiatur 1.628
sapientia à ueritate aliena quæ 1.641 f
sapientia summa quæ 1.147 p m
sapientia falsa 2.728 p m
sapientia seculi 1.25 f
sapientia prophetarum mater 1.680 m
sapientia dei quomodo Christus 1. 863 p
sapientia dei abscondita & reuelata 1. 820
sapientia homini accidentalis, posse ta= men studio effici sapiens 1.863 m
sapientia demonstratio & confirma= tio ueritatis quomodo una 2.314 p m
sapientia quomodo augeatur in nobis 2.485 m f
sapientia iustitia & diuitiæ animæ 2. 587 p
sapientia sacreta apud Aegyptios 1. 201 f
sapientia Salomonem omnes præcede= re 1.559 m
sapiẽtia Iesu filij Sirach dicta Eccle sia sticus 1.270 p
sapientiæ dei & mundi discrimen 2. 421 p
sapientiæ definitiones 2.820 f
sapientiæ nomen quod 1.629 m
sapientiæ arbor 1.197 p
sapientiæ fons ac principium credere Deo 2.843 p
sapientiæ iter quale 1.78 f. 267
sapientiæ umbra hîc 2.643 m
sapientiæ sedes & habitatio 1.388 m
sapientiæ studium à Christianis requiri 2.812
sapientiæ imago hîc non perfecta, & quod ipsa sit magna pars uirtutũ 1. 536 f
sapientiæ pulchritudo amabilis 2. 456 f
sapientiæ dei profunditas, & difficilis inuestigatio 1.265 f
sapientiæ professores philosophi qua= les 2.922 f & seq.
sapientiam à scientia distinguit Salomõ 1.559 f
sapientiam seculi quam uocet, & quam reijciant Christ. 2.750 m
sapientiam perfectam quis habere di= catur 2.485 m
sapientiam unumquemque uitæ merito compare posse 1.773 m
sapientiam uanam quam uocet Paulus 2. 813 m
per sapientiam quomodo spiritus Chri sti habeatur 2.659 f
sapientiam altiorem tenere Iudæos quã sapientiores philosophos 2.872 f
sapientiam iudustria sua hominẽ posse adipisci 1.848 f
de sapientia triplici 1.820 & seq.
in sapientia quomodo deus omnia fecit 2.311 p.317
sapientia dei quomodo repletus Chri= stus 2.262 f. 263 p m & seq. 265 f
sapiens deus & homo quomodo 2. 743 m
sapiens unde quis sit 2.485 p
sapiens quis quàm difficulter fiat 2. 654 p
sapiens in Christo fieri 2.83
sapiens quatenus quis dicatur 2.485 m
sapiens qui beatior 1.517 p
sapientem quem appellet scriptura 1. 522 p
sapientem solum speciosum esse qui di= cant 1.620 m
sapientem solum esse liberum gentiles dicunt 2.319 f
sapiẽtem sapientum iudicio pronuncia ri bonum 1.730 p
sapientem intelligere quæ loquatur qd 2.469 f
sapientes qui 2.333 p
sapientes in bono quomodo 2.740 f
sapientes quos confundat deus 2.604 p
sapientes semper contemptui ciuibus suis habiti 2.410 f
sapientes seculi cur non elegerit Chri= stus discipulos 2.768 p
sapientum dicta in scripturis 1.560 p
sapientibus quomodo debitor Paulus 2. 544 f
sapere secundum deum 2.701 f
sapere secundum Iesum 2.731 p
sapere secundum carnem uel spiritum 2.658 m
sara quid interpretetur 1.25 p
sara quoto anno ætatis pepererit, & quamdiu uixerit 2. 605 m
sara quoto anno ætatis mortua sit 1. 38 f
sarmatis nondum prædicatum fuerat euangelium tẽpore Origenis 2.158

ſatanas quid interpretetur 2. 44. 455. 741
ſatan & lucifer idem 1.696 m
ſatanas quis uerè dicatur 1.356 m
ſatanas primum angelus factus, & quo modo ceciderit 2.979 f
ſatanas aduerſus ſe diuiſus 2.157
ſatanas quomodo conterendus ſub pedibus, & à quo 1.343 f
ſatanas quomodo, ingreditur in hominem 2.383 f
ſatanas quomodo in Iudam ingreſſus 2. 492 p
ſatanæ nomina, ingenium & uis 1. 418 f
ſatanæ qui & quatenus tradantur à deo 1.383 p
ſatanam quomodo conterat deus ſub pedibus ſuorum 2.741 m f
ſatanam αὐτεξούσιον eſſe 2. 978 f
ſatisfactio pœnitentiæ 1.513 m
ſatisfactionis locus 1.227 p
ſattin quid interpretetur 1.278 f
ſaturitas panũ rerumq; affluẽtia quàm perniciosa 1.731 f
ſaturnus in cœlum quid patrarit 2. 751 f
ſaturnus ab Ioue regno pulſus 2. 951 p
ſatyricorum ingenium, & quid captent 2.909 p
ſauli nominis mutatio unde 2.535 f
ſaul prophetans 2.468 p
ſaul quomodo rex electus 1.387 p
ſaul facinus in proſequendo Dauidem 2.510 f
ſaulem miniſtroſq; eius quæ cauſa fuerit prophetandi 2.469 f
ſcandalum quid, & quàm perniciosum alijs præbere 1. 296 m. 723
ſcandalum Chriſto qui ſint 2. 45
ſcandalum Chriſto quomodo Petrus 2. 44
ſcandali uox frequens in ſcript. & eius apud Chriſtianos uſus 2. 879 m
in ſcandalum quomodo fiat menſa 2. 696 p
ſcandala periculoſa 1.501 p m
ſcandala qualiter ſerere conetur diabolus in eccleſia 1.723 p m
ſcandala quur neceſſe ſit uenire 2. 64
ſcandalorum in mundo maxima cauſa 1.519 p
de ſcandalis 2.63 & ſeq.
ſcandalizari qui poſſint, qui non 1. 623 m
ſcandalizari quorum ſit 1.102 f
ſcandalizari in nocte 2.205 f
ſcandalizantibus non parcendum 2. 64
ſcandalizantia membra abijciẽda quæ 2.64
ſcarabeum ex aſino naſci 2.844 m
ſcenici nulli olium apud Iudæos 2. 872 m
ſchiſma fecit Samariam, quæ cuſtos interpretatur 1.728 f
σχόλια Origenis qualia 1. 693 m
ſcientia ſcientiarum quæ 2. 404 m
ſcientia quæ firmior 2.820 f
ſcientia perfecta & ex parte 2. 595 f
ſcientia cui comparata 1.198 p
ſcientia ſapientiæ nomine intellecta 1. 270
ſcientia quæ detur ſanctis 2.537 p
ſcientia falſi nominis quæ 1.820 m f
ſcientiæ perfectio unde 1.837 f
ſcientiam à ſapiẽtia diſtinguit Salomon 1.559 f
ſcientiæ clauis 2.348 p. 747
ſcientiæ clauis penes quos ſit 1.835 f & ſeq.
ſcientiæ boni & mali arbor in nobis 1. 197 p
ſcientiæ imago hìc nõ perfecta, et quòd ſit magna pars uirtutum 1.536 f
ſcire aut neſcire quomodo dicatur deus 1.21 p m
quos ſcire uel neſcire deus dicatur 2. 669 f
ſcribæ unde dicti 2.410 f
ſcribæ qui dicantur 2.134
ſcribæ qui intelligantur 2.142
ſcribæ noui teſtamenti à Iudæis perſequuti 2.147
ſcribæ alij legis, alij Chriſti 2. 147
ſcribas quos uocet 2.9 f
ſcriptura ſancta oleum 1.723 f
ſcriptura ſacra templũ gloriæ dei 2. 141
ſcriptura ſancta quomodo puteus 1. 241 m
ſcriptura conſtans anima & corpore 1. 836 p m
ſcriptura quomodo mundus 2. 506 p
ſcriptura quomodo ager 2.5 p
ſcripturæ ſenſus triplex 1.13. 40.56. 138
ſcripturæ ſenſum cuius ſit aperire 1. 108 f
ſcripturæ elegantia & ſenſus fœcunditas 1.49 p
ſcripturæ teſtimonia à quo & in quem finem citata cõſiderandum 2.277 f
ſcripturæ myſteria abſtruſa 2. 385 m f
ſcripturæ ueteris ac nouæ harmonia et conſenſio defenditur 2.955 & ſequent.
ſcripturæ ſuperficiem literam uocat 1. 841 f
ſcripturæ ſacræ ſimplex lectio lectorem quantum afficit 2.881 m
ſcripturæ diuinæ ſermo ſemini comparatus 1.61 m
ſcripturæ ſacræ quàm ſimplici ſtylo contextæ 2.926
ſcripturæ deprauatores hæretici 2. 997 m f
ſcripturæ ueritas in quo conſiſtat 2. 795 p
ſcripturæ uim facere 1.195 f
ſcripturæ regnum cœlorum 2.5 p
ſcripturæ ſacræ unde uim ſuam acrobur obtineant 2.976 p
ſcripturæ ſacræ qualiter legendæ 2. 336 p
ſcripturæ quomodo ſpiritaliter intelligendæ 1.155 m f
ſcripturæ ſacræ per ſe ſatis commendatæ 2.842 p
ſcripturæ diuinæ ad captum cuiuſque contextæ 2.848 m
ſcripturæ diuinæ quales ſint diuerſis, illarum maieſtas & utilitas 1.305 & ſequent.
ſcripturæ diuinæ intelliguntur per locum ſanctum 2.161
ſcripturæ diuinæ putei dictæ 1.38 p
ſcripturæ quæ euangelium dicendæ 2. 291 p
ſcripturæ dicuntur cœli 2.173
ſcripturæ tantum hiſtoricum ſenſum ſequentes perſtringuntur 2.695 m
ſcripturarum autoritas unde, et earum ſenſus 1.750 f
ſcripturarum corpus appellat hiſtoriam intellectum 1.836 p
ſcripturarum uel ſola lectio quàm efficax 1.364 & ſeq.
ſcripturarum collatio 2.10 f
ſcripturarum ſtyli ſimplicitas maiorem fidem conciliat 1.834 p m
ſcripturarum ſacrarum interpretandarum ratio 2.910 f & ſeq.
ſcripturarum exemplaria quæ ſynceriora tempore Origenis 2. 351 p
ſcripturarum doctrina regnum dei 2. 113
ſcripturarum germanum ſenſum qui teneant 2.774
ſcripturarum ſenſum quis aperiat 1. 45 m f

ex scripturarũ peruerso intellectu hæreses nasci, & quòd spiritaliter debeant intelligi 1.834 m & seq.
n scripturarum interpretatione spiritus sancti auxilio opus 1.736 f
de scripturarum autore & intellectu quomodo conueniat inter Iudæos et Christianos 2.878 p
in Scripturarum lectione quid obseruandum 1.296 f
ad scripturarum sacrarum lectionem exhortatio 1.169 f 171 p
scripturis uim facere 1.153 f
scripturas prophetarum esse diuinitus inspiratas unde monstretur 1. 833 m
scripturas ueteris testam. mensam esse Israel 2.695 f
scripturas ueterum ecclesiasticorum hæreticos plurimas corrupisse 1. 880 p m
scripturas in plurimis locis impoßibile obseruari posse 1.839 f 840 p
scripturas omnes diuinas posse dici euangelium 2.296 p
scripturas diuinitus inspiratas esse 1. 831 f & seq.
scripturas sacras esse spiritus sancti afflatu conscriptas, & earum sensus latens 1.857 m
scripturas tradi pueris apud Iudæos à doctoribus ac sapientib. 1.554 p
scripturas quomodo legant Marcion, Basilides, & Valentinus 2.277 f
scripturas diuinas allegorias in interpretando admittere unde probet 2. 841 m f
ex scripturis diuinis quanta proueniat utilitas 1.171 m
in scripturis multæ figuræ, uariæq; dicendi species 1.560 p
in scripturis multa etiam ad literam accipienda 1. 871 p m (541 f
in scripturis diuinis nihil otiosum 2.
à scripturis quæ sunt extra canonẽ cauendum 2.148
scripturis solis suadendum ac probandum 2.992 f
de scripturis qualis persuasio habenda 1.871 & seq.
de scripturis diuinis pro ingenij capacitate sumendum 1.212 m
in scripturis approbandis sequenda patrum autoritas 1.564 m
ex scripturis auxiliũ sumere 1.608 m
scutum fidei, & infidelitatis, & quibus uterq; competat 1.503 m
scythæ humanis uisceribus uescuntur 2. 869 f. 870 m
apud Scythas parricidium lege patratur 1.795 p
scythis nondum fuerat prædicatum euangelium tempore Origenis 2. 158
secreta Heliæ prophetæ quæ uocet 2. 224 p
sectæ unde dictæ 2.684 p
sectam Christianorum uocat barbaram Celsius 2.746 f
sectari quid 2.683 f & seq.
sectari pacem quid 2.726 m
seculum quid, & quod infinita sint 1. 778 f
seculum, & seculum seculi quale tempus 1.84 m
seculum quale futurum somnient quidam 2.639 m
seculum futurum negantes Samaritani 2.450 m
seculi futuri dies, menses, anni quales 2. 279 m
secula quomodo per Christum facta 2. 317 p
per secula seculorum quid designet scriptura 2.743 f
seculi consummatio ubi & in quo signo designata 1.332 m
secundum cor populi principes ac iudices dari 1.387 p
securis sermo dei dictus 2.343 m
sedechias etiam Ioachim dictus 2.536 p
sedere ad dextrã uel ad sinistram Christi quid 2.96
sedes Christi qui 2.192 p
sedes iudicij Christi qualis 2.525 f
seductores in eccles. quales 2.740 p m
segor quomodo pusilla & non pusilla 1.23 f & seq.
segregatus in euangeliũ quomodo Paulus 2.537 f & seq.
segregati à reliquis turbis qui & quomodo 1.177. m f
selmona umbra portionis interpret. 1. 314 m
sem quorum figuram gerat 1.325 p
semegad ibi aduena interpret. & ipsius gesta 1.386 m f
semen quid apostolo 2.403 p
semen dei aut diaboli quomodo efficiamur 1.94 m
semen dei quibus obnoxium malis 1. 394 m
semen regium fideles esse 1.740 m f
semen uerbi ubiq; susceptum 1.34 m
semen iusti quale 1.515 m f (392 f
semina fidelium incorruptibilia 1.
semen Abrahæ qui 1.35 m. 2.429
semen fratri quomodo suscitet frater 2. 123
in Semen qui uerè reputentur 2.678 p
seminare in spiritu 2.109
sempiternum quid dicatur 1.759 m
senatus ecclesiasticorum cum senatibus prophanis collatio 2.807 f
senatus Rom. decreta aduersus Christianos irrita 1.343 f
senatum Rom. opprimere conatum religionem Christianam 2.747 m
senectus quibus & quatenus ascribenda 1.20 m
senectus bona quæ 2.266 p
senectus animi 1.15 f. 20 m
senectutis indicium 1.745 m
seniores mali in ecclesia 2.110
seniores qui dicebantur apud antiquos 1.357 p
ex Sennacherib exercitu strages quanta, & eius mors misera 1.486 p
omnis sensus extra diuinam scripturã prophanus 2.141
sensus diuini qui 2.380 f. 456
sensus corporales feneſtræ dicti 1. 615 p
sensus in corpore diuersi 2.456 f
sensus in corde residens 1.703 m
sensus mente potior 1.754 p
sensus quinque hominis quibus comparati 1.346 f
sensus quibus capiuntur delectationib. 1.499 p
sensus quomodo deo offerendus 1. 110 m f
sensum dei pro sensu oblato à deo recipi 1.294 f
sensum Christi qui habeant 1.139 p
in Sensum reprobum qui tradantur 1. 387 m
sensum magnum quem uocet propheta 1.641 m
sensuum usus in rebus diuinis percipiẽdis 2.762 m
sensuum omnium circuncisio 1.16 f. 17 f
sententia dei non fugienda, sed suo standum iudicio 1.737 p & seq.
sententiæ Salomonis quales 2.812 m
seon spiritalis diabolus 1.242 f 244 m
seon nominis duplex interpretatio 1. 242 f
sephar tubicinatio interpret. 1.313 m
sephora passer interpr. 1.66 p
sepeliri cum Christo 2.632 f & seq.
sepulchrum patens & clausum qui dicantur 2.581 m f
sepulchrum Iouis fabulosum 2.811 f
sepulchra corporum quæ intelligenda 1.873 f
per sepulchra prophetarum quid intelligat 2.146
sepulchra quorum fauces dicuntur 1 601. p

ſepultura Chriſti quatenus & quibus proficua 2.795 p
ſepulturæ cura quanta Chriſtianis 2. 938 f
ſepulturarum diuerſitas 2.223 f
ſeptimana mundi 1.214 f. 217 f
ſeptimanæ annorum à Daniele prædictæ in Chriſti aduentu impletæ 1. 833 m & 866 m
ſeptimanæ Danielis exponuntur 2. 159
in ſeptimana bis olim ieiunabant 1. 176 m
ſeptimanarum feſtiuitas 1.299 p
ſeptiformis operatio ſpiritus 2.508 f
ſeptuaginta interpretes 2.317 f
ſeptuaginta interpretes ſeniores uocat 2.690 f 692
ſequi Chriſtum quis poßit, & quis non 2.498 f
ſermo quid 1.110 f
ſermo ſagitta 1.503 m
ſermonis officium 2.210 p
ſermo ſine uoce 1.15 m
ſermo quomodo unus, & quis uocetur 2.314 p m & ſeq.
ſermo plenus & uacuus quis 1.639 f
ſermo uocabulum multipliciter ſumptum 2.314 p
ſermo dei humanis ſenſibus attemperatus 1.15 p
ſermo dei proprius hominis cibus 1. 305 f
ſermo dei qualiter cordibus noſtris inſerendus 1.175 m
ſermo dei pro qualitate ac capacitate hominum effertur 1.708 p
ſermo dei miſſus ut medicus 2.817 f
ſermo Dei quomodo uerax 2.315 p
ſermo dei quid ſecum ferat ijs qui legatione eius funguntur 1.647 m
ſermo dei cur falſus eſſe non poßit 1. 257 m f
ſermo Dei inſidens equo in Apocalypſi quid ſignific. 2.310 p. 315 p
ſermonem dei quomodo exaſperemus 739 f & ſeq.
ſermo domini ſagittis quomodo ſimilis 1.523 m
ſermo quomodo factus ad prophetas, et quis ſit ille ſermo 2.311 m. & 456 p
ſermo diuinus quàm ordinatus 1.550 f & quomodo ſiet 2.349 f
ſermo dei Chriſti caro 1.290 m
ſermo quatenus Chriſtus 2.310 p
ſermo Chriſtus quomodo ſemper apud deum patrem 2.311 f
ſermo cur caro factus 2.316 p
ſermo mundus & uita munda non ſeparantur 2.152
ſermo qualiter temperandus in eccleſia pro auditorum captu 2.815
ſermo à ueritate extraneus antichriſtus eſt 2.151
ſermo animatus quis 2.316 p
ſermo arguens ac perturbans 1.71 f
ſermo euangelij uoce præſtantior 2. 242 p m
ſermo eccleſiæ qualis 2.707 p m
ſermonis ſimplicitas maximè probata eccleſijs 1.693 m
ſermonis diuini character quis 2. 882 f
ſermonis miniſtri apoſtoli 2.242 m f
ſermoni diuino unde tanta uis 1.832 m
ſermonem dei qui uideant, & contrà 2. 242 m
per ſermonem quomodo omnia facta ſint 2.317 p m
qui ſermones pædagogi dicendi 2.292 f & ſeq. p
ſermones praui zizania 2.13 f
ſermones peſtiferi qui 2.157
quorum ſermonum uelit nos eſſe diſcipulos propheta 1.639 m
ex ſermonibus proprijs iuſtificatio & condemnatio 1.702 f & ſeq.
ſeraphim quæ, & quid deſignent 1. 624 f
de ſerapide nefando idolo 2.871 m
ſerpens antiquus diabolus 1.718 f
ſerpens quomodo prudentior cæteris animantibus dictus 2.167. 707 f
ſerpentem fuiſſe cauſam peccati Adæ 1. 815 p
ſerpens inimicus ueritati quomodo factus ſit 1.696 m
ſerpens incantatus nihil nocere poteſt 1.364 m
ſerpentem ex hominis mortui medulla naſci 2.844 m
ſerpentes quatenus homines 1.411 p
ſerpentes à fœniculo cernendi acuitatem et corporis agilitatem petunt 2. 853 m
ſerpentes quomodo incantabantur à gentilibus 1.363 f
ſerpentes quo medicamine depellantur 1.263 f
ſerpentes etiam in arca 1.9 f
ſerpentibus infeſtum animal ceruus 2. 788 p
ſeruator quomodo ſibi aliquis ſit & alijs, & contrà 2.320 f & ſeq. p
ſeruus quis & quatenus 1.109 m. 304
ſeruus dei quatenus Chriſtus dictus 2. 299 p m. 306 p m. 309 p
ſeruus iuſtitiæ uel peccati quis 2. 642 f
ſeruus bonus & fidelis quis uocandus 2.581 p
ſeruus inutilis & contrà quis, & quatenus dicatur 2.581 p
ſeruus ſit omnium qui uult præeſſe in eccleſia 1.634 m f
ſerui mali & pigri qui 2.190
ſerui dei eſt benedicere 2.482 m
ſerui quatenus debeant obedire dominis ſuis 1.493 m f
ſerui nomen quo ſenſu ponatur à Paulo 2.556 f & ſeq.
ſerui regij ſimilitudo ad Paulum aptè accommodata 2.617 f & ſeq.
ſeruorum olim apud Iudæos quàm æqua conditio 2.872 f
è ſeruis ad philoſophiam multi conuerſi 2.815 f
de ſeruis dei maledicere quàm damnoſum 1.510 f
ſeruire deo in ſpiritu quid 2.542 m
ſeruire deo, & cur ei ſeruiant Chriſtiani 1.931 & ſeq. 2.537 p
quis ſeruiat domino 2.712 p
ſeruire legi dei &c. quid 2.655 f
ſeruitus laudabilis 2.644 f
ſeruitus Aegyptiaca 1.52 f
ſeruitutis domus quæ 1.90 p
ex ſeruitute libertas 1.109 m
ſeßio dei & Chriſti ſpiritualis 2.96
ſeßio Chriſti ad dexteram patris qualis 2.217 f & ſeq.
ex Seth omnes homines ducere genus, et eius nomine omnes intelligi 1.271 f
ſeueritas dei benignitate temperata 1. 691 f
ſeuerianorum error 2.725 m
ſexus apud deum nulla diſcretio 1. 343 m
ſibylaſtas quos uocet Celſus 2.878 m
ſiceram quid uocet ſcriptura 1.149 p
ſiclus nomen pecuniæ dominicæ 1.17 m 139 p
ſiclus ſanctus quid ſignificet 1.127 p. 130 p
ſidon uenatricem uel uenatores ſignificat 1.351 f. 358 m. 746 p
ſidonis filij & principes 2.73
ſidones quomodo duæ 1.351 m
de Sidonijs à prophetis dicta ſpiritaliter intellig. 1.841 p
ſignum quid 2.598 p
ſignum quale & quomodo ſit Chriſt. 1. 626 m
ſignum domui Iudæ datum in Chriſto completum 1.866 m
ſignum cui contradicitur quomodo Chriſtus 2.261 m
ſigna quæ uocentur 2.734 p

signa antichristi in qua potestate fiant 2.110
signa in morte Christi facta 2.231.p & seq.
signa animi cuiusq; quæ,& eorum diuersitas 1.203 f & seq.
signaculum quid 2.598 m
signaculum similitudinis quod 1.744
signaculum dei quod,& qui eo signati sint 1.744 m
signaculum diaboli quod 1.744 m f
sigillum in frontibus signatorum impressum quod 2.289 m
silo quis locus, qui auulsio uel excalceatio interpret. 1.402 m
siloa missus interpret. 1.636 p
simiam adorabant Aegyptij 2.803 f
similes quomodo deo futuri simus 1.828 f
similitudo quid 1.91 f & seq.
similitudinis signaculum quod 1.744
inter similitudinem & parabolam quale discrimen 2.4 f.11 m
simon & Cleophas peregrini Emaus 2.292 f
simon quid interpretetur 2.228 m
simon magus qualis potentia dei 2.307 p m
simon magus paucis admodum notus 2.766 m
simonis magi uesania 2.151
simones in ecclesia 1.205 m
simoniani qui, & eorum hæresis 2.878 f
simoniani pauci residui iam tempore Origenis 2.766 m
simplicitas Christianorum 2.741 p
simulachrum hominis adorare quàm absurdum 2.880 f
simulachra quæ deo dicanda 2.934 f & seq.
simulachra quæ fecerint hæretici 1.722 p m
simulachra numine dei indigna 2.811 p
simulachrorum artifices excellëtiores qui 2.934 f
simulachris immolatis non uescendum 2.26
sin tentatio interpret. 1.103 p.362
sina & Sin idem, & quis locus 1.312 f
sinapis uirtutes & inter homines usus 1.611 p
sinapis granum quid similitudinis habeat cum cœlestibus 1.610 f
sinistra quid 2.96
ad sinistram iudicis Christi qui ponendi 2.526 p
à sinistris Christi qui sint 2.96
sinus in scripturis quid sign. 2.409 m
sinus Abrahæ 1.303 m
in sinu Iesu quiescere 2.491 p
sion quid interpretetur 2.389 p
sion specula, pro ecclesia poni 1.658 m
sion cœlestis 2.102
sion mons sanctus Iudæis 2.388 f
sion dei filia 2.103
sirenarum more loqui 2.798 p
sisara uisio equi interpret. 1.387 m
sisara quomodo deuictus, & occisus 1.388 f & seq.
sites multæ & diuersæ 1.103 p m
soboles uerè generosa & beata 1.277 f
sobrietas omnium uirtutum mater 1.149 m
sochoth Hebræis quid significe 1.77 f
socrates quomodo sapientiß. ab Apollo me iudicatus 2.909 p
socratis accusatores ac damnatores 2.847 p
socratẽ cur necarint Athenienses, eosq; necis illius pœnituisse 2.747 p
socratis in morte constantia 2.779 f
sodoma decima post diluuium generatione excidium passa 1.734 m
sodoma quatenus iustificetur ab Hierusalem 1.730
sodomam in pristinum statum restituendam dicunt Hebræi 1.734 m f. 2.747 p
sodomorum peccatum superbia 1.731 p
sodomorum subuersio 1.21 f & seq.
sodomitæ quales 2.683 f
sodomitici incendij & phaethontis inepta collatio Celsi confutatur 2.829 f
sol iustitiæ ac spiritalis Christus 1.3 f 579.874 f.2.493 f
sol iustitiæ quomodo oriatur, & quibus 1.378
sol an sit animatus an exanimis non certum 1.751 p.857 m
sol quomodo obscurabitur 2.167 & sequent.
solis natura 1.807 m
solis duplex uirtus 1.580
solis fons quis, & quid significet 2.363 p
solis defectio quomodo & quando fiat 2.231 p.232 m
solis defectus Tiberio imperante 2.784 m
solis statio temporibus Iosue 1.320
de solis defectione tempore passionis Christi plura 2.231 p & seq.
solem pro deo qui habeant 2.313 m f
per solem obscurandum quid intelligat 2.16
in sole posuit tabernaculum &c. quomodo intellig. 1.874 f
solem Apollinis nomine olim appellabant 2.841 p
solẽnitas perpetua Christianis, nõ unus dies 1.37 p m
ne soliciti sitis quomodo intelligendum 2.915 p m
solicitudo fidelium in malis 2.711 p
soluere quid 2.615 f
somer quid interpretetur 2.451 p
somnus dei qualiter dicatur 2.848 f
somniorum ratio & quid ualeant 2.76 p
sophar Nomadarum rex 1.484 m
sophisma dialecticorum quod 2.780 m f
sophrosyne qualiter interpretatum 2.708 p
sordes aliud sonare à peccato in scripturis 2.256 m
sordidus quomodo sordescat adhuc 2.481 p
soreth uinea quæ 1.672 p
sors domini 1.168 m f
sors domini, id est electio seu pars 1.169 p
sors gemina hircorum oblationis quid designet 1.167 m f & seq.
sors populi Israel adumbratio sortis suturæ in cœlis 1.316 f
sortem sibi quemq; parare 1.168 p m
sorte distributa terra quid signific. 1.283 f
sortes in cœlestibus quæ 1.271 p
sortes animæ in nobis 1.16 p
per sortes diuinationes fieri 1.260 m
sortium in scripturis frequens usus 1.370 & seq. (597 m
sortium ordo qualis in regno cœlorum 1.375 m (597 m
in sortium medio requiescere quid 1.
de sortium ratione hæreditatis septem tribuum 1.370 p
sortitiones cur Christianis prohibitæ 1.260 f & seq.
species diuersæ ex materia una corporali quomodo fiant, & earum qualitates 2.699 f.700 m
per speciem ambulare quid 2.187
spectra quoq; nihil non esse 2.792 p m
spelunca quid 1.346 f
spes profectus & augmenta salutis 2.604 f
spes in quo sita sit 2.665 p m
spes nostra ubi reponenda 1.713 m
spes uitæ præsentis & futuræ 2.616 p
spes hyacintho comparata 1.98 p
contra spem in spem credere 2.604 m f

ſpe quomodo ſalui fiamus 2.666 f
ſpe gaudere 2.712 p
ſperantes in Chriſto tantum in hac uita qui ſint 2.123
ſpiritus quis,& quomodo concupiſcat aduerſus carnem 1.823 m
ſpiritus in homine præcipua pars 2.547 m
ſpiritus & ſenſus in nobis 1.703 m
ſpiritus pro uento,& quò referat Eccleſiaſtes 1.611 f
ſpiritus primarius quis 2.327 m
ſpiritus animæ pædagogus ac rector 2.560 p
ſpiritus adoptionis quis 2.760 f
ſpiritus Chriſti & Chriſtus idē 2.659 p
ſpiritus Chriſti & dei idem 2.660 f
ſpiritus dei quomodo per ſeptem mulieres deſignetur 1.628 p
ſpiritus dei omnium ſcrutator 2.91
ſpiritus domini quomodo dicatur ſuper Chriſtū requieuiſſe 1.213 m
ſpiritus domini in quo requieſcat 1.213 p
ſpiritus fidei 2.190 f
ſpiritus gratiæ & miſerationis 2.168
ſpiritus legis 2.648 p
ſpiritus erroris,et eius ingeniū 2.633 f
ſpiritus Moſis tanquam lucerna quomodo 1.212 f
ſpiritus mendax & deceptor quis 1.815 m.2.661 m
ſpiritus mundi qualis 2.229 f
ſpiritus nequam peccatorum ad mala inſtigator 1.504 p
ſpiritus peccatorum 2.84
ſpiritus prophetarum quis 2.337 m f
ſpiritus renouationis quibus ingeneretur 2.347 f
ſpiritus uitæ liberator 2.656 p
ſpiritus in Helia & in alijs prophetis quis 2.245 f
ſpiritus mens,& ſpiritalis homo 1.1 f
ſpiritus quatenus homo uominetur 2.715 p
ſpiritus quid in ſcripturis dicatur 2.393 p
ſpiritus quomodo uiuificat 2.913 f
ſpiritus quomodo ſuper Chriſtum dicatur requieuiſſe 1.628 m f
ſpiritus quorum & quomodo promptus 2.210 p m
ſpiritus & animæ differentia 2.487 f
ſpiritus & carnis conſenſus 2.69
ſpiritus baptiſma 2.252 p
ſpiritus concupiſcentiæ quis 2.641 p
ſpiritus donum quomodo comparetur ac conſeruetur 2.659 m
ſpiritus nomine quid ſcriptura deſignet 1.751 f
ſpiritus nouitas quō intellig. 2.650 p
ſpiritus fructus,et ubi ſe exerant 1.617 p.2.487 f
ſpiritus opera quæ & unde 1.824 p
ſpiritus primitias qui habeāt 2.666 p m
ſpiritus quatenus corpus 2.392 p m
ſpiritum Chriſti quemq; habere qualiter probetur 2.659 f
ſpiritum cum corpore uel anima peccatrice non punitum iri 2.179
ſpiritum deum ſpiritu adorare 2.391 p m
ſpiritum emittere,uel tradere quid 2.234 f
ſpiritum eſſe deum unde appareat 2.903 m f
ſpiritū haberi diuerſis modis 2.659 m
ſpiritum in ſcriptura quid uocet Paulus 2.903 m
ſpiritum in manus dei cōmendare quid 2.234 f & ſeq.
ſpiritum legis quid appellet 2.656 f
ſpiritum per maſculum intelligit 1.7 f
ſpiritum ſuperbiæ pedibus conterere 1.348 m
ſpirituum theſauri 1.663 p
ſpiritum uiuificantem quid uocet 2.410 f
ſpiritum uitæ quomodo inſufflauerit deus in faciem hominis 2.836 p
ſpiritum uocem appellat Paulus 1.791 f
in ſpiritu deo ſeruire & adorare quid 2.542 m
in ſpiritu eſſe,duplici modo accipi 2.656 m f & ſeq.
de quo ſpiritu loquatur Paulus cum dicit,Fructus ſpiritus &c. 2.487 f
in ſpiritu non in anima Heliæ præceſſit Ioannes Chriſtum 2.54
ſpiritu omnia agere ſanctum 2.488 p
ſpiritu oris ſui quē interficiet Chriſtus 2.315 f
ſpiritu quomodo confortatus Chriſtus 2.262 f.263 m f & ſeq.265 f
in ſpiritu ſeminare 2.190
ſpiritus adminiſtratorij 2.486 f
ſpiritus bonorum uel malorum energiæ 1.821
ſpiritus immūdi olim ab exorciſtis flagellati 1.405 p
ſpiritus miniſteriales angeli 1.453 p. 2.255 p.564
ſpiritus multiplices à Paulo dona dicti 2.665 m f
ſpiritus multiplices,materiales dicti 2.661 m
ſpiritus quō multi & unus 2.661 p
ſpiritus uitiorum diuerſi in diuerſis hominibus 1.355 m
ſpiritus uno nomine plures indicari 2.660 f
ſpiritus omnes miniſtri & dei & hominum 2.716 f
ſpiritus malos poſſe etiam prophetare 2.467 p
ſpiritus ſanctus à patre miſſus 2.62
ſpiritus ſanctus etiā aduocatus 1.597 f
ſpiritus ſanctus qualis 2.274 p
ſpiritus ſanctus digitus dei dictus 2.563 p
ſpiritus ſanctus eiuſdem bonitatis cum patre & filio 1.760 p
ſpiritus ſanctus fons ſanctificationis 2.733 f
ſpiritus ſanctus gratia appell. 2.508 f
ſpiritus ſanctus fuit in patriarchis & prophetis 2.152
ſpiritus ſanctus inſpirator & prophetarum & apoſtolorum 1.750 p
ſpiritus ſanctus locutus in prophetis 2.270 p
ſpiritus ſanctus per nubem intelligitur 2.170 p
ſpiritus ſanctus puero cōparatus 2.62
ſpiritus ſanctus reuelator ſecretorum 1.324 p
ſpiritus ſanctus unus tametſi ſpiritus dicantur multi 1.870 m
ſpiritus ſanctus ſacrarum ſcripturarū autor 1.857 m
ſpiritus ſanctus tertia perſona à patre & filio 2.271 f
ſpiritus ſancti æternitas,ac cum patre & filio coæqualitas unde comprobetur 1.864
ſpiritus ſancti cum patre & filio æqualitas & coæternitas 2.650 p
ſpiritus ſancti erga fideles munus 2.688 f
ſpiritus ſancti etiam nunc uis & efficacia in eccleſia 2.761 m
ſpiritus ſancti feſtiuitas 1.287 f
ſpiritus ſancti fructus 2.109
ſpiritus ſancti opera,& qui in eum blaſphemant 1.864 m f
ſpiritus ſancti præſentia quàm efficax 1.118 m
ſpiritus ſancti quanta maieſtas 1.867 p
ſpiritus ſancti uirtus ſeptuplex in quo deſignata 1.125 m
ſpiritui ſancto ſpiritus contrarius 2.21
ſpiritum ſanctum alium eſſe qui fuit in prophetis,alium qui fuit in apoſtolis hæreſis 1.859 p
ſpiritum ſanctū authorem eſſe ſcripturæ à Moſe proditæ 1.302
in ſpiritum ſanctum credere magnum ſecretum 1.511 f
ſpiritum ſanctum eſſe, nec eſſe creaturam, ſed coæqualem patri & filio

lio 1.863 f & seq.
Spiritum sanctũ ingenitũ esse 2.317 m
Spiritum sanctum etiam à Christo edoceri 2.321 p
Spiritum sanctum facit uicarium Christi 267 m
Spiritum sanctum non apparuisse in colũba quo cauilletur Celsus 2.759 f
In spiritum sanctum qui peccat, et blasphemat 2.466 f
De spiritu sancto, eius nomina, dignitas ac potestas 1.789 & seq.
De spiritu sancto paracleto, et eius æternitatis assertio 1.863 p
De spiritu sancto quid credendum 2.486 p
De spiritu sancto quid sentiat 1.856 m
Spiritu sancto qui baptizentur 1.690 p
De spiritu sancto scripturæ testimonia 1.760 f
Spiritualis qs, & eius donum 2.479 p
Spiritales qui, & ubi sint 2.735 f
Spiritales quos appellet 1.26 m
Spiritales unde nominentur 1.824 p
Spirituales homines qd efficiat 2.539 f
Spirituales quos uocet Paul. 2.995 p m
Spiritualium figuræ unde sumptæ 2 368 p
Spiritalia dona quæ uocet 2.543 m
Ex spiritalibus donis sæpe superbiam oriri 1.732 p
Spiritales nequitiæ quæ 1.352 f
Spiritalia malitiæ quæ 1.765 p
Spiritaliter immolare seu offerre uitulũ arietem, hircũ, columbas, turtures, quid 2.705 p
Splendor lucis diuinæ quomodo Christus 1.757 p
Splendor gloriæ dei Christus, & quòd solus eam comprehendat 2.495 f & seq. p
Ut splendor sine lumine non est, nec filius dei sine patre fuisse intellig. 1. 844 m f. 861 f & 862
Sponsus animæ Christus 1.183 f
Sponsus animæ sermo dei 1.553 m
Sponsi Christi amici qui 1.601 p m
Sponsa gentium ecclesiæ figuram præfert 1.574 m
Sponsore non esse opus apud deum 2. 522 m
Stagnum Genezareth 2.31
Stater quantum ualeat 2.59
Statuas uenerantes quibus comparandi 2.831 p
Statuas inuocãtes omnes ebrij 2.822 p
Statuarum nefarium cultum Christiano ubiq; fugiendum 2.746 f
Statuarius apud Iudæos olim nullus 2. 833 m
Stella quæ nato Christo apparuit qualis 2.302. 766 m
Orietur Stella ex Iacob, de ea intelligi quæ nato Christo apparuit Magis, & quòd semper cum Christo permãserit, deitatisq; indiciũ fuerit 1.271
Stellam crinitam regnorum nouationes præsignare 2.766 f
Stellæ qui 1.3 f
Stellæ an sint animantia non tradi 1. 751 p
Stellæ sint'ne animatæ an exanimes 1. 857 m
Stellæ quomodo cadent de cœlo 2.167 & seq.
Stellæ Catamiti & Phaethontis 1.658 p
De stellarum nominibus plurima in libris Enoch mysteria 1.316 m
Stellis quidam tribuũt hominum uitia, esse luxuriosum, adulterum, tum etiam castum, quin & Christianum, deniq; quid non 1.657 f
Stellas maiores esse quam sit ipsa terra 2.168
Stellas animalia rationabilia esse 2. 861 m
De stellis, & an sint animalia 1.770 m f
Stellio quale animal 2.853 f
Steph anus primus martyr 2.634 f
Sterilitas mulierum unde 1.41 p
Stipendium peccati 2.646 p m
Stoici quale discrimen ponant inter rationalem naturã & bruta 1.849 m
Stoicorum deus qualis 2.827 m
Stoicorum de deo doctrina impia 2. 752 f
Stoicorum de deo malæ persuasiones tollendæ à Christian. 2.821 f
Ad studium uerbi dei & legis quàm segnes simus 1.107 m f
Stultitia quæ amplectenda Christiano 2.750 m
Stultitiam profligare, ouem sacrificare est 1.309 m
Stultitiam suam qui colant 2.713 m
Stromaton liber Origenis 2.404 p
Subiecti deo quomodo simus 1.500 m
Subiectio Christo facienda, salus subiectorum est 1.768 m
Subiectio omnium qualis Christo futura 1.827 f & seq.
Subiectio omnium Christo quando fiet 1.151 m f
Subiectionis nomen quomodo positum 2.133
De subiectione omnium Christo 1.500
Salus subiectorum est Christo subiectio 1.768 m
Substantia dei qualis 1.15 p. 603
Substantia patris dei qualis 2.503 f
Substantia una trinitatis 2.677 f
Substantia hominis commutatio animæ ipsius 2.47
Substantia nostra in quo maximè sit 2. 441 f
Substantia nostra quomodo nihil ante deum 1.535 m f
Substantiæ omnis principium, conseruatio & finis Christus 2.901 m
Substantiam sine qualitate non subsistere 1.847 p
Substantiam nullam naturaliter inimicam deo 2.615 p
Subintrans peccatum quid 2.630 m
De successione hæreditatum lex 1.284. 285
Successores quos & quomodo debeant eligere principes ecclesiarũ 1.286
A suffocatis cur abstinere iussi Christiani 2.938 m
Suitarum tyrannus quis 1.484 m
Superbia languor animæ 1.312 m
Superbia fucus decolorans imaginẽ dei in homine 1.46 p
Superbia quàm exosa deo 1.383 m f
Superbia uesicarũ nomine intellecta 1. 75 m
Superbiæ regnum quomodo in nobis 1. 354 f
Superbia cruda 1.70 f
Superbia qualiter immolanda 1.98 m
Superbia, Sodomiticũ peccatũ 1.731 p
Superbiæ multa genera 1.674 f
Superbiæ malum, & quomodo fugienda 2.713 p
Superbiæ angelus quomodo uincendus 1.321 p
Superbiæ materiã quæ præbeãt 1.731 f
Superbiæ spiritum conterere 1.348 m
Superbiæ spiritus multiplex & uarius 1.355 m f
Superbiam peccantißimum esse peccatum 1.731 p
Superbi diaboli discipuli 1.429 m
È supernis esse quid 2.426 & seq.
Supplantationem aduersus aliquem magnificare 2.484 f
Supplicia cuiq; pro graduum ac dignitatum modo adhibenda 1.715 f
Supplicia aliquando finienda qui dicãt 2.528 p
Supplicijs hìc affici melius quàm in futurum reseruari 1.741
Surdi animo qui 2.56
Surdi nunc quomodo audiant 2.788 p
Surdi effici quando debeamus 1.528 m
Susannæ historiã quidã de catalogo scripturæ desecarunt 1.114 m
Inter Sustentationem & patientiã quid discriminis 2.551 m

ſuſui extra me interpret. 1.366 p
ſydera non eſſe cauſam accidentium ſu per terram 1.658 p m
ſyene ciuitas Aegypti, & quid contine= at myſterij 1.649 f
ſymbolum luſtrationis quod uocet 2. 814 f
ſymeonis benedictio 1.57 p m. & ſeq.
ſymmachus interpres bibliorum 1. 541 p
ſyn rubus ſiue tentatio interpretatur 1. 312 p
ſynagoga & eccleſia ſorores 1.547 f
ſynagoga per aſinam intellecta 2.102
ſynagogæ & eccleſiæ diſſidiũ 1.214 m
ſynagogam conuocare quid 1.146 p
ſyri qualiter aggredi olim ſolebant ad uerſarios 1.445 p

T

T Litera quid ſignet 2.524 f
Tabatha interpretatur bona 1. 314 p
tabernacula quid 1.265 f
tabernaculum Chriſti quod 1.874 f
tabernaculum dei ſanctmonium dictũ 1.84 m
in tabernaculũ domini de noſtro offer= re quid, & quã glorioſum 1.111 p m
tabernaculum dei quomodo unuſquiſ= que in ſe poſsit & aptare & habere 1.98 p m 110
tabernaculum teſtimonij quod uelit in= telligi 1.21 m
tabernaculi conſtructionis myſterium 1.835 m
tabernaculorum feſtum quod 1.99 f
in quibus tabernaculis habitauerint pa tres 1.99 f
tabulæ legis à Moſe fractæ & denuo ſcriptæ quomodo quidam intelligant 2. 747 m
tacere iuſti proprium 2.127
tactus deliciæ 1.499 p
per talenta quid intelligat 2.188
talentum dici peccatum 2.72
talentum plumbi 1.76 m. 81 f
de quinq; talentis 2.187 m et ſe.
talionis pœna 1.100 p & ſeq.
tangere Chriſtum corporaliter aut ſpi ritualiter quid 1.613 m
taphnis Aegypti ciuitas, & quid habe= at myſterij 1.649 f
tatianorum error 2.725 m
tatiani iunioris oratio de antiquitate Iu dæorum 2.751 p m
tauri hoſpites immolant 1.795 p
taurus filius dei dictus 1.57 m f
taurum deo ſacrificare quid 1.309 p
templum dei eccleſia unde conſtructum 2.258 f
templum corpus Chriſti 2.377 f
templa quæ deo dicanda 2.935 p m
templi dei uiolatores qui 2.561 f
templa Aegyptiorum quàm magnifica 2.803 f
templum Hieroſolym. ciuitatis dei ſym bolum 2.872 m
templum quod reædificaturum Chri= ſtus 2.230 p
templum Hieroſolym. cur deus tolli uo luit 1.175 p
templum uetus quando & cur ſublatũ 1.359 p m
templi Hieruſ. demolitionis cauſam cui tribuat Ioſephus 2.761 f
templi deſolatio quando facta 2.160
templi Hieruſalem ædificatio, & quan diu durauerit 2.378 f
templi conſtructionis typica interpre= tatio 2.379 f & ſeq.
templum Hieroſolymitanum à Roma= nis deſtructum 2.104
templi ſub Eſdra reædificationis non poſſe oſtendi tempus 2.379 p
in templo qualiter ſe gerant quidam 1. 111 p
tempus quando incepit 1.1 m
tempus conſummationis iudicium 2.73
tempus noſtrum quale 1.26 p
tenebræ exteriores quibus præparatæ 1.796 m f 2.190
tenebræ occupaturæ mundum quæ 1. 675 m
tenebræ quomodo lucem non apprehẽ derint 2.325 p m
tenebræ exteriores cur & quibus præ= paratæ 1.674 p. 799 m
tenebræ qui, & quõ fiant lux 2.321 f
tenebræ Aegypt. quid deſignent 1.75 m
tenebræ multæ 2.324 p
tenebræ in Aegypto quæ, & quomodo factæ 2.232 p
tenebræ quomodo factæ ſuper omnem terram in morte Chriſti 2.231 p & ſeq.
tenebrarum rectores qui & cur dicti 1. 765
tenebras etiam in bonam partem in ſcri ptura ſumi 2.325 m f
tenebras quid uocet 2.324 p
tenebras quomodo poſuerit deus latibu lum ſuum 2.325 f
in tenebris offendere quid 2.221 m
in tenebris qui ſint 2.330
in tenebris quibus lucet lux Chriſtus 2.505 p m
tentatio duplex 2.674 p
tentatio ira dei dicta 2.545 f
tentationem Chriſti cur Ioannes non de ſcripſerit 2.276 p
in tentationem uenire quid 2.210 p
de tentationibus humanis, & unde na= ſcantur 1.822 f & ſeq.
tentationibus quomodo obuiandum 2. 94
tentamẽtum duodecim patriarcharum liber dictus 1.356 m
tentatores ſcribæ & phariſæi 2.74
tentatus Chriſtus 2.275 f & ſeq.
nos non tentari ſupra uires 1.817 m
termini ſtatuti à patribas non tranſeun di in approbandis uel reijciendis ſcripturis 1.564 m
terni ſtatores qui 1.81 m
terra mater & domus omniũ 1.448 m
terra pro anima humana 1.809 p
terra quomodo quieſcere aut moueri dicatur 1.392 m
terra pro habitatoribus terræ 1.392 m 709 p
terra recipiens imbrem quæ ſit 1. 807 p m
terra arida dicta, & terra beatorum 1. 501 f
omnis terra quo referatur ſignific. 1. 680 m
terra uiuentium quæ, & cur uocetur 1.282 f
terra à quibus & quomodo offenda= tur 1.709 m
terra peccator dictus 1.709 m
terra quos etiam nunc deuoret 1.82 m
terra qualis ſit futura habitatio 1.831 p
terra quæ tremuerit in morte Chriſti 2. 231 f
terra pro angelo præſidente terræ 1. 670 f
de terra pura & eius ſitu quid tradat Plato 2.916 m
terra mota in morte Chriſti quid ſignifi cet 2.236 p
terra mater noſtra quomodo affliga= tur, aut lætetur noſtri cauſa 1. 711
terra homines terreni dicti 2.176
terræ fructus quales 1.196 f
terræ diuiſio ab Ieſu facta 1.361 & ſeq.
terræ frugiferæ & aridæ ſimilitudo 1. 2 m f & ſeq.
terræ nomine cor intelligi 1.196 p
terræ ſanctæ deſcriptio 1.315 f & ſeq.
terræ nomine corpus deſignat ſcript. 1. 873 p
terræ nomine carnem ſignific. 2.914 m
terra iuſtis repromiſſa quæ et ubi ſita 1. 518 f. 2 916 m
de terræ diuiſionibus tam ſacrorum

quàm profanorum opiniones 2.867
terram quam & quibus diuidat Iesus 1. 286 f
terram quos uocet 2.691 p
terram à deo purgari diluuijs etiã Græci dicunt 2.829 m
terram quam hæreditabunt iusti 1. 519 f
terram uinctorum quam uocet Hieremias 2.746 m
terras quomodo curent angeli 2.939 p 948 p
terræmotus factus tempore Origenis 2.158
terræmotus magni Tiberio imperante 2.784 m
terræmotus à deo concitari 1.709 m
terrenus quis & eius ingenium 2.619 p.2.84
cur terreat homines deus 1.257 f
tertulliani libri aduersus Marcionistas 1.882 m
testamentum uetus quibus sit lex, et quibus non 1.224 p
testamentum uetus mensam esse Israelis 2.695 f
testamentum uetus qui repudient 2. 568 f
testamentum nouum totum esse euangelium 2.291 p et f.292 f
testamentum nouum qualiter obseruãdum 1.18 m f
testamenti dei & hominum discrimen 1.740 f & seq.
testamenti ueteris & noui discrimen 2. 524 m f
testamenti utriusq; consensus 2.69
testamenti utriusq; autorem esse deum uerum & patrem Iesu Christi 1. 856 m
duorum testamentorum duos qui asserant deos 2.295 f
inter testamentum & legem quid interst 2.677 p
testamenta dei habere super carnem suam 1.18 m f
testamenta aliena arte subijcientes 1. 157 m
testimonia quæ 1.100 p
testimonia, iudicia, iustificationes &c. quid inter se discrepent 1.231 p m
testis falsi pœna 1.100 m f
testis quomodo sanctis suis deus 2. 542 m
testes olim martyres lacerati atq; necati 1.465 m
testibus falsis Christus semper pressus, et quomodo illis respondeat 2.745
thaddæus Etiã Lebbæus dictus 2.536 p
thalami præcipitium uel suspensio interpret. 1.366 p
thamnas quid interpretetur 1.273 m
thara contemplatio stuporis interpret. 1.313 f
tharæ filij quot 2.430 p
thecimene uxor Hieroboam 1.105 p
theman austrum dictum 1.98 f
themanitæ Idumæi fuere 1.410 f
themistoclis Seriphio exprobrãti prudẽs responsum 2.755 f
theodotionis translatio bibliorũ syncera tempore Origenis 2.351 p
theophilus quid interpretetur 2.242 f
theophili qui 2.242 f
thesaurus quid appelletur, & quotuplex sit 2.551 f
thesaurus diaboli quis 1.83 f
thesaurus in agro absconsus quid 2. 5. p
thesauri absconditi in scriptura intellectus spiritalis dicitur 1.841 f
thesauri tenebrosi à Christo manifestati 2.325 f
thesauri ubi recondendi 2.514 f
thrasymachus cum Socrate contra iustitiam 2.751 f
thronus Christi 2.134
thronus dei & Christi idem 2.722 m
thronus iudicis dei qualis 2. 721 f. 722 p
throni qui dicantur 2.323 p
throni qui 2.304 f & seq. p
thronis cœlestibus quomodo similes euademus 2.832 m
super Thronum excelsum uidere deum quid 1.624 m
θυμίαμα quid sit 1.39 p
tibis quid 1.67 f
tinea quid indicet 1.310 f
tinea cupiditatum 2.10 m
titannici dæmones 2.855 f
titulus crucis Christi cur in tribus linguis scriptus 2.224 m
sub Tyberio Cæsare Christus passus, solis defectus, & terræmotus magni 2.784 m
timor, dei timori inimicus 2.84
timoris spiritum qui habeant & contrà 2.66
timor pædagogus 2.661 m
timor dei quantum bonum 2.582 f
timoris effectus 2.208 p
timorem dei ante oculos quis habere dicatur 2.582 f
timores mundani unde 2.452 p
timiditatis quantum crimen 1.397 f
timidus quis 1.396 f
non timebis à timore nocturno &c. de quo intelligendum 2.214 f
quid timendum aut contrà unde cognoscatur 2.582 f
tolerantia inter uirtutes philosophis 2. 786 m
tomos decem abesse ex commentarijs in Matt. 2.2 m
tomum Origines uocat tractatum 2. 331 f. 332 p
tonitrui filij qui uocati 2.97 & 238 f
totum ex partibus constare quomodo 2.753 m (697 f
mundus totus pars domini effecta 2. tormenta sanctificationem uocat 1. 670 m
tormenta terminum habitura qui dicant 2.528 p
torquis sapientiæ ornamentum 1.301 f
trabes in ecclesia quomodo episcopi 1. 598 f
tractatus 36. in Matthæum ab Origene 2.241 p
deus quomodo tradat in reprobum sensum &c. 2.549 p
tradere spiritum quid 2.234 f
tradere dei quid 2.643 m
traditus à patre quomodo dicatur Christus 2.672 p m
traditiones patriæ quãuis turpiss. haud facile mutantur 2.764 p
traditiones seniorum pessimæ 2.23.24
tragelaphus quale animal 1.839 p
transfiguratio Christi 2.48 & se.
tribulatio quæ intelligatur 2.556 m
tribulatio bona appellanda, non indifferens 2.611 f & seq.
tribulationis tempus quod 1.520 m
secundum tribulationes deum consolari 2.662 p
tribulationes semper paratæ piè uiuentibus 1.647 m f
tribulationes piorum multæ & uariæ 2.612 p
tribulationem de sanctis dici 2.612 p
tribuni qui, & unde dicti 1.105 f
tricca urbs Aesculapio dicata 2.800 p
τριχαπτα quid 1.721 m
trinitatis mysterium in tribus angelis uisis Abrahæ 1.591 m
trinitas ubi designetur 1.202 m
trinitas quomodo sancta sit 1.237 p
trinitatis fides unica 1. 625 m. 2.593 p
trinitatis fides ecclesiæ sustentatio 1. 1.97 f
trinitatis unitas personarum defenditur 2.955 & seq.
trinitatis sectam quam uocet 1. 440 f
trinitatis una substantia 2.677 f
trinitatis scientia magnum mysterium 1.511 f

trinitatis substantia una, personæ distinctæ 1.239 p
trinitatis cognitio munus principale scientiæ 1.587 p
quod in trinitatis confessione nõ fit, inaniter fit 1.413 m
trinitatis sacramentum in quo designetur 1.283 p m
trinitatis una eademque uirtus 1.763 p
trinitatis coæternitatis atq; unitatis assertio 1.865 p
trinitatis unitas atq; coæqualitas unde comprobetur 1.864
trinitatis mysterium Abrahamo ostensum 1.19 f
de Trinitatis diuinitate et coæternitate 1.844 m f & seq.
trinitatem esse coæqualem 1.863 f & sequent.
de Trinitate quid credendum 2.486 p
de Trinitate quomodo loquendum 1.496 m f
de Trinitate quam scientiam tenuerint patres ueteris testm. 1.323 f
tripodas quid uocent gentiles, et earũ usus 1.248 p
tristia primum proponere scripturam, deinde hilariora 1.648 f
tristitia seculi, & qualiter extinguenda 2.660 m. 852
tristitia secundum deum & contrà 2.223 p
tristitia salutaris & contrà 1.528 m
tristitiæ quanta uis 1.798 m
præ nimia tristitia nonnullos in insaniã decidisse 1.816 f
tristitia nullam fert moram 2.204
triticum in ecclesia qui 2.271 f
triticum ubi seminetur, & eius usus 1.42 f & seq.
tropi in scripturis 1.560 p
trophonius deus Lebadiensium 2.808 f
τρόπαιον quid 2.492 p
throni qui 2.380 p
tuba signum belli 1.313 m
tubæ sacerdotales quæ, & earum efficacia 1.333 p
tubæ euangelicæ 2.174
tubæ ductiles cur dicantur 1.333 f
tubæ sonus signum consummationis seculi 1.332 m
tubarum memoriæ festiuitas, & qualiter celebranda 1.291 p
tubarum usus apud Iudæos 2.174
turturis natura & habitatio 1.560 m. 617 p
turturis habitatio, & quando spiritus sanctus eo nomine appelletur 1.552 f
turtures deo offerre quid 1.118 p
turtures pro Christo oblati quales 2.257 f & seq. p
tyrannis Phalaridis Phæreiq; Alexandri 2.847 p
tyrius quid interpretetur 2.381 p
tyri filij & principes 2.73
princeps Tyri apud Ezechielẽ quid designet 1.820
tyri princeps quis 1.742 m f
de tyri Principe à propheta dicta spiritaliter intellig. 1.841 p
typos præcessisse Christum, non subsecutos 2.988 p m

V

Vae quibus sit 2.203 m
uæ uoce usos etiam prophetas 2.797 m
uæ mundo à scandalis exponitur 2.63
ualentinus quomodo legit scripturas 2.277 f
ualentinus philosophorum sectas in ecclesiam introducere conatus 1.335 f
ualentini dogma et errores 1.157.166.245.980 m f & seq.
ualentinus blasphemus in deum legis 1.348 m
ualentini sermo adulterina moneta 1.510 p
ualentinus euangelij corruptor 2.782 f
ualentini filij & fructus 1.670 m
ualentini fabulæ de filio dei 1.866 f
ualentinum hæreticum perstringit 1.240 m
ualentiniani perstringuntur 1.502 f
ualentiniani uitæ specie doctrinam suã ornabant 1.722 f (2.985 m
ualentiniani uicti pronunciati à iudice in ualentinianos hæreticos 2.265 p
ualentinianorum de animabus error 2.699 f
uallis Ennon & gehenna idem, & ubi sita 2.887 m f
uallis Iosaphat, uallis iudicij 2.721 f
uanitas quid, & ei quæ subiecta 1.771 f
uanitas rerum quanta 2.664 m f
uanitas quomodo omnis uita uiuentiũ 1.535 f
uaniloquos quos appellet 1.639 f
uaniloquium quid 2.135
uas mundum uel immundum quod sit 1.595 f
uas utile aut inutile quatenus sit homo 1.225 m
uas honoris aut contumeliæ &c. quomodo quisq; efficiatur 1.259 f. 250 p
uasa quæ & quomodo sancta 1.176 f. & seq.
uasa diaboli à Christo directa quæ 2.639 p
uasa mortis quæ 2.475 f
uasa iræ quæ 2.240 f
uasa glorificationis nostræ quæ, & quomodo eis abutamur 1.722 m f
uates idolorum prophetantes 2.468 p
uates græcorum insania repleti 1.821 m
uectigalia quibus soluenda 2.716 f
uellus lanæ populus Israel intellect. 1.394 p m
uela templi duo quid significent 2.235 p m
uelamen legis quomodo & à quo sublatum 2.236 p
uelamen uultui Moysi superpositum quod 1.751 f & seq.
uelum templi scissum quid significet 2.235 p m
uelum templi carnem Christi significasse 1.593 m
uenatoris perapta similitudo 1.618 f
uenenum aspidum sub labijs quomodo intell. 2.581 f
uenena quo medicamine depellantur 1.263 f
uentriloquos execrandos esse Christianis 1.261 p
uentorum thesauri qui 1.663 p
per quatuor uentos qui intelligat 2.173
uẽtis uirtutes angelicas præesse 1.371 f
uentus spiritus nomine, & quò referat Ecclesiastes 1.611 f
uentis quomodo imperat Christus 2.520 f
per uentos quid intelligat 2.521 m
uenus è maris spuma prognata 2.836 f
uenus dea libidinis 1.382 m
de uenere fabula 2.837 f & seq.
uenus concessa & legitima quæ 2.755 p
ueris resurrectio 2.635 f
uerbum panis nomine designari 1.198 p
uerbum ueritatis in Iesu 2.212 f
uerbum dei quid, cuius naturam ipse solus nouit 1.861 m
uerbum dei quod sit 2.691 m
uerbum dei pluuia 1.508 f
uerbum dei est regnum dei 2.115
uerbum dei Christus uir animæ, & eius soboles 1.277 m f
uerbum dei gladius 1.18 p
uerbum dei ros dictum 1.394 p
uerbum dei unde capiat incrementum 2.834 p
uerbum dei panis cœlestis 1.103 f
uerbum dei quale cuiq; efficiatur 2.605 p
uerbum dei omnipotens 2.205 m
uerbum dei caro 1.140 m

uerbum dei anima ecclesiæ 2.896 p
uerbum dei quatenus Christus 1. 755 m f
uerbum dei quomodo prophetis & patriarchis factum sit 1.15 p m
uerbum dei fieri unicuiq; pro desiderio suo 1.89 f
uerbum Christi pro prædicatione 2. 690 f & seq.
uerbum breuiatum quod 2.683 m
uerbum dei nullum habere initium nisi deum 1.862 m
uerbum à ueritate extraneum antichristus est 2.151
uerbum uiuum & deus Christus 2. 131.209 f
uerbum Christus an passum sit 2. 494 p m
uerbum dei quibus prædicandum, quibus non 1.148 m f
uerbum dei Christus creditur, & colitur secundum dei formam 2.51
uerbum domini pluris faciẽdum quàm corpus eius 1.111 f
ad uerbum dei audiendum & legendũ quàm segnes simus 1.107 m f
uerbum Christi cum recipimus, Christum recipimus 2.193 m
uerbum ueritatis qui crucifigant 2. 229 m
uerbum diuinum sequendum in iudicãdo fideli 2.242 p
uerbum dei omni rationali creaturæ prælaturum quomodo 2. 952 p m
uerbum quomodo habitauit in nobis 2. 986 m
uerbum peregrinum & extraneũ quod 2.124
uerbum filius 2.297 m
uerbum quamobrem in carnem descenderit 2.508 m
uerbi dei plures appellationes 1. 89 p m
uerbi dei uis & effectus 2.952 p m
uerbi dei opus primum & postremum 1.349 f
uerbi dei ministri omnes amici sponsi 1. 601 m
uerbi dei fames quàm deprecanda 1. 387 m
uerbi dei quanta uis, & quòd non possit opprimi aduersariorum conatibus 2.755 p
uerbi dei natura, & quale cuiq; sit 2. 828 f
uerbi dei fœnus 1.110 p
uerbi dei oscula, & quis dignus sit ea suscipere 1.565 f
uerbi diuini uel prolati efficacia 1.364 p.2.819 f
uerbi dei autoritas unde 1.865 f
uerbum dei nubes, pluuia, imber &c. 1. 195 f. 615 f
uerbi semen ubiq; susceptum 1.34 m
uerbi dei incarnationis certitudo 1. 865 m f & seq.
uerbi diuini lectionis, & auditionis utilitas 1.171 p m
uerbi dei carnem & sanguinem qui norint 1.173 f
uerbi uenenati uirus 2.581 f
uerbo propinqui qui 2.527 m
uerbo dei non hominibus credendum 1.577 m
de uerbo dei filio quid scripserit Plato 2.882 m
de uerbo uitæ & mortis contrectare 2. 457 p
uerbo dei pugnandum uincere uolentibus 1.298 m
uerbo dei pugnandum Christiano 1. 358 f
uerba iniquorum quãdo aduersum nos prævaleant 1.503 f
uerba spiritus spiritualiter accipiẽda 2. 77
uerborum domini fœnus 1.510 p
uerba sua quatenus deus reuocet, ac in melius mutet 1.258
uerba mortis proferre 1.601 p
uerba dei qui furentur 2.562 m
uerbis nonnunquam plus effici quàm ui aut armis 1.246 m
uerberibus dei, etiam impios proficere 1.70 f
uerecundia carere summum malorum 2.581 f
ueritas dei quomodo in hominum mẽdacio abundauit 2.577 m
ueritas quomodo Christus 2.584 p
ueritas liberans à peccato 2.643 f
ueritas plus quàm ueritatis figura 1. 576 m
ueritas quomodo una 2.314 p m
ueritas ubi & à quibus petenda 1. 856 p
ueritas cui rei similis 2.166
ueritas quæ, & ubi sita 2.676 p
ueritas omnium quomodo Christus 1. 755 f
ueritas inuicta quibus aduersetur 2. 961 f
ueritas quomodo per Christum facta 2. 334 f
ueritas Christus 1.574 p
ueritas simulata quæ 2.315 m
ueritas unde petenda, à quo discenda, et quæ credenda 1.749 m
ueritas sapientia summa 1.147 p m
ueritas dei quàm uelox 2.166
ueritatis proditores quales 2.213 f
ueritatis cingulum 1.328 m
ueritatis dei inimici 2.120
ueritati qui diffidere dicantur 2. 556 p m
ueritatem ex mendacio & falsitate eluceſcere 1.222 m f
ueritatem ueritate maiorem minorémue non esse 2.774 m
ueritatem dei qui in iniquitate detinuerint 2.545 m
ueritatem dei in mendacium qui mutarint 2.880 f
in ueritate stare, & contrà 2. 445 m
à ueritate aberrare longè peius quàm in moribus 2.152
ueritates plures esse 2.335 p
ueritatis noscendæ unicuiq; menti desiderium insitum 1.800 f & seq.
ueri sermonis titulus libri Celsi quàm arrogans 2.759 f
uermes ex plerisq; animalibus nasci 2. 844 m
uermes qui dicendi 2.831 p m
uermis non moriens quis 2.527 f & seq. p
uermis quomodo Christus 2.257 f
uermium origo unde 2.257 f
uermes peccatorum 1.88 m
uespam ex equo nasci 2.844 m
uestimenta spiritalia 2.193 p. 526
uestimenta quæ, & quomodo sancta 1. 176 f & seq.
uestes scripturæ qui conſciderint 1. 722 p m
uestire Christum quid 2.193 p. 526 f
uespertinum tempus euangelium designare 1.288 f
uetus testamentum quid uocet 2.328 p
uetus testamentum non recipientium calumniæ 1.344 m
uia quæ domino præparanda 2. 266 f
uia media Christus 1.512 m
uia cur dicatur Christus 1.756 p
uia tridui quæ nobis incedenda 1. 70 p
uia domini qualiter dirigatur 2. 341 p
uia pacis quæ 2.582 m
uiam arctam aut latam incedere 1. 520 m
uiam suam qui tegat aut reuelet 1. 499 p m
uictima quæ deo gratissima, & illi à nobis offerenda 1.294 p. 2.356. p m
uictimæ martyres sanguinem effundentes 2.336 m

uictimæ Christianorum quales, & quo modo immolandæ 1.98 m f
uictoria fidelium unde, et in quo consistat 1.397
uictoria nulla sine certamine 1.248 f. 250 f
uictorini martyris in Matthæum commentaria 2.241 m (864 f
uicissitudo rerum quæ philosophis 2.
uicissitudines rerum ac temporum secũdum quosdam quales 2.847
uicissitudinum permutationes quo refert ecclesiastes 1.611 m
uidere diem Christi 2.173
uidere sermonem dei quid 2.242 m
uidere mortem 2.50.456 m
uidisse dominum quomodo Esaias dicatur 1.625 f
uidentes uidebitis & non intelligetis quomodo intelligat 1.636
qui uidet me uidet & patrem quomodo intellig. 1.613 m
qui uideant, & qui non uideant 1. 638 p m
uidere quomodo sumatur 2.900 m
uidere deum corde quid 1.754 m
uere uidens quo fuerit Balaam 1.265
uidentes dicti prophetæ 1.20 p
uidua qualiter illustret ministeriũ suũ, & contrà 2.698 f & seq.
à uidua ecclesiæ ministra qaid requiratur 2.482 f
uiduæ quæ eligendæ in ministerium ecclesiæ 1.635 f
uiduarum exemplum Anna prophetissa 2.262 p m
uigilare quis dicatur 2.210 p
uigintiduo numeri mysterium 1.207 f
uincere & iusticari in sermonibus suis quomodo dicatur deus 2.583 m f
deum non Vindicare bis in delictum unum in iudicio 1.192 p. 695 p
non uindicandos nos ipsos 1.528 f
per uineam regnum dei & ecclesiã intelligi 2.94
uinea dei qui fuerint 2.111.112 & seq.
uineæ parabola explicata 2.111.112 & seq.
per uineas quid intelligat 1.581 m
uinctum liberandi unde libertas Iudæis donata 2.225 m
uinum uenenatum peruersa dogmata 1.587 f
uinum quibus salubre, & quibus perniciosum 1.389 f
uino felle mixto qui potent Christum 2.234 m
uir princeps mulieris 2.75
uir quomõ unus & multi sint 1.400 f
uiri nomine legem significa à Paulo 2. 647 m. 648 p m & seq.
uiri nomẽ cui competat ætati 1.158 m f
uiros uirtutis quos appellet 1.299 p m
uiri nomine quo lex intellig. 2.386 m f
uiri sanguinum qui dicantur 2.582 p
uiri quid & quomodo pariant 1.101 m
de uirga Aaron quæ germinauit 1.225 f & seq.
uirga Aaron intra nos quæ 1.99 p
uirgo uocata non electa 2.537 f
uirgo perpetua Maria 2.21 m
ecce uirgo concipiet quomõ interpretetur à diuersis 2.757 m
uirginem paritura quomodo iam olim à prophetis prædictum 2.757 m f
ex uirgine natum Christum quomõ dicant quidam hæretici 1.858 f
uirgines martyrio decoratæ 1.397 m
uirgines qui 2.289 m f
uirgines quos generent 1.39 p
de decem Virginibus 2.184 & seq.
uirginitas præter præceptum, ac debitum est 2.736 m
uirginitatis studium quale apud Christianos 2.923 m
uirginitatis primitiæ quæ 2.12 m
uirginitatem quam intelligat, et quo referat Paulus 1.183 p m
uirtola quale ornamentum, & quid designet 1.301 f
uirtus mutabilis 2.639 m
uirtus inuoluntaria, non est uirtus dicẽda 2.824 f
uirtus solus Christus 2.217 f
uirtus ex uirtute dei Christus 1.862 m
uirtus eadem dei, beatorum, atq; hominum 2.832 f
uirtus dei tanquam anima mundi 1. 774 f
uirtus una eademq; trinitatis 1.763 p
uirtus dei Christus, & in quibus sit 2. 247 f
uirtus replens mũdum quæ, quid agat, & quid hominem doceat 2.579 f
uirtus dei sempiterna unde percipiatur 2.546 f
uirtus quæ conducat 2.31
uirtus dei suorumq; Christus 1.307 m
uirtus animi Israelitica, Chaldaica &c. 1.201 m f
uirtus dei quæ 1.757 f
uirtus quid apud Geometras 1.10 m
uirtus seductoria est antichristus 2.153
uirtus per Saram significata 1.25 m. 26 p
uirtutis aula quomodo polluatur 1. 811 p
uirtutis uia eruditio uera 2.814 p
uirtutis semina in anima rationali 2. 222 m
uirtutem ex contrarijs clarescere, & splendidiorem fieri 1.250 m
uirtutem simul complecti totam neminem posse 2.818 p (iur 2.485 m
in uirtute perfectus quomodo quis dica
uirtutes cœlestes quæ 1.624 m
uirtutes diuinæ propugnantes pro nobis aduersus potestates contrarias 1.384 m
uirtutes coniuges spiritales 1.39 m
uirtutes ueræ quomodo à falsis & fucatis opprobriũ patiantur 1.628
uirtutes cœlestes arca dei sig. 2.588 f
uirtutes spiritus quæ 2.747 p
uirtutes cõtrariæ an à principio sint tales conditæ, & ubi designentur in scripturis 1.765 & seq.
uirtutes contrariæ refugæ quæ aliquando immaculatæ fuerint 1.767 f
uirtutes contrariæ unde nomen & gradum adeptæ 1.773 f
uirtutes contrariæ quàm ualide impugnent nos 1.350 f
uirtutes simulatæ antichristus est 2.152
uirtutes singulæ quàm difficulter adipiscantur 2.654 p m
uirtutes quibus rationibus comparentur 2.656 p
uirtutes posse in homine esse per industriam 1.848 f
uirtutes qualiter mortificent & extinguant uitia 2.660 m
uirtutes ex rebus contrarijs cognosci 2.576 p
uirtutes quatenus excoluerint gentiles 1.226 m
uirtutes ornamenta 1.746 p
uirtutes contrariæ & earum semen 1. 274 m f
uirtutes angeli dicti 2.380 p
uirtutum omnium fons deus 1.732 m
uirtutum gradus et perfectio 2.645 m
uirtutum natura & substantia Christus ipse 1.537 p. 574 p
uirtutum umbra hîc, & ubi earum perfectio 2.643 m
uirtutum proles unde succedat 1.277 f
uirtutibus angelicis ministeria mundi à deo esse commissa 1.371 f
uirtutibus seruum fieri 2.644 f
ad Virtutes qualis ascensus 1.78 m
in uirtutibus æmulatio non est 1. 544 m
uirtutibus præclaris animam suam excolere quàm præclarum 1.359 f
uirtutib. corpora nostra uel animæ nostre commissæ quibus 1.364 p
uisio magna quæ 1.511 m f
uisio cur Petro ostensa, & quid designaret 2.772 & seq.

uisio dei perfecta quando 2.119
uisiones patrum ac prophetarum quales 1.40 m
uisiones miraculosas hominibus oblatas, etiam Græci produnt scriptores 2.877 p
de uisionibus quid sentiant Plutarchus & Numenius 2.877 p
uisitatio dei in quo monstretur 1.615 p
omnẽ Visum unius naturæ esse 1.848 p
uisum exacuere ex caprea humor quidam 1.613 m
uita hominis tentatio 1.819 f
uita uera & æterna quæ, & quomodo comparetur 1.799:2.555 p m 557 m. 645 f & seq.
uita æterna in quo consistat 2.809 f
uita beata non præsens sed futura 2.786 m
uita quæ mala 2.674 f
uita iustorum iudicabit Israelem 2.87
uita tentatio 1.78 f
uita omniũ quomodo Christus 1.755 f
uita præsens mare 2.56
uita hæc & futura qualis 1.536 f
uita hæc nostra umbra 1.600 f. 2.173
uitæ mutatio in homine 2.8 p
uitæ odor in quo 2.457 m
uitæ profectus diuersi 1.814 m
uitæ nouitas cui deputanda, & quando futura 2.634 m. 720 f
uitæ iter quam difficulter agatur 1.78 f
uitæ quis dignior exitus 2.947 m
uitæ æternitas morti oppositа 2.632 p
uitæ mutatio & emẽdatio 2.644 p m
uitæ quomodo participes simus 2.330 f & seq. p
uitæ præsentis & futuræ spes 2.616 p
ex uitæ indigentia quanta bona nata sint 2.850 p
uitæ particeps homo, non uita 2.315 m
uitam quam intelligat 1.275 m. 660
uitam eligendi in potestate hominis esse 2.547 f
uitam hanc agones habere ac certamina perpetua 1.769 p (296 m
uitam futuram negant Samaritæ 1.
uitam in solo Christo esse 2.320 p & f
uitam unde consequatur homo 1 174 m
omne Vitium nihil esse 2.317 f. 318 p
uitium propriè impiorum 2.811 m
uitia numerosiora uirtutibus 1.42 p
uitiorum gentes nos impugnantes quo modo uincendæ 1.321 p m
uitiorũ equitatus quomodo subneruandus ac deijciendus 1.354 p m
uitiorum calix 1.672 f
uitia qualiter extinguantur à uirtutibus 2.660 m
uitia qualiter effuganda 1.330 p
cum uitijs simul augeri & pœnam 1. 653 m
uitis in anima quæ 1.617 m
uitis parabola 1.736 & seq.
uitis quatenus Christus, & quid significat. 1.59 m
uitis similitudo apta 2.635 p
uitem ueram qui in se habeant 2.174
uitium quanta in Iudæa copia 1.59 f
uitulus caro 1.116 f
uitulus deo deuotus sanctus dictus 1. 295 m
uitulum sacrificare domino quid 1. 309 m
uitulum deo offerre quid 1.118 p
uiuere hic calamitas potius quàm uita 2.786 m
uiuere peccato uel deo 2.631 p m
uiuens quis 1.665 f
umbilicus quomodo fortitudo serpentis, & quòd initium sit malorum 1. 718 f
umbra quomodo lex &c. 1.537 m
umbrarum imagines circa sepulchra uisas 2.792 p m
cum umbris inferni quis sit 2.461 f
ultioni cum à deo tradimur patienter ferendum 1.741 p
unctio quomodo in Christo, & quibus conueniat 2.303 m
ungere caput in ieiunio quid 2.514 p
de unitate trinitatis 1.763 p
uniuersitatis initia & finem non posse ab ulla creatura cognosci 1.865 p m
uocatus apostolus, uel propheta &c. quomodo 2.537 m
uocati qui & quomodo 2.669 p. 679 m f
uocati quare differant ab electis 2. 537 f
uocati quomodo multi 2.519 m
uocatio apostolorum 2.86
uocatio Israel & gentium 1.856 m
uocationis Pauli effectus 2.537 f
uocationes in opus uineæ quinque 2. 92
non uocare solum, sed etiam trahere deum 1.309 f
uoluntas hominis libera 2.985 m
uoluntas nobis ex deo 2.442 m
uoluntas dei unde cognoscatur 2. 556 f
uoluntas cita, opus tardum 2.654 p
uoluntatis benefaciendi libertas in nobis 2.265 f
uoluntatis hominis uis 2.819 f
uoluntatis libertas qualem sortita sit effectum 1.795 m
uoluntati nostræ quando & cur committimur 1.391 p
uoluntati bonæ quid obsistat 2.653 m f
uoluntatem dei patris fieri cur roget Christus 2.209 p
uoluntatem rectam nobis à deo dari, abuti tamen ea nos 1.813 p
in uoluntate nostra situm ut boni aut mali simus 2.680 m
uoluntate non necessitate ad legẽ Christi duci 2.721 p
uoluntates hominũ quomodo deus promoueat 2.679 f
uoluptas irrationabilis 2.83
uoluptas summum bonum Epicureis 2.786 m
uotum orationis, eleemosynarum, ieiunij 2.141
uotum Iephte quale 2.356 m
uota libera, & secus 1.295 m f
uota diuersa, & eorum exẽpla ex scripturis 1.295
uota quomodo reddenda deo 1.177 f & seq. (796 m
uox dei, & à quibus exaudiatur 2
uox humana & dei quæ 1.15 p
uulpes quale animal, & qui sint uulpes 1.703 f
uulpes animal immundum nunquã in bonam partem sumitur in scripturis 2.856 p
uulpes dæmones dicti 1.235 f
per uulpes quid intelligat 1.623 m
uulpes qui dicantur 1.622
uulpes quatenus homines 1.411 p
uulpium partes qui 1.622 m
uulpes Sampsonis quibus exusserit fruges Allophylorum 1.622 p
uultures fœmellas absq; maris congressu parere 2.758 f
uultures qui uocandi 1.157 m
uulturum cibus 1.157 m
uuluam matris suæ Christum solum aperuisse quomodo 2.257 m f
sicut ursus raptis catulis obuiabo eis &c. exponitur 2.119
uxor sequatur uirum 1.20 m
uxor quatenus dimittenda 2.65
uxor Loth respiciens retro quid significat. 1.22 m
uxores sortiti apud puteos patriarchæ quid 1.239 f
uxores spirituales 1.39 m

Y

ὑπόστασις quid 2.1001 p
ὑπόστασιν in Christo qualem confiteantur hæretici 1. 858 f & seq.

Z

Zabulus unde sumat aduersum nos uires 1.385 p
Zabulus malleus uniuersæ terræ 1. 654
Zabulo quomodo & quis tradendus 1. 383 p
Zacharias quid interpretetur 2.147 2.328 p
Zacharias intelligens dictus 1.633
Zacharias pater Ioannis baptistæ 2.14
Zacharias propheta & sacerdos 2. 246 p
Zachariæ silentium quid denotet 2. 246 p m
Zacharias à Iudæis occisus 2.114
Zacharias filius Ioiadæ lapidatus 2. 148
Zacharias quis occisus à Iudæis 2.145
Zachariæ loco quomodo Hieremias citatus 2.224 p
Zachariæ & Elizabeth laudes 2. 243 m f
Zachariam trucidandi quæ causa fuerit 1.522 p
Zamolxis Acarnanarum deus 2.808 f
Zareth aliena descensio interpretatur 1.561 f
Zebedæi mater quæ fuerit 2.238 f. 239 f
Zebedæi filiorum matris petitio 2. 96 & seq.
Zelus dei in peccatores qualis 1.93 m f
Zelus dei quando & à quo discedat 1. 94 p
Zelus secundum scientiam & secus 2. 685 p m
Zeli quanta uis 1.798 m
Zelans quomodo deus, & quomodo uir 1.495 m
Zeno quomodo conciliauerit inimicum 2.940 m
Zit quid interpret. 1.351 m
Zizania quid uocet 2.3 f
Zizania in ecclesia qui, & quod tolerandi 1.367 p

INDICIS IN OPERA ORIGENIS FINIS.

COMMISSA QVAE VEL EXEMPLARIORVM uitio uel operarum incuria exciderunt, sic emendato.

Prior numerus paginam, posterior uersum denotat.

In tomo primo pagina 9. uersu 18. lege angulis 50. uersu 18. leg. uidens pa. 59. 15. indicare 293. 52. arietes. In tomo secundo pag. 26. uersu 40. abundabimus 68. 22. funiculis 69. 7. uerò 90. 31. sit, & uers. 51. eum 92. 31. fuerit 113. 20. lege irreprehensibilem 136. 33. oratione 137. 18. iudicium 141. 14. proprios 160. 46. uerbo 165. 2. omnes melius 170. 7. earum, & uersu 34. iumentum uidetur superfluum 190. 34. date ei, & 35. datur ei 194. 17. comburat 205. 14. adde in corda 212. Iesum 218. 12. sempiternam 228. 20. salutarem 264. 12. morem 266. 2. nutritus 278. 31. nos 283. 24. princeps Iudæorum 285. 17. percipit 300. 44. adaptamus 303. 44. sit 319. 35 dicit 337. 32. lege tempestiuum 338. 8. lege genitum 338. 14. partium 341. 48. uerò 345. 15. liberi 361. 40. narrationes 365. 33. endelechismi 374. 17. administratorij 379. 38. principũ 380. 9. melius præfecti 383. 37. quod 383. 51. filij 386. 15. pecuino 412. 25. seruiuimus 414. 38. contextus est 415. 2. principis 417. 8. lege Symon & Iudas 417. 18. cui 424. 37. laternis 428. 52. ille 562. 36. apostolum 563. 12. bonorum 563. 16. egerant 576. 5. fortitudinem 590. 19. uideretur 610. 51. gloriamur 621. 53. lege qui non peccau. 716. 1. uindicem 751. 1. Odrisis 753. 21. oriente 754. 53. & redundat 756. 6. uerò 767. 42. ultro citr. 770. 27. amplectuntur 771. 12. corpus 772. 9. precandum 775. fugere 776. 26. conuerte 777. 21. militum: ead. 42. defeciſſent: ead. 50. finxerunt 786. 43. se 788. 5. dei 788. 52. iniustitiam 791. uersu ultimo restitue incidisse in 803. 34. iustorum præm. 804. 24. attentè 861. 2. & 3. lege acquisitus uel acquisitionis ead. uersu 4. si redundat 863. 17. singulos

PRIMA PARTE QVAE CONTINEANTVR.

In Geneſim homiliæ		xvii	fol. 1
In Exodum homiliæ		xiii	61
In Leuiticum homiliæ		xvi	114
In Numeros homiliæ		xxviii	220
In lib. Ieſu Naue homiliæ		xxvi	318
In lib. Iudicum homiliæ		ix	377
In lib. Regnorum homilia		i	399
In librum Iob, libri		iii	408
In Pſal. xxxvi	homiliæ	v	494
In Pſal. xxxvii	homiliæ	ii	521
In Pſal. xxxviii	homiliæ	ii	531
In Cantica canticorum explanationis prioris	homiliæ	ii	541
In Cantica canticorum explanationis poſterioris	homiliæ	iiii	553
In Eſaiam,	homiliæ	ix	623
In Hieremiam	homiliæ	xiiii	643
In Ezechielem,	homiliæ	xiiii	693
Peri archon, id eſt de principijs, libri		iiii	749
Threni ſeu planctus Origenis.	Tractatus	i	849
Apologia Pamphili Martyris pro Origene.	Liber	i	853
Rufinus de deprauatione librorum, præcipue Origenis	Liber	i	879

SECVNDA PARTE CONTENTA.

In Matthæum,	tractatus	xxxv	4 & 37
In Lucam,	homiliæ	xxxix	241
In Ioannem	tomi	xxxii	289
In diuerſos Noui teſtamenti, homiliæ		x	499
In epiſtolam ad Romanos, libri		x	534
Contra Celſum libri, Sig. Gelenio interprete		viii	745
Contra Marcioniſtas Dialogi, nunc primũ Latio donati Laurentio Humfrido Anglo interprete		iii	955

ORIGENIS ADAMANTII, EXIMII SCRIPTVRARVM ENARRATORIS HOMILIAE IN GENESIM, INTERprete, ut opinor, Ruffino. Nam Hieronymi titulum falsò additum docuimus in Catalogo operum.

IN GENESEOS CAP. I HOMILIA I

De Ortu mundi, & eorum quæ in mundo sunt.

N principio creauit deus cœlum & terram.] Quod est omnium principiũ: nisi dominus noster, & saluator omniũ Christus Iesus, primogenitus omnis creaturæ? In hoc ergo principio, hoc est in uerbo suo, deus cœlum & terram fecit: sicut &
1 Euangelista Ioannes in initio Euangelij sui ait, dicens. In prin cipio erat uerbum, & uerbum erat apud deũ, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Non ergo hic temporale aliquod principium dicit: sed in principio, id est in saluatore factum esse dicit cœlum & terram, & omnia quæ facta sunt. Terra autem erat inuisibilis, & incomposita, & tenebræ erant super abyssum, & spiritus dei ferebatur super aquas.] Inuisibilis & incomposita terra erat antequam deus diceret, fiat lux, & antequam diuideret inter lucẽ & tenebras, secundũ quod sermonis ordo declarat. Verũ quoniã in consequẽtibus firmamentũ iubet fieri: & hoc cœlũ appellat: cum ad ipsum locum uenerimus, ibidem differentiæ ratio cœli firmamentiq; dicet, cur etiã firmamẽtum appellatum sit cœlum. Nunc aũt ait: Tenebræ erant super abyssum.] Quæ est abyssus? Illa nimirũ in qua erit diabolus & angelus eius. Denicq; hoc manifestissime & in Euangelio designat, cũ dicit de saluatore. Et rogabant dæmonia quæ ejiciebat, ne iuberet ea ire in abyssum. Propterea ergo deus soluit tenebras, dicẽte scriptura. Et dixit deus, fiat lux: & facta est lux. Et uidit deus lucẽ, quia bona est, & diuisit deus inter mediũ lucis & inter mediũ tenebrarũ. Et uocauit deus lucẽ, diẽ: & tenebras uocauit noctem. Et factum est uespere, & factum est mane, dies una.] Secũdum literã deus & lucem uocat diẽ, & tenebras noctem. Secundũ spiritualẽ uerò intelligentiã uideamus quid sit: quod cum in initio illo, quo superius diximus, fecerit deus cœlũ & terrã, dixerit quoq; ut lux fieret, & diuiserit inter mediũ lucis & tenebrarũ, & uocauerit lucẽ diem, & tenebras noctem: & dixerit quia factum est uespere, & factũ est mane: nõ dixit dies prima, sed dixit dies una. Quia tempus nondum erat antequam esset mundus. Tẽpus aũt esse incipit ex cõsequentibus diebus. Secũda nanq; dies, & tertia dies, & quarta, & reliquæ omnes tẽpus incipiũt designare. Et dixit deus. Fiat firmamentũ in medio aquæ, & sit diuidens inter medium aquæ & aquę. Et factum est sic. Et fecit deus firmamentum.] Cum iam antea deus fecisset cœlum, nunc firmamentũ facit. Fecit enim cœlum prius, de quo dicit: Cœlũ mihi sedes est. Post illud aũt firmamentũ facit, id est corporeum cœlum. Oẽne enim corpus firmũ est sine dubio, & solidũ: & hoc est quod diuidit inter aquam quæ est super cœlũ, & aquam quæ est sub cœlo. Cũ enim ea quę facturus erat deus, ex spiritu cõstarẽt & corpore, ista de causa in principio, & ante oẽnia cœlum dicit factum, id est omnis spiritalis substãtia, super quã uelut in throno quodã & sede deus requiescit. Istud aũt cœlum, id est firmamentũ, corporeũ est. Et ideo illud quidem primũ cœlũ, quod spiritale diximus, mẽs nostra est, quæ & ipsa spiritus est, id est spiritalis homo noster qui uidet ac perspicit deũ. Istud aũt corporale cœlũ quod firmamẽtum dicit, exterior homo noster est, qui corporaliter intuetur. Sicut ergo firmamentũ cœlũ appellatũ est, ex eo quod diuidat inter eas aquas, quæ super ipsum & eas quæ sub ipso sunt: ita & homo qui in corpore positus est, si diuidere potuerit, & discernere quę aquæ sunt superiores super firmamentũ, & quæ sub firmamẽto sunt, etiã ipse cœlum, id est cœlestis homo appellatur, secundum Apostoli Pauli sententiã dicentis:

Ioan. 1

ἀόρατος καὶ ἀκατασκεύαστος

Dies unus non primus, sed hoc magis est ex proprietate sermõis hebraici, qui interdum primum diem uocant unum.

Angeli quando creati

Origenicum

Phil.3 Nostra autẽ conuersatio in cœlis est. Ita ergo continent uerba ipsa scripturæ. Et fecit deus firmamentũ, & diuisit inter mediũ aquæ quę est super firmamentũ, & inter medium aquæ quæ est subter firmamentũ. Et uocauit deus firmamentũ cœlũ. Et uidit deus quia bonum est, & factum est uespere, & factum est mane, dies secundus.] Studeat ergo unusquisq; nostrũ diuisor aquæ effici eius quæ est suprà, & quæ est subtus: quo scilicet spiritalis aquæ intellectũ, & participiũ capiens eius quæ est suprà firmamentũ, flumina de uentre suo educat aquæ uiuæ salientis in uitã ęternã, segregatus sine dubio, & separatus ab ea aqua, quæ subtus est, id est aqua abyssi, in qua tenebræ esse dicunt, in qua princeps huius mundi, & aduersarius draco, & angeli eius habitãt, sicut superius indicatũ est. Illius ergo aquæ supernæ participio, quę suprà cœlos esse dicit, unusquisque fideliũ cœlestis efficit, id est cũ sensum suũ habet in arduis & excelsis, nihil de terra, sed totũ de cœlestibus cogitans, quę sursum sunt quęrens, ubi Christus est in dextera dei patris. Tunc enim & ipse laude dignus habebit à deo, quæ hic scribit cum dicit, Et uidit deus quia bonũ est. Denicq; & ea quæ de tertia die in cõsequentibus describũtur, in hunc eundẽ conueniunt intellectũ. Ait enim. Et dixit deus. Congregẽt aqua quæ est sub cœlo in congregationẽ unã, & appareat arida. Et factũ est ita.] Nos ergo laboremus cõgregare aquã quæ est sub cœlo, & abijcere eam à nobis, ut cũ hoc factũ fuerit, appareat arida, quę sunt in carne gesta opera nostra, quo scilicet uidentes homines opera nostra bona, glorificẽt patrẽ nostrũ qui in cœlis est. Si enim aquas istas quæ sunt sub cœlo non separauerimus à nobis, id est peccata & uitia corporis nostri, arida nostra non poterit apparere, nec habere fiduciã procedendi ad lucẽ. Omnis enim qui male agit odit lucẽ, & non uenit ad lucẽ, ut in ea manifestent opera eius, & uideant si in deo sunt gesta. Quæ utiq; fiducia nõ aliter dabitur, nisi uelut aquas, abijciamus à nobis, & segregemus uitia corporis, quæ sunt materię peccatorũ. Quo facto iã arida nostra non permanebit arida, sicut ex cõsequentibus ostenditur. Ait enim. Et cõgregata est aquа quæ est sub cœlo in cõgregationes suas, & apparuit arida. Et uocauit deus aridam terrã, & cõgregationes aquarũ uocauit maria.] Sicut ergo arida hæc segregata à se aqua, quemadmodũ superius diximus, ultra nõ mansit arida, sed iam terra nominatur: hoc modo etiã nostra corpora si hæc ab eis segregatio fiat, iam nõ permanebũt arida, sed terra appellabunt, ex eo quod fructũ deo ferre iam poterunt. Quoniam quidem in initio deus cœlum fecit, & terram: postea uerò fecit firmamentũ & aridã. Et firmamentũ quidem uocauit cœlum, donãs ei eius cœli quod ante creauerat nomẽ. Aridam uerò appellauit terrã, pro eo quod ei facultatẽ ferẽdorũ fructuũ largiret. Si quis ergo sua culpa aridus adhuc manet, & fructũ nullum affert, sed spinas & tribulos, uelut ignis escas gerens, secundum ea quæ ex se protulit, etiã ipse esca ignis efficit. Si uerò studio & diligẽtia sua separatis ex se aquis abyssi, qui sunt dęmonũ sensus, exhibuit se terrã fructiferã, debet sperare similia, quod ipse introducat à deo in terrã fluentẽ lac & mel. Videamus autẽ ex cõsequẽtibus qui sunt fructus, quos producere deus iubet terrã ipsam, cui ipse hoc nomen indulsit. Et uidit (inquit) deus quia bonũ est, & dixit deus: Producat terra herbã fœni semen seminãtis secundũ genus, & secundũ similitudinem, & lignum fructiferum faciens fructũ, cuius semen est in ipso secundũ similitudinẽ super terrã, & factum est sic.] Secundum literam manifesti sunt fructus quos terra non arida producit. Sed iterum referamus ad nos. Si iam facti sumus terra, si iam nõ sumus arida, afferamus fructus uberes & diuersos deo, ut & nos benedicamur à patre Gen.26 dicente: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni, quẽ benedixit dominus. Et illud qd Heb.6 ait Apostolus, cõpleatur in nobis: Terra enim excipiẽs frequenter uenientẽ super se imbrem, & generãs herbam opportunam ijs à quibus colit, percipiet benedictiones à deo. Quæ uerò spinas & tribulos profert, reproba est, & maledicto proxima, cuius finis est in adustionem. Et produxit terra herbã fœni semen seminantis secundum genus, & secundum similitudinẽ, & lignum fructiferum faciens fructum, cuius semẽ in ipso faciens fructum secundũ genus super terram. Et uidit deus quia bonum est, & factum est uespere, & factum est mane, dies tertia.] Non solum iubet terræ proferre herbam fœni, sed & semen proferre, ut semper fructũ possit afferre. Et non solum iubet lignum fructiferũ, sed & faciens semen, cuius semen in ipso est, secũdum genus, id est ut

Arida quid

Hebræi omnẽ congregationẽ aquarũ siue salsarum siue dulcium uocant mare

Arã

semper

semper ex his seminibus, quæ in se habet, fructum possit afferre. Et nos ergo ita debe mus & fructificare fructũ, & semina habere in nobis ipsis, id est omniũ bonorũ operũ omniumq; uirtutũ semina in corde nostro continere: ut hæc habentes fixa in mẽtibus nostris ex ipsis iam omnes actus, qui incurrerint nobis, secũdum iustitiã geramus. Isti sunt enim seminis illius fructus, actus nostri qui ex bonis cordis nostri thesauris profe runtur. Si uerò audimus quidẽ uerbũ, & ex auditu statim terra nostra producit herbã, & hæc herba antequam ad maturitatẽ uel ad fructũ ueniat, aruerit, terra nostra petro sa appellabitur. Si uerò ea quæ dicuntur profundioribus nitant in corde nostro radici bus, ita ut & fructũ operũ afferant, & semina in se habeant futurorum, tunc uere uni uscuiusq; nostrum terra secundũ uirtutem suam affert fructum, alia cẽtesimũ, alia sexa gesimum, alia triceſimũ. Sed & illud admonendum necessarium duximus, ut fructus noster nusquam zizania, id est nusquã loliũ habeat: ut fructus noster non sit secus uiã, sed in ipsa uia, in illa quæ dicit: Ego sum uia: seminet utiq; in ea ne aues cœli comedãt *Ioan.14* fructus nostros, neq; uineã nostram. Si quis tamẽ nostrũ uinea esse meruerit: uideat ne pro uua afferat spinas: & propter hoc iam non putabitur, neq; fodiet, neq; mandabit nubibus ut pluant super eam pluuiã: sed ecõtrario relinquetur deserta, ut increscãt su per eã spinę. Post hęc uerò iam firmamentũ meretur etiã luminaribus adornari. Ait e nim deus. Fiant luminaria in firmamento cœli: ut luceant super terrã: & diuidãt inter diem & noctẽ.] Sicut in firmamento isto quod iam cœlũ fuerat appellatũ, iubet deus fieri luminaria, ut diuidãt inter mediũ diei & noctis: ita & in nobis fieri potest: si tamẽ studeamus & nos uocari & effici cœlũ: luminaria habebimus in nobis, quæ illuminẽt nos, Christũ & ecclesiã eius. Ipse est enim lux mũdi, qui & ecclesiã illuminat sua luce. Sicut enim Luna de Sole dicitur percipere lumen, ut per ipsam etiã nox possit illumi nari: ita & ecclesia susceptο lumine Christi, illuminat omẽs qui in ignorãtię nocte uer santur. Si uerò quis in hoc proficiat, ut iam filius dei efficiat, sic ut in die honeste ambu let, quasi filius dei, & filius lucis: hic ab ipso Christo illuminat sicut dies à sole. Et sint in signa & tẽpora, & in dies & in annos: & fiant ad illuminandũ in firmamẽto cœli, ut luceant super terram. Et factum est sic.] Sicut luminaria ista cœli, quæ uidemus, posita sunt in signa & in tẽpora, & dies & annos, ut luceant de firmamẽto cœli his qui super terrã sunt: hoc modo etiã Christus illuminans ecclesiã suã, signa dat per præcepta sua: ut sciat quomodo quis accepto signo fugiat ab ira superuẽtura, uti ne dies illa sicut fur eum cõprehẽdat: sed ut magis peruenire possit in annũ domini acceptabilẽ. Christus ergo est lux uera quæ illuminat omnẽ hominem uenientẽ in hunc mundũ: ex cuius lu mine illuminata ecclesia, etiã ipsa lux mundi efficit, illuminãs eos qui in tenebris sunt: sicut & ipse Christus contestat discipulis suis dicẽs: Vos estis lux mũdi. Ex quo ostẽdi *Matth.5* tur, quia Christus quidẽ lux est Apostolorum, apostoli uerò lux mundi. Ipsi enim sunt non habentes maculã uel rugam, aut aliquid huiuscemodi, uera ecclesia: sicut & Apo stolus dicit: Vt ipse sibi exhibeat gloriosam ecclesiam nõ habentẽ maculam, aut rugã, *Ephe.5* aut aliquid huiusmodi. Et fecit duo luminaria magna: luminare maius in principatũ diei: & luminare minus in principatũ noctis, & stellas. Et posuit ea deus in firmamẽto cœli: ut luceant super terrã, & potestatẽ habeant diei & noctis, & diuidant inter medi um lucis, & inter medium tenebrarũ. Et uidit deus quia bonũ est: & factum est uespe re, & factũ est mane dies quarta.] Sicut Sol & Luna magna luminaria dicta sunt esse in firmamẽto cœli: ita & in nobis Christus & ecclesia. Sed quoniã etiã stellas in firma mẽto posuit deus, uideamus quæ sunt etiã in nobis stellæ, id est in cordis nostri cœlo. Moyses stella est in nobis, quæ lucet & illuminat nos actibus suis. Et Abrahã, Isaac, & Iacob, & Esaias, & Hieremias, & Ezechiel, & Dauid, & Daniel: & oẽs quibus scriptu ra sancta testimoniũ dedit: quia placuerint deo. Sicut eñ stella ab stella differt in clari tate: ita etiã sanctorũ unusquisq; secundũ magnitudinẽ suã lumen suũ fundit in nos. Si cut enim sol & luna illuminant corpora nostra: ita & à Christo atq; ecclesia illuminan tur mentes nostræ. Ita tamẽ illuminamur, si nõ simus mẽtibus cæci. Nã sicut Sol & Lu na corporalibus oculis cæcos quãuis illustrent, illi tamẽ recipere lumẽ nõ possunt: ita & Christus lucẽ suã præstat mentibus nostris: sed ita demum nos illuminabit, si nequa quã cæcitas mentis impediat. Quod etiã si accidat primo, oportet eos qui cæci sunt se

Matth.9 qui Christũ, dicentes & clamantes, Miserere nobis fili Dauid: ut etiã uisum ab ipso recipientes, possint deinceps & lucis eius splendore radiari. Verũ non æqualiter oẽs qui uident illuminantur à Christo, sed singuli secundũ eam mensurã illuminãtur, qua uim luminis recipere ualent. Et sicut non æqualiter oculi corporis nostri illuminantẽ à sole, sed quanto quis in loca altiora cõscenderit, & ortus eius editioris speculæ intuitione fuerit cõtemplatus, tanto amplius & splendoris eius uim percipiet & caloris: ita etiã mens nostra quãto altius & excelsius appropinquauerit Christo, ac se uiciniorẽ splẽdori lucis eius obiecerit, tanta magnificẽtius & clarius eius lumine radiabit, sicut
Zach.1 & ipse ait per prophetã: Appropinquate mihi & appropinquabo uobis, dicit dñs. Et
Hier.23 iterũ dicit: Deus approximãs ego sum, & non deus delonge. Non similiter tamẽ uenimus ad eũ omnes, sed unusquisq; secundũ propriã suã uirtutẽ. Aut enim cũ turbis uenimus ad eũ, & per parabolas nos reficit, ad hoc tantũmodo ne multis ieiunijs deficiamus in uia: aut certe semper & indesinẽter eius pedibus assidemus, uacãtes ad hoc solũ ut audiamus uerbũ eius, nequaquã perturbati erga multũ ministeriũ, sed optimam partẽ eligentes, quę non auferetur à nobis. Et utiq; qui sic accedũt ad eũ, multo amplius ex eius lumine consequuntur. Si uerò sicut Apostoli nusquã omnino moueamur ab eo, sed semper cũ eo permaneamus in oẽmibus tribulationibus eius, tũc nobis secreto ea, quæ ad turbas locutus fuerat, exponit, atq; dissoluit, & multo clarius illuminat nos. Si uerò etiã talis quis fuerit, ut possit & in montẽ ascẽdere cũ eo sicut Petrus & Iacobus & Ioãnes, iste non solũ Christi lumine, sed etiã patris ipsius illuminabit uoce. Et dixit
Et pisces repunt Deus: Producant aquæ repentia animarũ uiuarũ, & uolatilia uolantia super terrã secũdum firmamentum cœli, Et factũ est sic.] Secundum literã iussu dei producũtur ab aquis repẽtia & uolatilia, & hæc quæ uidemus à quo sint facta cognoscimus. Sed uideamus quomodo etiã secundum nostrum firmamentũ cœli, id est mentis nostræ uel cordis soliditatẽ, hęc eadem fiant. Arbitror, quia si mens nostra illuminata fuerit à nostro sole Christo, iubetur postmodũ ex his quæ in ea sunt aquis producere repentia & uolatilia uolantia, id est cogitationes bonas uel malas proferre in mediũ, ut discretio fiat bonorũ à malis, quæ utiq; utraq; ex corde procedũt. De corde nãq; nostro uelut de aquis proferunt & bonæ cogitationes & malæ. Sed nos uerbo ac præcepto dei utraq; proferamus ad cõspectũ, & iudiciũ dei, ut cũ ipsius illuminatione discernere possimus à bono quod malũ est: id est ut ea quæ super terrã repunt, & terrenas sollicitudines gerunt separemus à nobis, illa uerò quę meliora sunt, id est uolatilia, sinamus uolare non solũ super terrã, sed etiã secundũ firmamentũ cœli: id est ut sensum & rationẽ tam terrenorũ quã cœlestium pertractemus in nobis, ut intellígere quoq; possimus, quæ sint in nobis noxia ex repentibus. Si uiderimus mulierẽ ad cõcupiscendũ eam, illud est in nobis reptile uenenatũ. Si uerò sit in nobis sobrietatis sensus, etiã si domina Ægyptia nos adamauerit, efficimur aues, & relinquẽtes Ægyptia uestimenta in manibus eius, ex obscœnis insidijs euolabimus. Si sit in nobis sensus ad furandũ nos prouocãs, istud est reptile pessimũ. Si uerò sit in nobis sensus, ut etiã si duo minuta habeamus, hęc ipsa pro misericordia offeramus in dona dei, iste sensus auis est, nihil de terrenis cogitans, sed ad firmamentũ cœli uolatibus tendẽs. Si ueniat nobis sensus persuadẽs nobis cruciatus martyrij nos nõ debere tolerare, istud erit reptile uenenatũ. Si uerò ascẽdat nobis sensus & cogitatio talis, ut usq; ad mortẽ pro ueritate certemus, auis erit hæc, à terrenis ad superna cõscendens. Similiter etiã de cæteris uel peccatorũ uel uirtutũ speciebus sentiendũ est, & discernendũ quæ sint repentia, & quæ sint uolatilia, quę producere ad discretionẽ in cõspectu dei aquæ nostræ iubent. Et fecit Deus cetos magnos, & omnẽ animã repentium animalium, quæ eduxerunt aquæ secundum genus suum, & omne uolatile pennatũ secundũ genus suum.] Et de his similiter, ut de illis quæ suprà diximus, sentiendũ est, quod producere debeamus etiã cetos magnos, & animã repẽtiũ secundũ genus. In magnis istis cetis impias cogitationes, & nefarios quoq; cõtra deũ sensus arbitror iudicari. Quæ tamẽ oẽmia producẽda sunt ante cõspectũ dei, & ponenda ante ipsum, ut diuidamus, & separemus bona à malis, ut unicuiq; suus locus à domino tribuat, sicut ex his quę sequũtur, ostẽditur. Et uidit Deus quia bona sunt, & benedixit ea dicẽs. Crescite & multiplicamini, & replete aquas quę sunt in mari, & uolatilia

latilia repleãtur ſuper terras. Et factũ eſt ueſpere, & mane, dies quinta.] In mari quidẽ cetos magnos, & omnẽ animam animalium, & repentium, quę produxerunt aquę, iubet immorari, ubi & draco ille quẽ plaſmauit deus ad illudẽdũ ei inhabitat. Volucres aũt multiplicari iubet ſuper terram, quæ aliquando arida fuit, nũc autem iam terra appellatur, ſicut ſuperius expoſuimus. Sed requiret aliquis quõ ceti magni, & repentia in malo accipiũtur, & uolatilia in bono, cum de omnibus ſimul dictũ eſt, Et uidit deus quia bona ſunt? Ipſis ſanctis bona ſunt ea, quę illis aduerſanť: quia uincere ea poſſunt, & cum ea uicerint, maioris glorię efficiunť apud deũ. Deniq; cum diabolus petiſſet ut ſibi poteſtas daretť aduerſum Iob, impugnãs eum aduerſarius cauſa ei extitit duplicis gloriæ poſt uictoriã. Quod oſtẽditur ex eo, quia quæ in præſenti perdiderat, in duplũ receperit, ſimili modo ſine dubio & in cœleſtib. recepturus. Et Apoſtolus dicit, quia nemo coronať, niſi qui legitime certauerit. Et reuera qũo erit certamen, ſi non fuerit qui reſiſtat? Quãtus decor & ſplendor ſit lucis nõ dignoſceretť, niſi obſcuritas intercederet noctis. Vnde aliqui in caſtitate laudanť, niſi quia alij pro impudicitia cõdemnãtur? Vnde uiri fortes magnificarentť, niſi exiſterent imbecilles, & timidi? Si amarũ ad hibeas, tunc dulce efficitur laudabilius. Si atrũ conſideraueris, gratiora tibi quæ clara ſunt uidebuntur. Et ut breuiter dicã, ex malorum cõſideratione decus bonorum lucidius indicať. Propterea ergo de omnibus hoc dicit ſcriptura, Et uidit deus quia bona ſunt. Quare tamen nõ eſt ſcriptũ, & dixit deus quia bona ſunt, ſed uidit deus quia bona ſunt? id eſt uidit utilitatẽ ipſorũ, & eam rationẽ, qua cum eſſent ipſa per ſe talia, bonos tamẽ facere poſſunt optimos. Propterea ergo dixit: Creſcite & multiplicamini & replete aquas quæ in mari ſunt, & uolatilia repleanť ſuper terras, id eſt ut ceti quidem magni & repentia in mari eſſent, ſicut ſuperius expoſuimus, & uolatilia ſuper terras. Iob.1 2.Tim.2

Et dixit deus. Producat terra animã uiuã ſecundũ genus, quadrupedia & repẽtia & beſtias terræ ſecundũ genus. & factũ eſt ſic. Et fecit Deus beſtias terrę ſecundũ genus, & omnia repentia terræ ſecundũ genus. Et uidit Deus quia bona ſunt.] Secundũ literam quidẽ nulla quæſtio eſt. Manifeſte enim à deo creata eſſe dicunť, uel animalia, uel quadrupedia, uel beſtiæ, uel ſerpentes ſuper terrã. Aptare autẽ hæc his, quæ ſuprà expoſuimus, ſecũdum ſpiritalẽ intellectum, non otioſa res eſt. Ibi quidem dictũ eſt, Producãt aquæ repentia animarum uiuarũ, & uolatilia uolantia ſuper terrã ſecundum firmamentum cœli. hic aũt ait: Producat terra animam uiuam ſecundum genus, quadrupedia & repentia, & beſtias terræ ſecũdum genus. Et illa quidem quæ de aquis producta ſunt, diximus debere motus & cogitationes mẽtis noſtrę, qui de profundo cordis producũtur, intelligi. Nunc uerò hoc quod dicitur, Producat terra animã uiuã ſecundum genus, quadrupedũ, & repentium, & beſtiarum ſuper terrã ſecundum genus, exterioris hominis noſtri, id eſt carnalis & terreni motus arbitror indicari. Deniq; nihil uolatile in his quæ de carne loquiť, indicauit, ſed tantũmodo quadrupedia & repẽtia & beſtias terrę. Secundũ illud nẽpe quod dictũ eſt ab apoſtolo, quia nõ habitat in carne mea bonũ, & quia ſapientia carnis inimica eſt deo, iſta nimirũ ſunt, quæ terra, id eſt caro noſtra producit. de quibus rurſum apoſtolus pręcipit dicens: Mortificate mẽbra ueſtra quæ ſunt ſuper terrã, fornicationem, immunditiã, impudicitiam, auaritiã, idolo latriam, & cætera. Cum ergo hæc omnia fierent quæ uidenť iuſſu dei per uerbũ eius, & præpararetur immenſus iſte uiſibilis mũdus, ſimul autem & per allegoriæ figuram oſtenderetur quæ eſſent quæ exornare poſſent minorẽ mundum, id eſt hominẽ, tunc iam ipſe homo creatur ſecundũ ea quæ in cõſequentibus declarãtur. Et dixit Deus: Faciamus hominẽ ad imaginẽ & ſimilitudinem noſtrã, & principatum gerat piſcium maris & uolucrũ cœli, & animaliũ & uniuerſæ terræ, & omniũ quæ repunt ſuper terram.] Conſequenter ſecundũ ea quæ ſuperius expoſuimus, talem hominem qualem deſcripſimus uult principatũ gerere prædictarũ beſtiarum, & uolucrũ, & repentium, & quadrupedum, & omnium reliquorũ. Quæ qualiter intelligi per allegoriã debeãt, expoſuimus, cum diximus iuberi aquã, id eſt mentẽ eius ſenſum producere, & terram ſenſum carnis proferre, ut dominetur eis mens, & nõ illa dominetť ei. Vult enim deus ut magna iſta dei factura homo, propter quẽ & uniuerſus creatus eſt mundus, nõ ſolũ immaculatus ſit ab his, quæ ſuprà diximus, & immunis, ſed & dominetur eis. Iam uerò Rom.7 Rom.8 Col.3

quale animal sit homo, ex ipsis scripturæ sermonibus consideremus. Omnes reliquæ creaturę iussione dei fiũt, dicẽte scriptura: Et dixit deus, fiat firmamentũ. Et dixit deus, congregẽt aqua quæ sub cœlo est, in cõgregationem unã, & appareat arida. Et dixit deus: Producat terra herbã fœni. ita etiã in reliquis dicit. Videamus aũt quæ sunt quæ ipse deus facit, & per hæc quæ magnitudo hominis sit, aduertamus. In principio fecit deus cœlũ & terrã. Similiter ait, Et fecit duo luminaria magna. & nũc iterũ, Faciamus hominẽ. In his solis factura ipsius dei ascribĩ, in alijs uerò nusquã: sed tantũmodo cœlũ & terra, sol & luna ac stellæ, & nũc homo à deo factus est, omnia uerò reliqua iussione eius facta esse dicunt. Ex hoc ergo cõsidera quãta sit magnitudo hominis, qui tam magnis elementis tamq; præcipuis adæquet, qui habet honorẽ cœli, propter quod & cœlorum ei promittitur regnũ. Habet & terræ honorẽ, quoniam quidẽ in terram bonam, & terrã uiuorũ fluentem lac & mel ingredi sperat. Habet honorem solis & lunæ, habẽs repromissionẽ fulgere sicut sol in regno dei. Illud sane etiã eminentius in cõditione hominis uideo, quod alibi nõ inuenio dictũ, & fecit deus hominẽ, ad imaginem dei fecit eũ. Quod neq; in cœlo, neq; in terra, neq; in sole uel luna inuenimus ascriptũ. Hunc sane hominẽ, quẽ dicit ad imaginẽ dei factũ, non intelligimus corporalẽ. Non enim corporis figmentũ, dei imaginem cõtinet, neq; factus etiã corporalis homo dicitur, sed plasmatus, sicut in cõsequẽtibus scriptũ est. Ait enim. Et plasmauit Deus hominẽ.] id est finxit de terræ limo. Is autem qui ad imaginem dei factus est, interior homo noster, est inuisibilis & incorporalis, & incorruptus atq; immortalis. In his em̃ talibus dei imago rectius intelligitur. Si qui uerò hũc corporeũ putent esse, qui ad imaginem & similitudinẽ dei factus est, deum ipsum corporeum & humanæ formæ uidenť inducere. quod sentire de deo manifestissime impiũ est. Denicq; carnales isti homines qui intellectũ diuinitatis ignorãt, sicubi in scripturis de deo legũt, quia cœlũ mihi sedes est, terra aũt scabellũ pedum meorũ, suspicantur deum tam ingentis esse corporis, ut putent eum sedentem in cœlo, pedes usq; ad terram protendere. Hoc aũt sentiunt, quia nõ habẽt illas aures, quę digne possint audire uerba dei de deo, quę per scripturã referunť. Quod enim dicit, Cœlũ mihi sedes est, ita digne de deo intelligiť, ut sciamus quia in his quorũ in cœlis cõuersatio est, deus requiescit & residet. In his autẽ qui adhuc terrenum propositũ gerunt, ultima pars eius prouidentiæ inueniť, quod in pedũ appellatione figuraliter indicať. Ex quibus si qui forte studiũ ac desideriũ sumpserint fieri cœlestes, perfectione uitæ, & intellectus altitudine, efficiunť etiã ipsi sedes dei, facti prius peritia & conuersatione cœlestes. qui etiã dicũt, Suscitauit nos cum Christo, & simul sedere nos fecit in cœlestibus. Sed & illi quorũ thesaurus in cœlo est, cœlestes dici possunt & sedes dei, quoniã ibi est cor eorũ ubi est thesaurus eorũ. Et non solum requiescit super eos deus, sed & inhabitat in eis. Si uerò tãtus quis effici potest, ut possit dicere, an documentũ quæritis eius qui in me loquiť Christus? in hoc non solũ inhabitat deus sed etiã inambulat. Et propterea perfecti quiq; cœlestes facti, uel cœli effecti, enarrant gloriã dei, sicut in psalmo diciť. Propterea denicq; Apostoli qui erãt cœli, mittunť ad enarrandã gloriã dei, & Boanarges nomẽ accipiũt, quod est filij tonitrui, ut per tonitrui potestatẽ, uere eos cœlos esse credamus. Fecit ergo deus hominẽ, ad imaginem dei fecit illũ. Oportet nos uidere quæ est imago dei, & perquirere ad cuius imaginis similitudinẽ homo factus est. Non em̃ dixit, quia fecit deus hominẽ ad imaginẽ & similitudinẽ suã, sed imaginẽ dei fecit illũ. Quæ est ergo alia imago dei ad cuius imaginis similitudinẽ factus est homo, nisi Saluator noster, qui est primogenitus omnis creaturæ? de quo scriptũ est, quia sit splendor æterni luminis, & figura expressa substãtiq; dei, quia & ipse de se dicit. Ego in patre, & pater in me: & qui me uidet, uidet & patrẽ. Sicut em̃ qui uiderit imaginẽ alicuius uidet eũ cuius imago est, ita & per uerbũ dei, quæ est imago dei, deũ quis uidet. Et ita uerũ erit qđ dixit, qui me uidet, uidet & patrẽ. Ad huius ergo imaginis similitudinẽ homo factus est, & propterea saluator noster, qui est imago dei, misericordia motus pro homine, qui ad eius similitudinẽ factus fuerat, uidẽs eũ deposita sua imagine, maligni imaginẽ induxisse, ipse motus misericordia, imagine hominis assumpta, uenit ad eũ, sicut apostolus cõtestať dicẽs. Cũ in forma dei esset nõ rapinã arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit formam

Esa. ult.

Eph. 2

Heb. 1

Ioan. 14

Phil. 2

formā ſerui accipiēs in ſimilitudinē hominū factus, & habitu inuētus ut homo, humiliauit ſemetipſum uſq; ad mortē. Quicunq; ergo ueniūt ad eum, & rationabilis imaginis participes effici ſtudent per profectum ſuū ſecundū interiorē hominē renouātur quotidie ad imaginem eius, qui fecit eos: ita ut poſſint cōformes corporalis claritatis eius effici, ſed unuſquiſq; pro uiribus. Apoſtoli ſe ad eius ſimilitudinē reformarunt in tantum ut ipſe de eis diceret, Vado ad patrē meum & patrem ueſtrū, ad deum meum & ad deum ueſtrū. Ipſe uerò iam petierat patrē pro diſcipulis ſuis, ut eis ſimilitudo priſtina redderet, cū dixit: Pater da, ut ſicut ego & tu unū ſumus, ita & iſti in nobis unum ſint. Semper ergo intueamur iſtā imaginem dei, ut poſſimus ad eius ſimilitudinē reformari. Si em̄ ad imaginem dei factus homo, cōtra naturam intuens imaginem diaboli per peccatū ſimilis eius effectus eſt: multo magis intuens imaginē dei, ad cuius ſimilitudinem factus eſt à deo, per uerbū & uirtutem eius recipiet formā illam, quæ data ei fuerat per naturam. Sed nemo deſperet uidens ſimilitudinē ſuam magis eſſe cū diabolo quàm cum deo, poſſe ſe iterum recuperare formā imaginis dei, quia nō uenit Saluator uocare iuſtos, ſed peccatores in pœnitētiā. Matthęus publicanus erat, & utiq; imago eius diabolo ſimilis erat, ſed ueniēs ad imaginē dei dominū & ſaluatorē noſtrum, & ſequens eā, transformatus eſt ad ſimilitudinē imaginis dei. Iacobus Zebedæi filius, & Ioānes frater eius piſcatores erāt, & homines ſine literis, qui utiq; tūc magis ad imaginē diaboli ſimilitudinē ferebāt, ſed ſequētes & iſti imaginem dei, ſimiles facti ſunt ei, ſicut & cæteri apoſtoli. Paulus ipſius imaginis dei perſecutor erat. Vt aūt potuit decorem eius & pulchritudinem cōtueri, uiſa ea intantū ad eius ſimilitudinem reformatus eſt, ut diceret, an documentū quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Maſculū & fœminam fecit eos, & benedixit eos deus dicēs: Creſcite, & multiplicamini, & replete terrā, & dominamini in ea.] Dignum uideť hoc in loco requirere ſecundū literam, quomodo nōdum facta muliere dicit ſcriptura, maſculū & fœminā fecit eos. Fortaſſis (ut ego arbitror) propter benedictionē qua benedixit eos dicēs, Creſcite & multiplicamini, & replete terrā, præueniēs quod futurū erat, dicit maſculū & fœminā fecit eos, quoniam quidē creſcere aliter & multiplicari nō poterat homo, niſi cū fœmina. Vt ergo benedictio eius ſine dubio futura eſſe crederet, ait: Maſculū & fœminā fecit eos. Hoc namq; modo homo uidēs creſcendi & multiplicandi cōſequentiā eſſe ex eo, quod ei fœmina iungebať, certiorē ſpē gerere poterat in benedictione diuina. Si em̄ dixiſſet ſcriptura, creſcite & multiplicamini & replete terrā, & dominamini in ea, non adiiciens hoc, quia maſculū & fœminā fecit eos, utiq; benedictioni diuinæ incredulus extitiſſet, ſicut & Maria ad eā benedictionē qua benedicebatur ab angelo ait: Quomodo † ſciā hoc? quoniā uirū nō cognoſco. Aut fortaſſe quia omnia quæ à deo facta ſunt, coniuncta & cōpaginata dicunť, ut cœlū & terra, ut ſol & luna: Ita ergo ut oſtenderet quoniā & homo dei opus eſt, & non ſine harmonia, uel cōpetenti coniunctione prolatus eſt, idcirco præueniēs ait: Maſculū & fœminā fecit eos. Hæc quidē ad eam quæſtionē dicta ſunt, quę ſecundū literā proferri poteſt. Videamus aūt etiam per allegoriā quomodo ad imaginē dei homo factus maſculus & fœmina eſt. Interior homo noſter ex ſpiritu & anima cōſtat. Maſculus ſpiritus dicit, fœmina anima poteſt nūcupari. Hæc ſi concordiā inter ſe habeant, & conſenſum, cōuenientia inter ſe ipſa creſcūt & multiplicanť, generātq; filios ſenſus bonos, & intellectus uel cogitationes utiles, per quæ repleāt terrā & dominenť in ea: hoc eſt ſubiectū ſibi ſenſum carnis ad meliora inſtituta cōuertunt, & dominanť eis, ſcilicet cū in nullo caro cōtra uoluntatē ſpiritus inſoleſcit. Iam uerò ſi anima cōiuncta ſpiritui, atq; eius (ut ita dicam) coniugio copulata, declinet aliquādo ad corporeas uoluptates, ſenſumq; ſuū in delectationib. carnalib. inclinet, & aliquādo quidē obtemperare uideat ſalutaribus monitis ſpiritus, aliquādo uerò uitijs carnalibus cedat, talis anima uelut adulterio corporis maculata, neq; creſcere, neq; multiplicari legitime dicitur, quoniā quidem filios adulterorū imperfectos ſcriptura deſignat. Talis em̄ anima, quæ ſpiritus cōiunctione deſerta, ſenſui ſe carnis, & deſideriis corporalibus totā proſternit, uelut auerſa à deo imprudēter, audiet, qa facies meretricis facta eſt tibi, ſine pudore effecta es ad oēs. Veluti meretrix ergo punietur, & filij eius ad occiſionē præparari uidebunť. Et dominamini piſcium mariis, &

Ioan. 20

Ioan. 17

2. Cor. 13

Luc. 1

fiet

Hier. 3

Eſa. 14

ris,& uolatilium cœli,& iumẽtorum & omnium quæ sunt super terrã, serpentiũ quæ repunt super terrã. Iam hæc interpretata sunt secundum literã, cum diceremus quod dicit deus, Faciamus hominẽ,& reliqua. ubi dicit,& dominetur piscium maris, & uolatilium cœli,& cætera. Secundum allegoriã tamẽ in piscibus, & uolatilibus, uel animalibus & repẽtibus terræ, ea mihi uidẽtur indicari, de quibus nihilominus superius diximus, id est uel quæ de sensu animæ,& cordis cogitatione procedũt, uel quæ ex desideriis corporalib.& carnis motibus proferũtur. Quorum sancti quiq; & benedictionẽ dei in semetipsis seruãtes, dominationẽ exercẽt, agentes totũ hominẽ secundũ spiritus uoluntatẽ. Peccatoribus uerò magis ipsa dominãtur, quæ de carnis uitiis,& corporis uoluptatibus proferuntur. Et dixit deus: Ecce dedi uobis omne fœnum semina le, quod seminat semẽ, quod est super omnẽ terrã, et omne lignum quod habet in se fructum seminis seminalis, uobis erit ad escam, et omnibus bestiis terræ, et omnibus uolatilibus cœli, et omnibus repẽtibus quæ repunt super terrã, quæ habẽt in se animã uitæ.] Historiæ quidem huius sententia manifeste indicat usum ciborum primitus à deo ex herbis, id est holeribus, & arborum fructibus esse permissum. Postremo uerò cum ad Noe post diluuium fieret testamentũ, facultas uescendarum carnium hominibus datur. Quibus sanè de causis in suis locis rectius exponetur. Secundũ allegoriã tamen herba terræ et fructus eius qui ad escam hominibus indulgetur, potest de affectibus intelligi corporalibus. Verbi causa: Ira et cõcupiscentia germen est corporis. Huius germinis fructus, id est opus, nobis rationalib. et bestiis terræ cõmunis est. Nã quãdo irascimur ad iustitiã, id est ad correctionem delinquentis, et emendationem salutis eius, isto fructu terræ uescimur,& cibus noster iracundia corporalis efficitur, per quã reprimimus peccatũ, iustitiã reparamus. Et ne tibi uideamur hæc de nostro potius sensu, quàm diuinæ scripturę autoritate proferre, redi ad librũ Numerorum,& recordare quid egerit Phinees sacerdos, qui cum Madianiticę gẽtis meretricẽ cum Israelita uiro sub oculis omnium impuris uidisset inhærere cõplexib. ira diuinę æmulationis implet us, arreptum gladiũ per utriusq; pectus exercuit. Quod opus reputatũ est ei à deo ad
Num.25 iustitiam, dicente domino: Phinees sedauit furorẽ meum,& reputabitur ei ad iustitiã. Iste ergo cibus iræ terrenus noster fit cibus, cũ eo rationabiliter utimur ad iustitiam. Si uerò irrationabiliter agatur ira, aut innocẽtes puniat, ut efferuescat in eos qui nihil delinquũt, iste cibus erit bestiarũ agri,& serpentũ terræ,& uolucrũ cœli. His etenim dæmones nutriuntur cibis, qui malis nostris actibus & pascuntur & fauent. Indiciũ nãq; est huius operis Cain, qui innocentẽ fratrem ira decepit inuidię. Similiter etiam de cõcupiscentia,& de singulis huiuscemodi affectibus sentiendũ est. Cum enim cõcupiscit & deficit anima nostra ad deum uiuum, noster cibus est cõcupiscentia. Cum autẽ uel alienam mulierem ad cõpiscendum uidemus, uel aliquid rerum proximi concupiscimus: bestialis cibus efficitur cõcupiscentia. Sicut exemplo potest esse concupiscẽtia
3.Reg.21 Achab,& factum Iesabel de uinea Nabuthei Iesraelitæ. Obseruanda sanè est sanctæ scripturę etiã in uerborũ ratione cautela, quæ cũ de hominibus dixisset, quia dixit deus, Ecce dedi uobis omne semen seminale quod est super terrã, & omne lignũ quod est super terram uobis erit ad escã, de bestiis nõ dixit, quia dedi eis escam hæc omnia, sed erit illis ad escam: ut secundũ spiritalem rationẽ quam exposuimus, affectus isti intelligantur homini quidẽ à deo dati esse, prænunciari tamen à deo, quod erunt etiam bestiis terræ in cibum. Ideo ergo cautissimo usa est sermone scriptura diuina, quæ hominibus quidem ait dicere deum, dedit uobis hæc ad escam. Vbi autem ad bestias uenit, non iubentis, sed quasi prædicentis significatione dicit, quia hæc erunt etiam
1.Cor.2 bestiis & uolucribus & serpentibus ad escam. Sed nos secundũ Apostoli Pauli sententiam attendamus lectioni, ut possimus, sicut ipse ait, sensum Christi accipere,& scire quæ à deo donata sunt nobis:& quæ nobis ad escam data sunt, non faciamus escas porcorum uel canum, sed tales eas præparemus in nobis, quibus dignum sit suscipi in hospitio cordis nostri uerbum ac filium dei uenientem cum patre suo,& uolentem facere apud nos mansionem in spiritu sancto, cuius prius templum per sanctitatem debemus existere. Ipsi gloria in æterna secula seculorum. Amen.

De fabrica

De fabrica arcæ, & eorum quæ in ea sunt. Homilia II Cap. VI.

INCIPIENTES de arca, quæ secundum mandatum dei à Noe constructa
1 est, disserere, primo omnium uideamus, quæ de ea secundum literam referuntur: & quæstiones proponentes quæ obiici à pluribus solent, etiam absolutiones earum ex his, quæ nobis sunt à maioribus tradita, requiramus: ut cum huiuscemodi fundamenta iecerimus, ab historiæ textu possimus ascendere ad spiritalis intelligentiæ mysticum & allegoricum sensum, & si quid in eis arcanum continetur, aperire, domino nobis uerbi sui scientiam reuelante. Primo igitur hæc ipsa, quæ scripta sunt præponamus. Et dixit, inquit, dominus ad Noe: Tempus omnis hominis uenit ante me, quoniã impleta est terra iniquitatibus ab eis, & ecce ego disperdam illos cũ terra. Fac ergo tibi arcã de lignis quadratis, nidos facies in arca, & bitumina bis eam abintus, & à foris bitumine, & sic facies arcam. Trecentorũ cubitorũ lõgitudinẽ arcę, & quinquaginta cubitorũ latitudinẽ, & triginta cubitorum altitudinem eius colligẽs facies arcam, & in cubitũ cõsummabis eam in summo. Ostium aũt arcæ facies ex latere, inferiora bicamerata, & tricamerata superiora facies ea.] Et post pauca addit: Et fecit, inquit, Noe omnia quæ præcepit ei dominus deus, sic fecit.] Primo ergo quæritur *Arcæ figura* qualem oporteat habitum ipsum, & formam arcæ intelligi. Quã ego puto quantũ ex his quæ describunt apparet, quatuor angelis ex uno consurgẽtibus, eisdẽq; paulatim usq; ad summũ in angustum attractis, in spacium unius cubiti fuisse collectã. Si enim refertur, quod in fundamẽtis eius trecẽti cubiti in lõgitudine, in latitudine uerò quinquaginta sint positi. Triginta autẽ in altitudine ędificati. Sed collecta in cacumẽ angustum, ita ut cubitus sit latitudinis, & longitudinis, eius. Iam uerò intrinsecus ea quidẽ quæ dicuntur eius inferiora, bicamerata ponunt, id est habitationẽ duplicẽ cõtinẽtia. Superiora uerò tricamerata, ueluti si dicamus triplicib. constructa cœnaculis. Sed hæ habitationũ distinctiones ad hoc factæ uident, ut secerni per singulas mãsiones diuersa animaliũ uel bestiarũ genera facilius possint, & à bestijs feris mãsueta quæq; & ignaua seiũgi. Istę ergo habitationũ discretiones nidi appellant. Quadrata uerò ligna fuisse referunt, quo & facilius alterũ alteri posset aptari, & inundãte diluuio totus aquarũ prohiberet incursus, cũ intrinsecus & extrinsecus oblita bitumine iunctura muniret. Traditũ sanè nobis est, & nõ absq; ueri similitudine, inferiora, quæ suprà diximus constructa dupliciter, quæ & separatim bicamerata dicunt, ob hũc modũ fuisse duplicia, quoniã quidẽ annũ integrũ fecerũt omnia animalia in arca. Et utiq; in totũ annũ necesse erat, putidere cibos, & nõ solũ cibos, uerũ et digestionũ cõstitui loca: quo neq; ipsa animalia, præcipue tamẽ homines, fimi fœtore uexarent. Tradũt ergo q̃ inferior regio ipsa, quæ in fundo est ad huiuscemodi necessitates mãcipata sit & excepta: huic aũt superior cõtigua, cõseruandis pabulis deputet. Etenim necessariũ uidebat, ut ijs bestijs, quibus natura uesci carnibus dedit, introducta sint extrinsecus animalia, quorum uescentes carnibus cõseruare uitam posteritatis reparandæ gratia ualerẽt: alijs uerò alia, quæ naturalis usus deposcit, seruarent alimẽta. In hos ergo usus inferiores partes, quę bicameratæ dicunt, tradũt fuisse distinctas. Superiores uerò ad habitaculũ bestijs, uel animalibus deputatę sunt: quib. inferiores quidẽ feris, & immitibus bestijs, uel serpẽti *Serpentes* bus habitaculũ præbuisse, his uerò cõtigua in superioríb. loca, mitioribus animãtibus *in arca* stabula fuisse. Supra omnia uerò in excelso hominibus sedem locatã, utpote qui & honore & ratione cuncta præcellant: ut sicut ratione & sapiẽtia principatũ gerere supra omnia quæ in terris sunt, dicit homo: ita etiam loco celsior, & supra omnes animãtes, quæ in arca sunt, collocatus sit. Tradũt aũt etiã ostiũ, quod ex latere factũ dicit, eo loci fuisse, ut inferiora, quæ dixit bicamerata, infra se haberet, & quæ dixit tricamerata, superiora à loco ostij appellata sint: ut inde ingressa uniuersa animalia, p̃ sua quęq; loca, secundũ q̃ suprà diximus, cõgrua discretione direpta sint. Verũ ostij ipsius munimen, nõ iã humanis rationib. adimplet. Quomodo em̃ postea quàm clausum est, & nullus *Quæstio* hominũ extra arcã fuit, bituminari extrinsecus ostium potuit, nisi quia diuinæ uirtutis sine dubio opus fuit, ne ingrederet aqua per aditũ, quẽ humana nõ munierat manus? Propterea ergo scriptura cũ de cæteris omnib. dixisset, quia fecit arcam Noe, & introduxit animalia, & filios, & uxores eorũ, de ostio nõ dixit, quia Noe clausit ostiũ arcæ:

sed ait

sed ait, quia clausit dominus deus deforis ostiũ arcæ, & sic factũ est diluuiũ. Obseruandum tamẽ est quod post diluuiũ nõ dicit Noe aperuisse ostiũ, sed fenestrã, cum emisit coruum, ut uideret utrum cessasset aqua super terrã. Quòd aũt intulerit cibum Noe in arcã omnibus animantibus, uel bestijs, quæ cũ eo introierũt, audi ex his quę dominus dicit ad Noe. Tu, inquit, accipe tibi ipsi ab omnibus escis quę eduntur, & cõgregabis ad temetipsum, & erũt tibi & ipsis ad edendũ.] Quod aũt fecit Noe ea quæ præcepit ei dominus, audi scripturã dicentẽ. Et fecit, inquit, Noe omnia quæ præcepit ei dominus deus, sic fecit.] Sanè quod de locis, quæ diximus ad simũ animaliũ separata, scriptura nihil retulit, sed traditio tenet, opportune uidebit super hoc habitũ esse silentiũ, de quo sufficiẽter cõsequẽtiæ ipsius ratio doceret. Et quia ad spiritalẽ intelligentiã minus digne poterat aptari, merito ergo scriptura siluit de hoc, quæ magis narrationes suas intellectib. allegoricis coaptat. Verũtamẽ quantũ ad necessitatẽ pluuiarũ & diluuij spectat, nulla potuit tam cõueniẽs & cõgrua arcæ species dari, q̃ ut è summo uelut è tecto quodã in angustũ culmine ducto diffunderet imbrium ruinas, & ima in aquis quadrata stabilitate cõsistẽs, nec impulsu uentorũ, nec impetu fluctuũ, nec inquietudine animaliũ, quæ intrinsecus erãt, aut inclinari posset, aut mergi. Sed his omnibus tãta arte cõpositis, obijciũt quidã quæstiones, & præcipue Apelles, qui fuit discipulus qui dẽ Marcionis, sed alterius hæreseos magis, quã eius quã à magistro suscepit, inuẽtor. Is ergo dũ assignare cupit scripta Moysi nihil in se diuinę sapiẽtię, nihilq̃ operis sancti spiritus cõtinere, exaggerat huiusmodi dicta, & dicit nullo modo fieri potuisse, ut tãbreue spatiũ tot animaliũ genera eorũq̃ cibos, qui per totũ annum sufficerent, capere potuisset. Cũ enim bina & bina ex immũdis animalib. hoc est bini masculi & binæ fœminę (hoc em̃ indicat sermo repetitus) ex mũdis uerò septena & septena in arcã dicantur inducta, qũo, inquit, fieri potuit istud spatiũ, quod scriptũ est, ut quatuor saltẽ solos elephãtes capere potuerit? Et postea quã per singulas species hoc modo refragat̃, addit super omnia his uerbis. Cõstat ergo fictam esse fabulã. Quod si est, cõstat nõ esse à deo hãc scripturã. Sed ad hæc nos quæ à prudẽtib. uiris, & Hebraicarũ traditionũ gnaris, atq̃ à ueteribus magistris didicimus ad auditorũ noticiã deferemus. Aiebant ergo maiores, quod Moyses, qui (ut de eo scriptura testat̃) omni sapientia Aegyptiorũ fuerat eruditus, secundũ artẽ geometricã, quã præcipue Aegyptij callẽt cubitorũ numerum in hoc loco posuit. Apud Geometras enim secundũ eã rationẽ, quæ apud eos uirtus uocatur, ex solido & quadrato uel in sex cubitos unus deputat̃ si generaliter, uel trecentos si minutatim deducatur. Quæ utiq̃ ratio si obseruet̃, in huius arcæ mensura inuenientur & lõgitudinis & latitudinis tãta spatia, quæ uere totius mũdi reparanda germina & uniuersorũ animãtiũ capere rediuiua seminaria potuerint. Hæc quantũ ad historiæ pertinet rationẽ, aduersum eos dicta sint, qui impugnare scripturas ueteris testamenti nituntur, tanquam impossibilia quædã & irritionabilia cõtinentes. Nunc uero iam deprecãtes eum prius qui solus potest de lectione ueteris testamẽti auferre uelamen, tẽtemus inquirere quid etiã spiritalis ædificationis cõtineat magnifica hæc arcæ cõstructio. Puto ergo (ut ego pro paruitate sensus mei assequi possum) quod illud diluuiũ, quo pene finis tunc datus est mundo, formã teneat finis illius qui uere futurus est mũdi. Quod & ipse dominus pronũciauit dicẽs. Sicut em̃ in diebus Noe emebãt, uendebãt, ædificabant, nubebant & nuptum tradebãt, & uenit diluuium, & perdidit omnes: ita erit & aduẽtus filij hominis. In quo euidenter una eademq̃ forma diluuij, quo præcessit, & finis mũdi quem uenturũ dicit, designat̃. Sicut ergo tunc dictum est ad illũ Noe, ut faceret arcam, & introduceret in eam secum nõ solum filios, & proximos suos, uerum etiã diuersi generis animalia: ita etiã ad nostrum Noe, qui uere solus iustus & solus perfectus est, dominum Iesum Christum in cõsummatione seculorum dictũ est à patre, ut faceret sibi arcam ex lignis quadratis, & mẽsuras ei daret cœlestib. sacramẽtis repletas. Hoc em̃ designatur in psalmo, ubi dicit: Pete à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuã, & possessionem tuã terminos terræ. Cõstruit ergo arcam, & facit in ea nidos, id est promptuaria quædã, quibus diuersi generis animalia recipiãtur. De quibus & propheta dicit. Perge populus meus, intra in promptuaria tua, abscõde te parumper donec trãseat furor iræ meæ. Cõfertur ergo populus hic qui saluatur in ecclesia

Quæstio ex Apelle.

Solutio.

Cubiti geometrici.

Inuocatio apta.

Luc. 17

Allegoria Noe Christi typus.

Psal. 2

Esa. 26

ecclesia, illis omnibus, siue hominib. siue animalibus, quæ saluata sunt in arca: Verũ quoniam nõ est omniũ unum meritum, nec unus in fide profectus, idcirco & arca illa non unã præbet omnibus mansionẽ, sed bicamerata sunt inferiora, & tricamerata superiora, & nidi distinguunt in ea: ut ostẽdat quia & in ecclesia licet omnes intra unam fidẽ contineantur, atq; uno baptismate diluantur, nõ tamẽ unus omnibus atq; idem profectus est, sed unusquisq; in suo ordine. Hi quidem, qui per rationabilem sciẽtiam uiuũt & idonei sunt nõ solum semetipsos regere, sed & alios docere. quoniã ualde pauci inueniũtur, qui cum ipso Noe saluãtur, & proxima ei propinquitate iungunt, & tenent figurã: sicut & dominus noster uerus Noe Christus Iesus paucos habet pximos, paucos filios & propinquos, qui uerbi eius participes sint, & sapiẽtiæ capaces. Et ij sunt, qui in summo gradu positi sunt, & in summitate arcæ collocant. Cęterũ multitudo irrationaliũ animaliũ, uel etiã bestiarum in inferioribus locis habetur, & eorum maxime, quorũ feritatis sæuitiã nec fidei dulcedo molliuit. Superiores uerò aliquantulo ab his sunt, qui licet minus rationis, plurimũ tamẽ simplicitatis, innocentiæq; custodiũt. Et sic per singulos habitationũ gradus ascendẽtibus peruenitur ad ipsum Noe, qui interpretatur requies, uel iustus, qui est Iesus Christus. Necq; enim in illum Noe cõuenit, quod dicit Lamech pater eius. Hic emẽ, inquit, requiẽ dabit nobis ab operibus & à tristitijs manuũ nostrarũ, & à terra quã maledixit dominus deus. Quomodo enim uerũ erit, quod ille Noe requiẽ dederit illi Lamech, uel populo, qui tũc habebat in terris, uel quomodo à tristitijs & labore cessatum est tẽporibus Noe, uel quomodo ablatũ est maledictũ terræ, quod dederat dominus, ubi potius iracundia diuina maior ostẽditur, & refert dicere deus, Pœnitet me quod feci hominẽ super terram? Et iterum dicit: Deleam omnem carnẽ quæ est super terrã. Et super omnia summæ offensæ indicium interitus uiuẽtium datur. Si uerò respicias ad dominũ nostrum Iesum Christũ, de quo dicitur: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi. & iterum de quo dicitur. Factus pro nobis maledictum, ut nos de maledicto legis redimeret. & iterum cum dicit. Venite ad me qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiã uos, & inuenietis requiẽ animabus uestris: inuenies hunc esse, qui uere requiẽ dedit hominibus, & liberauit terrã de maledicto, quo maledixit ei dominus deus. Huic ergo spiritali Noe, qui requiẽ dedit hominibus, & tulit peccatũ mũdi, dicitur. Facies tibi arcam ex lignis quadratis. Videamus ergo quæ sint quadrata ligna. Quadratũ est, quod nulla uacillat ex parte, sed quocunq; uerteris, fida & solida stabilitate cõsistit. Ista sunt ligna, quę omne põdus uel animaliũ intrinsecus, uel fluctuum extrinsecus ferũt. Quos ego arbitror doctores esse in ecclesia, & magistros atq; æmulatores fidei, qui & populos intrinsecus positos uerbo cõmonitionis, & doctrinæ gratia cõsolant, & impugnãtib. extrinsecus, uel gẽtilibus, uel hæreticis, & quæstionũ fluctus, ac procellas certaminum cõmouentibus, uirtute uerbi, ac sapientia rationis obsistũt. Vis autẽ uidere quod ligna rationabilia nouit scriptura diuina? Recenseamus quid apud Ezechielẽ prophetã scriptum est. Et factum, est, inquit, in undecimo anno, tertio mẽse, una die mensis, factũ est uerbum domini ad me dicẽs: Fili hominis dic ad Pharaonẽ regem Aegypti, & ad multitudinem eius. Cui te similẽ facis in exaltatione tua? Ecce Assur cypressus in Libano, speciosus ramis, & cõdẽsus umbraculis, excelsus in altitudine. Inter medias nubes factũ est cacumẽ eius, aqua enutriuit eũ, & abyssus exaltauit eum, & adduxit omnia flumina sua circa eũ, & cõgregationes suas emisit ad omnia ligna campi. Propterea exaltata est altitudo eius super omnia ligna cãpi. Et post pauca dicit: Cypressi multę in paradiso Dei, & pini nõ sunt similes ramis eius, & abietes nõ fuerũt similes ei. Omne lignũ in paradiso dei non assimilatũ est ei, & zelata sunt eum omnia ligna paradisi delitiarũ dei. Animaduertis de quibus uel qualib. lignis dicat propheta? qũo describit cypressum Libani, cui omnia ligna, quæ in paradiso dei sunt, cõparari nõ possint? Et addidit etiã hoc ad ultimũ, quod omnia ligna, quæ sunt in paradiso Dei zelata sint eam, euidenter ostendens secundum spiritalẽ intelligentiã rationabilia dici ligna quæ in paradiso dei sunt: quippe in quibus æmulationem quandã describit esse aduersum ea ligna, quæ sunt in Libano. Vnde & excursu etiam hoc dicamus. Considera ne forte & illud, quod scriptũ est, Quia maledictus à deo omnis q pẽdet in ligno, sic debeat intelligi, quomodo & illud quod

Recedit à litera.

Gen.6

Ioan.1

Gal.3

Matt.11

Quadrata.

Ezech.31

Deut.21

Hier.17 quod alibi dictũ èſt, Maledictus homo, qui ſpem habet in homine. Pẽdere enim in ſo
lo deo debemus, & in nullo alio etiam ſi de paradiſo Dei procedere quis dicat ſicut &
Gal.1 Paulus dicit: Etiã ſi nos, aut angelus de cœlo Euãgelizauerit uobis aliter quàm Euan
gelizauimus uobis, anathema ſit. Sed hęc alias. Interim uidiſti quę ſint quadrata ligna
quæ uelut murus quidã & defenſio his qui ſunt intrinſecus, obſtaculũ aũt & impugna
tio his qui extrinſecus ſuperueniunt, collocantur ab ſpiritali Noe: Quæ ligna extrin-
Bituminata ſecus, & intrinſecus bitumine linuntur. Vult enim te architectus eccleſiæ Chriſtus nõ
eſſe talẽ, quales ſunt illi, qui deforis quidem apparent hominibus iuſti, deintus autem
ſũt ſepulchra mortuorũ. Sed uult te & corpore ſanctũ eſſe extrinſecus, & corde intrin
ſecus purũ. Cautum undiq; & caſtitatis atq; innocẽtiæ uirtute munitum, hoc eſt intus
& foris bitumine eſſe oblitũ. Poſt hęc de lõgitudine, & latitudine arcæ, & de altitudi-
ne memorat, & numeri in his quidã ponuntur ingentibus myſterijs cõſecrati. Sed an
tequã de numeris diſſeramus, hoc quod dicit longitudinem, & latitudinẽ, & altitudi-
Eph.3 nẽ, quale ſit uideamus. Apoſtolus in quodã loco, cũ de myſterio crucis ſacratius lo-
Longũ & latũ queretur, ita ait. Vt ſciatis quæ ſit longitudo, & latitudo, & altitudo, & profundũ. Pro
fundũ autem & altitudo idem ſignificat, tantum nõ, quod altitudo ſpatium de inferio
ribus uidet ad ſuperiora metiri, profundũ uerò de ſuperioribus incipere, & ad inferio
ra deſcendere. Cõſequenter igitur ſpiritus Dei & per Moyſen, & per Paulum ingen-
tium ſacramentorũ figuras enũciat. Nã Paulus quoniã deſcenſionis Chriſti myſteriũ
prædicat, profundũ nominauit, quaſi de ſuperioribus ad inferiora uenientis. Moyſes
uerò quia reſtitutionem deſignans eorum, qui per Chriſtum de interitu & perditione
ſeculi tanquã de nece diluuij ex inferioribus ad ſuperna & cœleſtia reuocant, in men
ſura arcæ nõ profundũ memorat, ſed altum, tanquam ubi de terrenis & humilibus ad
cœleſtia & excelſa cõſcenditur. Numeri quoq; ponũtur, trecenti cubiti longitudinis,
Centenarius nu quinquaginta latitudinis, triginta altitudinis. Trecenti, tercenteni ſunt. Cẽtenarius au
merus tẽ numerus, plenus in omnibus & perfectus oſtenditur, & totius rationalis creaturæ
Luc.15 cõtinens ſacramẽtum: ſicut in Euangelijs legimus, ubi dicit quia habens quis centum
oues, ex quibus cũ periſſet una, relictis nonaginta nouem in mõtibus deſcendit quæ-
rere eam, quę perierat. quamq; inuẽtam humeris ſuis reportauit, & poſuit cum illis no
Ternio naginta nouẽ, quæ nõ perierant. Hic ergo centenarius totius creaturæ rationalis nu-
merus, quoniam nõ ex ſemetipſo ſubſiſtit, ſed ex trinitate deſcẽdit, & longitudinẽ uitæ,
hoc eſt immortalitatis gratiam, ex patre per filium ac ſpiritum ſanctum ſuſcepit, id
circo triplicatus ponitur: utpote qui ad perfectionẽ per gratiam trinitatis augetur, &
πεντηκονταὰς qui ex centenario per ignorantiã lapſum, per agnitionem trinitatis reſtituat in trecen
tos. Latitudo quinquagenariũ numerum tenet. Qui numerus remiſsioni & indulgen
tiæ conſecratus eſt. Secundũ legem enim quinquageſimo anno remiſsio erat, id eſt,
ut ſi quis diſtraxiſſet poſſeſſionẽ, reciperet, ſi liber in ſeruitutẽ ueniſſet, reciperet liber
tatẽ, indulgentiã debitor acciperet, exul rediret ad patriam. Spiritalis ergo Noe Chri-
ſtus, in arca ſua, in qua humanũ genus de interitu liberat, id eſt in eccleſia ſua, hũc quin
quagenariũ remiſſionis numerũ in latitudine collocauit. Niſi enim remiſſionẽ pecca
τριακοντὰς torum donaſſet credẽtibus, nõ fuiſſet per orbem terræ eccleſiæ latitudo diffuſa. Tri-
ginta autẽ altitudinis numerus ſimile ut trecenti cõtinet ſacramentum. Quod enim
ibi centeni, hoc hic deni tertio multiplicati faciunt. Ad unum autẽ totius conſtructio
nis numerũ ſumma reuocatur, quia unus deus pater ex quo omnia, & unus dominus,
& una eccleſiæ fides eſt, unum baptiſma, unum corpus, & unus ſpiritus, & ad unũ per-
fectionis dei finem cuncta feſtinãt. Sed & tu qui hęc audis, ſi ſcripturis ſanctis intẽdas
Exempla de nu ex otio, permulta inuenies magnarũ rerũ geſta ſub tricenario uel quinquagenario nu
meris. mero cõtineri. Triginta annorũ Ioſeph educitur de carcere, & totius Aegypti ſuſcipit
Gen.41 principatum, ut imminẽtis perniciem famis diuina prouiſione depellat. Triginta an-
Matt.3 norum refertur Ieſus, cum uenit ad baptiſmũ, & uidit cœlos diuiſos, & ſpiritum dei in
columbæ ſpecie uenientẽ ſuper ſe. Vbi & primũ cœpit ſacramentũ pateſcere trinita-
Deut.16 tis. & multa his ſimilia inuenies. Sed & quinquageſimũ diem feſtum, in nouarum fru-
gũ cõſecratione reperies, & de Ammanitarũ ſpolijs domino quinquageſima delíba-
Gen.14 tur. Cum trecentis uerò inuenies & Abrahã uincentem Sodomitas, & Gedeon cum

trecentis

trecentis lingua aquã lãbentibus superat. Ostiũ sanè, quod non à fronte, nec desuper, sed è latere ex transuerso collocatur, quoniã iræ diuinæ tẽpus est: Dies enim domini, dies iræ & furoris, sicut scriptũ est: licet enim uideãtur aliqui saluari, multi tamẽ, quos merita sua reprobant, delentẽ & pereunt: ex transuerso ostium ponitur, ut illud ostendatur, quod per prophetã dicitur. Quia si incesseritis mecum peruersi, & ego incedã uobiscũ in ira peruersa. Post hæc uideamus & de eo q̃ dicit separatim inferiora bicamerata, & superiora tricamerata: ne forte indicẽt per hæc, q̃ apostolus dixit, quia in nomine Iesu omne genu flectat, cœlestiũ, terrestriũ & infernorũ: & in arca significetur omnium quidẽ inferiora ipsa esse, quæ Apostolus dicit inferna, horum autẽ conti gua superiora ipsa esse terrestria, tricamerata uerò superiora quæ dicit simul omnia es se cœlestia. Sed in his eorũ merita distingui, qui possunt secundũ Apostolũ Paulũ usq̃ ad tertiũ cœlũ cõscendere. Nidi uerò & nidi, quia multi sunt in arca, multas esse apud patrẽ indicant mãsiones. De animalibus uerò, & bestijs, ac pecoribus, cæterisq̃ diuersis animantibus, quæ nobis alia figura seruãda est, nisi quã uel Esaias ostendit, cũ dicit, in regno Christi lupum cum agno, pardum cum hœdo, leonẽ & bouẽ simul ire ad pascua, eorumq̃ fœtus simul paleis uesci, insuper etiã in aspidum cauerna, paruum puerũ (talem sine dubio, qualem dicebat Saluator, nisi conuersi fueritis & effecti sicut puer hic non introibitis in regnum dei) missurũ esse manum, & nihil lędendum? Vel etiam illa figura, quam Petrus iam nunc in ecclesia haberi docet, cum refert se uisionem uidisse, in qua oẽia quadrupedia, & bestię terræ, ac uolatilia cœli intra unũ fidei lintheũ continebantur, quatuor euãgeliorum initijs alligatũ. Verũ quoniam arca quam describere conamur, nõ solum bicamerata sed & tricamerata à deo cõstrui iubetur, operam demus & nos ad hanc duplicẽ quæ præcessit expositionem, secundũ præceptum dei etiam tertiam iungere. Prima eẽ quæ præcessit historica est, ueluti fundamentũ quod dam in inferioribus posita. Secunda hæc mystica, superior & excelsior fuit. Tertiam si possumus moralẽ tentemus adijcere. Quãuis & hoc ipsum quod neq̃ bicameratã solum dixit & siluit, neq̃ tricameratã tantũ & cessauit, sed cum dixisset bicameratam ad didit & tricameratã, nec absq̃ huius ipsius expositionis quã habemus in manibus, uideatur esse mysterio. Nam tricamerata triplicẽ hanc expositionẽ designant. Sed quia nõ semper in scripturis diuinis historialis cõsequẽtia stare potest, sed nõnunq̃ deficit, ut (uerbi causa) cũ dicitur: Spinæ nascentur in manus ebriosi: & cũ in templo à Salomone cõstructo, dicitur: Vox mallei & securis nõ est audita in domo Dei: & iterum in Leuitico, cũ lepra parietis & pelliculæ & staminis inspici iubet à sacerdotibus & purgari: propter hæc ergo & his similia nõ solũ tricamerata, sed & bicamerata arca cõtexitur, ut sciamus in scripturis diuinis nõ semper triplicẽ, quia nõ semper nos historia sequitur, sed interdũ duplicis tantũmodo sensum expositionis insertũ. Tẽtemus igitur & tertiam expositionẽ differere, secundũ moralẽ locum. Si quis est, qui crescentibus malis, & inundantibus uitijs cõuertere se potest à rebus fluxis & pereuntibus & caducis, & audire uerbum Dei, ac præcepta cœlestia: hic intra cor suum arcam salutis ædificat, & bibliothecam (ut ita dicam) intra se diuini cõsecrat uerbi, Longitudinẽ in ea, & latitudinem, & altitudinẽ, fidẽ, spem, charitatemq̃ collocat. Fide trinitatis ad lõgitudinem uitæ immortalitatẽq̃ descendit. Latitudine charitatis, indulgẽtię & benignitatis fundat affectum. Altitudine spei ad cœlestia erigit & excelsa. Super terrã eẽ ambulãs, in cœlis habet cõuersationem. Summã uerò actuum suorũ refert ad unum. Scit enim quia omnes quidẽ currunt, sed unus accipit palmam, scilicet qui cogitationũ uarietate & instabilitate mentis nõ fuerit multiplex. Sed hanc bibliothecã nõ ex agrestibus & impolitis, sed ex quadratis & secundũ æquitatis lineã directis cõstruit lignis: id est, nõ secularium auctorũ, sed ex propheticis atq̃ apostolicis uoluminibus. Ipsi enim sunt, qui diuersis tentationibus edolati, resecatis omnib. uitijs & excisis, quadratã cõtinent uitam, & ex omni parte libratam. Nã auctores secularium librorum possunt quidem dici ligna excelsa, & ligna umbrosa. Sub omni eẽ ligno excelso & nemoroso accusatur fornicatus esse Israel quia illi loquuntur quidẽ excelsa, & florida utuntur eloquentia: nõ tamẽ ita egerunt, ut loquuti sunt: & ideo nõ possunt ligna quadrata nominari, quod in eis nequaquam uita & sermo conlibret. Tu ergo si facis arcam, si bibliothecam con

Sophon. 1

Leuit. 26

Alia allegoria.

Phil. 2

Esa. 11

Matt. 18

Sensus scripturæ triplex.

Historia nõ consistens.

Prouerb. 26

3. Reg. 6

Leuit. 13

Moralis sensus.

Hoc Christiani bibliotheca.

4. Reg. 17.

gregas,ex ſermonibus propheticis & apoſtolicis,uel eorũ qui eos rectis fidei lineis ſe quuti ſunt,cõgregas,bicameratam, & tricameratã facito eam, ex ipſa narrationes hiſtoricas diſce,ex ipſa myſterium magnũ quod in Chriſto et in eccleſia impletur,agnoſce.Ex ipſa etiam emendare mores,reſecare uitia,purgare animam,atq; exuere eã omni uinculo captiuitatis intellige,nidos in ea,et nidos diuerſarum uirtutũ,et profectuũ collocans.Deintus ſanè et deforis bituminabis eam,corde fidem gerens,ore cõfeſsionem proferens:intus ſcientiã,foris operã habens:intus corde mũdus, foris caſtus corpore incedens,In hãc ergo arcam, ſiue eã bibliothecam diuinorũ librorũ ſiue animã fidelem ſecundũ moralem interim locum ponamus, introducere debes etiã animalia ex omni genere,nõ ſolum munda,ſed & immunda.Sed munda quidem animalia facile poſſumus dicere,quod memoria,eruditio,intellectus, examinatio, & iudiciũ eorũ quæ legimus,aliaq; his ſimilia intelligi poſſunt.De immũdis uerò pronũciare difficile eſt,quæ & bina & bina nominant. Verũtamẽ quantũ in tã difficilibus locis audere poſſumus,puto quod cõcupiſcentia,& ira, quia ineſt omni animæ, neceſſario iſtæ ſecundũ hoc,quod ad peccandũ homini famulant,immundæ dicunt.Secundũ hoc uerò quod neq; poſteritatis ſine cõcupiſcentia ſucceſſio reparat,neq; emendatio ulla ſine ira poteſt neq; diſciplina cõſtare, neceſſariæ & cõſeruandæ dicũtur. Et quãuis hæc iam nõ morali,ſed naturali ratione diſcuſſa uideant,tñ quæ ad præſens occurrere potuerunt,pro ædificatione tractauimus. Si quis ſane potuerit ex otio ipſam ſibi cõferre & cõparare ſcripturã diuinã,& ſpiritalibus ſpiritalia coaptare:nec nos latet q; plura in hoc loco profundi & arcani myſterij ſecreta reperiet,quę nũc nos adducere in mediũ, uel pro breuitate tẽporis,uel pro auditorũ labore non poſſumus. Omnipotẽtis tñ dei miſericordiam deprecemur,qui nos nõ ſolũ auditores uerbi ſui faciat,ſed & factores: & inducat ſuper noſtras quoq; animas diluuium aquæ ſuæ,& deleat in nobis quæ ſcit eſſe delenda,& uiuificet quæ iudicat eſſe uiuificanda,per Chriſtum dominum noſtrũ, & per ſpiritum ſuum ſanctum.Ipſi gloria in æterna ſecula ſeculorum.Amen.

Peroratio apta.

De circumciſione Abrahæ. Homilia III. Cap. XVII.

Exordiũ habẽs cõfutationem.

QVONIAM in multis diuinæ ſcripturę locis deũ legimus ad homines loqui, & propter hoc Iudæi quidem,ſed & noſtrorũ nonnulli, deũ quaſi hominẽ intelligendum putauerunt,id eſt,humanis membris, habituq; diſtinctum: philoſophi uerò uelut fabuloſa hæc & ad poeticorum ſimilitudinem figmentorũ formata deſpiciunt:uideẽ mihi de his primo paucis ſermocinandum,& tũc ad ea quæ recitata ſunt ueniendũ.Primo ergo ad eos ſit ſermo, qui foris poſiti arroganter nos circunſtrepunt,dicentes excelſo illi & inuiſibili atq; incorporeo deo non conuenire, ut humanis utatur affectibus.Si enim loquendi(inquiunt)ei datis uſum,ſine dubio dabitis & os,& linguã,cæteraq; membra,quibus loquendi expletur officiũ.Quod ſi ſit,receſſum eſt ab inuiſibili & incorporeo Deo:& multa his ſimilia nectentes noſtros fatigant.Ad hæc ergo,ſi precib. ueſtris iuuemur,prout dominus dederit,breuiter occurremus.Nos ſicut incorporeũ eſſe deum,& omnipotentẽ,& inuiſibilẽ profitemur, ita eũ curare mortalia,& nihil abſq; eius prouidẽtia geri,neq; in cœlo,neq; in terris,certo & immobili dogmate pfitemur.Memẽto quia nihil ſine prouidẽtia eius geri diximus, non ſine uolũtate.Multa eñ ſine uoluntate eius gerunt, nihil ſine prouidentia.Prouidentia nanq; eſt,qua procurat,& diſpenſat,& prouidet quę geruntur. Voluntas uerò eſt, qua uult aliquid aut nõ uult.Sed de his aliãs. Longior enim eſt & diffuſior iſte tractatus.Secundũ hoc ergo quod prouiſorẽ omniũ,& diſpenſatorẽ profitemur Deum, cõſequens eſt,ut quid uelit,uel quid hominibus expediat,indicet.Si enim nõ indicet, nec erit prouiſor hominis,nec creditur curare mortalia. Indicãs igitur deus hominib. quæ eos agere uult,quo potiſſimũ affectu dicẽdus eſt indicare? Nónne eo,qui hominibus in uſu & notitia eſt? Si enim(uerbi cauſa)dicamus quia ſilet deus, quod naturæ illi cõueniẽs credit,quomodo indicatũ eſſe aliquid ab eo putabitur per ſilentiũ? Nũc autẽ idcirco loquutus dicitur:ut ſcientes homines hoc miniſterio uolũtatem alterius alteri innoteſcere, agnoſcãt ea quæ ſibi per prophetas deferuntur, dei eſſe uoluntatis indicia.In quibus utiq; nõ intelligit uoluntas Dei contineri, niſi ea loquutus dicatur:

Prouidẽtia ſiue præſciẽtia & uolũtas ſiue prædeſtinatio.

quia

quia nec sentitur, nec intelligitur inter homines indicari unquã posse per silentiũ uoluntatem. Sæd hæc rursum nõ secundũ errorẽ Iudæorum, uel etiam ex nostris nonnullorum, qui cum illis errant, eatenus dicimus, ut quoniã humana fragilitas aliter audire de Deo non potest, nisi ut sibi res ipsa, & uocabula nota sunt, idcirco etiã mẽbris hæc nostris similibus, & habitu humano Deũ agere sentiamus. Alienũ hoc est ab ecclesiastica fide. Sed hoc ipsum quod uel aspirat in corde uniuscuiusq; sanctorũ, uel sonũ uocis peruenire ad aures eius facit, loquutus homini Deus dicitur. Sic et cũ nota sibi esse indicat quæ unusquisq; uel loquitur, uel agit, audisse se dicit: et cũ aliquid iniustum gerí à nobis indicat, irasci se dicit: cũ beneficijs suis ingratos nos arguit, pœnitere se dicit: indicans quidẽ hæc his affectibus quí hominib. in usu sunt. Simplex nanq; est illa substantia, et neq; mẽbris ullis, neq; cõpaginibus, affectibusq; cõposita, sed quicquid diuinis uirtutib. geritur, hoc ut homines possent intelligere, aut humanorũ membrorũ appellatione profert, aut cõmunibus et notis annũciatur affectibus. Et hoc modo uel irasci, uel audire, uel loquí dicit Deus. Nã si uox humana aer ictus, id est lingua repercussus dicit, potest et uox dei dici aer ictus, uel ui, uel uoluntate diuina. Et inde est q,p si quãdo uox diuinitus datur, nõ ad omnium aures, sed ad quorũ interest auditus alla bitur: ut agnoscas sonitum nõ linguæ pulsu redditũ, alioquin fieret cõmunis auditus, sed superni nutus moderamine gubernatum. quamquã prophetis sæpe et patriarchis, cæterisq; sanctorũ, etiã sine uocis sono uerbum Dei factum esse referatur: sicut ex omnibus sacris uoluminibus abundãter docemur. In quo (ut breuiter dicam) illuminata mens per spiritũ dei format in uerba. Et ideo siue hoc, siue illo quo suprà diximus modo, cũ uoluntatem suam indicat, loquutus esse dicitur deus. Secundũ hunc ergo sensum reliqua iam ex his quæ lecta sunt, disseramus. Multa responsa dant à deo ad Abraham, sed non omnia ad unũ eundemq; referunt. Quædã enim ab Abram, quædam ad Abrahã, id est alia post immutationẽ nominis, et alia cũ adhuc genuino uocabulo cẽseretur. Et primũ quidẽ à deo ad Abram ante immutationẽ nominis illud defert oraculum, quo dicit. Exi de terra tua, & de domo patris tui, & de cognatione tua &c. Sed nihil in hoc de testamẽto dei, nihil de circunsione præcipitur. Nõ enim poterat, cũ adhuc esset Abram, & carnalis natiuitatis uocabulũ ferret, susc ipere & testamentũ dei, et circumcisionis insigne. Cum uerò exijt de terra sua, & de cognatione sua, tunc ad eũ sacratiora iam responsa deferũtur. Et primo dicitur ei quia nõ uocaberis Abrã, sed Abraham erit nomen tuũ. Tunc iam & testamentũ dei susc ipit, & signaculum fidei accipit circumcisionem, quam nõ potuit accipere dum esset in domo patris, & in consanguinitate carnali, & cũ adhuc Abrã uocaretur. Sed neq; presbyter appellatus est ipse, & uxor sua, donec esset in domo patris, & carni cohabitaret ac sanguini: sed postquam inde profectus est, & Abraham uocari, & presbyter meruit. Erãt, inquit, ambo presbyteri, idest, senes, Abrahã scilicet, & admirãda uxor eius, & prouecti in dieb. suis. Quãti ante eos lõgioribus annorũ spatijs uitã duxere nongẽtis & eo amplius annis, aliqui non multo minus usq; ad diluuium uixere: & nulli ex his presbyteri appellati sunt. Nõ enim hoc nomine in Abrahã senecta corporis, sed cordis maturitas appellata est. Sic & ad Moysem dominus dicit. Elige tibi presbyteros, quos tu ipse scis presbyteros esse. Intueamur ergo diligẽtius dñi uocẽ q̃d sibi uelit ista adiectio quæ ait, quos tu ipse scis esse presbyteros. Nũquid is qui senilẽ corporis gerebat ætatem, nõ omniũ oculis perspicuus erat q; esset presbyter, idest senex? Quid ergo soli Moysi tanto ac tali prophetæ specialis ista mandat inspectio, ut illi eligant, nõ quos cæteri homines norunt, non quos imperitũ uulgus agnoscit, sed quos propheta Deo plenus elegerit? Nõ em erga eos de corpore, nõ de ætate, sed de mẽte iudicium est. Tales ergo erãt isti beati presbyteri Abraham & Sara. Et primo omnium genuina nomina, quæ ortus carnalis dederat, cõmutantur. Cũ enim esset nonaginta & nouem annorũ Abraham, apparuit ei Deus, & dixit: Ego sum deus, cõplace coram me, & esto inculpabilis, & ponam testamentum meum inter me & te. Et procidit Abraham in faciem suam, & adorauit deum, & loquutus est ei deus dicens. Ego sum: ecce testamentũ meum tecũ, & eris pater multitudinis gentiũ, & benedicent in te omnes gentes, & iam non uocabitur nomen tuum Abram, sed erit nomen tuum Abraham.] Et cum dixisset hoc nomen, sta-

Anthropomorphitæ.

Sermo sine uoce.

Abrahã circuncisus.

Gen. 12

Gen. 17

Senectus animi.

Num. 11

ὁ ὢν.

tim subiungit. Et ponam testamentũ meum inter me & te, & inter semẽ tuum post te. Et hoc est testamentũ quod seruabis inter me & te, & inter semen tuum post te.] Et post hæc addit. Circuncidetur omne masculinum uestrum, & circuncidetur caro præputij uestri.] Igitur quandoquidem in hunc deuenimus locum, requirere uolo si omnipotens deus, qui cœli ac terræ dominatũ tenet, uolẽs testamẽtum ponere cum uiro sancto, in hoc summam tanti negocij collocabat, ut præptium carnis eius, ac futurę ex eo sobolis circuncideretur. Erit enim, inquit, testamentũ meum super carnem tuam. Hoccine erat, quod cœli ac terræ dominus, ei quẽ è cũctis mortalibus solũ delegerat, æterni testamenti munere cõferebat? Hæc enim sunt sola, in quibus magistri & doctores synagogæ sanctorũ gloriam ponũt. Ecclesia uerò Christi, quæ per prophetã dixerat. Mihi autẽ satis honorificati sunt amici tui deus, quomodo honoret amicos sponsi sui, & quantã eis gloriã cõferat, cũ gesta eorũ reuoluit, ueniant (si uidetur) & audiant. Nos ergo imbuti per Apostolũ Paulũ dicimus, quia sicut multa alia in figura & in imagine futuræ ueritatis fiebant, ita & circuncisio illa carnalis, circũcisionis spiritualis formam gerebat. De qua & dignũ erat, & decebat, deũ maiestatis præcepta mortalibus dare. Audite ergo quomodo Paulus doctor gentiũ in fide & ueritate de circuncisionis mysterio, Christi ecclesiã docet. Videte, inquit, circuncisionem (de ludæis loquẽs qui circuncidunt in carne.) Nos enim sumus, ait, circũcisio, qui spiritu deo seruimus, & non in carne fiduciã habemus. Hæc una Pauli de circuncisione sentẽtia. audi & aliam. Non eñ qui in manifesto ludæus est, inquit, neq; quæ manifeste est in carne circũcisio, sed qui in occulto ludæus circũcisione cordis, in spiritu, nõ litera. Non tibi dignus uidet talis circũcisio dicẽda in sanctis, & amicis dei, quàm carnis obtruncatio? Sed sermonis nouitas fortasse non solũ ludæos, sed etiam aliquos fratrum nostrorũ deterreat. Impossibilia eñ uidet Paulus præsumere, qui circuncisionẽ cordis inducit. Quomodo enim fieri poterit ut circũcidatur membrũ, quod internis uisceribus obtectũ, etiã conspectibus ipsis hominũ latet? Redeamus ergo ad propheticas uoces, & orantibus uobis, hæc de quib. quærimus, inde clarescant. Ezechiel propheta dicit: Omnis alienigena incircuncisus corde, & incircuncisus carne, non introibit in sancta mea. Et item alibi nihilominus exprobrãs propheta dicit. Omnes alienigenæ incircuncisi carne, filij autẽ Israel incircuncisi corde. Designatur ergo, quod nisi quis circuncisus fuerit corde, & circũcisus carne, nõ introibit in sancta dei. Sed uidebor meis ipse indicijs captus. Hoc enim prophetæ testimonio cõtinuo cõstringet me ludęus, & dicet. Ecce propheta utrãq; circuncisionẽ designat, carnis & cordis. Allegorię nõ supereſt locus, ubi utraq; species circũcisionis exigit. Si me uestris precib. iuueritis, ut adesse dignet uerbũ Dei uiui in apertione oris nostri, poterimus ipso duce per arctũ hoc quæstionis iter ad latitudinẽ ueritatis exire: quia nõ solũ carnales ludæi de circũcisione carnis reuincendi sunt nobis, sed nõnulli ex ijs, qui Christi nomẽ uidenᵗ suscepisse, & tñ carnalem circuncisionẽ recipiendã putant: ut Ebionitæ, & si qui his simili paupertate sensus aberrant. Vtamur igitur ueteris instrumẽti testimonijs, quibus libenter indulgẽt. Scriptũ est enim in Hieremia propheta: Ecce populus hic incircũcisus auribus. Audi Israel propheticam uocẽ, grande tibi opprobriũ indicit, grandis tibi impingitur culpa. Accusatio tua profertur, quod incircuncisus es auribus. Et cur non hęc audiens adhibuisti ferrum auribus tuis, & incidisti eas? Culparis nanq; à deo, & cõdemnaris, cur aures nõ habeas circũcisas. Cõfugere enim tibi ad allegorias nostras, quas Paulus docuit, nõ permitto. Circũcidere qd cessas? Deseca aures, abscinde mẽbra, quæ Deus ad utilitatẽ sensuũ, & ad ornatũ humani status creauit. Sic eñ intelligis uerba diuina. Sed & aliud tibi adhuc proferã, cui cõtradicere nõ possis. In Exodo, ubi nos in codicibus ecclesiæ habemus scriptum, respondentẽ ad dominũ Moysen, & dicentem: Prouide domine aliũ quem mittas. Ego eñ gracili uoce sum, & tardus lingua: uos in Hebræis exemplaribus habetis, ego autẽ incircuncisus labijs sum. Ecce habetis circuncisionẽ labiorum, secundũ uestra quę ueriora dicitis exemplaria. Si ergo secundum uos Moyses indignũ se esse adhuc dicit quod nõ sit labijs circuncisus, certum est hoc illud indicare, quod dignior sit & sanctior ille, qui circuncisus est labijs. Adhibete ergo etiã labijs falcem, & oris operimẽta desecate, quãdoquidem talis uobis in diuinis literis cõ-

Circuncisio cordis.

Phil. 3

Rom. 2.

Ezech. 44

Hier. 9.

Sorex.

Ebionitæ

Hier. 6

Exod. 4

Citat hebræa

placet

placet intellectus. Quod si circunciſionem labiorũ ad allegoriam reuocatis, & circun ciſionẽ auriũ nihilominus allegoricã dicitis & figuralẽ, quomodo nõ & in circunci-ſione præputij allegoriã requiritis? Sed illos quidẽ qui ad idolorum modum aures ha bent & non audiunt, & oculos habent & nõ uident, omittamus. Vos autẽ ô populus dei, & populus in acquiſitionẽ electus ad enarrandas uirtutes domini, ſuſcipite dignã circunciſionẽ uerbi dei in auribus ueſtris, & in labijs, & in corde, & in pręputio carnis ueſtræ, & in omnib. omnino mẽbris ueſtris. Circunciſæ nanq; ſint aures ueſtræ ſecun- *Circunciſio membrorũ omnium.* dũ uerbũ dei, ut uocẽ nõ recipiant obtrectantis, ut maledici & blaſphemi uerba nõ au diant, ut falſis criminationibus, mendacio, irritationi nõ pateãt. Oppilentur, & clauſæ ſint, ne iudiciũ ſanguinis audiãt, aut impudicis cantícis & theatralibus ſonis pateant. Nihil obſcœnum recipiant, ſed ab omni ſcena corruptionis auerſæ ſint. Hæc eſt circũ ciſio, qua eccleſia Chriſti aures ſuorũ circuncidit infantiũ. Iſtæ credo ſunt aures, quas *Matt. 13* in auditorib. ſuis requirebat, dicẽs: Qui habet aures audiendi audiat. Nemo enim po-teſt incircunciſus auribus & immundus, mũda uerba ſapientiæ & ueritatis audire. Ve niamus (ſi uultis) & ad labiorũ circũciſionem. Ego puto quod incircunciſus ſit labijs, qui nondũ ceſſauit à ſtultiloquio, à ſcurrilitate, qui bonis derogat, qui criminat proxi mos, qui inſtigat lites, qui calumnias mouet, qui fratres inter ſe falſa loquẽdo cõmit-tit, qui uana, inepta, ſecularia, impudica, turpia, iniurioſa, proterua, blaſpema, & cętera quæ indigna ſunt Chriſtiano ore proloquit. Si quis uerò ab his omnib. cõtinet os ſuũ, & diſponit ſermones ſuos in iudicio, uerboſitatẽ reprimit, linguã tẽperat, uerba mo-deratur, iſte merito circunciſus labijs dicit. Sed & qui iniquitatẽ in excelſo loquũtur, & extendunt in cœlum linguam ſuã, ſicut hæretici faciũt, incircunciſi, & immundi la-bijs dicẽdi ſunt. Circunciſus uerò & mundus eſt, qui ſemper uerbũ Dei loquitur, & ſa *Doctrinæ ſyn ceritas unde* nam doctrinã Euangelicis & apoſtolicis munitã regulis profert. Hoc ergo modo & *petenda.* circunciſio labiorũ dat in eccleſia dei. Nũc uerò ſecundũ pollicitationẽ noſtram, qua liter etiã carnis circunciſio ſuſcipi debeat, uideamus. Membrũ hoc, in quo præputiũ uidetur eſſe, officijs naturalibus coitus & generationi deſeruire nemo eſt qui dubitet. *Coniugium caſtum.* Si quis igitur erga huiuſcemodi motus non importunus exiſtat, nec ſtatutos legibus terminos ſuperet, nec aliam fœminã quàm coniugem legitimã nouerit, & in ea quoq; ipſa poſteritatis tantũmodo cauſa certis & legitimis temporibus agat, iſte circunciſus præputio carnis ſuæ dicendus eſt. Qui uerò in omnẽ laſciuiã proruit, & per diuerſos & illicitos paſſim pendet amplexus, atq; in omnẽ libidinis gurgitem fertur infrenis, iſte incircunciſus eſt præputio carnis ſuæ. Verũ eccleſia Chriſti, gratia eius qui pro ſe crucifixus eſt roborata, nõ ſolũ ab illicitis nefandiſq; cubilib. uerũetiã à cõceſſis & lici tis temperat, & tanquam iam uirgo ſponſa Chriſti caſtis & pudicis uirginibus floret, quib. uera circunciſio carnis præputij facta eſt, & uere teſtamentũ dei, & teſtamentũ æternũ in eorũ circũciſa carne ſeruatur. Supereſt nobis etiã deſignare circunciſionem cordis. Si quis eſt qui obſcenis deſideriis & fœdis cupiditatibus æſtuat, & (ut breuiter dicam) qui mœchat in corde, hic incircunciſus eſt corde. Sed & qui hæreticos ſenſus mẽte cõtinet, & blaſphemas aſſertiones cõtra ſcientiã Chriſti diſponit in corde, hic in circunciſus eſt corde. Qui uerò puram fidem in conſcientiæ ſyncritate cuſtodit, iſte circũciſus eſt corde. Dequo dici poteſt: Beati mũdo corde, quia ipſi deũ uidebũt. Ego *Matt. 5* uero audeo ex ſimili etiã hæc prophetícis uocibus addere: quia ſicut oportet auribus, & labijs, & corde, & carnis præputio, ſecũdũ ea quæ ſuprà diximus, circuncidi: ita for taſſe & manus noſtræ indigent circunſione, & pedes, uiſus, & odoratus, & tactus. Vt enim perfectus ſit homo dei in omnibus, cũcta circũcidenda ſunt mẽbra. Manus qui-dem à rapinis, à furtis, à cædibus, & ad ſola dei opera pãdendæ. Circuncidẽdi ſunt pe-des, ne ueloces ſint ad effundendũ ſanguinẽ, & ne intrent in conſiliũ malignantiũ, ſed ut tantũ pro mãdatis dei circumeant. Circuncidantur & oculi, ne cõcupiſcant aliena, ne uideant ad concupiſcendã mulierem. Qui em̃ erga fœminarum formas laſciuo & curioſo oberrat aſpectu, iſte incircũciſus eſt oculis. Sed & ſi qs eſt, qui ſiue bibat, ſiue *1. Cor. 10* mãducet (ſicut Apoſtolus præcepit) ad gloriam dei mãducat & bibit, iſte circunciſus eſt guſtu. Cuius aũt deus uenter eſt, & ſuauitatibus gulæ deſeruit, huius incircũciſum *Phil. 3* dixerim guſtũ. Si quis Chriſti odorẽ bonum capit, & in operibus miſericordiæ odo-

rē ſuauitatis requirit, huius circūciſa eſt odoratio. Qui uerò primis unguentis delibutus incedit, iſte incircunciſus odoratu dicēdus eſt. Sed & ſingula quæq; mēbrorū ſi in officijs mandatorū Dei deſeruiāt, circūciſa dicēda ſunt. Si uerò ultra prę ſcriptas ſibi diuinitus luxuriāt leges, incircunciſa reputāda ſunt. Et hoc puto eſſe quod apoſtolus dicit. Sicut enim exhibuiſtis membra ueſtra ſeruire iniquitati ad iniquitatē, ita nūc exhibete mēbra ueſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationē. Cū enim iniquitati ſeruirēt membra ueſtra, non erant circunciſa, nec erat in eis teſtamentū dei. Cum uerò cœperint ſeruire iuſtitię in ſanctificationē, promiſſio quæ ad Abraham facta eſt impleē in eis. Tūc enim lex dei, & teſtamentū eius ſignatur in eis. Et hoc eſt uere ſignū fidei, quod inter deum & hominē, æterni fœderis continet pactum. Iſta eſt circūciſio quæ petrinis machęris per Ieſum populo dei data eſt. Quę eſt aūt machęra petrina, & qui gladius quo circunciſus eſt populus dei? Audi apoſtolū dicentē: Viuus enim eſt dei ſermo & efficax, & acutior omni gladio utrinq; acuto, pertingēs uſq; ad diuiſionem animæ ac ſpiritus, cōpagū quoq; & medullarū: & eſt diſcretor cogitationū, & intentionū cordis. Iſte ergo eſt gladius quo circūcidi debemus, de quo dicit Ieſus dominus. Nō ueni pacem mittere in terrā, ſed gladiū. Nō tibi uideē dignior hæc eſſe circūciſio, in qua teſtamentū dei debeat collocari? Confer (ſi placet) hæc noſtra cū ueſtris Iudaicis fabulis, et narrationib. fœtidis, & uide ſi in illis ueſtris, an in his, quæ in Chriſti eccleſia prædicantur, circūciſio diuinitus obſerueē. Si nō etiā ipſe ſentis, & intelligis hanc eccleſiæ circūciſionē honeſtam, ſanctā, deo dignā: illā ueſtram turpem, fœdam, deformē, ipſo etiam habitu & aſpectu κακεμφατον præferētem. Et erit (inquit deus ad Abraham) circunciſio & teſtamentū meū ſuper carnē tuam. Si ergo talis fuerit uita noſtra, ita omnib. mēbris quadrata & cōpoſita, ut uniuerſi motus noſtri ſecundū dei leges agantur, uere teſtamentum dei erit ſuper carnem noſtram. Hæc quidem breuiter à nobis de ueteri teſtamento tranſcurſa ſint, ad confutandos eos qui in carnis circunciſione cōfidunt, ſimul & ad eccleſiam domini ędificandā. Sed uenio etiā ad Nouū teſtamentum, in quo eſt plenitudo omnium, & inde uolo oſtendere quomodo & nos poſſimus Nouum teſtamentum domini noſtri Ieſu Chriſti habere ſuper carnem noſtram. Non enim ſufficit ſolo nomine & uerbo hæc dici, ſed reb. oportet impleri. Ioannes quippe apoſtolus dicit: Omnis ſpiritus qui confitetur Ieſum in carne ueniſſe, à deo eſt. Quid ergo? Si peccans quis, & non recte agens confiteatur Ieſum in carne ueniſſe, in ſpiritu dei uidebitur confiteri? Non eſt hoc teſtamentum dei habere in carne, ſed in uoce. Dicitur ergo ad eum ſtatim. Erras homo, regnum dei non in ſermone eſt, ſed in uirtute. Quomodo ergo erit teſtamentum Chriſti ſuper carnem meam, requiro. Si mortificauero membra mea, quæ ſunt ſuper terram, teſtamentum Chriſti habeo ſuper carnem meā. Si ſemper mortem Chriſti in corpore meo circumferam, teſtamentum Chriſti eſt in corpore meo, quia ſi compatimur, & conregnabimus. Si complantatus fuero ſimilitudini mortis eius, teſtamentum eius oſtendo eſſe ſuper carnem meam. Quid enim prodeſt ſi in illa tantum carne, quam de Maria ſuſcepit, dicam ueniſſe Chriſtum, & non oſtendam etiam in hac mea carne, quod uenerit? Oſtendo autem ita demum, ſi quem admodum prius exhibui membra mea ſeruire iniquitati ad iniquitatem, nunc ea conuerram, & exhibeam ſeruire iuſtitiæ ad ſanctificationem. Teſtamentum dei oſtendo eſſe in carne mea, ſi potuero dicere ſecundum Paulum, quia Chriſto concrucifixus ſum, uiuo autem iam non ego, uiuit uerò Chriſtus in me, Et ſi potuero dicere ut ipſe dicebat: ego autem ſtigmata domini mei Ieſu Chriſti in corpore meo porto. Vere autem ille oſtendebat teſtamentum dei eſſe ſuper carnem ſuam, qui dicebat: quis nos ſeparabit à charitate dei, quę eſt in Chriſto Ieſu? Tribulatio? an anguſtia? an periculum? an gladius? Si enim uoce tantummodo confiteamur dominum Ieſum, & non oſtendamus teſtamentum eius eſſe ſuper carnem noſtram, ſecundum hæc quæ ſuprà expoſuimus, uidebimur etiam nos ſimile aliquid facere Iudæis, qui ſolo circunciſionis ſigno deum ſe confiteri putant, factis autem negant. Nobis autem præſtet dominus corde credere, ore confiteri, operibus comprobare teſtamentum dei eſſe ſuper carnem noſtram, ut uidentes homines opera noſtra bona, magnificent patrem noſtrū, qui in cœlis eſt, per Ieſum Chriſtum dominū noſtrum, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Rom. 6

Heb. 4

Matt. 10

Profeſsio Noui teſtamenti

1. Ioan. 4

1. Cor. 4

Col. 3

Gal. 6

De eo

De eo quod scriptum est: Visus est dominus Abrahæ.

Homilia Quarta. Cap. XVIII

EXCITATA est nobis alia uisio dei ad Abraham, hoc modo. Visus est, inquit, Deus ad Abraham cum sederet ad ostium tabernaculi sui ad quercũ Mambre. Et ecce uiri tres astiterunt super eum, & respiciens oculis suis Abraham uidit, & ecce tres uiri super eum, & exijt in occursum eis, & cætera.] Cõferamus primo (si uidetur) hanc uisionem cum illa, quæ facta est ad Loth. Tres uiri ueniunt ad Abraham, & stant super eum: ad Loth duo ueniunt, & sedent in platea. Vide si non dispensatione spiritus sancti pro meritis res geruntur. Etenim Loth inferior longe erat ab Abraham. Nisi enim fuisset inferior, non esset separatus ab Abraham, nec dixisset ei: si tu ad dextram, ego ad sinistram: si tu ad sinistram, ego ad dextrã. Et nisi fuisset inferior, non ei Sodorum terra & habitatio placuisset. Veniunt ergo ad Abraham tres uiri meridie, ad Loth duo uespere ueniunt. Non enim capiebat Loth meridianæ lucis magnitudinem. Abraham uerò capax fuit plenum fulgorem lucis excipere. Videamus nunc quomodo Abrahã susceperit uenientes, & quomodo Loth, & qui apparatus hospitalitatis utriusq; sit, comparemus. Primo tamen obserua quod Abrahã cum duobus angelis etiã Dominus affuit, ad Loth uerò duo tantũmodo angeli pergunt. Et quid dicunt? Misit nos dominus conterere ciuitatem, & perdere eam.] Ille ergo suscepit eos, qui perditum darent, nõ suscepit eum qui saluaret. Abraham uerò suscepit & eum qui saluat, & eos qui perdunt. Nunc uideamus quomodo unusquisq; suscipiat. Vidit, inquit, Abraham, & occurrit eis obuiam.] Considera protinus impigrum & alacrem in officijs Abraham. Ipse currit obuiam, & cum occurrisset: festinat, inquit, ad tabernaculum, & dixit ad uxorem suam. Festinat ad tabernaculum.] Vide in singulis quanta sit suscipientis alacritas. Festinatur in omnibus, omnia perurgentur, nihil per ocium geritur. Dixit ergo ad uxorem suam Saram. Festina ad tabernaculũ, & cõsperge tres mensuras similaginis, & fac subcinericias.] Hoc Græce ἐγκρυφίας dicitur, quod occultos, uel abscõditos indicat panes. Ipse autẽ cucurrit, inquit, ad boues, & accepit uitulum.] Sed qualem uitulum? Forte qui potuit primus occurrere? Non ita, sed uitulum bonum & tenerum. Et licet per cuncta festinet, scit tamen quæ prẽcipua & magna sunt domino uel angelis offerẽda. Accepit ergo uel elegit de grege uitulum bonum & tenerum, & tradidit puero. Puer, inquit, festinauit facere eum.] Ipse currit, uxor festinat, puer accelerat. Nullus piger est in domo sapientis. Apponit ergo uitulum, & simul cum eo panes, & similam, sed & lac & butyrũ. Hæc sunt Abrahæ & Saræ hospitalitatis officia. Nũc uideamus quid etiam Loth. Hic neq; simila habet, neq; panem mundum, sed farinam. Neq; tres mensuras similæ nouit, neq; ἐγκρυφίας, id est absconditos ac mysticos panes apponere uenientibus potest. Sed persequamur nunc interim quid agit Abraham cum tribus uiris, qui astiterũt super eum. Hoc ipsum uide quale sit, quod super eũ ueniunt, non contra eũ. Subiecerat se quippe uolũtati dei, ideo superastare dicitur Deus. Apponit ergo panes tribus mẽsuris similaginis cõspersos. Tres uiros suscepit, tribus mensuris similaginis panes cõsperſit. Totũ quod agit mysticum, totum sacramentis repletũ. Apponit uitulus, ecce aliud sacramẽtum. Vitulus ipse non est durus, sed bonus & tener. Et quid tam tenerũ, quid tam bonum, quàm est ille, qui humiliauit se pro nobis usq; ad mortẽ, & animam suam posuit pro amicis suis? Vitulus ille saginatus quẽ pro recepto pœnitente filio iugulat pater. Sic enim deus dilexit hunc mundũ, ut filium suũ unicum daret pro huius mundi uita. Nec tamen latet sapientem quos susceperit. Tribus occurrit, & unũ adorat, & ad unũ loquitur dicens: Declina ad puerum tuũ, & refrigera te sub arbore. Sed quomodo addit iterum, quasi hominibus loquens? Accipiatur, inquit, aqua, & lauent pedes uestri. Docet quidem te per hæc Abraham pater gentiũ & magister, quomodo hospites suscipere debeas, & ut laues hospitũ pedes, tamẽ & hoc in mysterio dicit. Sciebat enim dominica sacramenta, non nisi in lauandis pedibus cõsummãda. Sed nec illius quidẽ præcepti tum pondus latebat, quo dicitur à Saluatore. Si quis non susceperit uos, etiã puluerẽ qui adhæsit pedibus uestris, excutite in testimoniũ illis. Amẽ dico uobis quia tolerabilius erit terræ Sodomorũ in die iudicij ẽ illi ciuitati. Volebat ergo præuenire,

Collatio locorum

Historiæ annotatio

ἐπιφώνημα

τριὰς

Lotio pedum

Mar. 6

& lauare pedes,ne quid forte puluerisresideret,quod ad testimoniũ incredulitatis ex cussum,posset in die iudicij reseruari.Propterea ergo dicit sapiẽs Abraham, accipiat aqua & lauentur pedes uestri. Sed uideamus iam quid etiam in cõsequentibus dicit.

Ipse autem,inquit,Abraham astabat eis sub arbore.] Ad huiuscemodi narrationes, circumcisas aures requirimus. Neq; enim summã solicitudinem spiritui sancto fuisse credendum est,ut scriberet in libris legis ubi staret Abrahã. Quid enim me iuuat qui ueni audire quid spiritus sanctus humanũ doceat genus, si audiero quod Abrahã stabat sub arbore? Sed uideamus quæ sit hæc arbor,sub qua stabat Abraham,& conuiui um domino atq; angelis exhibebat.Sub arbore,inquit,Mambre.] Mambre in nostra lingua interpretatur uisio,siue perspicacia. Vides qui & qualis est locus,in quo dominus potest habere conuiuiũ? Delectauit eum uisio & perspicacia Abrahæ. Erat enim mũdus corde ut posset uidere Deũ. In tali ergo loco,& in tali corde, potest Dominus cum angelis suis habere cõuiuiũ. Deniq; ante prophetæ uidentes dicebant. Quid aũt dicit Dominus ad Abraham? Vbi est,inquit,Sara uxor tua? At ille.Ecce,ait,in tabernaculo est. Dixit autem dominus. Veniens ueniã in tempore ad te secundum tempus hoc,& habebit filium Sara uxor tua. Audiebat aũt Sara stans post ostium tabernaculi sui post Abraham.] Discant mulieres exemplis patriarcharum,discant inquã mulieres sequi uiros suos. Neq; enim sine causa scriptum est quod Sara stabat post Abrahã: sed ut ostẽderetur,quia uir si præcedit ad dominum,sequi mulier debet. Quod dico sequi debere mulierẽ,in eo dico si astare uirum suum uideat Deo. Alioquin ascẽdamus ad altiorẽ intelligentię gradum,& dicamus uirum in nobis esse rationabilem sensum, & mulierem,quæ ei uelut uiro sociata est,carnem nostram. Sequat ergo caro semper rationabilem sensum,nec in id unquã desidiæ ueniatur,ut carni in luxuria, & uoluptatibus fluitanti,in ditionẽ redactus obsequat rationabilis sensus. Stabat ergo Sara post Abrahã. Sed & mysticũ aliquid sentire in hoc possumus loco, si uideamus quomodo in Exodo præcedebat Deus in columna ignis per noctẽ,& in columna nubis per diẽ: & synagoga domini sequebatur post ipsum. Sic ergo intelligo & Saram sequutã esse, uel stetisse post Abraham. Quid post hæc dicitur? Et erãt,inquit, ambo presbyteri,id est senes & prouecti in diebus suis.] Quantum ad ætatẽ corporis pertinet, multi ante ipsos numerosioribus annis duxerãt uitã,nemo tamen presbyter appellatus est. Vnde uidet nomẽ hoc sanctis non longæuitatis ratione,sed maturitatis ascribi. Quid ergo post tantũ ac tale conuiuiũ,quod Abraham domino & angelis sub arbore uisionis exhibuit? Proficiscuntur hospites. Abrahã aũt deducebat,inquit,eos,& ambulabat cum eis. Dominus autẽ dixit. Non celabo Abraham puerũ meum, quid ego faciam. Abraham autem fiet in gentẽ magnam & multã,& benedicentur in ipso omnes gentes terræ. Scio enim quia præcipiet filijs suis,& seruabunt uias domini, ut faciant iustitiam & iudiciũ,ut impleat dominus Abrahæ quæ indicauit ei. Et dixit: Clamor Sodomorum & Gomorreorũ repletus est,& peccata eorũ magna ualde. Descendi ergo ut uiderem si secundũ clamorem eorũ qui uenit ad me;cõsummentur. Sin autẽ,ut sciã.] Hæc scripturæ diuinæ sunt uerba. Videamus ergo nunc quid intelligi in his dignũ sit. Descendi,inquit,ut uideã. Quando ad Abraham responsa deferũtur,non dicit Deus descendere,sed supra ipsum astare,sicut suprà exposuimus. Astiterunt,inquit,tres uiri super eum. Nunc autem quia peccatorũ causa agitur,descendere dicitur Deus. Vnde ne ascensionem & descensionẽ localem sentias. Frequẽter enim hoc in diuinis literis inuenit,sicut in Michæa propheta. Ecce,inquit,Dominus exijt de loco sancto suo,& descendit,& incedit super excelsa terræ. Descendere ergo dicitur Deus,quando curã humanę fragilitatis habere dignatur. Quod specialius de domino ac saluatore nostro sentiendũ est,qui non rapinã arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit,formam serui accipiens. Descendit ergo.neq; enim alius ascendit in cœlũ,nisi qui descendit de cœlo filius hominis,qui est in cœlo. Descendit ergo Dominus nõ solũ curare,sed & portare quæ nostra sunt. Formam nanq; serui accepit,& cum ipse inuisibilis sit naturæ,utpote æqualis patri,habitũ tamen uisibilẽ suscepit, & repertus est habitu ut homo. Sed & cum descendit,alijs deorsum est,alijs uerò ascendit, & sursum est. Nam & electis apostolis ascendit in montem excelsum,& ibi trãsformatus est coram ipsis

Mambre allegoris

Vxor intus post uirum

Senes qui uere

Descendere & ascendere quo modo dicitur deus.

Mich. 1

ram ipſis. Illis ergo, quos de myſterijs regni cœlorum docet, ſurſum eſt. Turbis autẽ, & Phariſæis, quibus exprobrat peccata, deorſum eſt, & ibi eſt cum ipſis, ubi fœnũ eſt. Transformari aũt deorſum non poterat, ſed ſurſum aſcendit cum ijs, qui ſequi ſe poterant, & ibi transformatur. Deſcendi ergo, inquit, ut uideam ſi ſecundum clamorẽ eorum, qui uenit ad me, conſummentur. Sin autem, ut ſciam. Ex iſto uno ſermone hæreti ci impugnare ſolent Deum meum dicentes, ecce neſciebat Deus legis quid ageret in Sodomis, niſi deſcendiſſet ut uideret, & miſiſſet qui diſcerẽt. Sed nos, quibus præcipitur præliari prelia domini, acuamus aduerſus eos romphęam uerbi dei, & occuramus eis ad pugnam. Stemus in aciem ſuccincti lumbos in ueritate, ſimul & ſcutũ fidei præferẽtes, excipiamus eorum uenenata diſputationũ iacula, & in ipſos ea rurſum librata diligentius torqueamus. Talia nanq; ſunt prælia Domini, quæ præliatus eſt Dauid, & cæteri patriarchæ. Stemus aduerſus eos pro fratribus noſtris. Melius eſt eũ mori me, quàm ut rapiant, & prædentur aliquos ex fratribus meis, & argutis uerborũ ſurreptionibus, captiuos ducãt paruulos & lactentes in Chriſto. Perfectis autẽ nec conferre poterunt manum, nec uenire in certamen audebunt. Nos ergo prius dominum deprecãtes & ueſtris orationibus adiuti, aggrediamur contra eos præliũ uerbi. Dicimus ergo cum fiducia, quod ſecundum ſcripturas, non omnes ſciat Deus. Peccatũ neſcit Deus, & peccatores neſcit Deus, alienos à ſe ignorat. Audi dicentem ſcripturam. Cognouit Dominus, qui ſunt eius, & diſcebat ab iniquitate omnis qui inuocat nomen domini. Suos cognoſcit dominus, iniquos aũt & impios neſcit. Audi ſaluatorẽ dicentẽ. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatẽ: non noui uos. Et iterũ Paulus dicit. Si quis in uobis eſt, ꝓpheta uel ſpiritalis, agnoſcat quę ſcribo, quia domini ſunt. Qui aũt ignorat, ignoratur. Hæc autẽ dicimus non blaſphemum aliquid (ſicut uos facitis) de Deo ſentientes, neq; ignorantiã aſcribẽtes ei: ſed ita intelligimus, quod hi quorũ actus deo eſt indignus, indigni etiam notitia dei dicantur. Non eñ dignatur Deus noſſe eũ, qui auerſus eſt ab eo, & ignorat eũ. Et ideo dicit Apoſtolus. Quoniã qui ignorat, ignoratur. 1.Cor.14 Tali ergo ſpecie, & nunc de his qui habitant in Sodomis dicitur, ut ſiquidẽ ſecundum clamorem qui aſcendit ad dominũ, actis eorũ indigni conſummentur, notione eius iudicentur indigni. Si uerò eſt illis aliqua cõuerſio, ſi uel decẽ in illis inuẽti fuerint iuſti, ita demum nouerit eos Deus. Et ideo dixit. Sin autẽ, ut ſciam quid agũt, id eſt ut ipſos ſciam, & ſcientia mea dignos faciam, ſi quos in ipſis inueniam iuſtos, ſi quos inueniã pœnitẽtes, ſi quos tales, quos debeam ſcire. Deniq; quia nullus qui pœniteret, nullus qui conuerteretur alius inuentus eſt, præter Loth, ipſe ſolus de incendio liberat. Nec generi ſecundo admoniti, nec uicini, nec proximi, nullus cognoſcere uoluit clementiam dei, nullus ad miſericordiam eius confugere. Idcirco & nullus agnoſcitur. Hęc quidem aduerſus eos, qui iniquitatem in excelſum loquuntur. Nos uerò operam demus tales effici actus noſtros, talẽ conuerſationẽ noſtram, ut digni habeamur notitia Dei, ut nos ſcire dignet, ut digni habeamur noticia filij eius Ieſu Chriſti, & noticia ſpiritus ſancti: ut agniti à trinitate, & nos ſacramentum trinitatis plene & integre & perfecte mereamur agnoſcere, reuelante nobis Domino noſtro Ieſu Chriſto, cui eſt gloria, & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

Quæſtio

Scire aut neſcire quõ dicitur deus.

Peroratio

De Loth & filiabus eius. Homilia Quinta Cap. XIX

M ISSI angeli ad ſubuerſionem Sodomorum, cum iniunctum cuperent maturare negotium curam prius gerunt hoſpitis Loth, ut eum de imminenti ignis excidio, cõtẽplatione hoſpitalitatis eximerẽt. Audite hæc, qui peregrinis clauditis domos: audite hæc, qui hoſpitem uelut hoſtem uitatis. Loth in Sodomis habitabat. Alia eius bene geſta non legimus. Hoſpitalitas in eo ſola ex uſu ueniens memoratur: euadit ignes, euadit incendia, ob hoc ſolum, quod domum ſuam patefecit hoſpitibus. Hoſpitalem domum angeli ingreſſi ſunt. Clauſas hoſpitibus domos ignis ingreſſus eſt. Quid ergo ad hoſpitẽ, ꝓ hoſpitalitatis officijs dicant angeli uideamus. In montem, inquiunt, ſaluam fac animam tuam, ne forte comprehendaris.] Erat quidem hoſpitalis Loth, qui etiam (ſicut ei ſcriptura teſtimonium tulit) ab interitu latuit angelis hoſpitio receptis. Sed nõ erat ita perfectus, ut ſtatim de Sodomis exiẽs, montem

montem posset ascendere. Perfectorum nanq; est dicere: Leuaui oculos meos in montes unde ueniet auxiliũ mihi. Iste ergo neq; talis erat, qui inter Sodomitas perire debe ret, neq; tantus erat, qui cum Abrahã in excelsioribus posset habitare. Si enim fuisset talis, nunquam ad eum diceret Abraham: si tu ad dextram, ego ad siniſtrã, aut si tu ad si niſtrã, ego ad dextrã: nec habitacula ei Sodomitica placuissent. Erat ergo medius qui dam inter perfectos & perditos. Et sciens non conuenire uiribus suis, ut ascenderet in montem, religiose & humiliter excusat dicens. Non possum in montẽ saluus fieri, sed ecce hæc ciuitas pusilla est, & hic saluabor, & nõ est pusilla. Ingressus uerò Segor ciuitatem pusillã in ea saluatur. Et post hæc cum filiabus ascendit in montẽ. Neq; enim de Sodomis ascendi poterat in montem, quamuis scriptum sit de terra Sodomorũ priusquam subuerteretur, eo tempore quo Loth habitationẽ eius elegit, fuisse sicut paradi sus Dei, & sicut terra Ægypti. Et tamen (ut paruo quodam utamur excessu) quænam uidetur esse uicinitas paradiso Dei, & terræ Ægypti, ut ex æquo his Sodoma cõpare-

Torquet tur? Sed ego ita puto, quod ante quàm peccaret Sodoma, cũ adhuc simplicitatẽ uitæ incontaminabilis custodiret, erat sicut paradisus Dei. Vbi uerò decolorari cœpit, & peccatorũ maculis obscurari, sicut terra Ægypti facta est. Sed & illud requirimus, quo niam quidem propheta dicit, quia restituetur soror tua Sodoma in antiquam, utrumnam restitutio eius etiam hoc recipiat, ut sit sicut paradisus Dei, an sit sicut terra Ægy pti. Ego quidem dubito, si intantũ potuerint Sodomorum peccata decoqui, & eouisq; scelera purgari, ut restitutio eorum tanta sit, quæ non solum terræ Ægypti, uerumetiã Dei paradiso comparetur. Vrgent tamen nos qui hoc confirmare uolunt, ex eo præcipue sermone qui additus huic repromissioni uidetur. Nõ enim dixit quia restituet Sodoma, & cessauit: sed ait, restituetur Sodoma in antiquum. Et asseuerant antiquum eius statum nõ fuisse ut terram Ægypti, sed ut paradisum Dei. Sed redeamus ad Loth, qui cum uxore & filiabus interitum fugiens Sodomorum, accepto ab angelis manda to, ne retrorsum respiceret, tẽdebat in Segor. Sed uxor eius immemor sit præcepti, re-

Mulier respiciens allegorice trorsum respicit, impositam legem rumpit, efficitur in statuam salis. Putamus ne tantũ sceleris in hoc esse cõmisso, ut quia respexit mulier, interitum quem diuino beneficio effugere uidebatur, incurreret? Quid enim tantum criminis habuit, si sollicita muleris mens retrorsum unde nimio flammarum crepitu terrebatur, aspexit? Sed quia lex spi ritalis est, & quæ contingebant antiquis, in figuram illis contingebant, uideamus ne forte Loth qui non respexit post se, rationabilis sit sensus, & animus uirilis, uxor autẽ hic carnis imaginem teneat. Caro est enim, quæ respicit semper ad uitia, quæ cum animus tendit ad salutem, illa retrorsum respicit, & uoluptates requirit. Inde deniq; & do

Luc. 9 minus dicebat. Nemo mittens manum suam ad aratrũ, & retro respiciens, aptus est re gno Dei. Et addit: Mementote uxoris Loth. Quod autẽ sit staticulum salis, insipientiæ eius indicium uidetur expositũ. Sal enim prudentiæ loco ponitur, quæ ei defuit. Pertẽdit ergo Loth in Segor, ibiq; paulisper collectis uiribus, quas in Sodomis habere nõ potuit, ascẽdit in montem, & ibi habitauit (sicuti scriptura dicit) ipse, & duę filiæ

Incestus Loth eius cum eo. Post hęc iam refertur illa famosissima fabula, in qua scribit filias eius arte furatas concubitum patris. In quo nescio si quis potest excusare ita Loth, ut eũ immunem faciat à peccato. Neq; rursum ita eũ accusandũ puto, ut ita grauis incesti fieri debeat reus. Non enim inuenio eum insidiatũ esse, aut uiolenter eripuisse pudicitiam filiarum, sed magis insidias passum, & arte circumscriptum. Sed neq; rursum circumuẽtus fuisset à puellis, nisi inebriari potuisset. Vnde uidet mihi in parte culpabilis, in parte excusabilis inueniri. Excusari nãq; potest, quod à cõcupiscentiæ & uoluptatis crimine liber est, & quia neq; ipse uoluisse arguitur, neq; uolentibus cõsensisse. Subiacet uerò culpæ, quod decipi potuit, quod uino nimis indulsit, & hoc non semel, sed iterũ fecit. Nam & ipsa scriptura mihi uidetur pro eo quodãmodo satisfacere, cum dicit: Nesciebat enim cum dormiret cum eis, & cum surgeret. De filiabus hoc nõ dicit, quę stu dio & arte decipiunt patrem. Ille tamẽ intantũ sopitus est uino, ut nesciret dormisse se

Ebrietas quantum malum cum filia priore, neq; cũ filia iuniore. Audite ebrietas quid agit, audite quantũ facinoris conciliet temulentia. Audite & cauete uos ô quibus istud malũ non in crimine, sed in usu est, ebrietas decipit quẽ Sodoma non decepit. Vritur ille flammis mulierũ quẽ

sulphurea

ſulphurea flãma non uſſit. Erat ergo Loth arte non uoluntate deceptus. Ideo medius quidã eſt inter peccatores & iuſtos: quippe qui ex Abrahæ quidẽ cognatione deſcenderit, in Sodomis tamẽ habitauerit. Nã & hoc, quod euadit ex Sodomis (ſicut ſcriptura indicat) magis ad honorẽ Abrahæ, quàm ad meritũ pertinet Loth. Sic enim ait: Et factũ eſt (inquit) cum exterminaret Deus ciuitates Sodomorum, recordatus eſt dominus Abrahæ, & eiecit Loth de terra illa. Sed & filiarũ eius propoſitũ puto diligentius conſiderandũ, ne forte etiam ipſæ non tantum quantũ putantur accipere criminis mereantur. Refert enim ſcriptura quia dixerũt inuicẽ ſibi. Pater, inquiunt, noſter ſenex eſt, & nemo eſt ſuper terram qui intret ad nos, ſicut cõuenit omni terræ. Veni & potemus patrem noſtrũ uino, & dormiamus cum eo, & ſuſcitemus de patre noſtro ſemẽ.] Quantum ad ea, quæ de his dicit ſcriptura, uidetur etiã pro ipſis quodammodo ſatisfacere. Apparet nanq; filias Loth didiciſſe quędã de conſummatione mundi, quæ immineret per ignẽ, ſed tanquam puellæ non integre perfectęq; didicerant, neſcierũt quod Sodomiticis regionibus igne uaſtatis, multũ adhuc ſpacij integrum reſideret in mundo. Audierunt in fine ſeculi terrã & omnia elementa ignis ardore decoquenda. Videbant ignem, uidebant ſulphureas flammas, uidebant cuncta uaſtari. Matrẽ quoq; ſuã uidebant non eſſe ſaluatã, ſuſpicatæ ſunt tale aliquid factum, quale in temporibus audierant Noe: & ob reparandam mortalium poſteritatẽ ſolas ſe eſſe cum parente ſeruatas. Recuperandi igitur humani generis deſideriũ ſumunt, atq; inſtaurandi ſeculi ex ſe dandum opinãtur exordiũ. Et quamuis grande eis crimen uideretur furari concubitũ patris, grauior eis tamen uidebatur impietas, ſi humanæ (ut putabãt) poſteritatis ſpem, ſeruata caſtitate delerent. Propter hoc ergo conſiliũ ineunt minore (ut ego arbitror) culpa, ſpe tamen, argumẽto q; maiore: patris mœſtitiam, uel rigorẽ uino molliũt & ſoluũt. Singulis ingreſſæ noctibus, ſingulæ ſuſcipiũt ab ignorante conceptũ. Vltra non repetunt, non requirũt. Vbi hic libidinis culpa? ubi inceſti crimẽ arguitur? Quomodo dabitur uitio, quod nõ iteratur in facto? Vereor proloqui quod ſentio, uereor inquã ne caſtior fuerit harũ inceſtus, quàm pudicitia multarum. Diſcutiant ſe, & requirant fœminæ in coniugijs poſitæ, ſi ob hoc ſolũ adeant uiros, ut ſuſcipiant liberos, ſi poſt conceptum deſiſtunt. Iſtæ enim quæ argui uidentur inceſti, ut adeptæ ſunt cõceptum, ultra non accedunt ad concubitũ uiri. Nonnullæ uerò mulieres, neq; enim uni uerſas pariter notamus, ſed ſunt quædã, quæ ſicut animalia abſq; ulla diſcretiõe indeſinenter libidini ſeruiunt, quas ego nec mutis pecoribus comparauerim. Pecora emẽ & ipſa ſciunt cum conceperint, ultra nõ indulgere maribus copiã ſui. Notat tales & ſcriptura diuina, cũ dicit: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus. Et iterũ: Equi admiſſarij facti ſunt. Sed uos ô populus dei, qui Chriſtũ amatis in incorruptiõe, intelligite apoſtoli ſermonẽ quo ait: Siue mãducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quid facitis, omnia in gloriã dei facite. Quod emẽ poſt manducare, & bibere dicit, ſiue aliud quid facitis, inuerecunda coniugij negotia uerecũdo ſermone ſignauit, oſtẽdens etiã ipſa ad dei gloriã geri, ſi poſteritatis ſolius cõtemplatione procurent. Proſecuti ſumus ut potuimus, uel de culpis Loth, ac filiarũ eius, uel rurſum de excuſationibus earum. Verum ſcio nonnullos, quantũ ad allegoriam pertinet Loth traxiſſe ad domini perſonã, & filias eius ad duo teſtamenta. Sed hęc, qui ſciat quid de Ammanitis & Moabitis ſcriptura dicit, qui ex genere Loth deſcendunt, neſcio ſi libenter accipiat. Qũo enim poterit aptare Chriſto, quod qui de ſemine eius generent, uſq; in tertiã & quartã progeniem non introibunt in eccleſiã domini? Nos autẽ (prout ſentire poſſumus) Loth figurã ponimus legis. Nec uideatur incongruũ quod fœmineo genere apud nos declinatur lex, cum maſculinũ genus ſeruet in Græco. Huius uxorẽ populum illum ponimus, qui de Ægypto profectus, & de mari rubro, ac perſecutione Pharaonis, tanq; de Sodomiticis ignibus liberatus, rurſum carnes & ollas Ægypti, & cepas, cucumeresq; deſiderãs, retro reſpexit, & cecidit in deſerto, factus etiã ipſe cõcupiſcẽtię memoria in eremo. Ibi ergo lex primũ illũ populum (tanquam Loth) retro reſpicientẽ perdidit, ac reliquit uxorẽ. Inde ueniens Loth habitat in Segor, de qua dicit: Ciuitas hęc puſilla, & ſaluabit anima mea in ipſa, & non eſt puſilla. Quæ ergo eſt quantũ ad legẽ pertinet, ciuitas puſilla & nõ puſilla, uideamus. Ciuitas à cõuerſatione multorũ dicta eſt,

Grauidæ abſtineant à uiris

Pſal. 31

1 Cor. 10

Allegoria

Hoc de ſuo addit interp.

pro eo

Segor pusilla & nō pusilla

pro eo quod plurimorum in unum cōstituat & contineat uitas. Hi ergo qui in legē cō uersantur, pusillam habent & paruā conuersationem, quamdiu secundum literā intelligunt legē. Nihil enim grande est, sabbata, & neomenias, & circūcisionem carnis, & ciborū distinctiōes carnaliter obseruare. Si uerò spiritaliter intelligere quis cœperit, ipsæ illæ obseruantiæ, quæ secundū literam pusillæ erant, & paruæ, secūdum spiritum non erunt paruæ, sed magnæ. Ascendit ergo post hæc Loth in montē, & ibi habitat in spelūca (ut dicit scriptura) ipse & duæ filiæ eius. Et ascendisse lex putanda est, quod ei per templū à Salomone constructū accessit ornatus, cū facta est quidē domus Dei domus orationis. Mali aūt habitatores fecerūt eam speluncā latronū. Habitauit ergo in

Ezech. 23

spelunca Loth & duæ filiæ eius. Duas has filias euidenter propheta scribit, dicēs Oollam & Olibam duas sorores esse, & esse quidē Oollam Hierusalē, & Olibam esse Samariam. In duas ergo partes populus diuisus, duas fecit filias legis. Istæ carnalē cupientes progeniē propagare, & uires regni terrestris numerosa posteritate munire, sopientes patrē, & somnū ei inducentes, id est cogētes, & obruentes eius spiritalem sensum, solam ex eo carnis intelligentiā trahūt. Inde cōcipiunt, inde generāt filios tales, quos nec sentiret, nec agnosceret pater. Nec enim iste sensus, aut hæc uoluntas fuerat legis, ut carnaliter generaret: sed sopitur lex, ut talis posteritas genereť, quæ non intrat in ecclesiā domini. Ammanitæ enim (inquit) & Moabitæ non introibunt in ecclesiā domini usq; in tertiā & quartam progeniem, & usq; in seculum. Designat quod carnalis generatio legis nō intrat in ecclesiā Christi, nec tertia generatiōe pro trinitate, nec quarta pro euangelijs, nec in seculū, nisi forte post præsens seculū, cū plenitudo gentium introierit, & sic omnis Israel saluus fuerit factus. Hæc ut potuimus secundū allegoricā intelligentiā de Loth, & uxore eius, ac de filibus exculpsimus, nihil prę iudicantes his qui sacratius aliquid de hoc sentire potuerint. Quod uerò in morali loco superius ipsum quidē Loth ad rationabilē sensum, & uirilē animū traximus, uxorē uerò eius, quę retro respexerit, carnē cōcupiscentijs & uoluptatibus deditā diximus, nō negligēter

Vana gloria

hæc ô auditor excipias. Obseruare enim debes ne forte etiā cū effugeris flāmas seculi, & incēdia carnis euaseris, etiā cum pusillā & nō pusillā ciuitatē Segor, qui est medius quidā & ciuilis profectus superaueris, & ad scientiæ altitudinē, uelut ad quędam cacumina montis ascenderis: uide ne tibi insidienť duæ filię istæ, quæ à te non discedūt sed sequunť te etiā cum ascendis in montē, id est uana gloria, & maior soror eius superbia. Vide ne istæ filiæ te sopitū, ac dormientē, dum tibi nec sentire nec intelligere uideris, cōplexibus suis instringāt. Quæ idcirco filiæ dicunť, quia nō nobis extrinsecus superueniūt, sed de nobis, & de actuū nostrorū uelut quadam integritate procedūt. Vigila ergo quantū potes, & obserua ne de his generes filios: quia qui de his nati fuerint, nō introibunt in ecclesiā domini. Tu autē si uis generare, in spiritu genera: quoniā qui in spiritu seminat, de spiritu metet uitā æternā. Si uis amplecti, amplectere sapientiam & dic sapientiā sororē tuam esse, ut & sapiētia dicat de te: Qui fecerit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, hic meus & frater, & soror, & mater est. Quæ sapiētia Iesus Christus dominus noster est, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen

De Abimelech rege Philistinorū, seu Palæstinorū, quomodo accipere uoluit Saram in matrimonium. Homilia Sexta Cap. XX.

R ECITATA est nobis historia libri Geneseos, ubi referť quòd post uisionē triū uirorū, post euersionem Sodomorū, & Loth uel hospitalitatis merito uel consanguinitatis Abrahæ gratia seruatum, profectus est, inquit, inde Abraham ad Aphricum, & uenit ad regem Philistinorum. Refertur etiam quod pactus sit cum Sara uxore sua, ut non diceret uxorem se Abrahæ, sed sororem eius esse.

Et quod rex Abimelech acceperit eam, ingressus sit autem Deus ad Abimelech noctu, & dixerit ei, Quia non contigisti, inquit, mulierem hanc, & nō permisi te contingere eam, & cætera.] Post hæc uerò Abimelech reddidit eam uiro suo simul & increpauit Abraham, cur ei nō confessus fuerat ueritatē. Refertur etiā quod tanquā propheta Abrahā orauerit pro Abimelech, & uxore eius, & ancillis eius, & sanauerit dominus Abimelech, & uxorē eius, & ancillas eius. Et cur curę fuit omnipotēti Deo, ut

etiam

etiam ancillas Abimelech sanaret. Quoniã quidem cõcludens cõcluserat, inquit, uuluas earum ne parerent. Cœperũt aũt parere propter orationem Abrahæ. Si quis hæc secundum literã solũ audire uult & intelligere, magis cum Iudæis quàm cum Christianis debet habere auditoriũ. Si aũt uult Christianus esse, & Pauli discipulus, audiat eũ dicentem, quia lex spiritalis est. Et cum de Abraham atq; uxore eius ac filijs loqueretur, pronunciat hęc esse allegorica. Et licet qui eiusmodi allegorias habere debeant, haud facile quis nostrũ inuenire possit, orare tamen debet ut à corde eius auferatur uelamen, si quis est qui conetur conuerti ad dominũ: dominus em̃ spiritus est: ut ipse auferat uelamen literæ, & aperiat lucẽ spiritus, & possimus dicere: quia reuelata facie gloriã domini speculantes, in eadẽ imagine transformamur à gloria in gloriã, tanquã à domini spiritu. Puto ergo Saram, quæ interpretatur princeps uel principatũ agẽs, formã tenere ἀρετῆς, quod est animi uirtus. Hæc ergo uirtus coniuncta est, & cohæret sapiẽti & fideli uiro, sicut & ille sapiẽs, qui dicebat de sapientia. Hanc quæsiui adducere sponsam mihi. Ideo ergo dicitur à Deo ad Abrahã. Omnia quæcũq; dixerit tibi Sara, audi uocẽ eius. Quod utiq; in corporali coniugio non conuenit. Dictũ est quippe, cũ diuinitus prolata sit illa sentẽtia, quæ dicit ad mulierẽ de uiro: Ad ipsum cõuersio tua, & ipse tui dominabitur. Si ergo dominus esse dicit uir mulieris, quomodo ergo iterũ diceret ad uirum: omnia quæcunq; dixerit tibi Sara, audi uocẽ eius? Si quis ergo ascíuit sibi in cõiugio uirtutẽ, audiat uocem eius in omnibus in quibus cõsiliũ dederit ei. Igitur Abraham non uult iam uirtutẽ uxorem suam dici. Donec enim uxor appellatur uirtus, propria est, & cũ nullo participari potest. Et est cõueniẽs, ut donec ad perfectũ ueniamus, intra nos sit animi uirtus, & propria sit. Cum uerò ad perfectũ uenerimus, ita ut idonei simus & alios docere, tũc iam uirtutẽ, non ut uxorẽ intra gremiũ concludamus, sed ut sororẽ etiã alijs uolentibus copulemus. Ad hos deniq; q perfecti sunt, dicit sermo diuinus: Dic sapientiã sororẽ tuam esse. Secundum hoc igitur Abrahã Sarã dicebat sororẽ suã esse. Permittit ergo quasi iam perfectus, ut qui uult habeat uirtutẽ. Voluit tamen aliquando & Pharao accipere Sarã, sed non in mundo corde uoluit, & uirtus nisi cũ cordis mũditia, nõ potest cõuenire. Propterea ergo scriptura refert, quia afflixit dominus Pharaonẽ afflictionibus magnis & pessimis. Nec em̃ poterat cũ exterminatore (hoc enim interpretatur in lingua nostra Pharao) uirtus habitare. Abimelech uerò quid dixerit ad dominũ uideamus. Tu scis, inquit, domine, quia in corde mũdo feci hoc.] Longe aliter agit Abimelech iste quã Pharao. Nõ est ita imperitus & sordidus, sed scit quia cor mundũ debet præparare uirtuti, & quia puro corde uoluit suscipere uirtutẽ, idcirco eũ deus sanat, orante pro ipso Abrahã. Et non solũ ipsum, sed & ancillas eius sanat. Quid aũt est quod adiecerit scriptura, & dominus, inquit, non permisit ei contingere illã? Si uirtutis formã tenet Sara, & in corde mundo Abimelech uoluit accipere uirtutẽ, quid est quod dicit, quia dominus non permisit eũ contingere illã? Abimelech interpretatur pater meus rex. Et uidetur ergo mihi quod hic Abimelech formã teneat studiosorũ, & sapientũ seculi, qui philosophiæ operã dantes, licet non integrã & perfectã regulã pietatis attigerint, tamen senserint Deũ patrẽ & regẽ esse omniũ: id est qui genuerit, & regat uniuersa. Isti ergo quantũ ad ethicã, id est moralẽ philosophiã spectat, etiã puritati cordis operã dedisse aliquatenus cõprobantur, & omni animo, omniq; studio diuinæ uirtutis inspirationem quæsisse. Sed hanc non permisit Deus contingere eos. Hæc em̃ gratia non per Abrahã, qui quãuis esset magnus, famulus tamen erat, sed per Christũ gentibus parabatur. Idcirco ergo quãuis festinaret Abrahã per se, & in se illud impleri, quod ad eũ dictũ est: quoniã benedicentur in te omnes gentes: tamen in Isaac ei ponitur repromissio, id est in Christo, sicut dicit Apostolus, Nõ dixit & seminibus quasi in multis, sed tãquã in uno, & semini tuo, qui est Christus. Sanat tamen dominus Abimelech, & uxorẽ eius, & ancillas eius. Verũ non mihi uidetur ociosum quod nõ solũ uxoris, sed & ancillarum Abimelech mentio facta est, in eo maxime, quod dicit, quia sanauit eas Deus, & pariebant. Concluserat em̃ illas ne parerent. Quantũ possumus in tam difficilibus locis sentire, putamus uxorẽ Abimelech naturalẽ posse philosophiã dici, ancillas uerò eius, diuersa & uana pro qualitate sectarum cõmenta dialectica. Interea Abraham impartiri cupit etiam gentibus donũ

Literam contemnit

Rom. 7

Sero docendum

Philosophia mundana

Physica

diuinæ uirtutis,sed nondũ est tempus à priore populo trãsire ad gentes gratiã dei.Nã & Apostolus,licet sub alia specie & alia figura, dicit tamen mulierẽ alligatã esse legi, quandiu uir eius uiuit.Si aũt mortuus fuerit uir,solutã esse à lege uiri,ut iam nõ sit adultera si fuerit cũ alio uiro.Oportet ergo mori prius legẽ literæ,ut ita demum libera iam anima spiritui nubat,& noui testamenti matrimonium sortiatur.Hoc aũt in quo nunc sumus,tempus est uocationis gentiũ,& mortis legis,quo possint liberæ animę iam solutæ à lege uiri,nouo uiro nubere Christo. Quod si edoceri uis quomodo lex mortua sit,cõsidera & uide ubi nũc sacrificia,ubi nũc altare, ubi templũ,ubi purificatiões, ubi solẽnitas paschæ,nónne mortua est in his omnibus lex? Aut si possunt isti amici & defensores literæ,custodiant literã legis.Secundum hunc ergo allegoriæ ordinem,Pharao qui est homo immundus,& exterminator,Saram, id est uirtutẽ accipere omnino nõ poterat.Porrò Abimelech,id est qui mũde & philosophice uiuebat,poterat quidẽ accipere,quia in corde mundo quærebat,sed nondũ tẽpus aduenerat. Manet ergo apud Abrahã uirtus,manet in circũcisione,donec tẽpus ueniat,ut in Christo Iesu domino nostro in quo habitat omnis plenitudo deitatis corporaliter, integra & perfecta uirtus ad ecclesiã gentiũ transeat.Tunc ergo & domus Abimelech, & ancillę eius,quas sanauit dñs,parient ecclesiæ filios,Hoc enim tempus est,quo sterilis parit,& quo multi sunt filij desertæ,magis q̃ eius quæ habet uirũ. Aperit eñ dominus uuluã sterilis,& Esa.26 effecta est fœcunda,ita ut pariat gentẽ de semel.Sed & sancti clamant,& dicũt,Domine à timore tuo in uentre cõcepimus, & peperimus, spiritũ salutis tuæ fecimus super Gal.4 terrã.Vnde & Paulus similiter dicit. Filioli mei quos iterũ parturio, donec formetur Christus in uobis.Tales ergo parturit,& tales filios generat omnis ecclesia dei. Nam qui seminat in carne,de carne & meret corruptionẽ. Filij aũt spiritus isti sunt,de quib. & apostolus dicit,mulierẽ saluã futurã per filiorũ procreationẽ, si permãserint in fide & castitate.Ecclesia igitur dei sic intelligat partus,sic generationes accipiat,sic patrũ gesta decora & honesta interpretatione sustollat. Sic uerba spiritus sancti nõ ineptis, & Iudaicis fabulis decoloret,sed plena honestatis, & plena uirtutis atq; utilitatis assignet.Alioquin quæ nobis ædificatio erit legentibus Abrahã tamũ patriarchã, nõ solũ mentitũ esse Abimelech regi,sed & pudicitiã coniugis prodidisse? Quid nos ædificat tanti patriarchæ uxor,si putet̃ contaminationibus exposita per conniuentiã mariталẽ? Hęc Iudæi putẽt,& si qui cũ eis sunt literę amici,non spiritus:nos aũt spiritalibus spiritalia comparantes, & actu & intellectu spirítales efficiamur in Christo Iesu domino nostro,cui est gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

De natiuitate Isaac,& quòd à lacte depulsus est.Homilia Septima Cap. XXI

MOYSES nobis legitur in ecclesia. Deprecemur dominum,ne secundũ uerbum apostoli,etiam apud nos cum legitur Moyses, uelamen sit positũ super cor nostrum.Lectum est enim quia genuerat Abraham filiũ Isaac,cum esset centum annorum.Et dixit Sara: Quis,inquit,nũciabit Abrahæ,quod lactat puerum Sara? Et tunc,inquit,circumcidit Abraham puerum die octaua. Huius pueri diẽ natalem non celebrat Abraham,sed celebrat diem depositionis à lacte, & facit conuiIsaac ablactatus uium magnum.Quid? putamus quia propositum sit spiritui sancto historias scribere, & narrare quod à lacte depulsus sit puer,& conuiuium factum sit,quomodo luserit,aliaq; puerilia egerit? An per hoc putandũ est quod diuinũ aliquid nos edocere uelit, & dignum quod humanũ genus dei uocibus discat? Isaac risus uel gaudiũ interpretatur.Quis ergo est qui talẽ filiũ generet? Ille nimirũ qui dicebat de his, quos per euan-
1 Thess.2 gelium genuerat: Vos enim estis gaudiũ meũ,& corona gloriæ dei. De huiusmodi filijs cũ fuerint à lacte depulsi,fit cõuiuium & lætitia magna,de his qui non iam lacte indigent,sed cibo forti,qui pro possibilitate sumendi exercitatos habẽt sensus,ad discretionẽ boni uel mali.Super his talibus cũ depellunt̃ à lacte, fit conuiuiũ magnum. Super illis autẽ non potest exhiberi conuiuiũ,nec haberi lætitia,de quibus dicit apos-
1.Cor.3 tolus.Lac uobis dedi potũ non escam,Nondũ enim poteratis, sed nec adhuc quidẽ potestis.Et ego nõ potui loqui uobis quasi spiritalibus,sed quasi carnalibus,quasi paruulis in Christo.Dicãt nobis isti q̃ simpliciter intelligi uolũt scripturas diuinas, quid est,

Non potui

Non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus, quasi paruulis in Christo, lac uobis potũ dedi nõ escã: Possuntne hæc simpliciter accipi? Sed interim redeamus ad ea unde digressi sumus. Lætat Abrahã, & conuiuiũ facit magnũ in die qua depulit à lacte Isaac filiũ suũ. Post hæc ludit Isaac, & ludit cum Hismahel. Indignatur Sara quod filius ancillæ ludat cũ filio liberæ, & lusum illũ pernicie putat, consiliũ dat Abrahæ, & dicit: Eijce ancillã, & filiũ eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cũ filio meo Isaac.] Hæc quomodo intelligi debeãt, non ego nũc cõmentabor. Apostolus ita disseruit, dicens. Dicite mihi qui legẽ legistis, legẽ non audistis? Scriptũ est em̃, quia Abraham duos filios habuit, unũ de ancilla, & unũ de libera. Sed is quidẽ qui de ancilla, secundum carnẽ natus est. Qui uerò ex libera, per repromissionem. quę sunt allegorica. Quid ergo? Isaac non est secundũ carnẽ natus? non eum peperit Sara? non est circumcisus? Hoc ipsum quod ludebat cũ Hismahele, nõ in carne ludebat? Hoc est em̃ quod mirabile est in Apostoli sensu, quod de quibus nõ potest dubitari quin secundũ carnẽ gesta sint, hęc ille dicit esse allegorica: ut nos quid faciendũ sit in cęteris nouerimus, & in his maxime, in quibus nihil diuina lege dignum historica uidetur indicare narratio. Hismahel ergo secundũ carnẽ nascit ancillæ filius. Isaac uerò qui erat liberæ filius, nõ nascitur secundũ carnem, sed secũdũ repromissionem. Et dicit de his apostolus, quod Agar in seruitutẽ genuerit carnalem populũ: Sara uerò quę erat libera, populũ genuerit qui non secundũ carnẽ, sed in libertate uocatus est, qua libertate liberauit eũ Christus. Ipse em̃ dixit, quia si uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Quid uerò his addit exponens apostolus, uideamus, Sed sicut tunc, inquit, is qui secundũ carnẽ est persequebatur eum qui secũdũ spiritũ, ita & nũc. Vide quomodo nos apostolus docet, quia in omnib. caro aduersat spiritui: siue populus ille carnalis aduersat huic populo spirituali, siue etiã inter nos ipsos, si quis adhuc carnalis est, spiritalibus aduersatur. Nã & tu si secundum carnẽ uiuis, & secundum carnẽ conuersaris, filius es Agar, & propterea aduersaris his qui secũdũ spiritũ uiuũt. Sicut etiã in nobis ipsis si requirimus, inuenimus concupiscere carnẽ aduersus spiritũ, & spiritũ aduersus carnẽ, & hæc sibi inuicem aduersari. Et inuenimus legẽ in membris nostris repugnantẽ legi mẽtis nostræ, & captiuos nos ducentẽ in lege peccati. Vides quantæ sunt pugnæ carnales aduersus spiritũ? Est adhuc & alia pugna his pene omnibus uiolentior, quod ij qui legẽ secundũ carnẽ intelligunt, aduersantur his qui secundũ spiritũ sentiunt, & persequuntur eos. Quare? quia animalis homo nõ percipit ea, quæ sunt spiritus dei. Stultitia est em̃ illi, & nõ potest intelligere, quia spiritaliter dijudicatur. Et tu ergo si habes in te fructũ spiritus dei, quod est gaudiũ, charitas, pax, patientia, Isaac esse potes, non secundũ carnẽ natus, sed secundũ repromissionẽ, & esse filius liberæ, si tamen potes & tu secundum Paulum dicere, In carne enim ambulantes, non secundũ carnẽ militamus. Arma enim militiæ nostræ nõ sunt carnalia, sed potẽtia à deo ad destructionẽ cogitationũ, destruẽtes omnẽ altitudinẽ extollentẽ se aduersum scientiã dei. Si potes talis esse, ut digne tibi aptet etiã illa apostoli sententia, quæ dicit: Vos aũt in carne non estis, sed in spiritu, si tamẽ spiritus dei habitat in uobis. Et tu ergo si talis es, nõ es secundũ carnẽ natus, sed secundũ spiritũ per repromissionẽ, & eris hæres repromissionũ, secundũ quod dictũ est: Hæredes quidẽ dei, cohæredes aũt Christi. Non eris cohæres eius, qui secundũ carnẽ natus est, sed cohæres Christi. Quia etsi cognouimus Christũ secundũ carnẽ, sed nũc iam nõ nouimus. Et tamen secundũ ea quæ scripta sunt, non uideo quid mouerit Sarã, ut filiũ ancillæ iuberet expelli. Ludebat cũ filio Isaac. Quid læserat, aut quid nocuerat, si ludebat? Quasi non hoc in ætate illa etiã gratũ esse debuerit, quod luserit filius ancillæ cũ filio liberæ. Tum deinde & apostolũ miror, qui ludũ hunc persecutionẽ pronũciauit, dicens. Sed sicut tunc is qui secundũ carnẽ, persequebatur eum qui secundũ spiritum, ita & nunc. cũ utiq; nulla persecutio Hismahelis aduersum Isaac mota referat, nisi hic solus ludus infantiæ. Sed uideamus quid in hoc ludo intellexerit Paulus, & quid indignata sit Sara. Superius iã exponẽtes spiritaliter, loco uirtutis posuimus Sarã. Si ergo caro cuius personã gerit Hismahel, qui secundũ carnẽ nascit, spiritui blandiat, qui est Isaac, & illecebrosis cũ eo deceptionibus agat, si delectationibus illiciat, uoluptatibus molliat, huiuscemodi ludus carnis cũ spiritu, Sarã maxime quæ est uirtus offendit, &

Lusus Isaac cum Ismaele

Ioan.8

Rom.7

2.Cor.10

Destruit literam

Persequebatur in posteris

Persequutio allegorica

huiuscemodi blandimẽta acerbissimã psecutionẽ iudicat Paulus. Et tu ergo ô auditor horũ non illã solã persecutionẽ putes, quãdo furore gentiliũ ad immolandũ idolis cõgeris: sed si forte uoluptas carnis illiciat, si tibi libidinis alludat illecebra, hęc, si uirtutis es filius, tãquã persecutionẽ maximã fuge. Idcirco enim & Apostolus dicit, fugite fornicationẽ. Sed si iniustitia blandiatur, ut personã potentis accipiens, & gratia eius flexus, nõ rectũ iudiciũ feras: intellige debes, quia sub specie ludi blandã persecutionẽ ab iniustitia pateris. Verũ & per singulas malitiæ species, etiã si molles & delicatę sint & ludo similes, has persecutionẽ spiritus dicito, quia in his omnibus uirtus offenditur. Duo sunt ergo filij Abrahã, unus de ancilla, & unus de libera: uterq; tamẽ filius Abraham, licet non uterq; de libera. Propterea & is qui de ancilla nascit, hæres quidem nõ fit cum filio liberæ, accepit tamen dona, & non dimittit uacuus. Accepit & ipse benedictionẽ, sed filius liberæ accepit repromissionem. Fiat & ille in gentẽ magnã, sed iste in populũ adoptionis. Spiritaliter ergo omnes quidẽ qui per fidem ueniũt ad agnitionẽ dei, possunt filij Abrahę dici. Sed in his sunt aliqui pro charitate adhęrẽtes deo, alij

1. Ioan. 4

pro metu & timore futuri iudicij. Vnde & Apostolus Ioãnes dicit: Qui timet non est perfectus in charitate. Perfecta aũt dilectio foras mittit timorẽ. Iste ergo qui in charitate perfectus est, & de Abrahã nascit, & filius liberæ est. Qui uerò nõ perfecta charitate, sed futuræ pœnę metu & suppliciorũ timore mãdata custodit, est quidẽ & ipse filius Abrahæ, accipit & ipse dona, id est operis sui mercedẽ: quia etiã qui calicẽ aquę frigidæ dederit tantũ in nomine discipuli, nõ peribit merces eius. Tamen inferior illo est qui nõ seruili timore, sed in charitatis libertate perfectus est. Tale aliquid etiã Apostolus ostẽdit cũ dicit:

Gal. 4

Quamdiu quidẽ hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cũ sit dñs omniũ, sed sub tutoribus & actoribus est, usq; ad præfinitũ tẽpus à patre. Paruulus ergo est qui lacte alit, & expers est sermonis iustitiæ, nec potest cibũ solidũ accipere sapientiæ diuinæ, & scientiæ legis, qui nõ potest spiritalia spiritalibus cõparare, qui non dũ potest dicere, cũ aũt factus sum uir, euacuaui quæ erãt paruuli. Iste ergo nihil differt à seruo. Si uerò relinquens initiorũ Christi sermonẽ ad perfectionẽ feratur: & quæ sursum sunt quærat, ubi Christus est in dextera dei sedens, nõ quæ super terrã: & cõtemplet non ea quæ uidentur, sed quæ nõ uidentur, neq; in diuinis scripturis sequatur occidentẽ literã, sed uiuificantẽ spiritũ: ex illis erit sine dubio, qui nõ accipiũt spiritũ seruitutis iterũ in timore, sed spiritũ adoptionis, in quo clament abba pater. Quid interim agat

Ysmael eiectus cũ utre aquæ

Abrahã postq; indignata est Sara, uideamus. Eijcit ancillã & filiũ eius, sed tamẽ dat ei utrem aquæ. Nõ enim habebat mater eius puteũ aquæ uiuę, nec poterat puer haurire de puteo aquã. Isaac habebat puteos, pro quibus & certamina patit aduersus Philistinos. Hismahel aũt de utre bibit aquã, sed hic uter quasi uter deficit, & ideo petit & nõ inuenit potũ. Tu aũt q secũdũ Isaac repromissionis es filius, bibe aquas de tuis fontib. & de tuis puteis: aquæ nõ effluãt foras, sed intus in tuis plateis currãt tuæ aquæ. Ille uerò qui secũdũ carnẽ natus est, de utre aquã bibit, & aqua ipsa deficit ei, & in multis deficit. Vter legis est litera, de qua ille carnalis populus bibit, & inde intellectum capit: quæ litera frequẽter ei deficit, & explicare se nõ potest. In multis em defectũ patit historialis intelligẽtia. Ecclesia aũt de euãgelicis & apostolicis fontibus bibit, qui nunq; deficiũt, sed in plateis suis percurrũt, quia in latitudine spiritalis interpretationis abũdãt semper & fluũt. Bibit & de puteis, cũ profundiora quęq; haurit, & scrutat ex lege.

Ioan. 4

Pro hoc arbitror mysterio, quod etiã dñs & saluator noster dicebat ad Samaritanã, ubi uelut si cũ ipsa Agar loqueret, aiebat. Omis qui biberit ex hac aqua, sitiet iterũ: qui aũt biberit de aqua q̃ ego dabo ei, nõ sitiet inęternũ. Et illa dicit ad saluatorẽ. Da mihi domine hãc aquã ut nõ sitiã, neq; ueniã huc haurire. Post hæc dñs ad eã: Qui credit, in quit, in me, fiet in eo fons aquæ salientis in uitã æternã. Errabat ergo Agar per desertũ cũ puero, & puer plorabat, & proiecit eũ Agar, dicẽs, ne uideã mortem filij mei. Post hæc cũ iã quasi moriturus fuisset abiectus, & fleuisset, adest ei angelus domini, & aperuit oculos Agar, & uidit puteũ aquæ uiuę.] Hęc ad historiã referri quẽadmodũ possunt? Vbi em inuenimus quod Agar clausos habuerit oculos, & aperti sunt postmodũ? Nõne luce clarior est in his intelligentia spiritalis & mystica, quòd abiectus est is, qui secundũ carnẽ est populus, & tandiu iacet in fame & siti? Non enim famen panis

Destruit literam

perferens

perferẽs,neq; sitim aquæ,sed sitim uerbi dei, donec aperiant̃ oculi synagogæ.Hoc est quod Apostolus dicit esse mysteriũ,quia cęcitas cõtigit ex parte in Israel,donec pleni tudo gentiũ introiret, & tunc omnis Israel saluus fieret. Ista est ergo cæcitas in Agar, quæ secundũ carnẽ genuit:quæ tandiu in ea permanet,donec uelamen literæ auferat̃ per euangeliũ dei,& uideat aquã uiuã.Nunc enim iacent Iudæi circa ipsum puteũ,sed oculi eorũ clausi sunt,& non possunt bibere de puteo legis & prophetarũ.Sed & nos caueamus,quia frequẽter & nos circa puteũ iacemus aquæ uiuę,id est circa scripturas diuinas,& erramus in ipsis.Tenemus libros & legimus,sed spiritalẽ sensum non attingimus.Et ideo opus est lacrymis & orationibus indesinentibus postulare,ut dñs aperiat oculos nostros:quia & illi cæci q sedebãt in Hiericho,nisi clamassent ad dominũ, nõ fuissent aperti oculi eorũ.Et quid dico ut aperiant̃ oculi nostri? quia iã aperti sunt. Iesus em̃ uenit aperire oculos cæcorũ. Aperti ergo sunt oculi nostri, & de litera legis uelamẽ ablatũ est.Sed uereor ne nos ipsi eos somno iterũ profundiore claudamus,dũ non uigilamus in intellectu spirituali,neq; sollicíti sumus,ut somnũ discutiamus ab oculis nostris, & cõtẽplemur quæ spiritalia sũt, uti ne cũ populo carnali circa ipsam aquã positi erremus,quin potius uigilemus,& cũ propheta dicamus:Si dedero somnũ oculis meis,& palpebris meis dormitationẽ, aut requiẽ temporibus meis,donec inueniã locũ domino,tabernaculũ deo Iacob.Ipsi gloria & imperiũ in secula seculorũ,Amen. Rom.11 Peroratio

De eo quod obtulit Abraham filiũ suum Isaac,Homilia octaua Cap. XXII

A DHIBETE huc aures,qui accessistis ad dominũ,qui fideles esse uos creditis,& considerate diligentius quemadmodum fideliũ fides probat̃ ex his quæ recitata sunt nobis. Et factũ est,inquit,post hæc uerba,tẽtauit deus Abraham,& dixit ei.Abraham Abrahã.Et ille dixit:Ecce ego.] Obserua singula quę scripta sunt. In singulis enim si quis scit in altum fodere, inueniet thesaurum. Et fortassis etiã ubi non existimat̃,latent mysteriorum preciosa monilia.Abram uocabatur uir iste prius,& nusquã legimus quod hoc nomine uocauerit eum deus,aut dixerit ei, Abram Abram.Non enim à deo uocari poterat nomine delendo,sed uocat eum hoc nomine quod ipse donauit,& non solũ uocat eũ hoc nomine, sed & ingeminat. Cũq; ille respondisset,Ecce ego,dicit ad eum: Accipe filiũ tuum charissimũ quem diligis Isaac,& offeres mihi eũ. Vade,inquit,in terrã excelsam,& ibi offeres eum holocaustũ in uno ex mõtibus,quẽ ostendero tibi.] Nomen quidẽ cur ei donauerit deus,& uocauerit eum Abraham,ipse interpretatus est,quia patrẽ,inquit,multarũ gentiũ posui te. Hãc repromissionẽ dedit ei deus, cũ haberet filiũ Hismahel,sed pollicitus est ei,qa in filio qui nasceret̃ ex Sara,cõplebitur ista promissio.Accenderat ergo animũ ipsius in amore filij,non solũ posteritatis gratia,sed & promissionum spe.Sed hũc in quo ei ponitæ sunt promissiones magnæ istæ & mirabiles, hũc inquã filium quo uocatũ est nomen eius Abraham,holocaustũ domino iubetur offerre in uno ex montibus.Quid tu ad hæc ô Abrahã? Quę & quales cogitationes mouent̃ in corde tuo? Prolata est uox à deo,quæ discutiat & probet fidẽ tuam.Quid ad hæc dicis? Quid cogitas? quid retractas? Putas ne reuoluis in corde tuo,quia si in Isaac data est mihi repromissio,hũc autẽ offero holocaustũ,superest ut nõ speretur illa promissio? Aut magis illa cogitas & dicis,quia impossibile est mentiri eũ qui repromisit,quicquid illud fuerit promissio permanebit? Verũ ego quia minimus sum,tãti patriarchæ cogitationes nõ ualeo perscrutari,nec scire possum,uox dei quæ ad tẽtandũ eũ processerat,quas ei cogitationes mouerit,quid animi attulerit,cum iuberet̃ unicum iugulare.Sed quoniã spiritus prophetarũ prophetis subiectus est,Paulus Apostolus qui per spiritũ(credo)didicerat, quid animi,quid consilij Abrahã gesserit,indicauit dicens: Fide Abrahã nõ hæsitauit,cum unicum offerret,in quo acceperat repromissiones,cogitans quia & à mortuis eũ suscitare potẽs est deus.Prodidit ergo nobis cogitationes uiri fidelis Apostolus, qđ fides resurrectiõis iã tum haberi cœperit in Isaac. Abrahã ergo resurrecturũ sperabat Isaac, & credidit futurũ,quod adhuc nõ erat factum. Quomodo ergo filij sunt Abrahã,qui factum non credunt in Christo, quod ille futurũ credidit in Isaac? Imò (ut apertius loquar)sciebat se Abrahã futuræ ueritatis imaginem præformare, sciebat de semine suo Vt tractat affectus Hæb.11

nasciturũ Christũ, qui & offerendus esset totius mũdi uerior hostia, & resurrecturus à mortuis. Sed nunc interim tentabat, inquit, deus Abrahã, & dicit ad eũ: Accipe filium tuum charissimum quẽ diligis. Nõ em̃ suffecerat dixisse filium, sed adijcitur & charissimũ. Esto & hoc: quid adhuc addit̃, & quẽ diligis? Sed uide tẽtationis pondus. Charis & dulcib. appellationibus iterũ ac sæpe repetitis, paterni suscitant̃ affectus, ut amoris euigilãte memoria ad immolandũ filiũ paterna dextera retardaretur, & aduersus fidẽ animi, tota carnis militia repugnaret, addit̃ tentationis tẽpore. Accipe, inquit, ergo filiũ tuũ charissimũ, quẽ diligis Isaac. Esto domine quia cõmemoras de filio patrẽ, addis & charissimũ, quẽ præcipis iugulari. Sufficiat hoc ad supplicium patris. Addis rursum & quem diligis. Sint & in hoc parẽti triplicata supplicia. Quid opus est adhuc ut cõmemores & Isaac? Nunquid nesciebat Abrahã quia filius suus ille charissimus, ille quẽ diligebat, Isaac uocaret̃? Sed cur hoc addit̃ in tẽpore? Vt recordaretur Abraham quia dixeras ad eũ quod in Isaac uocabit̃ tibi semen, & quod in Isaac erunt tibi repromissiones. Fit & cõmemoratio nominis, ut & promissionũ quę sub hoc nomine factę sunt, desperatio subeat. Sed hęc omnia, quia tẽtabat deus Abrahã. Quid post hęc? Vade, inquit, in terrã excelsam in unũ ex montibus, quẽ tibi ostendero, & ibi eũ offeres holocaustũ. Intuemini per singula qũo fiunt tentationis augmenta. Vade in terrã excelsam. Nunquid non potuerat duci prius Abrahã cũ puero ad illã terrã excelsam, & imponi prius in montẽ quẽcunq; delegerat dñs, & ibi ad eum dici ut offerret filiũ? sed prius ei dicit̃ quia offerre debeat filium suũ, & tunc iubetur ire in terram excelsam, & ascendere in montẽ. Quo hoc spectat? Vt dũ ambulat, dum iter agit, per totã uiam cogitationibus discerpat̃, ut hinc perurgente præcepto, hinc uerò uinci affectu obluctãte crucietur. Propterea ergo etiã uia iniungitur, etiam montis ascẽsio, ut in his omnib. spatiũ certaminis accipiat affectus & fides, amor dei & amor carnis, præsentiũ gratia & expectatio futurorũ. Mittitur ergo in terrã excelsam, & nõ sufficit patriarchę tantũ opus domino peracturo terra excelsa, sed & montẽ iubet̃ ascẽdere, scilicet ut fide elatus terrena derelinquat, & ad superna cõscendat. Surrexit ergo Abrahã mane, & strauit asinã suam, & concidit ligna ad holocaustum. Et accepit filium suum Isaac, & duos pueros, & peruenit ad locum, quẽ dixerat ei deus die tertia.] Surrexit Abrahã mane. Quod addidit mane, ostẽdere fortasse uoluit, quia initiũ lucis splẽderet in corde eius. Strauit asinã suã, ligna præparauit, assumpsit filium. Non deliberat, non detractat, non cõmunicat cũ ullo homine consiliũ, sed statim occupat iter. Et peruenit, inquit, ad locum, quẽ dixerat ei dominus die tertia.] Omitto nũc quid sacramẽti cõtineat dies tertia, sapientiã & cõsiliũ tentãtis intueor. Sic in proximo nõ erat mons aliquis, cũ totum ageretur in montibus: sed per triduũ iter protẽditur, & per totum triduum recursantibus curis, paterna uiscera cruciant̃: ut omni hoc spacio tam prolixo intueretur filiũ pater, cibũ cũ eo sumeret, tot noctibus pẽderet in amplexibus patris, inhęreret pectori, cubitaret in gremio? Vide inquantũ tẽtatio cumulat̃. Tertia tamen dies apta fit sacramẽtis. Nã & populus cũ exisset de Ægypto tertia die offert sacrificiũ deo, & in die tertia purificat̃. Et resurrectionis domini tertia est dies: & multa alia intra hãc diẽ mysteria cõcludunt̃. Respiciẽs, inquit, Abrahã uidit locũ de longe, & dixit ad pueros suos. Sedete hic cũ asina, ego aũt & puer ibimus usq; illuc, & cũ adorauerimus reuertemur ad uos.] Pueros dimittit. Non em̃ poterãt ascẽdere pueri cũ Abrahã ad holocaustũ locũ quẽ ostenderat deus. Vos ergo, inquit, sedete: Ego aũt & infans ibimus, & cũ adorauimus reuertemur ad uos. Dilemma Dic mihi Abrahã, uerũ dicis ad pueros, qd̃ adores, & redeas cũ infante, an fallis? Si uerũ dicis, ergo non facies eũ holocaustũ. Si fallis, tantũ patriarchã nõ decet fallere. Quid em̃ animi in te indicat sermo hic? Verũ, inquit, dico, et holocaustũ offero puerũ. Idcirco enim ligna mecum porto, & cum ipso redeo ad uos. Credo enim & fides mea hæc est, quod & à mortuis suscitare eũ potẽs est deus. Post hæc accepit, inquit, Abrahã ligna ad holocaustũ, & superposuit ea Isaac filio suo, & accepit ignẽ in manibus suis, & gladiũ, & abierũt simul.] Quod ipse sibi ligna ad holocaustũ portat Isaac, illa figura est, qd̃ & Christus ipse sibi baiulauit crucẽ, & tamẽ portare ligna ad holocaustũ sacerdotis officium est. Fit ergo ipse hostia, & sacerdos. Sed & quod addit̃, & abierunt ambo simul, ad hoc refertur. Cũ enim Abrahã uelut sacrificaturus

caturus ignē portaret & cultrū, Isaac nō uadit post ipsum sed cū ipso, ut ostendatur cū ipso pariter fungi sacerdotio. Quid post hæc? Dixit, inquit, Isaac ad Abrahā patrē suū. Pater.] Et hæc pro tēpore à filio prolata tētationis est uox. Quomodo enim putas immolandus filius per hāc uocē uiscera paterna cōcussit? Et quāuis Abrahā rigidior esset pro fide, reddit tamen etiā ipse affectionis uocē, & respondit. Quid est fili? At ille. Ecce, inquit, ignis & ligna, ubi ouis est ad holocaustū? Ad hęc respōdit Abrahā: Deus prouidebit sibi ouē ad holocaustū fili.] Mouet me Abrahæ satis diligēs & cauta responsio. Nescio quid uidebat in spiritu, quia non de præsenti sed de futuro dicit. Deus prouidebit ipse sibi ouē: futura respōdit filio de præsentib. requirēti. Ipse nanq; sibi dñs ouem prouidebat in Christo, quia & sapiētia ipsa sibi domū ædificauit, & ipse se humiliauit usq; ad mortē: & omnia quęcunq; legeris de Christo, nō necessitate, sed spōte facta reperies. Perrexerunt ergo ambo, & uenerunt ad locū quē dixerat ei deus.] Moyses cum uenisset ad locū quē ostendit ei deus, non permittit ascendere, sed ante ei dicitur, solue corrigiā calciamenti de pedibus tuis. Abrahæ nihil horum dicitur & Isaac, sed ascendūt, nec calciamēta deponunt. In quo illa fortassis est ratio, q̄ Moyses quamuis esset magnus, tamē de Aegypto ueniebat, & erāt aliqua mortalitatis uincula pedibus eius innexa. Abrahā uerò & Isaac nihil horū habēt, sed ueniunt ad locū, ædificant altare: Abrahā ponit ligna super altare, colligat puerū, præparat se ad iugulandū. Multi estis patres in ecclesia dei, qui hæc audistis. Putas aliqs uestrū ex ipsa historiæ narratione tantū cōstantiæ, tantū animi robur acquirit, ut cū forte amittit filius morte communi, & omnib. debita, etiā si sit unicus, etiā si sit dilectus, adducat sibi in exēplū Abrahā, & magnanimitatē eius ante oculos ponat? Et quidē à te nō exigit istud animi magnitudinis, ut ipse alliges filiū, ipse cōstringas, ipse gladiū pares, ipse unicum iugules. Hæc omnia à te mysteria nō quærunt. Proposito saltē & mēte cōstans esto, fide fixus lætus offer filiū deo. Esto sacerdos animæ filij tui. Sacerdotē autē immolantē deo non decet flere. Vis uidere quia exigitur hoc à te? In Euāgelio dominus dicit: Si filij Abrahā essetis, opera utiq; Abrahę faceretis. Ecce istud est opus Abrahæ. Facite opera quę fecit Abraham, sed non cum tristitia, Hilarem enim datorem diligit deus. Quod si & uos tam prompti fueritis, à deo dicetur uobis: ascende in terrā excelsam, & in montē quem ostendero tibi, & ibi offer mihi filiū tuum. Non in profundis terræ, nec in cōualle fletus, sed in altis & excelsis montibus offer filium tuum. Ostende quia fides in dominum fortior est, quàm carnis affectus. Amabat enim, inquit, Abrahā Isaac filiū suū, sed amori carnis prætulit amorē dei. Et inuentus est nō in uiscеribus carnis, sed in uiscеribus Christi, id est in uiscerib. uerbi dei & ueritatis & sapientiæ, Extendit, inquit, Abrahā manū suā, ut acciperet gladiū, & iugularet filiū suum, & uocauit eum angelus domini de cœlo, & dixit, Abrahā Abrahā. At ille dixit: Ecce ego. Et dixit: Ne iniicias manū tuā super puerū, neq; facias ei quicq̄. Nūc em̄ cognoui quia tu times deum.] In hoc ergo sermone solet obiici nobis, quod deus nūc se cognouisse dicat quia Abrahā timeat deū, quasi qui ante ignorauerit. Sciebat deus & nō eū latebat, quippe qui nouit omnia anteq̄ fiant: sed propter te hæc scripta sunt: quia & tu credidisti quidē deo, sed nisi opera fidei expleueris, nisi in omnib. præceptis etiā difficilioribus parueris, nisi sacrificiū obtuleris, & ostēderis quia nec patrē, nec matrem, nec filios præferas deo, nō agnoscēris quia timeas deū, nec dicet̄ de te, quia nūc cognoui quia times tu deū. Et tamē considerandū est, quia angelus hęc refertur ad Abrahā locutus, & quia in cōsequētibus euidēter hic angelus dñs ostendit̄. Vnde puto quod sicut inter nos homines habitu repertus est ut homo, ita & inter angelos habitu est repertus ut angelus. Et ipsius sequentes exemplū angeli in cœlo lętantur super uno peccatore pœnitentiā agēte, & de profectib. hominū gloriantur. Ipsi enim uelut procurationē animarū nostrarum tenent, quib. dum adhuc paruuli sumus, uelut tutorib. & actoribus cōmittimur usq; ad præfinitū tempus à patre. Et ipsi ergo nūc de profectu uniuscuiusq; nostrū dicūt, quia nūc cognoui quia tu times deū. Verbi causa, propositū habeo martyriū, nō ex hoc dicere ad me angelus poterit, quia nūc cognoui quod tu times deū. Deo em̄ soli cognitū est propositū mētis. Si uerò accessero ad agones, protulero bonā confessionē, quæ inferūtur cōstanter cuncta suscepero, tunc potest dicere angelus, uelut cōfirmans me

Quæstio.

& corroborans, nunc cognoui quod tu times deũ. Verũ hæc dicta ſunt ad Abrahã, ut pronunciatus ſit timere deũ. Quare? quia nõ pepercit filio ſuo. Nos uerò conferamus hæc cũ apoſtoli dictis, ubi dicit de deo: Qui proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed pro nobis omnib. tradidit illũ. Vide deũ magnifica cũ hominib. liberalitate certantẽ. Abrahã mortalẽ filiũ nõ moriturũ obtulit deo, deus immortalẽ filiũ pro omnib. tradidit morti. Quid nos ad hæc dicemus? quid retribuemus dño pro omnib. quæ retribuit nobis? Deus pater propter nos proprio filio nõ pepercit. Quis ueſtrũ putas audiet aliqñ uocem angeli dicẽtis, Nũc cognoui quia times tu deũ, quia non pepercisti filio tuo, uel filiæ tuæ uel uxori, aut nõ pepercisti pecuniæ, uel honorib. ſeculi, & ambitionib. mũdi: ſed omnia contempſiſti, & omia duxiſti ſtercora, ut Chriſtũ lucrifaceres, uẽdidiſti omnia & dediſti pauperib. & ſecutus es uerbũ dei? Quis ueſtrũ, putas, audiet ab angelis huiuſcemodi uocẽ? Iterum Abrahã audit hanc uocẽ, & dicit ad eum, quia nõ pepercisti filio tuo dilecto propter me. Et reſpiciẽs, inquit, Abrahã oculis ſuis uidit, & ecce aries tenebat cornib. in uirgulto Sabet.] Diximus, puto, in ſuperiorib. quod Iſaac formam gereret Chriſti, ſed & aries hic nihilominus formã Chriſti gerere uidet. Sed qũo Chriſto uterq; cõueniat, & Iſaac qui nõ eſt iugulatus, & aries qui iugulatus eſt, operæ precium eſt noſcere. Chriſtus uerbũ dei eſt, ſed uerbũ caro factũ eſt. Vnũ igit in Chriſto de ſuperiorib. eſt, alterũ ex humana natura & uirginali utero ſuſceptum. Patit ergo Chriſtus, ſed in carne, & pertulit mortẽ, ſed caro, cuius hic aries forma eſt. Sicut & Ioãnes dicebat. Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Verbũ uerò in incorruptione permanſit, q̃ eſt ſecundũ ſpiritum Chriſtus, cuius imago eſt Iſaac. Ideo ipſe & hoſtia eſt, & pontifex ſecundũ ſpiritũ. Nam qui offert hoſtiam patri ſecundũ carnẽ, ipſe in altari crucis offertur. Quia ſicut dictũ eſt de eo, ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi: ita de eo dictum eſt: Tu es ſacerdos inæternũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech. Tenet ergo cornib. aries in uirgulto Sabet. Et accepit, inquit, arietẽ, & obtulit eũ holocauſtũ p̃ Iſaac filio ſuo, & uocauit Abrahã nomẽ loci illius, Dominus uidet.] Scientibus hæc audire intelligentiæ ſpiritalis euidens pandit uia. Omnia em̃ quæ geſta ſunt, ad uiſionẽ perueniũt. Dicit namq; quia dñs uidet. Viſio autẽ quã dominus uidit in ſpiritu eſt, ut & tu hæc quę ſcripta ſunt in ſpiritu uideas: & ſicut in dño corporeũ nihil eſt, ita etiam tu in his omnib. corporeũ nihil ſentias: ſed in ſpiritu generes etiam tu filium Iſaac, cum habere cœperis fructũ ſpiritus, gaudiũ, pacem. Quem tamen filiũ ita demũ generabis, ſi ut de Sara ſcriptum eſt, quia defecerunt Saræ muliebria, & tunc genuit Iſaac, ita deficiant & in anima tua muliebria: ut nihil iam muliebre & effœminatũ habeas in anima tua, ſed uiriliter agas, & uiriliter præcingas lũbos tuos: ſi ſit pectus tuum thorace iuſtitiæ munitũ, ſi galea ſalutari, & gladio ſpiritus accingaris. Si ergo deficiant muliebria fieri in anima tua, generas filium de cõiuge tua uirtute & ſapiẽtia, gaudiũ ac lętitiã. Generas autẽ gaudium, ſi omne gaudiũ exiſtimaueris, cum in tentationes uarias inciderís, & iſtud gaudiũ offeras in ſacrificiũ deo. Cũ em̃ lætus acceſſeris ad deũ, iterũ tibi reddit q̃ obtuleris, & dicit tibi: quia iterum uidebitis me, & gaudebit cor ueſtrũ, & gaudiũ ueſtrũ nemo auferet à uobis. Sic ergo quę obtuleris deo, multiplicata recipies. Tale aliqd licet per aliã figurã refert in Euãgelijs, cum per parabolã dicit accepiſſe quis mnam, ut negotiaret, & patrifamilias pecuniã quæreret. Sed ſi attuleris quinq; multiplicata in decẽ, tibi ipſi donant, tibi concedunt. Audi em̃ quid dicit. Tollite, inquit, huic mnam, & date illi qui habet decẽ mnas. Sic ergo uidemur quidem dño negotiari, ſed nobis cedunt negotiationis lucra: & uidemur offerre dño hoſtias, ſed nobis quę offerimus redonant. Deus em̃ nullius indiget, ſed nos uult diuites eſſe, noſtrum deſiderat per ſingula quæq; profectũ. Hęc nobis figura oſtendit etiã in his quæ geſta ſunt erga Iob. Et ille em̃ propter deum perdidit oma cũ diues eſſet. Sed quia pertulit bene agones patiẽtiæ, & in omnib. quæ paſſus eſt magnanimus fuit. & dixit, Dñs dedit, dñs abſtulit, ut domino placuit ita factum eſt, ſit nomẽ domini benedictum: uide ad ultimũ quid de eo ſcribit. Recepit, inquit, omnia dupla quæ amiſerat. Vides q̃d eſt amittere aliquid pro deo, hoc eſt multiplicata recipere tibi. Et aliqd amplius Euãgelia promittunt, centuplũ tibi pollicent. Inſuper & uitã æternã, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

Aries quid indicet.

Iob 1

De repro-

De repromissionibus secundis ad Abraham factis. Homilia Nona Secundæ partis capituli XXII.

QVANTVM legentes progredimur, tãtũ nobis sacramentorũ cumulus augetur. Et ut si quis exiguo uectus nauigio ingrediat̃ mare, donec terræ uicinus est, minus metuit: cum uerò paulatim in altũ fuerit progressus, & undis intumescentibus, uel in excelsum attolli cœperit, uel eisdẽ dehiscentibus in ima deduci: ibi uerò mentẽ pauor ingens & formido percutit, quod exiguã ratem tam immensis fluctib. credidit: ita etiã nos pati uidemur, qui exigui meritis, & ingenio tenues, inire tam uastũ mysteriorũ pelagus audemus. Sed si orantib. uobis, dominus dignet̃ spiritus sui sancti aurã nobis prosperã dare, secundo uerbi cursu portum salutis intrabimus. Videamus ergo nunc quæ sunt, quæ nobis recitata sunt. Et uocauit, inquit, angelus domini Abrahã secundo de cœlo, dicẽs. Per memetipsum iurauí, dicit dñs: Propterea quod feci̇sti uerbũ hoc, & nõ pepercisti filio tuo dilecto propter me, benedicẽs benedicã te, & multiplicãs multiplicabo te, & erit semẽ tuũ sicut stellæ cœli in multitudine, & sicut arena maris, quæ nõ potest dinumerari: &c.] Sollicitũ hæc & intentũ audi torem requirũt. Nouũ est enim quod dicit, & uocauit, inquit, angelus domini Abrahã secundo de cœlo. Quod tamẽ addidit non est nouũ. Nam benedicens benedicã te, & ante iam dictũ est, & multiplicans multiplicabo te, ante promissum est: & erit semen tuũ sicut stellæ cœli, & sicut arena maris, & prius fuerat pronũciatũ. Quid ergo est nũc amplius ꝙ secũdo clamat̃ è cœlo? Quid noui ueterib. repromissionibus addit̃? Quid plus præmĩ dat̃ in eo ꝙ dicit, propterea ꝙ fecisti uerbũ hoc, id est, ꝓpterea ꝙ filiũ obtulisti, ꝓpterea quod nõ pepercisti unico filio tuo? nihil aliud additũ uideo, eadẽ repetuntur, quæ prius fuerãt repromissa. Ergo superfluũ uidebitur eadẽ sæpius retractare, & minus necessariũ. In sacramentis enim fiunt cuncta quæ fiunt. Abrahã si tantũ secũdum carnem uixisset, & unius populi quẽ secundũ carnẽ genuit, pater fuisset, una suffecerat repromissio. Nunc uerò ut ostenderet eũ primo patrẽ futurũ eorũ, qui secundũ carnẽ circuncisi sunt, circũcisionis suæ tẽpore datur ei repromissio, quæ ad populũ circũcisionis pertinere deberet. Secũdo quia pater esset futurus etiã eorũ qui ex fide sunt, & qui per passionẽ Christi ueniũt ad hæreditatẽ, tẽpore nihilominus passionis Isaac, promissio renouat̃, quæ pertinere debeat ad eũ populũ, qui passione Christi ac resurrectione saluat̃. Et eadẽ quidẽ repeti uident̃, sed lõge diuersa sunt. Illa em̃ quę prius dicta sunt, & ad priorẽ populũ pertinẽt, in terris dicta sunt. Sic em̃ dicit scriptura. Et eduxit eũ foras, de tabernaculo scilicet, & dixit ei. Respice stellas cœli si dinumerari possunt à multitudine. Et addidit, Sic erit semẽ tuũ. Vbi aũt secũdo repetit̃ repromissio, de signat quia loquutus est ei de cœlo & dat̃ ꝓmissio de terra prima, secũda de cœlo. Nõ ne aperte hic illud designare uidetur, ꝙ apostolus dicit, Primus homo de terra terrenus, secũdus homo de cœlo cœlestis? Ista ergo, promissio, quę ad fidelẽ populũ pertinet, de cœlo est, illa de terra. In illa sermo tantũmodo fuit, hic interponit̃ iusiurandũ: ꝙ interpretat̃ ad Hebræos scribẽs sanctus apostolus hoc modo dicẽs: Volẽs, inquit, deus ostẽdere pollicitationes hæredib. ꝓ immobilitatẽ cõsilĩ sui, interposuit iusiurandũ. Et iterũ. Homines, inquit, per maiorẽ suum iurant, deus aũt quoniã neminen habuit per quem iuraret maiorẽ, per memetipsum iuro dicit dñs. Non quod deum iusiurandi necessitas urgeret. Quis enim ab eo exigeret sacramẽtũ? Sed sicut interpretatus est apostolus Paulus, quo per hoc immobilitatẽ cõsilĩ sui cultorib. designaret. Sic & alibi per prophetã dicitur, Iurauit dñs, nec pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundũ ordinẽ Melchisedech. Tunc deinde in prima repromissione nõ habet positã causam cur data sit repromissio: tantũ quod eduxit eũ foras, & ostẽdit, inqt, ei stellas cœli, & dixit, sic erit semen tuũ. Nunc uerò addit causam propter quã iuramẽto cõfirmat promissionẽ firmã futurã. Dicit enim, quia feci̇sti uerbũ hoc, & nõ pepercisti filio tuo. Ostendit ergo quod propter oblationẽ uel passionẽ filĩ, promissio firma sit: euidenter designans ꝙ propter passionẽ Christi populo ex gẽtibus, qui ex fide est Abrahæ, maneat firma ꝓmissio. Et nunqd in hoc solo secũda firmiora sunt primis? In multis huiusce modi adũbrata inuenies sacramẽta. Primas tabulas legis in litera, cõfregit Moyses & abiecit: Secundã legẽ in spiritu suscepit, & sunt firmiora secũda ꝙ prima. Rursus idem ipse cum

Exordium

Gen. 15

1. Cor. 15

Heb. 6

Psal. 110

πενιτέρων ἀμεινόνων

cum omnem legem in quatuor libris cõprehendisset, Deuteronomiũ scribit, ꝙ secũda lex dicit. Hismahel primus est, secũdus Isaac, & similis in secũdo prẽlationis forma seruatur. Hoc & in Esau & in Iacob, in Effrem & Manasse, in mille alijs similiter inuenies adumbratũ. Sed redeamus nũc ad nosmetipsos, & moralẽ locũ ꝑ singulos quosꝙ tractemus. Apostolus dicit, sicut iã superius memorauimus, primus homo de terra terrenus, secũdus homo de cœlo cœlestis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœlestis, tales & cœlestes. Sicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cœlestis. Vides quid ostẽdit, quia si permanseris in eo quod primũ est, quod de terra est, reprobaberis, nisi te cõmutes, nisi conuersus fueris, nisi cœlestis effectus imaginẽ cœlestis acceperis. Hoc idem est, quod alibi dicit. Exuite uos ueterẽ hominẽ cũ actib. suis, induentes nouũ, qui secundũ deũ creatus est. Id ipsum & alio loco scribit. Ecce uetera trãsierunt, facta sunt omnia noua. Idcirco ergo promissiones suas renouat deus, ut ostendat tibi quia debes & tu renouari. Nõ permanet ille in ueteribus, ne & tu uetus homo permaneas. De cœlo hæc loquit, ut & tu imaginẽ cœlestis accipias. Nunquid tibi prodest si deus innouet promissiones, & tu nõ innoueris? Si ille de cœlo loquatur, & tũ de terra audias? Quid tibi ꝑdest si deus se iuramẽto cõstringit, & tu hæc quasi communẽ audiẽs fabulã trãseas? Quare nõ cõsideras ꝙ propter te deus etiã ea quæ naturę suæ apta minime uidenť, amplectit? Iurare dicit deus, ut tu audiẽs paueas & intremiscas, & metu cõsternatus inquiras, quid illud tantũ est pro quo deus iurare dicat. Fiũt ergo hęc, ut tu attẽtus & sollicitus fias, & audiẽs tibi repromissionẽ parari in cœlis, uigiles & requiras quatenus diuinis promissionib. dignus existas. Verũtamẽ hũc locũ & apostolus interpretat, dicẽs. Quia Abrahę promisit deus, & semini eius: nõ dixit et seminib. quasi in multis: sed tãquã in uno, & semini tuo, qui est Christus. De Christo ergo dicit, multiplicãs multiplicabo semẽ tuũ, & erũt sicut stellæ cœli in multitudine, & sicut arena quæ est ad orã maris. Quis iã expositione indiget, ut sciat semẽ Christi qũo multiplicet, qui uidet à finibus terræ usꝙ ad fines terræ propagatã prędicationẽ Euãgelij, & nullũ pene esse iam locũ qui non semẽ uerbi susceperit? Hoc nanꝙ & in initijs mundi præfigurabat, cũ diceret Adæ, Crescite & multiplicamini. Quod & ipsum dicit apostolus, in Christo dici & in ecclesia. Quod aũt dixit, sicut stellæ cœli in multitudine, & adiecit sicut arena quæ est adorã maris innumerabilis, fortasse qdẽ dicat aliqs cœlestis numeri figurã Christianorũ populo, arenę maris Iudaico cõuenire. Ego tamẽ hoc magis puto quod utrũꝙ exemplũ utriꝙ populo possit aptari. Nam & in illo populo fuerunt multi iusti & prophetæ, quibus stellarũ cœli merito cõparatur exemplũ: & in nostro populo sunt multi qui terrena sapiunt, & quorũ stultitia grauior est arena maris. In quib. præcipue hæreticorũ turbas arbitror deputãdas. Sed ne nos quidẽ securi simus: donec eĩ quis nostrum non deponit imaginẽ terreni, & induit imaginẽ cœlestis, terrenis cõparatur exẽplis. Vnde & apostolus ex his (ut opinor) motus, in cœlestib. & terrestrib. corporibus resurrectionis format imaginẽ dicẽs. Alia quidẽ cœlestiũ gloria, alia aũt terrestriũ. Et stella ab stella differt in claritate, ita erit & resurrectio mortuorũ. Sed & dominus cum dicit: Vt luceat lux uestra corã hominibus, ut uidentes homines opera uestra bona glorificent patrẽ uestrum qui in cœlis est, hoc idẽ cõmonet eum qui nouit audire. Quod autẽ Christus semen Abrahę, & filius Abrahę sit, si uis euidentius scripturæ uerbis discere, audi qũo in Euangelio scriptũ est. Liber, inquit, generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. In hoc ergo completur & ille sermo quẽ dicit: Hæreditate capiet semen tuũ ciuitates aduersariorũ. Quomodo hæreditates cepit Christus ciuitates aduersariorũ? Per hoc sine dubio quod in omnẽ terrã exijt sonus apostolorũ, & in orbẽ terrę uerba eorũ. Vnde & ad iracundiã excitati sunt angeli illi, qui singulas quasꝙ nationes sub potestate retinebãt. Cũ enim diuideret excelsus gentes secundũ numerum angelorũ dei, tunc pars eius facta est Iacob, & funiculus hæreditatis eius Israel. Christus eĩ ad quẽ dixerat pater, Pete à me, & dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuam, et possessionẽ tuam terminos terræ: depellẽs ipsos angelos potestate et dominatione, quam habebãt in nationib. prouocauit eos ad iracundiã. Et idcirco dicit, quia astiterunt reges terræ, et principes cõuenerũt in unũ, aduersum dominum, et aduersus Christũ eius. Et ideo aduersantur etiã nobis, atꝙ agones cõtra nos et certamina

Tropologia

Col.3

2.Cor.5

Gen.1

1.Cor.15

Matt.5

Matt.1

Gen.22

Hier.51

Psal.2

certamina concitant. Hinc & apostolus Christi, Luctamen est, inquit, nobis nõ aduer *Eph.6*
sum carnẽ & sanguinẽ, sed aduersum principatus & potestates, & mũdi huius rectores. Propterea ergo uigilandũ nobis est, & sollicite agendũ, quia aduersarius noster, si cut leo rugiens circuit, quærens quẽ transuoret. Cui nisi restiterimus fortes in fide, rursum nos in captiuitatẽ reuocabit. Quod si nobis eueniat, ingratũ faciemus opus eius, qui crucí suæ affixit principatus & potestates, cũ fiducia triũphãs eos in semetipsum, & qui uenit captiuos dimittere in remissionẽ. Quin potius fidẽ Christi sequentes, qui triũphauit eos, disrumpamus uincula eorũ, quib. nos deuinxerũt potestati suæ. Vincula uerò quibus nos cõstringunt, passiones, & uitia nostra sunt, quibus tamdiu innectimur, donec carnem nostrã crucifigamus cũ uitijs & cõcupiscentijs, & ita demũ disrũpamus uincula eorũ, & proijciamus à nobis iugũ ipsorũ. Igitur occupauit semẽ Abrahæ ciuitates aduersariorum, id est semen uerbi, quod est prædicatio Euãgelij, & fides Christi. Sed dico. Nũquid iniquitate usus est dominus, ut eriperet gẽtes de potesta te aduersariorũ, & ad fidem suam, deditionẽq; reuocaret? Nequaquã. Erat em aliquãdo pars domini Israel, sed quia peccatis recesserãt à Deo suo, propter peccata sua dixit eis deus. Ecce peccatis uestris distracti estis, & propter peccata uestra dispersi estis sub *Amos 9*
uniuerso cœlo. Sed iterũ dicit ad eos. Si fuerit dispersio uestra ab extremo cœli usq; ad extremũ eius, inde cõgregabo uos, dicit dñs. Quia ergo principes huius mũdi inuaserant partẽ domini, necesse habuit pastor bonus relictis in supernis nonaginta & nouẽ descẽdere ad terras, & unã ouem quæ perierat quærere, inuentamq; & humeris reuectam, ad supernũ perfectionis ouile reuocare. Sed quid mihi prodest si semẽ Abrahæ qui est Christus, hæreditate possideat ciuitates aduersariorũ, & meã ciuitatẽ nõ possideat? si in mea ciuitate, hoc est, in anima mea, quæ est ciuitas Regis magni, neq; leges *Tropologia.*
eius, neq; instituta seruentur? Quid mihi prodest quod uniuersum mundũ subiecit, & aduersariorũ ciuitates possidet, si nõ & in me aduersarios suos uincat, si nõ destruat legẽ, quæ est in mẽbris meis repugnans legi mẽtis meæ, & captiuũ me ducit in lege peccati? Sic ergo unusquisq; nostrũ satisagat, ut & in sua anima, & in suo corpore uincat Christus aduersarios suos, & subijciens eos, ac triumphans etiam suæ animæ possi- *Peroratio.*
deat ciuitatem. Hoc enim modo de parte eius efficimur, de parte meliore quæ est sicut stellæ cœli in claritate, ut & nos benedictionem Abrahæ capere possimus, per Christum dominum nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De Rebecca cum exisset ad aquam hauriendã, & occurrisset ei puer Abrahę. Homilia Decima. Cap. XXIIII.

1 ISAAC (inquit scriptura) crescebat, & confortabatur, id est gaudiũ crescebat Abrahæ respicienti nõ ad ea quæ uidentur, sed quæ nõ uidentur. Non enim gaudebat de præsentibus Abraham, neq; de diuitijs mundi, & actibus secu-
li. Sed uis audire Abraham unde gauderet? Audi dominũ ad Iudæos dicentem: Abraham pater uester desiderauit, ut uideret diem meum, & uidit, & gauisus est. Per hoc ergo crescebat Isaac, per quod Abrahæ uisio illa qua uidebat Christi diem & spes quæ in ipso est, gaudia cumulabat. Atq; utinam efficeremini etiam uos Isaac, & essetis gau- *Obiurgatio.*
dium matris uestræ ecclesiæ. Sed uereor ne adhuc in tristitia & gemitu ecclesia filios pariat. An nõ est ei tristitia & gemitus, cũ uos nõ cõuenitis ad audiendũ Dei uerbum, & uix festis diebus ad ecclesiã proceditis? Et hoc nõ tam desiderio uerbi, q; studio solennitatis, & publicæ quodãmodo remissionis obtentu. Quid igitur ego faciã, cui dispensatio uerbi credita est? Qui licet inutilis seruus sim, accepi tamẽ à dño distribuendam familiæ dominicæ tritici mensurã. Sed uide qd addit sermo dñi, distribuendã inquit in tẽpore tritici mensurã. Quid ergo faciã? Vbi uel quãdo uestrũ tẽpus inueniã? Plurimum ex hoc, imò pene totum tẽpus mundanis occupationibus teritis in foro, aliud in negotiatione cõsumitis: alius agro, alius litib. uacat, & ad audiendũ Dei uerbum nemo, aut pauci admodũ uacant. Sed quid ups de occupationib. culpo? Quid de absentibus cõqueror? Præsentes etiã & in ecclesia positi nõ estis intenti, sed cõmunes ex usu fabulas teritis, uerbo Dei uel lectionibus diuinis terga cõuertitis. Vereor ne et uobis dicatur à domino illud, quod per prophetã dictũ est. Cõuerterunt ad me dorsa, *Hier.12*

et non

& non facies suas. Quid igitur ego faciã, cui ministeriũ uerbi Dei creditũ? Quę legun
tur mystica sunt, in allegoricis exponenda sunt sacramentis. Possúmne surdis, & auer
Gal.4 sis aurib. ingerere margaritas uerbi dei? Non ita ait Apostolus. Vide eñ qd dicit. Qui
legẽ, inquit, legitis, legẽ non auditis. Abrahã enim duos filios habuit, & cętera. quibus
addit: Quæ sunt allegorica. Nunquid sacramenta legis eis aperuit, qui neq; audiunt,
neq; legunt legẽ? Sed legem legentibus dicebat: legẽ nõ audistis. Quomodo ergo po
tero mysteria legis, & allegorias, quas ab apostolo edocti sumus, aperire & prodere
his, quibus & auditio, & lectio legis incognita est? Asperior fortasse uobis uideor, sed
Esa.3 nõ possum linire parietẽ lapsantẽ. Timeo eñ illud quod scriptũ est, Populus meus qui
beatificant uos seducunt uos, & semitas pedũ uestrorũ cõturbant: tanquã filios meos
charissimos moneo. Miror si nondũ uobis innotuit uia Christi. Si ne hoc quidẽ audi-
stis, quod non est lata & spatiosa, sed arcta & angusta uia est quæ ducit ad uitã. Et uos
ergo intrate per angustam portã, relinquite pereuntibus latitudinem. Nox præcessit,
dies autẽ appropinquauit, ut filij lucis ambulate. Tempus breue est, superest ut & qui
1.Thess.5 habẽt, tanquã non habẽtes sint, & qui utuntur hoc mundo, tanquã non utantur. Sine
Marc.13 intermissione orandũ apostolus pręcipit. Vos qui ad orationes nõ cõuenitis, quomo
do impletis sine intermissione, quod semper omittitis? Sed & dñs præcipit, Vigilate
& orate ne intretis in tentationẽ. Quod si illi uigilãtes & orãtes, & semper uerbo Dei
adhærẽtes, tentationẽ tñ nequaquã effugerũt, quid faciũt hi qui dieb. tantũ solẽnibus
1.Pet.4 ad eccleśiã cõueniunt? Si iustus uix saluus fiet, peccator & impius ubi parebũt? Piget
Heb.5 me dicere aliquid ex his quæ lecta sunt. Nã & apostolus dicit de huiuscemodi sermo-
nibus, quia ininterpretabiles sunt ad dicẽdũ, quoniã uos, inquit, imbecilles facti estis
ad audiendũ. Videamus tñ hoc quod nobis modo recitatũ est. Rebecca, inquit, uenie
bat cũ filiab. ciuitatis haurire aquã de puteo.] Rebecca quotidie ueniebat ad puteos,
quotidie hauriebat aquam. Et quia quotidie uacabat ad puteos, idcirco inueniri po-
tuit à puero Abrahã, & in matrimoniũ sociari Isaac. Hæc fabulas putatis esse, & histo-
rias narrare in scripturis spiritũ sanctũ? Animarũ est ista eruditio, & spiritalis doctrina,
quæ te instituit, & docet quotidie uenire ad puteos scripturarũ, ad aquas spiritus san-
cti, & haurire semp ac plenũ uas domũ referre, sicut faciebat & sancta Rebecca. Quæ
nõ aliter iungi potuisset tãto patriarchæ Isaac, qui ex repromissione natus est, nisi hau
riendo aquas: & in tantũ hauriendo, ut nõ solũ potare posset eos, qui domi sunt, sed &
puerũ Abrahæ: & nõ tantũ puerũ, sed & eo usq; abũdaret aquis, quas hauriebat de pu
teis, ut & camelos posset adaquare, usquequo cessarẽt, inquit, bibentes. Mysteria sunt
cuncta quę scripta sunt, uult te Christus sibi despõsare: ad te eñ loquitur per prophetã
Osee 2 dicẽs. Despõsabo te mihi in æternũ, & despõsabo te mihi in fide & misericordia, & co
gnosces dominũ. Quia ergo uult te sibi despõsare, præmittit ad te istũ puerũ. Puer iste
sermo propheticus est, quẽ nisi prius susceperis, nubere Christo nõ poteris. Scio tamẽ
quia nemo inexercitatus & imperitus sermonẽ propheticũ suscipit, sed qui scit hauri-
re aquam de profundo putei: & qui intantũ scit haurire, ut etiam his sufficiat qui irra-
tionabiles & peruersi uidentur, quorũ figurã tenent cameli: ut & ipse possit dicere, quia
sapientibus & insipientibus debitor sum. Deniq; sic dixerat in corde suo puer iste. Ex
his, inquit, uirginib. quę ueniũt ad aquã, quęcũq; dixerit mihi bibe tu, & camelos tuos
adaquabo, ipsa erit sponsa domini mei. Sic ergo Rebecca, quæ interpretatur patientia,
ut uidit puerũ, & inspexit propheticũ uerbũ, deponit de humero hydriã. Deponit eñ
elatã Græcæ facũdiæ arrogantiã, & ad tã humilẽ ac tã simplicẽ se inclinans propheti
cũ sermonẽ dicit: Bibe tu, & camelos tuos adaquabo. Sed dicis fortasse, si puer ppheti
ci sermonis tenet figurã, quomodo potat à Rebecca, quã ipse magis potare deberet?
Vide ergo ne forte sicut & dñs Iesus, cũ ipse sit panis uitæ, & ipse pascat animas esuri-
Matt.25 entes, ipse rursum esurire se fatetur cũ dicit, Esuriui, & dedistis mihi manducare. & ite
rum cũ ipse sit aqua uiua, & potum det omnib. sitientibus, rursum ipse dicit ad Sama-
Ioan.4 ritanã, Da mihi bibere: sic & propheticus sermo, cum ipse potum det sitientib. nihilo-
minus ipse ab his potari dicatur, cũ studiosorũ exercitia & uigilantiã suscipit. Ista ergo
talis anima, quæ agit cuncta patienter, quæ tã prõpta est, & tanta eruditione subnixa,
quæ de profundis haurire sciẽtiæ fluẽta cõsueuit, ipsa potest copulari uuptijs Christi.

Nisi ergo

Nisi ergo quotidie uenias ad puteos, nisi quotidie haurias aquas, nō solū alios potare nō poteris, sed & ipse quoq; sitim uerbi Dei patieris. Audi & dominū dicentē in Euāgelijs. Qui sitit ueniat, & bibat. Sed tu (ut uideo) nec esuris, nec sitis iustitiā. Et qūo poteris dicere: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarū, ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad Deū fontē uiuū, qñ ueniam & parebo ante conspectū eius? Obsecro uos qui auditorio uerbi semper adsistitis, patienter accipite, donec paululū negligētes & desides commoneamus. Habetote patientiā, quia de Rebecca nobis, id est de patiētia sermo est. Et necesse est nos eos qui collectā negligūt, & audire declināt uerbū Dei, paululū per patientiā castigare, qui nō desiderāt uerbū panē uitę, nec aquā uiuam, qui nō exeunt de castris, nec procedūt de domib. luteis, ut colligant sibi manna, qui nō ueniunt ad petram, ut bibant de spiritali petra. Petra em̄ est Christus, ut apostolus ait. Habetote inquā uos paululū patientiā. Sermo enim nobis est ad negligentes, & eos qui male habent. Sani enim non indigent medico, sed male habētes. Dicite mihi uos qui tantūmodo festis dieb. ad ecclesiam conuenitis, cæteri dies nō sunt festi? non sunt dies domini? ludæorū est, dies certos & raros obseruare solennes. Et ideo ad eos dicit Deus. Quia νεομηνίας uestras, & sabbata, & diē magnū nō sustineo. Ieiuniū, & ferias, & dies festos uestros, odit anima mea. Odit ergo deus eos qui unū diem putāt festum diem esse dñi. Christiani omni die carnes agni comedūt, id est carnes uerbi dei quotidie sumūt. Pascha em̄ nostrū immolatus est Christus. Et quia lex Paschę talis est, ut in uespera comedat, ꝓpterea in uespera mūdi passus est dominus, ut tu semper manduces de carnibus uerbi, quia semper in uespera es usquequo ueniat mane. Et si in hac uespera sollicitus fueris, & in fletu ac ieiunijs, atq; omni labore iustitię uitā duxeris, poteris & tu dicere: Ad uesperā demorabit fletus, & ad matutinū lætitia. Lætaberis em̄ mane, id est in seculo futuro, si in hoc seculo fructū iustitię in fletu & labore collegeris. Venite ergo & uos dum tempus est, bibamus de puteo uisionis, ubi Isaac deambulabat, & ubi procedit ad exercitiū. Obserua quāta gerunt ad aquas, ut & tu inuiteris quotidie uenire ad aquas uerbi Dei, & assistere puteis eius, sicut faciebat Rebecca de qua dicitur. Virgo erat decora ualde, & uir nō cognouerat eā. Et hęc, inquit, exijt sero haurire aquā.] Nec hoc frustra scriptū est de ea. Veruntamē mouet me, quid est quod dicitur, uirgo erat, uir nō cognouerat eam: quasi uerò aliqua sit uirgo, quam uir cōtigerit. Et quid tibi uidet additamentū in uirgine, ut dicat quia uir non cognouerat eam? Est enim aliqua uirgo quam contigerit uir? Sæpe iam dixi quod in his nō historiæ narrantur, sed mysteria cōtexunt. Tale em̄ in hoc aliqd indicari puto. Sicut Christus animæ uir dicit, cui nubit anima cū uenit ad fidē: ita & huic cōtrarius uir ille est, cui nubit anima cū declinat ad perfidiā. Ipse ille qui & inimicus homo dicitur, cū lolium superserit tritico. Non ergo sufficit animæ ut casta sit corpore, opus est ut & uir hic pessimus nō cognouerit eā. Potest em̄ fieri ut habeat quis in corpore uirginitatē, & cognoscēs istū uirum pessimū diabolū, atq; ab eo cōcupiscentiæ iacula in corde suscipiēs, animæ perdiderit castitatē. Quia ergo Rebecca uirgo erat, sancta corpore & spiritu, idcirco eius duplicat laudē, & dicit, uirgo erat, & uir nō cognouerat eā. Vespere ergo uenit ad aquas. De uespera iam suprā diximus. Vide aūt prudentiā pueri, nō uult assumere spōsam dño suo Isaac, nisi quā inuenerit decorā & pulchrā facie uirginē, & nō solū uirginem, sed quam non contigerit uir, & nisi quam repererit aquas haurientē, nō uult aliā despondere domino suo, non ei dat ornamenta, nisi talis sit. Non dat inaures, nō brachialia. Manet incōposita, inerudita, incompta. Putamus quia pater Rebeccæ uir dines nō habebat brachialia & inaures, quas imponeret filiæ suæ? Tanta eius negligentia erat, aut auaritia, ut filiæ ornamēta nō daret? Sed Rebecca nō uult de auro Bathuelis ornari. Nō sunt ei cōdigna ornamēta hominis barbari & imperiti. De domo Abrahæ requirit monilia, quia patientia de domo sapiētis ornat. Non potuerūt ergo aures Rebeccæ recipere decorē suū, nisi ueniret puer Abrahæ, & ipse eas ornaret. Nec manus eius ornamēta suscipiunt, nisi quæ miserit Isaac. Vult em̄ aurea in aurib. suscipere uerba, & aureos actus in manibus habere. Sed hęc prius accipere nō potuit, nec mereri, nisi ueniſſet ad puteos haurire aquas. Tu q̄ nō uis uenire ad aquas, qui nō uis in auribus tuis aurea prophetarum uerba suscipere, qūo poteris ornatus esse in doctrina, or-

Ioan. 7
Psal. 42

1. Cor. 10

Esa. 1

Caro Christi uerbum dei.

Psal. 29

Matt. 13

natus in actibus, ornatus in moribus? Sed ut omittamus plurima, neq; enim commentandi nunc tempus est, sed ędificandi ecclesiam Dei, & pigriores ac desides auditores exemplis sanctorũ & mysticis explanationibus prouocandi: secuta puerum Rebecca, uenit ad Isaac. Secuta enim sermonem propheticum ecclesia uenit ad Christum. Et ubi eum inuenit? Ad puteum, inquit, iuramẽti deambulantem.] Nusquam receditur à puteis, nunquam desistitur ab aquis. Rebecca inuenitur ad puteũ. Rursum Rebeccæ ad puteum inuenit Isaac. Ibi primos eius cõtemplat aspectus, ibi desilit de camelis, ibi à puero sibi demõstratum uidit Isaac. Hęc putas sola referri de puteis? Et Iacob ad puteum uenit, & ibi inuenit Rachel, & ibi innotescit ei Rachel bona oculis, & decora aspectu. Sed & Moyses ad puteum inuenit Sefforam filiam Raguhel. Nondũ moueris, ut hæc intelligas spiritaliter dici? Aut putas semper casu contingere, ut patriarchæ ad puteos ueniant, & ad aquas coniugia sortiantur? Qui hæc ita putat, animalis homo est, & non percipit quæ sint spiritus dei. Sed qui uult maneat in his, maneat animal: ego Paulum Apostolum sequens, dico hæc esse allegorica, & sanctorũ nuptias cõiunctionẽ dico esse animæ cum uerbo Dei. Qui eñ iungit se domino, unus est spiritus cũ eo. Hanc autem coniunctionẽ animæ cum uerbo, certum est non aliter fieri posse, nisi per instructionẽ diuinorum librorum, qui figuraliter putei appellantur. Ad quos si quis ueniat, & hauriat ex his aquas, id est meditando in his sensum, intellectum percipiat altiorem, inueniet nuptias deo dignas. Coniungitur enim anima eius cum Deo. Desilit etiã de camelis, id est discedit à uitijs, abijciet irrationabiles sensus, & coniungetur Isaac. Dignũ nanq; est, ut Isaac transeat de uirtute ad uirtutẽ. Qui uirtutis filius est Saræ, nunc coniungit & sociatur patientiæ, quæ est Rebecca. Et hoc est trãsire de uirtute ad uirtutem, & ex fide ad fidem. Sed & ad Euangelia ueniamus. Ipse dominus cum ex itinere fatigatus fuisset, uideamus ubi requiẽ quærit. Venit, inquit, ad puteũ, & sedebat super eũ. Vides ubiq; sibi cõcordare mysteria, uides noui & ueteris testamẽti cõsonantes formas. Ibi ad puteos & ad aquas uenitur, ut inueniat sponsa, & Ecclesia Christo in lauacro aquæ cõiungit. Vides quãtus nos sacramẽtorũ cumulus perurget, quanta sunt quæ occurrunt, explicare nõ possumus. saltẽ hæc incitare te debent ad audiendũ, ad cõueniendũ, ut etiã si nos aliqua pro breuitate trãscurrimus, tu cum relegis & requiris, etiã ipse discutias, & inuenias certe, uel in horũ inquisitione permaneas, ut & te uerbũ dei inueniẽs ad aquã assumat, & cõiungat sibi, ut efficiaris cũ eo unus spiritus in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria, & imperiũ in secula seculorũ. Amen.

Gen. 29
Exod. 2

1. Cor. 6.

Ioan. 4

De eo quod Abraham Ceturam accepit uxorem, & quod Isaac habitauit ad puteum uisionis. Homilia Vndecima. Cap. XXV.

SEMPER nobis sanctus Paulus Apostolus occasiões prębet intelligẽtię spiritalis, & pauca licet, tñ necessaria studiosis ostendit indicia, quibus quod lex spiritalis sit, in omnibus agnoscatur. Ipse igitur de Abraham & Sara disputans quodam loco ait. Non, inquit, infirmatus fide considerauit suũ corpus emortuum cum fere centum annorũ esset, & emortuam uuluam Saræ. Hunc ergo quem ille dicit emortui corporis in centenario annorũ numero fuisse, & Isaac magis uirtute fidei quàm corporis fœcunditate genuisse, scriptura nunc refert accepisse uxorem Cethuram nomine, & filios ex ea plurimos genuisse, cũ fere centũ triginta & septem uideretur annorũ. Nam Sara uxor eius, decem ab eo annis iunior scribitur, quæ centesimo uicesimo & septimo anno defuncta, indicat Abrahã super centũ triginta septem annorũ fuisse, cum Cethuram accepit uxorẽ. Quid ergo? putamus quod in tãto patriarcha per idem tempus incitamenta carnis uiguerint? Et qui olim à naturalibus motibus emortuus dicit, nunc à libidine rediuiuus putabit? An (ut sępe iam diximus) patriarcharum coniugia mysticũ aliquid indicãt & sacratũ? Sicut & ille, qui dicebat de sapientia: Hãc ego cogitaui uxorẽ adducere mihi. Fortassis ergo iam tũc & Abrahã simile aliquid cogitauit, & quãuis esset sapiens, hoc ipso tamẽ sciebat, q; sapiẽtię nullus est finis, nec discendi terminũ senectus imponit. Qui eñ cõsueuit eo modo sortiri matrimoniũ, quo de ipso superius indicauimus, id est qui uirtutẽ habere in cõiugio solet, quãdo potest ab huiuscemodi cessare cõiugio? Saræ nãq; dormitio, uirtutis est intelligẽda cõsummatio. Qui uerò cõsummatæ & perfectę uirtutis est, semper necesse est ut

Rom. 4

Sapientia senum uxor.

in aliqua

in aliqua eruditione uerſet. Quã eruditionẽ cõiugem ejus ſermo diuinus appellat. Secundũ hoc puto quod & in lege cœlebs & ſterilis maledicto ſubiacet. Dicit em: Maledictus qui nõ reliquirit ſemẽ in Iſrael. Quod ſi hæc de carnali ſemine dici putent, omnes eccleſię uirgines ſub maledicto poſitę uidebunt. Et qd de eccleſię uirginib. dico? Ipſe Ioãnes, quo maior inter natos mulierũ nemo fuit, & alij ſanctorũ plurimi, ſemẽ ſecundũ carnem nõ reliquerũt, quippe qui nec inijſſe quidẽ matrimonia referunt. Sed & certum eſt illos ſpiritale ſemen & ſpiritales filios reliquiſſe, & habuiſſe unumquẽq; cõiugem ſapientiã, ſicut & Paulus per Euãgeliũ filios generabat. Accepit ergo ſenex mortui iam corporis Abrahã Cethurã uxorẽ. Ego puto ſecundũ hanc, quam ſupra expoſuimus rationẽ, quod melius tunc uxor accipitur, quãdo emortuũ corpus eſt, quando mortificata ſunt mẽbra. Maior enim ad ſapientiã ſenſibus noſtris capacitas ineſt, qñ mortificatio Chriſti circũfert in corpore noſtro mortali. Deniq; Cethura, quã nũc ſenex Abraham ſortitur in matrimoniũ, θυμίαμα interpretatur, quod eſt incẽſum, uel bonus odor. 2.Cor.2 Et ipſe enim dicebat ſicut Paulus dixit, quia Chriſti bonus odor ſumus. Quomodo autẽ quis Chriſti bonus odor efficitur, uideamus. Peccatũ res eſt fœtida. Deniq; peccatores porcis cõparant, q in peccatis uelut in ſtercore fœtido uolutant. Et Dauid ex perſona peccatoris pœnitẽtis dicit: Cõputruerũt & exeſæ ſunt cicatrices meæ. Pſal.38 Si quis ergo ueſtrũ eſt, in quo odor peccati iam nullus eſt, ſed odor iuſtitiæ, ſuauitas miſericordiæ, ſi quis ſine intermiſſione orando offert domino ſemper incẽſum, & dicit: Dirigat oratio mea ſicut incẽſum in conſpectu tuo, eleuatio manuũ mearũ ſacrificium ueſpertinum, hic Cethuram duxit uxorẽ. Pſal.141 Sic ergo ſenũ nuptias interpretari dignius puto, ſic pulchre inita patriarcharũ in ultima iam & defecta ætate coniugia, ſic neceſſarias filiorũ procreationes exiſtimo numerandas. Ad tales em nuptias, & huiuſcemodi ſobolẽ, non ita iuuenes ut ſenes apti ſunt. Quãto enim quis carne plus feſſus eſt, tãto erit animi uirtute robuſtior, & ſapiẽtię complexib. aptior. Sic & ille in ſcriptu 1.Reg.1 ris uir iuſtus Elchana duas ſimul refert habuiſſe uxores, quarũ una Fenenna, alia Anna dicebatur, id eſt conuerſio & gratia. πολυγαμία myſtica Et primo quidẽ dicit de Fenenna filios ſuſcepiſſe, id eſt de conuerſione, & poſtmodum de Anna, quæ eſt gratia. Profectus etenim ſanctorũ ſcriptura figuraliter per coniugia deſignat. Vnde & tu poteſ (ſi uis) huiuſcemodi nuptiarũ marítus exiſtere. Vt (uerbi cauſa) ſi hoſpitalitatẽ libẽter exerces, hãc tibi cõiugẽ uideberis aſſumpſiſſe. Huic ſi addideris pauperũ curã, ſecũdã uideberis ſortitus uxorẽ. Quod ſi & patientiã tibi iungas, & mãſuetudinẽ, cæterasq; uirtutes, tot uideberis accepiſſe uxores, quot uirtutib. gaudes. Inde ergo eſt quòd nõnullos patriarcharũ ſimul plures habuiſſe cõiuges, alios defunctis prioríb. accepiſſe alias, ſcriptura cõmemorat: ut illud figuraliter indiceret, quod quidã plures ſimul poſſunt exercere uirtutes, alij nõ prius quæ ſequunt incipere, & priora perduxerint ad perfectum. Inde de nicq; Salomon plures ſimul habuiſſe refert uxores, cui dixerat dñs: Sapiẽs ante te non fuit talis, & poſt te non erit. Quia ergo dederat ei dñs multitudinem prudentiæ, ſicut arena eſt maris, ut iudicaret populum ſuum in ſapientia, ideo plures ſimul poterat exercere uirtutes. Sane præter hoc, quod ex lege dei edocemur, ſi etiã ex his eruditionibus, quę extrinſecus uidentur eſſe in ſeculo, aliquas cõtingimus: uerbi cauſa, ut eſt eruditio literarũ, uel artis grãmaticæ, ut eſt geometrica doctrina, uel ratio numerorũ, uel etiã dialectica diſciplina: & hæc oẽia extrinſecus quæſita, ad noſtra inſtituta perducimus, atq; in aſſertionẽ noſtræ legis adſciſcimus, tũc uidebimur uel alienigenas in matrimoniũ ſumpſiſſe, uel etiã cõcubinas. Artes humanæ cõcubinæ Et ſi de huiuſcemodi cõiugijs diſputando, contradicentes redarguendo, cõuertere aliquos poterimus ad fidẽ, & ſi ſuis eos rationib. & artibus ſuperantes, ad uerã philoſophiã Chriſti, & uerã ſocietatẽ Chriſti, pietatem dei ſuſcipere ſuaſerimus: tunc ex dialectica, uel rhetorica uidebimur quaſi ex alienigena quadã, uel cõcubina filios genuiſſe. Igit ad tales nuptias, uel ad huiuſcemodi filios procreãdos, per ſenectã nullus excludit, imò potius hæc caſta progenies maturæ ætati plus cõuenit. Sicut & nũc Abrahã grãdęuus, & (ut ſcriptura dicit) ſenex, & plenus dierũ Cethurã ducit uxorẽ. Sed ne hoc quidem latere nos debet ex his quæ per hiſtoriam referuntur, quæ & quales ſint generationes, quæ ex ipſa propagant. Si em horũ meminerimus, facilius de diuerſis gẽtibus quæ in ſcripturis dicunt, poterimus agno-

Exod.2 scere. Verbi causa, ut cũ dicitur quod Moyses accepit uxorẽ filiã Iethro sacerdotis Madian, qui Madian inuenit filius fuisse Cethuræ, & Abrahã. Agnoscimus ergo, q uxor Moysi ex semine Abrahã sit, & nõ fuerit alienigena. Sed & cũ scribit regina Cedar, sciendũ nihilominus est, q & Cedar ex ipso genere Cethuræ descẽdat & Abraham. Sed & in generationib. Ismael similia inuenies. Quas si diligẽter intuearis, plurimas in his quæ cæteros latent, historias deprehendas. Sed & nos interim hæc in aliud tẽpus prętermittentes, ad ea quæ in cõsequentib. recitata sunt, properemus. Et factũ est, inquit, postq̃ mortuus est Abraham, benedixit dominus Isaac filiũ eius, & habitauit ad puteũ uisionis.] De morte Abrahã quid nobis amplius dicendũ est, quàm sermo domini in Euangelijs continet dicens: De resurrectione aũt mortuorũ non legistis qũo di-

Exod.3 cit in rubo, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob? Deus aũt non est mortuorũ, sed uiuorũ. Omnes enim illi uiuũt. Optemus ergo & nos huiusmodi mortẽ, sicut et apostolus dicit, ut moriamur peccato, uiuamus autẽ Deo. Talis namq̃ Abrahæ mors intelligenda est, quę intantũ dilatauerat sinus eius, ut omnes sancti qui de quatuor terræ partib. ueniunt, in sinum Abrahæ portentur ab angelis. Sed uideamus iam quomodo post mortem eius benedixerit dñs Isaac filiũ eius, & quæ est ista benedictio. Bene-

Puteus uisionis. dixit, inquit, dñs Isaac, & habitauit ad puteum uisionis.] Hæc est enim omnis benedictio, qua benedixit dñs Isaac, ut habitaret ad puteũ uisionis. Intelligentib. grandis est ista benedictio. Vtinam & dñs mihi donet hanc benedictionem, ut habitare merear ad puteum uisionis. Quis potest scire & intelligere quæ est uisio, quam uidit Esaias filius Amos? Quis potest scire quæ est uisio Naũ? quis potest intelligere qd cõtineat

Gen.28 illa uisio quam uidit Iacob in Bethel, cũ abiret in Mesopotamiã, ubi dixit: Hęc est domus Dei, & porta cœli? Et siquis potest singulas quasq̃ uisiones, uel quæ in lege sunt, uel quæ in pphetis, scire & intelligere, ille habitat ad puteũ uisionis. Sed & hoc diligẽtius perspice, q ita magnã benedictionẽ accipere à dño meruit Isaac, ut habitaret ad puteũ uisionis. Nos uerò quãdo satis mereri poterimus, si forte transitũ habere possumus per puteũ uisionis? Ille tñ permanere meruit in uisione & habitare, nos qdẽ parũ illuminati per dei misericordiam sentire, uel suspicari de una quaq̃ uisione uix possumus. Si tamen potuero unũ aliquem intellectũ sentire de uisionib. Dei, unam diem ui-

Tres scripturæ sensus. debor fecisse ad puteũ uisionis. Si uerò non solum secundũ literam, sed aliquid & secũdum spiritũ attingere, biduũ uidebor fecisse apud puteũ uisiõis. Quod & si moralem locum contigero, fecerim triduũ, uel certe etiam si nõ potuero omnia intelligere, assidue tñ in scripturis diuinis, & in lege Dei meditor die ac nocte, & omnino nũquã desino, inquirendo, discutiendo, tractando, & certe (q maximũ est) orando deũ, & ab ipso poscendo intellectũ, qui docet hominẽ scientiã, uidebor etiam ego habitare ad puteum uisionis. Sin uerò negligam, neq̃ domi exercear in uerbo Dei, neq̃ ecclesiam ad audiendũ uerbũ dei frequenter ingrediar, sicut nonnullos in uobis uideo, qui dieb. tantũmodo solennibus ad ecclesiam ueniũt, qui huiuscemodi sunt, non habitãt apud puteũ uisionis. Ego autẽ uereor ne forte qui ita negligentes sunt, etiam cũ ad ecclesiã ueniunt, non bibant de puteo uitæ, nec reficiant, sed occupationib. uacent cordis sui & cogitationib. quas secum deferunt, & discedant nihilominus ab scripturarũ puteis sitiẽtes. Festinate ergo uos, & satis agite, ut ista ad uos domini benedictio ueniat, qua apud puteũ uisionis habitare possitis: ut aperiat dominus oculos uestros, & uideatis puteum uisionis, & percipiatis ex eo aquã uiuam, quæ fiat in uobis fons aquæ salientis in uitã æternã. Si quis aũt raro ad ecclesiã ueniat, raro de scripturarũ fontib. hauriat, & quæ audit cõtinuo discedens, & alijs negotijs occupatus omittat, hic nõ habitat apud puteũ uisionis. Vis tibi ostendã quis est, qui nunq̃ recedit à puteo uisionis? Apo-

2.Cor.3 stolus Paulus, qui dicebat: Nos aũt omnes reuelata facie gloriã domini speculamur. Et tu ergo si semper perscruteris propheticas uisiones, si semper inquiras, semper discere cupias, hęc mediteris, in ijs permaneas, percipis & tu benedictionẽ à domino, & habitas apud puteũ uisionis. Et tibi eñ apparebit dominus Iesus in uia, & aperiet tibi scri-

Luc.24 pturas, ita ut dicas, nonne cor nostrum ardens erat in nobis, cum aperiret nobis scripturas? Apparet autem his, qui de ipso cogitãt, & in ipso meditantur, atq̃ in lege eius die ac nocte uersantur. Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum. Amen

De con-

De conceptu Rebeccæ,& partu, Homilia XII, secundæ partis Cap. XXV

ER singulas quasq; lectiones cũ legitur Moyses, orãdus est nobis pater uer
P bi,ut impleat etiam in nobis illud, quod in Psalmo scriptum est.Reuela ocu *Exordium*
los meos:& cõsiderabo mirabilia de lege tua. Nisi enim ipse aperiat oculos *Psal.118*
nostros,quomodo uidere poterimus tanta hæc, quæ in patriarchis sacramenta forman
tur? Quę nũc in puteis,nunc in nuptijs,nunc in parturitionibus,nunc etiam in sterilita-
tibus figurantur. Refert nanq; præsens lectio, quod Isaac rogauit Deum pro Rebecca
uxore sua,quia sterilis erat,& exaudiuit illum Deus,& concepit:& exultabant, inquit,
pueri in utero eius.Primo omnium intuere,quid istud est quod plurimę sanctarum mu
lierum in scripturis steriles fuisse referuntur, sicut ipsa Sara, ecce & nunc Rebecca. Sed
et Rachel dilecta Israel sterilis fuit. Anna quoq; mater Samuelis,sterilis scribit. Sed et in *Sterilitas unde*
Euãgelijs Helisabeth sterilis fuisse memoratur.In omnibus aũt istis unus hic titulus desi
gnatur,quod post sterilitatẽ sanctũ omes ediderint partũ.Sic ergo & hęc nunc Rebec-
ca sterilis fuisse dicitur:sed orauit,inquit,Isaac pro ea dominũ,& exaudiuit illum & con
cepit,& exultabãt (ait) pueri in utero eius.Sterilis hæc ecce quid concepit. Filij sterilis
antecq; nascant,exultant,& quę desperauerat sobolem,gentes & populos gestat in ute
ro.Sic em dicit: Abijt,inquit,Rebecca interrogare dominũ,& dixit ei dominus,Duæ
gentes in utero tuo sunt,& duo populi de uentre tuo separabuntur.] Longũ est si uelimus nunc exultationẽ puerorũ adhuc in utero habitantiũ perscrutari.Lõgũ est si de his interpretationes & ænigmata quę scribit Apostolus proferamus,quid mysterij,qd cau sæ cõtineant,cur antecq; nascant pueri,aut aliquid in hoc seculo agant boni uel mali, di citur de his, qa populus populũ superabit, & maior seruiet minori:cur antecq; de matris utero procederẽt,dicit per prophetã,quia Iacob dilexi,Esau aũt odio habui.Hęc supra *Malach.1*
nostrã linguã sunt,& supra auditũ uestrũ. Nũc interim uideamus quid est quod dicitur, abijt Rebecca interrogare ad dominũ.Abijt.Quo abijt? Ex eo loco in quo non erat do minus, abijt ad eum locũ in quo erat? Hoc em uidet indicare cum dicit abijt interroga re dominũ.Nõne ubiq; est deus? Nõne ipse dixit, Cœlũ & terrã ego repleo, dicit dns? Quo ergo abijt Rebecca? Ego puto qd nõ de loco ad locũ abierit,sed de uita ad uitam, *Abire ad do-*
de actu ad actũ,de bonis ad meliora transierit, de utilibus ad utiliora perrexerit, de san- *minum*
ctis ad sanctiora ꝓperauerit. Absurdũ nanq; est si ita putemus imperitã fuisse Rebeccã *Destruit literã*
& indoctã,quæ in domo sapiẽtis Abrahæ sub uiro eruditissimo Isaac fuerat instituta,ut intra aliquẽ locũ dominũ putauerit esse cõclusum,& illuc iret interrogare,quid paruulorũ intra uterũ exultatio designaret. Vis aũt uidere,qa ex more uenit hoc sanctis,ut cũ aliquid à deo ostẽdi sibi uiderint,uel abire,uel transire se dicãt? Moyses cum uidisset ru bum ardere,& non exuri,admiratus uisu dixit. Transeam,& uidebo uisum hoc.Non u-tiq; & ipse significabat se aliquod terræ spatiũ transiturũ,non montes conscendere,nec digredi prærupta cõuallũ.Prope ipsum erat uisio,in ore & in oculis eius.Sed dicit tran seam,ut ostendat se cõmonitũ uisione cœlesti ad superiorẽ uitã debere conscendere,ab his,in quibus erat,ad meliora transire. Sic ergo & nũc refert de Rebecca, quod abijt in terrogare dominũ:quę(ut diximus)abijsse nõ passibus pedum,sed mẽtis profectib.exi stimanda est,Et tu ergo si cœperis intueri,non ea quæ uident,sed quæ nõ uident,id est nõ carnalia,sed spiritalia,nõ præsentia,sed futura,abijsse diceris interrogare dominũ.Si eruas te de cõuersatione ueteri,& à cõsortio eorũ cum quibus turpiter & notabiliter ui xeras,honestis uerò te ac religiosis actib.socies:cũ requisitus fueris inter sodales turpi-tudinis,& in cateruis noxiorũ nequaq; fueris repertus,dicetur & de te,quia abijt inter-rogare dominũ.Sic igit sancti nõ de loco ad locũ,sed de uita ad uitã,de institutis primis abeũt ad instituta potiora.Dixit ergo ei dominus: Duæ gẽtes in utero tuo sunt, & duo populi de uentre tuo segregabuntur. Et populus populum superabit, & maior seruiet minori.Quomodo populus populũ superauerit,id est ecclesia synagogã, & quomodo maior seruiet minori,etiã ipsis ludęis licet nõ credẽtibus notũ est. De his ergo quæ pa-lam sunt,& ualde omnib.trita,dicere superfluũ puto.Illud(si placet)addamus, qd unũ quenq; nostrũ, qui hęc audit, ædificare & instruere queat. Ego puto qd & de singulis *Tropologia*
nobis hoc dici potest,quia duæ gẽtes,& duo populi intra nos sunt.Nam & uirtutũ po-pulus intra nos est,et uitiorũ nihilominus populus intra nos est.De corde em nostro ꝓ

cedũt cogitationes malæ, adulteria, furta, falsa testimonia, doli, cõtentiones, hereses, inuidiæ, comessationes, & his similia. Vides quãtus malorũ populus intra nos est? Si uerò
Esa.26 mereamur illam uocẽ dicere sancto spiritui: A timore tuo domine in utero cõcepimus, & peperimus, spiritũ salutis tuę fecimus super terrã: tũc & alius intra nos populus inue-
Gal.5 nitur in spiritu generatus. Fructus em̃ spiritus est charitas, gaudiũ, pax, patiẽtia, humilitas, mansuetudo, cõtinentia, castitas, & his similia. Vides & alium populũ qui & ipse intra nos est: sed iste minor est, ille maior. Semper em̃ plures sunt mali q̃ boni, & uitia numerosiora uirtutibus. Sed si tales simus qualis Rebecca, & mereamur de Isaac, id est de uerbo dei habere conceptũ, etiam in nobis populus populũ superabit, & maior seruiet
Impleti dies minori. seruiet etenim caro spiritui, & uitia uirtutibus cedent. Et impleti sunt inquit, dies eius ut pareret, & erant gemini in uẽtre eius.] Hic sermo, id est impleti sunt dies eius ut pareret, nunq̃ ferè nisi de sanctis mulieribus scribitur. De hac nanq̃ Rebecca dictũ est hoc, & de Helisabeth matre Ioãnis, & Maria matre domini nostri Iesu Christi. Vnde mihi uidetur eximiũ aliquid, & præter cæteros homines huiuscemodi partus ostẽdere, & repletio dierum ortum perfectę sobolis indicare. Exijt aũt filius, inquit, primitiuus, rubens, & totus tanq̃ pellis hirsutus. Cognominauit aũt nomẽ illius Esau. Et postea exijt frater eius, & manus eius implexa erat calcaneo Esau, & appellauit nomẽ illius Iacob.]

Refert de his alia scriptura, quod Iacob supplãtauit in uentre fratrẽ suum, et huius rei indicium sit, quod manus eius implexa erat calcaneo fratris sui Esau. Qui Esau de utero matris suæ, pcessit hirsutus totus tanq̃ pellis, Iacob aũt leuis & simplex. Vnde & Iacob à luctando nomen accepit. Esau uerò (ut aiũt qui Hebręa nomina interpretãtur) uel à rubore, uel à terra, id est rubrus uel terrenus, uel (ut alijs uisum est) factura dictus uideꝛ. Verum quæ sunt istius natiuitatis priuilegia? Cur aũt ille supplãtauerit fratrem, & leuis ac simplex natus sit, cũ utiq̃ (sicut dicit apostolus) ex uno fuerint Isaac patre nostro utriusq̃ filij conceptus, uel cur ille totus hirsutus & horridus, & (ut ita dicam) peccati & nequitiæ squalore circundatus, non est meum discutere. Si em̃ uoluero in altum fodere, et aquæ uiuę latentes uenas aperire, continuo aderunt Phyliſtini, & litigabunt mecum, et rixas mihi & calumnias cõmouebunt, & incipiẽt replere terra sua & luto puteos meos. Nam utiq̃ si permitterent isti Phyliſtini, & ego uolebam accedere ad dominũ meũ patientissimum Iesum, qui dicit, quia ego uenientẽ ad me nõ repello: uolebam accedere, & sicut dixerũt ei discipuli, domine quis peccauit, hic, an parentes eius, ut cæcus nasceretur? & ego uolebam interrogare eum & dicere, domine quis peccauit, hic Esau an parentes eius, ut sic totus hirsutus et horridus nasceretur, ut in utero supplantareꝛ à fratre?
Facete Sed si uoluero interrogare de his uerbũ dei, & inquirere, statim mihi lites Phyliſtini, & calumnias mouent. Et ideo nos relinquẽtes hunc puteum, & uocantes eum inimicitiã, alium fodiamus. Post hæc, inquit, seminauit Isaac hordeum, & inuenit centuplũ. Benedixit aũt illum dominus, & magnificatus est homo, & processu maior fiebat quoadusq̃ magnus factus est ualde,] Quid est quod Isaac hordeum seminauit, & nõ frumentum, & benedicitur in eo quod hordeum seminat, & magnificatur quousq̃ magnus fiat? Apparet ergo quia nondum magnus erat, sed posteaq̃ seminauit hordeum, & collegit cẽ-
Hordeũ & triticum tuplum, tũc factus est magnus ualde. Hordeum iumentorũ maxime cibus est, aut seruorum rusticorũ. Est enim species asperior, & quæ uelut acuminibus quibusdam cõtingẽtem stimulare uideatur. Isaac sermo dei est, qui sermo in lege hordeũ seminat, & in euangelijs triticũ. Illũ enim cibũ perfectiorib. & spiritalibus, hunc imperitioribus & animali
Psal.35 bus parat: qa scriptũ est, Homines & iumẽta saluos facies domine. Isaac sermo legis hordeum seminat, & tamen in ipso hordeo inuenit centesimũ fructũ. Inuenis em̃ & in lege martyres, quorũ est cẽtesimus fructus. Sed & dñs noster in euangelijs Isaac, perfectiora quæq̃ apostolis, turbis aũt plebeia & cõmunia loquebatur. Vis aũt uidere quod etiam ipsius hordei cibos incipientibus exhibuit? Scriptũ est in euãgelijs, quod secũdo pauerit turbas. Sed illos quos primo pascit, id est incipiẽtes, hordeaceis panib. pascit. Postea uerò cũ iam profecissent in uerbo & doctrina, triticeos eis exhibet panes. Sed post hoc dominus, inqt, benedixit Isaac & magnus factus est ualde. Paruus erat Isaac in lege, sed processu tẽporis fit magnus. Fit magnus processu temporis in prophetis. Nam in sola lege nondũ magnus est, quippe quę & uelamine tecta est. Crescit ergo iã in prophetis.

Cum

Cum uerò peruenerit ad hoc usq;, ut & uelamen abijciat, tũc erit magnus ualde. Cũ cœperit litera legis uelut palea hordei eius secerni, & apparuerit quod spiritalis est lex, tũc Isaac magnificabit & fiet magnus ualde. Vide enim quia & dominus in euangelijs panes panes frangit, & qd' milia reficit populorũ, & quanti cophini reliquiarũ supersunt. Donec integri sunt panes nemo saturat, nemo reficit, nec ipsi panes uident augeri. Cõsidera ergo nunc quõ paucos panes frãgimus: de scripturis diuinis paucos sermones assumimus, quod milia hominũ saturant. Sed nisi fracti fuerint isti panes, nisi in partes cõminuti à discipulis, hoc est, nisi minutatim litera fuerit discussa & fracta, sensus eius ad omnes non potest peruenire. Cum aũt pertractare cœperimus & singula quæq; discutere, tunc turbæ quidem quantum poterunt, sumãt. Quod aũt non potuerint, colligendum est & reseruandum, ne quid pereat. Seruamus ergo & nos si quid turbæ capere nõ possunt, & colligimus in cophinis & sportis. Denicq; cum paulo ante fregissem panem de Iacob & Esau, quanta de illo pane fragmenta superauerunt? Quæ nos diligenter recollegimus ne perirẽt, & seruamus in sportis uel cophinis, usquequo dominus de ipsis quid etiam fieri iubeat, uideamus. Nunc autem quantũ possibile est, uel de panibus comedamus, uel de puteis hauriamus. Tentemus facere etiã illud quod sapiẽtia cõmonet dicens: Bibe aquas de tuis fontibus, & de tuis puteis, & sit tibi fons tuus proprius. Tenta ergo & tu ô auditor habere propriũ puteum & proprium fontem, ut & tu cum apprehenderis librum scripturarum, incipias etiam ex proprio sensu proferre aliquem intellectum, & secundũ ea quæ in ecclesia didicisti, tenta & tu bibere de fonte ingenij tui. Est intra te natura aquæ uiuæ, sunt uenæ perennes, & irrigua fluenta rationabilis sensus, si modo nõ sint terra & ruderibus oppleta. Sed satisage fodere terrã tuam, & purgare sordes, id est ingenij tui amouere desidiam, & torporem cordis excutere. Audi enim quid dicit scriptura: Punge oculum, & profert lachrymam: punge cor, & profert sensum. Purga ergo & tu ingeniũ tuũ, ut aliquãdo etiã de tuis fontibus bibas, & de tuis puteis hauriãs aquam uiuam. Si enim suscepisti in te uerbum dei, si accepisti ab Iesu aquam uiuã, & fideliter accepisti, fiet in te fons aquæ salientis in uitam æternam, in ipso Iesu Christo domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Frangere panem Matt. 14

Prou. 5

Eccles. 44

De puteis quos fodit Isaac, & repleti sunt à Philistinis.
Homilia Tredecima Cap. XXVI

SOLITA ergo ad puteos semper patriarcharũ inuenimus exercitia. Ecce enim refert scriptura, quod Isaac postq; benedixit illum dñs, & magnificatus est ualde, aggressus est opus magnum. Et cœpit, inquit, fodere puteos. Puteos quos foderunt pueri eius in tempore patris eius Abraham, sed oppilauerũt eos Philistini, & impleuerunt terra. Primo ergo habitauit apud puteum uisionis, & illuminatus à puteo uisionis, aggreditur alios puteos aperire. Et non primum nouos puteos, sed quos foderat pater eius Abraham. Et cum fodisset primum puteum, zelati sunt, inquit, eum Philistini. At ille zelo eorum non est deterritus, nec cessit inuidiæ: sed iterum, inquit, fodit puteos quos foderant pueri Abraham patris eius, & oppilauerant eos Philistini post mortem Abrahæ patris eius, & posuit illis nomina secundum nomina quæ posuerat pater eius. Fodit ergo illos puteos, quos pater suus foderat, & qui per malitiam Philistinorum terra fuerant repleti. Fodit & alios nouos in ualle Gerararum, non quidem ipse, sed pueri eius, & inuenit, inquit, ibi puteum aquæ uiuæ. Sed rixati sunt pastores Gerararum cum pastoribus Isaac, dicẽtes suam esse aquam, & appellauit nomen putei, iniquitas. Inique enim gesserunt cum eo. Sed Isaac recedit à malitia eorum, & fodit iterum alterum puteum, & pro ipso nihilominus, inquit, altercabantur, & appellauit nomen eius inimicitiã. Et recessit inde, & fodit iterũ puteum alium, & non sunt rixati. Ideo & appellauit nomẽ eius amplitudo, dicẽs quia nunc dilatauit nos deus, & auxit nos super terrã. Bene in quodam loco sanctus Apostolus considerans mysteriorum magnitudinem dicit: Et ad hęc quis idoneus? Simili modo, imò longe dissimili, quanto longe illo inferiores sumus, etiam nos uidentes tantã mysterij altitudinem puteorũ, dicimus, & ad hæc quis idoneus? Quis enim digne ualeat explicare uel puteorũ sacramẽta tantorum, uel eorum quę gesta pro puteis referũtur, nisi inuocemus patrem uerbi uiuentis

Rixa pro puteis

uentis,& ipse in ore nostro uerbũ dare dignetur, ut sitiẽtibus uobis possimus aliquantulum aquę uiuæ haurire ex his tam copiosis & multiplicibus puteis? Sunt ergo putei, quos foderunt pueri Abrahã,sed hos Phylistini repleuerunt terra.Hos ergo primũ pur
Allegoria gare aggreditur Isaac.Phylistini aquas oderunt,terrã diligunt: Isaac aquas diligit, pute os semper quærit,ueteres purgat,nouos aperit. Intuere nostrũ Isaac, qui pro nobis oblatus est hostia, uenientẽ in uallem Gerararũ, quam interpretantur machæram siue sepem ueniẽtem in aquam, ut medium parietem sepis soluat, & inimicitias in carne sua, uenientem tollere machæram,id est peccatum quod inter nos separat & deum,machęram quæ est media inter nos & cœlestes uirtutes,ut faciat utraq; unum,& ouem quæ errauerat,humeris suis reportet ad montes,& restituat ad alias nonagintanouem quæ nõ errauerunt. Hic ergo Isaac saluator noster cum uenisset in istam uallem Gerararum,primo omnium illos puteos fodere uult,quos foderant pueri patris sui,legis scilicet & prophetarum. Vult puteos innouare,quos Phylistini terra repleuerãt. Qui sunt isti,qui terra puteos replent? Illi sine dubio qui in lege terrenam & carnalem intelligentiã ponũt, & spiritalem ac mysticam claudunt,ut neq; ipsi bibant,neq; alios bibere permittãt.Audi Isaac dominum nostrum Iesum in euangelijs dicentem. Væ uobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ quoniã tulistis clauem scientiæ, & neq; ipsi introistis, neq; intrare uolentes permisistis .Isti sunt ergo, qui puteos, quos foderant pueri Abrahã, terra repleuerunt, qui legẽ carnaliter docent, & aquã sancti spiritus maculant. Qui puteos ad hoc habẽt, non ut aquã proferant, sed ut terram ponãt. Hos ergo puteos aggreditur fodere Isaac. Et uideamus quomodo eos fodit. Cũ pueri Isaac,qui sunt apostoli domini nostri transirent,inquit,per segetes sabbato uellebant spicas,et cõfricantes manibus manducabãt. Tunc ergo dicebant ei isti,qui terra repleuerant puteos patris eius: Ecce discipuli tui faciunt sabbatis quod non licet. Ille ut terrenum eorum foderet intellectum,dicit ad eos. Non legistis quid fecit Dauid,cum esuriret ipse,& qui cum ipso erant,quomodo intrauit ad Abiatar sacerdotem,& panes propositionis mãducauit ipse & pueri sui, quos nõ licebat mãducare nisi solis sacerdotibus? Et his addidit.Si sciretis quid est, misericordiã uolo,& non sacrificium,nunquã utiq; condemnassetis innocentes. Sed illi ad hæc quid
Ioan.9 referunt? Rixati sunt cum pueris eius, & dicunt. Non est hic homo à deo qui sabbatum non custodit.Hoc ergo modo fodit puteos Isaac,quos foderãt pueri patris sui. Puer patris sui erat Moyses,qui foderat puteũ legis. Pueri patris sui erãt Dauid & Solomon, & prophetæ,& si qui alij sunt,qui libros scripserãt ueteris testamenti,quos terrena & sordida repleuerat intelligentia Iudæorũ. Quam cũ uellet purgare Isaac, & ostẽdere quia quæcunq; lex & prophetæ dixerant,de ipso dixerant,rixati sunt cum eo Phylistini.Sed discedit ab eis.Non enim potest esse cum eis, qui in puteis nolunt aquã habere, sed ter-
Matt.23 ram, & dicit eis: Ecce relinquet uobis domus uestra deserta. Fodit ergo Isaac & nouos puteos, imò pueri Isaac fodiunt. Pueri sunt Isaac, Matthæus, Marcus,Lucas, Ioannes: pueri eius sunt Petrus,Iacobus, Iudas:puer eius est & Apostolus Paulus,qui omnes noui testamenti puteos fodiunt.Sed & pro his altercant illi qui terrena sapiunt, nec noua condi patiuntur,nec uetera purgari.Euangelicis puteis contradicũt,apostolicis aduersantur,Et quoniam in omnibus contradicunt, in omnibus litigant,dicitur ad eos:quoniam indignos uos fecistis gratia dei, ex hoc iam ad gentes ibimus. Post hæc ergo fodit tertium puteum Isaac,& appellauit nomen loci illius amplitudo,dicens,quia nunc dilatauit nos Dominus, & auxit nos super terram. Vere enim dilatatus est Isaac,& auctum est nomen eius super tarram, cum adimpleuit nobis scientiã trinitatis. Tunc enim tantum in Iudæa notus erat deus,& in Israel magnum nomen eius nominabatur,nunc autem in omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Euntes enim pueri Isaac per uniuersum orbem terræ foderunt puteos,& aquã uiuam omnibus ostenderunt,baptizantes omnes gentes in nomine patris,& filij,& spiritus sancti.Domini enim est terra,& plenitudo eius.Sed & unusquisq; nostrum qui uerbum dei ministrat,puteum fodit,& aquam uiuam quęrit, ex qua reficiat auditores. Si ergo incipiã & ego ueterũ dicta discutere,& sensum in eis quærere spiritalem,si conatus fuero uelamẽ legis amouere,& ostendere allegorica esse quæ scripta sunt,fodio quidẽ puteos, sed statim mihi mouebũt calumnias amici literę,& insidiabuntur mihi,inimicitias cõtinuo &

persecutio-

persecutiones parabunt, ueritatẽ negantes stare posse nisi super terrã. Sed nos si Isaac pueri sumus puteos aquæ uiuæ diligamus & fontes: à litigiosis & calumniatoribus recedamus, & relinquamus eos in terra quã diligunt. Nos uerò nunquã cessemus puteos aquæ uiuæ fodiendo: & nunc quidem uetera, nunc etiam noua discutiendo, efficiamur similes illi euangelico scribæ, de quo dominus dixit, quia profert de thesauro suo noua & uetera. Sed & si quis eorũ me nunc audiat disputantẽ, qui seculares literas nouit, dicit fortasse, Nostra sunt ista quæ dicis, & nostræ artis eruditio est: hæc ipsa qua disputas & doces, nostra eloquentia est. Et mouet mihi lites uelut Philistinus quidã dicens, quia in meo solo fodisti puteũ, & uidebit̃ sibi merito uendicare, quæ proprię terræ sunt. Verũ ad hæc ego respondebo, quia habet omnis terra aquas, sed qui Philistinus est, & terrena sapit, nescit in omni terra inuenire aquã, nescit in oĩ anima inuenire rationabilẽ sensum ad imaginẽ dei, nescit fidẽ, pietatẽ, religionẽ posse in omnib. inueniri. Quid tibi prodest habere eruditionẽ, & nescire ea uti? & habere sermonẽ, & nescire loqui? Istud opus proprie puerorũ Isaac est, qui in omni terra fodiũt puteos aquæ uiuæ, id est omni animæ uerbũ dei loquunt̃, & inueniũt fructũ. Deniq; uis uidere, unus puer Isaac quantos puteos in terra alienigenarũ foderit? Vide Paulũ, qui ab Hierusalẽ in circuitu usq; ad Illyricũ repleuit euangelium dei. Sed per singulos istos puteos persecutiones passus est Philistinorũ. Audi ipsum dicentẽ: Quanta mihi acciderunt Iconio, Lystris, quãta in Epheso? Quoties cęsus & quoties lapidatus est? quoties pugnauit ad bestias? sed permansit usquequo exiret ad latitudinẽ, id est usquequo in totius orbis terræ latitudinẽ ecclesias collocaret. Sic ergo putei, quos fodit Abrahã, id est scripturæ ueteris testamenti, repleti sunt terra à Philistinis: siue malis doctoribus, Scribis, & Pharisæis, siue etiã aduersarijs potestatibus: & obturatæ sunt eorũ uenę, ne potũ præbeant his, qui ex Abrahã sunt. Nõ enim populus ille bibere potest de scripturis, sed sitim patit̃ uerbi dei, donec ueniat Isaac, & aperiat eos ut bibant pueri sui. Gratia ergo filio Abrahæ Christo, de quo scriptũ est, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahã, qui uenit & aperuit nobis puteos. Ipsos em̃ aperiebat illis, qui dicebant: Nónne cor nostrũ ardens erat in nobis, cũ aperiret nobis scripturas? Aperuit ergo hos puteos, & uocauit eos, sicut uocauerat eos Abrahã pater eius. Nõ em̃ immutauit uocabula puteorũ. Et est mirũ quod Moyses etiã apud nos Moyses appellat̃, & Prophetæ unusquisq; suo nomine appellãt̃. Non em̃ Christus in eis nomina, sed intelligentiã cõmutauit. Cõmutauit aũt in eo, ut iam ultra nõ attendamus Iudaicis fabulis, & genealogijs infinitis: qui à ueritate quidẽ auditũ auertant, ad fabulas aũt conuertãtur. Aperuit ergo puteos, & docuit nos, ut non in aliquo loco quæramus deũ, sed sciamus quod in omni terra offert̃ sacrificiũ nomini eius. Nũc enim illud est tempus quãdo ueri adoratores adorant patrẽ, neq; in Hierosolymis, neq; in monte Garizin, sed in spiritu & ueritate. Nõ ergo in loco, neq; in terra habitat deus, sed in corde habitat. Et si locũ dei requiris, cor mundũ est locus eius. In hoc nanq; loco habitaturũ se dicit, cũ per prophetã ait: Habitabo in eis, & inambulabo: & ipsi erũt mihi populus, & ego ero illis deus: dicit dñs. Vide ergo quia forte etiã in uniuscuiusq; nostrũ anima est puteus aquæ uiuæ, est quidã cœlestis sensus, & imago dei latẽs: & hũc puteũ Philistini, id est potestates aduersæ repleuerũt terra. Quali terra? Carnalibus sensibus, & terrenis cogitationibus, & propterea portauimus imaginẽ terreni. Tunc ergo cũ portaremus imaginẽ terreni, Philistini repleuerũt terra puteos nostros. Sed nũc quoniã uenit noster Isaac, suscipiamus eius aduentũ, & fodiamus puteos nostros, & abijciamus ab eis terrã: purgemus eos ab omnibus sordibus, & à cunctis cogitationibus luteis & terrenis, & inueniemus in eis aquã uiuã, illã quã dicit dñs, qui credit in me, flumina de uentre ei fluent aquæ uiuæ. Vide quanta sit liberalitas domini. Puteos repleuerũt Philistini, & uenas nobis aquarũ exiles & tenues inuiderũt, & pro his nobis fontes reddunt̃ & flumina. Si ergo & uos hodie hæc audientes fideliter percipiatis auditũ, operat̃ & in uobis Isaac, purgat corda uestra à terrenis sensib. & uidẽtes hæc tanta mysteria in scripturis diuinis esse latentia, proficitis in intellectu, & proficitis in spiritalibus sensib. Incipietis etiã ipsi esse doctores, & procedẽt ex uobis flumina aquę uiuę. Adest em̃ uerbũ dei, & hæc nunc eius est operatio, ut de anima uniuscuiusq; nostrũ remoueat terrã, & aperiat fontem

Rom.15

2 Cor.11

Matth.1

Luc.24

Leuit.26

Moralis

fontem uiuum. Intra te enim est, & nō extrinsecus uenit, sicut & regnū dei intra te est.
Luc.15 Et mulier illa, quæ perdiderat drachmā, non illā inuenit extrinsecus, sed in domo sua, posteaq; accendit lucernā, & mundauit domum sordibus & immunditijs, quas longi temporis ignauia & hebetudo congesserat, & ibi inuenit drachmā. Et tu ergo si accendas lucernam, si adhibeas tibi illuminationē spiritus sancti, & in lumine eius uideas lumen, inuenies intra te drachmā. Intra te nāq; est collocata imago regis cœlestis. Cum enim faceret hominē ex initio deus, ad imaginē & similitudinem suam fecit eum: & hanc imaginē non extrinsecus, sed intra eum collocauit. Hæc in te uideri nō poterat, donec domus tua sordida erat, immūditijs & ruderibus repleta. Iste fons scientię intra te erat situs, sed nō poterat fluere, quia Philistini repleuerant eū terra, & fecerant in te imaginē terreni. Sed tu portasti quidem tunc imaginem terreni, nunc uerò his auditis ab illa omni mole & oppressione terrena per uerbū dei purgatus, imaginē cœlestis in te splendescere facito. Hæc ergo imago est de qua dicebat pater ad filiū, faciamus hominē ad imaginē & similitudinem nostrā. Filius dei est pictor huius imaginis. Et quia talis ac tantus est pictor, imago eius obscurari per incuriā potest, deleri per malitiā nō potest. Manet em̄ semper imago dei in te, licet tu tibiipse superducas imaginē terreni. Istam picturā tu tibi ipse depingis. Cum enim te libido fuscauerit, induxisti unū colorem terrenū. Si uerò & auaritiæ studeas, miscuisti & aliū. Sed & cum te ira sanguineū facit, addis nihilominus & tertiū colorē. Superbiæ quoq; alius additur fucus, & impietatis alius. Et sic per singulas quasq; malitias, uelut diuersis coloribus cōgregatis, hāc imaginem terreni, quā Deus in te nō fecit, tu tibi ipse depingis. Propterea ergo depre
Esa.44 candus est nobis ille, qui dicit per prophetā: Ecce ego deleo sicut nubem iniquitates tuas, & sicut caliginē peccata tua. Et cum deleuerit omnes istos in te colores, qui ex fucis malitiæ sumpti sunt, tunc resplendebit in te imago illa quæ à deo creata est. Vides qūo diuinæ scripturæ formas inducunt & figuras, quibus ad agnitionē uel purgationem sui anima doceatur. Vis adhuc & aliam uidere formā huius imaginis? Sunt quædam literę quas deus scribit, quędā literę quas nos scribimus. Peccati literas nos scribi
Col.2 mus. Audi apostolum dicentē: Delens, inquit, quod aduersum nos erat chirographū in decretis, quod erat contrariū nobis, tulit illud de medio, affigēs illud cruci suę. Istud quidē quod dicit chirographum, peccatorum nostrorum cautio fuit. Vnusquisq; etenim nostrum, in his quæ delinquit, efficitur debitor, & peccati sui literas scribit. Quia
Dan.7 & in iudicio dei, quod Daniel cōsedisse describit, libros dicit apertos, sine dubio qui peccata hominū continerēt. Hos ergo ipsi nobis scribimus per ea quæ delinquimus. Huius em̄ rei & illa imago est, quæ in euangelio dicit̄ de uillico iniquitatis, qui ad unūquenq; debitorē dicit, accipe literas tuas, & sedens scribe octoginta, & cætera quæ referunt̄. Vides ergo quia unicuiq; dicit̄, accipe literas tuas. Vnde cōstat nostras esse
2.Cor.3 literas peccati, literas aūt iustitię deus scribit. Ita enim dicit Apostolus: Vos enim estis epistola scripta, non atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Habes ergo in te literas dei, & literas spiritus sancti. Si uerò delinquas, ipse tibi conscribis peccati chirographum. Sed uide quia cū semel accessisti ad crucē Christi, & ad gratiā baptismi, chirographū tuū cruci affixū, & in fonte baptismi deletū est. Non rescribas ultra quæ deleta sunt, nec repares quę abolita sunt: solas in te serua literas dei, sola in te permaneat scriptura spiritus sancti. Sed redeamus ad Isaac, & fodiamus cū ipso puteos aquæ uiuæ: etiāsi obsistunt Philistini, etiā si rixant̄, nos ta
Prouerb.5 men perseueremus cū ipso puteos fodiendo, ut & nobis dicatur, bibe aquam de tuis fontibus, & de tuis puteis: & intantum fodiamus, ut superabundent aquę putei in plateis nostris, ut non solum nobis sufficiat scientia scripturarum, sed & alios doceamus, & alios instruamus, ut bibant homines, bibant & pecora. Audiant prudentes, audiāt simplices quiq;: sapientibus & insipientibus debitor est doctor ecclesiæ, potare homi
Psal.35 nes, potare debet & pecora. quia & propheta dicit: Homines & iumēta saluos facies domine. illuminante nos, & purgante corda nostra ipso domino Iesu Christo saluatore nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo

De eo quod apparuit dominus Isaac ad puteũ iuramenti, & de pacto quod cõposuit cum Abimelech. Homilia Quartadecima, Secundæ partis Cap. XXVI

SCRIPTVM est in propheta ex persona domini dicẽtis, Et in manibus prophetarum assimilatus sum. Qui sermo illud indicat, quod cum unus sit dominus noster Iesus Christus per substantiã suam, & nihil aliud quàm filius dei sit, in figuris tamẽ, & formis scripturarũ, uarius ac diuersus ostenditur. Verbi gratia, sicut in superioribus exposuisse nos memini, quod ipse fuisset in typo Isaac, cum offeretur ad holocaustũ, ipsius tamẽ & aries formã teneret. Ego amplius dico quod in angelo qui locutus est ad Abrahã, & dicit ei, ne iniicias manũ tuã in puerũ, ipse ostenditur, quia iterũ dicit ad eum: Propterea quod fecisti uerbũ hoc, benedicens benedicam te. Ouis, uel agnus qui immolatur in pascha, ipse dicitur, & ouiũ pastor ipse signatur: & põtifex, qui offert sacrificium, nihilominus ipse describitur. sponsus tanquã uerbũ dei ipse appellatur, & tanq; sapientia ipse rursus sponsa nominatur: sicut & propheta dicit ex persona ipsius, Tanq; sponso posuit mihi mitrã, tanquã spõsam adornauit me ornamẽto: & multa alia, quæ nunc interim persequi longũ est. Sicut ergo ipse dominus pro loco & tẽpore formã sui singulis quibusq; accõmodat causis: ita etiã sancti, qui eius typũ gerebãt, pro locis & tẽporibus & causis, mysteriorũ figuras egisse credendi sunt: sicut & nũc fieri in Isaac uidemus, de quo recitatũ est nobis. Ascendit, inquit, inde ad puteũ iuramenti, & apparuit ei dñs nocte illa, & dixit: Ego sum deus Abrahã patris tui, noli timere. Tecũ ẽm sum, & benedicã te, & multiplicabo semẽ tuũ propter Abrahã patrẽ tuũ.] Huius Isaac duas nobis figuras exposuit apostolus Paulus: unã qua dixit, quod Hismahel quidẽ filius Agar, populi secundũ carnẽ, Isaac uerò populi q ex fide est, formã tenet: & aliã qua ait, non dixit ex seminibus, quasi in multis, sed semini tuo tanquã in uno, qui est Christus. Tenet ergo Isaac populi figurã, & Christi. Christũ aũt tanquã uerbũ dei non solũ in euangelijs loqui, sed & in lege certũ est & prophetis. Verum in lege incipientes, in euangelijs perfectos, docet. Et Isaac ergo formã nunc uerbi, qd' in lege uel prophetis est, tenet. Ascendit igit' Isaac ad puteũ iuramenti, & apparuit illi dominus. Ascensionẽ legis & ante iam diximus ornatũ templi esse, & eorũ quæ inibi diuina gerebant obsequia. Potest & augmentũ prophetarũ legis ascensio nominari: & propterea forte ad puteũ iuramenti ascendisse dicitur, & ibi apparuisse ei dñs. Nã per prophetas iurauit dñs, & non pœnitebit, quod ipse sit sacerdos inæternũ secundũ ordinem Melchisedech. Ad puteũ ergo iuramẽti uisus est ei deus, futura in eo promissa confirmans. Et ædificauit ibi altare Isaac, & inuocauit nomẽ domini, & fixit ibi tabernaculũ suum. Foderunt aũt ibi pueri Isaac puteum.] Ædificat quidem Isaac etiã altare in lege, & figit tabernaculũ suũ. In euangelijs uerò non tabernaculum figit, sed domũ ædificat, & fundamentũ collocat. Audi enim dicentẽ sapientiã de ecclesia. Sapientia, inquit, ædificauit sibi domũ, & suppossuit septẽ columnas. Audi de hoc etiã Paulum dicentẽ. Fundamentũ enim nemo potest ponere, præter id quod positũ est, qui est Iesus Christus. Vbi ergo tabernaculũ est, etiã si figatur, sine dubio resoluẽdum est: ubi uerò fundamẽta sunt, & supra petrã ædificatur domus, nunquã resoluitur domus illa. Fundata enim est supra petrã. Fodit tamen & ibi puteum Isaac, nec unquam cessat puteos fodiẽdo, donec oriatur fons aquæ uiuæ, & fluminis impetus lætificet ciuitatẽ dei. Sed & Abimelech ille, qui dudum honorauerat Abrahã, uenit nũc cum amicis suis de Gerauris ad Isaac. Et dicit illis Isaac: Quid uenistis ad me? uos ẽm odistis me, & eiecistis me à uobis. Ad hæc illi respondent: Videntes, inquit, uidimus, quia est dominus tecum, & diximus: fiat coniuratio inter nos & te, & constituamus tecum pactum ne facias nobiscum mala, & cætera.] Iste Abimelech (ut uideo) non semper pacem habet cum Isaac, sed aliquando dissidet, aliquando pacem requirit. Si meministis qũo in superioribus diximus de Abimelech, quod personã teneat studiosorum & sapientiũ seculi, qui per eruditionẽ philosophiæ multa etiam ex ueritate comprehẽderũt: intelligere potestis quomodo hic cũ Isaac, qui uerbi dei, quod in lege est, tenet figurã, neq; in dissensione semper potest esse, neq; semper in pace. Philosophia ẽm neq; in omnibus legi dei cõtraria est, neq; in omnibus cõsona. Multi ẽm philosophorũ unum esse Deum, qui cũcta creauerit, scribunt. In hoc cõsentiunt legi dei. Aliquanti etiã hoc addiderũt, quod Deus

Regula ad allegorias faciens

Esa. 61

Gal. 4

Psal. 110

Prouerb. 8

1. Cor. 3

Mercurius & Plato

Deus cuncta per uerbũ ſuũ & fecerit, & regat, & uerbum dei ſit quo cuncta moderen tur. In hoc non ſolũ legi, ſed etiã euangelijs cõſona ſcribunt. Moralis uerò & phyſica quæ dicit philoſophia, penè omnia quæ noſtra ſunt ſentiũt. Diſſidẽt uerò à nobis, cũ Deo dicũt eſſe materiã coæternã. Diſſident, cũ negãt Deũ curare mortalia, ſed prouidentiã eius ſupra lunaris globi ſpacia cohiberi. Diſſidẽt à nobis, cũ uitas naſcentiũ ſtellarum curſibus pendũt. Diſſident, cum ſempiternũ dicunt hunc mundũ, & nullo fine claudendum. Sed & alia plurima ſunt, in quibus nobiſcum uel diſſident, uel concordant. Et ideo Abimelech ſecundum hanc figurã aliquando in pace eſſe cum Iſaac, aliquando diſſidere deſcribit. Sed & hoc non puto quod ocioſe ſpiritui ſancto, qui hæc ſcribit, curæ fuerit cõprehẽdere, quod duo alij cum Abimelech uenerint, id eſt Ochozach gener eius, & Ficol dux exercitus eius. Interpretatur autẽ Ochozach tenens, & Ficol os omnium. Ipſe autẽ Abimelech, pater meus rex. Qui tres (ut ego arbitror) imaginẽ totius philoſophiæ tenent, quæ apud eos in tres partes diuiditur, logicã, phyſicã, ethicã, id eſt rationalẽ, naturalẽ, moralem. Rationalis eſt illa, quæ deũ patrem omniũ confitetur, ut eſt Abimelech. Naturalis illa eſt, quæ fixa eſt & tenet omnia uelut naturæ ipſius uiribus nitens, quã profitetur Ochozach, qui dicitur tenẽs. Moralis eſt, quæ in ore eſt omniũ, & ad omẽs pertinet, & pro cõmuni ſimilitudine præceptorũ, in omniũ ore uerſatur, quã deſignat iſte Ficol, qui os omnium interpretatur. Hi ergo omnes in huiuſcemodi eruditionibus inſtituti, ueniũt ad legẽ Dei, & dicũt. Videntes uidimus, quia eſt dominus tecũ, & diximus: fiat coniuratio inter nos & inter te, & cõſtituamus tecũ pactum, ne facias nobiſcum mala, ſed quemadmodũ nos te non ſumus execrati, ita & tu benedictus domino. Poſſunt quidẽ iſti tres, qui pacem requirũt à uerbo dei, & præuenire cupiũt pacto ſocietatẽ eius, figuram tenere Magorum, qui ex Orientis partibus ueniũt eruditi paternis libris, & inſtitutionibus maiorũ, & dicũt: Quia uidentes uidimus natum regẽ, & uidimus quia deus eſt cum ipſo, & uenimus adorare eum. Sed & ſi quis ille eſt, qui huiuſcemodi eruditionibus inſtitutus uidens quia Deus erat in Chriſto mundũ reconciliãs ſibi, & admiratus operũ eius maieſtatẽ dicat, uidẽtes uidimus quia eſt dominus tecũ, & diximus, fiat coniuratio inter nos. Aſcendens eñ ad legẽ dei neceſſario dicit. Iuraui & ſtatui cuſtodire mandata tua. Sed quid petũt? Ne facias nobis, inquiũt, mala, ſed ſicut nos te execrati nõ ſumus, ita & tu benedictus domino. Remiſſionẽ peccatorũ per hæc depoſcere mihi uidentur, ne recipiant mala. Benedictionẽ poſtulant, non retributionẽ. Deniq; uide quid ſequitur. Et fecit illis, inquit, cõuiuiũ magnũ Iſaac, & manducauerunt & biberunt. Certũ eſt enim, quia qui miniſtrat uerbũ, ſapiẽtibus & inſipientibus debitor eſt. quia ergo conuiuiũ ſapiẽtibus exhibet, idcirco dicit, quia nõ paruũ ſed magnũ conuiuiũ fecit. Et tu ſi non ſis adhuc paruulus, & lacte non indigeas, ſed exercitatos deferas ſenſus, & eruditione plurima præmiſſa ad intelligentiã uerbi dei capacior uenias, fit etiam tibi conuiuiũ magnũ. Non tibi holera languidorũ parabit cibus, nec lacte nutrieris, quo paruuli nutriũtur, ſed faciet tibi miniſter uerbi conuiuiũ magnũ. Loquetur tibi ſapientiã, quę inter perfectos proferẽ, ſapientiã dei in myſterio abſconditã proferet tibi, quã nemo principũ huius ſeculi cognouit. Reuelabit tibi Chriſtũ ſecundum hoc, quod in eo omnes theſauri ſapiẽtiæ, & ſcientiæ abſconditi ſunt. Faciet ergo tibi conuiuiũ magnũ, & ipſe tecũ epulabitur, ſi te non inueniat talẽ, ut dicat tibi: quia non potui uobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus, tanquam paruulis in Chriſto lac uobis potũ dedi non eſcã. Corinthijs hoc dicit, quibus & addit: Cũ enim ſint inter uos contentiones, & diſſenſiones, nónne carnales eſtis, & ſecundũ hominẽ ambulatis? Iſtis nõ fecit magnũ conuiuiũ Paulus, intantum, ut cũ eſſet apud eos, & egeret, nulli oneri eſſet, nec panẽ gratis ab aliquo manducaret: ſed ſibi & omnibus qui ſecũ erant, nocte & die laborantes manus ſuæ miniſtrarent. Tam ergo longe aberant Corinthij quibus magnũ cõuiuiũ fieret, ut nec minimũ quidẽ, uel exiguũ apud eos prædicator uerbi dei potuerit habere conuiuiũ. Qui uerò ſciũt audire perfectius, qui eruditos & exercitatos ad audiendũ uerbũ dei deferũt ſenſus, iſtis fit magnũ conuiuiũ: cum iſtis epulatur Iſaac, & non ſolum epulatur, ſed & ſurgens cum iuramento eis pacẽ de futuris promittit. Oremus ergo & nos tali mẽte, tali fide accedere ad audiendũ uerbũ dei, ut facere nobis dignetur conuiuiũ magnum. Sapientia

Philoſophia mundana

Pſal. 118

Philoſophia præparat ad Theologiam

1. Cor. 3

1. Cor. 1

pientia enim iugulauit hostias suas, miscuit in cratere uinũ suũ, & misit seruos suos, qui omnes quotquot inuenerint, perducant ad conuiuiũ suum. Tantũ est, ut & nos ingressi conuiuium sapientiæ, non rursum nobiscum indumenta insipientiæ deferamus, nõ infi delitatis ueste circũdati, nõ peccatorũ maculis fucati: sed in simplicitate & puritate cor dis amplectamur uerbum, & diuinæ sapientiæ famulemur, qui est Christus Iesus domi nus noster, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptũ est. Et ascenderũt ex Ægypto, & uenerũt in terrã Chanaan, ab la cob patrẽ suũ, & nunciauerũt ei dicentes, quia filius tuus Ioseph uiuit, & ipse principa tum agit totius terræ Ægypti. Homilia XV. Cap. XLV. & XLVI.

OBSERVANDVM nobis est scripturas sanctas legentibus, quõ in singulis quibusq; locis ascendere cõmemoratur, & descendere. Si enim diligentius consideremus, inueniemus quia nũquam ferè in sanctum quis locum dicit descendisse, neq; ad uituperabilem cõscendisse memoratur. Quæ obseruationes ostendunt scripturam diuinam non (ut plurimis uidetur) inerudito & agresti sermone cõpositam, sed secundum disciplinã diuinæ eruditionis aptatam: neq; tantum historicis narrationibus, quantũ rebus et sensibus mysticis seruientẽ inuenies. Ergo scriptum est eos, qui ex semine Abraham nascuntur, descendisse in Ægyptũ, & rursum filios Israel ascendisse de Ægypto. Denicq; & de ipso Abraham sic dicitur: Ascendit autem Abraham de Ægypto, ipse & uxor eius, & omnia quæ eius erãt, & Loth cum ipso in desertum. Tum deinde & de Isaac dicitur, quia apparuit ei dominus, & dixit ei. Ne descendas in Ægyptum, Sed & Ismaelitæ, qui portabant θυμιάματα & rhesinam, & guttam, & ipsi ex semine Abraham erant, in Ægyptum descendere referuntur, cum quibus Ioseph descendisse in Ægyptum dicitur. Sed & post hæc, uidens, inquit, Iacob quia est commercium frumenti in Ægypto, dixit ad filios suos. Vt quid desides estis? Ecce audio quia est frumentum in Ægypto. Descendite illuc, & emite nobis escas, ut uiuamus, & non moriamur. Et paulo post: Descenderunt, inquit, fratres Ioseph in Ægyptum cõparare frumentum. Sanè cum detentus fuisset Simeon in Ægypto, & nouem fratres eius dimissi reuerterentur ad patrem, non est scriptum quia ascenderunt ex Ægypto, sed imponẽtes, inquit, frumentũ super asinos suos abierunt. Neq; enim digne dicerentur ascendere, quorum frater uinctus tenebat in Ægypto, cũ quo & ipsi mente & animo soliciti, uelut quibusdã charitatis uinculis cruciabãtur adstricti. Cũ aũt recepto fratre, & agnito Ioseph, sed & Beniamin in oculis eius oblato, cum lætitia reuertuntur, tũc dicitur quia ascenderunt ex Ægypto, & uenerunt in terram Chanaan ad Iacob patrem suum. Tunc etiam, quando dicunt ad patrem, quia Ioseph filius tuus uiuit, et ipse principatum tenet & agit totius terræ Ægypti. Necessario enim ab infimis & humilibus dicuntur ad ardua & excelsa conscendere, qui Ioseph uiuere nunciant, & principatum totius Ægypti gerere. Hæc interim ad præsens nobis occurrere de ascensione & descensione potuerunt: ex quibus studiosi quiq; occasiones habere possunt, plura de scripturis sanctis pro huiusmodi assertione probamenta colligere. Videamus sanè quomodo audire debeamus de eo quod scriptũ est, quia Ioseph filius tuus uiuit. Ego hęc non cõmuniter dicta suscipio. Si enim (uerbi causa) ponamus quia potuisset uinci à libidine, & peccasset cum uxore domini sui, nõ puto quod hoc à patriarchis de eo nunciatũ fuisset patri eius Iacob, quia filius tuus Ioseph uiuit. Hoc enim si feciſſet, sine dubio non uiuebat. Anima enim quæ peccat, ipsa morietur. Sed & Susanna eadem docet, cum dicit: Angustię mihi sunt undiq;. Si enim hoc fecero (id est si peccauero) mors mihi est: & si non fecero, nõ effugiam manus uestras. Vides ergo & ipsam mortem in peccato posuisse. Sed & ad primũ hominẽ à deo prolata sententia, eadem continet, cum dicit: Qua die manducaueritis ex eo, morte moriemini. Statim nanq; ut præuaricatus est mandatũ, mortuus est. Mortua est enim anima quæ peccauit, & arguitur serpẽs fefellisse, qui dixit, nõ morte moriemini. Et hæc de eo quod dictũ est à filijs Israel ad Iacob, quia Ioseph filius tuus uiuit. Quibus similia etiam in posterioribus referuntur, cũ dicitur. Et resuscitatus est spiritus Iacob patris eorum: & dixit Israel, magnũ mihi est, si adhuc Ioseph filius meus uiuit. Quod in Latino dicitur resuscitatus est spiritus eius, in Græco ἀνεζωπύρησεν scriptum est. Quod nõ tam re

Ascendere & descẽdere quid

Gen.13 Gen.26 Gen.37 Gen.41 Dan.13 Gen.2 Gen.3 Gen.45

Hoc de suo addit interp.

ſuſcitare, quã̄ reaccẽdere (ut ita dicam) ſignificat, & reignire. Quod dici ſolet, cum forte in aliqua materia ignis eouſq; deficit, ut extingui uideaẽ, & ſi forte fomentis adhibitis reparetur, reaccenſus dicitur. Aut ſi lucernæ lumen eouſque perueniat, ut putetur extingui, ſi forte infuſo oleo reſuſcitetur, licet minus polito ſermone, reaccenſa lucerna dicitur. Similiter & de lampade, uel alijs huiuſcemodi luminibus appellabiẽ. Tale ergo aliquid & in Iacob indicare uidebitur hic ſermo, quod donec longe fuit ab Ioſeph et nõ eſt ei annunciatũ de uita eius, ueluti defecerat in eo ſpiritus eius, & lumen quod in ipſo fuit, fomentis deficientibus iam fuerat obſcuratũ. Vbi uerò uenerunt, qui ei annuncia-rent de uita eius, id eſt qui dicerent, quia uita erat lux hominũ, reaccendit in ſe ſpiritum ſuum, & reparatus eſt in eo fulgor luminis ueri. Quod autem poſſit interdum diuinus ignis extingui etiam in ſanctis & fidelibus, audi Apoſtolum Paulum præcipiẽtem his,

1 Theſſ. 5

qui dona ſpiritus & gratiam merebantur accipere, & dicentẽ: Spiritũ nolite extinguere. Tanquã ergo tale aliquid paſſus fuerit Iacob, quale Paulus præcepit fieri nõ debere, & reparauerit ſe per ea, quæ ei nunciata fuerant de uita Ioſeph, dicitur de eo. Et reaccendit ſpiritum ſuum Iacob, & dixit Iſrael: Magnum mihi eſt, ſi adhuc filius meus Ioſeph uiuit. Sed hoc obſeruandum eſt, quia qui reaccendit ſpiritũ ſuum, eum ſcilicet, qui penè uidebatur extinctus, Iacob dicitur. Ille aũt qui dicit, Magnum mihi eſt, ſi filius meus Ioſeph uiuit, quaſi intelligẽs & uiuens magnam eſſe uitam quæ eſt in Ioſeph, ſpiritalis iſte

Iſrael uidens deum

non iam Iacob, ſed Iſrael ſcribitur, tanquã qui mente uideat ueram uitam, quæ eſt uerus deus Chriſtus. Non ſolum aũt de hoc motus eſt, quod audiuit, quia Ioſeph filius tuus uiuit, ſed & de illo maxime, quod annunciatũ eſt ei, quia ipſe ſit qui principatũ teneat totius Ægypti. Hoc eñ uerè magnũ eſt ei, quod in ditionem ſuam redegit Ægyptum. Calcare eñ libidinẽ, fugere luxuriã, omnesq; uoluptates corporis premere ac frenare, hoc eſt principatũ gerere totius Ægypti. Et hoc eſt quod apud Iſrael magnũ duciẽ, & in admiratione habeẽ. Si quis uerò eſt, qui aliqua quidẽ uitia corporis ſubiuget, alijs uerò cedat & ſubiaceat, de iſto non integre dicitur, quia principatũ agit totius terræ Ægypti, ſed (uerbi cauſa) unius forte, aut duarũ, uel trium ciuitatũ uidebitur gerere principatũ. Ioſeph uerò cui nulla corporis libido dominata eſt, totius Ægypti princeps & dñs fuit. Dicit ergo nõ iam Iacob, ſed Iſrael reaccenſo ſpiritu. Magnum mihi eſt, ſi adhuc Ioſeph filius meus uiuit, ibo & uidebo eum antequam moriar. Sed ne hoc quidem otioſe relinquendum eſt, quod non animam, ſed ſpiritum, tanquam meliorẽ ſui partem, reſuſcitatum, uel reaccenſum dicit. Splendor etenim lucis, qui erat in eo, etiam ſi extinctus in eo penitus non eſt tunc cum obtulerunt filij eius tunicam Ioſeph, hœdi ſanguine maculatam: ſed mendacio eorũ decipi potuit, ita ut ſcinderet ueſtimẽta ſua, & poneret ſaccum ſuper lumbũ ſuum, & lugeret filiũ ſuũ, nec uellet omnino conſolari, ſed diceret quia deſcendo ad filium meum lugens in infernum, tunc etiam ſi (ut diximus) non erat penitus extinctum in eo lumen, maxima tamen ex parte fuerat obſcuratum, quod decipi potuit, quod ueſtimenta ſcindere, quod falſo lugere, quod implorare mortem, quod in infernum cuperet lugendo deſcendere. Propter hęc ergo nunc reſuſcitat & reaccendit ſpiritum ſuum, quia conſequens erat, ut lumen, quod in eo obſcurauerat fraus mendacij, reaccenderet & refoueret ueritatis auditus. Verum quia diximus quod Iacob eſt qui reaccendit ſpiritum ſuum, Iſrael uerò eſt, qui dicit, Magnum mihi eſt, ſi adhuc filius meus Ioſeph uiuit, potes & tu qui hæc audis, incipiens ab eo loco ubi ſcriptum eſt, quia dixit ei:

Gen. 32

Iam non Iacob uocabitur nomen tuũ, ſed Iſrael, quia inualuiſti ad deum, & cum hominibus potens factus es: omnem ſcripturam decurrẽs inuenire huius uocabuli differentiã.

Iſrael fortis deo

Verbi cauſa, cum dicit, annuncia mihi nomen tuum, hic is qui ignorat nomen, nõ Iſrael eſſe dicitur, ſed Iacob. Vbi uerò nõ edunt neruum, qui obſtupuit in latitudine femoris

Gen. 33

patriarchę, non filij Iacob, ſed filij Iſrael eſſe dicuntur. Ille uerò qui reſpiciens uidit Eſau uenientem, & cum ipſo quadringentos uiros, & adorauit ſepties fornicatorẽ, & profanum, & eum qui pro una eſca uẽdidit primogenita ſua, nõ Iſrael, ſed Iacob dicitur. Sed & cum ei offert dona, & dicit: ſi inueni gratiã coram te, ſuſcipe hęc munera de manibus meis. propter quod uidi faciem tuam, ſicut qui uidet faciem dei: hic nõ erat Iſrael, ſed Iacob. Et ubi audiuit quia contaminata eſt Dina filia eius, & tacuit Iacob uſquequo cõuenirent filij eius, non dicitur Iſrael. Sed & tu (ut dixi) ſimilia ſi obſerues, inuenies. In præ-

Gen. 34

ſenti

senti igitur lectione non Iacob, sed Israel dicit: Magnũ mihi est si adhuc filius meus Ioseph uiuit. Sed & cum uenit ad puteum iuramenti, & offert hostias deo patris sui Isaac, non Iacob dicitur, sed Israel. Verum si requiras, cur in uisu nocte loquens ad eum deus, non dicit Israel, sed Iacob, forte propter hoc quia nox erat, & adhuc per uisum, & nondum palàm uocem dei audire merebatur. Et cum intrat in Ægyptum, non Israel, sed Iacob dicitur, & filij eius cum ipso. & cum stat ante Pharaonem, ut benedicat eum, non Israel, sed Iacob nominatur. Neq; enim capiebat Pharao Israelis benedictionẽ. Et Iacob nõ Israel est, qui dicit ad Pharaonẽ, quia parui & pessimi sunt dies uitæ suæ. Quod uicq; nunquam diceret Israel. Post hæc uerò nõ de Iacob, sed de Israel dicitur, quia uocauit filium suum Ioseph, & dicit ei: Si inueni gratiam in conspectu tuo, pone manũ tuam sub femore meo, & facies super me misericordiam & ueritatem. Et qui adorauit super fastigium uirge Ioseph, non erat Iacob sed Israel. Tum deinde cum benedicit filios Ioseph, Israel dicitur. Et cum cõuocat filios suos, dicit: Conuenite ut annunciem uobis quæ euenient uobis in nouissimis diebus. Cõgregamini filij Iacob, & audite Israel patrẽ uestrũ. Sed fortasse requires, quare filij Iacob dicũtur qui cõueniunt. Israel uerò dicitur, qui benedicit eos. Vide ne forte hoc indicetur, quod illi nondum eousq; profecerant, ut Israel meritis æquarẽtur. Et ideo illi filij Iacob dicuntur tãquam inferiores, ille uerò qui iam perfectus erat, & benedictiones futurorũ cõscius dabat, Israel appellabatur. Sanè quod dicitur, quia sepelierũt sepultores Ægypti nõ Iacob, sed Israel, grandis uidetur quæstio. Sed ego arbitor quod illorũ in hoc uitium exponatur, quibus pro eo quod exosus est omnis intellectus bonorũ, & omnis perspicacia intelligentiæ cœlestis, Israel ab eis sepeliri dicat: quia apud impios sancti mortui sunt, & sepulti. Hæc inquantũ ad præsens occurrere potuit de differentia Iacob, & Israel, memorata sint nobis. Dignũ sanè post hæc uidetur intueri, & prospicere, quæ ad ipsum deus loquatur, & quomodo eum, uelut ad quosdam agones proficiscentẽ corroborãs & cohortans mittat ad Ægyptũ. Ait enim: Noli timere descẽdere in Ægyptum, hoc est dicere, cõgressurus aduersus principatus & potestates, & aduersus mũdi huius (qui figuraliter Ægyptus appellatur) rectores tenebrarũ harũ, noli timere, noli trepidare. Quod si & causam scire uis quur timere non debeas, audi promissionem meam. In gentẽ enim magnam faciam te ibi, & descendam tecum in Ægyptũ, et ego te reuocabo inde in finem. Non ergo timet descendere in Ægyptum, nõ timet agones huius mundi, & obsistentiũ dæmonum subire certamina cum quo in agones descenderit deus. Denicq; audi apostolum Paulum dicentem. Amplius, inquit, ego cp̃s omnes illi laboraui, non aũt ego, sed gratia dei mecum. Sed cum Hierosolymis aduersus eum cõmota fuisset seditio, & agonem clarissimum pro uerbo & prædicatione domini desudaret, astitit ei dominus, & dixit eadẽ quæ nunc dicunt ad Israel: Noli, inquit, timere Paule, quia sicut testificatus es de me Hierosolymis, ita te oportet & Romæ testimoniũ dare. Verũ ego amplius adhuc aliquid hoc in loco arbitror latere mysterij. Mouet enim me quod dixit, In gentem magnã faciam te, & descendam tecum in Ægyptum, & inde te reuocabo in finem. Quis est iste, qui factus est in gentẽ magnã in Ægypto, & in fine reuocatus est? Quantũ ad Iacob illum spectat, de quo dici putatur, non uidebitur esse uerum. Non em̃ reuocatus est in finem de Ægypto, quippe qui defunctus in Ægypto est. Absurdum autẽ erit si quis in eo reuocatũ dicit à deo Iacob, quia corpus eius reportatum est. Quod si recipiatur, non erit uerum quod deus non est deus mortuorũ, sed uiuorum. Non ergo conuenit hoc de corpore mortuo intelligi, sed super uiuis & uigẽtibus approbari. Videamus ergo ne forte, uel domini descẽdentis in hunc mundum, & in gentem magnã, hoc est in ecclesiam ex gentibus factam, consummatisq; oñibus ad patrem regressi: uel protoplasti in hoc figura formet, qui in agones descẽdit in Ægyptũ, cum de paradisi delicijs eiectus, ad huius mundi labores erũnasq; deducitur, proposito sibi cũ serpente certamine, cũ dicitur: Tu illius obseruabis caput, & ipse tuum obseruabit calcaneum. et iterum cum ad mulierem dicitur, quia ponam inimicitias inter te & ipsum, & inter semen tuũ, & semen illius. Nec tamen eos in hoc certamine positos deserit deus, sed semper est cũ ipsis. Complacet in Abel, corripit Cain. Inuocatus adest Enoch. Noe mandat in diluuio arcam salutis extruere. Abrahã deducit de domo patris sui, & de cognatione sua. Isaac & Iacob benedicit, filios Israel educit ex

Gen.48

Gen.49

1.Cor.15

Act.27

Quæstio

Gen.3

Gen.4 6.12

Exod.14

Ægypto. Per Moysen legẽ literis scribit, per prophetas quæ deerãt implet, hoc est esse cum eis in Ægypto. Quod aũt dicit, reuocabò te inde in finẽ, hoc est arbitror (sicut superius diximus) quod in fine seculorũ unigenitus filius eius pro salute mũdi usq; ad in-
Luc.23 ferna descẽdit, & inde protoplastũ reuocauit. Quod enim dixit ad latronẽ: Hodie mecum eris in paradiso, hoc nõ illi soli dictũ, sed & omnib. sanctis intellige, pro quibus in
Tropologia inferna descẽderat. In hoc ergo uerius, q̃ in Iacob adimplebitur, quod dictũ est, quia reuocabo te inde in finem. Sed & unusquisq; nostrũ eodem ordine, atq; eadem uia Ægyptum & agones ingreditur, & si mereat ut deus semper maneat cũ eo, faciet eum in gentem magnã. Magna enim gens est uirtutum numerus & iustitiæ multitudo, in qua sancti quiq; multiplicari dicuntur & crescere. Cõpletur in eo etiam illud quod dictum est, quia reuocabo te inde in finem. Finis enim perfectio rerum & uirtutum consummatio
Psal.102 ponitur. Propter hoc deniq; & alius quidam sanctorum dicebat: Ne reuoces me in dimidio dierum meorum. Et iterum magno patriarchæ Abraham scriptura testimoniũ
Gen.25 perhibet, quoniam defunctus est Abraham plenus dierum. Hoc est ergo, reuocabo te inde in finem: uelut si diceret, quoniam certamẽ bonum certasti, fidem seruasti, cursum consummasti, reuocabo te iam de hoc mundo ad beatitudinem futuram, ad perfectionem uitæ æternæ, ad iustitiæ coronam, quam reddet dominus in finem seculorum omnibus qui diligunt eum. Videamus autem quid etiam inde sentiẽdum sit quod dicit: Et
Gen.46 Ioseph ponet manus suas super oculos tuos. Multa quidem intra huius sermonis uelamen arcanę intelligentiæ cõtegi arbitror sacramẽta, quæ contingere & pulsare alterius tẽporis est. Nunc interim nõ uidebitur absq; ratione dici, quod & prioribus nostris quibusdam uisum est, prophetiã quandam in hoc designatam uideri. Quoniam quidem de
3.Reg.12 tribu Ioseph fuit Hieroboam ille, qui fecit duas uaccas aureas ut seduceret populũ adorare eas, & per hoc uelut impositis manibus suis excęcauit, & clausit oculos Israel ne uiderent impietatẽ suam, de quo dictum est: Propter impietatẽ Iacob hæc omnia, & propter peccatum domus Israel. Quæ autem impietas Iacob? nónne Samariæ? Sed si quis forte neget debere ea, quæ sub specie pietatis futura à deo dicta sunt, ad partem uituperabilẽ flecti: dicemus quia & uerus Ioseph dominus et saluator noster sicut corporalem
Ioan.9 manum suam posuit super oculos cæci, & reddidit ei uisum quẽ perdiderat: ita etiã spiritales manus suas posuit super oculos legis, qui per corporalem intelligẽtiã scribarum & pharisęorũ fuerãt excæcati, & reddidit eis uisum, ut his quibus aperuit dñs scripturas spiritales in lege, uisus & intellectus appareat. Atq; utinam & nobis inijciat dominus Iesus manus suas super oculos, ut incipiamus & nos respicere non ea quæ uidentur sed quæ non uidentur: & aperiat nobis illos oculos, qui non intuentur præsentia, sed futura, & reuelet nobis cordis aspectũ, quo deus uidetur in spiritu, per ipsum dominũ Iesum Christum cui gloria est & potestas in secula seculorũ, Amen.

De eo quod scriptum est, Et adquisiuit Ioseph omnẽ terram Ægyptiorũ Pharaoni, uendiderunt enim Ægyptij terrã suã Pharaoni, quia obtinuit eos fames, & facta est terra Pharaonis, & populum sibi in seruitutem redegit, à summis finibus Ægypti usq; ad summos fines eius. Homilia XVI Cap. XLVII

SECVNDVM scripturæ fidem nullus Ægyptius liber. Pharao enim populum sibi in seruitutem redegit, nec aliquem intra Ægyptiorum fines liberum dereliquit, sed in omni terra Ægypti adempta libertas est. Et propte-
Exod.20 rea forte scriptum est: Ego sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo seruitutis. Facta est ergo Ægyptus domus seruitutis, & quod est infelicius, uoluntariæ seruitutis. Nam de Hebræis quamuis legatur quod in seruitutem redacti sint, & quod iugum dominationis erepta libertate pertulerint, uiolenter tamen ad hoc memorantur addicti. Scriptũ est enim, quia Ægyptij abominabãtur filios Israel, & per potentiam opprimebant Ægyptij filios Israel uiolenter, & affligebant uitam eorum in operi
Exod.1 bus duris, luto & latere, & omnibus operibus quæ erãt in cãpis, in quibus omnib. in seruitutẽ eos redigebãt cum ui. Intende ergo diligentius quomodo Hebræi scribunt uiolẽter in seruitutẽ redacti, quibus naturalis inerat libertas, quæ nõ eis facile, uel per deceptionẽ aliquã, sed cum ui extorquebatur. Pharao uerò Ægyptium populum facile sibi

in seruitu-

in seruitutẽ redegit, nec scribit quod cum ui hoc fecerit. Procliues enim sunt Ægyptij ad degenerẽ uitã, & cito ad omnem famulatũ decidunt uitiorũ. Respice ad originẽ generis, & inuenies quod pater eorũ Cham, qui nuditatem riserat patris, huiuscemodi sen Gen.9
tentiã meruit, ut filius eius Chanaan seruus esset fratrib. suis, quo in eo nequitiã morum argueret cõditio seruitutis. Non ergo immerito ignobilitatẽ generis decolor posteritas imitatur. Hebræi uerò etiã si in seruitutẽ redigantur, etiam si tyrannidem patiant ab Ægyptijs, uiolẽter & necessitate patiunt. Idcirco ergo liberãtur de domo seruitutis, & ad libertatẽ pristinã, quam inuiti amiserant, reuocant. Denicp etiam diuinis legibus cauet ut si forte emerit quis Hebræum puerũ, nõ eum perpetua seruitute possideat, sed sex an Exod.21
nis seruiat ei, septimo uerò anno exeat liber. De Ægyptijs nihil tale cẽsetur, nec usqp diuina lex curã gerit libertatis Ægyptiæ, qui eam sponte perdiderant, sed æterno eos conditionis iugo, ac seruituti perpetuæ derelinqt. Hęc ergo si intelligamus spiritaliter quæ sit Ægyptiorũ seruitus, agnoscimus quia seruire Ægyptijs nõ aliud est qp obnoxiũ fieri carnalibus uitijs, & dæmonibus esse subiectũ. In quod utiqp unumquenqp non extrinsecus illata necessitas cogit, sed segnities animi, & libido ac uoluptas corporis subegit, cui se animus per cõcordiã subdit. Qui uerò libertatis animæ curã gerit, & dignitatẽ mẽtis cœlestis cogitatione nobilitat, iste ex filijs Israel est. Qui etiã si uiolẽter opprimat ad tempus, non tamẽ libertatẽ suam in perpetuũ perdit. Denicp & saluator de libertate & seruitute in euãgelio differens, ita loquitur. Omis, inquit, qui peccat, seruus est peccati. Ioan.8
Et iterũ dicit: Si manseritis in uerbo meo agnoscetis ueritatem, & ueritas liberos faciet uos. Quod si quis forte dicat nobis, quõ ergo per Ioseph omnis terra in possessionẽ traditur Pharaoni? & cũ omnis ista seruitus quã superius exposuimus, ex peccati conditione susceptа, per hanc temporalem seruitutẽ significatur, quõ per sanctũ uirum in seruitutem omnis terra addicitur Pharaoni? Possumus ad hæc respondere, quod ipse scripturæ sermo excusat sancti uiri ministeriũ, cũ dicit quod semetipsos uẽdiderunt Ægyptij, & possessiones suas. Non ergo ad dispensantẽ culpa reflectitur, ubi digna dispensatorũ
meritis prouidentẽ. Inuenies emi tale aliquid & à Paulo fieri, cũ ab eo is, qui semetipsum 1 Tim.1
pro fœditate actuũ consortio sanctorũ fecit indignũ, tradit Satanæ, ut discat nõ blasphemare. In quo utiqp nemo dixerit Paulũ dure egisse, qui hominẽ de ecclesia eiecit, & Satanæ tradidit. Sed in illum sine dubio culpa refertur, qui pro actibus suis meruit ut nõ ei esset in ecclesia locus, sed Satanæ cõsortio meretur adiungi. Ita ergo & Ioseph, cũ nihil Hebræę libertatis, nihil Israeliticæ nobilitatis in Ægyptijs prouidisset, digna seruitia digno dominatui sociauit. Ego etiã amplius aliquid dico. Inuenies & in diuinis dispensationibus tale aliquid gestum, in eo quod dicit Moyses. Cũ diuideret excelsus gentes, & distingueret fines gentiũ, secundũ numerũ angelorũ dei posuit eas, & facta est pars domini Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel. Vides ergo quoniã pro meritis unicuiqp genti angelorum statuitur principatus. Pars aũt domini, gens efficitur Israel. Post hęc sequitur. Vendiderunt, inquit, Ægyptij terrã suã Pharaoni: obtinuit enim eos fames. Vi- Gen.47
tuperatio mihi uidetur & in hoc Ægyptiorum contineri. Non enim facile de Hebræis scriptum inuenies, quia obtinuit eos fames. Licet enim scriptum sit, quod inualuit fames super terram, non tamen scriptum est, quod obtinuit fames Iacob, aut filios eius, sicut de Ægyptijs dicitur quod obtinuit eos fames. Quamuis enim ueniat etiã ad iustos fames, non tamen obtinet eos: propter quod & gloriantur in ea: sicut Paulus inuenitur libenter gloriari huiuscemodi passionibus, cum dicit: In fame, & siti, & frigore, & nudi- 2 Cor.11
tate. Quod ergo iustis exercitium uirtutis est, hoc iniustis pœna peccati est. Denicp etiam Abrahæ temporibus scriptũ est, quod facta est fames super terram. Descendit Abra Gen.12
ham in Ægyptum habitare ibi, quoniam inualuerat fames super terram. Et utiqp si (ut quidam putant) incaute, & imperite esset sermo scripturæ diuinæ compositus, potuerat dicere, quod descendit Abraham in Ægyptum habitare ibi, quia inualuerat super eum fames. Sed intuere quãta distinctione utatur sermo diuinus, quanta cautela. Cũ de sanctis refert, famem dicit inualuisse super terrã, cum de iniustis, ipsos fame dicit obtentos. Neqp ergo Abraham, neqp Iacob, neqp filios eorũ obtinet fames. Sed & si inualescat, super terram dicitur inualescere. Et tẽporibus Isaac nihilominus scriptũ est, quia facta est fames super terram, præter illam famem priorẽ, quæ facta est temporibus Abrahæ. In-

Gen.26 tantũ aũt non poteſt obtinere fames Iſaac, ut dicat ad eum dñs: Noli deſcendere in Ægyptum, ſed habitá in terra quancunq; oſtendero tibi, & in ea habita, & ego ero tecum.
Pſal.37 Secundũ hanc (ut arbitror) obſeruantiã longe poſt iſta tempora propheta dicebat: Iuuenis fui, etenim ſenui, & non uidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.
Prouerb.10 Et alibi: Non occidet deus fame animã iuſti. Ex quibus omnibus declaratur terram quidem poſſe pati famem, & eos qui terrena ſapiunt. Quorum aũt iſte cibus, ut faciant uoluntatem patris, qui in cœlis eſt, & quorum animam panis ille alit, qui de cœlo deſcendit, nunq; poſſunt famis inedia laborare. Idcirco ergo obſeruanter ſcriptura diuina non dicit eos fame obtineri, quibus nouit eſſe ſcientiam dei, & cibũ cœleſtis præberi ſapientiæ. Sed & in tertio Regnorũ libro ſimilem de relatione famis inuenies habitã eſſe cautelam, ubi cum fames inualuiſſet ſuper terrã, dicentem audis Heliam ad Achab: Viuit
3 Reg.17 dñs deus uirtutũ, deus Iſrael, in cuius conſpectu ſto, ſi in his annis ros, uel pluuia fuerit ſuper terram, niſi per ſermonem oris mei. Et poſt hæc mandatur à dño coruis ut paſcãt prophetam, & ut aquam bibat de torrente Coraph. Et iterum in Sarepta Sidoniæ mandatur mulieri uiduæ, paſcere prophetam, ut cui non amplius quam unius diei ſupererat uictus, largiendo ea indeficiens fieret, & multipliciter abundaret exhauſtus. Hydria enim farinæ, & capſaces olei ſecundum uerbũ domini non deficit paſcendo prophetam.
4 Reg.6 Similia quoq; inuenies etiã in tẽporibus Heliſæi, cum filius Adadezer rex Syriæ aſcendit aduerſum Samariam, & obſedit eam: & facta eſt, inquit, fames magna in Samaria uſquequo efficeretur caput aſini quinquaginta ſiclis argenteis, & quartariũ ſtercoris columbini quinq; argenteis. Sed ſubito per uerbum prophetæ fit mira cõuerſio, dicentis: Audi uerbum domini. Hæc dicit dominus deus: Sicut hac hora craſtino, menſura ſimilaginis ſiclo uno, & duæ menſuræ hordei ſiclo uno in portis Samarię erunt. Vides ergo ex his omnibus quid collígatur. Quia cum terram fames obtineat, non ſolum non obtinet iuſtos, ſed medela potius per eos intentatę cladi deferẽ. Cum ergo uideas huiuſmodi obſeruãtiam in omnibus penè ſcripturæ ſanctæ locis integre cuſtodiri, cõuerte hæc ad tropicum & allegoricum ſenſum, quem ipſorum nihilominus prophetarum ſermonibus edocemur. Vnus enim ex duodecim prophetis, aperte & euidenter ſpiritalem di
Amos.8 cí famem nudo ſermone pronunciat dicẽs: Ecce dies ueniunt dicit dñs, & emittam famem ſuper terram, non famem panis, neq; ſitim aquę, ſed famem audiendi uerbum dñi.
Fames uerbi dei Vides quæ ſit fames, quæ obtinet peccatores? Vides quæ ſit fames, quæ inualeſcat ſuper terrã? Qui enim de terra ſunt, & terrena ſapiunt, & non poſſunt percipere quæ ſunt ſpiritus dei, famem uerbi dei patiunt, legis mandata nõ audiunt, correptiones prophetarum neſciunt, apoſtolicas cõſolationes ignorant, nõ ſentiunt Euangelij medicinam. Et ideo de his merito dicitur, quod inualuit fames ſuper eos. Iuſtis aũt, & in lege domini meditantibus die ac nocte, ſapientia præparat menſam ſuam, occidit uictimas ſuas, miſcuit in cratere uinũ ſuũ, & ſumma uoce clamat, non ut omnes ueniant, nõ ut abundantes, nõ ut diuites, neq; ut ſapientes huius mundi diuertãt ad ſe, ſed ſi qui ſunt, inquit,
Matt.5 inopes ſenſu, ueniant ad me, id eſt, ſi qui ſunt humiles corde, qui à Chriſto didicerũt mites eſſe & humiles corde, quod alibi dicitur ſpiritu pauperes, ſed fide diuites, iſti conueniãt ad epulas ſapiẽtiæ, & dapibus eius refecti depellãt famem quæ inualeſcit ſuper ter
Tropologia ram. Vide ergo ne & tu forte inueniaris Ægyptius, & obtineat te fames, ne forte ſeculi actibus occupatus, aut auaritiæ uinculis ſtrictus, aut luxuriæ effuſiõe reſolutus, alienus efficiaris à ſapiẽtiæ cibis, qui ſemper in dei eccleſiis exhibentẽ. Si enim auertas auditum ab his, quæ uel leguntur in eccleſia, uel diſputãtur, ſine dubio famem uerbi dei patieris. Si uerò de Abrahã ſtirpe deſcẽdas, & nobilitatem Iſraelitici generis cuſtodias, paſcit te ſemper lex, paſcũt prophetæ, exhibẽt tibi & apoſtoli opulẽta cõuiuia. In ſinibus quoq; Abrahã, & Iſaac, & Iacob, in regno patris recũbere te inuitabunt euangelia, ut ibi manduces de lignò uitæ, & bibas uinum de uite uera, uinũ nouum cum Chriſto in regno patris eius. Ab his enim cibis non poſſunt ieiunare, nec famem pati filij ſponſi, donec cum
Gen.47 ipſis eſt ſponſus. Refertur ſanè in conſequentibus, quòd terra ſacerdotũ Ægyptiorum non ſit in ſeruitutẽ redacta Pharaoni, neq; cũ cęteris Ægyptijs uendiderint ſemetipſos, ſed quod extrinſecus acceperint, uel frumẽta, uel munera, nõ à Ioſeph, ſed ab ipſo Pharaone, & propter hoc tanquã familiariores cæteris, non uendiderint terram ſuam Pha-

raoni

raoni: sed per hoc nequiores esse cæteris ostẽduntur, qui pro nimia familiaritate, quę erat eis cum Pharaone, nihil immutationis recipiunt, sed permanent in mala possessiõe. & sicut his qui in fide & sanctitate profecerant, dicit dominus, iam nõ dico uos seruos, sed amicos: ita dicit & istis Pharao, tanquã qui ad summũ gradũ nequitię & ad sacerdotium perditionis ascenderint, iam non dico uos seruos, sed amicos. Denicꝫ uis scire qd interslit inter sacerdotes dei, & sacerdotes Pharaonis? Pharao terras concedit sacerdotibus suis, dñs autẽ sacerdotibus suis partem non concedit in terra, sed dicit eis: Ego sum pars uestra. Obserua ergo qui hæc legitis, omnes domini sacerdotes, & uidete quę sit differentia sacerdotum, ne forte qui partẽ habent in terra, & terrenis cultibus ac studijs uacant, non tam domini cꝫ Pharaonis sacerdotes esse uideantur. Ille est enim qui uult sacerdotes suos habere possessiones terrarũ, & exercere agri nõ animę culturã, ruri & nõ legi operã dare. Christus aũt dominus noster sacerdotib. suis quid præcepit, audiamus. Qui nõ abrenunciauerit, inquit, omnib. quę possidet, non potest meus esse discipulus. Cõtremisco hęc dicẽs. Meus enim primo omniũ, meus incꝫ ipse accusator existo, meas condẽnationes loquor. Negat Christus suũ esse discipulũ, quẽ uiderit aliquid possidentem, & eum qui nõ renunciat omnib. quæ possidet. Et quid agimus? quo hæc aut ipsi legimus, aut populis exponimus, qui non solũ non abrenunciamus his quæ possidemus: sed & acquirere uolumus ea quæ nuncꝫ habuimus antecꝫ ueniremus ad Christũ? Nunquidnã quia nos redarguit cõsciẽtia, tegere & nõ proferre quæ scripta sunt possumus? Nolo duplicati criminis fieri reus. Cõfiteor hęc palã, populo audiente, cõfiteor hęc scripta esse, etiã si nondũ implesse me noui. Sed ex hoc saltem cõmoniti festinemus implere, festinemus transire à sacerdotibus Pharaonis, quibus terrena possessio est, ad sacerdotes dñi, quibus in terra pars non est, quibus portio dominus est. Talis eñ erat & ille, qui dicebat: Tanꝫ egentes, multos aũt locupletãtes. Vt nihil habentes, & oñia possidentes. Paulus hic est, qui in talibus gloriat̃. Vis audire quid etiã Petrus de seipso pronunciet? Audite eum cum Ioanne pariter profitentem, & dicentẽ. Aurum & argentum non habeo, sed quod habeo hoc tibi do. In nomine Iesu Christi surge, & ambula. Vides sacerdotũ Christi diuitias, uides nihil habentes, quanta & qualia largiunt̃. Istas opes largiri nõ potest terrena possessio. Cõtulimus sacerdotes sacerdotib. nunc (si uidetur) & populũ Ægyptium populo Israelitico cõferamus. Dicitur eñ in consequentibus, quia post famẽ & seruitutẽ populus Ægyptius quintas offerat Pharaoni. Ecõtrario uerò Israelíticus populus decimas offert sacerdotibus. Vide & in hoc scripturã diuinã ingẽti ratione subnixam. Vide Ægyptium populum quinario numero tributa pẽdentẽ. Quincꝫ enim sensus corporei designant̃, quibus populus carnalis deseruit. Semꝑ eñ Aegyptij uisibilibus rebus & corporalibus obsequunt̃. At uerò Israelíticus populus honorat decadẽ perfectionis numerũ. Decẽ eñ uerba legis accepit, & decalogi uirtute instructus ignota mundo huic sacramẽta diuina largitione suscepit. Sed & in Nouo testamẽto similiter uenerabilis est decas, sicut & fructus spiritus denis exponitur germinare uirtutibus. Et seruus fidelis de negotiationis suæ lucris decẽ mnas offert domino, & decẽ ciuitatum accipit potestatẽ. Verum quia unus auctor est omniũ, et fons, & initium unus est Christus, idcirco & populus decimas quidẽ ministris, & sacerdotibus prẽstat, primogenita uerò offert primogenito omnis creaturæ, & initia initio omniũ: de quo scriptũ est: Qui est initiũ, primogenitus omnis creaturę. Vide ergo ex his omnib. differẽtiã populi Aegyptiorũ & populi Israel, & differentiã sacerdotũ Pharaonis, & sacerdotũ domini: & discutiẽs temetipsum, peruide de quo populo sis, & cuius ordinis sacerdotiũ teneas. Si adhuc carnalibus sensibus seruis, si adhuc quinario numero uectigal exoluis, & respicis ea q̃ uisibilia & tẽporalia sunt, & nõ respicis ea quę inuisibilia & ęterna sunt, de Ægyptio te populo esse cognosce. Si uerò decalogũ legis, & decadẽ noui testamẽti quã suprà exposuimus, semꝑ ante oculos habes, et de his decimas offers, et primogenita sensus tui in fide immolas primogenito ex mortuis, & initia tua refers ad initiũ omniũ, uerus Israelita es, in q̃ dolus nõ est. Sed & sacerdotes dñi si semetipsos discutiant, ut terrenis actibus liberi sint & possessione mũdana, uere possunt dicere ad dominũ: ecce nos dimisimus oñia, & secuti sumus te: atꝫ audire ab eo, quia uos qui secuti estis me, in regeneratione omniũ, cum uenerit filius hominis in regno suo, sedebitis et uos super duode-

Ioan.15

At nũc occupãt & monachi

Num.18

Luc.14

2 Cor.6

Act.3

Matt.25

Col.1

Matt.19

cim thronos,iudicãtes duodecim trib.Israel.Post hęc uideamus quid dicit Moyses. Et habitauit,inquit,Israel in Ægypto,in terra Gessen.] Interpretatur aũt Gessen proximitas,uel ꝓpinquitas. Per quod ostenditur, quia etiã si in Ægypto habitet Israel, nõ tamẽ longe est à deo,sed proximus est ei,& coniunctus,sicut etiã ipse dicit,Quia ego descendã tecũ in Ægyptũ,& ego ero tecũ.Et nos ergo etiam si uidemur in Ægyptũ descendisse, etiã si in carne positi agones mũdi huius & certamina sustinemus, etiam si inter eos habitamus qui deseruiunt Pharaoni, tamẽ si prope deũ simus, si in mandatorũ eius meditatione uersemur,& prȩcepta eius ac iudicia perquiramus(Hoc est enim ꝓpe esse deo, semper quȩ dei sunt cogitare,quæ dei quærere)& Deus semper erit nobiscũ.Per Iesum Christum dominum nostrum,cui est gloria,in secula seculorum. Amen.

De benedictionibus patriarcharum. Homilia XVII Cap.XLIX

CIENDVM est primo, quod in singulis quibusq; locis ubi scriptura de duo-
S decim patriarchis cõmemorat, multa sit in ipsa ordinis cõscriptione diuersitas.Alius ordo est in ipsa eorum natiuitate cõscriptus, alius cum terrã Ægypti una cum patre suo Israel & sobole posteritatis referuntur intrare. Alius nunc cũ benedictiones obituri parentis excipiunt, alius cum egressæ de Ægypto tribus, uel cum in deserto commemorantur aliquid agere,uel terram repromissionis ingressæ in monte Gebal pro benedictionibus & maledictionibus statuuntur.Alius etiam cum diuisionem terræ hæreditatis sorte suscipiunt.Et intantum ordo iste uariatur,ut interdum quidam ex ipsis, nec ascripti inueniantur in numero. Quod utiq; certum est non absq; aliqua ratione uariari,& extare causas probabiles,quibus in alio loco ille, in alio uero alius præferatur.Sed de his nobis nunc propositum non est,nisi ea tãtummodo prout deus dederit explicare, quæ in benedictionibus quas mortis tempore à patre ſuscipiunt, continentur. Quæ quidem benedictiones ex eo fortasse solummodo appellari potuerunt,quod in nouissimis dicitur: Et hæc locutus est eis pater eorũ,& benedixit illos, unumquemq; secundũ benedictionem suam benedixit illos. Cæterum in initijs ubi conuocat eos pater,non quasi ad benedictionem cõuocat,sed ita scriptum est. Vocauit autem Iacob filios suos & dixit,congregamini,ut annũciem uobis quæ occursura sunt uobis in nouissimis diebus.Quod utiq; magis prophetiam significat,per quã quę eis euẽtura sunt præsignantur.In ipso autem corpore,& serie uerborũ,neq; benedictiones tantum,neq; futurorum sola prȩnuncia tio,quantum mores uel propositum eorum,uel etiam quædam ab eis gesta notabiliter arguuntur. Quæ res nobis tripertitã (ut in alijs fecimus)explanationis materiã subijcit,ita ut benedictiones historiæ locum seruent,prophetia uerò mysticũ,atq; dogmaticum.Quorum correptio & obiurgatio moralem dirigat stylum. Ruben,inquit,primogenitus meus,uirtus mea & initium filiorũ meorum,durus in conuersatione,durus & temerarius cõtumelias irrogasti.Tanquam aqua non feruescas.Ascendisti enim super cubile patris tui.Tu polluisti thorũ ubi ascẽdisti.]

Triplex scripturæ sensus

Historia Incestus historia neminem latet, quomodo Ruben in concubinã patris ferbuerit flamma libidinis,& paternũ maculauerit thorum. Sed quod in initijs laudis ei aliqd uidetur ascribere dicens,tu uirtus mea,idcirco fit,ut grauius notetur in crimine, qui cum uirtus patris haberetur,& initium filiorum, nescijt seruare reuerẽtiam patri. Quale est & illud

Hier.2 quod dicitur per prophetã:Ego te plãtaui uineam fructiferã totam feracem, quomodo conuersa es in amaritudinẽ uitis alienæ?Secundum uerò intelligentiã, uidet mihi Ruben prioris populi Iudæorũ ferre posse personã, qui & primogenitus est, & initiũ filio-

Allegoria rum,sicut propheta dicit:Israel primogenitus meus.Primo nanq; illis data sunt eloquia

Exod.4 dei.Quod autẽ durus fuerit ille populus & temerarius, scripturæ denunciãt:dicit enim de eis propheta:Omne quod loquitur populus hic,durum est.Et iterũ alibi de ipsis dicit:

Act.7 Vos semper dura ceruice,& incircũcisi corde.Patri uerò deo irrogauit iniurias,cũ conuertit ad eum dorsum,& non faciem suam.Thorum aũt concubinæ polluit quem ascendit,id est legem ueteris testamenti,quam sæpe præuaricando maculauit. Quod autẽ in

Gal.4 concubinæ persona lex ueteris testamẽti ponatur,Paulus docuit dicẽs.Abraham duos filios habuit,unum de ancilla,& unum de libera.Hęc autem sunt duo testamẽta.In quo Agar quæ concubina fuit, in ueteris testamenti ponitur typo. Vna etenim erat ꝓfecta columba

lumba genitricis suę, quæ uirgo casta regina sponso regi ecclesia per Euāgelium iungit̃ Christo. Sed & moralis nobis in hoc ita tractabitur locus. Ruben interpretatus est à ma ioribus, filius qui uidet̃, hoc est uisibilis & carnalis, ipse credo de q̃ dicit apostolus: Pri- 1 Cor. 15
mus homo de terra terrenus. Et alibi. Si enim is qui uidetur noster homo corrũpit̃, sed 2 Cor. 4
qui intra est renouatur: Hunc eundem qui uidetur, exteriorẽ hominem appellãs. Et ite
rũ dicit quia nõ primo quod spiritale est, sed quod animale. Primo ergo omnis homo in 1 Cor. 15
hoc mundo carnaliter uiuit, & secundũ carnem mouetur. Et prius est carnalis motus in concupiscentia libidinis, qui cũ primæ iuuentutis tẽpus obsederit, durum & temerariũ simul & lasciuum iuuenẽ reddit, ascendentem etiam super cubile patris, & polluentem thorum paternũ: id est, etiam prẽcepta & monita naturalis legis, quę in nobis est, & nũc patrius thorus dicitur, præuaricantẽ. Est enim intra nos lex quædã naturalis quę arguit unũquemq; peccantẽ, & malũ ei esse suggerit quod delinquit. Cubile ergo legis huius temerat, ac sedẽ secreti eius maculat, qui præceps & infrenis fertur ad uitia. Symeon & Symeon &
Leui fratres perfecerunt iniquitatem uoluntatis suæ. In consilium eorũ non introeat a- Leui
nima mea, & in consilio eorum non innitantur uiscera mea: quoniã in ira sua occiderũt homines, & in cupiditate sua subneruauerũt taurũ. Maledictus furor eorum, quia teme rarius est, & ira illorum, quia indurata est. Diuidam illos in Iacob, & dispergam illos in Israel.] Quantũ quidem ad historiam pertinet, uidetur illud eorum culpare cõmissum, quod Emor filium Sichem, qui post sororis eorum concubitũ familiæ Israel uoluerat so ciari, fraude & circũuentione iugularunt, atq; omnes eius populos peremerunt: quãdo et dicebat eis Israel pater eorũ, quia odibilem me fecistis in hoc mundo: maledictũ eorũ furori temeritatiq; imprecatur, & diuidendos eos per populum Israel protestat̃: utpote ex ipsis Leuitas & sacerdotes futuros, qui sorte terram propriã non habuerũt. Spiritalis autem de his explanatio talis mihi quædã posse uidet̃ aptari, quod Symeon et Leui, scri barum & pharisæorũ Iudaici populi possint ferre personã, de quibus dictũ est, Consiliũ fecerunt scribæ & pharisæi ut Iesum tenerent: de quo consilio dicit sanctus qui mẽte de um uidebat, In consilium eorũ non introeat anima mea. Falsis testibus adhibitis cõdem Psal. 26
nabant Iesum. Non, inquit, in cõsilio eorũ innitantur uiscera mea. Non tibi hoc uidetur
dicere, mundus ego sum à sanguine iusti huius, mundus ego sum à sententia quã decer- Matt. 27
nitis aduersus innocentẽ. Quia in ira sua, inquit, occiderũt homines, & in cupiditate sua subneruauerunt taurum.] Requiro quos homines occiderunt, cum certũ sit ante pas sionem domini neminem credentium esse punitum: nisi forte quis ipsis ascribat etiã san guinem prophetarũ: quia ut dicit dominus, à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinẽ Za- Matt. 23
chariæ omnis qui effusus est sanguis iustorũ ab ipsa generatione requiratur. Sed uidea-
mus ne forte & illos homines occiderint quos persuaserunt clamare: Sanguis illius sup Matt. 27
nos & super filios nostros. Et in cupiditate sua subneruauerunt taurum.] Taurum ap pellari filium dei legimus in scripturarũ figuris, nimirum in Euangelio ubi scriptum est ex persona filij senioris dicentis ad patrem: Ego semper tecum fui, & mandatum tuum Luc. 15
nunquam prẽteriui, & nunquã dedisti mihi hœdum ut cum amicis meis epularer. Cum autem uenit filius tuus hic iunior, qui dilapidauit omnem substãtiam suam, occidisti ei uitulum saginatũ. Istum ergo taurum siue uitulum cõsilio suo scribæ & pharisęi subner uasse dicuntur: quorum maledictus furor, quia temerarius est, & ira illorũ, qa indurata est. Diuidam illos in Iacob, & dispergam eos in Israel.] Videndũ est ne forte diuisio ista quæ hic cõmemoratur, talis sit qualis & illa de qua in Euangelio dicitur, quia cũ ue Luc. 12
nerit dominus serui illius, diuidet eum, partẽq; illius cum infidelibus ponet, uel certe, ut audiui quendã ex sanctis patribus differentẽ, quia diuisio simul & dispersio nominat̃, pro eo quod nonnulli ex ipsis domino crediderunt, & alij in infidelitate permãserũt, di uisi dicant̃ hi qui ab eis separant̃, & ueniunt ad fidem, & dispersi hi quorũ patria totũq; per orbem terræ incredulum dispergitur genus. Videt̃ & per ipsos tripartitus iste mo- tus totius animæ designari. In quibus Ruben seruat primã notam sanguinis cũ macula effusi. Secundã iræ uel furoris speciem tenet Symeon, qui & ipse ex furoris eius demon stratur opprobrio. Tertiã formam motus irrationabilis tenet Leui, quippe cui etiã legẽ seruare permissum est. Has ergo tres species uidet̃ mihi omnis prope anima quæ in hũc mundũ uenit primis motib. culpabiliter agere, usquequo peccatorũ uitijs prẽgrauata,

& malorum

& malorum ſocietate feſſa, ad locum poſſit pœnitentiæ peruenire. Iudas em̃ poſt hęc ſe quitur, qui purgat cõfeſſionis peccata, quia Iudas cõfeſſio interpretat̃ lingua Hebræa. Ait ergo. Iuda te collaudent fratres tui, manus tuæ ſuper dorſum inimicorũ tuorum.] Poteſt hoc uel ad ipſum Iudam, uel ad eos qui ex ipſius uident̃ eſſe progenie referri, qui regnũ gentis illius miniſtrãtes, inimicorũ terga domuerunt. Sed & in Chriſto cõpetenter accipitur, qui à fratrib. ſuis, id eſt ab apoſtolis quos ipſe fratres in Euangelio nomina uit, merito collaudat̃. Inimici uerò eius ſuper quorũ dorſa manus eius eſt, illi intelligun-
Pſal. 110 tur quos pater promittit ſub pedes ſe eius poſiturũ, dicens: Sede à dextris meis, donec ponã inimicos tuos ſub pedibus tuis. Sunt ergo inimici, donec increduli ſunt & infideles, & ideo cædunt̃ in tergo: qui poſteaquam cõuerſi fuerint efficiuntur fratres, & collaudant eum qui eos in adoptionẽ patris uocatos ſibi & cohæredes fecit & fratres. Bene aũt terga inimicorũ cædi dixit à Chriſto. Omnes enim qui adorabant idola, terga dabant deo: ſicut & per prophetã dominus exprobrat dicẽs: Qui cõuerterunt ad me dorſa ſua & non faciem. Hæc ergo dorſa cædit, ut conuerſi aliquãdo terga dẽt idolis, & faciem erigant ad deũ, & faciant hoc quod in conſequentibus ſcriptũ eſt. Et adorent te filij patris tui.] Tũc enim eum adorãt, cum filij patris fuerint effecti, & ſpiritũ adoptionis acceperint, in quo clament abba pater. Nemo enim dicit dominũ Ieſum niſi in ſpiritu ſancto. Iſte ſermo paulo durius refertur ad Iudam, niſi abuſiue dicamus adoratos eſſe quaſi reges à fratribus ſuis, id eſt à cæteris contribulib. filios Iuda. Catulus leonis Iuda, de germine eius aſcẽdit, Recubãs dormiſti ſicut leo, & ſicut catulus leonis. Quis ſuſcitabit eum?] In his uerſiculis non iam cõcludimur, ſed pene excludimur: nã catulũ leonis ſi ponamus Iudam dici poſſe pro uirtute bellandi, quomodo exponitur quod de germine eius dicit̃ aſcẽdiſſe? Germen aũt hic in græco βλάστον dicitur, quod magis uirgultũ, uel ramus rectius interpretat̃, qui de radice repullulare, uel de ipſo robore arboris ſolet. Ex quo ergo uirgulto, uel ex quo ramo Iudas aſcẽdiſſe dicitur? uel quomodo recũbẽs dormiſſe ut leo, & ut catulus leonis, ita ut quærat̃ quis eũ ſuſcitet? Niſi forte aliquis uim faciẽs uelit ita aſſeuerare, ex germine proceſſiſſe Iudam, id eſt ut ſuperius diximus, uel ex uirgulto, uel ex ramo: quod de ipſa patris fortitudine & uirtute ſignificet, q uirtutis cõfidentia recubet, & requieſcat ut leo, & ut catulus leonis, nec eũ auſus aliquis ſit ſuſcitare, dum pro magnitudine uirium & potentia bellatorũ ſuſcitare eum nullus audeat ad pręlia. Sed multo cõuenientius aptabit̃ huic loco myſtica expoſitio, in qua catulus leo
Mirũ de leone nis Chriſtus, non ſolum tropicus uerumetiã phyſicus deſignat̃: nam Phyſiologus de catulo leonis hæc ſcribit, quod cũ fuerit natus tribus diebus & tribus noctibus dormiat, tum deinde patris gemitu, uel mugitu tãquam tremefactus cubilis locus, ſuſcitet catulũ dormientem. Iſte catulus ergo aſcendit ex germine: ex uirgine enim natus eſt. Nõ ex ſemine, ſed ex uirgine abſq; cõcubitu uiri, & abſq; ſemine naturali naſcit̃ Chriſtus, uelut uirgultũ ſiue ramus. In quo manifeſtiſſime & ueritas carnis aſſumptæ ex uirgine declaratur. In ſacroſancto germine cõtagio humani et carnalis ſeminis excuſatur. Recũbens dormiſti ſicut leo, & catulus leonis. Manifeſtiſſime recubuiſſe & dormiſſe dictũ de paſſione mortis oſtẽditur. Sed uideamus quare ut leo, & ut catulus leonis dormit. De catuli quidem ſomno iam ſuperius dictum eſt, quod ualde cõuenienter aptatur in Chriſto, qui tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ ſepultus ſomnũ mortis impleuit. Vt leo aũt hoc modo debere intelligi arbitror. Mors Chriſti oppreſſio et triumphus dęmonum fuit. Omnẽ nanq; prædam quam leo ille contrarius inuaſerat proſtrato homine & deiecto, hic leo interripuit. Quiq; rediens ab inferis, & aſcendẽs in altum, captiuã duxit captiuitatẽ. Hoc ergo modo & ſomno ſuo leo fuit uincẽs omnia & debellans, & deſtruxit eum qui habebat mortis imperium, et uelut catulus leonis die tertia ſuſcitatur. Quis ſuſcitabit eum? Recte quaſi inquirentis prophetæ perſonam quæ ſuſcitarit Chriſtũ ſermo ſignificat. Quia apoſtolus quidem dicit: quia deus ſuſcitauit eum à mortuis, ſuſcitabit & mortalia corpora ueſtra propter inhabitantem ſpiritum eius in uobis. Et iterum
Ioan. 2 Chriſtus dicit in Euãgelijs: Soluite tẽplum hoc, & ego in tribus diebus ſuſcitabo illud: hoc autem dicebat de templo corporis ſui. Quia ergo & ipſe ſe dicit ſuſcitare templũ ſuum, & deus illum dicit̃ ſuſcitaſſe, recte propheta ſtupore tãtę patris & filij unitatis atq; indiſcretionis attonitus eſt, quis ſuſcitauit eum. Non deficiet princeps ex Iuda, neq;

dux

dux de femoribus eius usquequo ueniant ea quæ reposita sunt ei, uel (ut in alijs exẽplaribus habetur) ueniat is cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium.] Hic locus manifeste refertur ad Iudam: constat enim usq; ad natiuitatem Christi nõ defecisse principes ex genere Iudæ, nec duces de femoribus eius usq; ad Herodem regem, qui secundum historiæ fidẽ quã Iosephus scribit, alienigena fuisse, & per ambitionem in regnum Iudæorũ dicitur irrepsisse. Statim ergo ut hoc factũ est, & ut defecit dux de femoribus Iudę, aduenit ille cui erat regnũ repositũ. In quo quomodo gentes sperent, Euãgelij fides & ecclesiarum docet ꝓpagatio. Reposita aũt dicuntur ea quę opportuno tempore proferenda sunt, Sicut & Christus in finem seculorum aduenisse dicit, cum dicit apostolus: Ecce nunc tẽpus acceptabile, scilicet ad salutem gẽtibus inferendam. Si uerò quis in omnibus cupiat cursum utriusq; expositiõis aptare, potest extorquere fortassis, ut etiã de Christo hæc hoc modo uideant intelligi: qa non deficiet princeps ex Iuda, id est hic qui post resurrectionẽ eius ecclesiarũ princeps ordinatur. Et dux de femoribus eius, duces quoq; Christianorum de femoribus Christi hoc modo exponet. Mẽbra Christi esse dicit apostolus fidelium populum, sine dubio intelligendo spiritaliter iudicare eos q pro firmitate & cõstantia fortitudinis omne corpus ecclesiæ sustentare uident & ferre. Vel quia humani seminis indiciũ solet in femorũ appellatione figuraliter dici, apud nos autem qui seminat, uerbũ seminat: poterunt ergo qui ministerium uerbi ecclesię exhibẽt, de Christi femoribus intelligi duces usquequo ueniãt quæ reposita sunt. Et uidebit ita posse intelligi, quod usq; ad consummationẽ seculi nõ deerunt isti duces, donec ueniãt ea quæ repolita sunt, quæ præparauit deus his qui diligũt eũ: & ipse erit expectatio gẽtium, in die scilicet iudicij, cũ oẽs gentes & populi Christum iudicẽ in pauore cordis, & tremore conscientiæ expectabunt. Alligans ad uitem pullum suũ, & ad palmitem asinam suã.] Hoc de Christo & proprie & singulariter dicitur: ipse em̃ alligauit ad uitem pullum suum qui dixit, Ego sum uitis uera. Ad hanc uerò uitem pullum suum alligauit, & ad palmitem asinam suam. Pullus est ex gentibus populus, cui utiq; nunq; adhuc legis onus fuerat impositum, & super quẽ nemo nisi ipse Christus insederat. Pullus uerò asinæ sunt hi qui de priore populo qui nunc in figura asinæ nominat, electi sunt ad salutem, de quibus propheta dicit, Si fuerint filij Israel quasi arena maris, reliquiæ saluę fiẽt. Abiecta ergo asina quę onus legis in infidelitate portare maluit, pullus ex ipsa natus eligitur, id est nouellus ex uetere per fidẽ populus ascisciturac populo ex gentib. sociat. Vitis ergo Christus ex ea parte dicit quæ naturam suscepit humanam, ad quã deus uerbum suum pullũ alligat: id est populum suũ coniungit & sociat ei conuersationi quam ipse exegit in carne: ut imitatione ipsius, pullus qui ad ipsam alligatus est, efficiat cũ illo & filius dei, & cohæres Christi. Palmitẽ uerò de quo in initijs quid significaret exposuimus, intelligere possumus hoc modo. Fides quę in Christo est, & præsentis uitę regulam tenet, & futuræ spei fiduciã præstat. Vitis ergo illud uidetur ostẽdere, quod Christi in carne positi gesta in ipso credẽtes imitant. Palmes uerò illud intelligit, quod palmes arbori connectitur & confirmat à lapsu, quo adminiculo fretus uentos ac turbines contemnit & respuit, futurorũ bonorũ indicat spem: quia fideles quiq; nõ solũ in his quę gerunt, sed & in his quæ sperãt & credunt, futuram consummationẽ salutis expectant. In quo quasi ad quandã patientiæ arborẽ spe iuncti & cõfirmati, tentationũ, pcellas ac turbines ferunt, Quod de historiali Iuda interpretari nulla mihi ratio uidet posse permittere, nisi Iudaicis fabulis annuentes putemus ita posse intelligi, pro eo quod dicunt partẽ tribus Iudæ quam in terræ hæreditate suscepit, ita refertam esse uineis, ut tanquã nullo alterius generis existẽte uirgulto tanta uitis esse copia uideatur, ut ne animal quidẽ alligandi ad aliud genus arboris det facultas. Sed hæc, ut diximus, Iudaica magis cõmenta uidebuntur: nobis autem mystica, & plus etiã si sola sit, placet expositio. Lauabit in uino stolam suam, & in sanguine uuæ amictũ suum.] Videbuntur & hæc quantum ad historicam expositionẽ agrum fertilem uite, ὑπερβολικῶς uini abundantiam significare. Sed nobiliorem sensum mystica producit expositio. Nam stola Christi quæ lauat in uino, merito eius intelligitur ecclesia, quam ipse mundauit sibi sanguine suo, nõ habentẽ maculam aut rugã: non enim (inquit apostolus) argento, uel auro redẽpti estis, sed precioso sanguine unigeniti à deo. In huius em̃ sanguinis uino, id est lauacro regenerationis

Ioan.15 Matt.21 Esa.10 2 Cor.6 1 Pet.1

à Christo

Rom.6 à Christo lauatur ecclesia. Cõsepelimur enim per baptismum in mortem, & in sanguine ipsius, id est in morte ipsius baptizamur. In sanguine aũt uuæ quomodo amictum suum lauit uidendũ est. Amictus propinquior quędam uel secretior corpori uestis uidet esse quàm stola. Hi ergo qui prius per lauacrum loti stola eius fuerãt effecti, posteaquam ad sacramẽtũ sanguinis uuæ peruenerint, uel interioris mysterij secretioris q; facti sunt participes, amictus eius esse dicuntur. Lauatur enim & etiam in uuæ sanguine anima, cum sacramẽti huius cœperit capere rationem. Agnita nanq; & intellecta uirtute sanguinis uerbi dei, quanto capacior effecta fuerit anima, tãto purior fit & lauatur quotidie ad scientiæ profectũ, & iungens se deo non solum amictus eius, uerumetiã unus iam cũ ipso spiritus fiet. Huic cõtrarius erat amictus ille populi Israel, in quo ut gentis impudicitiã designaret, non tam amictũ, quàm præcinctoriũ nominauit. Quod Hieremias circũda-
Hier.1 re lumbis suis, & auferre rursus, atq; in Euphraten iubetur abscondere. Gratifici oculi eius à uino, & dentes eius lacte cãdidiores.] Vides quomodo historialem intellectum
Recedit à litera erga finem præcipue amputat, & abscindit. Si em̃ adhuc cõtentiosius agentes dicere uelimus quia gratifici sunt oculi ludę ex uino, pro abũdantia (ut suprà diximus) uini, & abundantia poculorũ: quid de candidis dentibus respondebimus, & qualitati lactis prælatis? In quo aduersum ueritatẽ impudẽter non est agendũ, sed interruptione intelligentiæ historialis excluſi, ad spiritalis expositionis ordinẽ redeamus, Gratifici, inquit, oculi eius à uino. Superius ostẽdimus apostolica autoritate mẽbra Christi dici dignos quosq; fideliũ, et diuersa singulariter membra nominari, pro eo quod unusquisq; omni ecclesię corpori dependit officiũ. Erunt enim pedes Christi qui currunt ad faciendam pacem, qui pergunt ad subueniendũ his qui in necessitate sunt positi. Erũt manus Christi. quæ ad misericordiã extenduntur, quæ auxilium indigentibus ferunt, quę inualidis ad admiMatt.6 niculum porrigunt. Sic erũt & oculi Christi, qui scientiæ lumen uniuerso corpori prę-
Col.4 stant. Sicut in Euãgelio scriptũ est: Lucerna corporis tui est oculus tuus. Gratifici ergo sunt oculi isti: sermo enim scientię sale conditus est, ut det gratiã audientibus. Non ergo per hoc solũ gratificus dicitur, quia sciẽtiæ sermonẽ ministrat, sed quod habet in se gra-
Prouerb.1 tiam, facit. His em̃ (inquit sapiens) auditis, sapiẽs sapientior erit. Gratifici ergo sunt oculi eius à uino, quia nihil est aquatum in uerbo scientiæ, nihil fluidum, nihil frigidũ, sed uinum quod lætificat cor hominis, & quod infundit uulneribus illius qui incidit in latrones, quo scilicet audientiũ uulnera peccatorũ non solum olei lenitate mitigentur, uerũ
2 Cor.2 etiã uini austeritate purgẽtur. Et quis est, inquit apostolus, qui me lætificat, nisi qui contristatur ex me? Candidi dẽtes eius super lac. Sępius de membrorũ Christi ordine & ratione iam diximus, & eadem frequentius in eis locis repetere absurdũ uidetur. Dentes ergo eius super lac candidi erunt hi, qui fortem & solidum cibum uerbi dei mandere et cõminuere ad summam subtilitatẽ dẽtibus possunt: de quibus dicit apostolus in epistoHeb.5 la ad Hebræos: Perfectorum autem est cibus solidus, qui pro possibilitate sumẽdi exercitatos habẽt sensus ad discretionẽ boni & mali. Semiperfectis autem Corinthijs dicit:
1 Cor.3 Lac uobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis. Super eos qui lacte aluntur, dentes eius sunt candidi, id est hi qui perfectum cibũ capere possunt & comedere, super illos sunt qui tanquã paruuli adhuc lacte indigent. Denicq; & in lege, ea animantia quæ ruminant, & sumptũ cibum ad dentes denuo reuocant, quem subtiliter minutum sustentationi corporis tradunt, munda esse animalia designãtur. Aptissime sane etiam candidos dẽtes eius dicit. Omnes enim qui perfecti sunt, & qui scripturarũ cibos dignis & cõpetentibus interpretationib. explanantes subtilem & minutum intellectum (qui spiritalis dicitur) ecclesiæ corpori subministrant, cãdidi debẽt esse & puri, atq; omni malo liberi, ne forte dicatur eis, qui alios doces, teipsum nõ doces. Verum quoniã diuina scriptura non solũ sacramentorũ debet scientiam continere, uerumetiam mores
Prouerb.22 gestaq; informare discẽtium: sic enim & sapientia per Solomonem dicit, Describe hæc
ἀβιλλὸν tibi dupliciter & tripliciter in corde tuo, & arca quæ construebat à Noe, bicamerata et tricamerata fieri iubetur. Conemur et nos posteaq; dupliciter ista prout potuimus sentire descripsimus, id est secundũ historiã & secundũ mysticum intellectũ, nunc inquantum recipere locus potest, etiam moralem in eo discutere sermonem: ut scripturarũ studiosi, non solum quid in alijs, uel ab alijs gestũ sit, sed etiam ipsi intra se quid gerere debeant

beant doceantur. Iudas confessio interpretatᵉ. Qui ergo uel peccata sua cõfessus pœnitentiam gerit, uel Christum in persecutione coram hominibus confitetur, collaudatur à fratribus suis. Lætitia enim & gaudium est angelis in cœlo super unum peccatorem pœnitentiam agentem. Ab ipsis ergo tanquam à fratribus) unius etenim & creatoris & patris filij sunt & homines & angeli) collaudantur. Verum is qui cõfitetur dominum Iesum, quia in spiritu sancto cõfitetur, manus eius super dorsum inimicorum efficiuntur. Qui enim ante exhibuerat membra sua seruire iniquitati ad iniquitatem, nunc ea exhibens seruire iustitiæ in sanctificationem, iam fugientium se inimicorum suorum, id est dæmonum, terga uexat & cædit. Sic enim pugnat non quasi aerem cædens, sed dæmones fugans: quicᵍ ob nimios profectus uelut dei iam in se participium habens, etiã adorari dicitur à filijs patris sui. Filios patris sui quasi in morali loco possumus intelligere minoris meriti fideles, qui in eo maiores quoscᵍ & perfectiores adorant, quod eorum opera humiles ac subiecti uenerantur & laudãt: unde ad ecclesiam dicitur. Adorabunt uestigia pedum tuorum.

HOMILIARVM IN GENESIM FINIS.

ORIGENIS IN EXODVM HOMILIA PRIMA

CAPVT PRIMVM.

Exordium à simili

IDETVR mihi unusquisᵍ sermo scripturæ diuinæ similis esse alicui seminum, cuius natura hæc est, ut cum iactum fuerit in terrã, regeneratum in spicam, uel in quancunᵍ aliã sui generis speciem multiplici-
V ter diffundatᵉ, & tanto cumulatius, quãto uel peritus agricola plus seminibus laboris impenderit, uel beneficium terræ fœcundioris in dulserit. Sic ergo efficitur, ut culturæ diligentia exiguum semen (uerbi causa) sinapis, quod est minimũ omniũ, efficiatur maius omnibus oleribus, & fiat arbor: ita ut ueniant uolatilia cœli, & habitent in ramis eius. Ita & hic sermo qui nunc nobis ex diuinis uoluminibus recitatus est, si peritum inueniat & diligẽtem colonum, cum primo attactu uideatur exiguus & breuis, ut cœperit excoli, & spiritaliter retractari, crescit in arborem, in ramos, & in uirgulta diffunditur: ita ut possint uenire disputatores, & rhetores huius mundi, qui uelut aues cœli leuibus pennis, uerborũ duntaxat pompa, excelsa sectantur & ardua, & rationibus capti uelint habitare in ramis istis, in quibus non loquendi decor est, sed ratio uiuẽdi. Quid ergo faciemus & nos de his quæ lecta sunt nobis? Si mihi dñs cõcedere dignaretᵉ spiritalis agriculturæ disciplinã, si peritiã colendi ruris donaret, unus sermo ex his quæ recitata sunt intantũ posset longe lateᵉ diffundi, si tamen & auditorũ capacitas sineret, ut uix nobis ad explicandũ sufficeret dies. Tentabimus tamẽ pro uiribus nostris aliqua disserere, etiã si necᵍ nobis uniuersa explicare, necᵍ uobis cũcta audire possibile est. Quia & hoc ipsum agnoscere, quod supra uires nostras sit horũ sciẽtia, non paruç arbitror esse peritiæ. Videamus ergo quid statim in initijs Exodi lectio cõtineat, & qua possumus breuitate quantũ ad ædificationẽ auditorũ sufficit, persequamur. Si tamen precib. uestris iuueris, ut adsit nobis sermo Dei, & ipse dux nostri digneᵉ esse sermonis. Hæc sunt, inquit, nomina filiorũ Israel, qui ingressi sunt in Ægyptũ una cũ Iacob patre suo, unusquisᵍ cũ uniuersa domo sua intrauerunt, Ruben, Symeon Leui, Iudas, & cæteri patriarchæ. Ioseph aũt, inquit, erat in Ægypto. Erãt aũt omnes animę de Iacob septuagintaquinᵍ.] Simile huic mysterio & illud esse puto, quod per prophetã dicit, si quis aduertere potest. In Ægyptũ descẽdit populus meus, ut habitaret ibi, & in Assyrios ui abductus est. Si quis ergo potest inuicẽ sibi ista cõferre, & ex his quæ uel à prioribus nostris, uel etiã ab ęqualibus, sed & à nobis nõnunquã disputata sunt, intelligere poterit quæ Ægyptus in quã populus dei non tam ad habitandum, quàm ad incolendum de

Alius recitabat, alius interpretabatur

ſcendit, qui etiã ſint Aſſyrij, qui eos uim facientes abduxerunt, conſequẽter aduertet quis ſit patriarcharũ numerus & ordo, quæ ue eorum domus & familiæ deſignentur, quæ una cũ Iacob patre ſuo ingreſſæ dicantur in Ægyptũ. Deſcendit em̃ Ruben cum tota domo ſua, & Leui cũ tota domo ſua, ſed & cæteri omnes. Ioſeph autẽ, inquit, erat in Ægypto, & uxorẽ de Ægypto accepit, & licet ibi poſitus, tamen in patriarcharum numero habet̃. Si quis ergo poteſt ſpiritaliter iſta diſcutere, & apoſtoli ſenſum ſequi, quo diſcernit & ſegregat Iſrael, & dicit eſſe quendã ſecũdũ carnẽ Iſrael, ut aliũ ſine dubio indicet eſſe ſecundũ ſpiritũ: ſed & ſi quis ſermonẽ Domini diligentius cõſideret, quo hoc ipſum deſignat cũ dicit de quodã, Ecce uerus Iſraelita, in quo dolus non eſt: & dat intelligi eſſe aliquos ueros Iſraelitas, aliquos ſine dubio nõ ueros: poterit fortaſſe ſpiritalibus ſpiritalia conferẽs, & nouis uetera ac ueteribus noua cõponens, myſteriũ Ægypti & patriarcharũ in eam deſcenſionẽ aduertere. Sed & differẽtias tribuũ cõ templabit̃, ut conijciat quid eximiũ uiſum ſit in tribu Leui, quod ex ea ſacerdotes domini eligunt̃ ac miniſtri: quid etiã in tribu Iuda præcipuũ dominus ſenſerit, quod ex ea Reges aſſumuntur, & principes: & quod eſt maius omniũ, quod ex ipſa etiã dominus & ſaluator noſter ſecundũ carnẽ naſcitur. Neſcio enim ſi huiuſmodi priuilegia ad illorũ meritum referenda ſint, ex quorum ſtirpe nomẽ uel originem ducunt, id eſt uel ad ipſum Iudã, uel ad Leui, uel ad unum quenq; eorũ, qui tribui nomen dedit. Mouet em̃ me in hac intentione & illud, quod Ioãnes in Apocalypſi de populo hoc qui Chriſto credidit, ſcribit. Dicit em̃ quia ex tribu Ruben duodecim milia: ex tribu Symeon duodecim milia: ſimiliter aũt & ex ſingulis quibuſq; tribubus duodena milia, quos ſimul omnes dicit eſſe centũ quadragintaquatuor milia, qui ſe cũ mulieribus non coinquinauerint, ſed uirgines permãſerint. Quod utiq; cũ dicit̃, nec qualiſcunq; uel inepta poteſt eſſe ſuſpicio, quin ad iſtas tribus Iudæorũ Symeon, & Leui, & cæteras quæ de Iacob genus ducũt, poſſint reuocari. Ad quos igit̃ patres iſte numerus uirginum refertẽdus ſit, tã æqualis, tã integer, tãq; cõpoſitus, ita ut nullus altero ſuperior aut inferior numeret̃? Ego quidẽ progredi ultra requirendo nõ audeo, ſed & hactenus pene cum aliquo diſcrimine incedo. Apoſtolus tamen quaſdã ſuſpiciones his qui altius intueri poſſunt, ſubiecit cũ dicit. Propter quod flecto genua mea ad patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominat̃. Et quidẽ de terrenis paternitatibus intellectus nõ uidet̃ eſſe difficilis, Patres etenim tribuũ uel domorũ ſunt, ad quos ſucceſſio poſteritatis refert̃ ſimul omnis paternitas appellat̃. In cœlo uerò qd̃ dicit, quomodo aut qualiter ſint patres, aut pro quib. poſteritatibus cœleſtis paternitas nominet̃, ipſius eſt noſſe ſolius, cuius cœlũ cœli eſt, terrã aũt dedit filijs hominum.

Ex Leui ſacerdotes, ex Iuda Reges

Apoc. 7

Nec lit nodũ nec ſoluit

Deſcenderunt ergo in Ægyptũ patres, Ruben, Symeon, Leui, unuſquiſq; cum omni domo ſua.] Quomodo quis & hoc differat, quod cũ omni domo ſua introierunt in Ægyptũ? Quibus additur. Et omnes, inquit, animæ quæ introierũt cũ Iacob LXXV. Hic iam nominãdo animas pene nudauerat myſteriũ ſermo propheticus quod ubiq; contexerat, ut proderet quod non de corporibus, ſed de animabus hæc dicit. Verũta mẽ habet adhuc uelamen ſuũ. In uſu nanq; eſſe credit̃, animas pro hominibus appellari. Interim LXXV. animæ deſcenderũt cũ Iacob in Ægyptũ. Iſtæ ſunt animæ, quas genuit Iacob. Ego nõ puto quod quilibet hominum poſſit animam gignere, niſi ſi quis forte talis ſit, qualis ille qui dicebat: Nã etſi multa milia pædagogorũ habeatis in Chriſto, ſed nõ multos patres. Nã in Chriſto Ieſu p Euangeliũ ego uos genui. Iſti tales ſunt, qui generant animas, & parturiunt eas, ſicut & alibi dicit: Filioli mei quos iterũ parturio donec formet̃ Chriſtus in uobis. Alij em̃ huiuſmodi generationis curã, aut nolunt habere, aut nequeũt. Deniq; ſtatim in initijs ipſe Adã qui dicit: Hoc nunc os de oſſib. meis, & caro de carne mea, nec tamẽ addidit, & anima de anima mea. Sed uelim mihi diceres ô Adam, ſi os de tuis oſſibus agnouiſti, & carnẽ de tua carne ſenſiſti, cur nõ intellexiſti etiã animã de tua anima proceſſiſſe? Si enim omnia quæ in te erant tradidiſti, cur nõ etiã animæ facis cum cæteris mentionem, quæ melior totius hominis pars eſt? Sed uidetur per hæc intelligentibus indiciũ dare, quod cũ dicit, os de oſſibus meis, & caro de carne mea, quæ de terra ſunt ſua, pfiteri, nõ audere uerò ſua dicere quæ ſcit nõ eſſe de terra. Sed & Laban ſimiliter cũ dicit ad Iacob, quoniã os meũ & caro mea es tu,

1. Cor. 4

Gal. 4

Gen. 2

Gen. 29

nec ipſe

nec ipse amplius aliquid uidet audere suũ dicere, nisi quod terrenæ consanguinitatis agnoscit. Alia quippe est animarũ cognatio, quæ uel Iacob descendẽti in Ægyptum sociat, uel cęteris patriarchis, & sanctis sub enumeratione mysticę posteritatis ascribi tur. Sed qui uicinũ terræ nauigantes seruare dispositimus cursum, & ipsam quodãmo ὡς παλὼς
do orã littoris stringere, in altum nescio quomodo undarũ nos uiolentior æstus addu cit. Redeamus igit ad ea, quæ cõsequenter adduntur. Mortuus est, inquit, Ioseph & omnes fratres eius, & omnis generatio illa. Filij aũt Israel creuerũt & multiplicati sunt, & in multitudine magna diffusi sunt, & inualuerunt multũ ualde: multiplicauit enim illos terra.] Donec uiueret Ioseph nõ refertur quod multiplicati fuerint filij Israel, nec aliquid omnino in his de augmẽtis & numerositate memorat. Ego credẽs uerbis domini mei Iesu Christi, in lege & prophetis iota quidẽ unum aut unũ apicem non puto esse mysterijs uacuũ, nec puto aliquid horũ transire posse, donec omnia fiãt. Verũ quo niã exiguæ capacitatis sumus, ea nũc tantũ pulsemus, quibus tutius incedamus. Ante quã morereť noster Ioseph, ille qui distractus est tringinta argẽteis ab uno ex fratrib. suis Iuda, ualde pauci erant filij Israel. Cũ uerò pro omnibus gustauit mortẽ, per quam destruxit eum qui habebat mortis imperiũ, id est diabolũ, multiplicatus est fideliũ po pulus, & diffusi sunt filij Israel, & multiplicauit eos terra, & creuerũt nimis ualde. Nisi enim (sicut ipse dixit) cecidisset granũ frumenti in terram, & mortuũ fuisset, non uticę fructũ hunc plurimũ totius orbis terræ ecclesia attulisset. Igitur posteaquã cecidit gra num in terrã, & mortuũ est, omnis hæc ex ipso surrexit fidelium seges, & multiplicati sunt filij Israel, & inualuerunt nimis ualde. In omnẽ terram exiuit sonus apostolorum, & in fines orbis terræ uerba eorũ, & per ipsos sicut scriptũ est, uerbum domini cresce bat, & multiplicabatur. Hæc quantũ ad mysticũ pertinet intellectum. Sed & moralem *Moralis*
in his non omittamus locũ. Ædificat enim animas auditorũ. Igitur in te si moriatur Io *sensus*
seph, id est si mortificationẽ Christi in corpore tuo suscipias, & mortifices mẽbra tua peccato, tunc in te multiplicabunť filij Israel. Filij Israel sensus boni & spiritales accipi untur. Si ergo sensus carnis mortificenť, sensus spiritus crescunt, & quotidie emorien tibus in te uitijs, uirtutũ numerus augetur, Sed & terra te multiplicat in operib. bonis, quæ per officiũ corporis ministrantur. Verum si uis ut ostendã tibi de scripturis, quis est quẽ terra multiplicauerit, intuere apostolũ Paulum quomodo dicit: Si autem uiue *Phil. 1*
rẽ in carne, hic mihi fructus operis est, & quid eligã ignoro. Coarctor em ex duobus, desideriũ habens dissolui & esse cum Christo, multo enim melius, permanere in carne magis necessariũ propter uos. Vides quomodo hæc terra multiplicat? Dũ em manet in terra, id est in carne sua, multiplicať condendo ecclesias, multiplicať acquirẽdo po pulũ deo, & ab Hierusalem in circuitu usq; ad Illyricum dei Euangelium prędicando. Sed uideamus quid addit in consequentibus. Surrexit aũt, inquit, rex alius in Ægypto, qui nesciebat Ioseph, & dixit genti suæ: Ecce gens filiorũ Israel grãdis multitudo est, & ualet super nos.] Primo omniũ requirere uolo quis est rex in Ægypto qui scit Ioseph, & quis est rex qui nescit Ioseph. Dũ enim ille regnaret qui sciebat Ioseph, non referuntur afflicti esse filij Israel, neq; in luto & latere consumpti, neq; masculi eorũ ne cati, & fœminæ uiuificatæ. Sed cũ surrexit iste qui non nouerat Ioseph, & cœpit ipse regnare, tunc hæc omnia gesta referuntur. Quis ergo est iste rex, uideamus. Si dñs re gît nos, & sensus mentis nostræ illuminať à domino, si Christi semper memoriã tenet, faciens illud quod Paulus ad Timotheũ scribit: Memor esto Christum Iesum resurre- *2. Tim. 2*
xisse à mortuis: dum hic uiuit in Ægypto, id est in carne nostra, spiritus noster regnũ cũ iustitia tenet, & filios Israel, quos suprà diximus rationabiles sensus uel animę uirtu tes, in luto & latere nõ consumit: nec curis eos terrenis & solicitudinib. atterit. Si uerò perdiderit horũ memoriã sensus noster, declinauerit à deo, nescierit Christũ, tunc sapi entia carnis, quæ inimica est deo, succedit in regnũ, & alloquiť ad gentẽ suã, corpore as scilicet uoluptates & uitiorũ ducibus ad conciliũ uocatis, iniť deliberatio aduersus filios Israel qũo circũueniantur, quomodo opprimantur, ut luto & lateribus affligan tur, ut mares exponãt, fœminas alant, ut ædificẽt ciuitates Ægypti, & ciuitates muni tas. Nõ nobis hæc ad historiã scripta sunt, neq; putandũ est libros diuinos Ægyptiorũ *Historiam*
gesta narrare: sed quæ scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sunt & cõmonitionẽ: ut *destruit*

tu qui hæc audis, si forte iã gratiã baptismi cõsecutus es, & adnumeratus es inter filios Israel, ac suscepisti in te deũ regẽ, & post hæc declinare uolueris ad opera seculi, agere actus terræ, & lutea explere ministeria, scias & agnoscas quia surrexit in te rex alius, q̃ nescit Ioseph, rex Ægypti, & ipse te cogit ad opera sua, & ipse te facit laterẽ sibi operari & lutũ. Ipse est qui te superpositis magistris & cõpulsorib. ad opera terrena flagris ac uerberibus agit, ut ædifices illi ciuitates. Ipse est qui te facit discurrere per seculum maris ac terræ, elemẽta pro cupiditate turbare. Ipse est hic Ægypti rex, qui te forũ pulsare litib. facit, & pro exiguo terræ cespite, ꝓpinquos iurgijs fatigare, & ut ita dicã, castitati insidiari, decipere innocentiã, domi fœda, foris crudelia, intra conscientiã flagitiosa cõmittere. Cũ ergo tales uideris actus tuos, scito te regi Ægyptio militare, quod est immũdi spiritus imperio agi. Si uerò & aliquid de hoc etiã altius sentiendũ est, potest uideri rex iste qui nescit Ioseph, diabolus, insipiẽs ille qui dixit in corde suo nõ est deus, gẽti suæ, hoc est apostaticis angelis, colloqui, & dicere: Ecce genus filiorũ Israel magna multitudo est, de his scilicet qui possunt mẽte deũ uidere, et potẽtior est nobis. Venite itaq̃ circũscribamus illos ne forte increscãt, & cũ acciderit nobis bellũ, cõsentiant & hi cũ aduersarijs, & expugnãtes nos exibũt de terra nostra. Sed unde hoc sentit diabolus? unde intelligit quia magna gẽs sit Israel, & ipso fortior, nisi quia sæpe cõgressus est, sæpe habuit luctamen, & sæpe superatus est? Scit eñ & ipsum Iacob luctatum esse, & adiutorio angeli obtinuisse aduersariũ, & inualuisse cũ Deo. Non dubito quin & aliorũ sanctorũ senserit luctamen, & spiritalia pertulerit sæpe certamina: & inde dicit, quia gens filiorũ Israel magna est ualde, & ualet super nos. Sed & illud qd' timent, nequãdo eueniat eis bellũ, & cõsentiãt aduersarijs eius, & deuictis eis discedãt de terra sua, uideť mihi ex his quæ sanctis patriarchis uel prophetis de aduentu Christi nõnunquã indicata fuerant præsensisse, & inde scire quod sibi immineat bellũ. Sentit uenturũ qui exuat principatus eius & potestates, & cũ fiducia triũphet eos, & affigat in ligno crucis suæ. Igitur conuocata omni gente sua circũuenire, & circumscribere cupit in hominibus rationabilẽ sensum, qui nunc figuraliter dicit Israel: & ideo prę fecit eis magistros operũ, qui eos cogant dicere opera carnis, sicut & in psalmis dicit:

Psal. 106 Et admixti sunt gentib. & didicerũt opera eorũ. Docet eos & ciuitates ædificare Pharaoni. Fithõ, quæ in nostra lingua significat os defectionis, uel os abyssi, & Rameses, quæ interpretať cõmotio tineæ, Ethon, id est Heliopolis, quæ dicit ciuitas solis. Vides quales sibi ciuitates ædificari prę cipit Pharao? Os, inquit, deficiẽs deficit. Nãq̃ os

Ioan. 8 cũ mendaciũ loquitur, à ueritate & probationibus deficit. Ille enim ab initio mendax fuit, & ideo tales sibi ciuitates ædificari uult. uel etiã os abyssi, quia abyssus perditiõis, & interitus est locus. Et alia eius ciuitas cõmotio tineæ est. Omnes eñ qui cum sequũtur, ibi congregãt thesauros suos, ubi tinea exterminat, & ubi fures effodiũt & furantur. Sed & ciuitatẽ solis ædificant falso nomine, pro eo quod cõuertit se sicut angelus lucis. In his ergo præuenit, in his occupat mentes, quæ ad hoc factæ sunt, ut uideãt deum. Prospicit tamen imminere sibi bellũ, & maturum gentis suæ affuturum sentit exitiũ. Ideo dicit, quia gens Israel ualet super nos. Vtinã & de nobis hoc dicat, sentiat nos ualere super se. Quomodo sentire hoc poterit? Si cũ mihi cogitationes inijcit malas, & concupiscentias pessimas, ego non suscipiã, sed iacula eius ignita scuto fidei repellã, si in omnibus quæcũq̃ suggerit mẽti meæ, ego memor Christi mei domini, dicam:

Matth. 4 Vade retro Satana. Scriptũ est eñ, dominũ deum tuũ adorabis, & ipsi soli seruies. Si

Deut. 6 ergo hæc omni fide, omni cõstantia agamus, dicit & de nobis, quia gens Israel magna est, & ualet super nos. Sed & hoc qd' dicit, Ne forte accidat nobis bellũ, & cõsentiant & hi cũ aduersarijs nostris, ex propheticis uocibus præuidit uenturũ sibi bellũ, & derelinquendũ se à filijs Israel, & quia cõsentiẽt aduersario eius, & adijcient ad dominũ.

Hier. 17 Hoc est eñ quod de eo Hieremias ꝓpheta prædixerat. Clamauit perdix, cõgregauit quæ nõ peperit, fecit diuitias suas nõ cũ iudicio, in dimidio dierũ eius derelinquẽt eũ, & in nouissimis suis erit stultus. Intelligit ergo perdicẽ se dictũ, quæ nõ peperit cõgregasse, & quod hi quos non cũ iudicio cõgregauit, in dimidio dierũ suorũ derelinquẽt eum, & sequentur dominũ & creatorẽ suũ Christum Iesum, qui nos genuit. Ille autem congregauit, quos non genuit. Et ideo remanebit stultus in nouissimis suis, cum ad factorem

ctorem & ad parentẽ ſuum uniuerſa, quæ nunc pro huius tyranníde cõgemíſcit, crea tura cõfugerit. Et hoc indignaſ, & dicit, ne expugnantes, inquit, nos, exeant de terra noſtra. Nõ uult nos exire de terra ſua, ſed uult ut ſemper portemus imaginẽ terreni. Si enim ad aduerſariũ eius confugerimus, eum qui nobis præparauit regna cœlorum, ne ceſſe eſt ut relinquamus imaginẽ terreni, & ſuſcipiamus imaginẽ cœleſtis. Propterea ergo Pharao ſtatuit magiſtros operũ, qui nos ſuas artes doceãt, qui nos artifices malí tiæ faciãt, qui nobis magiſteriũ malorũ præbeãt. Et quia multi ſunt iſti magiſtri & do ctores malitiæ, quos præfecit Pharao, & eſt ingens multitudo huiuſcemodi cõpulſo rũ, qui omnes exigunt, imperant, & extorquent opera terrena: ideo ueniens dñs Ieſus fecit alios magiſtros, & doctores, qui pugnãtes aduerſum illos, & ſubijcientes oms eorũ principatus, & poteſtates, & uirtutes, defendant à uiolentijs eorũ filios Iſrael, & doceant nos opera Iſraelítica: & rurſum doceant nos mente deũ uidere, & relinquere opera Pharaonís, exire de terra Ægypti, abijcere Ægyptios & barbaros mores, depo nere totũ ueterem hominẽ cũ actibus ſuis, & induere nouũ, qui ſecundũ deũ creatus eſt, renouari ſemper de die in diem ad imaginem eius qui fecit nos in gloriam & lau dem ſuam. cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

De obſtetricibus, ſecundæ partis Cap. I Homília II

M VLTA quidẽ aduerſum gentẽ dei molitur rex iſte, qui non nouit Ioſeph, & artes nocendi nouas ſemper inquirit. Verum nũc calliditas eius ſuper eminet modum, cum obſtetricũ miniſterio ſobolem gentis conatur extin guere, quarũ arte ſolet uita ſeruari. Quid enim dicit? Et dixit, inquit, rex Ægyptio rum obſtetricibus Hebræorum, quarum uni nomen erat Sephora, & nomen alterius Phua, & ait: Cum obſtetricabitis Hebræas, & prope partum erunt, ſi maſculus fuerit, occidite eum, ſi fœmina, uiuificate.] Sed his adiungitur in conſequentibus. Timue runt autem obſtetrices deum, & non fecerunt ſicut præceperat illis rex Ægypti, & ui uificabant maſculos.] Si ſecundum hiſtoriæ narrationem ſuſcipienda eſſent quæ ſcrí pta ſunt, uidetur hoc quod dicit ſcriptura, quia non fecerũt obſtetrices ſecundũ quod præceperat eis rex Ægypti, ſtare non poſſe. Non enim inueniuntur obſtetrices nõ ui uificaſſe fœminas, quas præcepit rex Ægypti uiuificari. Sic enim ait, ſi quidem maſcu lus eſt, occídite illum: ſi fœmina, uiuificate. Et ſi nõ fecerunt obſtetrices ſicut præcepe rat rex Ægypti, debuerant utiq; ſicut maſculos uiuificabant cõtra præceptum regis, ita fœminas occidere, ut & hoc eſſet cõtra præceptũ regis. Nã fœminas uiuificaſſe, ſe cundũ præceptũ eſt feciſſe Pharaonis. Hæc interim propter eos qui amici ſunt literæ, & non putãt legẽ ſpiritalẽ eſſe & ſpiritaliter intelligendã. Sed nos qui omnia quæ ſcri pta ſunt, nõ pro narrationibus antiquitatũ, ſed pro diſciplina & utilitate noſtra didici mus ſcripta, hæc quæ leguntur, etiã nunc fieri non ſolũ in hoc mũdo, qui Ægyptus figu raliter dicit, ſed in unoquoq; noſtrũ deprehẽdimus. Requiramus ergo quomodo rex Ægypti, qui eſt princeps huius mũdi, uiuificari mares nõ uult, fœminas uult. Si memí niſtis, ſæpe oſtendimus diſputãtes, quod in fœminis caro & affectus carnis deſignaſ, uir aũt rationabilis ſenſus, & intellectualis ſit ſpiritus. Senſum aũt rationabilẽ, qui po teſt cœleſtia ſapere, qui poteſt intelligere Deũ, & quæ ſurſum ſunt quærere, hũc odit Pharao rex & princeps Ægypti, hunc necari cupit & interími. Cupit autẽ quæcunq; carnis ſunt uiuere, & quæ ad materiam pertinent corporalẽ, hæc nõ ſolum uiuere, ſed & augeri & excoli cupit. Vult em ut oms carnalia ſapiãt, temporalia deſiderẽt, quæ ſupra terram ſunt quærãt, nemo eleuet ad cœlũ oculos ſuos, nemo requirat unde huc uenerit, nemo patriã paradiſum recordetur. Cũ ergo uideris homines in uoluptatibus & delicijs uitã ducere, luxu fluitare, epulis, uino, conuiuijs, cubilibus & impudicitijs operã dare, in iſtis ſcias quòd rex Ægypti maſculos necat, & uiuificat fœminas. Si ue rò rarũ quẽq; uideas unũ ex mille ad dominũ cõuerti, oculos ſurſum erigere, quę per petua ſunt & æterna quærere, contemplari non ea quæ uidentur, ſed quę non uidenſ, odiſſe delicias, amare continentiã, luxuriã fugere, excolere uirtutes, iſtum quaſi ma ſculum, quaſi uirũ necari cupit Pharao, perſequitur, inſectaſ, mille aduerſus eum ma chinis pugnat. Odit tales, uiuere eos in Ægypto non ſinit. Inde ergo eſt quod in hoc

Cauillatur in hiſtoriam

mundo ſerui dei & omnes qui deũ quærunt, deſpectui habent̃, & cõtemptui. Inde cõ tumelijs expoſiti ſunt, inde replent̃ opprobrijs, inde odia in eos & perſecutiones agi tant̃, quia odit eos Pharao, odit huiuſmodi mares, qui fœminas amat. Iſte etiã obſtetri ces corrumpere aggredit̃, & per ipſas implere quod deſiderat, quarũ etiã nomina no bis per ꝓuiſionẽ ſpiritus ſancti, qui hæc ſcribi uoluit, indicant̃. Sephora, inquit, una, quæ interpretat̃ paſſer: & Phua, quæ apud nos uel rubens, uel uerecunda dici poteſt. Per has igit̃ necari mares, & uiuificari ſolas fœminas quærit. Sed quid dicit ſcriptura? Et timebãt, inquit, obſtetrices deũ, & nõ fecerunt ſicut præcepit eis rex Ægypti. Iſtas obſtetrices dixerũt ante nos, quidã, rationabilis eruditiõis formã tenere. Obſtetrices eñ mediæ quædã ſunt, & tam maſculos naſcẽtes, ꝙ fœminas fouẽt. Eruditio ergo iſta cõmunis rationabilis ſciẽtiæ, ad omnẽ propemodũ peruenit ſenſum, oẽs inſtruit, oẽs fouet. Si quis in ea uirilis animi fuerit, & uoluerit cœleſtia quærere, & diuina ſectari, ueluti medicatus, & fotus per huiuſmodi eruditiones, ad diuinorũ intelligentiã para tior ueniet. Eſt eñ una uelut paſſer quæ celſiora docet, & rationalibus doctrinæ pen nis in altũ uolare prouocat animos. Alia quę rubens eſt, uel uerecũda, moralis eſt, mo res cõponit, uerecundiã docet, inſtituit honeſtatẽ. Mihi tamẽ, quoniã dicit de his ſcri ptura, quia timebãt Deũ, & nõ fecerũt præcepta regis Ægypti uident̃ obſtetrices iſtæ duæ utriuſq; teſtamenti figurã ſeruare: & Sephora quæ paſſer interpretat̃, legi, quę ſpi ritalis eſt, poſſe conferri. Phua uerò quæ rubens, uel uerecunda eſt, indicare euãgelia, quæ Chriſti ſanguine rubent, & per uniuerſum mundũ paſſionis eius rutilant cruore. Ab his ergo animæ, quæ naſcunt̃ in eccleſia, uelut obſtetricibus medicantur, quia ex ſcripturarũ lectione cuncta in ea eruditionis medicina confertur. Tentat tamen Pha rao per hæc necare eccleſię maſculos, cũ ſtudioſis quibuſq; in ſcripturis diuinis hęreti cos ſenſus, & peruerſa dogmata ſuggerit. Sed ſtat immobile fundamentũ Dei. Timẽt enim obſtetrices Deũ, id eſt timorem dei docent, quia initiũ ſapientiæ timor domini. Sic deniq; cõpetentius aptari puto & illud quod in poſterioribus ſcriptũ eſt, ubi dicit: Quia timebant obſtetrices deũ, fecerunt ſibi domos. Quod dictum nullã conſequen tiam ſecundũ literã habere poteſt. Quis eñ ordo eſt, ut dicat, quia timebant obſtetri ces deum, fecerunt ſibi domos? quaſi propterea domus fiat, quia timet̃ deus. Hoc ſi ita accipiatur ut ſcriptũ eſt, non ſolũ nihil conſequentiæ, ſed & inanitatis plurimũ habere uidebitur. Sin aũt uideas qũo ſcripturæ noui ac ueteris teſtamenti timorem Dei do centes domos eccleſiæ faciant, ut uniuerſum orbẽ terræ orationũ domibus repleant, tunc quod ſcriptũ eſt, rationabiliter ſcriptũ uidebitur. Sic ergo iſtę obſtetrices, quia ti ment Deũ, & timorẽ Dei docent, nõ faciunt præceptũ regis Ægypti, ſed uiuificãt ma ſculos ſuos: nec tamẽ dicit̃ quia paruerint præcepto regis Ægypti, ut uiuificarent fœ minas. Ego confidenter audeo dicere ſecundũ ſcripturæ ſenſus, obſtetrices iſtæ nõ ui uificãt fœminas. Neq; eñ uitia docẽt̃ in eccleſiis, aut luxuria prædicat̃, aut peccata nu triuntur: hoc eñ uult Pharao, cũ uiuificari fœminas iubet, ſed ſola uirtus excolit̃, & ip ſa ſola nutritur. Verũ hæc ad unũquenq; noſtrũ referamus. Et tu ſi times Deũ, non fa cis pręceptũ regis Ægypti. Ille eñ tibi præcipit, ut in delicijs uiuas, ut diligas pręſens ſeculũ, ut præſentia cõcupiſcas. Tu ſi Deũ times, & exhibes obſtetricis officiũ animæ tuæ, ſi ei ſalutẽ cõferre cupis, nõ facis hæc, ſed uiuificas maſculũ, qui in te eſt, interiorẽ tuũ hominẽ medicaris & foues, & ipſi per actus aut intellectus bonos uitam cõquiris æternã. Sed poſt hęc ubi uidit Pharao, qđ per obſtetrices non poſſet necare maſculos Iſrael, præcepit, inquit, omni populo dicens: Omne maſculinũ quodcunq; natũ fuerit Hebræis, in flumen proijcite, & omne fœmininũ uiuificate.] Videte quid princeps huius mũdi pręcipit ſuis, ut infantes noſtros rapiãt, & in flumẽ proijciãt, primæ ſtatim natiuitati noſtrorũ inſidiantes continuo, ut ubera eccleſiæ prima cõtigerint, irruãt, di ripiant, perſequant̃, undis & fluctibus huius ſeculi abſorbeãt. Videte quid audiatis, ſa pientia Dei per Salomonẽ dicit. Intelligibiliter intellige quæ apponunt̃ tibi. Vide ſta tim ut natus, imò ut renatus fueris, quid tibi imminet. Hoc illud eſt, quod in euãgelio legis, quia Ieſus ſtatim ut aſcẽdit de baptiſmo, ductus eſt ab ſpiritu in deſertũ ut tenta retur à diabolo. Hoc ergo eſt qđ & hoc loco Pharao præcepit populo ſuo, Hebræos infantes ſtatim ut nati fuerint inuadãt, diripiãt, aquis ſubmergãt. Hoc fortaſſis eſt qđ

Diſciplinæ humanæ cõferunt ad intelligentiam ſcripturarum

Duæ eiuſdem loci allegoriæ

Literam deſtruit

Moralitas

Prouerb. 22

Matth. 4

per

per prophetam dicitur: Quia intrauerunt aquæ usq; ad animam meã. Defixus sum in limo profundi, & non est substãtia. Sed propterea Christus superauit & uicit, ut tibi uincendi iter aperiret. Propterea ieiunans uicit, ut & tu scias huiusmodi genus dæmoniorũ ieiuniis & orationib. superandũ. Propterea & oblata sibi omnia regna mũdi, & gloriam eorũ contemnit, ut & tu contemnens gloriã mundi possis superare tentantẽ. Aegyptij uerò, quib. Pharao dedit præcepta, fœminas tantũ uiuificant, oderunt masculos: oderũt nanq; uirtutes, uitia tantũ & uoluptates nutriunt. Et nũc igit insidiant Aegyptij, si forte Hebræis nascat aliquis masculus, ut statim persequant & interficiãt, nisi caueãt, nisi obseruent, & occultent germẽ masculinũ. Denicq; refert scriptura qd de tribu Leui quædã genuit masculinũ, & uidẽs infantẽ esse elegantẽ, occultauit eum mensibus tribus. Vide si nõ propterea nobis præcipitur, ne bonos actus in publico geramus, ne iustitiã nostrã corã hominib. faciamus, sed ut clauso ostio oremus patrem in occulto, & quod facit dextera nostra nesciat sinistra. Nisi enim in occulto fuerit, diripietur ab Aegyptijs, inuadet, in flumẽ iactabitur, undis & fluctibus submerget. Ergo si facio eleemosynam, quia opus dei est, masculũ genero. Sed si ita faciam, ut hominibus innotescat, & ab hominib. laudem quæram, & non eam occultauero, rapta est ab Aegyptijs eleemosyna mea, & in flumen demersa est, & tãto labore, tãtoq; studio Aegyptijs masculũ genui. Proptera ô uos populus dei qui hæc auditis, nolite putare (ut sæpe iam diximus) ueterũ uobis fabulas recitari, sed doceri uos per hæc, ut agnoscatis ordinem uitę, institutа morũ, fidei, uirtutisq; certamina. Vidẽtes ergo isti de tribu Leui elegantẽ esse infantẽ, celauerunt eum mensib. tribus. Cumq; non possent amplius celare eũ, sumpsit, inquit, mater eius tibin, & liniuit bitumine, & iniecit infantẽ in eã, & posuit in palude secus flumẽ, & obseruabat soror eius delonge, ut uideret quid accideret ei. Descendit autẽ filia Pharaonis, ut lauaretur in flumine, & audiuit plorantem infantẽ, & misit, inquit, & assumpsit eũ, & dixit filia Pharaonis, quia de infantibus Hebræorũ est hic. Post hæc iam refert quomodo soror eius dixit, ut matrem pueri uocaret, quæ eum nutriret. Et dixit, inquit, ad illã filia Pharaonis. Custodi mihi hunc infantem, & nutri eum mihi, ego autẽ dabo tibi mercedem. Cumq; nutrisset eum, & fortior factus esset, induxit illum ad filiã Pharaonis, & factus est ei in filium, & nominauit nomen eius Moysen dicens, quia de aqua eũ assumpsi. Singula hæc immẽsis repleta mysterijs, tẽpus exigunt grande, & totius diei spatia si in his consumamus, uix fortasse sufficiat. Breuiter tamen aliqua nobis pro ecclesiæ ædificatione pulsanda sunt. Puto filiã Pharaonis ecclesiã quæ cõgregatur ex gentibus uideri posse, quæ quãuis impiũ & iniquum habeat patrem, tamen dicitur ad eam per prophetam. Audi filia & uide, & inclina aurẽ tuam, & obliuiscere populum tuũ, & domũ patris tui, quia cõcupiuit rex speciem tuã. Hæc ergo est quę exijt de domo patris, & uenit ad aquas, ut lauaretur à peccatis quæ contraxerat in domo patris sui. Denicq; statim uiscera misericordiæ suscipit, & miseratur infantẽ. Hæc ergo ecclesia ex gentibus ueniens, in palude inuenit iacentem Moysen, abiectũ à suis & expositũ, dat eum nutrici, & nutritur apud suos, ibi agit infantiã. Cum autẽ fortior factus est, tunc inducitur ad eam, & adoptatur in filiũ. Moyses autem quia lex appellat, in multis locis iam sæpe dissertũ est. Veniens ergo ecclesia ad aquas baptismi suscepit etiã legem, quæ tamen lex erat intra tibin conclusa, pice & bitumine oblita. Tibis genus est tegminis, ex uirgis, aut ex papyro contextũ, uel etiam ex arborum cortice formatũ, intra quod iniectus infans uidebatur expositus. Iacebat ergo lex conclusa intra huiusmodi tegmina, & pice ac bitumine oblita, uilib. & terreis ludæorũ sensib. sordebat obsepta, usquequo ecclesia ueniret ex gentib. & adsumeret eã de luteis & palustribus locis, atq; intra sapiẽtiæ aulas & regalia tecta cõscisceret. Hæc tamen lex infantiã suã apud suos trãsigit. Apud illos enim qui spiritaliter eam intelligere nesciunt, paruula est & infans, & lactentiũ habens cibos. Cũ uerò ad ecclesiam uenit, cum ecclesiæ ingreditur domũ, fortior est & ualidior Moyses. Amoto em uelamine literæ, perfectus in lectione eius cibus, & solidus inuenitur. Quid tamen est qd & mercedẽ nutrimẽtorũ à filia percipit Pharaonis, illa apud quã lex & nata est, & nutrita? Quid est quod synagoga accipit de ecclesia? Puto illud intelligi posse, quod idẽ Moyses scribit, dicẽs: Ego in nõ gẽtẽ in æmulationẽ uos inducã, in gentẽ insipiẽtẽ

Moses

Psal. 45

Tibis quid

Deut. 32

in ira uos cõcitabo. Et synagoga ergo de ecclesia istud mercedis accipit, ut ultra idola nõ colat. Videns enim eos qui ex gentibus sunt, ita ad deum cõuersos esse, ut ultra idola nesciant, deũ præter unũ neminem uenerentur, ipsa erubescit idola ultra iam colere. Istud ergo recipit beneficij de ecclesia synagoga, q̃ ei paruulã nutrisse uisa est legem. Sed & nos etiã si Pharaonẽ habuimus patrẽ, etiã si nos in operibus malis genuit princeps huius mũdi, cũ uenimus ad aquas, assumamus ad nos legẽ dei. nec nobis sordeat literæ eius uile tegumen & obscurũ, quę parua eius sunt & lactentia, cõcedamus, quæ perfecta & ualida sunt, sumamus, atq̃ hęc intra cordis nostri tecta regalia collocemus. Grandem & ualidũ habeamus Moysen, nihil de eo paruum, nihil humile sentiamus: sed magnificum totum, totum egregium, totum elegans. Totum enim magnum est, quicquid spiritale, quicquid sublimis intelligentiæ. Et oremus dominum Iesum Christum ut ipse nobis reuelet, & ostendat quomodo magnus est Moyses, & quomodo sublimis, ipse enim reuelat, quibus uult, per spiritum sanctum. Ipsi gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptum est: Ego autem gracili uoce sum, & tardus lingua.

Homilia Tertia Cap. IIII.

D ONEC esset Moyses in Aegypto, & erudiretur omni sapientia Ægyptiorum, non erat gracili uoce, nec tardus lingua, nec profitetur se esse ineloquentem. Erat enim quantum ad Aegyptios, & sonoræ uocis, & eloquentiæ incomparabilis. Vbi aũt cœpit audire uocem dei, & eloquia diuina suscipere, tunc sensit exilem & gracilẽ uocem suam, tardamq̃ & impeditam esse suam intelligit linguam: tunc se pronunciat mutũ, cum cœpit agnoscere uerũ illud uerbum, quod erat in principio apud deum. Sed quo facilius quod dicimus possit aduerti, utamur huiusmodi similitudine. Mutis animalibus, quãuis sit imperitus & indoctus, rationalis homo si cõparet, uidebit eloquens ad cõparationem eorũ, quæ & rationis & uocis expertia sunt: si uerò eruditis & eloquentibus uiris, atq̃ in omni sapientia probatissimis conferatur, ineloquens & mutus uidebit. At si ipsum quis contẽplet diuinũ uerbũ, ipsamq̃ diuinã respiciat sapientiã, quãtæuis sit eruditionis, & quãtæcunq̃ sapiẽtiæ, multo amplius q̃ apud nos sunt pecudes, ipse apud deũ mutũ se animal profitebit. Hoc nimirũ erat Moyses. Quod & beatus Dauid intuẽs, & tali ordine semetipsum ad diuinã sapientiã librans, dicebat: Vt iumentũ factus sum apud te. Secũdum hoc ergo & prophetarũ maximus Moyses in prẽsenti lectione dicit ad eũ, quòd gracili uoce sit, & tardus lingua, & quod non sit eloquens. Omnes enim homines ad cõparationẽ uerbi diuini, nõ solũ ineloquẽtes, sed & muti putãdi sunt. Quia igit in id intelligentię profecit ut agnoscceret semetipsum, in quo est pars maxima sapientiæ, remunerat eũ diuina dignatio. Audi q̃ opimis magnificisq̃ muneribus: Ego, inqt, aperiã os tuũ, & instruã te quę oporteat te loqui.] Beati sunt, quorũ Deus os aperit ut loquant. Prophetis Deus aperit os, & replet illud eloquio suo, sicut in præsenti dicit: Ego aperiã os tuũ, & instruam te quæ oporteat te loqui. Sed & per Dauid dicit deus: Dilata os tuũ, & replebo illud. Similiter & Paulus dicit. Vt det mihi sermo in adapertionẽ oris mei. Eorum ergo qui uerba dei loquunt, os Deus aperit. Vereor aũt ne sint aliqui, quorũ ecõtrario os diabolus aperiat. Nã q̃ loquit mendaciũ, certũ est q̃ diabolus aperiat os eius ut mẽdacium loqueret. Qui falsum testimoniũ dicit, qui scurrilitates ac turpitudines & cætera huiusmodi de ore suo proferũt, diabolus aperuit os eorũ. Vereor ne & susurronum & detractorum os diabolus aperiat, sed & eorũ qui ociosa uerba proferunt, pro quib. reddenda in die iudicij ratio est. Iam uerò qui iniquitatẽ in excelso loquunt, qui negãt dominũ meũ Iesum Christũ in carne uenisse, uel qui spiritum sanctum blasphemant, quibus neq̃ in prẽsenti neq̃ in futuro seculo remittetur, quis dubitet q̃ os eorũ diabolus aperiat? Vis tibi & hoc de scripturis ostẽdã, quomodo huiusmodi hominibus, qui aduersum Christũ loquuntur, os diabolus aperit? Vide quid scriptũ est de Iuda, quomodo refertur quia introiuit in illũ Satanas, & q̃ misit in cor eius diabolus, ut traderet dñm. Ipse ergo aperuit os eius, ut loqueret cũ principibus, & pharisæis, quomodo eum traderet accepta pecunia. Vnde mihi uidet non esse paruæ gratiæ intelligere os quod aperit deus, & intelligere os qd aperit diabolus, Nõ est sine sãcti spiritus gratia huiusmodi

Psal.37 *Humana ad deum cõparata nihil sunt.* *Os aperit deus.* *Psal.81* *Ioan.13* *Matt.26*

huiusmodi os & uerba discernere. Et ideo in diuisionib. spiritaliũ gratiarum additur etiam hoc, quod dat̃ quibusdam discretio spirituũ. Ergo spiritalis est gratia per quam spiritus discernitur, sicut & alibi dicit Apostolus. Probate spiritus qui ex deo sunt. Sed sicut deus aperit os sanctorũ, ita puto quod & aures sanctorũ deus aperiat, ad audienda uerba diuina. Sic enim dicit Esaias propheta. Dñs mihi aperuit aurẽ, ut sciã quando oporteat dici uerbũ. Sic & oculos aperit dominus, sicut aperuit oculos Agar, & uidit puteũ aquæ uiuæ. Sed & Helisæus propheta dicit: Aperi domine oculos pueri, ut uideat quia plures nobiscũ sunt quàm cũ aduersarijs. Et aperuit, inquit, dominus oculos pueri, & ecce totus mons plenus erat equitibus, & curribus, auxilijsq; cœlestibus. Circumdat eñ ãgelus domini in circuitu timentiũ eum, ut eripiat eos. Aperit ergo (ut diximus) deus, & os, & aures & oculos, ut uel loquamur, uel cernamus, uel audiamus, quæ dei sunt. Sed & illud nõ otiose accipio quod dicit propheta: Eruditio, inquit, domini aperuit mihi aurẽ. Hoc mihi uidetur ad nos, id est, cõmuniter ad omnẽ dei ecclesiã pertinere. Si eñ in domini eruditione uersemur, aperit & nobis aurẽ domini eruditio. Auris uerò quæ per eruditionẽ domini aperitur, nõ semper aperta est, sed aliquando aperta, aliquando clausa est. Audi legislatorẽ dicentẽ: Ne respexeris auditũ uanũ. Siquando ergo uana dicuntur, siquando inania, inepta, turpia, profana, sceleſta profe runt̃, qui nouit domini eruditionẽ, claudit aures, & auertit auditum, & dicit: Ego autẽ sicut surdus non audiebã, & sicut mutus, qui non aperuit os suum. Si uerò ad utilitatẽ animæ pertinẽt quæ dicunt̃, si de Deo sermo est, si mores docet, uirtutes inuitat, uitia resecat, patere debẽt aures huiuscemodi eloquijs: & nõ solũ aures, sed & cor, & mẽs, & tota ad huiuscemodi auditũ, animæ ianua pandenda est. Summa tamẽ moderatione præcepti usa est lex, ut non diceret, non audies auditũ uanũ, sed nõ recipies. Nã uana frequẽter audimus. Marcion quæ loquit̃ uana sunt: Valentinus quæ loquitur uana sunt, & omnes qui cõtra creatorẽ deũ loquuntur, uana sunt quæ loquuntur. Sed tamen frequenter nos audimus ea, ut aduersum ea respondere possimus, ne forte subrepãt simpliciorib. quibusq; fratrũ nostrorũ per sermonis ornatum. Audimus ergo hæc, sed non recipimus. Dicta sunt enim de ore illo quod diabolus aperuit. Et ideo orandũ nobis est ut dignetur dñs aperire os nostrũ, ut possimus & cõtradicentes reuincere, et obturare os quod diabolus aperuit. Hæc de eo quod scriptum est: Ego aperiã os tuũ, & instruam te, quæ oportet te loqui. Non solum autẽ Moysi promittitur os aperiri à dño, sed & Aaron. Dicitur enim & de ipso: Ego aperiam os tuum, & os illius, & instruam uos quæ faciatis. Occurrit eñ & Aaron Moysi, & ꝯxijt de Aegypto. Occurrit autem ei, ubi? In quali loco? Interest eñ ubi occurrat Moysi is, cuius os aperiendũ est à deo. Occurrit enim, inquit, in montem dei. Vides quia merito aperitur os eius, qui potest occurrere in montẽ dei. Petrus, & Iacobus & Ioãnes montẽ dei ascenderũt, ut trãsformatũ Iesum uidere mererent̃, & Moysen cũ ipso, atq; Heliam uiderent in gloria. Et tu ergo nisi ascenderis ad montem dei, & ibi occurreris Moysi, id est nisi excelsum legis ascenderis sensum, nisi ad spiritalis intelligentiæ cacumen euaseris, non est os tuũ apertum à domino. Si in humili loco literæ steteris, & historiæ textũ Iudaicis narrationibus innectas, non occurristi Moysi in montem dei, nec os tuũ aperuit Deus, neq; instruxit te quæ oporteat te loqui. Nisi ergo Aaron occurrisset Moysi in mõte, nisi eius sensum sublimem uidisset & arduũ, nisi exlcesam eius iutelligentiã perspexisset, nunq; ei locutus fuisset uerba dei, neq; uirtutẽ signorũ, prodigiorumq; tradidisset, neq; participem eum tanti mysterij cõsciuisset. Verum quoniã longum est de singulis per ordinem dicere, uideamus ingressi ad Pharaonem Moyses & Aaron quid dicunt. Hæc dicit dominus: Dimitte populum meũ, ut seruiant mihi in eremo.] Non uult Moyses ut populus in Aegypto positus seruiat domino, sed ut exeat in desertum, & ibi seruiat domino. Hoc est sine dubio ꝙ ostẽdit, quia donec quis in tenebris secularib. manet, et in negotiorũ obscuritate uersatur, non potest seruire domino. Nõ enim potest duob. dominis seruire, nõ potest domino seruire & Mãmonæ. Exeundũ igitur nobis est de Ægypto, relinquendus est mundus, si uolumus dño seruire. Relinquendus aũt dico, nõ loco, sed animo, nõ itinere ꝓficiscẽdo, sed fide proficiendo. Audi hęc eadẽ Ioannẽ dicentẽ. Filioli nolite diligere mundũ, neq; ea quæ in mũdo sunt. Quoniã omne ꝙ in

Esa. 50. Oculos aperit deus.
4. Reg. 6
Psal. 34
Aures aperit deus.
Psal. 38
Matt. 17
1. Ioan. 2

mundo

mundo est, desiderio carnis est, & desiderio oculorū. Et quid tandē dicit? Quomodo uel quatenus proficisci iubet ex Aegypto, uideamus. Viā, inquit, triū dierum ibimus in eremo, & ibi immolabimus domino deo nostro.] Quæ est uia trium dierū, quę nobis incedenda est, ut exeūtes de Agypto peruenire possimus ad locū, in quo immolare debeamus? Ego uiā illā intelligo qui dixit: Ego sum uia, & ueritas, & uita. Hæc uia triduo nobis incedenda est. Qui em̄ cōfessus fuerit in ore suo dñm Iesum, & crediderit in corde suo q̄ deus illū suscitauit à mortuis tertia die, saluus erit. Hæc ergo est tridui uia, per quam peruenitur in locū, in quo domino immolet̄, & reddatur sacrificiū laudis. Hæc, quantū ad mysticū pertinet intellectū. Si uerò etiā moralē, qui nobis perutilis est, requirimus locū: iter tridui de Aegypto proficiscimur, si ita nos ab omni inquinamento animæ, & corporis, ac spiritus cōseruemus, ut quemadmodū dixit Apostolus, integer spiritus noster, & anima, & corpus in die Iesu Christi seruet̄. Tridui iter ꝓficiscimur de Aegypto, si rationalē, naturalē, moralē sapientiā de rebus mundialibus auferentes ad statuta diuina conuertimus. Tridui iter de Aegypto ꝓficiscimur, si puri ficātes in nobis dicta, facta, uel cogitata (Tria sunt em̄ hæc, per quæ peccare homines possunt) efficiamur mūdi corde, ut possimus Deū uidere. Vis autē uidere q̄ huiusmodi sunt, quæ in scripturis indicat spiritus sanctus? Pharao hic, q̄ est princeps Aegypti, ubi se uidet uehementius perurgeri ut dimittat populū dei, secūdo loco hoc cupit impetrare, ne lōgius abeant, nē totū triduū proficiscantur, & dicit, non lōge abeatis. Nō uult lōge à se fieri populū dei, uult eum si non in facto, uel in sermone peccare, si nō in sermone, uel in cogitatione delinquere. Nō uult ut totū à se triduū proficiscant̄. Vult in nobis uel unum diem suum habere, in alijs duos, in alijs totum triduū ipse possidet. Sed illi beati, qui integrū ab eo triduū discedunt, & nullam in eis suam possidet diem. Non ergo putetis, quia tunc tantūmodo eduxit Moyses populū de Aegypto. Et nūc Moyses, quē habemus nobiscū (habemus em̄ Moysen & ꝓphetas) id est lex dei uult te educere de Aegypto si audiamus eam, uult te longe facere à Pharaone, eruere te cupit de opere luti & palearū: si tamē audias legē dei, & spritaliter intelligas. Nō uult te in carnis & tenebrarū actibus permanere, sed exire ad eremū, uenire ad locum perturbationibus & fluctibus seculi uacuum, uenire ad quietem silentij. Verba enim sapientiæ in silentio & quiete discunt̄. Ad hunc ergo locū quietis cū ueneris, ibi poteris immolare domino, ibi legem dei, & uirtutē diuinæ uocis agnoscere. Propterea ergo cupit te Moyses eijcere de medio fluctuantiū negotiorū, & de medio perstrepentiū populorum, propterea cupit te exire de Aegypto, id est, de tenebris ignorātiæ, ut legem dei audias, & lucē scientiæ cupias. Sed obsistit Pharao, relaxare te nō uult rector tenebrarū harū, nō uult te abstrahi de tenebris suis, & ad sciētiæ lumē adduci, & audi quid dicit. Quis est, inquit, cuius audiā uocē? Nescio dominū, & Israel non dimittam. Audi quid respondet princeps huius mundi, nescire se Deū dicit. Vides quid agit cruda superbia? Donec in laboribus hominū nō est, & cum hominibus nō flagellatur, propterea tenuit eū superbia. Denicq̄ uidebis eū paulo post quātū proficit in flagellis, quāto melior uerberatus efficitur. Iste qui modo dicit, nescio dominū, postea cum uim senserit uerberū, dicturus est: Orate pro me dominū: & non solū hoc, sed etiam contestantibus magis fatebitur, quia digitus dei est in uirtute signorū. Nemo ergo ita ineruditus diuinæ sit disciplinę, ut flagella diuina pernicie̅ putet, ut uerbera domini pœnalē credat interitū. Ecce Pharao durissimus, tñ proficit uerberatus. Ante uerbera dominū nescit, uerberatus supplicari pro se dñm rogat. Est profectus in pœnis, hoc ipsum agnoscere q̄ meruerīs pœnā. Nescio ergo, ait, dominū, & Israel non dimitto. Sed uide in euangelijs, quomodo uerberatus emendet hanc uocē. Scriptū est enim, quia clamauerūt dęmones ad dñm, & dixerūt. Quid ueniſti ante tēpus torquere nos? Scimus te qui sis, tu es filius dei uiui. Vbi tormēta senserūt, sciunt dominū. Ante flagella dicit, nescio dominū, & Israel nō dimitto. Sed postea Israel dimittit, & non solū dimittit, sed & ipse perurgebit eū exire. Nulla enim societas lucis ad tenebras, nulla pars fideli cū infideli. Sed quid adhuc addit in respōsis suis? Quare, inquit, Moyses & Aarō peruertitis populū ab operibus? Discedite unusquisq̄ ad opus uestrū. Donec secum est populus, & lutū operat̄ ac laterem, donec in paleis occupatus est, nō putat eū esse peruersum,

Ioan. 14

Exod. 5

Exod. 8

Matt. 8

sed recto

sed recto itinere incedere. Si uerò dicam, uolo ire uiam triũ dierũ, & seruire domino, peruerti populũ dicit per Moysen & Aaron. Hoc quidẽ dicebat antiquis. Sed & hodie si Moyses & Aarõ, id est propheticus & sacerdotalis sermo animã sollicitet ad seruitiũ dei, inuitetq; eam exire de seculo, renunciare omnib. quæ possidet, operam dare diuinæ legi, & sequi uerbũ dei, continuo audies dici ab his qui Pharaoni unanimes et amici sunt: Videte quomodo seducuntur homines & peruertuntur, quales adolescentes ne laborent, ne militent, ne agant aliquid quod eis prosit, relictis rebus necessarijs, & utilibus, ineptias sectantur & otiũ. Quid est seruire domino? Laborare nolunt, & inertis otij occasiones requirunt. Hæc erant tũc uerba Pharaonis, hæc & nũc amici eius, & familiares loquunt. Non solũ uerbis res agitur, sequunt & uerbera: flagellari iubet scribas Hebræorũ, paleas nõ dari, opus exigi. Hæc pertulerũt patres, ad quorũ figurã sæpe etiã populus dei qui est in ecclesia, patit. Inuenies enim si cõsideres eos qui se ex integro principi huius mũdi tradiderũt, prosperis successib. agere, omnia eis (ut ipsi putant) feliciter euenire: seruis autem dei sæpe nec hæc quidem humani uictus humilia & parua succedere. Istas enim puto uideri paleas, quæ à Pharaone ministrantur. Fit ergo sæpe ut deũ timẽtes, uili hoc etiã & paleis simili indigeant uictu. Sæpe etiam persecutiones sustinent tyrannorũ, perferunt cruciatus & sæua tormẽta, ita ut fatigati nonnulli dicant ad Pharaonem: Vt quid tu affligis populũ tuũ? Superati nanq; uerberib. nonnulli à fide decidunt, & confitentur se esse populũ Pharaonis. Non em̃ omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ, nec quia sunt semen, sunt omnes & filij. Isti ergo qui dubij sunt, & in tribulationibus fatigant, etiam cõtra Moysen & Aaron loquunt, & dicunt: Ex qua die intrastis & existis uos ad Pharaonem, execrabilem fecistis odorẽ nostrũ coram eo. Verũ dicũt isti, licet ignorent fortasse quod dicunt, sicut & Caiphas ille uerũ dicebat, quia expedit uobis ut moriat unus pro populo, sed quid diceret nesciebat. Nã (ut Apostolus dicit) Christi bonus odor sumus. Et alijs, inquit, odor de uita in uitã, alijs aũt odor de morte in mortẽ. Ita & propheticus sermo suauis odor est credentibus. Dubijs uerò & incredulis, & his qui se populũ, pfitent esse Pharaonis, odor execrabilis efficitur. Sed & ipse Moyses dicit ad dñm: Quia ex quo loquutus sum cũ Pharaone, afflixit populum tuum. Certum est enim, quia antequam sermo dei audiat, antequam prædicatio diuina nascatur, nõ est tribulatio, nõ est tentatio. Quia nisi buccinet tuba, nõ cõmittitur bellum. Vbi uerò signũ belli tuba prædicationis ostenderit, ibi, inquit, sequitur afflictio, ibi omnis tribulationũ pugna cõsurgit. Ex quo ergo loqui cœpit Moyses & Aaron ad Pharaonem, affligitur populus Dei. Ex quo in animã tuam sermo dei perlatus est, necessario certamen intra te uirtutib. aduersum uitia suscitatur. Prius uerò quàm ueniret sermo qui argueret, uitia intra te in pace durabãt. Sed ubi sermo dei facere cœpit uniuscuiusq; discrimẽ, tunc perturbatio magna consurgit, & sine fœdere nascitur bellũ. Cum iniustitia enim quando potest conuenire iustitia? impudicitia cũ sobrietate? cũ ueritate mendaciũ? Et ideo non magnopere perturbemur, si uidet odor noster execrabilis esse Pharaoni. Execrationi nanq; & uitijs ducitur uirtus. Quin potius ut in posterioribus dicit, quia stetit Moyses ante Pharaonẽ, stemus etiam nos cõtra Pharaonem, & non flectamur, sed stemus succincti lumbos nostros in ueritate, & calciati pedes in prẽparatione Euãgelij pacis. Sic enim nos hortatur Apostolus dicens: State ergo & nolite iterũ iugo seruitutis inhærere. Iterum dicit: In quo stamus, & gloriamur in spe gloriæ dei. Stamus autẽ confidenter, si dominum deprecemur, ut statuat pedes nostros super petrã, ne nobis illud eueniat, quod idẽ propheta dicit: Mei autẽ paulo minus moti sunt pedes, & paulo minus effusi sunt gressus mei. Stemus ergo ante Pharaonẽ, id est obsistamus ei in certamine, sicut & Petrus Apostolus dicit: Cui resistite fortes in fide. Sed & Paulus nihilominus dicit: State in fide & uiriliter agite. Si em̃ fortiter steterimus, cõsequet illud q̃ orabat Paulus pro discipulis dicens: quia Deus conteret Satan sub pedibus uestris uelociter. Quanto em̃ nos constantius & fortius steterimus, tanto infirmior & inualidior erit Pharao. Si aũt nos uel infirmi cœperimus esse, uel dubij, ille aduersum nos ualidior & cõstantior fiet. Et uere illud impletur in nobis, in quo Moyses dedit figurã. Cum enim ipse eleuaret manus, uincebatur Amalech. Si uerò uelut lassas deijceret, & brachia infirma deponeret, inualesce-

Ioan. 11
2. Cor. 2

ἄσπονδος πόλεμος

Stare quid

Gal. 5

Rom. 5

Psal. 73
1. Pet. 5
1. Cor. 16
Rom. 16

Exod. 17

inualescebat Amalech. Ita ergo etiã nos in uirtute crucis Christi extollamus brachia, & eleuemus in oratione sanctas manus in omni loco sine ira & disceptatione, ut domini mereamur auxilium. Hoc idem nanq; & Iacobus Apostolus cohortatur dicens: Resistite autem diabolo, & fugiet à uobis. Agamus ergo omni fide, ut non solum fugiat à nobis, sed & conteratur Satanas sub pedibus nostris, sicut & Pharao demersus est in mare, & in profundo abyssi extinctus. Nos autem si recedamus de Aegypto uitiorũ, fluctus seculi tanquam iter solidũ euademus, per Iesum Christum dominum nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Iacob. 4

De decem plagis, quibus percussa est Aegyptus. Homilia IIII Cap. VII.

HISTORIA quidem famosissima nobis recitata est, & quæ pro sui magnitudine uniuerso modo sit cognita, per quã designatur, quod ingentib. signorũ ac prodigiorum uerberib. Aegyptus cum Pharaone rege castigata sit, ut Hebræorum populum, quem ex liberis patribus natũ uiolenter in seruitutem redegerat, ingenitæ redderet libertati. Verum ita gestorũ contexta narratio est, ut si singula diligenter inspicias, plura in quibus hæreat intellectus, quàm in quib. expedire se possit, inuenias. Et quia longũ est singula per ordinem scripturæ dicta proponere, continentiã totius historiæ cõpendiosius recensebimus. Igitur primo signo proiecit uirgã suam Aaron, & facta est draco, & cõuocati incantatores & malefici Aegyptiorum fecerunt similiter ex uirgis suis dracones. Sed draco qui ex uirga Aaron fuerat effectus, absorbuit dracones Aegyptiorum. Quod cum stupori esse debuerit Pharaoni, & ad credulitatẽ proficere, in cõtrarium uersum est. Dicit enim scriptura, quia induratũ est cor Pharaonis, & nõ exaudiuit eos. Et hic quidẽ dicit, quia induratũ est cor Pharaonis, sed & in prima nihilominus plaga, ubi aqua in sanguinẽ uertit, similiter rescriptũ est, & in secunda cũ ranę debulliunt, sed & in tertia cũ Scinipes ingruũt. In quarta quoque cũ Cynomyia educit, & in quinta ubi manus domini fit super pecora Aegyptiorũ, paria super hoc dicunt & similia. In sexta uerò ubi sumpsit fauillã de fornace Moyses, & respersit, & facta sunt ulcera, & uesicæ feruentes in hominib. & in quadrupedibus, & iam non poterãt stare malefici in cõspectu Moysi, nõ dicit qa induratũ est cor Pharaonis, sed terribilius aliquid dicit. Scriptũ est enim quia iudurauit dominus cor Pharaonis, & non audiuit illos, quemadmodũ constituit dominus. Rursum in septima, cũ grando & ignis Aegyptũ uastat uniuersam, indurat quidem cor Pharaonis, sed non à domino. In octaua, ubi locusta producit, dominus dicit indurare cor Pharaonis. Sed & in nona cũ tenebræ palpabiles fiũt per totam terram Aegypti, Pharaonis cor dominus scribit indurare. Ad ultimũ quoq; cũ extinctis primogenitis Agyptiorum, Hebræus populus discessisset, post multa dicit: Et indurauit Dominus cor Pharaonis regis Aegypti, & seruorum eius, & insecutus est post filios Israel. Sed & cum Moyses de terra Madiam ad Aegyptũ mittitur, & præcipit ei facere omnia prodigia, quæ dedit Dñs in manu eius, addit. Facies, inquit, ea in conspectu Pharaonis. Ego autem induro cor Pharaonis, & non dimittet populũ meũ. Hic primo dictũ est à domino, ego induro cor Pharaonis. Sed & secũdo ubi enumerati sunt principes Israel, post pauca addit ex persona domini. Ego, inquit, induro cor Pharaonis, & multiplico signa mea. Quod si credimus diuinas esse has literas, & per spiritũ sanctũ scriptas, non puto q̃ tam indigne de diuino spiritu sentiamus, ut fortuitu in tanto hoc opere facta sit ista uarietas, ut nũc quidem dominus dicat induxisse cor Pharaonis, nũc aũt non à domino, sed quasi sponte induratũ dicatur. Equidem confiteor me minus idoneũ, & minus capacem, qui ualeam in huiuscemodi uarietatib. diuinæ sapientiæ secreta rimari. Paulũ tamen Apostolũ uideo, q̃ propter inhabitantem in se spiritũ dei dicere confidenter audebat. Nobis aũt reuelauit dominus per spiritũ suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam alta Dei. Hũc, inquam, uideo tanquam intelligentem quid differat induratũ esse cor Pharaonis, & induxisse cor Pharaonis dominũ, dicere. Alibi quidem dicit: An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & lõganimitatis contemnis? ignoras qa patientia dei ad pœnitentiam te adducit? Secundũ duritiam autẽ tuam, & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij dei. Per quod eũ sine dubio

1 Cor. 2

Rom. 2

dubio, qui ſponte induratus eſt, culpat. Alibi uerò uelut quæſtionem ſuper hoc quandã proponens dicit. Ergo cui uult miſeretur, & quem uult indurat. Dicis itaq; mihi. Quid igitur adhuc conquerítur? Voluntati enim eius quis reſiſtit? Addit etiam his. O homo tu quis es qui contrà reſpondeas Deo? Per quod de eo qui à domino dicitur induratus, non tam quęſtionis abſolutione, quàm apoſtolica autoritate reſpondit, credo non iudicans dignum pro incapacitate auditorũ, chartis & atramento huiuſcemodi abſolutionum ſecreta cõmittere. Sicut & in alio loco de quibuſdã uerbis ipſe dicit, audiſſe ſe quędam quæ non licet hominibus loqui. Vnde & in conſequentibus, eum qui non tam ſtudiorum merito, quàm ſciendi capiditate ſecretioribus ſe quæſtionibus curioſus immergit, magnifici doctoris ſeueritate deterret, cum dicit. O homo, tu quis es qui contrà reſpondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? & cętera. Vnde & nobis hæc obſeruaſſe tantum, & inſpexiſſe ſufficiat, atq; oſtendiſſe auditoribus quanta ſint in lege diuina profundis demerſa myſterijs, pro quibus dicere in oratione debeamus, De profundis clamaui ad te domine. Sed & illa non minus mihi intuenda uidetur obſeruatio, cum quædam uerbera Aaron inferre dicitur Pharaoni uel Aegypto, quędam Moyſes, quędam uerò ipſe dominus. Nam in prima plaga, cum aquas uertit in ſanguinem, Aaron dicitur leuaſſe uirgam, & percuſsiſſe aquam. Sed et in ſecunda, cum percuſſit aquas, & eduxit ranas, & in tertia cum extendit manu ſua uirgam, & percuſſit puluerem terræ, & facti ſunt ſcnipes. In his tribus uerberibus Aaron miniſterium fuit. In quarto uerò Dominus feciſſe dicitur ut aduenirent cynomyia, & repleret domos Pharaonis. Sed & quinto cum extinguuntur pecora Ægyptiorum, dominus nihilominus feciſſe dicitur uerbũ hoc. In ſexto uerò Moyſes aſpergit fauillam de fornace, & fiunt ulcera, & ueſicæ cum feruore in hominibus & pecoribus. Sed & in ſeptimo Moyſes eleuat manum ſuam in cœlum, & fiũt uoces in cœlo, & grando, & diſcurrit ignis ſuper terram. In octauo quoq; idem Moyſes extendit manũ ſuam in cœlum, & dominus induxit uentum tota die & tota nocte, & adducit locuſtas. Sed & in nono idem nihilominus Moyſes extendit manũ ſuam in cœlum, & fiũt tenebræ, & caligo ſuper omnem terrã Ægypti. In decimo uerò, finis & perfectio totius operis à domino miniſtratur. Ita enim ſcriptum eſt. Factũ eſt enim circa mediã noctem, & dominus percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti, à primogenito Pharaonis, qui ſedebat ſuper thronũ eius, uſq; ad primogenitum captiuæ quæ eſt in lacu, & omne primogenitum pecoris. Eſt & alia in his differentia, quã obſeruauimus, quod in prima quidem plaga, cum aqua in ſanguinem fluit, nondum dicitur Moyſi ut intraret ad Pharaonem, ſed dicitur ei: Vade in occurſum eius ad ripam fluminis, cum procedit ad aquam. In ſecunda uerò plaga, poſteaquam prima ab eis conſtanter et fideliter miniſtrata eſt, dicitur ad eum. Intra ad Pharaonem, & ingreſſus dic: Hæc dicit dominus, & reliqua. Iam uerò in tertia, ubi ſcnipes inferũtur, magi qui prius obſtiterãt, cedunt cõfitentes quia digitus Dei eſt hic: In quartã quoq; uigilare iubetur Moyſes mane, & ſtare contra Pharaonem procedentẽ ad aquã, cum cynomyia replẽtur Ægyptiorum domus. In quinta nihilominus, ubi pecora Ægyptiorum delentur, intrare iubetur ad Pharaonem Moyſes. In ſexta ſanè contemnitur Pharao, & nõ refertur quod intrauerit Moyſes uel Aaron ad Pharaonẽ, quia facta ſunt ulcera & ueſicæ cum feruore etiam ſuper maleficos Aegypti, & non poterant reſiſtere Moyſi. In ſeptima uigilare iubetur mane ualde, & ſtare contra Pharaonem, cum grãdinem & ignem producit, & uoces. In octaua præcipit intrare ad eum, cum locuſta producitur. In nona rurſum contemnitur Pharao, & præcipitur ad cœlũ manus extendere Moyſes, ut fiant in tota terra Aegypti palpabiles tenebræ: & non quidẽ per ſe intrat, ſed uocatur à Pharaone. Similiter & in decima cum primitiua delentur, & cogitur cum feſtinatione exire de Aegypto. Sunt & aliæ permultæ obſeruationes, in quibus ſingulis diuinæ demonſtrantur indicia ſapientiæ. Inuenies enim quod primo non flectitur Pharao, nec diuinis uerberibus cedit, cum aquæ in ſanguinẽ uerſæ ſunt. In ſecundo uerò parum quid molliri uidet. Vocauit enim Moyſen & Aaron, & dixit ad eos, Orate pro me ad dominum, ut tollat ranas à me, & à populo meo, & dimittam populũ. In tertio magi cedunt, & dicunt ad Pharaonem, Digitus dei hic eſt. In quarto per cynomyiam uerberatus dicit: Euntes immolate domino deo ueſtro, ſed non lõgius tentetis iter. Orate igi Exod. 9

Rom. 9

Pſal. 129

tur pro me ad dominum. In quinto nece pecudum cæditur, & non solum non cedit, sed & amplius induratur. Similiter & in sexto super plagas ulcerũ facit. In septimo uerò cũ grandine uastatur, & ignibus: Misit, inquit, Pharao, & uocauit Moysen & Aaron, & dixit illis: Peccaui, & nunc dominus iustus est, ego autem & populus meus impij. Orate igitur pro me ad dominum. In octauo cum locustis urgeretur, Et festinauit, inquit, Pharao, & uocauit Moysen & Aaron dicens. Peccaui ante dominum Deum uestrum, & in uos, suscipite peccatum meum etiam nũc, & orate pro me ad dominum deum uestrum. In nono cum tenebris offunditur, Vocauit, inquit, Pharao Moysen & Aaron dicẽs: Ite, seruite domino Deo uestro. Iam uerò in decimo cum primitiua hominum extinguunt & pecorum, Vocauit, inquit, Pharao Moysen & Aaron nocte, & dixit illis. Surgite & exite de populo meo, & uos et filij Israel, ite, seruite domino Deo uestro, sicut dicitis: oues & boues uestros assumentes pergite, sicut dixistis. Benedicite autem & me. Et cogebant Ægyptij populum quàm celerrime exire de terra Ægypti. Dicebãt enim, quoniam oẽs nos moriemur. Quis est ille, quẽ repleat illo spiritu Deus, quo repleuit Moysen & Aaron, cum hæc prodigia & signa perficerent, ut eodẽ spiritu illuminatus possit quæ per illos sunt gesta, disserere? Aliter enim non arbitror has ingentium rerũ uarietates ac differentias explanari, nisi eodem spiritu quo gesta sunt, disserantur. Quia & Paulus Apostolus dicit, quod spiritus prophetarũ prophetis subiectus sit. Nõ ergo quibuscunq; ad explanandum dicta prophetarum, sed prophetis dicuntur esse subiecta. Verũ quoniam idem beatus Apostolus huius gratiæ, id est prophetalis doni, tanquã ex parte sit & in potestate nostra, imitatores nos fieri iubet, dicens, Æmulamini autem dona meliora, magis autem ut prophetetis: tentemus & nos æmulationẽ suscipere bonorũ, & si quid est in nobis, à nobis exigere, à domino uerò plenitudinẽ muneris expectare. Pro hoc enim dicitur à domino per prophetam, Aperi os tuũ, & replebo illud. Pro illo uerò alia scriptura dicit, Punge oculum, & producit lachrymam: punge cor, & producit sensum. Ne ergo ex desperatione silentio nos tradamus, quod utiq; non ędificat ecclesiam Dei, de quibus possumus, & inquantum possumus breuiter repetamus. Puto ergo (ut sentire possum) quod Moyses ad Ægyptum ueniens, & deferens uirgã, qua castigat & uerberat Ægyptum decem plagis, Moyses hic lex Dei sit: quæ data est huic mundo, ut eum decem plagis, id est decem mãdatis, quæ in Decalogo continentur, corripiat, & emendet. Virga ergo per quam geruntur hæc omnia, per quam Ægyptus subijcitur, & Pharao superatur, crux Christi sit, per quã mundus hic uincitur, & princeps huius mundi cum principatibus & potestatibus triumphatur. Quod autẽ uirga proiecta fit draco, uel serpens, & deuorat Aegyptiorum magorum serpentes, qui id similiter fecerant: serpentem pro sapientia poni, uel prudentia, indicat euangelicus sermo cum dicit: Estote prudentes tanquã serpentes. Et alibi: Serpens erat prudentior omnibus animalibus, & bestijs, quæ erant in paradiso. Crux ergo Christi, cuius prædicatio stultitia uidebat, quã Moyses, id est lex continet, sicut dominus dixit, De me enim ille scripsit: hæc, inquam, crux de qua Moyses scripsit, postquam in terra proiecta est, id est posteaquã ad credulitatem & fidem hominum uenit, conuersa est in sapientiam, & tantam sapientiam, quæ omnem Aegyptiorum, id est huius mundi sapientiam deuoraret. Intuere ergo quomodo stultam fecit deus sapientiam huius mundi, posteaquam manifestauit Christum, qui crucifixus est, Dei uirtutem esse & Dei sapientiam: & uniuersus iam mundus comprehensus est ab eo qui dicit: Comprehendens comprehendam sapiẽtes in astutia eorum. Quod uerò aquę fluminis uertuntur in sanguinem, satis conuenienter aptatur. Primo quidem ut is fluuius, cui Hebręorum paruulos crudeli nece tradiderant, auctoribus sceleris poculi sanguinis redderet, & cruorem polluti gurgitis, quẽ paricidali cæde maculauerant, potando sentirent. Tum deinde, ut allegoricis legibus nihil desit, aquæ uertuntur in sanguinem, & sanguis suus Ægypto propinatur. Aquæ Ægypti, erratica & lubrica philosophorum sunt dogmata, quæ paruulos quosq; sensũ, et pueros intelligentia deceperunt: ubi crux Christi mundo huic ueritatis lumen ostendit, necis eorum pœnas, & reatum sanguinis exigũt. Ita enim & ipse dominus dicit, quia omnis sanguis qui effusus est super terrã, à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinẽ Zachariæ requiretur à generatione hac. Per secũdam uerò plagam, in qua ranæ producuntur, indicari figulariter arbitror

1 Cor. 14

Psal. 81

Eccles. 22

Allegoria

Matt. 10

Gen. 3

Ioan. 5

Matt. 23

Exod. 8

arbitror carmina poetarum, qui inani quadam & inflata modulatione, uelut ranarũ so- *Ranæ poetæ*
nis et cantibus mundo huic deceptionis fabulas intulerunt. Ad nihil enim illud animal
utile est, nisi quod sonum uocis improbis & importunis clamorib. reddit. Post hoc seni *Scnipes dia-*
pes producunt. Hoc animal pennis quidem suspenditur per aera uolitãs, sed ita subtile *lectici*
est & minutum, ut oculi uisum, nisi acute cernentis, effugiat: corpus tamen cum insede-
rit, acerrimo terebrat stimulo, ita ut quem uolitantem uidere quis non ualeat, sentiat sti
mulantem. Hoc ergo animalis genus dignissime puto arti dialecticæ cõparari, quę mi-
nutis & subtilibus uerborũ stimulis animas terebrat, & tanta calliditate circumuenit, ut
deceptus nec uideat nec intelligat unde decipiat. Quarto quoq; in loco Cynomyiã Cy
nicorum sectæ comparauerim, qui ad reliquas deceptiones suæ improbitatis, etiã uolu
ptatem & libidinem summum prædicant bonum: Quoniã igitur per hæc singula prius
deceptus est mũdus, aduenies sermo, & lex Dei huiuscemodi eum correptionibus ar
guit, ut ex qualitate pœnarũ, qualitates proprij agnoscat erroris. Quod uerò quinto in
loco animalium nece, uel pecudum Ægyptus uerberatur, uecordia in hoc arguitur stul
titiaq; mortaliũ, qui tanquam irrationalia pecora cultum & uocabulum Dei diuersis im
posuerunt figuris, non solum hominum, sed & pecudum, ligno & lapidibus impressis,
Hammonem louem in ariete uenerantes, & Anubin in cane, Apin quoq; colentes in
tauro, cætera quoq; quæ Ægyptus Deorum portenta miratur: ut in quibus cultum cre-
debatur inesse diuinũ, in his uiderent miseranda supplicia. Vlcera post hæc & uesicę cũ
feruore, sexto in uerbere producuntur. Et uidetur mihi quod in ulceribus arguat dolo
sa & purulenta malitia, in uesicis tumẽs & inflata superbia, in feruore scilicet irę ac furo
ris insania. Hucusq; per errorum suorũ figuras, mundo supplicia temperantur. Post hæc
uero uerbera ueniunt de supernis uoces, inquit, tonitrui sine dubio, & grando, & ignis
discurrens in grandine. Vide temperamentum diuinæ correptionis, non cum silentio
uerberat, sed dat uoces, & doctrinam cœlitus mittit, per quam possit culpam suã casti-
gatus agnoscere mundus. Dat & grandinem, per quam & tenera adhuc uastantur na-
scentia uitiorum. Dat & ignem, sciens esse spinas & tribulos, quos debeat ignis ille de-
pascere, de quo dicit dominus, Ignem ueni mittere in terrã. Per hũc enim incentiua uo- *Luc.12*
luptatis & libidinis consumuntur. Quod autem locustarum in octauo loco sit mentio,
puto per hoc genus plagę, dissidentis semp à se et discordãtis humani generis incõstan
tiam confutari. Locusta enim cum regem non habeat, sicut scriptura dicit, una acie ordi *Prouerb.30*
natum ducit exercitum: homines uerò cum rationales à Deo facti sint, neq; semetipsos
ordinate regere potuerũt, neq; Dei regis patienter moderamina pertulere. Nona plaga
tenebræ sunt, siue ut mentis eorum cæcitas arguatur, siue ut intelligant diuinæ dispensa
tionis & prouidentiæ obscurissimas esse rationes. Posuit enim deus tenebras latibulũ
suum, quas illi audacter & temere perscrutari cupientes, & alia ex alijs asserẽtes, in cras-
sas & palpabiles errorum tenebras deuoluti sunt. Ad ultimum primitiuorũ infertur in-
teritus, in quo sit fortassis aliquid supra nostrã intelligentiam, quod commissum ab Æ-
gyptijs uideatur in ecclesia primitiuorũ, quæ adscripta est in cœlis. Vnde & exterminа
tor angelus ad huiuscemodi ministerium mittitur, qui parcat illis tãtum, qui utroq; po
stes agni sanguine inuenti fuerint habere signatos. Delentur interim primogenita Ae-
gyptiorum, siue hos principatus & potestates, & mundi huius rectores tenebrarũ dica
mus, quos in aduentu suo Christus dicitur traduxisse, hoc est captiuos duxisse, & trium
phasse in ligno crucis: siue inuẽtores falsarum, siue auctores, quæ in hoc mundo fuerũt
religionum dicamus, quas Christi ueritas cum suis extinxit et deleuit auctoribus. Hęc
quantum ad locum mysticum spectat. Iam uerò si etiã moralis nobis figura tractãda est, *Tropologia*
dicemus quod unaquæq; anima in hoc mundo, dum in erroribus uiuit, & ignorãtia ue-
ritatis, in Ægypto posita est. Huic si appropinquare cœperit lex dei, aquas ei uertit in san
guinem, id est fluidam & lubricam iuuentutis uitam conuertit in sanguinẽ ueteris uel
noui testamenti. Tum deinde educit ex ea uanã & inanem loquacitatem, & aduersum
dei prouidentiam ranarum similem querelã. Purgat etiam malignas cogitationes eius,
& scnipum mordacitate similis calliditatis aculeos discutit. Libidinũ quoq; morsus cy
nomyiæ spiculis similes depellit, stultitiamq; in ea, & intellectũ pecudibus similẽ delet:
per quam homo cũ in honore esset, nõ intellexit, sed comparatus est iumentis insipien-

tibus,& similis factus est illis,Arguit enim & ulcera peccatorũ,atq; arrogantię tumorẽ, furoremq; in ea feruoris extinguit.Adhibet post hęc etiã uoces filiorum tonitrui,id est, euangelicas apostolicasq; doctrinas. Sed & castigationẽ grãdinis admouet, ut luxuriã uoluptatesq; coerceat.Adhibet simul & ignem pœnitentiæ,ut et ipsa dicat:Nónne cor nostrum ardens erat intra nos? Nec locustarũ ab ea subducit exempla,quibus mordeantur,& depascant omnes inquieti motus eius & turbidi,quò & ipsa dicat,quod Apostolus docet,ut omnia sua secũdum ordinẽ fiant. Vbi uerò sufficienter fuerit castigata pro moribus, & pro emendatioris uitæ correptione coercita, cum auctorem uerberũ senserit,& cõfiteri iam cœperit quia digitus Dei est,& parum quid agnitionis acceperit, tũc præcipue gestorum suorum tenebras uidet,tunc errorum suorũ caliginem sensit. Cũq; in hoc uenerit,tunc merebitur ut extinguant in ea primogenita Ægypti.In quo tale aliquid intelligi posse arbitror.Omnis anima cum ad supplementũ ætatis aduenerit,& uelut naturalis in ea quædã lex cœperit sua iura defendere,primos sine dubio motus secũdum desiderium carnis producit,quos ex cõcupiscentię uel iræ fomite uis incentiua cõmouerit.Vnde quasi præcipuũ & quod nõ sit cõmune cum cæteris hominibus,de solo
Esa.7 Christo propheta dicit:Butyrum & mel manducabit,priusquam faciat aut proferat malígna, eligit bonũ. Quoniam priusquam sciat puer bonũ aut malum, resistit malitiæ, ut
Psal.25 eligat quod bonũ est.Alius autẽ propheta tanquã de semetipso loquens,dicebat:Delicta iuuẽtutis meę, & ignorantiæ meę ne memineris. Quia ergo primi isti animę motus secundum carnem prolati in peccatũ ruunt,merito in morali loco Ægyptiorum primitiua ponuntur, quæ eatenus extinguuntur, si reliquæ uitæ conuersatione emendatiorẽ dirigat cursum.Sic ergo in anima quam lex diuina ab erroribus susceptã castigat & corrigit,etiã primogenita Ægyptiorum intelligunt esse deleta,nisi post hęc omnia in infidelitate perduret,& nolit adiungi Israeliticæ plebi,ut exeat de profundo,& uadat incolumis,sed in iniquitate permaneat,et descẽdat tanquã plumbum in aquam ualidissimã.
Zach.5 Iniquitas enim secundũ Zachariæ prophetę uisum, super talentũ plumbi sedet.Et ideo qui permanet in iniquitate, tanquam plumbum demergi dicit in profundũ.Sanè quod in superioribus obseruauimus,quædam prodigia per Aaron,quædã per Moysen,quædã uero per ipsum dominũ ministrata:intelligi eatenus possunt, ut agnoscamus in quibusdam per sacrificia sacerdotum, & obseruationes pontificum nos esse purgãdos, q̃d Aaron persona designat:in quibusdam uerò per scientiã diuinæ legis emendandos,q̃d Moysi designat officium:in alijs autẽ, sine dubio quæ difficiliora sunt, ipsius domini egere uirtute.Sed ne illud quidem putãdum est nobis inaniter obseruatum,quod primo quidem Moyses non intrat ad Pharaonem, sed occurrit ei exeunti ad aquas,postmodũ uerò intrat ad eũ.post hoc non intrat, sed accersitus accedit. Et in hoc ita arbitror intelligi posse:quod siue nobis in uerbo dei, & religionis adsertione certamen est aduersum Pharaonem: siue etiã obsessas ab eo animas à potestate eius conamur eripere,& est nobis in disputatione luctamen:nõ statim in prima frõte ingredi debemus ad ultima quęstionum loca,sed occurrẽdum nobis est aduersario,& occurrendũ ad aquas suas.Aquę enim suæ sunt auctores gentilium philosophorũ. Ibi ergo nobis primum disputare uolentibus,occurrendũ est,ut ipsos arguamus,et ipsos errasse doceamus.Post hoc iam in-
Matt.12 grediẽdum nobis est & ad interiora certaminis. Dicit enim dominus: Nisi prius quis al-
Gentes primũ suis literis conſutandæ. ligauerit fortem,nõ potest introire in domum eius,& uasa eius diripere.Prius ergo alligandus est fortis,& quæstionum uinculis cõstringendus, & ita introeundũ ad diripiendum uasa eius,& liberandas animas,quas deceptionis fraude possederat.Quod cũ sępius fecerimus,& steterimus cõtra ipsum: steterimus aũt eo modo, quo Apostolus dicit,
Eph.6 State ergo succincti lumbos uestros in ueritate.Et iterũ, State in dño, & uiriliter agite. Cũ ergo hoc modo steterimus aduersum ipsum,ille artifex antiquus et callidus,etiã uinci se simulabit & cedere,si forte p hoc negligẽtiores nos efficiat ad certamẽ.Sed & pœnitentiã simulabit,& deprecabit nos discedere quidem, sed non longe discedere.Vult nos esse sibi aliqua ex parte uicinos,uult nos à suis finibus non lõge discedere. Sed nos nisi ab eo longius recedamus,& trãseamus mare,et dicamus,quantũ interiacet ortus ab occasu elongabit à nobis iniquitates nostras,salui esse non possumus.Propter quod deprecemur misericordiã domini,ut & nos eripiat de terra Ægypti, de potestate tenebrarum,&

rum,& Pharaonem cum exercitu ſuo,tanquã plumbum demergat in aquã ualidiſsimã. Nos autem liberati,cum gaudio & exultatione hymnũ cantemus domino,glorioſe eñ honorifi catus eſt.Quia ipſi gloria & honor in ſecula ſeculorum, Amen.

De profectiõe filiorũ Iſrael de terra Ægypti.Homilia V Cap. XII. XIII. XIIII

DOCTOR gentiũ in fide & ueritate Apoſtolus Paulus tradidit eccleſię, quã congregauit ex gentibus,quomodo libros legis ſuſceptos ab alijs,ſibiq; ignotos prius,& ualde peregrinos deberet aduertere, ne aliena inſtituta ſuſcipiens,& inſtitutorum regulam neſciens,in peregrino trepidaret inſtrumento.Propterea ergo ipſe in nonnullis intelligentiæ tradit exempla,ut & nos ſimilia obſeruemus in cæteris, ne forte pro ſimilitudine lectionis & inſtrumenti, ludæorum nos effectos eſſe diſcipulos crederemus.Hoc ergo differre uult diſcipulos Chriſti à diſcipulis ſynagogę, quod legem quam illi male intelligendo,Chriſtum non receperunt, nos ſpiritaliter intelligendo oſtendamus eam ad eccleſiæ inſtructionem merito datam. Iudæi ergo hoc ſolum intelligebant,quia profecti ſunt filij Iſrael de Ægypto,et prima profectio eorum fuerit ex Rameſſe,& inde profecti uenerunt in Sochoth,& de Sochoth profecti uenerunt in Othon,ad Epauleũ iuxta mare. Tum deinde quod ibi nubes eos præceſſerit, & ſecuta ſit petra, de qua biberunt aquam. Tranſierunt etiam per mare rubrum, & uenerunt in deſertum Sina.Nobis autem qualem tradiderit de his Paulus Apoſtolus intelligentiæ regulam,uideamus. Corinthijs ſcribens in quodam loco ita dicit. Scimus enim quia patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari,& omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt,& omnes eundem potum ſpiritalem biberunt. Bibebant autem de ſpirirali conſequenti eos petra, petra uerò erat Chriſtus. Videris quantum differat ab hiſtorica lectione Pauli traditio. Quod Iudæi tranſitum maris putant, Paulus baptiſmum uocat: quam illi exiſtimãt nubem, Paulus ſpiritum ſanctum ponit: & huic ſimile intelligi uult illud,quod dominus in Euangelijs præcepit dicens, Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto,non poteſt intrare in regnum Dei.Et rurſum manna, quod Iudæi cibum uentris & ſatietatem exiſtimant gulæ, eſcam ſpiritalem nominat Paulus. Et non ſolum Paulus,ſed & dominus de eodem in Euangelio dicit: Patres ueſtri manna manducauerunt in deſerto,& mortui ſunt. Qui autem manducauerit de pane quem ego do ei,non morietur in æternum.Et poſt hoc dicit:Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi.Tũ deinde de ſequenti petra aperte pronunciat Paulus, & dicit, Petra uerò erat Chriſtus. Quid igiť agendũ nobis eſt,qui huiuſmodi à Paulo eccleſiæ magiſtro,intelligẽtiæ inſtituta ſuſcepimus? Nónne uidetur iuſtum, ut traditam nobis huiuſmodi regulã ſimili in cæteris ſeruemus exemplo? An (ut quidam uolunt) hæc quæ tantus ac talis Apoſtolus tradidit,relinquentes,rurſum ad Iudaicas fabulas conuertamur? Mihi quidem ſi hęc aliter,quàm Paulo uidetur,exponã,hoc puto eſſe manus dare inimicis Chriſti, & hoc eſſe quod propheta dicit, Vę qui potat proximum ſuum ſubuerſione turbulenta. Accepta ergo à beato Paulo Apoſtolo ſemina ſpiritalis intelligẽtiæ, inquantũ nos dominus precibus ueſtris illuminare dignabitur,excolamus. Et leuantes,inquit,filij Iſrael de Rameſſe uenerũt in Sochoth,& profecti de Sochoth,uenerunt in Othon.] Si quis eſt qui proficiſci de Ægypto parat, ſi quis eſt qui cupit obſcuros mundi huius actus, & errorum tenebras derelinquere,primo omnium ex Rameſſe ei proficiſcẽdum eſt. Rameſſe uerò interpretať cõmotio tineę.Si ergo uis uenire in Sochoth,ut dominus tibi dux ſit, & in columna nubis te præcedat,& ſequatur te petra, quæ tibi eſcam ſpiritalem, & potũ nihilominus præbeat ſpiritalem, proficiſcere,& exi ex Rameſſe,nec theſaurizes ibi ubi tinea exterminat, & ubi fures effodiunt, & furantur.Hoc eſt quod aperte & dominus in Euãgelijs dicit:Si uis perfectus eſſe,uade uende omnia quæ habes,& da pauperibus,& habebis theſaurum in cœlo, & ueni ſequere me. Hoc eſt ergo proficiſci de Rameſſe,& ſequi Chriſtum. Videamus autem quis ſit & caſtrorũ locus,ad quẽ uenitur ex Rameſſe. Venerũt,inqt,in Sochoth. Sochoth tabernacula intelligi apud Hebręos tradunt interpretes nominũ.Cum ergo derelinquens Ægyptũ diſcuſſeris abs te tineas totius corruptelæ,& uitiorũ incitamenta reieceris,habitabis in tabernaculis. Habitamus

1 Tim.2

Manſiones

1 Cor.10

Ioan.3

Ioan.6

1 Cor.10

1 Tim.1

Habacuc 2

Rameſſe

Matt.19

Sochoth

enim in tabernaculis, ex quibus nolumus expoliari, sed superuestiri. Habitatio autē tabernaculorū expeditū & absq; ullis impedimentis indicat esse eum, qui festinat ad deū. Sed nec in hoc quidem standum est, urgenda est profectio. Mouēda sunt castra etiā de
Othon Sochoth, et festinandum est, ut ueniamus in Othon. Othon uerò in nostram linguā uer
Exod.13 sum, dicunt signa eis. Et merito. Hic enim audiens dicit, quia deus antecedebat eos per diem in columna nubis, & per noctē in columna ignis: non hoc inuenis factū apud Rameſſe, nec apud Sochoth, quæ secunda proficiscētibus castra dicuntur, sed tertia castra sunt, in quibus fiūt signa diuina. Recordare quæ superius lecta sunt, cū dicebat Moyses
Exod.5 ad Pharaonē: Iter trium dierū ibimus in deserto, & immolabimus domino deo nostro. Hoc ergo erat triduū, ad quod festinabat Moyses, & contradicebat Pharao. Ille enim dicebat, nō eatis longius. Non permittebat Pharao ad locū signorū peruenire filios Israel, non permittebat eos intantū proficere, ut possent tertij diei mysterijs perfrui. Audi em
Osee 6 prophetā quid dicit: Resuscitabit nos deus post biduū, & in die tertia resurgemus, & uiuemus in conspectu eius. Prima dies nobis passio Saluatoris est, & secūda qua descēdit in infernū, tertia aūt resurrectionis est dies. Et ideo in die tertia deus antecedebat eos, p diem in columna nubis, per noctē in columna ignis. Quod si secūdum ea quæ superius diximus, in his uerbis recte nos Apostolus docet baptismi mysteria cōtineri, necessariū est ut qui baptizant̄ in Christo, in morte ipsius baptizentur, & ipsi cōsepelian̄, & cum ipso die tertia resurgant à mortuis: quos et secundum hoc quod dicit apostolus, simul se cum suscitauit, simulq; fecit sedere in cœlestibus. Cum ergo tibi tertij diei mysteriū fuerit susceptū, incipiet te deducere Deus, & ipse tibi uiam salutis ostendere. Si uideamus quid post hæc dicitur ad Moysen, quæ uia præcipitur eligenda. De Othon, inquit, con-
Magdalum uersi iter facite inter Epauleum et inter Magdalū, quod est contra Beelsephon. Hęc aūt sic interpretantur. Epauleū quidē ascensio tortuosa. Magdalū turris. Beelsephon ascensio speculę, uel habens speculam. Tu fortasse credebas, quia iter quod deus ostendit planū esset & molle, & nihil prorsus haberet difficultatis aut laboris. Ascēsio est & descensio tortuosa. Nō enim procliue iter est, quo tenditur ad uirtutes, sed ascenditur, & angusta ac difficulter ascenditur. Audi etiā dominū in Euangelio dicentem, quia arcta & angusta uia est, quæ ducit ad uitā. Vide ergo quantū consonat Euangeliū cū lege. In lege
Matt.7 ostendit̄ uirtutis uia ascensio tortuosa. In Euangelijs dicitur arcta & angusta uia quę ducit ad uitam. Nónne hic aperte etiā cæci uidere possunt, quod legē & Euangelia unus atq; idem spiritus scripsit? Est ergo iter quod incedūt ascēsio tortuosa, & ascēsio speculæ, uel habēs speculam. Ascensio ad actus pertinet, specula ad fidem. Ostēdit ergo quia & in actibus, & in fide multa est difficultas, & multus labor. Multæ em̄ tentationes nobis occurrūt, multa in fide offendicula uolentibus agere quæ dei sunt. Tū deinde in fide multa inuenies tortuosa. plurimas quæstiones, multas obiectiones hæreticorū, multas contradictiones infidelium. Hoc ergo iter agendum est sequentibus deum. Sed est & tur
Luc.14 ris in hoc itinere. Quæ est ista turris? Illa nimirū, quā dominus in Euāgelio dicit: Si quis uestrum uolēs turrim ædificare, nónne prius sedebit, & cōputabit sumptus, si habet unde perficiat? Ista est ergo turris, sedes ardua & excelsa uirtutum. Sed uidēs hæc Pharao, audi quid dicit: Errant, inquit, isti. Apud Pharaonem, qui deum sequitur, errare dicitur, quia (ut diximus) sapiētiæ iter tortuosum est, multos habēs flexus, multas difficultates, plurimos anfractus. Denicq; cum confitearis unū Deum, eademq; confessione patrē, & filium, & spiritū sanctū asseris unū Deum, quàm tortuosum, quàm difficile, quàm inextricabile uidetur hoc esse infidelibus? Tum deinde cū dicis dominū maiestatis crucifixum, & filium hominis esse qui descēdit de cœlo, quàm tortuosa hæc uidentur, & q̄ difficilia? Qui audit, si non cum fide audiat, dicit: quia errant isti. Sed tu fixus esto, nec dubites de huiusmodi fide, sciens quia deus tibi ostendit hanc fidei uiam. Ipse em̄ dixit, Tollentes de Othon castra collocate ea inter Epauleū, et inter Magdalū cōtra Beelsephon. Fugiens ergo Ægyptum uenis ad hæc loca, uenis ad has operum ascensiones & fidei, uenis ad ædificium turris, uenis etiā ad mare, & occurrūt tibi fluctus. Non enim iter uitæ sine tentationū fluctibus agitur. Sicut & apostolus dicit: Omnes qui uolūt pie uiue-
2Tim.3 Iob 7 re in Christo, persecutiones patientur. Sed Iob nihilominus pronūciat, quia tētatio est uita nostra super terrā. Hoc est ergo uenisse ad mare. Sed si Moysen, id est, legem dei se

quens

quens agas hoc iter, Ægyptius te quidē persequitur & insectatur, sed uide quid fiat.: Le uauit, inquit, angelus dñi, qui antecedebat castra Israel, & abijt post illos. Eleuauit & co lūna nubis à facie eorū, & stetit post illos, & intrauit inter castra Ægyptiorū, & Israelita rum. Hæc columna nubis populo quidem dei efficitur murus, Ægyptijs uero obscuritatem imponit, & tenebras. Non enim transfertur columna ignis ad Ægyptios, ut uide ant lucem, sed in tenebris permanent, quia dilexerunt tenebras magis quā lucē. Et tu ergo si ab Ægyptijs recedas, & de potestate dæmonū fugias, uide quanta diuinitus tibi præparantur auxilia, uide quantis adiutoribus uteris. Tantū est ut permaneas fortis in fide, nec te Ægyptiorū equitatus, & quadrigarū formido perterreat, nec reclames contra legem dei & Moysen, & dicas, sicut quidā ex illis dixerunt: Tanc̄ non essent sepulchra in Ægypto, ita eduxisti nos, ut in deserto hoc moriamur, melius fuerat nos seruire Ægyptijs, c̄ mori in deserto hoc. Hæc fatiscētis in tētatione animi uerba sunt. Sed quis ita beatus est, qui sic tentationū pondus expediat, ut nulla mēti eius cogitatio ambiguitatis obrepat? Vide magno illi ecclesiæ fundamento, & petræ solidissimæ, super quam Christus fundauit ecclesiā, quid dicat à dño: Modicæ, inquit, fidei, quare dubitastis? Ve runtamē qui dicunt, melius fuerat nos seruire Ægyptijs, c̄ mori in eremo, tētationis & fragilitatis hæc uerba sunt. Alioquin falsum est: Longe em̄ melius est in eremo mori, c̄ seruire Ægyptijs. Qui em̄ in eremo moritur, hoc ipso quod separatus est ab Ægyptijs, & discessit à rectoribus tenebrarū, & de potestate Satanæ, habuit aliquē profectum, etiam si ad integrū peruenire non potuit. Melius enim perfectā uitā quærenti est in itinere mori, c̄ ne proficisci quidē ad perfectionē quærendā. Vnde & eorū falsa uidetur opinio, qui dum nimis arduum iter uirtutis exponunt, dumc̄ multas eius difficultates, multac̄ pericula & lapsus enumerant, ne ineundum quidem id aut incipiendū iudicāt. Sed multo melius est me in hoc itinere uel mori, si ita necesse est, c̄ inter Ægyptios permanentē necari, & falsis atc̄ amarissimis fluctibus obrui. Sed interim clamat Moyses ad dominū. Quomodo clamat? Nulla eius uox clamoris auditur, & tamē dicit ad eum deus, Quid clamas ad me? Velim scire quō sancti sine uoce clamāt ad dominum. Apostolus docet: Quia dedit deus spiritū filij sui in cordibus nostris, clamantē abba pater. Et addit: Ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et iterum: Qui autē scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secundum deum postulat pro sanctis. Sic ergo interpellante spiritu sancto apud deum, per silentiū sanctorū clamor auditur. Et quid post hoc? Iubet Moyses uirga percute mare, ut ingrediēti populo dei dehiscat & cedat, ac uoluntati diuinæ elementorū famulentur obsequia: & aquæ quæ timebantur, dextra læuac̄ famulis dei murus effectæ, non solum perniciem nesciant, sed & munimen exhibeant. Cogitur ergo fluctus in cumulum, & unda in semetipsam repressa curuatur. Soliditatē recipit liquor, & solum maris arescit in puluerem, ut sicca planta populus dei transiret. Bonitatem dei creatoris intellige, si uoluntati eius obtēperes, si legem eius sequaris, ipse tibi elementa etiam contra sui naturam seruire cōpellit. Audiui à maioribus traditū, quod in ista digressione maris, singulis quibusc̄ tribubus filiorū Israel, singulæ aquarū diuisiōes factę sint, & propria unicuic̄ tribui in mari aperta sit uia. Idc̄ ostēdi ex eo, quod in psalmis scriptū est: Qui diuisit mare rubrū in diuisiones. Per quod multæ diuisiones docētur factæ, non una. Sed & per hoc quod dicitur: ibi Beniamin iunior in stupore, principes Iuda duces eorū, principes Zabulon, & principes Neptalim, nihilo minus unicuic̄ tribui proprius enumerari uidetur ingressus. Hæc à maiorib. obseruata in scripturis diuinis, religiosum credidi nō tacere. Quid ergo nos docemur per hæc? Iā superius diximus quis sit in his apostoli sensus. Baptismū hoc nominat in Moyse cōsummatum in nube & in mari, ut & tu qui baptizaris in Christo, in aqua & in spiritu sancto, scias insectari quidem post te Ægyptios, & uelle te reuocare ad seruitiū suū, rectores scilicet huius mūdi, & spiritales nequitias, quibus antea deseruisti. Quæ conantur quidem te insequi, sed tu descendis in aquam & euadis incolumis: atc̄ ablutis sordibus peccatorum, homo nouus ascendis paratus ad cantandum canticum nouum. Ægyptij uero post te insequentes, demergentur in abyssum, etiam si uidentur rogare Iesum, ne interim mittat eos in abyssum. Sed & alium ex his accipere possumus intellectū. Si Ægyptum fugias, si ignorātię tenebras relinquas, & sequaris legē dei Moysen, obuiet

Exód. 14

Matt. 14

Exod. 14

Rom. 8

Traditio

Psal. 136

1 Cor. 10

autem tibi mare, & contrà dicentiũ tibi fluctus occurrant, percute tu obluctãtes undas uirga Moysi, id est uerbo legis, & uigilantia scripturarũ iter tibi ipsi diputando per aduersarios pande, cedẽt undæ cõtinuo, & superati fluctus locũ uictoribus dabunt, miran tibusq; et attonitis ac stupore defixis his qui paulo ante aduersabant, legitimis tu disputationũ lineis rectũ fidei iter secabis, & intantũ doctrinæ uerbo proficies, ut auditores tui, quos in uirga legis erudisti, ipsi iam cõtra Ægyptios, uelut fluctus maris insurgant, & non solum impugnẽt eos, sed & superẽt & extinguãt. Extinguit nanq; Ægyptium, qui nõ agit opera tenebrarũ. Extinguit Ægyptium, qui nõ carnaliter, sed spiritualiter uiuit. Extinguit Ægyptiũ, qui cogitationes sordidas, & impuras uel depellit ex corde,
Ephe.6 uel omnino non recipit, sicut & apostolus dicit: Assumẽs scutũ fidei in quo possumus omnia iacula maligni ignita extinguere. Hoc enim modo possumus etiã hodie Ægyptios uidere mortuos, & iacentes ad littus, submergi quadrigas eorũ & equos. Possumus etiam ipsum Pharaonẽ uidere demergi, si tanta fide uiuamus, ut deus cõterat Satanam sub pedibus nostris uelociter per Iesum Christum dominum nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De cantico quod cantauit Moyses cũ populo, & Maria cum mulieribus.
Homilia VI. Finis Cap. XV.

MVLTA quidem cantica fieri legimus in scripturis diuinis, horum tamen omnium primum istud est canticum, quod Ægyptijs & Pharaone submerso populus dei post uictoriam cecinit. Moris quippe sanctorum est, ubi aduersarius uincitur, tanquam qui sciant non sua uirtute, sed dei gratia uictoriam factam, hymnum deo gratulationis offerre. Accipiunt tamen hymnum canentes, etiã tympanum in manibus suis, sicut de Maria sorore Moysi & Aaron refertur. Et tu ergo si mare rubrum transieris, si Ægyptios mari submergi uideris, & extingui Pharaonem, atque in abyssi profundum præcipitari, potes hymnum canere deo, potes uocem gratulationis emittere, & dicere: Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est, equũ & ascensorem proiecit in mare. Melius autem & dignius hæc dices, si habueris tympanum in manu tua, id est, si carnem tuam crucifixeris cum uitijs & concupiscentijs, & si mortificaueris membra tua, quæ sunt super terram. Et tamen uideamus quid dicit: Cantemus domnio, gloriose enim honorificatus est. Quasi non sufficeret honorificatus est, sed addidit gloriose honorificatus est. Equidem quantum possum cõijcere, uidetur mihi aliud esse glorificari, aliud gloriose glorificari. Nam dominus meus Iesus Christus, cum carnem ex uirgine Maria pro salute nostra suscepit, glorificatus est quidẽ, quia uenit quærere quod perierat, non tamen gloriose glorificatus est. Dicitur enim de ipso, quia uidimus eum, & non habebat speciem, neq; decorẽ, & uultus eius ignobilis super filios hominum. Glorificatus est & cum ad crucem uenit, & pertulit mortem. Vis scire quia glo
Ioan.12 rificatus est? Ipse dicebat: Pater uenit hora, clarifica filium tuum, ut filius tuus clarificet te. Erat ergo ei gloria, etiam ipsa passio crucis, uerum gloria hæc non erat gloriosa, sed humilis. Denicq; dicitur de eo, Humiliauit se usq; ad mortem, mortem autem crucis. De
Sap.2 quo etiam propheta prædixerat: Morte turpissima condemnemus eum. Sed et Esaias di
Esa.53 cit de eo: In humilitate iudicij eius sublatum est. In his ergo omnib. glorificatus est dominus, sed (ut ita dicam) humiliter non gloriose glorificatus est. Verũ quia hæc oportebat pati Christũ, & sic introire in gloriã suam, cũ uenerit in gloria patris & sanctorũ angelorum, cum uenerit in maiestate sua iudicare terrã, quãdo et uerũ Pharaonẽ, id est diabolum interficiet spiritu oris sui, cũ ergo refulgebit in maiestate patris sui, & post aduẽtum humilitatis, secundũ nobis in gloria ostendet aduentũ, tunc non solum glorificat dñs, sed & gloriose glorificat, cum omnes ita honorificant filium, sicut honorificant patrem. Equũ & ascensorẽ proiecit in mare: adiutor & protector factus est mihi in salutẽ. Homines qui nos insequuntur, equi sunt, & (ut ita dicam) omnes qui in carne nati sunt, figuraliter equi sunt. Sed hi habent ascensores suos. Sunt equi, quos dominus ascẽdit, &
Abacuc 3 circueunt omnem terram, de quibus dicitur: Et equitatus tuus salus. Sunt autem equi, qui ascensorem habent diabolũ, & angelos eius. Iudas equus erat, sed donec ascensorẽ habuit dominũ, de equitatu fuit salutis. Cum cæteris enim apostolis missus, ægrotis salutem

tem & ſanitatem languentibus præſtabat. Sed ubi ſe diabolo ſubſtrauit, poſt buccellam enim introiuit illum Satanas, & aſcenſor ipſius effectus eſt Satanas, & illius habenis ductus aduerſus dominũ, & ſaluatorẽ noſtrũ cœpit equitari. Omnes ergo qui perſequunt̃ ſanctos, equi ſunt hinnientes, ſed habẽt aſcẽſores, quibus agunt̃, angelos malos, & ideo feroces ſunt. Si ergo uideris aliquãdo perſecutorẽ tuum nimium ſęuientẽ, ſcito quia ab aſcenſore ſuo dæmone perurget̃, & ideo ſæuus, ideo truculentus eſt. Dñs ergo equum & aſcenſorẽ proiecit in mare, & factus eſt mihi in ſalutẽ. Hic deus meus, & honorificabo eum, deus patris mei, & exaltabo eũ. Hic ergo & meus eſt deus, & patris mei. Pater noſter qui nos fecit, & genuit, Chriſtus eſt, & ipſe dicit: Vado ad patrẽ meũ, & patrẽ ueſtrum, deum meum, & deum ueſtrũ. Si ergo agnoſcã q̃d deus meus ſit deus, glorificabo eũ. Si uerò etiã iſtud agnoſcã, quõ patris mei Chriſti ſit deus, exaltabo eũ. Altior nanq; intellectus eſt, quõ Chriſtus ut unius dei conſtringat & muniat ueritatẽ, deum ſuum dicit, quẽ natura patrẽ uocat. Deus conterens bella, dominus nomen eſt illi.] Nolo putes, quia tantum uiſibiles pugnas conterit dñs, ſed & illas cõterit, quæ nobis ſunt nõ aduerſus carnẽ & ſanguinẽ, ſed aduerſus principes & poteſtates, & aduerſus mundi huius rectores tenebrarũ harum. Dñs enim nomen eſt illi. Non eſt enim ulla creatura, cuius dominus nõ ſit. Quadrigas Pharaonis, & exercitũ eius proiecit in mare. Electos aſcẽſores, ternos ſtatores demerſit in rubrũ mare.] Pharao uelut potentior in malitia, & regnum nequitiæ tenens, quadrigas ait. Non illi ſatis eſt unum equũ aſcendere, ſed plures ſimul agitat, plures ſimul plagis torti uerberis cogit. Quoſcunq; uideris in luxuria turpiores, in crudelitate ſæuiores, in auaritia tetriores, in impietate flagitioſiores, ſcito hos de quadrigis eſſe Pharaonis, ipſis ſedet, ipſos currui ſuo ſubiũgit, in ipſis fertur, & uolitat, & per apertos ſcelerum campos effuſis eos agit habenis. Sunt et alij electi aſcẽſores, electi ſine dubio ad malitiã. Sed iam de aſcẽſoribus ſuprà diximus: nunc etiam qui ſunt terni ſtatores uideamus. Mihi uidẽt̃ terni ſtatores pro eo dici, quod triplex eſt hominibus peccãdi uia. Aut enim in facto, aut in dicto, aut in cogitatione peccatur. Et ideo terni ſtatores per ſingulos quoſq; dicunt̃, qui tres iſtas in nobis peccãdi obſideant uias, & ſpeculent̃ ſemper, atq; in inſidijs agant, ut aut ille ex miſero homine ſermonẽ malum eliciat, aut ille iniquũ opus extorqueat, aut ille cogitationẽ peſſimã rapiat. Deniq; & ſemen uerbi dei ubi cadit, & deperit, triplex deſcribit̃ locus. Vnus ſecus uiã refert̃, qui cõculcatur ab hominibus, alius in ſpinis, alius in petroſis. Et econtrario terra bona afferre dicit̃ triplicẽ fructũ, uel centeſimũ, uel ſexageſimum, uel triceſimũ. Triplex nanq; eſt etiã bene agẽdi uia, nihilominus em̃ uel opere, uel cogitatiõe, uel uerbo boni aliquid agitur. Hoc em̃ ſignificat & apoſtolus cũ dicit: Qui aũt ædificat ſuper fundamentũ hoc, aurum, argentũ, lapides precioſos, triplicẽ bonorum indicans uiam. Subiungit nihilominus triplicẽ etiã malorũ, cum dicit, Ligna, fœnum, ſtipulam. Iſti ergo terni ſtatores ſunt angeli nequam de exercitu Pharaonis, qui ſtant in huiuſcemodi uijs, obſeruãtes unumquenq; noſtrum per hæc iter agere in peccatum, quos demergit dominus in rubrũ mare, & ignitis eos in iudicij die fluctibus tradet, ac pœnarũ pelago teget, ſi tu deũ ſequẽs de eorum te poteſtate ſubtraxeris. Deciderũt in profundũ quaſi lapis.] Quare decide runt in profundum tanquã lapis? Quia non erant tales lapides, de quibus ſuſcitari poſſent filij Abrahæ, ſed tales, qui amarent profundum, & liquidũ diligerent elementum, id eſt qui amaram & fluxam præſentium rerum caperent uoluptatem. Vnde & ipſis dicitur. Demerſi ſunt tanquam plumbum in aquam ualidiſſimã. Peccatores graues ſunt. Deniq; & iniquitas ſuper talentũ plumbi ſedere monſtrat̃, ſicut Zacharias propheta dicit: Vidi, inquit, mulierẽ ſedentẽ ſuper talentũ plumbi. & dixi, Quæ eſt hæc? Et reſpondit, Iniquitas. Inde eſt ergo quod iniqui demerſi ſunt in profundum ſicut plumbum in aquam ualidiſſimã. Sancti autem non demerguntur, ſed ambulant ſuper aquas, quia leues ſunt, & peccati pondere non grauantur. Deniq; dominus & ſaluator noſter ſuper aquas ambulauit. Ipſe eſt em̃ qui uerè peccatũ neſcit. Ambulauit & diſcipulus eius Petrus, licet paululum trepidauerit. Non em̃ tantus erat ac talis, qui nihil omino de ſpecie plũbi in ſe haberet admixtũ. Habuit, licet parum. Propter quod dicit ad eum dominus: Modicæ fidei quare dubitaſti? Idcirco igitur qui ſaluus fit, per ignẽ ſaluus fit, ut ſi quid forte de ſpecie plumbi habuerit admixtũ, id ignis decoquat, & reſoluat, ut efficiant̃ omnes aurum

Ioan.20

Terni ſtatores qui

Matt.13

1.Cor.3

Zach.5

Matt.14

nes aurum bonum. Quia aurũ terræ illius bonũ esse dicitur, quam habituri sunt sancti, & sicut fornax probat aurũ, sic homines iustos tentatio. Veniendum est ergo omnibus
Malach.3 ad ignẽ, ueniendũ est ad conflatoriũ. Sedet enim dominus & conflat, & purgat filios Iuda. Sed & illuc cũ uenĩt, si quis multa opera bona, & parum aliquid iniquitatis attulerit, illud parum tanq; plumbum igni resoluitur ac purgatur, & totũ remanet aurum purum. Et si quis plus illuc plũbi detulerit, plus exuritur, ut amplius decoquatur, ut etsi parum aliquid sit auri, purgatum tamen resideat. Quod si aliquis illuc totus plũbeus uenerit, fiet de illo hoc quod scriptũ est, Demergẽt in profundũ tanquam plumbum in aqua ualidissima, Sed longum est si per ordinẽ uelimus exponere, sufficiat pauca perstringere. Quis, inquit, similis tibi in dijs dñe? quis similis tibi? Gloriosus in sanctis, mirabilis in maiestatibus, faciẽs prodigia.] Quod dicit: Quis similis tibi in dijs, nõ simulachris gentium cõparat deum, nec dæmonibus, qui sibi falso deorũ nomẽ adsciscunt, sed deos illos dicit, qui per gratiam, & participationẽ dei, dij appellantur. De quibus & alibi scri
Psal.82 ptura dicit: Ego dixi dij estis. Et iterũ: Deus stetit in congregatione deorũ. Sed hi quam uis capaces sunt dei, & hoc nomine donari per gratiã uideantur, nullus tamẽ deo simi-
1 Ioan.3 lis inuenĩt, uel in potentia, uel in natura. Et licet Ioannes apostolus dicat: Filioli nondũ scimus quid futuri sumus, si aũt reuelatum nobis fuerit (de domino scilicet dicẽs) similes illi erimus, similitudo tamen hæc nõ ad naturã, sed ad gratiam reuocatur. Verbi causa, ut dicamus picturã similem esse ei, cuius imago in pictura uidetur expessa. Quantũ ad gratiam pertinet uisus, similis dicitur, quantũ ad substantiam, longe dissimilis. Illa enim species carnis est, & decor corporis uiui, ista colorum fucus est, & cera tabulis sensu carentib. superposita. Nullus ergo in dijs similis domino, nullus enim inuisibilis, nullus incorporeus, nullus immutabilis, nullus sine initio & sine fine, nullus creator omnium, nisi pater cũ filio & spiritu sancto. Extendisti dexteram tuam, deuorauit eos terra.] Impios quidem & hodie deuorat terra. An nõ tibi uidetur terra deuorare illũ, qui semper de terra cogitat, qui semper terrenos habet actus, qui de terra loquitur, de terra litigat, terram desiderat, & omnem spem suã ponat in terra: qui ad cœlum nõ respicit, qui futura non cogitat, qui iudicium dei non metuit, nec beata eius promissa desiderat, sed semper de præsentibus cogitat, & terrena suspirat? Talem cum uideris dicito quia deuorauit eum terra. Sed & si quem uideris luxuriæ carnis, & uoluptatib. corporis deditum, in quo animus nihil ualet, sed totum libido carnis obtinuit, dicito & de hoc, quia deuorauit eum terra. Adhuc me mouet quod ait: Extendisti dexterã tuam, & deuorauit eos terra: quasi ut deuorarentur à terra, hæc causa fuerit quod extendit dominus dexteram suam. Si cõsideres quomodo dominus exaltatus in cruce tota die extendit manus suas ad populum non credentem, sed contradicentẽ: & qualiter infidelem populum, qui cla
Matt.27 mauit Crucifige crucifige eũ, mors admissi sceleris oppressit: euidẽter inuenies quomodo extẽdit dexterã suam, & deuorauit illos terra. Nec tamen penitus desperandum est. Possibile nanq; est, ut si forte resipiscat qui deuoratus est, rursum possit euomi, sicut Ionas. Sed & omnes nos puto quod aliquando terra deuoratos in inferni penetralib. reti nebat, & propterea dominus noster descendit nõ solũ usq; ad terras, sed usq; ad inferiora terrę: & ibi nos inuenit deuoratos, & sedẽtes sub umbra mortis: & inde educens non iam locum terræ, ut iterũ deuoraremur, sed locũ præparat nobis regni cœlorũ. Deduxisti in iustitia tua populum tuũ hunc, quem liberasti. Consolatus es in uirtute tua, in requie sancta tua.] Dominus populum suum, quem liberauit per lauacrum regenerationis, deducit in iustitia, cõsolatur etiã eum per consolationẽ spiritus sancti in uirtute sua, & in requie sua. Futurorũ nanq; spes, laborantibus requiem parit sicut & in agone positis dolorem uulnerum mitigat spes coronæ. Audierũt gentes & iratæ sunt, dolores comprehenderũt habitatores Philistijm. Tunc festinauerũt duces Edom, & principes Moabitarũ, apprehẽdit illos tremor. Tabuerũt oẽs inhabitantes Chanaan.] Quantum ad historiam pertinet, nullum ex his gẽtibus interfuisse mirabilibus quæ facta sunt,
Destruit literã constat. Quomodo ergo uidebũtur tremore deterritæ, uel festinasse (ut dicit) uel iratæ esse Philistijm, & Moabitę, & Edom, & reliquæ quas enumerat nationes? Sed si redeamus ad intelligentiã spiritalẽ, inueniemus quia Philistini, id est cadentes populi, & Edom, qui interpretatur terrenus, trepidant, & horũ omniũ principes cursitãt, & pauent

constricti

constricti doloribus, cum uident regna sua, quæ in inferno sunt, penetrata ab eo qui descendit in inferiora terræ, ut eriperet eos, qui possidebant à morte. Hinc eos cõprehendit timor & tremor, quia senserũt magnitudinẽ brachij eius. Hinc etiã tabuerũt omnes inhabitantes Chanaan, qui mutabiles interpretantur, & mobiles, cum uidẽt moueri regna sua, alligari fortẽ, & uasa eius diripi. Veniat ergo super eos timor, & tremor magnitudinis brachij tui. Quid timẽt dæmones? Quid tremũt? Sine dubio crucem Christi, in qua triũphati sunt, in qua exuti sunt principatus eorũ, & potestates. Timor ergo & tremor cadẽt super eos, cũ signũ in nobis uiderint crucis fideliter fixũ, & magnitudinem brachij illius, quod dñs expandit in cruce, sicut dicit: Tota die expandi manus meas ad populũ non credentẽ, & cõtradicentẽ mihi. *Esa.53* Nõ te ergo aliter timebunt, nec aliter tremor tuus ueniet super eos, nisi uideant in te crucẽ Christi, nisi & tu poteris dicere, mihi aũt absit gloriari, nisi in cruce dñi mei Iesu Christi, per quẽ mihi mundus crucifixus est, *Gal.6* & ego mundo. Fiant tanquã lapis donec transeat populus tuus domine, donec transeat populus tuus hic, quem adquisisti.] Fieri tanquam lapidem, non est natura esse lapidem. Non enim fierer, nisi quod nõ erat. Hoc propter illos dicimus, qui malæ naturæ Pharaonem, uel Ægyptios dicunt fuisse, et nõ ex arbitrij libertate in hoc esse deductos. Sed & propter eos, qui creatorẽ deũ accusant tanquã sæuum, quod homines uertat in lapides. Hi ergo priusquã blasphemẽt, cõsiderent summa libratione, quæ scripta sunt. Non enim dixit fiant tanq; lapis, & tacuit, sed tempus statuit, & mensurã cõdemnationis decernit. Ait enim: Donec transeat populus tuus dñe. Quo scilicet post transitũ populi nõ sint tanq; lapides. In quo mihi uidet prophetiæ aliquid latere. Video enim quia prior populus, qui fuit ante nos, factus est tanquam lapis durus, & incredulus. Verũ nõ eatenus, ut in lapidis natura permaneat, sed donec trãseat populus hic, populus hic quẽ adquisiuit. Cęcitas em̃ ex parte contigit in Israel secundũ carnẽ, donec plenitudo gentium subintroiret. Cum enim plenitudo gentiũ subintrauerit, tunc etiã omnis Israel, qui per incredulitatis duritiam factus fuerat sicut lapis, saluabitur. Et uis uidere quomodo *Matt.3* saluabitur? Potens est, inquit, deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Manent ergo lapides nunc, donec trãseat populus tuus dñe, populus tuus hic quẽ adquisisti. *Acquirere quõ dicitur deus* Sed si ipse dñs creator est omniũ, uidendum est quõ hic adquisisse dicatur, quæ sua esse nõ dubium est. Dicitur & in alio cãtico Deuteronomij. Nõne hic ipse deus tuus, qui fecit te *Deut.32* & creauit te, & acquisiuit te? uidetur enim unusquisq; illud acquirere, quod non fuit suum. Inde denicq; & hæretici dicunt de Saluatore, quia non erant sui, quos acquisiuit. Dato etenim precio mercatus est homines, quos creator fecerat. Et certum est (aiunt) unũquenq; nõ illud emere, quod suum est. Apostolus enim ait: Precio enim empti estis. *1 Cor.7* Sed audi quid dicit propheta: Peccatis uestris uenũdati estis, & pro iniquitatib. uestris *Esa.50* dimisi matrem uestrã. Vides ergo, quia dei quidem creatura omnes sumus, unusquisq; uerò peccatis suis uenũdatur, & pro iniquitatibus suis à proprio creatore discedit. Dei igitur sumus, secundũ quod ab eo creati sumus. Effecti uerò sumus serui diaboli, secũdũ quod peccatis nostris uenundati sumus. Veniens aũt Christus redemit nos cum seruire mus illi domino, cui nosmetipsos peccando uendidimus. Et ita uidetur tanq; suos quidem recepisse, quos creauerat, tanquam alienos aũt adquisisse, quia alienum sibi dominum siue errando, siue peccãdo quæsiuerãt. Et fortasse recte quidem dicitur redemisse nos Christus, qui precium nostri sanguinẽ suũ dedit, quid tale aũt ut nos mercaretur etiam diabolus dedit? Ergo (si uidetur) ausculta. Homicidiũ, pecunia diaboli est. Ille enim ab initio homicida est. Fecisti homicidiũ, diaboli pecuniã suscepisti. Adulteriũ, diaboli pecunia est. Diaboli enim in eo imago est, & superscriptio. Cõmisisti adulteriũ, accepisti diaboli numisma. Furtum, falsum testimoniũ, rapacitas, uiolẽtia, hæc omnia diaboli census est, & diaboli thesaurus. Talis em̃ pecunia de eius moneta procedit. Hac igit̃ pecunia emit ille, quod emit, & efficit sibi seruos oẽs, qui de huiuscemodi cẽsu eius quantulumcunq; susceperũt. Verũ ego uereor, ne etiã aliquos de astantibus, quos nescimus, diabolus mercetur occulte, ne etiã aliquibus nostrorũ hanc pecuniam, quam suprà enumerauimus, ingerat, & faciat illos rursum suos, & rursum ꝑ eis tabulas seruitutis, & peccati chirographũ scribat, atq; immiscеat seruis dei eos, ꝗs peccati precio sibi fecerit seruos. Solet enim, quia inimicus homo est, tritico miscere zizaniam. Et tamẽ si quis forte

huiusmodi

huiuſmodi pecuniam à diabolo deceptus accepit, non uſquequaq; deſperet, miſericors enim eſt, & miſerator dominus: & creaturę ſuæ nō uult mortē, ſed ut cōuertat̃, & uiuat. Eſa.45 Pœnitendo, flendo, ſatisfaciēdo deleat quod admiſſum eſt. Dicit enim propheta: Quia ſi conuerſus ingemueris, tūc ſaluus eris. Paulo latius progreſſi ſumus, dum uolumus exponere quomodo deus quę ſua ſunt dicat̃ acquirere, & redimere Chriſtus ſanguine precioſo, quos emerat diabolus uili mercede peccati. Inducēs planta eos in mōte hęreditatis tuę.] Non uult nos deus in Ægypto plantare, nec in deiectis et in humilibus locis, ſed in monte hæreditatis ſuæ uult plantare quos plantat. Tum præterea quod addit, in ducēs planta eos, num tibi uidetur tanquā de pueris dicere, qui inducuntur ad ſcholas, inducuntur ad literas, inducunt̃ ad omnē eruditionē? Intellige ergo per hæc, ſi tamē habes aures audiēdi, quō deus plantat, ne forte cum audis eum inducere, & plantare, putes eum ficus in terra, aut alia huiuſmodi uirgulta defigere. Audi & alibi quō plantat deus. Pſal.79 Propheta dicit: Vineam ex Ægypto tranſtuliſti, & expuliſti gētes, et plantaſti eam. Peruium iter feciſti ante eam, plātaſti radices eius, & repleſti terrā. Operuit montes umbra eius, & arbuſta eius cedros dei. Aduertiſti iam quomodo plantat deus, & ubi plantat? Nō plantat in uallibus, ſed in mōtibus excelſis, & ſublimibus locis. Quos enim eduxit de Ægypto, quos de ſeculo adducit ad fidem, non uult eos iterū in humilibus collocare, ſed conuerſationē eorum uult eſſe ſublimem. Vult nos in mōtibus habitare, ſed in ipſis nihilominus mōtibus nō uult nos ſuper terrā repere, nec ultra uult uineā ſuā humi deiectos habere fructus, ſed uult palmites eius ſurſum duci, in alto collocari, traduces fieri, & traduces nō in quibuſcunq; humilibus arboribus, ſed in excelſis, & in altiſſimis cedris dei. Cedros dei ego prophetas & apoſtolos puto, quibus nos ſi adiūgamur, uitis quam de Ægypto trāſtulit deus, & per ramos eorū noſtri palmites diffundant̃, atq; ipſis innixi traduces quædam efficiamur charitatis ad inuicē uinculis connexi, fructum ſine dubio plurimum adferemus. Nam omnis arbor quæ non facit fructum, excidetur, & in ignem mittetur. In præparata habitatione tua, quā præparaſti dñe.] Vide clementis domini bonitatem, nō uult te inducere ad laborem, non uult ut ipſe tibi facias habitaculum, iam te ad præparatam deducit habitationē. Audi deum dicentē in Euangelio: Alij laborauerunt, & uos in labores eorum introiſtis. Sanctimoniam dñe, quod præparauerunt manus tuæ.] Sanctimonium dicitur tabernaculū dei, uel templum, ab eo quod ſanctificat accedentes. Hoc non dicit manu hominis factum, ſed manu dei. Quid ergo? propter te deus & plātat, & ædificat, agricola efficitur, ſtructor efficitur, ne tibi aliquid deſit. Audi & Paulū dicētē: Dei agricultura, dei ædificatio eſtis. Quod ergo iſtud eſt ſanctimoniū quod non manu hominis factum eſt, ſed manibus dei paratū? Audi ſapientiam dicentē, quia ædificauit ſibi domum. Ego aūt hoc de incarnatione domini rectius intelligendum puto. Non enim manu hominū factum eſt, id eſt nō opere humano templum carnis ædificatur in uirgine, ſed ſicut prædixerat Daniel, Lapis ſine manibus excidit ſus creuit, & factus eſt mons magnus. Iſtud eſt ſanctimoniū carnis aſſumptæ, & ſine manibus, id eſt abſq; opere hominū, de monte humanæ naturæ, & ſubſtantiæ carnis exciſum. Domine qui regnas in ſeculū, & in ſeculū, & adhuc.] Quoties in ſeculum dicit̃, longitudo quidē tēporis, ſed eſſe finis aliquis indicat̃, & ſi in aliud ſeculum dicatur, aliquis ſine dubio longior quidē, tamen ponitur finis: & quoties ſecula ſeculorū nominantur, fortaſſe licet ignotus nobis, tamen à deo ſtatutus aliquis terminus indicatur. Quod uerò addit in hoc loco & adhuc, nullū ſenſum termini alicuius, aut finis reliquit. Quodcunq; enim illud cogitaueris, in quo finem putes poſſe conſiſtere, ſemper tibi dicit ſermo ꝓpheticus, & adhuc, uelut ſi loquat̃ ad te, & dicat, Putas in ſeculū ſeculi dñm regnaturum? & adhuc. Et quomodocūq; dixeris illud de regni eius ſpatijs, ſemper tibi dicit propheta, & adhuc. Quoniā intrauit equitatus Pharaonis cū quadrigis, & aſcenſoribus in medium mare, & induxit ſuper eos dñs aquas maris. Filij aūt Iſrael ambulauerūt per ſiccum in medio mari.] Et tu ſi filius Iſrael es, potes ambulare per ſiccū in medio mari. Si fueris in medio nationis prauæ & peruerſæ, ſicut lumen ſolis uerbum uitæ continens ad gloriam, poteſt fieri ut in medio peccatorum incedentem te non infundat humor peccati, poteſt fieri ut tranſeuntem te per hunc mundum, nulla libidinis unda reſpergat, nullus cupiditatis æſtus euerberet. Qui Ægyptius eſt, & ſequitur Pharaonem, ille uitiorum

Palmitum nexus

ille uitiorũ fluctibus mergit. Qui uerò sequit Christũ, & sicut ipse ambulauit, ita & ip se ambulat, aquę eius murus fiũt dextra leuaq́, ipse aũt media uia incedit per siccũ. Nõ declinat ad dexterã, neq; ad siniſtrã, usquequo exeat ad libertatẽ, & hymnũ uictoriæ domino cõcinat dicens: Cantemus domino. glorioſe em̃ honorificatus est: per Ieſum Chriſtum dominum noſtrũ, cui est gloria, & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

De amaritudine aquæ Merrhæ. Homilia VII Finis Cap. XV.

POST tranſitum maris rubri, & magnifici ſecreta myſterij, poſt choros & tympana, poſt triũphales hymnos, uenitur ad Merrhã. Merrhę autẽ aqua erat amara, quam non poterat populus dei bibere. Quid ergo? poſt tanta & tam mirifica mirabilia ad amaras aquas, & periculũ ſitis adducit populus dei? Ait enim: Et uenerunt filij Iſrael in Merrhã, & nõ poterant aquam bibere de Merrha, quia amara erat, & propter hoc appellatũ est nomen loci illius amaritudo.] Sed quid addit poſt hæc? Clamauit, inquit, Moyſes ad dominũ, & oſtẽdit illi dominus lignum, & miſit illud in aquã, & facta est dulcis aqua. Et ibi, inquit, poſuit illi deus iuſtitias & iudicia.] Ibi, ubi amaritudo, ubi ſitis: & quod est grauius, ſitis in abũdantia aquarum, ibi poſuit ei deus iuſtitias & iudicia. Alius nõ erat locus dignior, aptior, uberior, quàm iſte, in quo amaritudo est. Tum propterea quod dixit: Oſtendit illi dñs lignum, & miſit illud in aquam & facta est dulcis aqua: mirũ admodum est, ut deus lignũ oſtẽderet Moyſi, quod mitteret in aquã, & faceret eã dulcẽ. Efficere deus aquã dulcẽ ſine ligno nõ poterat? Aut Moyſes neſciebat lignũ, ut ei deus oſtenderet? Sed uidendũ est quid decoris in his interior habeat ſenſus. Ego puto q́ lex ſi ſecundũ literam ſuſcipiatur, ſatis amara ſit, & ipſa ſit Merrha. Quid enim tam amarũ, quã ut puer octaua die circũciſionis uulnus accipiat, & rigorẽ ferri tenera patiat infantia? Amarũ ſatis, & peramarũ est huiuſmodi poculũ legis, intantum ut populus dei nõ ille qui in Moyſe baptizatus est in mari, & in nube, ſed iſte qui in ſpiritu & aqua baptizatus est, nõ poſſit bibere de iſta aqua: ſed ne guſtare quidẽ de circunciſionis amaritudine poteſt, neq; hoſtiarũ ferre amaritudinẽ ualet, nec ſabbati obſeruantiã. Si uerò oſtẽdat deus lignũ q̃d mittit in hanc amaritudinẽ, ut dulcis aqua fiat legis, poteſt de illa bibere. Quod est iſtud lignũ, quod dñs oſtẽdit Moyſi, Salomon edocet nos, cum dicit de ſapientia, quia lignũ uitæ est omnib. amplectentib. eam. Si ergo lignũ ſapientiæ Chriſtus miſſum fuerit in lege, & oſtenderit nobis qũo intelligi debeat circũciſio, quomodo ſabbata, quomodo lex lepræ ſeruãda ſit, qualiter mũdi & immũdi diſcrimen habeat, tunc efficitur aqua Merrhæ dulcis, & amaritudo literæ legis conuertit in dulcedinẽ intelligentiæ ſpiritalis, & tũc poteſt bibere populus dei. Si em̃ nõ interpretent hæc ſpiritaliter, populus qui ido la dereliquit, & ad Deũ cõfugit, ſi audiat legem de ſacrificijs præcipientẽ, cõtinuo refugit, & nõ poteſt bibere: amarũ quippe hoc ſentit & aſperũ. Si em̃, inquit apoſtolus, quæ deſtruxi, hæc iterũ reædifico, præuaricatorẽ me cõſtituo. Et in hac ergo amaritudine Merrhę, id est in iſta litera legis, poſuit deus iuſtitias, & teſtimonia. Nõ tibi hoc uidetur dicere, quia uelut in uaſculo quodã, ita in legis litera ſapiẽtiæ & ſciẽtiæ ſuæ theſauros cõdiderit deus? Hoc est ergo q̃d dicit, & ibi poſuit ei deus iuſtitias, & teſtimonia. Hoc erat q̃d & apoſtolus dicebat: Habemus aũt theſaurũ hũc in uaſis fictilib. ut ſublimitas uirtutis dei ſit, & nõ ex nobis. Vt ergo poſſit bibi aqua hæc de Merrha, oſtẽdit deus lignũ q̃d mittat in eam, ut q̃ biberit ne moriat, nõ amaritudinẽ ſentiat. Vnde cõſtat q́ ſi quis ſine ligno uitæ, id est ſine myſterio crucis, ſine fide Chriſti, ſine intelligentia ſpiritali bibere uoluerit de legis litera, per amaritudinẽ nimiã morietur. Hæc ſciẽs Paulus apoſtolus dicebat, q̃a litera occidit: Hoc est aperte dicere, quia aqua Merrhæ occidit, ſi nõ mutata bibat, & in dulcedinẽ uerſa fuerit. Sed quid addidit, poſtquã poſuit illi deus iuſtitias, & iudicia? Et ibi, inquit, tẽtabat eũ dicẽs: Si auditu audieris uocẽ dñi dei tui, & quæ placẽt corã illo feceris, & audieris præcepta eius & cuſtodieris, omnẽ infirmitatẽ quã induxerã Aegyptijs, non inducã ſuper te. Ego enim ſum dominus tuus qui ſano te.] Videt mihi quo proſpectu datę ſint iuſtificationes, & iudicia et teſtimonia legis exponere, ut tentaret, inquit, eos deus ſi audirẽt uocẽ domini, & quę mandabant, cuſtodirent. Nã quantũ ad priorẽ populũ ſpectat, quid eis boni, aut perfecti

Prouerb. 3

Gal. 2

2. Cor. 4

2. Cor. 3

fecti murmurantibus,& cõtradicentibus mãdaretur? Deníq; paulopoſt etiã ad ídola cõuertuntur,& obliti beneficiorũ,& mirabiliũ dei,caput uituli ſtatuunt. Propterea ergo dantur eis præcepta,in quib.tentent̃. Inde eſt,quod & per Ezechielẽ prophetã dicit dominus ad eos: Quía dedi uobis præcepta,& iuſtificationes nõ bonas,in quib.nõ uiuetis in eis. Tentati em̃ in præceptis domini nõ inueniunt̃ fideles. Ideo em̃ inuentũ eſt eis mandatũ quod erat ad uitam,hoc eſſe ad mortẽ: quía unũ atq; idem mandatũ ſi ſeruetur,uitã,ſi non ſeruetur,generat mortẽ. Secundũ hoc ergo quod nõ ſeruantibus generat mortẽ,dicunt̃ mandata nõ bona,in quib.non uiuat in eis. Sed quia admiſcuit eis lignũ crucis Chriſti,& in dulcedinẽ uerſa ſunt,& ſpiritaliter intellecta ſeruant̃, eadem ipſa mandata uitæ appellant̃: Sicut & alibi dicit: Audi Iſrael mãdata uitę. Sed uideamus quid eis promittit̃ ſi ſeruent̃. Si,inquit,ſeruaueritis præcepta mea, nõ inducã ſuper uos omnes ægritudines,quas induxi Aegyptijs. Quid ergo uidet̃ dicere? ſi quis ſeruet mãdata,nullã ægritudinẽ patiat̃? hoc eſt neq; febriat,neq; alios dolores corporis ferat? Non puto quod hæc ſint quæ promittant̃ diuina mãdata ſeruantibus. Alioquín indício nobis eſt Iob iuſtiſſimus,& totius pietatis obſeruantiſſimus,qui à capite uſq; ad pedes repleꝛ ulcere peſſimo. Nõ his carere dicũtur infirmitatibus qui mãdata cuſtodiunt,ſed nõ habebunt illas infirmitates, quas Aegyptij habẽt. Aegyptus nãq; mundus figuraliter appellatur. Diligere ergo mũdũ,& ea quæ in mundo ſunt,Aegyptíus languor eſt. Dies obſeruare,& mẽſes,& tẽpora,ſigna requirere, ſtellarũ curſib. adhærere,Aegyptius languor eſt. Deſeruire carnis luxuriæ,& uoluptatibus operã dare,uacare delicijs,Aegyptius languor eſt. Caret ergo his infirmitatibus & languoríb. qui mãdata cuſtodit. Poſt hæc dicit,quia uenerũt in Helim,& erant ibi duodecim fontes aquarũ & LXX arbores palmarũ.] Putásne habet aliqd rationis,quod nõ ante in Helim ducit̃ populus,ubi erant duodecim fontes aquarũ,quibus nihil amaritudinis inerat,imò potíus ubi erat amœnitas pluríma ex dẽſitate palmarũ: ſed primo ductus eſt ad aquas ſalſas & amaras,quíb.per lignũ mõſtratũ à dño dulcib.effectis,poſtea uenit̃ ad fontes? Si hiſtoriã ſolã ſequamur,nõ multũ nos ædificat ſcire ad quẽ locũ primo uenerit,& ad quẽ ſecũdo. Si uerò rimemur in his myſteriũ latẽs,inuenimus ordinẽ fidei. Primo enim ducit̃ populus ad literã legís,ab hac litera legis donec permanet in amaritudine ſua,recedere nõ poteſt. Cũ uerò per lignũ uitę dulcis fuerit effecta,& intelligi lex ſpiritaliter cœperit,tũc de ueteri teſtamẽto trãſitur ad nouũ,& uenit̃ ad duodecim apoſtolicos fontes. Ibi etiã arbores reperient̃ LXX palmarũ. Nõ em̃ ſoli duodecim apoſtoli fidẽ Chriſti prædicauerũt,ſed & alij ſeptuaginta miſſi ad prædicandũ uerbũ dei referunt̃,per quos palmas uictoriæ Chriſti mũdus agnoſceret. Nõ ergo ſufficit populo dei aquam Merrhæ bibere,quãuis in dulcedinẽ uerſa ſit,quãuis per lignũ uitæ,& myſterium crucis omnis literæ amaritudo depulſa ſit,ſolũ uetus inſtrumentũ nõ ſufficit ad bibendũ: ſed ueniendum eſt ad nouũ teſtamentũ,de quo abſq; ſcrupulo bibit̃,abſq; ulla difficultate potatur. Iudæi etiã nunc apud Merrhã ſunt, etiã nũc aſſidẽt aquas amaras. Nondũ em̃ eis deus oſtendit lignũ,per quod dulces fierent aquæ ipſorum. Etem̃ prædixit eis propheta,quía niſi crediderítis,neq; intelligetis. Poſt hæc ſcriptũ eſt. In ſecũdo mẽſe,inquit,poſtq; de Aegypto profecti ſunt,quintadecima die mẽſis,murmurauit populus aduerſũ Moyſen dicẽs: Vtinã mortui fuiſſemus in terra Aegypti,cũ ſederemus ſuper ollas carnis,& mãducaremus panes ad ſatietatẽ,quoniam eduxiſti nos in deſertũ hoc,necare omnẽ ſynagogã fame.] Eſto quod propter correptionẽ legentiũ indicetur populi peccatum,quía murmurauerit,& ingratus fuerit beneficijs diuinis,cũ cœleſte manna ſuſciperet,quid etiã dies deſcribitur, in qua murmurauerit populus? Secũdo,inquit,mẽſe,quintadecima die mẽſis. Quod utiq; nõ abſq; ratione ſcriptũ eſt. Recordare de legib.paſchæ quæ ſcripta ſunt,& inuenies ibi,hoc eſſe tẽpus quod ſtatuitur ad ſecundũ paſcha faciendũ his qui immũdi in anima fuerint,uel occupati in negotijs peregrinis. Qui ergo nõ fuerũt immundi in anima, uel nõ longe peregrinabant̃,quartadecima die primi mẽſis paſcha fecerũt. Qui aũt longe peregrinabant̃,& immũdi erant, ſecundũ paſcha in hoc tẽpore faciũt, quo & manna de cœlo deſcẽdit. In die quo primũ paſcha fit,nõ deſcẽdit manna de cœlo, ſed in hoc quo ſecundũ paſcha fit. Videamus ergo nũc qs ſit in his ordo myſterij. Primũ paſcha, primi

Lex tentat Ezech.20

Baruch 3

populi

populi est. Secundũ pascha, nostrũ est. Nos em̃ fuimus immũdi in anima, qui colebamus lignũ & lapidẽ, & ignorãtes deum, his qui natura nõ erant dij seruiebamus. Nos enim eramus, qui longe peregrinabamur, de quib. dicit apostolus: Qui fuimus hospites & peregrini testamentorũ dei, spem nõ habẽtes, & sine deo in hoc mũdo errantes. Veruntamen nõ datur manna de cœlo in illa die, qua primũ pascha fit, sed in illa qua secundũ. Panis em̃ qui de cœlo descendit nõ uenit ad illos, qui primã solennitatẽ celebrabãt, sed ad nos, qui secũdã suscepimus. Nostrũ em̃ pascha immolatus est Christus, qui uerus nobis panis de cœlo descẽdit. Sed interim uideamus quid est, quod in hac die gestũ monstratur. Quintadecima, inquit, die mẽsis secũdi murmurauit populus, & dixit. Quia melius fuerat nos mori in Aegypto, quãdo sedebamus super ollas carniũ.] O populus ingratus, desiderat Aegyptũ, qui Aegyptios uidit extinctos. Carnes Aegypti requirit, q̃ Aegyptiorũ carnes uidit maris piscibus, & cœli alitib. datas. Murmur ergo aduersum Moysen, imò aduersum deũ leuant. Sed hoc primo quidẽ ignoscitur, ignoscit̃ & secũdo, fortassis & tertio, ueruntamẽ si nõ desinant, sed persistant, audi quid post hæc murmurantẽ populũ consequatur. In Numerorum libro refertur, quod & in suis scripturis retexuit Apostolus dicẽs. Neq; murmuraueritis, sicut quidam eorũ murmurauerunt, & à serpentib. perierunt. Murmurantẽ populũ uenenatus in eremo depascit̃ serpentiũ morsus. Videamus nos, qui hæc audimus, nos inquã pro quib. scripta sunt: Illis em̃ ad correctionẽ facta sunt, scripta sunt aũt propter nos, in quos fines seculorũ deuenerunt. Si nõ desinimus murmurãtes, si nõ cessamus à querelis nostris, quas frequẽter habemus aduersus deũ, obseruemus ne simile offensionis incurramus exemplũ. Etenim cũ de cœli intẽperie, de infœcunditate fructuũ, de raritate imbrium, de prosperitatibus aliorũ. & de aliorũ improsperitate causamur, hoc est aduersus deũ murmur attollere. Sed hæc initia habentib. ignoscit̃, in eos uerò, qui nõ desinũt, grauiter uindicatur. Mittuntur namq; in eos serpentes, id est immundis spiritib. traduntur, uenenatisq; dęmonibus, qui eos morsib. occultis ac latẽtibus perimãt, atq; internis & intra cordis penetralia cõclusis cogitationibus absumãt. Sed obsecro uos, prosint nobis præmissę correptionis exempla, illorũ pœna emendatio nostra sit. Dicit em̃ deus, quia audiui murmurationẽ filiorũ Israel.] Videtis quia non latet deũ murmuratio nostra: audit om̃ia, & quod nõ statim punit, pœnitentiã nostræ conuersionis expectat. Sed quid post hæc recitatũ est? Dixit, inquit, dominus ad Moysen. Ecce ego pluã uobis panes de cœlo, & exibit populus, & colliget unius diei in diẽ, ut tentẽ illos si ambulant in lege mea, an nõ. Et erit in die sexto parabũt quicunq; intulerint, & erit duplum quodcũq; intulerint quotidianũ in die.] Ego quidẽ super hac scriptura uelim primo cũ Iudęis habere sermonẽ, quib. credita dicũtur eloquia dei, quid illis uideatur de eo quod dicit. Sex dieb. cõtinuis colligetis. Die autẽ sexto duplũ colligetis. Apparet aũt sextam diẽ nominari illam, quæ ante sabbatũ ponitur, quæ apud nos Parasceue appellatur. Sabbatũ autẽ, septima dies est. Quæro ergo qua die cœperit mãna cœlitus dari, & uolo cõparare dominicam nostram cũ sabbato Iudæorũ. Ex diuinis nanq; scripturis apparet, quod in die dominica primo in terris datũ est manna. Si enim (ut scriptura dicit) sex diebus cõtinuis collectũ est, septima autẽ die, quæ est sabbati cessatũ est, sine dubio initiũ eius à die prima, quæ est dies dominica, fuit. Quod si ex diuinis scripturis hoc cõstat, quod die dominica deus pluit manna de cœlo, & in sabbato nõ pluit, intelligant Iudæi iam tũc prælatã esse dominicã nostrã Iudaico sabbato, iam tũc indicatum quod in sabbato ipsorũ gratia dei ad eos de cœlo nulla descenderit, panis cœlestis, q̃ est sermo dei, ad eos nullus uenerit. Dicit em̃ & alibi ꝓpheta: Dieb. multis sedebũt filij Israel sine rege, sine principe, sine ꝓpheta, sine hostia, sine sacrificio, sine sacerdote. In nostra em̃ dominica die semp̃ dñs pluit mãna de cœlo. Sed & hodie ego dico, q̃a pluit dñs manna de cœlo. Cœlestia nãq; sunt eloquia ista, quę nobis lecta sunt, & à deo descẽderũt uerba quę nobis recitata sunt, & ideo nos felices qui tale mãna suscepimus. Sẽper manna nobis datur de cœlo, illi infelices dolẽt, & suspirant, & se miseros dicũt, quia manna, sicut acceperunt patres ipsorũ, ipsi nõ merentur accipere. Illi nunquam manna manducant: non enim possunt illud manducare, quod est minutũ sicut semen coriandri, & candidũ sicut pruina. Nihil em̃ in uerbo dei minutum, nihil subtile, nihil

Pascha secundum.
Eph. 2
Ioan. 6
1. Cor. 5
1. Cor. 10
Num. 21
Osee 3
Manna uerbum dei.

sentiunt spiritale, sed totũ pingue, totũ crassum. Incrassatũ est enim cor populi illius. Sed & interpretatio nominis hoc idem sonat. Mãna enim interpretatur quid est hoc. Vide si non ipsa nominis uirtus ad discendũ te prouocat, ut cũ audis legem dei recitari, ingras semper, & interroges, & dicas doctoribus: Quid est hoc? Hoc em̃ est q̃d indicat manna. Tu ergo si uis mãducare manna, id est si cupis suscipere uerbũ dei, scito illud minutũ esse, & ualde subtile sicut semẽ coriãdri. Habet enim aliquid in se holeris, quo nutrire, & recreare possit infirmos, quia qui infirmus est, holera mãducat. Habet aliquid rigoris, & ideo ut pruina est. Cãdoris autẽ & dulcedinis habet plurimũ. Quid em̃ candidius, quid splendidius eruditione diuina? Quid dulcius, quidue suauius eloquijs dñi, quę sunt super mel & fauũ? Sed quid est quod dicit, ut in die sexto duplũ colligaẽ in repromissione, quantũ sufficiat etiã sabbato? Hoc secundũ nostrã intelligentiam non otiosi, nec securi præterire, uel transire debemus. Sextus dies est hæc in qua nunc sumus uita: In sex enim dieb. dominus fecit hunc mundũ. Hac ergo die tantum reponere, & recõdere debemus, quantũ sufficiat & in futuro die. Siquid enim hic boni operis adquiras, siquid iustitiæ, misericordiæ, & pietatis recõdas, hoc tibi in futuro
Matt.25 seculo erit cibus. Nunquid nõ ita in Euangelio legimus, quia qui adquisiuit hic decẽ talẽta, ibi accepit decẽ ciuitates, & qui adquisiuit quatuor, accepit quatuor ciuitates? Hoc est quod & per aliã figurã apostolus dicit: Quod enim seminauerit homo, hoc et metet. Quid ergo agimus nos q̃ amamus illud recondere, quod corrumpaẽ, nõ quod permaneat, & perduret in crastinũ? Diuites huius seculi ea recondunt quæ in hoc seculo, imò cũ seculo corrumpuntur. Siqua autẽ bona opera recondunt, illa permanent
Exod.16 usq; in crastinum. Deniq; sic scriptũ est, quod: Qui infideles fuerunt, seruauerunt, inquit, de manna, & ebullierunt ex eo uermes, & cõputruit.] Illud autem quod pro die sabbati reponebatur, nõ est corruptũ, neq; uermes ebullierunt in eo, sed permanet integrum. Et tu ergo si propter præsentẽ uitam tantũmodo, & propter amorem seculi thesaurizes, cõtinuo uermes ebulliunt. Quomodo uermes ebulliunt? Audi de peccatoribus, & ijs qui præsens seculum diligunt, quæ sit prophetæ sentẽtia. Vermis enim,
Esa.66 inquit, eorũ nõ morieẽ, & ignis eorũ nõ extingueẽ. Isti sunt uermes, quos generat auaritia, isti sunt uermes, quos generat diuitiarũ cæca cupiditas ijs qui habent pecunias,
1.Tim.6 & uidentes in necessitate fratres suos, claudunt ab eis uiscera sua. Propterea & apostolus dicit: Diuitibus autẽ huius seculi præcipe nõ superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarũ, sed diuites sint in operib. bonis, facile tribuãt, cõmunicent, & thesaurizẽt sibi uerã uitã. Sed dicit aliquis: Si manna uerbũ dei esse dicis, quomodo uermes facit?
Ioan.15 Nec aliũde fiunt uermes in nobis, nisi ex uerbo dei. Sic enim dicit ipse. Nisi uenissem, & loquutus eis fuissem, peccatũ non haberẽt. Post susceptum ergo uerbum dei siquis peccat, efficitur ei ipsum uerbum uermis, qui eius semper conscientiã fodiat, & arcana pectoris eius rodat. Sed quid nos adhuc amplius docet sermo diuinus? Et ad uesperam, inquit, scietis, quia ego sum dñs, mane aũt uidebitis maiestatem domini.] Et de hoc uelim mihi Iudæi respõderent, quomodo ad uesperã agnoscitur dominus, mane autem uidetur maiestas eius. Vbi dominus agnitus est ad uesperã, & eius maiestas uisa est mane? Respõdete nobis qui erudimini ab infantia usq; ad senectutẽ semper discentes, & nũquã ad scientiam ueritatis peruenientes: Quare non intellígitis hæc ꝓphetice dicí? Sed si uis ista intelligere, nõ potes nisi per euangeliũ. Ibi nanq; inuenies scri-
Matt.28 ptũ, qa uespere sabbati, quæ lucescit in prima sabbati, uenit Maria Magdalene, & Maria Iacobi ad sepulchrũ, & inuenerũt lapidem reuolutũ à monumẽto. Ibi audies terræmotũ factũ, monumẽta disrupta, centurionẽ & milites qui ad custodiã positi erant, di-
Matt.27 centes: Vere hic filius dei erat. Agnitus ergo est per hæc in uespera dñs, quia ipse dñs est agnitus in uirtute resurrectionis. Sed quomodo mane gloria eius uisa est? Cum uenissent aliæ mulieres prima sabbati ualde mane, inuenerũt angelos cum ingenti clari-
Matt.28 tate ad sepulchrũ sedentes, & dicẽtes: Non est hic, resurrexit à mortuis. Venite & uidete locũ ubi positus erat, & ite, dicite discipulis eius quia resurrexit, & præcedet uos in Galileam. Visa est ergo mane maiestas domini, cũ per angelos resurrectio nũciata est. Addit autẽ in cõsequentibus. Vesperi, inquit, mãducabitis carnẽ, & mane replebimini panibus.] Et de hoc uelim scrire, quali ordine Iudæi ꝓphetæ dicta suscipiũt. Quid

enim

enim cõsequentiæ uidebitur,ut aut uespere carnes sine panibus comedant, aut mane panes absq; pulmenti adiectione manducent? Quid in hoc diuini muneris,quid tẽpe ramẽti gratiæ cœlestis ostẽditis? Hoccine est in quo agnosci deũ ponitis,quod carnes in uespera sine panib.comedant? & maiestatem dei dicitis apparere, si rursum panes sine carnibus comedant? Sed uobis ista seruate,& ijs qui adquiescunt uobis, & in coturnicib.agnosci posse deũ putant.Nos aũ quib.in fine seculi, uel ad uesperam mũdi, Verbũ caro factum est,in illa carne agnosci dicimus deum,quam suscepit ex Virgine: 1.Ioan.5
Istas enim Verbi dei carnes,neq; mane aliquis,neq; meridie mãducauit,sed ad uesperã. Aduentus enim domini in carne,ad uesperã factus est.Sicut & Ioannes dicit:Pueri 1 Ioan.2
nouissima hora est.Sed & mane,inqt, replebimini panibus. Nobis in quo positus est panis,uerbũ dei est.Ipse enim panis uiuus,qui de cœlo descendit,& uitã dat huic mũ- Panis uera
do.Sed qũo dicit mane dari hunc panem,cũ aduentũ eius in carne factũ dixerimus ad bum dei.
uesperã? Hoc modo intelligendũ puto, quod ad uesperam quidẽ uergentis mũdi, & prope finẽ cursus sui positi dns uenerit,sed aduẽtu suo,quoniã ipse est sol iustitiæ,nouum credentib.reparauerit diem. Quia ergo nouum mũdo scientiæ lumen accendit, suũ quodãmodo mane effecit,& suũ mane tanquã iustitiæ sol produxit, & in hoc mane replent panib.qui eius præcepta suscipiunt.Nec mireris quia uerbum Dei & caro dicitur,& panis,& lac dicitur,& holera dicitur,& pro mensura credentiũ,uel possibilitate sumentiũ diuerse nominat. Potest tamẽ & hoc intelligi, quod post resurrectionẽ suã quã mane ostẽdimus factã,credẽtes repleuerit panib. pro eo quod libros legis & prophetarũ ignotos prius & incognitos dederit nobis, & ad instructionẽ nostram hæc ecclesiæ instrumẽta cõcesserit, ut ipse sit panis in Euãgelio:cæteri uerò libri legis uel prophetarũ,uel historiarũ,plures appellati sunt panes, ex quibus repleãtur qui ex gentib.credunt.Quod tamen non sine prophetica autoritate factum docemus. Prędixerat nanq; Esaias propheta hoc modo: Ascendent in montem,bibent uinum,ungen Esa.57.
tur unguẽto. Trade hæc omnia gentib. cõsilium enim domini omnipotentis est hoc. Sic ergo competenter & carnes ad uesperam accepimus,& panibus replemur mane: quia nec possibile erat nobis mane carnes edere,nondũ enim tẽpus erat,sed nec meridie poteramus. Vix enim angeli edunt carnes meridie,& illi fortassis ordini meridianũ concedit tẽpus. Præterea & illud intelligere possumus, q̃d unicuiq; nostrum mane est,& initiũ diei illud tẽpus, quo primũ illuminamur, & ad lucem fidei accedimus. In hoc ergo tẽpore,quo adhuc in principijs sumus,carnes uerbi dei comedere non possumus:id est perfectę & consummatæ doctrinæ nondũ capaces existimus.Sed post lõga exercitia,post profectũ plurimũ,cũ iam proximi sumus ad uesperã, & ad ipsum finem perfectionis urgemur,tũc demũ solidioris cibi,& perfecti uerbi capaces fieri possumus.Nunc ergo festinemus cœleste manna suscipere:Istud enim manna,prout uult quisq;,talem saporem reddit in ore eius. Audi eñ & dñm dicentẽ ijs qui accedunt ad Matt.15
se: Fiat tibi secũdum fidem tuã. Et tu ergo si uerbũ dei,quod in ecclesia prædicatur,tota fide,tota deuotione suscipies,fiet tibi ipsum uerbũ,quodcũq; desideras. Verbi gratia,si tribularis, cõsolat te dicẽs: Cor contritũ & humiliatũ deus nõ spernit. Si lætaris Psal. 51.32.
pro spe futura,cumulat tibi gaudia dicẽs:Lætamini in domino,& exultate iusti.Si iracundus es,mitigat te dicens: Desine ab ira,& derelinque indignationẽ.Si in doloribꝰ Deut.7
sanat te dicens:Dominus sanat omnes languores tuos.Si paupertate cõsumeris,cõsolatur te dicẽs: Dns alleuat de terra inopem, & de stercore erigit pauperem. Sic ergo manna uerbi dei reddit in ore tuo saporẽ quemcunq; uolueris.hoc tamẽ si quis infideliter suscipiat,& non comedat,sed abscondat,uermes ex eo ebulliunt.Putásne eousq; deducendũ est uerbũ dei,ut etiã uermis fieri putetur? Non te hic turbet auditus, audi prophetã ex persona domini dicentem: Ego aũt sum uermis & nõ homo.Sicut enim Psal.2
ipse est qui fit alijs in ruinam,alijs autẽ in resurrectionẽ:ita & ipse est qui nũc in mãna, fidelibus quidẽ dulcedo mellis,infidelibus autẽ uermis efficitur.Ipse est eñ sermo dei qui iniquorum mẽtes arguit,& correptionũ spiculis peccatorũ cõscientias terebrat. Ipse est qui & ignis efficit in cordibus illorũ, quib. adaperit scripturas,qui dicũt:Nõ- Luc.24
ne cor nostrũ ardẽs erat intra nos, cũ aperiret nobis scripturas? Et alijs ipse ignis est, qui cõflagrat spinas de terra mala,id est q̃ malignas cogitationes in corde cõsumit. Et

ideo peccatoribus quidem,neq; uermis arguens iniqua moritur, neq; ignis exurẽs alí
Psal.33 quando reſtinguitur.Iuſtis autẽ & fidelibus permanet dulcis & ſuauis. Guſtate enim & uidete,quoniam ſuauis eſt dominus:Ipſe dominus & ſalũator noſter Ieſus Chriſtus, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

De initio Decalogi. Homília VIII. Cap. XX.

OMNIS qui didicit contemnere præſens ſeculum, quod figuraliter Aegyptus appellatur,& per uerbum dei, ut ſecundum ſcripturas dicam,translatus eſt & non inuenitur,quia ad ſeculum futurum feſtinat ac tendit, de huiuſmodí anima dicit dominus.Ego ſum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti,de domo ſeruitutis.] Non ergo hæc ad illos tantũ dicũtur, qui de Aegypto profecti ſunt,ſed multo magis ad te, qui nunc audis iſta, ſi tñ proficiſcaris ex Aegypto, & Aegyptijs ultra nõ ſeruias, dicit hæc deus:Ego ſum dñs deus tuus,q eduxi te de terra Aegypti,de domo ſeruitutis. Vide ſi non negocia ſeculi,& actus carnis, domus eſt ſeruitutis:ſicut rurſum econtrario relinquere ſecularia,& ſecundum deum uiuere, do
Ioan.8 mus eſt libertatis,ſicut & dñs in euangelio dicit:Si permanſeritis in uerbo meo uos agnoſcetis ueritatẽ, & ueritas liberabit uos. Ergo Aegyptus domus eſt ſeruitutis, Iudæa uero & Hieruſalem domus eſt libertatis.Audi & apoſtolũ de his ſecundũ ſapien
Gal.4 tiam quæ ei in miniſterio data fuerat,pronuntiantẽ:Quæ autẽ ſurſum eſt,inquit, Hieruſalem,libera eſt,quæ eſt mater omnium noſtrum. Sicut ergo Aegyptus iſta terrena prouincia filijs Iſrael domus dicitur ſeruitutis, ad comparationem Iudææ & Hieruſalem,quæ eis domus efficitur libertatis:ita ad comparationem cœleſtis Hieruſalem, quæ(ut ita dicam)mater eſt libertatis,totus hic mundus,& omnia quæ in hoc mundo ſunt,domus eſt ſeruitutis.Et quoniam de paradiſo libertatis pro pœna peccati ad huiuſmodi uentum fuerat ſeruitutem,idcirco primus ſermo Decalogi,id eſt prima mandatorum dei uox de libertate profertur,dicens:Ego ſum dominus Deus tuus,qui eduxi te de terra Aegypti de domo ſeruitutis. Hanc uocem in Aegypto poſitus, audire non poteras,etiam ſi tibi iniungatur ut paſcha facias,etiã ſi accingaris lumbos, & ſandalia accipias in pedibus,etiam ſi uirgam teneas in manu,& azyma cum amaritudine comedas.Et quid dico in Aegypto poſitus hæc audire non poteras? Sed ne inde quidem profectus in prima ſtatim manſione hæc audire potuiſti, nec in ſecunda, nec in tertia,nec cum tranſires rubrum mare,etiam ſi ad Merrham ueneris,& fuerit tibi amaritudo in dulcedinem uerſa,etiam ſi in Helim ueneris ad duodecim fontes aquarum,& LXX arbores palmarum,etiam ſi Raphidim præterieris cęteroſq; profectus aſcenderis,nondum ad huiuſcemodi uerba idoneus iudicaris, ſed cum perueneris ad montẽ Sina.Multis ergo ante laboribus peractis, multis erumnis, & tentationibus ſuperatis,uix aliquando mereberis præcepta ſuſcipere libertatis, & audire à domino: Ego ſum dñs deus tuus,qui eduxi te de terra Aegypti,de domo ſeruitutis.Verũ hic ſermo nondum ſermo mandati eſt,ſed quis ſit qui mandat,oſtendit. Nũc ergo uideamus qd ſit initium decem mandatorũ legis,& ſi nõ occurrimus ad omnia, initia ſaltem prout dñs dederit,explicemus.Primum ergo mandatum eſt. Non erunt tibi dij alij, præter me.Et poſt hoc ſequitur: Non facias tibi idolum, neq; ullam ſimilitudinẽ, quæcunq; in cœlo ſurſum ſunt,& quæcunq; in terra deorſum ſunt,& quęcunq; ſunt in aquis ſubtus terram,& nõ adorabis illa,neq; coles illa.Ego eñ ſum dñs deus tuus,deus zelans, qui reddo peccata patrũ in filios in tertiam & quartã progeniem ijs qui oderunt me, & faciẽs miſericordiã in milia ijs,qui diligunt me,& qui ſeruant præcepta mea.] Hæc omnia ſimul nõnulli putant eſſe unum mandatũ.Quod ſi ita putetur,non cõplebitur decẽ numerus mandatorũ. Et ubi iam erit decalogi ueritas? Sed ſi eo modo dirimaẽ, quo & nos in ſuperiori pnunciatione diſtinximus,integer decẽ mandatorũ numerus apparebit.Eſt ergo primũ mandatũ:Nõ erũt tibi dij alij præter me.Secundũ uerò:Nõ facies tibi idolũ,neq; ullam ſimilitudinẽ,&c.Incipiamus ergo à primo mãdato.Sed & ego auxilio indigeo ipſius qui hæc præcepit dei,ad dicẽdũ,& uos purgatioríb.egetis auribus ad audiendũ.Si quis ergo ueſtrũ habet aures audiẽdi, audiat quomodo dictũ eſt,nõ erũt tibi dij alij,præter me.Si dixiſſet nõ ſint dij præter me,abſolutior ſermo uideretur.Nũc autem quia dicit,non erũt tibi dij alieni præter me,nõ negauit quia ſint,

ſed ne

sed ne illi sint cui hæc præcepta dant, inhibuit. Hinc puto apostolũ Paulũ sumpsisse il
lud, quod ad Corinthios scripsit, dicens: Siquidẽ sunt qui dicunt dij, siue in cœlo, siue 1.Cor.8
in terra, & addit. Et sicut sunt dij multi, & domini multi. Nobis tamẽ unus deus pater,
ex quo omnia, & nos per ipsum, & unus dñs Iesus Christus per quẽ omnia, & nos per
ipsum. Sed & in multis alijs inuenies scripturæ locis deos nominari, sicut & alibi dicit:
Quoniã deus summus, terribilis, & rex magnus super oẽs deos. & deus deorum dñs
loquutus est. & In medio aũt deos discernit. De dominis idẽ apostolus dicit, Siue thro Col.1
ni, siue dominationes, siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt. Domina
tiones aũt nihil aliud sunt, q̃ ordo quidã & multitudo dominorũ. In quo (ut mihi uide
tur) sensum legis lucidiorẽ fecit apostolus Paulus. Tale est enim quod dicit. Licet sint
multi domini, qui alijs gentib. dominent, & dij multi, qui ab alijs colant, sed nobis u-
nus deus, & unus dñs. Quid aũt causæ sit in dijs multis, uel dominis multis, si intẽte, &
patienter auditis, ipsa nos scriptura poterit edocere. Ait enim idẽ Moses in Deutero-
nomij cantico. Cũ diuideret, inquit, excelsus gentes, & dispergeret filios Adæ, statuit Deut.32
terminos gentiũ secundũ numerũ angelorũ dei, & facta est portio domini populus e-
ius Iacob, funiculus hereditatis eius Israel. Angelos igitur, quib. regendas gẽtes com-
misit excelsus, uel deos appellari, uel dominos cõstat. Deos quasi à deo datos, & do-
minos quasi à domino sortiti sint potestatẽ. Vnde & dñs dicebat ad angelos qui non
seruauerũt suũ principatũ. Ego dixi, dij estis, & filij excelsi oẽs. Vos aũt ut homines Psal.82
moriemini, & sicut unus de principibus cadetis: imitãtes scilicet diabolũ, qui princeps
omniũ factus est ad ruinã. Vnde cõstat quod execrabiles illos fecit præuaricatio, non
natura. Tibi ergo ô populus Israel, qui pars dei es, qui funiculus hæreditatis eius effe-
ctus es, nõ erũt, inquit, alij dij præter me. Quia uere deus unus est deus, & uere dñs u-
nus est dñs. Cæteris uerò, qui ab ipso creati sunt, cõtulit nomẽ istud nõ natura, sed gra
tia. Verũ ne existimes hæc tantũ ad illũ dici Israel, qui secundũ carnẽ natus est, multo
magis hæc ad te dicunt, qui Israel effectus es, mente deũ uidendo, & circũcisus es cor-
de, nõ carne. Nã & si in carne gẽtes sumus, in spiritu Israel sumus, propter eũ qui dixit: Psal.2
Pete à me & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & possessionẽ tuã terminos terræ. Et p-
pter eũ qui iterũ dixit: Pater oẽia mea tua sunt, & tua mea sunt, & glorificatus sum in Ioan.17
his, si tamen ita agas, ut dignus sis pars esse dei, & in funiculo hæreditatis eius metiri.
Alioqui si indigne agas, exẽplo sint tibi illi, qui ad hoc uocati fuerãt, ut essent pars dei,
& peccatis suis hoc meruerũt, ut dispergerent per omnes gentes. Et qui prius educti
fuerant de domo seruitutis, nũc rursum (quia qui peccat seruus est peccati) non iã Æ-
gyptijs solis, sed omnib. gentibus seruiũt. Ergo dicit & tibi, qui per Iesum Christũ exi
sti de Ægypto, & de domo seruitutis eductus es, non erunt tibi dij alij præter me. Post
hæc uideamus quid etiã secundũ uidet continere mandatũ. Non facies tibi ipsi idolũ,
neq; omnẽ similitudinẽ eorum quæ sunt in cœlo, uel quæ in terra, uel quæ in aquis, &
quæ subtus terrã.] Longe aliud sunt idola, & aliud dij, sicut ipse nos nihilominus Apo
stolus docet. Nã de dijs dixit: Sicut sunt dij multi, & dñi multi. De idolis aũt dicit, quia
nihil est idolũ in mundo. Vnde mihi uidetur non transitorie hęc legisse quæ lex dixit.
Vidit enim differentiã deorũ, & idolorum: & rursum differentiã idolorum, & similitu
dinũ. Nam qui de idolis dixit quia non sunt, non addit quia similitudines nõ sunt. Hic
autẽ dicit, Nõ facies tibi ipsi idolum, neq; similitudinem omniũ. Aliud est ergo facere
idolũ, aliud similitudinẽ. Et si quidem dominus nos ad ea quæ dicẽda sunt illuminare
dignet, ego sic arbitror accipiẽdũ: quod (uerbi causa) si quis in quolibet metallo auri,
uel argenti, uel ligni, uel lapidis faciat speciẽ quadrupedis alicuius, uel serpentis, uel
auis, & statuat illã adorandã, nõ idolũ, sed similitudinẽ fecit. Vel etiã si picturã ad hoc
ipsum statuat, nihilominus similitudinẽ feciſſe dicendus est. Idolum uerò facit ille, qui
secundũ Apostolũ dicentẽ, quia idolũ nihil est, facit quod non est. Quid est aũt quod 1.Cor.8
non est? Species quam non uidit oculus, sed ipse sibi animus fingit. Verbi gratia, ut si Idolum quid
quis humanis mẽbris caput canis, aut arietis formet, uel rursum in uno hominis habi- proprie
tu duas facies fingat, aut humano pectori postremas partes equi, aut piscis adiungat:
hæc & ijs similia qui facit, nõ similitudinẽ, sed idolũ facit. Facit emm quod nõ est, nec ha
bet aliquid simile sui. Et idcirco hęc sciẽs apostolus, dicit, quia idolũ nihil est in mũdo.

Non enim aliqua ex rebus extantibus adsumit̃ ſpecies,ſed quod ipſa ſibi ocioſa mens & curioſa repererit. Similitudo uerò eſt, cũ aliquid ex his quæ ſunt uel in cœlo uel in terra,uel in aquis,format̃,ſicut ſuperius diximus. Verũtamẽ nõ ſicut de ijs quæ in terra ſunt,uel in mari ſimilitudinib.in promptu eſt pronũciare,ita etiã de cœleſtibus:niſi ſi quis dicat de Sole,& Luna,& ſtellis hoc poſſe ſentiri.Et horum nanq; formas exprimere gentilitas ſolet.Sed quia Moyſes eruditus erat in omni ſapiẽtia Ægyptiorũ,etiã ea quæ apud illos erant in occultis &recõditis,prohibere cupiebat:ſicut(uerbi cauſa, ut nos quoq; appellationibus utamur ipſorũ) Hecaten quã dicũt,aliasq; dæmonũ formas,quæ Apoſtolus ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus uocat.De ipſis fortaſſis & propheta dicit,quia inebriatus eſt gladius meus in cœlo.His em̃ formis,& ſimilitudinib. inuocare dæmonia moris eſt ijs,quibus talia curæ ſunt, uel ad repellẽda,uel etiã ad uitanda mala,quæ nunc ſermo Dei uniuerſa cõplectens ſimul abiurat,& abijcit,&non ſolum idolũ fieri uetat,ſed & ſimilitudinẽ omnium quæ in terra ſunt, & in aquis,& in cœlo.Addit aũt & dicit:Non adorabis ea,neq; coles ea.] Aliud eſt colere,aliud adorare.Poteſt quis interdũ & inuitus adorare,ſicut nonnulli regibus adulantes, cũ eos ad huiuſcemodi ſtudia deditos uiderint,adorare ſe ſimulant idola, cũ in corde ipſorũ certum ſit quia nihil eſt idolũ.Colere uerò eſt,toto his affectu & ſtudio mancipari.Vtrũque ergo reſecat ſermo diuinus,ut neq; affectu colas,neq; ſpecie adores.Sciendum tñ eſt,quod cũ decreueris præcepti eius ſeruare mandatũ,& omnes cæteros deos & dominos repudiare,& præter unum deũ & dominum neminem habere uel deũ uel dominũ,hoc eſt bellũ ſine fœdere denunciaſſe omnibus cæteris. Cum ergo uenimus ad gratiã baptiſmi,uniuerſis aliis diſs & dominis renunciantes, ſolum cõfitemur Deum patrem,& filiũ & ſpiritum ſanctum.Sed hoc confitentes,niſi toto corde diligamus dominum deum noſtrũ,& tota anima,& tota uirtute adhæreamus ipſi, nõ ſumus effecti pars domini:ſed uelut in confinio quodã poſiti,& illos offenſos patimur, quos refugimus,& dominũ ad quẽ cõfugimus propitium non efficimus, quem non ex toto & in tegro corde diligimus.Et ideo luget nos propheta,quos uidet huiuſcemodi inconſtãtia fluctuare,& dicit: Vęh duplices corde & animo.Et iterũ: Vſquequo claudicatis utriſq; genib.ueſtris?Sed & Apoſtolus Iacobus dicit: Vir duplex animo inconſtans eſt omnibus uijs.Sumus ergo nos,qui nõ integra nec perfecta fide ſequimur deũ noſtrũ, & ab alienis receſſimus diſs,uelut in medio quodã confinio poſiti:& ab alienis quaſi fugaces cædimur,& à noſtro domino tanquã inſtabiles & dubij nõ defendimur. An non hoc eſt,quod & prophetæ ſimpliciter imaginant̃ de amatoribus Hieruſalẽ,cũ dicũt,qa amatores tui ipſi inimici facti ſunt tibi? Ita ergo intellige & animæ tuę multos fuiſſe amatores,qui delectati ſunt decore eius,cũ quib. meretricata eſt. De quibus & dicebat:Poſt amatores meos ibo,qui dant mihi uinũ meũ,& oleũ meũ,& cætera. Sed uenit iam illud tempus,ut diceret:Reuertar ad uirũ meum priorẽ,quia melius mihi erat tunc,q; modo.Regreſſa es ergo ad uirum tuũ priorem, offendiſti ſine dubio amatores tuos cũ quibus adulteria cõmittebas.Niſi ergo nũc tota fide permaneas cũ uiro tuo,& toto ei ore glutineris,ex multis ſceleribus quæ cõmiſiſti ſuſpecta es ei, omnis motus tuus,& aſpectus tuus,ipſe etiã inceſſus ſi fuerit negligentior,diſplicebit. Nihil ultra in te laſciuũ uidere,nihil diſſolutũ & prodigũ poteſt. At ubi parum quidẽ à uiro tuo diuerteris oculos,ſtatim neceſſe eſt memoriã fieri priorũ. Vt ergo priora deleas, et fides tibi poſſit haberi in reliqs,non modo agendũ tibi nihil eſt impudicũ,ſed ne cogitandũ quidẽ.Vide enim quod ſcriptum eſt. Cum,inquit,immundus ſpiritus exierit ab homine,uadit per loca arida,quærit requiẽ,& non inuenit.Tunc dicit:Reuertar in domum meã unde exiui.Et ſi ueniens inuenerit eam uacãtem, mundatã, & ornatam, uadit,& adducit ſecũ alios ſeptem ſpiritus nequiores ſe,& intrans in domũ illam habitat in ea.Et erunt nouiſſima hominis illius peiora prioribus. Hæc ſi aduertamus, qũo poſſumus uel in paruo negligentiæ locũ dare?Habitauit enim in nobis immũdus ſpiritus,antequã crederemus,anteq; ueniremus ad Chriſtũ, cũ adhuc (ut ſuperius dixi) fornicaret̃ anima noſtra à deo,& eſſet cũ amatorib.ſuis dæmonib.Sed poſteaq; dixit, reuertar ad uirũ meum priorẽ,& uenit ad Chriſtũ,qui eam ex initio ad imaginem ſuã creauit,neceſſario locũ dedit adulter ſpiritus,ubi uidit legitimũ uirũ. Suſcepti ergo ſumus

ἄσπονδος πόλεμος

Eph.6

Eccl.2

3 Reg.18

Iacob.1

Oſee 2

Luc.11

mus à Christo,& mũdata est domus nostra à peccatis prioribus,& ornara est ornamẽ tis sacramentorũ fideliũ,quæ norunt qui initiati sunt. Sed nõ statim domus hæc habi tatorẽ habere Christũ meretur,nisi sit uita eius & conuersatio ita sancta, ita pura,& in contaminabilis,ut templũ dei esse mereatur.Non enim domus adhuc,sed templũ esse debet in quo habitet deus.Si ergo acceptã gratiã negligat, & implicet se negotijs secularibus,cõtinuo spiritus ille immũdus redit,& uẽdicat sibi domũ uacantẽ. Et ne ite rum possit expelli,alios secũ septẽ spiritus adhibet nequiores,& fiũt nouissima huiusmodi hominis peiora prioribus:quia tolerabilius fuerat non rediisse ad uirũ priorẽ ani mã semel meretricantẽ,quã egressam post confessionẽ uiri,rursum adulterã fieri.Nul la ergo societas,sicut dicit Apostolus,tẽplo dei cũ idolis,nulla cõsonantia Christo & 2.Cor.6
Belial.Si dei sumus,tales esse debemus ut cõpleatur illud quod dicit de nobis Deus. Leuit.26
Quia habitabo in eis,& in eis ambulabo, & ipsi erunt mihi in populũ.Et sicut alio loco propheta dicit:Exite de medio eorũ,& separamini,dicit dñs, qui portatis uasa do- Esa.52
mini.Exite,& immũdũ nolite contingere,& ego recipiã uos, & ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias,dicit dñs omnipotens.Propterea ergo dicit:nõ erũt tibi dij alij præter me,nec facies tibi ipsi idolũ,neq; similitudinẽ ullam quæcũq; in cœlo sunt,& quæcunq; in terra,& quæ in aquis,non adorabis eos,neq; coles eos.Ego enim sum dominus Deus tuus,deus zelans. Vide benignitatẽ Dei, qũo ut nos doceat, & perfectos faciat,ipse fragilitatẽ humanorum non recusat affectuum. Quis enim audiens Deum zelantem non continuo miretur,& humanæ fragilitatis uitiũ putet? Sed omnia propter nos agit & patit̃ Deus:& ut possimus edoceri, notis & usitatis affectibus nobis loquit̃. Videamus ergo quid est hoc quod dicit, quia Deus zelãs ego sum. Sed ut contemplari facilius possint diuina,de humanis,secundũ ea quæ superius disseruimus,doceamur exemplis.Omis mulier aut sub uiro est,& subiecta legibus uiri:aut meretrix est,& utitur libertate peccãdi. Qui ergo ingreditur ad meretricem,scit se ad eam ingressum esse mulierẽ quæ prostituta est, & cunctis uolentibus patet:& ideo indignari non potest,si cum ea etiam alios uidet amatores.Qui uerò legitimo utitur matrimonio,nõ patit̃ in uxore potestatem peccandi,sed accenditur zelo ad castitatẽ matrimonij conseruandam,quo possit ex ea fieri legitimus pater. Hoc ergo exẽplo intelligamus omnẽ animam,aut prostitutã esse dęmonibus,& habere plurimos amatores, ita ut intret ad eã modo quidẽ spiritus fornicationis,illo discedente intret spiritus auaritiæ,post hũc ueniat superbiæ spiritus,inde iræ,inde inuidiæ, post etiã uanę gloriæ,aliijq; cũ eis plurimi spiritus immundi. Isti aũt omnes ita cũ infideli anima meretricant̃, ut alter alteri non inuideat,nec zelotypia moueantur adinuicẽ. Et quid dico quod alter alterũ non excludat? imò & inuitant se inuicem,& sponte se cõuocant,sicut paulo ante iam diximus,qd̃ in Euangelio scriptũ est de illo spiritu qui exĩt ab homine,& re Matth.12
gressus adduxit secũ septẽ alios nequiores se spiritus, ut in una anima simul habitarẽt. Sic ergo nullã zelotypiã amatorũ suorũ patit̃ anima, quæ dæmonibus prostituta est. Si uerò legitimo cõiuncta sit uiro illi uiro cuius matrimonio Paulus animas cõiungit & sociat,sicut & ipse dicit,Statui em̃ uos uni uiro uirginẽ castã exhibere Christo:& de 2.Cor.11
quo in Euangelijs scriptũ est,quia rex quidam fecit nuptias filio suo:in huius ergo uiri nuptias cum se anima dederit,& legitimo eũ sortita fuerit matrimonio, etiã si fuit aliquando peccatrix,etiã si meretricata est,tamen si se huic uiro tradidit,ultra eã peccare non patitur.Non potest ferre ut rursum anima quæ se sortita est uirũ, alludat cũ adulteris,quia excitat̃ super eam zelus eius uiri,& defendit cõiugij castitatẽ.Et ideo zelãs dicitur dñs,quia animam sibi mancipatã nõ patitur dæmonibus admisceri. Alioquin si eam uiderit temerantẽ iura coniugij,& occasionẽ quærere ad peccandũ, tũc(ut scriptum est)dat ei libellũ repudij,& dimittit eam dicens: Vbi est libellus repudij matris uestrę quo dimisi eam? Quibus etiã addit & dicit.Ecce peccatis uestris uenũdati estis, Esa.50
& propter iniquitates uestras dimisi matrẽ uestrã. Hæc qui loquit̃ zelans est,& zelo cõmotus hæc dicit:post agnitionẽ em̃ sui, post illuminationẽ uerbi diuini, post gratiã baptismi,post confessionẽ fidei,& tot tantisq; sacramẽtis matrimoniũ confirmatũ,nõ uult nos ultra peccare,nõ patit̃ animã cuius ipse uel sponsus,uel uir appellat̃,cum dęmonibus ludere,scortari cũ immundis spiritibus, cum uitijs & immunditijs uolutari.

Quod

Quod & si forte aliqualiter eueniat infeliciter, saltē ut conuertatur, & redeat & pœni
teat, miseratus expectat. Nouū em̄ hoc bonitatis eius est genus, ut etiā post adulteriū
reuertertentē, tamē ex toto corde pœnitētē suscipiat animā. Sicut & ipse per prophe
Hier.3 tam dicit. Nunquid mulier si exierit à uiro, & dormierit cū alio uiro, reuertetur ad uirū
suum? Nónne cōtaminatione cōtaminabitur? Tu aūt fornicata es cū amatoribus mul
Ibid. tis, & reuertebaris ad me. Itē alibi dicit: Et posteaq̄ fornicata es in om̄ibus his, dixi, re
uertere ad me: & nec sic reuersa es, dicit dominus. Hic ergo deus zelās si requirit & de
siderat animā tuā adhærere sibi, si te seruat à peccato, si corripit, si castigat, si indigna-
tur, si irascit̄, & uelut zelotypia quadā erga te utit̄, spē tibi esse salutis agnosce. Si uerò
castigatus nō resipiscis, correctus non emendaris, uerberatus contēnis, scito q̄ eousq̄
peccando profeceris, discedit à te zelus eius, & dicet̄ tibi illud, qđ per Ezechielē pro
Ezech.16 phetā ad Hierusalē dicitur. Propterea discedet zelus meus à te, & non irascar ultra su
per te. Vide misericordiā & pietatē boni dei, quando uult misereri, & indignari se di-
Hier.6 cit, & irasci, sicut per Hieremiā dicit. Dolore & flagello castigaberis Hierusalē, uti ne
abscedat anima mea abs te. Hæc si intelligis miserātis dei uox est: ubi irascit̄ & zelat̄,
ibi adhibet dolores & uerbera. Flagellat em̄ omnē filiū quē recipit. Vis aūt audire in-
dignantis dei terribilē uocē? Audi quod dicit per prophetā. Cum enumerasset multa
Osee 4 nefanda quæ cōmiserat populus, addit etiā hæc. Et propter hoc, inquit, nō uisitabo su
Ira dei im= per filias uestras cū fornicantur, neq̄ super nurus uestras cum mœchantur. Hoc est ter
placabilis ribile, hoc extremū, cum iam non corripimur pro peccatis, cū iam nō corrigimur de-
linquentes. Tunc enim cum excesserimus peccādi modū, Deus zelans auertit à nobis
Ezech.16 zelum suū, sicut superius dixit: Auferetur enim zelus meus à te, & non irascar super te
ultra. Hæc de eo quod dictū est, Deus zelans. Videamus nunc & quod sequitur, quo-
modo reddi dicunt̄ peccata patrum in filios in tertiam & quartam progeniem. In hoc
em̄ sermone solent nos hæretici suggillare, quod nō sit boni dei sermo, qui pro pecca
tis alterius aliū plecti dicat. Sed secundū ipsorum rationem, qui dum legis mandatum
licet non bonum, iustum tamen dicunt, ne ipsi quidem possunt ostendere qūo secun-
dum sensum suū iustitiæ suæ cōuenire uideatur, si alius alio peccante puniatur. Super-
est igitur ut dominum deprecemur, ostendat nobis qūo præcepta hæc iusto bonoq̄
Quomō alius conueniāt Deo. Sæpe iam diximus quod scripturæ diuinæ nō omnia ad exteriorē ho
pro alio pu= minem, sed perplura ad interiorē loquuntur. Interior igitur homo noster, aut Deū di-
nitur cit̄ habere patrem, si secundum deū uiuit, & quæ dei sunt agit, aut diabolū si in pec-
catis sit, & uoluntates illius gerit. Sicut euidenter in euangelijs Saluator ostēdit, cū di-
Ioan.8 cit: Vos de patre diabolo estis, & desideria patris uestri facere uultis. Ille homicida fuit
ab initio & in ueritate nō stetit. Sicut ergo semē dei in nobis dicitur manere, cū uerbū
1.Ioan.3 dei seruantes in nobis non peccamus, ut Ioannes dicit, Qui aūt ex deo est, nō peccat,
quia semen dei manet in eo: ita etiā cū à diabolo ad peccandū suademur, semē eius effi
cimur. Cum uerò etiā implemus quod suaserit, tūc iam & genuit nos. Nascimur enim
ei filij per peccatū. Verum quoniam peccantes uix ferè accidit ut sine adiutore pecce
mus, sed aut ministros peccati, aut adiutores semper requirimus: uerbi causa, si adulte
riū quis molitur, non potest hoc solus admittere, sed necesse est etiā adulterā consortē
fieri sociāq̄ peccati: tunc præterea etsi non plures, esse tamen necesse est aliquē uel ali
quam in ministerijs ad societatē peccati: qui omnes uelut unus ex altero secundū per
suasionis ordinem generati, ex patre diabolo noxiæ natiuitatis progeniē ducūt. Et ut
ad ea quæ scripta sunt ueniamus, dn̄s maiestatis Iesus Christus Saluator noster crucifi
xus est, huius piaculi auctor & pater sceleris sine dubio diabolus est. sic enim scriptum
Ioan.13 est: Cum aūt introijsset diabolus in cor Iudæ Scariotis, ut traderet eū. Pater ergo pec-
cati diabolus est. Iste in hoc scelere primū filium generat Iudā, sed solus hoc Iudas im
plere non poterat. Quid ergo scriptū est? Abijt, inquit, Iudas ad scribas, & pharisæos,
Matth.26 & ad pontifices, dicēs eis: Quid mihi datis, & ego uobis eum tradā? Nascitur ergo ex
Iuda generatio tertia & quarta peccati. Et hunc ordinem deprehēdere poteris etiā in
singulis quibusq̄ peccatis. Nunc ergo uideamus secundū hanc quam diximus proge
niem, quomodo deus peccata patrum reddat in filios in tertiā & quartā progeniē, &
in ipsos nō reddat patres. Nihil em̄ de patribus dixit deus. Diabolus ergo qui peccādi

iam

iam modũ excessit, sicut propheta dicit, quemadmodũ uestimentũ in sanguine concretũ non erit mundũ, ita & ipse non erit mũdus in hoc seculo neq; corripitur pro peccato, neq; flagellatur. Omnia nanq; ei seruata sunt in futurum. Vnde & ipse sciens sibi istud statutũ tempus esse pœnarũ, dicebat ad saluatorẽ. Quid uenisti ante tempus torquere nos? Dũ ergo stat hic mũdus, peccata sua nõ recipit diabolus, qui est peccantiũ pater. Redduntur autẽ in filios, id est, in eos quos genuit per peccatũ. Etẽm homines in carne positi, corripiuntur à domino, uerberantur, flagellantur. Non enim uult dñs mortẽ peccatoris, sed ut reuertat, & uiuat. Et propterea benignus & misericors dominus reddit peccata patrũ in filios. Vt quoniã patres, id est, diabolus & angeli eius, cęteriq; principes mundi huius ac rectores tenebrarũ harũ: & ipsi enim efficiuntur patres peccati, sicut & diabolus: quoniã in quã patres isti indigni sunt qui in præsenti seculo corripiant, sed in futuro recipient quæ merent: filij eorũ, id est quos peccare persuaserint, & qui nihilominus per ipsos adsciti fuerint ad consortiũ societatẽq; peccati, hic recipiãt quæ gesserũt: ut purgatiores ad futurũ seculũ pergãt, & ultra diabolo socij nõ efficiant in pœna. Quia ergo misericors est dñs, & oẽs homines uult saluos fieri, propterea dicit, Visitabo in uirga ferrea facinora eorũ, & in flagellis peccata eorũ. Misericordiã autẽ meã non auferã ab eis. Visitat ergo dñs animas, & requirit, quas iste pessimus persuasione peccati genuerit pater, & dicit ad unãquanq; earũ, Audi filia & uide & inclina aurem tuã, & obliuiscere populum tuũ, & domũ patris tui. Visitat ergo te post peccatũ, & cõmonet te, & in flagello & uirga te uisitat pro peccatis, quæ tibi pater diabolus suggessit, ut reddat tibi illud in sinũ, id est, dũ in corpore degis. Et sic cõpletur, reddit peccata patrũ in sinus filiorũ in tertiã & quartam progeniem. Deus eñ zelans est, & animã quã sibi despondit in fide, nõ uult illã permanere in cõtaminatione peccati: sed uult eã cito purgari, uult eã uelociter abijcere omnes immũditias suas, sicui forte subreptũ est. Si uerò permanet in peccatis, & dicit, Non audiemus uocẽ domini, sed faciẽtes faciemus uolũtates nostras, & incẽdemus ignẽ reginæ cœli, sicut exprobratur per prophetã: tunc seruantur etiã ipsi ad illã sapientiæ sententiã, quæ dicit, Quoniã quidẽ uocabã, & nõ obaudiebatis, sed irridebatis sermões meos: itaq; & ego uestræ perditioni superridebo. Vel illã quæ posita est illis in Euangelio, dicente domino: Discedite à me in ignẽ æternũ, quẽ præparauit deus diabolo, & angelis eius. Ego opto ut dũ in hoc seculo sum, uisiter dñs peccata mea, & hic mihi restituat, ut ibi dicat etiã de me Abrahã, sicut dixit de paupere Lazaro ad diuitẽ: Memẽto fili quod recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Nũc aũt hic requiescit, tu uerò cruciaris. Propterea ergo cũ corripimur, cũ castigamur à domino, esse nõ debemus ingrati, sed intelligamus, ppterea nos in præsenti seculo corripi, ut in futuro requiẽ cõsequamur, sicut & Apostolus dicit. Cũ aũt castigamur à domino, corripimur, ne cum hoc mũdo dãnemur. Propterea denicq; & beatus Iob libẽter suscipiebat cuncta supplicia, & dicebat: Quia si bona accepimus de manu domini, nõne & mala tolerabimus? Dñs dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factũ est, sit nomẽ domini benedictũ. Reddit aũt & misericordiam in milia ijs qui diligunt eum. Qui enim diligunt, correptione non indigent, neq; enim peccant, sicut & dominus dicit: Qui diligit me, mandata mea custodit. Et ideo perfecta dilectio foras mittit timorem. Ob hoc ergo diligentibus sola misericordia posita est, Beati enim misericordes, quia ipsis miserebit Deus, in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Esa.9 *Caue Matth.8* *Ezech.33* *Psal.89* *Psal.45* *Hier.7* *Prouerb.1* *Matth.25* *Luc.16* *1.Cor.11* *Iob.1* *Ioan.14* *Matth.5*

De Tabernaculo. Homilia IX Cap. XXVI. XXVII. XXVIII

Si quis digne intelligat, uel ex Ægypto Hebræorum profectionẽ, uel transitum maris rubri, sed & omnem hanc uiam, quæ agitur per desertũ, & mansiones singulas quasq; castrorum: si horum ita extiterit capax, ut etiam legem dei suscipiat scriptam non atramento, sed spiritu dei uiui: si quis inquam ad hæc ita per ordinem profectuum perfecte ueniat, ut singula quæq; implens in spiritu assecutus sit & ea quę in his indicantur augmenta uirtutũ: ille poterit consequenter etiã ad uisionem, & intelligentiã tabernaculi peruenire. De quo tabernaculo multis quidẽ in locis memorant scripturæ diuinæ, & indicare quædã uidentur, quorũ uix capax esse possit

esse possit humanus auditus: præcipue tamẽ Apostolus Paulus de intelligentia tabernaculi quædam nobis prodit scientiæ excelsioris indicia. Sed nescio quo pacto fragilitatẽ fortassis intuens auditorũ, claudit quodãmodo ipsa quæ pandit. Dicit nanq; ad
Heb.9 Hebræos scribens: Tabernaculũ enim factũ est primũ, in quo erat candelabrũ, & propositio panũ, quod dicebatur sancta sanctorũ. Post secundum autem uelamẽ, tabernaculum quod dicitur sanctum, habens aureum altare incensi, & arcã testamenti, & intra eam duas tabulas, & manna, & uirgam Aaron quæ fronduerat. Sed ijs addidit, De quibus nõ est modo dicendũ per singula. Quod ergo ait, de quibus non est modo dicendũ, quidam ad illud tempus referunt quo Hebræis scribebat epistolam. Alijs uerò uidetur, quòd pro mysteriorũ magnitudine omne tempus præsentis uitæ ad hæc explananda idoneũ neget. Verum non usquequaq; tristes nos relinquit Apostolus, sed ut sibi moris est, aperit pauca de multis: ut clausum sit quidem negligentibus, inuenia tur aũt à pulsantibus, & quærentibus aperiatur. Repetit ergo rursum de tabernaculo, & dicit. Non enim in sancta manu facta ingressus est Iesus exemplaria uerorũ, sed in ipsum cœlũ, ut appareat nũc uultui dei per uelamen, id est per carnẽ suã. Qui ergo uelamen interioris tabernaculi, carnẽ Christi interpretatus est, sancta aũt ipsum cœlum, uel cœlos, Dominũ uerò Christum pontificẽ, eumq; dicit introijsse semel in sancta, æterna redemptiõe inuẽta, ex his paucis sermonibus, si quis intelligere nouit Pauli sensum, potest aduertere quantũ nobis intelligentiæ pelagus patefecerit. Sed qui satis amant literã legis Moysi, spiritũ uerò eius refugiunt, suspectum habent Apostolũ Paulum interpretationes huiusce modi proferentẽ. Videamus ergo si non etiam ueterum sanctorũ aliqui opinionem tabernaculi longe aliam, quàm isti nũc existimant, habuerẽ. Dauid nanq; eximius prophetarum, quàm magnifice de tabernaculo sentit, auscul
Psal.42 ta. Dum dicitur, inquit mihi per singulos dies, ubi est deus tuus? hęc memoratus sum, & effudi in me animã meam, quoniã ingrediar in locum tabernaculi admirabilis, usq; ad domũ dei. Et iterũ quartodecimo psalmo dicit: Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingredit sine macula, & operat iustitiã, &c. Quis ergo est iste locus tabernaculi admirabilis, ex quo peruenit usq; ad domũ dei, cuius quia memor factus est, effusa est in ipso anima eius, & uelut quodã intolerabili desiderio resolutus est? Ita ne tandẽ credẽdũ est, quia istud tabernaculũ quod ex pellib. & cortinis, atq; operimentis cilicijs, alijsq; nostri usus materijs cõstabat, propheta desiderans effunderetur animo, ac tota mente corrueret? Vel certe qũo uerum erit de isto dici tabernaculo quod non habitet in eo nisi innocens manibus, & mũdo
1.Reg.2 corde, qui non accepit in uanũ animam suam: cum Regnorum prodat historia habi-
1.Reg.4 tasse in tabernaculo dei sacerdotes pessimos filios pestilẽtiæ, & ipsam quoq; arcã testamẽti ab Allophylis captã, apud impios & prophanos fuisse detentã? Ex quibus omnibus cõstat longe alio sensu Prophetã sentire de tabernaculo hoc, in quod dicit quòd nõ habitet in eo nisi innocẽs manibus, & mũdo corde: & qui non accepit in uanũ animã suã, nec fecit proximo suo malũ, & opprobrium non accepit aduersus proximum suum. Talem ergo oportet esse huius habitatorem tabernaculi, quod finxit dominus & nõ homo. Sed ueniamus etiã ad euangelia, si quid in ipsis dici de tabernaculis inuenimus, ut per sententiã domini indubitatũ possit esse quod quærimus. Inuenimus ergo ipsum saluatorẽ Iesum Christũ tabernaculum non unum, sed plura memorantẽ, &
Luc.16 non temporalia, sed æterna, cũ dicit: Facite uobis amicos de iniquo Mammona, ut cũ defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Audisti pronũciantẽ dominũ æterna esse tabernacula, audi nũc & apostolũ dicentẽ. Tabernaculum nostrũ quod de cœlo est, & superindui cupientes. Nondũ tibi ex his omnibus iter aperitur, quod derelicta terra sequens propheticũ & apostolicũ sensum, & (quod omniũ maximũ est) sequens uerbũ Christi, tota mente & toto sensu ascendas in cœlum, atq; ibi æterni tabernaculi magnificẽtiã quæras, cuius figura per Moysen adumbratur in terris? Deniq; sic ad eũ etiam dominus dicit: Vide, inquit, omnia facito secundũ figurã, quę tibi ostensa est in monte. Verũ humana mens, & nostra præcipue, qui nos minimos, aut etiam nullos in diuina sapiẽtia nouimus, eousq; fortassis possit accedere, ut sentiat quidẽ hæc, quę diuinis uoluminibus inseruntur, nõ de terrenis, sed de cœlestibus dici, & formas esse nõ

præsentium

præsentium,sed futurorum bonorum,non corporalium,sed spiritaliũ rerũ:quomodo autem horum narratio aptari possit cœlestibus & æternis,nec nostrę mẽsuræ est dicere,nec uestræ(ut opinor)capacitatis audire. Pauca tamẽ si nos orantibus uobis dominus illuminare dignetur,quæ ad ecclesiæ ædificationẽ pertineãt, aperire tentabimus. Iubetur ergo uniuersus populus,unusquisq; pro uiribus cõferens facere tabernaculũ, ut quodammodo omẽs simul unũ sint tabernaculũ.Collatio uerò ipsa non fit necessitate sed sponte.Ait emꝫ dns ad Moysen,ut unusquisq; sicut uisum fuerit cordi eius aurum,argentum,lapides pretiosos,æs,tum præterea byssum, coccum, hyacinthum,& purpurã,pelles etiam arietum rubras,&pelles hyacinthinas,sed & ligna imputribilia, pilos quoq; caprarum ad cõstructionẽ tabernaculi offerat. Mulieres quoq; sapientes in arte textrina requiruntur,& fabri qui aurum uel argentum,uel æs,lapides etiã aptare nouerint,aurum & ligna formare. Tum deinde mensuræ traduntur atriorum. Quæ atria extẽta tentoriis,columnis erecta,seris stabilita, & funibus distenta firmantur. Fiũt præterea quædam uelaminibus distincta, quæ appellãtur sancta, & alia nihilominus secundo dirempta uelamine,quæ dicuntur sancta sanctorũ.Collocatur intrinsecus arca testamenti,supra quam Cherubim extensis alis, secꝫ inuicẽ contingentibus statuunt, ibiq; ex auro uelut basis eis quædam collocatur,ac sedes, quod appellatur propitiatorium,sed & altare aureum incensi. Tum prẽterea in exteriori loco candelabrum ponitur aureũ in parte austri,ut respiciat ad aquilonẽ.In parte uerò aquilonis mensa collocatur,& propositio panum super eam.Necnon & altare holocaustorũ iuxta uelamen interius ponitur.Sed quid ego de his reuoluo per singula? Vix ad hæc tantũ enarranda sufficimus,uix nobis ipsa rerũ materialiũ forma adduci ante oculos potest, & quomodo quis latentia in his mysteria expedire sufficiet? Veruntamẽ causa pro qua fieri deberet tabernaculũ,in superioribus inuenit prædicta, dicente domino ad Moysen: Facietis,inqt,mihi sanctificationẽ,&inde uidebor uobis. Vult ergo deus,ut faciamus ei sanctificationẽ.Promittit emꝫ,quia si fecerimus ei sanctificationẽ, possit à nobis uideri. Vnde & Apostolus ad Hebrẽos dicit:Pacẽ sequimini &sanctificationẽ,sine qua Heb.12
nemo uidebit deũ.Hæc ergo est sanctificatio,quam iubet dominus fieri,quã & Apostolus in uirginibus esse uult,ut sint sanctæ corpore,& spiritu: sciens sine dubio,quod 1.Cor.7
qui fecerit domino sanctificationem per cordis sui & corporis puritatẽ, ipse uidebit deũ.Faciamus ergo & nos sanctificationẽ domino,& omẽs unã,& unusquisq; per singulos unam,ut omnes sanctificationẽ ecclesiam faciamus quæ est sancta,non habens maculam aut rugã, hoc modo si columnas habeat doctores & ministros suos,de quibus dicit Apostolus:Petrus,Iacobus,& Ioannes,qui uidebantur columnæ esse,dextras Gal.1
dederunt mihi & Barnabæ societatis.In tabernaculo ergo hoc, columnæ seris interiectis iunguntur,dũ in ecclesia doctores,datis sibi dextris sociant. Sed columnæ istæ inargentatæ sint,& bases earũ inargentatæ.Binæ autẽ bases columnis singulis deputent. Vna quæ caput dicitur,& superponitur:alia quæ uere basis appellat,& columnę uelut fundamentũ subijcitur.Inargẽtatæ ergo sunt columnæ idcirco, quia qui uerbũ dei prædicant,accipient per spiritũ eloquia domini,quæ sunt eloquia casta,argentũ igne probatum.Isti aũt prædicationis suæ bases habent prophetas.Super fundamentũ emꝫ apostolorũ,& prophetarũ collocantur,quorũ testimoniis utentes, fidem Christi confirmant.Caput autẽ columnarum est ille(ut opinor)de quo dicit Apostolus, quia caput uiri Christus est.Seras uerò columnarũ,societatis apostolicæ datas sibi inuicẽ dextras suprà iã diximus.Tentoria quæ ansulis assuta,& circulis suspensa,atq; innexa funibus,ad modũ cortinarum uiginti & octo in longum,atq; in latum quatuor cubitis distẽduntur,habeatur reliqua credentiũ plebs, quæ hæret & pendet in funibus fidei.Funis enim triplex non rumpitur,quæ est trinitatis fides,ex qua dependet,& per quã sustinet omnis ecclesia.Viginti autẽ & octo cubitorum,quot in longum distenditur,et in latũ quatuor,atrij unius mensura,puto quòd inserta lex euangelijs designet. Septenarius nanq; numerus legẽ significare solet,pro multis septimi numeri sacramẽtis. Si cõsotiat ad quatuor,quater septem consequenter xxviij numerũ faciũt.Decem uerò hæc atria fiũt,ut integrũ perfectionis numerũ teneant, & legis decalogũ signent. Iam uerò cocci,& hyacinthi,byssi,ac purpuræ specie,multa ae diuersa opera explicant.In

de tẽtoria, inde uelũ exterius, & interius, inde tota ſacerdotalis, & pontificalis ueſtis, auro & gẽmis expediẽt adiunctis. Sed ne diutius per ſingularũ demoremur ſpecies uirtutũ, poſſumus breuiter dicere, illa ſignificari per hæc quibus ornaret eccleſia. Fides enim auro cõferri poteſt, ſermo prædicationis eius argento, lapidibus precioſis, ęs patientiæ, lignis imputribilibus ſcientia, quæ per lignũ uenit, aut incorruptio caſtitatis, quæ nunquã ueteraſcit, Byſſo uirginitas, cocco cõfeſſionis gloria, purpuræ charitatis fulgor, Hyacintho ſpes regni cœlorũ. Iſtæ ſint interim materiæ, ex quib. omne tabernaculũ conſtruat, induant ſacerdotes, ornet, & pontifex. Quorũ indumenta quę ſint, uel qualia, in alio loco pronũciat propheta, & dicit. Sacerdotes tui induant iuſtitiam.
Col.3 Sunt ergo omnia iſta indumenta iuſtitię. Et iterũ Paulus Apoſtolus dicit: Induite uos uiſcera miſericordiæ. Sunt ergo indumẽta miſericordiæ. Sed & alia nihilominus Apo
Rom.13 ſtolus indumẽta nobiliora deſignat, cum dicit: Induite uos dominum Ieſum Chriſtũ, & carnis curã ne feceritis ad concupiſcentias. Iſta ſunt ergo indumẽta, quibus ornat eccleſia. Poteſt autẽ & unuſquiſq; noſtrum etiam in ſemetipſo conſtituere tabernaculum deo. Si enim (ut quidã ante nos quoq; dixerunt) tabernaculum hoc totius mundi tenet figurã, mundi autem etiam ſinguli quiq; habere imaginem poſſunt, cur nõ & tabernaculi unuſquiſq; in ſemetipſo formã poſſit explere? Has ergo debet colũnas ſibi aptare uirtutũ, columnas argenteas, id eſt patientiã rationabilem. Poteſt enim eſſe quidem in homine, quæ uideatur patientia, ſed quæ rationabilis non ſit. Nã & qui nõ ſentit iniuriã, & propterea non reddit, patiens uidetur, ſed non eſt rationabilis iſta patiẽtia. Iſte ergo habet quidẽ columnas, ſed non ſunt argentatæ. Qui uerò propter uerbũ dei patit, & fortiter fert, iſte colũnis argenteis decoratus eſt & munitus. Poteſt in ſe & atria diſtendere, cum dilatauerit cor ſuũ, ſecũdum Apoſtoli uocem dicentis ad Corin
2.Cor.6 thios: Dilatamini & uos. Poteſt ſe & ſeris munire, cum ſe unanimitate dilectionis adſtrinxerit. Poteſt ſuper argenteas baſes ſtare, cũ ſuper ſtabilitatẽ uerbi dei, uerbi prophetici & apoſtolici collocat. Poteſt habere in colũna deauratũ caput, ſi caput aureũ ſit ei fides Chriſti. Omnis nãq; uiri caput, Chriſtus eſt. Decẽ uerò atria poteſt in ſemet ipſo diſtendere, cũ non in uno tantũ uerbo legis dilatatur, neq; duobus, aut tribus, ſed in toto decalogo legis ſpiritalis intelligentiæ dilatare amplitudinẽ poteſt, aut fructũ ſpiritus, gaudiũ, pacẽ, patientiã, benignitatem, bonitatem, modeſtiam, fidem, cõtinentiã, adiecta, quæ eſt mater omniũ, charitate, protulerit. Habeat adhuc in ſe anima iſta, quæ non dederit ſomnũ oculis ſuis, nec palpebris ſuis dormitationẽ, nec requiẽ temporibus ſuis, donec inueniat locũ domino tabernaculum deo Iacob: habeat inquã in ſe defixũ & altare, in quo orationum hoſtias, & miſericordiæ uictimas offerat deo: in quo cõtinentiæ cultro ſuperbiã quaſi taurũ immolet, iracundiã quaſi arietem iugulet, luxuriam omnemq; libidinem tanquã hircos & hœdos litet. Sciat tamen ex his etiã ſacerdotibus ſeparare dextrũ brachiũ, & pectuſculum, & maxillas, id eſt opera bona, & opera dextra. Nam ſiniſtrum nihil reſeruet. Pectuſculũ quoq; integrũ, quod eſt cor rectum, & mens deo ſacrata, & maxillas ad uerbũ dei loquendũ. Sciat ſibi in ſanctis etiã candelabrũ luminis collocandum, ut ſint ei lucernæ ſemper ardentes, & lumbi ſuccincti, & ipſe tanquã ſeruus, qui expectat dominũ ſuum redire de nuptijs. De his enim lu
Matth.6 cernis, & dominus dicebat: Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. Sed iſtud cãdelabrũ lucernarũ in auſtro collocet, ut ad aquilonẽ reſpiciat. Accẽſo etenim lumine, id eſt uigilanti corde reſpicere ſemper debet ad aquilonẽ, & obſeruare eũ qui ab aquilone eſt.
Hier.1 Sicut & propheta uidere ſe dicit ſuccenſum lebetẽ, uel ollam, & faciẽ eius à facie aquilonis. Ab aquilone eñ accenduntur mala uniuerſæ terræ. Vigilans ergo & ſollicitus, & ardens intueat ſemper aſtutias diaboli, & ſemper aſpiciat unde ſit uẽtura tentatio, un
1.Pet.5 de hoſtis irruat, unde inimicus obrepat. Dicit eñ & Petrus Apoſtolus: Quia aduerſarius ueſter diabolus, ſicut leo rugiens, circuit quærẽs quẽ trãſuoret. Menſa quoq; propoſitionis habens duodecim panes, in parte collocet aquilonis, reſpiciens ad auſtrũ. Panes iſti, apoſtolicus ei tã numero q̃ uirtute ſit ſermo, quo indeſinenter utimur quotidie. Nanq; hos ante dominũ iubetur apponere. Rurſum reſpiciat ad auſtrũ, unde do
Abacuc.3 minus uenit. Dominus eñ ex Theman ueniet, ſicut ſcriptũ eſt, quod eſt de auſtro. Ha
2.Cor.2 beat in penetralibus pectoris ſui etiã altare incẽſi, ut ipſe dicat, ꝙa Chriſti bonus odor

ſumus

sumus. Habeat & arcam testamenti, in qua sint tabulæ legis, ut in lege dei meditet die ac nocte, & memoria eius arca & bibliotheca efficiat librorũ Dei. Quia & propheta beatos dicit eos, qui memoria tenent mandata eius, ut faciant ea. Sit intra ipsum urna mannæ reposita, intellectus uerbi Dei subtilis & dulcis. Sit & uirga Aaron intra eum, doctrina sacerdotalis, & florida seueritas disciplinæ. Supra omnẽ uerò gloriã sit ei põtificalis ornatus. Potest enim intra se agere pontificatum pars illa quæ in eo est precio sissima omnium, quod quidam principale cordis appellãt, alij rationalem sensum, aut intellectualem substantiã, uel quocunq; modo appellari potest in nobis portio nostri illa, per quã capaces esse possumus dei. Ista ergo pars in nobis uelut quidã pontifex ornetur indumentis, & monilibus preciosis, ac podere byssino. Indumenti hoc genus est, quod usq; ad pedes deducit totũ contegens corpus. In quo designat, ut primo omnium totus sit castitate uestitus. Accipiat postmodũ & humerale gemmatũ, in quo fulgor operũ collocatur, ut uidentes homines opera uestra bona magnificent patrem uestrum, qui in cœlis est. Accipiat & logiũ, quod rationale dicit potest, pectori superpositum, quaterno lapidum ordine distinctũ. Sed & aurea lamina in fronte resplendeat, quod Petalũ appellatur, in quibus utriusq; ueritas, & manifestatio dicitur collocata. Ego in his quæ in pectore locari dicuntur, sermonem euãgelicum sentio, qui quadruplicato ordine ueritatẽ fidei nobis & manifestationem trinitatis exponit, cuncta referens ad caput, ad unius scilicet dei naturã. In his est ergo omnis ueritas, & omnis manifestatio ueritatis. Igitur si recte uis pontificatum gerere deo, euãgelicus sermo, & trinitatis fides semper tibi habeatur in pectore. Cui conuenit etiã Apostolicus sermo tam uirtute, quàm numero, tantum ut nomen Dei semper habeatur in capite, & ad unum deum cuncta referant. Habeat etiã in interioribus pontifex partibus operimenta sua, habeat pudenda contecta: ut corpore & spiritu sanctus sit, & cogitationibus & operibus purus sit. Habeat etiã per indumẽti circuitũ tintinnabula, ut ingrediẽs, inquit, sancta, det sonitum, & nõ intret cum silentio. Et hæc tintinnabula, quæ semper sonare debent, in extremo uestimenti sunt posita, idcirco credo, ut de extremis temporibus, & fine mundi nunquam sileas, sed inde semper sones, inde disputes, & loquaris, secundũ eum qui dixit: Memor esto nouissimorũ tuorum, & non peccabis. Ad hunc ergo modum homo noster interior Deo pontifex adornetur, ut introire possit non solũ in sancta, sed & in sancta sanctorũ: ut possit adire propitiatoriũ, ubi sunt Cherubim, & inde appareat ei Deus. Sancta possunt esse ea, quæ in præsenti seculo habere sancta cõuersatio potest. Sancta uerò sanctorum, in quæ semel tantummodo intratur, ad cœlũ esse transitũ puto, ubi est propitiatorium, & Cherubim, ubi & mundis corde apparere poterit Deus, uel quia dominus dicit: Ecce regnum Dei intra uos est. Hæc interim quantum ad præsens in transcursu occurrere sensibus nostris potuit, quantũcunq; moderari auribus potuimus auditorum, de tabernaculo dicta sint, ut unusquisq; nostrũ studeat facere intra se tabernaculũ deo, Nõ enim frustra de patribus refertur, quia in tabernaculis habitauerunt. Ego sic intelligo Abrahã habitasse in tabernaculis, & Isaac & Iacob. Construxerũt nanq; isti intra se tabernaculũ Deo, qui se tantis ac talibus uirtutũ splendoribus adornauerunt. Refulgebat nanq; in eis insigne regium purpura, propter qd' dicebatur ad Abrahã à filijs Heth: A deo rex in nobis tu es. Splendebat & coccus, propterea enim ad iugulandũ duxit Deo unicũ, & propterea dextrã illius angelus tenuit. Splendebat hyacinthus, cum cœlum semper intuẽs cœli dominũ sequebatur. Sed & in cæteris similiter ornabatur. Ego sic intelligo & diem festũ tabernaculorum qui mãdatur in lege, ut exeat populus certa die anni, & in tabernaculis habitet, habẽs ramos palmarum, & frondes salicis, ac populi, & ramos arboris frondosæ. Palma uictoriæ signum est illius belli, quod inter se caro & spiritus gerit. Arbor aũt populus, & salix, tã uirtute quàm nomine uirgulta sunt castitatis. Quæ si integre conserues, habere potes & nemorosæ ac frondentis arboris ramos, quæ est æterna & beata uita, cum te dominus in loco uiridi collocauerit super aquã refectionis. Per Christum Iesum dominum nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Ecc.7

Luc.17

Gen.25

Gen.22

De muliere prẽgnante, quæ duobus uiris litigantibus abortiuerit.

Homilia X. Cap. XXI

QVOD si litigabunt duo uiri, & percusserint mulierẽ prægnantem, & exierit infans eius nondum formatus, detrimentum patietur quantũ indixerit uir mulieris, & dabit cum honore. Quod si formatus fuerit, dabit animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manũ pro manu, pedem pro pede, combustũram pro combustura, uulnus pro uulnere, liuorem pro liuore.] Primo omnium in his requirendũ esse puto, sub quo legis titulo huiusmodi statuta censeãt. Nõ enim (ut simplicioribus uidetur) cuncta quæ statuunt lex dicitur, sed quædã quidem lex, quædã testimonia, alia mandata & iustitiæ, quædã iudicia appellantur. Quod euidẽtius in unũ collectũ, octauusdecimus edocet Psalmus, cũ dicit: Lex domini irreprehensibilis, conuertens animas: testimoniũ domini fidele, sapientiã præstans paruulis. Iustitiæ domini rectæ lætificãtes corda, præceptũ domini lucidũ illuminãs oculos. Timor domini sanctus permanens in seculũ seculi, iudicia dñi uera, iustificata in semetipsa. Cum ergo istæ diuersitates eorũ quæ in lege statuta sunt, habeantur, nũc sermo qui habetur in manibus, sub titulo iustitiarũ, uel iustificationũ scriptus est. Sic enim dicit superius: Et hæ iustitiæ, quas propones palàm eis. Non est aũt præsentis tẽporis uniuscuiusq; horum exponere differentias, exigimur enim ad explanationẽ horũ quę lecta sunt. Sciendũ sanè est, quòd pars aliqua ex his de quibus differendũ nobis est, in Euangelio secundũ Matthæũ posita est, dicente domino hoc modo: Audistis quia dictũ est antiquis. Oculũ pro oculo, dentem pro dente. Ego autẽ dico uobis, non resistere malo. Sed si quis te percusserit in dextrã maxillã, conuerte ei & alteram. Sed fortassis qui scripturas attentius legit, dicat ea quæ de euangelio scripta memorauimus nõ de hoc Exodi sumpta loco, sed magis Deuteronomij, ubi nihilominus hoc modo quędã scripta referunt. Quod si steterit, inquit, testis iniquus, testimoniũ ferens aduersum hominẽ de impietate, stabunt utriq; homines, quibus est cõtrouersia, ante dominũ, & ante sacerdotes, & ante iudices, quicunq; illi fuerint in dieb. illis, & discutient iudices diligenter, & examinabũt. Et si inuenerint quia testis iniquus testatus est iniuste, & surrexit aduersum fratrẽ suũ, facietis ei quemadmodũ ipse conatus est facere fratri suo, & auferetis malignũ de medio uestrũ, ut cæteri audientes metũ habeant, & nõ adiiciant ultra facere secundũ uerbũ hoc malũ inter uos. Nõ parcet oculus tuus super eũ, animã pro anima, dentẽ pro dente, manũ pro manu, pedẽ pro pede. Videtur quidẽ in utroq; loco similia dici, nõ tamẽ euidenter ostenditur ex quo potissimũ loco sermo qui in Euangelio positus est, uideat assumptus, quẽ dicit. Quia audistis quod dictũ est: Oculũ, pro oculo, dentẽ pro dente. Veruntamẽ nũc ad ea quę nobis in Exodo scripta sunt, sermo uertendus est, ubi duo uiri litigant, & percutiũt mulierẽ prægnantem, & ita percutiũt, ut exeat infans ex ea, uel formatus iã, uel nondũ formatus. Primũ quidẽ uideamus de eo qui nondũ formatus exierit, quomodo iubeãt damno pecuniæ percuti unus ex his qui litigãt, cũ ab scriptura culpa litis, non ad unũ, sed ad utrunq; referatur? Quid etiam quod uir mulieri indicit, uel imponit ei, & nõ eis? & dabit, & nõ potius dabũt cũ honore? Et quis iste est honor? Quod si infans iam formatus exierit, percussa à litigantibus uiris prægnante muliere, animã dari pro anima facile intelligimus, hoc est ut morte uindicẽt admissum. Quæ sequunt aũt, operę preciũ est explicare. Oculũ pro oculo, dentẽ pro dente. Neq; eĩm uidet esse possibile, ut infans quẽ percussa mulier abortierit, quãuis formatus exierit, intelligamus quod uiri litigantis calce percussus oculũ in uentre perdiderit, pro quo orbari oculo à iudicib. debeat. Sed pone, sit & hoc, quia iã formatus referẽ, quid & de dente dicemus? Nunquid in uentre matris dentes habuit, quos percutientis ictus excuteret? Si uerò hoc referamus ad eam quæ abortierit, qũo rursus conueniet, ut abortiens mulier oculũ perdat, aut dentes doleat? Sed pone quia percussa dicat in oculo, aut in dente, & inde causa aborsus exorta sit, pone liuorẽ, pone uulnus acceperit, quid etiã dicemus cõbusturã pro cõbustura? Nũquid litigantib. uiris assistens mulier cõburi potuit, ut cõbustura pro cõbustura soluatur? Quæ tamẽ singula uidentur mihi nec in Deuteronomij quidẽ locis, ubi similiter scripta referunt, facilẽ habere exitũ posse. Ponamus enim & ibi exsurrexisse testẽ iniquũ, testimonium falsum

Pœna talionis

Psal.119

Matth.5

Deut.19

Vt tentat abrogare literam

falsum dicentẽ aduersum hominẽ de impietate. Adhibeatur uterq; iudicio, inquirant iudices diligenter, deprehendant accusatorẽ uel testem illum falsa dixisse: quo iudex qui parcere nõ debet falso testi, & animã rei pro innocentis anima damnare, quomodo inquã poterit etiã oculũ pro oculo eximere? Quasi uerò is qui iniuste accusabatur in oculo lædendus fuerit ab accusatore, aut in dente, uel manu, uel pede. Hęc aũt à nobis dicta sunt, ostẽdere uolentibus, quod in utroq; loco quæ scripta sunt, edisseri nõ facile queant. Oportebat enim nos prius secundũ historiã discutere quæ legunt, & sic quoniã lex spiritalis est, spiritalẽ in his intelligentiã quærere. Verũ quantũ ad pręsens spectat, etiã ipsa nobis allegoriæ pars, quæ semper patere latius solet, in angustũ cogitur. Tamen (prout possumus) quid nobis in hoc loco uideat, explanare tentabimus. Frequẽter diximus, quod in scripturis eisdẽ uocabulis, eisdemq; officijs, mẽbra animę nominent, quibus utunt, uel appellant corporis membra. Verbi causa, ut cũ dicitur, Vides festucã in oculo fratris tui, & ecce in oculo tuo trabes subiacet. Certũ est enim qđ non de oculo corporis dicat, in quo trabes iaceat, sed de oculo animæ. Et cũ dicit: Qui habet aures audiendi audiat, &: quã specioſi pedes Euangelizantiũ pacẽ, & multa his similia. Hæc aũt idcirco præmisimus, uti ne super membrorũ nos uocabulis simi litudo cõturbet. Sint ergo duo uiri isti qui litigãt, duo disputãtes, & de dogmatib. uel quæstionibus legis secũ inuicẽ cõquirentes, & (ut Apostoli sermone dicamus) rixantes circa uerborũ pugnas. Vnde & idẽ Apostolus sciens inter fratres huiusmodi lites exurgere præcipit, & dicit: Noli uerbis contendere, ad nihil enim utile est, nisi ad subuersionẽ audientiũ. Et alibi: Quæstiones aũt legis deuita, sciẽs quod generant lites. Seruũ aũt dei non oportet litigare. Quia ergo isti qui in quæstionibus litigant, ad subuersionẽ audientiũ litigant, idcirco percutiunt mulierẽ prægnantẽ, & ejciunt infantẽ eius, uel formatũ iam, uel nondũ formatũ. Mulier prægnans dicitur anima, quæ nuper dei concepit uerbũ. De tali autem cõceptione legimus in alio loco scriptũ: A timore tuo domine in utero concepimus, & peperimus. Qui ergo concipiunt, & statim pariunt, isti nec mulieres existimandæ sunt, sed uiri, & perfecti uiri. Denicq; audi & prophetam dicentẽ: Si peperit terra in una die, & nata est gẽs de semel. Ista est generatio perfectorum quæ statim sub die, ut concepta fuerit, nascit. Verũ ne tibi nouũ uideatur, quod uiros parere diximus, iamdudũ præmisimus quomodo membrorũ appellationẽ susciпere debeas, ut recedas à corporeis sensibus, & interioris hominis capias intellectũ. Si aũt uis ut adhuc & in hoc de scripturis tibi satisfaciã, audi Apostolum dicentem: Filioli mei, quos iterũ parturio, donec Christus formetur in uobis. Perfecti ergo sunt & uiri fortes, qui statim ut concipiunt, pariunt, id est, qui conceptũ fidei uerbũ in opera producunt. Anima aũt quæ concepit, & in uentre retinet, & non parit, ista mulier appellatur, sicut & propheta dicit: Dolores partus aduenerunt ei, & uirtus pariendi nõ est in ea. Hæc ergo anima, quæ nunc pro infirmitate sui mulier appellat, duobus inter se litigantibus uiris, & in certamine scandala proferentibus, quod habere semper uerborũ contentio solet, percutitur & scandalizatur, ita ut uerbũ fidei, quod tenuiter cõceperat, abijciat, & perdat. Et hæc est lis & contentio ad euersionẽ audientiũ. Si ergo nondũ formatũ anima quæ scandalizata est, abiecerit uerbũ, qui scãdalizauit, damnũ dicitur pati. Vis scire quia est in aliquibus formatũ uerbum, in aliquibus nondum formatum? Euidenter nos docet Apostoli sermo, quẽ suprà memorauimus, cum ait: Donec formetur Christus in uobis. Christus aũt est uerbũ dei. Per quod ostendit, quia eo tempore quo scribebat, nondum erat in illis formatũ uerbum dei. Si ergo nondũ formatum exierit, damnũ patietur. De damnis doctorum etiã Apostolus docet, cum dicit: Si cuius autẽ opus arserit, damnum patietur. Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignẽ. Sed & dominus in Euãgelijs dicit, Quid enim prodest homini, si uniuersum mundum lucretur, animam autẽ suam perdat, aut damnum faciat? Vnde uidet ostendi quod quædã peccata ad damnũ quidem pertineant, non tamen ad interitum: quia qui damnum passus fuerit, ipse tamen saluari dicit, licet per ignẽ. Vnde credo & Ioannes Apostolus in epistola sua dicit quædã esse peccata ad mortem, quædã non esse ad mortem. Quæ aũt sint species peccatorum ad mortem, quæ uerò non ad mortem, sed ad damnũ, non puto facile à quoquam hominum posse discerni. Scriptũ nanq; est: De

Matth.7

Matth.15

Esa.52

2 Tim.2

Ibid.

Gal.4

Esa.37

1.Cor.3

Matt.16

1.Ioan.5

Psal.18

licta quis intelligit? Veruntamen ex his quæ in Euangelio per parabolas referunt̃, ex parte aliqua cognoscere possumus cuiusmodi sint, quæ damna nominant̃, cũ ibi iterũ uideamus ad lucrũ deputari quædam, quæ per negociationẽ quęsita dicuntur. Verbi
Matt.25 gratia, cũ referunt̃ super quinq; mnas acquisitæ esse aliæ quinq;, uel super duas acquisitę aliæ duæ. Aut cũ drachma, uel denarius, uel talentũ ponitur, & quasi pecunia quæ
Matt.18 dam in quæstu operũ nominatur. Sed & cum dicitur paterfamilias ponere rationẽ cũ seruis suis, & offertur ei unus, qui debebat decẽ milia talenta. Talis ergo quædã ratio damni est: ut uerbi gratia, qui pro mercede sua accepturus erat decẽ mnas, nõ accipiat decem sed octo, uel sex, aut etiã minus: & hoc damno percuti dicit̃ is, qui causam scandali infirmiori & muliebri præbuit animæ. Dabit autẽ, inquit, secundum quod indixerit, uel imposuerit uir eius, & dabit cũ honore. Animæ discenti, si uir magister eius est, secundũ quod indixerit. Ergo uir iste, uel Christus qui omniũ magister est, uel qui pro Christo ecclesiæ præest doctor animarũ, ille qui ad subuersionẽ audientiũ uerbis contendit, patietur damnũ pro anima illa, quæ nondum formatũ abiecit infantem. Quod potest forte de scandalo catechumeni accipi nondũ formati. Potest enim fieri, ut rursum ipse qui læsit, instruat, reparet, restituat animæ ea quę perdidit, & hæc iã faciet cũ
2.Tim.2 honore, cũ modestia, cũ patientia: sicut Apostolus dicit, Cum mansuetudine corripiẽtes eos, qui resistunt ueritati. Non cum lite, sicut prius, cũ scandalũ intulit. Quod si formatus iam fuerit infans, dabit animã pro anima. Formatus infans potest uideri sermo dei in corde eius animæ, quæ gratiam baptismi cõsecuta est, uel quæ euidentius, & clarius uerbũ fidei concepit. Hæc ergo si nimia contentione doctorũ percussa abiecerit
1.Tim.5 uerbum, & inuenta fuerit esse de illis, de quibus dicebat Apostolus, Iam enim quædã conuersæ sunt retro post Satanam, animam pro anima dabit. Vel in die iudicij accipiendum est apud deum iudicem, qui potest animam & corpus perdere in gehennam. Quia & alibi dicit Propheta ad Hierusalem: Dedi cõmutationem tuam Ægyptum, Æthiopiam, & Sidonẽ pro te. Vel certe potest fortassis etiã illud aptari, ut qui sibi cõscius tanti scandali fuerit, ponat animã suã pro anima illius, quem scandalizauerit, & usq; ad mortẽ det operam quomodo redeat, quomodo reparetur, quomodo restituat̃ ad fidẽ. Ponat etiam oculum pro oculo, si oculum læsit animę, id est intellectũ eius turbauit: auferat̃ oculus ipsius ab eo, qui ecclesiæ præest, & intellectus eius ille turbulentus & ferox qui scandalũ generat, deseret̃. Sed & si dentẽ læsit auditoris, quo suscipiẽs cibũ uerbi dei, uel cõminuere uel molaribus terere solitus erat, ut subtilẽ ex his ad uẽtrem animæ transmitteret sensum: si hunc dentẽ ille uexauit, & euellit, ut contentione ipsius nõ possit anima subtiliter & spiritaliter suscipere uerbũ dei, auferatur dens eius,
Psal.3 qui non bene scripturarũ cõminuit & atriuit cibos. Fortassis enim propter hoc & alibi dicitur à domino: Dentes peccatorũ contriuisti. Et alibi nihilominus scribitur: Qui
Eccl.30 Psal.58 manducat uuam acerbam, obstupescẽt dentes eius. Et alibi: Molas leonũ cõfregit dominus. Sic ergo per membra dicit̃ lædi anima & percuti, manũ quoq; pro manu & pedem pro pede deposcitur. Manus est animæ uirtus, qua tenere aliquid, & cõstringere potest, uelut si dicamus actus eius, & fortitudo: & pes quo incedit ad bona, uel mala. Quia ergo si scandalũ patiatur anima, non solũ in fide, sed & in actibus deijcit̃, qui per manũ significant̃: & pedes auferent̃ illius, qui offendiculũ præbuit, & manus: manus quib. non bene operat̃, & pedes quibus nõ bene incedit. Recipiet etiã cõbusturã pro combustura, qua combussit, & gehennæ tradidit animã. Per quæ singula ostendit̃, ut iste percussor omnib. detruncatis membris, à corpore excidatur ecclesiæ: ut cęteri, inquit, uidentes timorẽ habeant, & nõ faciant similiter. Idcirco & Apostolus cũ doctorem describit ecclesiæ, inter cætera præcipit eũ non esse percussorẽ, ne percutiens prę
1 Tim.3 gnantes mulieres, animos insipientes, ponat animã pro anima, oculũ pro oculo, dentem pro dente. Tales sunt & illæ animæ quas etiã dominus in Euangelio deflet cũ di-
Matt.24 cit: Væ prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus, in quibus scãdalizabunt̃ (si fieri potest) etiã electi. Sciendũ tamen est, quod nõ est perfectorũ scandalizari, sed aut mu
Matt.18 lierũ aut paruulorũ. Sicut & dominus in Euangelio dicit: Si quis scãdalizauerit unũ
1.Cor.2 de pusillis istis minimis. Pusillus ergo est, & minimus, qui scãdalizari potest. Spiritalis aũt dijudicat omnia, oñia probat, & quod bonũ est, cõtinet, & ab omni se specie mala abstinet

la abstinet. Hæc prout occurrere potuerũt, in præsenti capitulo diximus. Poscamus uero à domino, ut quæ perfecta sunt, ipse nobis reuelare dignetur per Christũ Iesum dominum nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De siti populi in Raphidin, & de bello Amalechitarum, & de præsentia Iethro, Homilia Vndecima. Cap. XVII. XVIII.

QVONIAM omnis qui uult pie uiuere in Christo persecutionẽ patitur, & ab hostibus impugnatur, agens iter uitæ huius semper debet esse armatus, & stare semper in castris. Ideo & de populo dei referẽ. Profecta est, inquit, omnis synagoga filiorum Israel de deserto Sin, secundũ castra sua, per uerbũ domini.] Est ergo una quidẽ synagoga domini, sed hæc in quatuor castra diuiditur. Quatuor nanq; castra describuntur circa tabernaculum domini posita, sicut refertur in Numeris. Et tu ergo si semper uigiles, & semper armatus sis, & scias te in castris domini militare, obserua illud mandatum, quia nemo militans deo, implicat se negocijs secularibus, ut ei placeat cui se probauit. Quia si ita milites, ut à rebus secularibus liber sis, & in castris domini agas semper excubias, & de te dicetur, quia per uerbũ domini exeas de deserto Sin, & uenias in Raphidin. Sin eñ tentatio interpretatur. Raphidin uerò sanitas iudicij. Qui bene exijt de tentatione, & quem tentatio probabilem reddit, iste uenit ad sanitatem iudicij. In die enim iudicij sanus erit, & sanitas cũ eo erit, qui in tentatione non fuerit uulneratus. Sicut & in Apocalypsi scriptum est: Qui autem uicerit, dabo ei de ligno uitæ, quod est in paradiso dei mei. Venit ergo ad sanitatẽ iudicij, qui bene disponit sermones suos in iudicio. Sed quid est quod sequitur? Sitijt ibi, inquit, populus aquam, & murmurabant aduersum Moysen.] Videat fortasse ex superfluo dictum, quod dixit, quia aquã sitierit populus. Suffecerat eñ dicere, quia sitijt, quid opus fuit addere aquam sitijt? Non est superflua adiecto. Sunt eñ diuersæ sites, & unusquisq; habet propriam sitim. Qui beati sunt, secundum uerbũ domini esuriunt, & iusti tiam sitiunt: & alij nihilominus dicunt: Sitiuit anima mea ad te deus. Qui uerò peccatores sunt, patiuntur non sitim aquæ, neq; famem panis, sed sitim audiendi uerbũ dei. Idcirco igitur & hic addit, quia populus sitijt aquam, qui debuit deũ sitire, qui debuit sitire iustitiam. Verum quia deus uere eruditor est infantium, & magister insipientiũ, corrigit culpas, & emendat errores, & dicit ad Moysen, ut sumat uirgam, & percutiẽs petram, educat eis aquam. Vult enim eos iam de petra bibere, uult eos proficere, & ad interiora uenire mysteria. Murmurauerunt enim aduersus Moysen, & propterea iubet dominus ut ostendat eis petram, ex qua bibant. Si quis est, qui legens Moysen murmurat aduersus eum, & displicet ei lex, quæ secundum literam scripta est, quod in multis nõ uidetur seruare consequentiam, ostendit ei Moyses petram, quæ est Christus, & adducit eum ad ipsam, ut inde bibat, & reficiat sitim suam. Sed hæc petra, nisi fuerit percussa, aquas non dabit: percussa uerò fontes producit. Percussus enim Christus, & in crucem actus, noui testamenti fontes produxit: Et propterea dictum est de eo, quia percutiam pastorem, & dispergentur oues. Necesse ergo erat illum percuti. Nisi enim ille fuisset percussus, & exisset de latere eius aqua & sanguis, omnes nos sitim uerbi dei pateremur. Hoc ergo est, quod & Apostolus interpretatus est, quia omnes eundem manducauerunt cibum spiritalem, & omnes eundem spiritalem biberunt potum. Bibebant autem de spiritali, sequente petra. petra uerò erat Christus. Obserua tamen quod dixit hoc in loco Deus ad Moysen. Antecede populum, & duc tecum maiores natu, id est presbyteros populi. Non solus Moyses ducit populum ad aquas petræ, sed & seniores populi cum ipso. Non enim sola lex adnunciat Christum, sed & prophetæ, & patriarchæ, & omnes maiores natu. Post hæc bellum describitur gestum cum Amalechitis, pugnasse refertur populus & euicisse. Antequã mãducaret panẽ de cœlo, & biberet aquam de petra, nõ refertur populus pugnasse, sed dicitur ad eum: Dominus pugnabit pro uobis, & uos tacebitis. Est ergo tẽpus quãdo dominus pugnat pro nobis, nec permittit nos tentari supra id q̃d possumus, nec impares uirib. sinit ad fortis uenire cõgressum. Denicp & Iob omne illud tẽtationis suæ famosissimũ certamen iam perfectus impleuit. Et tu ergo cũ cœperis mãducare manna, panẽ cœlestem uerbi Dei, & bibere aquã de petra, cũcp ad interiora doctrinę spiritalis accesseris,

Apoc. 21.

Matt. 5 Psal. 42

Zach. 13

Panis uerbi dei

sperato pugnã: & præpara te ad bellũ. Bello igitur imminente, uideamus quid præcipiat Moyses. Dixit, inquit, ad Iesum: Elige tibijpsi uiros, & exi, & cõflige cũ Amalech crastino.] Vsq; ad hunc locũ beati nominis Iesũ nusquã facta est mentio. Hic primum uocabuli huius splendor effulsit. Hic primũ uocauit Moyses Iesum, & dixit ei: Elige tibijpsi uiros. Moyses uocat Iesum, lex uocat Christũ, ut eligat sibijpsi uiros potẽtes de populo. Nõ poterat Moyses eligere, sed Iesus solus est qui possit potẽtes uiros eligere, qui dixit: Non uos me elegistis, sed ego uos elegi. Ipse enim electorũ dux, ipse potentiũ princeps, ipse qui confligit cum Amalech. Ipse est em̃ qui intrat in domũ fortis & alligat fortẽ, & uasa eius diripit. Sed interim uideamus quid nũc historia præsens re texat. Ascendit, inquit, Moyses in uerticẽ collis. Nondũ ascendit in uerticẽ mõtis, sed in uerticem collis. Seruabatur enim ei tũc ascendere in uerticẽ montis, cũ ascensurus erat Iesus, & cum ipso Moyses, & Helias, & ibi trãsformandus in gloria. Nũc ergo ue lut nondũ glorificatus ex transformatione Iesu, nondum ascendit in uerticem mõtis, sed ascẽdit in uerticẽ collis. Et factũ est, inquit, cum eleuaret Moyses manus, superior fiebat Israel.] Moyses quidem eleuat manus, non extẽdit: Iesus autem qui uniuersum orbem terræ exaltatus in cruce complexurus erat brachijs suis, dicit: Extendi manus meas ad populum non credentẽ, & contradicentem mihi. Moyses ergo eleuat manus suas, & cũ eleuaret manus uincebat Amalech. Eleuare manus, hoc est opera & actus eleuare ad Deũ, & nõ habere actus deorsum deiectos, & humi iacentes, sed Deo placitos, & ad cœlum erectos. Eleuat ergo manus, qui thesaurizat in cœlum: ubi enim thesaurus eius, ibi & oculus eius, ibi & manus eius. Eleuat manus & ille qui dicit, eleuatio manuum mearũ sacrificium uespertinum. Si ergo eleuentur actus nostri, & non sint in terra, uincitur Amalech. Sed & Apostolus præcipit leuare sanctas manus sine ira & disceptatione: & ad quosdã dicebat: Demissas manus, & dissoluta genua erigite, & rectos gressus facite pedibus uestris. Si ergo seruat populus legẽ, eleuat Moyses manus, & aduersarius uincit. Si nõ seruat legẽ, inualescit Amalech. Quia igit & nobis pugna est aduersus principes, & potestates, & mundi huius rectores tenebrarũ, si uis uincere, si uis obtinere, eleua manus, & eleua actus tuos, & cõuersatio tua nõ sit in terris, sed sicut dixit apostolus: Super terrã ambulãtes, cõuersationem habemus in cœlo. Et ita poteris superare populum aduersantẽ tibi Amalech, ita ut dicatur de te etiã, quia in manu occulta expugnabat dominus Amalech. Eleua & tu manus ad Deũ, & imple mandatũ, quo Apostolus dicit: Sine intermissione orantes: & tũc fiet quod scriptũ est: Quia sicut uitulus ablingit in cãpis herbã uiridẽ, ita ablinget populus hic populũ qui super terrã est. Per q̃d (ut à maiorib. accepimus) indicari dicitur, quia populus Dei nõ tam manu & armis, quàm uoce & lingua pugnabat: id est orationem fundens ad deũ, prosternebat inimicos. Ita ergo & tu si uis uincere inimicos, eleua actus tuos, clama ad Deũ, ut dicit Apostolus: Orationi instantes, & uigilantes in ea. Hęc enim est Christiani pugna, qua superat inimicũ. Puto autẽ quod per hanc figurã etiam duorum populorũ Moyses formam designet, & ostendat unũ esse populum ex gẽtibus qui eleuet manus Moysi, & erigat eas: id est qui in sublimi extollat ea quæ scripsit Moyses, & in excelso eorũ intelligentiã statuat, & per hoc uincat. Aliũ esse qui quoniam nõ eleuat manus Moysi, nec extollit eas à terra, nec altum in eo aliquid & subtile cõsiderat, uincitur ab aduersarijs, & prosternitur. Post hæc uenit ad montẽ Dei Moyses, & occurrit ei Iethro socer suus. At ille exit ei obuiam de castris, & non eũ ducit ad montẽ dei, sed ducit eũ ad tabernaculũ suum. Non enim poterat sacerdos Madian ascendere ad mõtem dei, sed nec in Aegyptũ descẽdere potuit uel ipse, uel uxor Moysi, sed nũc ad eum uenit cum filijs eius. Non em̃ potest descẽdere in Aegyptum, & subire agones Aegyptios, nisi qui fuerit athleta probabilis, & talis qualẽ dicit Apostolus: Quia omnis qui in agone cõtendit, ab omnib. se abstinet: & illi quidẽ ut corruptibilẽ coronã accipiãt, nos autem incorruptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem uerberans. Moyses ergo quia magnus erat & potens athleta, descẽdit in Aegyptũ, descẽdit ad agones & exercitia uirtutũ. Sed & Abrahã descendit in Aegyptũ, quia erat & ipse magnus & potens athleta. Nã de Iacob quid dicam, qui ipso nomine athleta est? Luctator enim & supplantator interpretat. Et ideo cũ descẽdisset in

Ioan. 15

Psal. 141

1 Tim. 2

Heb. 12

Phil. 3

1 Thes. 5

Num. 22

Col. 4

1 Cor. 9

Gen. 26

septuaginta

septuaginta quinq; animabus in Aegyptũ Iacob, factus est sicut stellæ cœli in multitudinẽ. Sed omnes qui descendunt in Aegyptum ita pugnant, & ita expediunt agones, ut in multitudinem fiant, & ut stellæ cœli multiplicentur. Alijs in contrariũ cedit descẽdisse in Aegyptũ. Scio ego Hieroboã fugientẽ à Salomone descendisse in Aegyptũ, & non solũ nõ creuisse in multitudinẽ, sed & scidisse & corrupisse populũ dei. Quia descẽdens in Aegyptũ accepit à Susachim rege uxorẽ Thecimene uxoris eius sororẽ. Sed interim uenit Iethro ad Moysen, adducens secum filiam suam uxorẽ Moysi, & filios eius. Et uenit, inquit, Aaron & omnes presbyteri de Israel manducare panẽ cũ socero Moysi in conspectu Dei.] Non omnes panẽ mãducant in cõspectu Dei, sed qui presbyteri sunt, qui seniores, qui perfecti sunt, & meriti probati, ipsi manducant panẽ in cõspectu Dei, q̃ obseruãt illud q̃d apostolus dicit: Siue mãducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis, omnia ad gloriã dei facite. Omnia ergo quæ faciũt sancti, in conspectu dei faciunt. Peccator aũt à cõspectu Dei fugit. Deniq; scriptũ est, quia Adam post quam peccauit, fugit à cõspectu Dei, & interrogatus respõdit: Audiui uocẽ tuam, & abscõdi me quia erã nudus. Sed & Cain postq; pro parricidio condẽnatus à Deo est, exijt, inquit, à facie dei, & habitauit in terra Naim. Exijt ergo à facie Dei, qui indignus est cõspectu Dei. Sancti aũt manducant & bibunt in conspectu Dei, & omnia quæ agunt, in conspectu eius agũt. Ego amplius adhuc locũ præsentẽ discutiens, uideo quia qui pleniorẽ scientiã dei accipiunt, & plenius diuinis imbuti sunt disciplinis, isti etiã si malũ faciũt, corã Deo faciũt, & in cõspectu eius faciũt: sicut ille qui dixit: Tibi soli peccaui, & malũ corã te feci. Quid ergo plus habet qui malũ corã Deo facit? Illud profecto q̃d cõtinuo pœnitet, & dicit: Peccaui. Qui aũt discedit à cõspectu dei, nescit conuerti, & peccatũ pœnitẽdo purgare. Hoc ergo interest, malũ corã deo facere, & à dei conspectu discessisse peccantẽ. Sed ut uideo Iethro non frustra uenit ad Moysen, nec frustra manducauit panẽ cũ senioribus populi in conspectu domini. Dat em̃ consiliũ Moysi ꝓbabile satis & utile, ut eligat uiros, & cõstituat principes populi: uiros Deum colentes, uiros potentes, & odiẽtes superbiã. Tales em̃ oportet esse principes populi, qui nõ solũ superbi nõ sint, sed & qui oderint superbiã: id est ut non solũ ipsi absq; uitio sint, sed & in alijs oderint uitia. Nõ homines dico odisse, sed uitia. Et ordinabis, inquit, eos tribunos, & centuriones, & quinquagenarios & decanos, & iudicabũt populum omni hora. Verbum autẽ quod grauius fuerit, referẽt ad te.] Audiant principes populi & presbyteri plebis, quia debent oĩ hora populũ iudicare, semper & sine intermissione sedere in iudicio, dirimere lites, reccõciliare dissidẽtes in gratia, recordare discordes. Discat unusquisq; ex scripturis sãctis officiũ suũ. Moyses, inquit, ut sit in his quæ ad Deũ sunt, & uerbũ Dei edisserat populo. Cæteri aũt principes quos appellãt tribunos. Tribuni em̃ ex eo dicunt, q̃d tribui præsint. Cæteri ergo tribuni, uel centuriones, uel quinquagenarij, præsint minorib. iudicijs, quæ ad singulos quosq; pertinẽt dirimẽtes. Puto autẽ hanc ipsam figuram non solũ in præsenti seculo ecclesiæ datam, uerumetiã in futuro seruandã. Audi deniq; quid dominus dicat in Euãgelio: Cũ sederit, inquit, filius hominis super thronũ gloriæ suę, sedebitis & uos super duodecim thronos, iudicantes duodecim trib. Israel. Vides ergo quia nõ solum dominus iudicat, cui omne iudiciũ pater dedit, sed & cõstituit sibi & alios principes qui iudicent populum de minoribus causis, uerbum autẽ quod grauius fuerit, referant ad ipsum. Idcirco dicebat & dominus de quodã quidẽ, quia reus erit consilio, de alio autẽ, reus erit iudicio, & de alio, reus erit gehennæ ignis. Sed & de omni uerbo otioso dicimur prę̃staturi rationẽ, & nõ dixit quia Deo præstabimus rationẽ: sicut de periurio dicit: Reddes autẽ domino iuramẽta tua. Verum & regina Austri surget in iudicio cũ uiris generationis huius, & condẽnabit eos. Ecce & aliud iudicij genus. Qui habet aures audiẽdi audiat. Hæc enim omnia typus & umbra sunt cœlestiũ, & imago futurorũ. Verum sicut scriptum est, legimus q̃a nõ satiat̃ oculus uisu, nec auris auditu, nec nos satiari possumus intuendo & considerando quę scripta sunt, quot ex partib. nos ædificent, quantis nos instruant modis, Etenim cũ perspicio quod Moyses propheta deo plenus, cui deus facie ad faciem loquebat̃: consiliũ accepit à Iethro sacerdote Madiã, admiratione nimia stuporẽ mẽtis incurro. Dicit enim scriptura: Et audiuit Moyses uocẽ soceri sui, & fecit quæcunq;

3 Reg. 11

Col. 3

Gen. 3. 4

Psal. 51

2 Reg. 12

Iudicũ descriptio.

Matt. 19

Matt. 12

Matt. 5. 8. 13

Eccles. 1

cit quæcunq; dixit ei.] Non dixit, quia mihi deus loquit̃, & quid agere debeam, cœlesti ad me sermone defertur, & qũo consiliũ ab homine accipiã, & ab homine gentili, alieno à populo dei? Sed audit uocẽ eius, & facit omnia quæ dicit, & nõ quis dicat, sed quid dicat, auscultat. Vnde & nos si forte aliquando inuenimus aliquid sapienter à gentilibus dictum, non continuo cum auctoris nomine spernere debemus & dicta, nec pro eo quod legẽ à deo datam tenemus, conuenit nos tumere superbia, & sperne
1.Thess.5 re uerba prudẽtium. Sed sicut apostolus dicit: Omnia probantes, quod bonum est tenentes. Quis autem hodie eorum qui populis præsunt, non dico si iam aliqua ei à deo reuelata sunt, sed si in legis scientia aliquid meriti habet, consilium dignatur inferioris saltem sacerdotis accipere? nedum dixerim laici, uel gentilis. Sed Moyses qui erat homo mansuetus super omnes, accepit consilium inferioris, ut & formam humilitatis populorum principibus daret, & futuri sacramenti designaret imaginem. Sciebat enim futurum quandoq;, ut gentiles bonum consilium proferrẽt apud Moysen, ut bonum & spiritalem intellectum adferrent ad legem dei: & sciebat quia audiet eos lex,
Rom.8 & faciet omnia sicut dicũt. Non enim potest facere lex sicut Iudæi dicũt, quia infirmatur lex in carne, id est in litera, & nihil potest secundum literam facere: nihil enim ad perfectum adducit lex. Secundum autem cõsilium quod nos afferimus ad legem, possunt omnia spiritaliter fieri. Possunt & sacrificia spiritaliter offerri, quæ modo carnaliter non possunt. Potest & lex lepræ spiritaliter seruari, quę secundũ literam nõ potest. Sic ergo quomodo nos intelligimus, quomodo nos sentimus, & consilium damus, omnia facit lex: secundum literam autem non omnia, sed admodum pauca. Post hæc autem cum profectus esset Iethro, & uenisset Moyses ex Raphidim in desertum Sina, ibiq; in columna nubis descendisset dñs ad Moysen, ut uidẽs populus crederet ei, & uerba eius audiret, ait dominus ad Moysen: Descende, protestare populo, & purifica illos hodie, & cras, & lauent uestimẽta sua, & sint parati in diẽ tertiũ. Si quis est qui ad audiendũ uerbũ dei cõueniat, audiat quid præcepit dñs: sanctificatus uenire debet ad audiendũ uerbũ, lauare debet uestimẽta sua. Si em̃ sordida huc detuleris uestimẽta, au
Matt.22 dies & tu: Amice qũo huc introisti nõ habẽs uestẽ nuptialẽ? Nemo ergo potest audire uerbũ dei, nisi prius fuerit sanctificatus: id est nisi fuerit sanctus corpore & spiritu, nisi uestimẽta sua lauerit. Ingressurus est enim paulo post ad cœnam nuptialem, mãducaturus est de carnib. agni, potaturus est poculũ salutaris. Nemo intret ad hãc cœnã sor-
Cœna domini. didis uestimẽtis. Hoc enim & alibi sapientia præcepit dicens: In omni tẽpore sint uestimẽta tua mũda. Lota sunt enim semel uestimẽta tua cum uenisti ad gratiã baptismi,
Eccles.9 purificatus es corpore, mundatus es ab omni inquinamẽto carnis & spiritus. Quæ ergo deus mundauit, tu immũda ne feceris. Audi igit̃ nũc & sanctificationis genus. Ne accesseritis, inquit, ad mulierẽ hodie, & crastina, ut die tertia audiatis uerbũ dei.] Hoc
1.Cor.7 est quod & apostolus dicit: Bonũ est homini mulierẽ nõ tangere. Saluo tamen remedio his qui pro infirmitate sua remedio indigẽt nuptiali. Veruntamẽ consiliũ audiamus apostoli dicẽtis: Quia tẽpus breue est, superest ut & qui habẽt uxores, tanquã nõ habentes sint, & qui emunt, tanquã nõ possidentes, & qui utuntur hoc mũdo, tanquã non utantur. Præterit em̃ habitus huius mũdi, præterit tẽporale regnum, ut perpetuũ
Matt.6 ueniat & æternũ. Sicut & in oratione dicere iubemur. Adueniat regnũ tuum: in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperiũ in secula seculorũ, Amen.

De uultu Moysi glorificato, & uelamine quod ponebat in facie sua.

Homilia Duodecima. Cap. XXXIIII.

LECTIO nobis Exodi recitata est, quę nos ad intelligentię inquisitionem, uel incitet, uel repellat. Incitat mentes studiosas & liberas, desides & occupatas repellit, Scriptũ est enim: Quia uidit Aaron & omnes filij Israel Moysen, & erat glorificata facies eius, & color uultus eius, & timuerunt accedere ad illum. Et post pauca: Ponebat, inquit, Moyses uelamen super faciem suam. Cum autem introierat in conspectu domini, ut loqueretur illi, deponebat uelamen.] Hæc autem Apostolus differens magnifico illo sensu quo in cæteris utitur, de quo dixit: Nos au-
2.Cor.3 tem sensum Christi habemus, ait. Quod si ministeriũ mortis in literis formatũ in lapidibus fuit ad gloriam, ita ut non possent intendere filij Israel in faciẽ Moysi ꝓpter gloriam

riam uultus eius, quæ aboletur, quomodo nõ magis miniſteriũ ſpiritus erit in gloria? Et iterum paulo poſt dicit. Et nõ ſicut Moyſes ponebat uelamen ſuper faciem ſuã, ut non intenderent filij Iſrael in faciem uultus eius. Obtuſi ſunt enim ſenſus eorũ, uſq; in hodiernũ diem. Cum enim legitur Moyſes, uelamẽ eſt poſitũ ſuper cor eorũ. Quis nõ admiret myſteriorũ magnitudinẽ? quis non pertimeſcat uelamen obtuſi cordis? Glorificata eſt facies Moyſi, ſed nõ poterant intendere in faciẽ uultus eius filij Iſrael, non poterat intendere populus ſynagogæ. Si quis autem conuerſationẽ, & uitã poteſt habere eminentiorẽ quàm reliquũ uulgus, iſte poteſt intueri gloriam uultus eius. Et nũc enim, ſicut dixit Apoſtolus, uelamen eſt poſitũ in lectione ueteris teſtamenti: & nunc Moyſes glorificato uultu loquitur, ſed gloriam quę eſt in uultu eius non poſſumus intueri. Idcirco autẽ nõ poſſumus, quia adhuc populus ſumus, & nihil ſtudij, nihil meriti pluſquam reliqua plebs habemus. Verũ quia dicit ſanctus Apoſtolus: Idipſum autẽ uelamen in lectione ueteris teſtamẽti manet, amputaret nobis omnẽ intelligẽtiæ ſpẽ tanti & talis apoſtoli prolata ſententia, niſi addidiſſet: Cũ autẽ quis cõuerſus fuerit ad dominũ, auferetur uelamẽ. Igitur cauſam auferendi uelaminis, cõuerſionem noſtram eſſe dicit ad dominum. Ex quo colligẽda ſunt nobis indicia, quod donec legẽtes ſcripturas diuinas latet nos intellectus, donec obſcura ſunt nobis & clauſa quæ ſcripta ſunt, nõdum cõuerſi ad dñm ſumus. Si eñ conuerſi eſſemus ad dñm, ſine dubio auferretur uelamẽ. Sed & hoc ipſum conuerti ad dñm quale ſit uideamus. Et ut euidentius ſcire poſſimus quid ſit conuerſus, dicendũ nobis prius eſt quid ſit auerſus. Omnis qui cum recitantur uerba legis, cõmunibus fabulis occupatur, auerſus eſt. Omnis qui cum legitur Moyſes, de negotijs ſeculi, de pecunia, de lucris ſollicitudinẽ gerit, auerſus eſt. Omnis qui poſſeſſionũ curis ſtringitur, & diuitiarum cupiditate diſtenditur, qui gloriæ ſeculi, & mũdi honorib. ſtudet, auerſus eſt. Sed & qui ab his quidẽ uidetur alienus, aſſiſtit autẽ & audit uerba legis, & uultu atq; oculis intentus, corde tamẽ & cogitationibus euagatur, auerſus eſt. Quid ergo eſt cõuerti? Si his omnibus terga uertamus, & ſtudio, actib. mẽte, ſollicitudine, uerbo dei operam demus, & in lege eius die ac nocte meditemur, omiſſis omnib. deo uacemus, exerceamur in teſtimonijs eius, hoc eſt cõuerſum eſſe ad dñm. Tu ergo ſi uolueris filiũ tuũ ſcire literas quas liberales uocãt, ſcire grãmaticam, uel rhetoricã diſciplinã, nunquid non ab omnib. eum uacuum & liberũ reddis? Nunquid nõ omiſſis cæteris, huic uni ſtudio dare operam facis? Pędagogos, magiſtros, libros, impẽſas, nihil prorſus deeſſe facis quoadu ſq; perfectũ propoſiti ſtudij opus reportet. Quis noſtrũ ita ſe ad diuinæ legis ſtudia cõuertit? Quis noſtrum ita operã dedit? Quis tanto ſtudio ac labore diuina quærit ſtudia, quanto quæſiuit humana? Et qd cõquerimur ſi qd nõ didicimus ignoramus? Aliqui ueſtrũ ut recitari audierint quæ leguntur, ſtatim diſcedũt. Nulla ex his quę dicta ſunt inquiſitio adinuicẽ, nulla collatio, nuſquã memoria mãdati illius, quo te diuina lex cõmonet: Interroga patres tuos, & dicẽt tibi, presbyteros tuos, & annũciabũt tibi. Alij ne hoc ipſum quidẽ patiẽter expectãt, uſquequo lectiones in eccleſia recitentur. Alij uerò nec ſi recitantur, ſciunt, ſed in remotioribus dominicæ domus locis, ſecularibus fabulis occupantur. De quibus ego auſus ſum dicere, quia cũ legitur Moyſes, iam non uelamen ſuper cor eorũ, ſed paries quidã & murus eſt poſitus. Si eñ ille qui adeſt, qui audit, & intentus eſt, & quæ audit retractat, & diſcutit, & quæ aſſequi nõ poteſt, percontatur, & diſcit, uix poteſt ad libertatẽ ſciẽtiæ peruenire: ille qui abſcõdit aures ſuas ne audiat, & terga in faciẽ legẽtis obuertit, qũo dicendus eſt uelamen habere ſuperpoſitũ cordi, ad quem ne ipſum qui dem uelamen literæ quo ſenſus uelatur, qui eſt ſonus uocis, acceſſit? Euidens igitur figura eſt, quomodo glorioſa efficitur facies Moyſi: habẽt enim gloriã ea quę loquitur: ſed hęc tegitur, & occultat, & eſt omis gloria eius intrinſecus. Illud quoq; intuere quale ſit, quod in lege uultus quidẽ Moyſi glorificatus refertur, licet uelamine cõtegatur: manus autẽ eius intra ſinũ miſſa, leproſa facta memoratur ſicut nix. In quo mihi uidetur forma totius legis pleniſſime deſignari. In uultu eñ eius ſermo legis, in manu opera deſignant. Quia ergo ex operibus legis nullus erat iuſtificãdus, nec aliquẽ ad perfectum adducere poterat lex, idcirco manus Moyſi leproſa fit, & in ſinum recõditur, tã quã nihil perfecti operis habitura: facies uerò eius glorificata eſt, ſed uelamine tegit, quia

2. Cor. 3

Studiũ theologiæ.

Exod. 4

Hier.13 quia sermo eius habet scientiæ gloriã, sed occultã. Vnde & propheta dicit: Nisi audie
Psal.51 ritis occulta, plorabit anima uestra. & Dauid dicit: Incerta & occulta sapientię tuę ma
nifestasti mihi. In lege ergo Moyses solam faciẽ habet glorificatã, neq; manus eius ha-
Exod.3 bent gloriã, imò potius & contumeliã: sed neq; pedibus. denicq; soluere iubetur calcea
mentũ suum, sic nulla erat gloria in pedibus eius, licet & hoc fieret nõ sine alicuius for
ma mysterij. Nouissima nanq; pars hominis pedes sunt. Ostendebat ergo quod in no
uissimis tẽporibus solueret Moyses calciamentũ suum ut acciperet alius sponsam, &
illa uocaret domus discalceati usq; in hodiernũ diem. Nihil ergo aliud in lege glorio-
sum habet Moyses, nisi solã faciẽ. In Euangelijs autẽ totus glorificatur ex integro. Au
Matt.17 di enim quid dicatur in Euãgelijs. Cum ascendisset Iesus in montẽ excelsum, assumẽs
secum Petrum & Ioannem & Iacobũ, transformatus est ibi coram ipsis: & ecce appa
ruerunt, inquit, Moyses & Helias in gloria, colloquẽtes cum eo. Hic nõ refertur quia
glorificatus est uultus eius, sed quia totus apparuit in gloria, colloquens cum Iesu, &
ibi ei cõpletur illa promissio, quam accepit in monte Sina, cum dictũ est ei: Posteriora
mea uidebis. Vidit ergo posteriora eius. Vidit enim quæ in posterioribus & nouissimis
diebus facta sunt, & gauisus est. Sicut enim Abrahã concupiuit uidere diem domini,
& uidit, & gauisus est: ita & Moyses cõcupiuit uidere diẽ domini, & uidit, & gauisus
est: & necessario gauisus est, quia iam nõ solũ uultu glorificatus descẽdit de mõte, sed
Deut.18 totus glorificatus ascendit in montẽ. Gauisus est sine dubio Moyses, quod eũ de quo
dixerat: Prophetam uobis suscitabit dñs deus uester ex fratribus uestris, sicut me ipsum
Matt.17 audietis per omnia: nũc adesse cernebat, & fidẽ facere sermonibus suis. Et ne cuncta-
retur in aliquo, audit paternã uocem dicentẽ: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi
bene cõplacui, ipsum audite. Moyses dudũ dixit, illum audietis: nũc pater dicit, hic est
filius meus, ipsum audite: & præsentẽ de quo dicit, ostẽdit. Gaudere etiã mihi pro hoc
uidet Moyses, quia & ipse quodãmodo nũc deponit uelamen conuersus ad dominũ,
cum euidenter quæ prędixit implentur: uel cũ tempus aduenit, ut per spiritũ sanctum
quæ obtexerat reuelentur. Retractandus tñ est sancti Apostoli sensus, & considéran
dum quid ei uisum sit, cum dixisset: Si autẽ conuersus quis fuerit ad dominũ, auferet ue
2.Cor.3 lamen, ut adderet, Dñs autem spiritus est: per quod quasi interpretari uidetur quid est
dominus. Quis enim nescit quod dñs spiritus est? Sed nunquid in hoc loco de domi-
ni uel natura, uel substantia tractabat, ut diceret quia dominus spiritus est? Videamus
ergo ne nõ solũ cum Moyses legitur, sed & cũ Paulus legitur, uelamen sit positũ super
cor nostrũ. Et manifeste, si negligenter audimus, si nihil studij ad eruditionẽ & intelli-
gentiam cõferimus, non solũ legis & prophetarũ scriptura, sed & apostolorũ & Euan
geliorum grandi nobis uelamine tegitur. Ego autẽ uereor, ne per nimiã negligentiã,
& stoliditatẽ cordis, nõ solũ uelata sint nobis diuina uolumina, sed & signata: ut si det
Esa.28 in manus hominis nesciẽtis literas liber legẽdus, dicat, quia nescio literas: si det in ma
nus hominis scientis literas, dicat quia signatus est. Vnde ostenditur non solum studiũ
nobis adhibendũ esse ad discendas literas sacras, uerũ & supplicandũ domino, & die-
Esa.29 bus ac noctib. obsecrandũ, ut ueniat agnus ex tribu Iuda, & ipse accipiens librũ signa
tum dignetur aperire. Ipse est emi qui scripturas adaperiẽs, accẽdit corda discipulorũ,
Luc.24 ita ut dicãt: Nónne cor nostrũ erat ardens intra nos, cũ aperiret nobis scripturas? Ipse
ergo etiã nunc nobis aperire dignetur quid est quod apostolo suo inspirauit ut diceret:
Dñs autẽ spiritus est. ubi autem spiritus domini, ibi libertas. Ego quidem quantũ pro
paruitate intelligentiæ meæ sentire possum, puto quòd uerbũ dei pro eo quod audito
rib. interest (ut sæpe iam diximus) nunc uia, nunc ueritas, nunc uita, nunc resurrectio
nominat, nũc etiã caro, nũc uerò spiritus dicitur. Quãuis enim uere ex uirgine substã
tiam carnis acceperit, in qua & crucẽ pertulit, & resurrectionẽ initiauit: tamen est ubi
2.Cor.5 Apostolus dicit: Et si cognouimus Christũ secundũ carnẽ, sed nũc iam nõ nouimus.
Quia ergo & nũc sermo eius ad subtiliorẽ & spiritalẽ intelligentiã ꝓuocat auditores,
& uult eos nihil carnale in lege sentire, dicit ut qui uult auferri uelamen de corde suo,
cõuertatur ad dominũ. Nõ quasi ad carnẽ dominũ, est emi & hoc, quia uerbũ caro fa-
ctum est: sed quasi ad spiritum dñm. Si enim quasi ad spiritũ dominum conuertatur,
de carnalibus ad spiritalia ueniet, & ad libertatẽ de seruitute transibit. Vbi emi spiritus

domini

domini,ibi & libertas. Et ut adhuc euidentius fiat quod dicitur,utamur & alijs apostoli sensibus. Ad quosdã dicit quos senserat incapaces, Quia nihil me iudicaui aliud scire in ter uos,nisi Christũ Iesum & hunc crucifixum. Istis talibus nõ dicebat quia dominus spi ritus est,nec dicebat eis quia Christus dei sapiẽtia est. Non eñ poterant agnoscere Chri stum secundũ hoc quod sapiẽtia dei est, sed secundũ hoc quod crucifixus est. Illi autem quibus dicebat:Sapiẽtiam loquimur inter perfectos, Sapientiam aũt non huius seculi, nec̃ principum huius mundi,qui destruuntur,sed loquimur dei sapientiam in mysterio absconditam:non indigebãt ut uerbum Dei secundũ hoc susciperent, quod caro factũ est,sed secundũ hoc,quod sapientia in mysterio abscõdita est. Sic ergo & in hoc loco,ijs qui de carnali ad spiritalem intelligentiam prouocãtur, dicitur, Dominus autẽ spiritus est. Vbi autem spiritus domini,ibi & libertas. Vt autem ostenderet,quia ipse iam perue nit ad scientiæ libertatem,& exutus est de uelaminis seruitute,addit his,& dicit:Nos au tem omnes reuelata facie gloriam domini speculãtes. Si ergo & nos dominum deprece mur,ut uelamen de corde nostro dignetur auferre,capere possumus intelligẽtiam spiri talem,si tamen conuertamur ad dominum,& libertatem scientiæ requiramus. Sed quo modo inuenire possumus libertatem,qui seruimus seculo? qui seruimus pecuniæ? qui seruimus desiderijs carnis? Ego meipsum corripio,meipsum iudico,ego meas culpas ar guo,uiderint qui audiũt,quid de semetipsis sentiant. Ego interim dico,quod donec ali cui horum deseruio,non sum conuersus ad dominum,nec ullam cõsecutus sum liberta tem donec talia me negotia,& sollicitudines stringũt. Illius à quo cõstringor negotij & sollicitudinis seruus sum. Scio eñ scriptũ esse,quia unusquisq; à quo uincitur,huic & ser uus addicit̃,etiã si me amor pecuniæ nõ superet,etiã si possessionũ & diuitiarũ cura non stringit,laudis tamen cupidus sum,& gloriam sector humanam,si de hominũ uultib. & sermonibus pendeo,quid de me ille sentiat,quomodo ille me habeat,ne illi displiceam, si illi placeam,donec requiro ista,seruus horum sum. Sed uolebam ex hoc saltẽ satis age re,si possim liber fieri,si possim de iugo huius seruitutis absolui, & peruenire ad liberta tẽ secundũ Apostoli cõmonitionẽ dicentis:In libertate uocati estis, nolite fieri serui ho minũ. Sed quis mihi dabit hãc manumissionẽ? quis me ab hac seruitute turpissima libe rabit,nisi ille qui dixit:Si uos filius liberauerit,uere liberi eritis? Etenim scio quia seruus nõ potest libertate donari,nisi fideliter seruiens,nisi dominũ diligens. Et ideo etiã nos fi deliter seruiamus,& ex toto corde,& ex toto animo,& ex tota uirtute nostra diligamus dominum deum nostrũ, ut mereamur libertate donari à Christo Iesu filio eius domino nostro,cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

1 Cor.2 Ibidem 2.Cor.3 Artifex Gal.5 Ioan.8

De his quæ offeruntur ad tabernaculum. Homilia XIII Cap. XXV

1 AM quidem & prius de tabernaculo pro uiribus dixeramus, uerũ quoniam sæpe in Exodi libro repetitur ipsa descriptio: dicitur enim & cum dominus præcepit Moysi qualiter fieri debeat,& iterum cum Moyses præcepit popu lo,ut offerat construendo operi materias,sicut hæc lectio continet,quæ nobis modo re citata est:sed & postmodum enumerant̃ singula,cum per Beselehel,& cæteros sapien tes uiros fabricantur,& iterum,cum ad conspectum Moysi deferuntur,& rursum, cum præcepto domini dedicantur. Fit præterea & in alijs,uel libris,uel locis,horum cõme moratio,& frequenter repetitur,utpote quod necessario commonetur. Nunc ergo reci tatus est nobis ille sermo, ubi dicit: Et dixit Moyses ad omnem synagogam filiorum I srael dicens. Hoc est uerbum quod præcepit dominus dicens:Sumite à uobis ipsis redẽ ptionem domino,omnis qui concepit corde, offerat initia domino aurum, argentum, æramentũ,hyacinthum,purpurã, coccum duplicatum, & byssum tortam,pilos capra rum,& pelles arietũ rubricatas,& pelles hyacinthinas,ligna imputribilia, & lapides sar dinos,& lapides ad sculpturã in humerali & podere,& omis sapiens corde in uobis ue niat,& operet̃ omnia quæ præcepit dominus. Cum cõsidero meipsum primũ,& discu tio,piget ad hæc aperienda manũ mittere. Vereor enim ne forte etiam si dominus reue lare dignetur alicui,sicut forte dignat̃ (de me enim nõ sum ausus dicere) uereor inquã, & ualde dubito si inueniam auditores:& cũ ita sit,ne forte ab eo qui explanare conabi tur requirantur dominicæ margaritæ,ubi uel quomodo,uel ante quos mittantur. Verũ

quoniam magnopere expectatis ut aliqua ex his quæ lecta sunt, differātur, & præcepit
Matt.25 mihi dominus meus dicēs: Oportebat te dare pecuniam meam ad mensam, & ego ueniens cum usuris utiq; exegissem eam: ipsum rogabo, ut uerbū meum suam pecuniā facere dignetur, uti nō meam pecuniā, non meum aurum uobis, sed ipsius fœnerē, ipsius uobis uerbo, & ipsius sensu loquar, & ad auditus uestri hæc deferam mēsam. Vos iam uideritis suscipientes dominicam pecuniā, quomodo usuras eius uenienti domino prępare tis. Vsuræ aūt sunt uerbi Dei, habere in usu uitæ & actuū ea quæ præcepit sermo dei. Si ergo audientes uerbum utimini eo, & agitis secundum ea quæ auditis, & secundū hæc uiuitis, usuras domino præparatis: & potest fieri ut unusquisq; uestrum de quinq; talētis faciat decem, & audiat à domino: Euge serue bone, et fidelis, eris potestatē habēs super decem ciuitates. Tantum illud uidete, ne quis uestrum acceptam pecuniam, aut in sudario colliget, aut defodiat in terrā, quia huiusmodi hominis in aduētu domini quis sit exitus bene nostis. Tētabimus igitur pauca de multis, imò pauciora de paucis, quippe quibus & noster sermo librādus, & uester auditus. Primo igitur omniū uideamus quid est quod dicit Moyses ad filios Israel: Sumite à uobis ipsis redēptionē domino, omnis qui conceperit corde, efferat initia domino. Non uult Moyses, ut aliquid offeras deo quod extra te est, à uobis ipsis, inquit, sumite, & initia offerte domino, prout unusquisq; cōcepit corde. Aurū iubetur & argētum deferri, æs & cæteræ materiæ, qūo hoc possum ego de me ipso offerre? Nunquid intra me aurum nascitur aut argentū, & cætera quæ iubentur? Nōne hoc unusquisq; de prōptuarijs, & de scrinijs suis profert? Quid est ergo q̄d dicit Moyses, offerte à uobis ipsis, & unusquisq; sicut cōcepit corde? Illud quidē aurū & argentum cæteræq; materiæ unde tabernaculū constructū est, cōstat de scrinijs et promptuarijs uniuscuiusq; prolatū. Spiritalis aūt lex aurum requirit ad tabernaculū, quod intra nos est, argentū q̄d intra nos est, & oēs reliquas materias illas deposcit, quas & intra
Rom.10 nos habere possumus, & proferre de nobis. Dicit em̄ scriptura, quia prope est uerbū in ore tuo, & in corde tuo, quia si cōfessus fueris in ore tuo dominū Iesum, & credideris in corde tuo, q̄ Deus illū suscitauit à mortuis, saluus eris. Si ergo credideris in corde tuo, cor tuum, & sensus tuus aurū est. Obtulisti igitur aurū ad tabernaculū, id est fidē cordis tui. Si uerò cōfessus fueris, sermonē obtulisti, sermonē cōfessionis argentū. Idcirco ergo dicit Moyses, qui est lex spiritalis, sumite à uobis ipsis. Hæc à te ipso sumis, hæc intra te sunt, hæc etiā si nudus sis, habere potes. Sed & quod addidit, unusquisq; sicut concepit corde, huc respicit. Nō em̄ poteris aliquid de sensu tuo offerre Deo, uel de uerbo tuo, nisi prius quę scripta sunt corde cōceperis, nisi intētus fueris, & diligenter audieris, nō potest aurū tuum probatū esse, nec argentū: requirit enim ut probatum sit. Audi scripturā
Psal.11 dicentem: Eloquia domini eloquia casta, argentū igne probatū, purgatum septuplum. Si ergo quę scripta sunt corde cōceperis, erit aurum tuum, id est sensus tuus, pbus, & argentum tuum, qui est sermo tuus, probatū. Quid etiam de ære dicemus? opus est & ære ad tabernaculi cōstructionē. Videtur q̄dē æs pro fortitudine suscipi, & loco poni posse fortitudinis & constantiæ: sed ne quis dicat, hoc diuinare magis est q̄ explanare, ubi q̄d dicitur, non de scripturarū auctoritate munitur, puto ergo æs accipi posse pro uoce. Aliud enim est sermo, aliud uox. Sermo dicit loquela rationi subnixa. Vox uerò est (uerbi causa) si latine, si grece dicatur, si eleuatius, si pressius. Sed hęc necessario ut de scripturis
1 Cor.13 probemus exigitis. Audi quid dicat Apostolus: Si linguis hominū loquar et angelorū, charitatem aūt non habeam, factus sum ut æramentum sonans, ut cymbalum tinniens. Ita ergo loqui linguis, & interpretari ex alia in aliā linguam, æris oblatio est. Necesse est enim omnia habere tabernaculum dei, & nihil deesse in domo domini. Est igitur (ut diximus) æris oblatio uox. Vox autem est quę alterius sensum in alterā linguā uertit. Sermo uerò est, qui sensum propriū refert. Omnia ergo offerantur deo, & sensus, & sermo, & uox. Quid de cæteris dicemus? Multa sunt enim, & singula discutere opus est ingēs. Verū quid proderit, ut nostro quidem ingenti labore dicant̄, ab occupatis uerò auditoribus, & uix unius horæ puncto uerbo Dei assistētibus spernantur, & pereant? Nisi em̄ dominus ædificauerit domum, in uanū laborauerunt qui ędificāt eam. Veruntamē nos (ut suprà iam dictum est) tradimus ad mēsam pecuniam domini, uideat em̄ unusquisq; auditorū, quomodo suscipiat quę tradunt̄. Vnusquisq; aūt, inquit, nostrum, sicut corde

concepit

concepit, offerat initia domino. Quod dixit initia, quæro quæ sint initia auri, uel quæ primitiæ argenti? Quomodo aũt de cocco & purpura & byſſo uidentur conferri primitiæ? Aut qũo ſicut corde cõceperit quis offert? Hoc iam ſingulos noſtrũ pulſat, uideamus ſimul & qũo corde cõcepimus. Quanti modo hic præſentes ſumus, & ſermo dei tractat? Sunt qui cõcipiunt corde quę lecta ſunt, ſunt qui omnino nõ cõcipiũt, quę dicunt, ſed eſt mẽs eorũ & cor aut in negocijs aut in actibus ſeculi, aut ſupputationib. lucri: & præcipue mulieres, qũo putas corde concipiunt, quæ tantum garriunt, quæ tantũ fabulis oſtrepunt, ut non ſinant eſſe ſilentiũ? Iam quid de mente earum, quid de corde diſcutiã, ſi de infantibus ſuis, aut de lana cogitent, aut de neceſſarijs domus? Vereor magis ne ſequant illas, de quibus dicit apoſtolus: Quæ diſcũt circumire domos, non ſolum uerboſæ, ſed & curioſæ, loquẽtes quæ nõ oportet. Quomodo ergo iſtæ tales corde cõcipiunt? Nõ cõcipiet corde quis, niſi uacet corde, niſi ſit mente liber & totus intentus, niſi corde uigilet, nõ poteſt corde concipere, & offerre dona deo. Quod ſi hactenus neglexímus, ex hoc ſaltẽ attentiores ſimus, & ſollicite intendamus, ut poſſimus mente cõcipere. Iuſtũ eſt eñ, ut in tabernaculo domini inueniat unuſquiſq; habere portionẽ ſuã. Nõ eñ latet deũ unuſquiſq; qd ei offerat. Quam glorioſum tibi eſt, ſi dicat in tabernaculo domini: Aurũ iſtud (uerbi cauſa) quo arca teſtamẽti obtegitur, illius eſt: argentũ ex quo baſes, & columnę ſunt, illius eſt: de quo anuli, & candelabrũ, & nõnullæ colũnarũ baſes factæ ſunt, illius eſt: ſed & lapides iſti humeralis, & logij, illius ſunt. & purpura qua ornat pontifex, illius eſt, & coccus illius eſt, & cætera quæq; per ſingula? Et rurſum q̃ indecorũ, q̃ miſerũ erit, ſi dominus ueniens requirere ædificiũ tabernaculi, nihil muneris tui inueniat in eo, nihil à te cognoſcat oblatũ? Sic indeuotus, ſic infidelis uixiſti, ut nihil memoriæ tuæ in tabernaculo dei eſſe geſtieris? Sicut eñ princeps huius mũdi uenit ad unumquẽq; noſtrũ, & quærit ſi qd de ſuis actib. inueniat in nobis, & ſi quidẽ inuenerit, ſibi nos uindicat: ita & ecõtrario ſi ueniens dñs inueniat aliqd tuũ in tabernaculo ſuo, ſibi te defendit, & ſuũ te dicit. Domine Ieſu præſta mihi, ut aliqd monumẽti habere merear in tabernaculo tuo. Ego optarẽ (ſi fieri poſſet) eſſe aliquid meũ in illo auro, ex quo propitiatoriũ fabricat, uel ex quo arca cõtegitur, uel ex quo candelabrũ fit luminis & lucernę. Aut ſi aurũ nõ habeo, aut argentum, ſaltẽ aliquid inueniar offerre qd ꝓficiat in colũnas, uel in baſes earũ. Aut certe uel ęris aliquid habere merear in tabernaculo, unde circuli fiant, & cætera quę ſermo diuinus deſcribit. Vtinã mihi eſſet poſſibile unum eſſe ex principibus & offerre gẽmas ad ornamentũ pontificis humeralis, & logij. Sed quia hæc ſupra me ſunt, certe uel pilos caprarũ habere merear in tabernaculo dei, tantũ ne in omnib. ieiunus & infœcundus inueniar. Vnuſquiſq; ergo ſicut cõcepit corde. Videte ſi cõcipitis uidete ſi tenetis, ne forte effluãt quæ dicunt, & pereãt. Volo uos admonere religionis ueſtrę exẽplis: noſtis qui diuinis myſterijs intereſſe cõſueſtis, qũo cũ ſuſcipitis corpus domini, cũ omi cautela & ueneratione ſeruatis, ne ex eo parũ quid decidat, ne cõſecrati muneris aliquid dilabat. Reos eñ uos creditis, & recte creditis, ſi qd inde ꝑ negligentiã decidat. Quod ſi circa corpus eius cõſeruandũ tãta utimini cautela, & merito utimini: qũo putatis minoris eſſe piaculi uerbũ dei neglexiſſe, q̃ corpus eius? Initia ergo iubent offerre, hoc eſt primitias: q̃ offert qd primũ eſt, neceſſario habeat ipſe quod reliquũ eſt. Vide quantum nos oportet abundare auro, quantũ, argento, ac reliquis omnib. quę iubent offerri, ut & domino offeramus, & nobis ſuperſit. Primo eñ omniũ debet ſenſus meus intelligere deum, & ipſi offerre primitias intellectus ſui, ut cũ deum bene intellexerit, reliqua cõſequenter agnoſcat. Hoc etiã ſermo faciat, hoc & omnia quæ in nobis ſunt, agant. Sed uideamus & cætera, Hyacinthũ & purpurã, & coccum duplicatũ, & byſſum tortã. Quatuor iſta ſunt ex quib. cõficiunt, uel põtificis indumẽta, uel cætera quæ ad ſacrum parantur ornatũ. De his dixerũt quidã ante nos, & ſicut non decet aliena furari, ita conueniens puto bene dictis alterius non abuti patentẽ. Iſta ergo (ut de priorib. uiſum eſt) quatuor elementorũ, ex quibus & mundus cõſtat & corpus humanum, tenent figurã, id eſt aeris, ignis, aquæ, & terræ. Hyacinthus ergo ad aerem refert, hoc eñ ipſe indicat color, ſicut & coccus ad ignẽ. Purpura aquę tenet figurã, quaſi quę de aq̃s accipiat fucũ. Byſſus terrę, quia oritur ex terra. Habemus ergo & nos hęc omnia in nobis, &

Mulier in tẽplo garrula.

1. Tim. 5

Corpus domini.

bis,& quia ex his primitias dño iubemur offerre,ideo dicit:Sumite ex uobis ipsis,& offerte primitias domino. Verum illud cõsiderandũ puto,quod cũ de cæteris simpliciter dixit Moyses,tantũ de cocco addidit duplicatũ,& byssum tortam.Requiritur ergo,cur alias quidẽ materias,ex quibus & cætera indicantur elementa,simpliciter dixerit: coccum quo ignis designat̃,solum posuerit duplicatum. Difficilia hęc ad intelligẽdum,& ad proferendum multo difficiliora. Veruntamen prout dñs dederit, tentabimus explanare. Oportet em̃ & dici aliqua,& aliquãta seruari. Videamus ergo qua ratione coccũ dixerit duplicatũ.Color iste (ut diximus)ignis indicat elementũ. Ignis aũt duplicẽ habet uirtutẽ,unam qua illuminat,aliam qua incẽdit.Hæc est historiæ ratio. Veniamus & ad intellectũ alium.Etiã ignis ipse duplex est.Est ignis quidã in hoc seculo,est & in futuro. Dominus Iesus dicit: Ignẽ ueni mittere in terrã. Ignis iste illuminat. Item rursus dñs dicet in futuro operarijs iniquitatis: Ite in ignẽ æternum, quem præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Ille ignis incẽdit. Veruntamẽ iste ignis,quẽ uenit mittere Ieius, illuminat quidem omnẽ hominẽ uenientem in hunc mundum, habet tamen aliquid & quod incendat,sicut confitent̃ illi qui dicunt:Nõne cor nostrũ ardens erat intra nos, cũ adaperiret nobis scripturas? Simul ergo & incendebat & illuminabat, adaperiens scripturas.Nescio autẽ si & ille ignis in futuro seculo qui incendit, habeat aliquid & quod illuminet.Est ergo(ut ostendimus) natura ignis duplex, & ideo iubetur offerri coccus duplicatus.Quõ ergo nos offerre possumus ignem istum duplicatũ ad ædificiũ tabernaculi,uideamus.Si doctor es,extruis tabernaculũ ædificans ecclesiã dei: dicit ergo & ad te deus quod & ad Hieremiã dixit:Ecce dedi uerba mea in os tuũ,id est ignem. Si ergo docens & ædificans ecclesiã dei, increpes tantũmodo & arguas & castiges, & peccata populi exprobres,nihil aũt consolationis proferas de scripturis diuinis,obscurum nihil explanes,nihil scientiæ profundioris attingas, nec aliquid intelligentiæ sacratioris aperias,obtulisti quidem coccum, sed non duplicatũ. Ignis em̃ tuus incendit tantũmodo, & non illuminat. Et rursum si docens mysteria legis aperias, secretorũ arcana discutias, peccantem uerò non arguas,negligentem non corripias,seueritatem disciplinæ nõ teneas,obtulisti quidem coccũ,sed non duplicatũ.Ignis enim tuus tantũ illuminat,nõ accendit.Qui ergo recte offert,& recte diuidit,coccũ offert duplicatũ,ut cum scientiæ lumine igniculum seueritatis admisceat. Quid autem sibi uelit & byssus torta uideamus. Et hic enim dedit aliquid additamenti præ cæteris elementis. Byssum diximus terræ habere formam,quod est caro nostra. Carnem ergo non uult offerri deo fluitantem luxu, & delicijs resolutam,sed torqueri iubet eam & constringi.Quis ergo est qui torquebat carnẽ suam? Ille nimirũ qui dixit: Macero corpus meum, & in seruitutẽ subijcio, ne forte cum alijs prædicauerim,ipse reprobus efficiar. Sic ergo est offerre & byssum tortam, carnem abstinentia,uigilijs,& meditationũ labore conficere. Offeruntur & pili caprarũ.Hoc genus pecudis in lege pro peccato iubetur offerri. Pilus uerò species est emortua,exanguis & exanimis.Hanc qui offert,ostendit in se sensum peccati iam mortuum, nec in membris suis ultra uiuere aut regnare peccatum. Pelles quoque offeruntur arietum.Arietẽ etiã ante nos quidam pro furore posuerunt. Et quia pellis mortui animalis indicium est, ostendit in se furorem mortuũ qui deo offert arietum pelles. Post hæc:Et uiri,inquit,acceperunt à mulieribus suis,omes quibus uisus est sensus,& attulerũt gemmas,& inaures,& anulos,& discriminalia, & dextralia. Vides & hic quomõ illi afferũt dona deo,qui corde uident,qui intellectũ corde cõcipiunt,qui mentẽ intẽtam & deditam habẽt ad uerbum dei. Isti ergo afferunt munera, & afferũt etiã à mulieribus suis inaures,inquit, & gemmas & dextralia. Mulieres secundum allegoricã rationẽ sæpe iam diximus quòd caro accipit̃,& uir rationabilis sensus.Bonæ sunt ergo istæ mulieres quę obediunt uiris suis.Bona est caro quæ iam spiritui nõ repugnat, sed obtẽperat & cõsentit,& ideo si duobus uel tribus in uobis cõuenerit, ex quacunq; re petieritis, fiet uobis, dicit dominus.Offerũt ergo à mulieribus suis inaures. Vides quomodo domino offert̃ auditus.Sed & dextralia dño offeruntur.Opera dextra,& opera bona,quæ per carnem geruntur.Hæc domino offerat rationabilis sensus.Sed & discriminalia offerunt̃.Offert discriminalia,qui bene scit discernere quid agendũ sit, quid uitandũ, quid deo placeat, quidue displiceat,quid iustum sit,quid iniustũ. Ista sunt discriminalia quæ domino offe

runtur

Luc.12
Matt.25
Ioan.1
Luc.24
Ignis purgatorij
Hier.1
Gen.4
1.Cor.9

runtur. Hę ergo mulieres inaures domino offerunt, quia sunt mulieres sapientes. Venerunt eñ, inquit, mulieres sapientes, & fecerunt quæcunq; necessaria erant ad indumẽta pontificis. Illę uerò mulieres quę inaures suas obtulerũt ut fieret uitulus, insipiẽtes erãt, quę à ueritate quidẽ auerterunt auditum, ad fabulas autem impietatẽq; se cõuerterunt, & ideo obtulerunt inaures suas, ut fieret caput uituli. Sed & in Iudicum libro aliud nihilominus idolum inuenimus ex mulierum inauribus factũ. Istæ ergo beatæ mulieres, beata ista caro, quę domino offert inaures suas, & dextralia sua, et anulos suos, et omnia opera manuũ suarum quę in mandatis domini agit. Additur post hęc, quia & apud quẽ inuẽta sunt ligna imputribilia, obtulit deo. Si quis diligit Christũ dñm in incorruptiõe, lignum imputribile offert domino. Beatus ergo apud quem inuenit, uel sensus incorruptus, uel corpus incorruptum, & hoc offert deo. Vnde et bene ualde dixit: Apud quem inuenta sunt ligna imputribilia. Non enim apud omnes inueniunt ligna imputribilia. De auro non dixit neq; de argento, apud quem inuentum est, Potest eñ apud omnes inueniri sensus et sermo. Sed nec de quatuor coloribus hoc dixit. Omniũ nanq; est ex quatuor constare secundum corpus elemẽtis. Ligna autem imputribilia, id est incorruptionis & uirginitatis gratia, apud rarum quenq; inueniri potest, sicut & dominus dicit: Nõ omnes capiunt uerbum istud, sed quibus datum est. Sed & principes, inquit, obtulerũt dona sua. Quæ sunt ista dona quæ principes offerunt? Gẽmas, inquit, obtulerũt, & lapides Smaragdos, & lapides repletiõis, & lapides adhumerales. Lapides repletiõis dicũtur, qui ponuntur in logio, hoc est qui in pectore põtificis collocantur, scripti per nomina tribuum filiorum Israel. Hoc quod dicitur logion, id est rationale, qui est pannus exiguus ex auro & gemmis, coloribusq; uarijs, & superhumerali contra pectus pontificis annectebatur, formam habet sensus rationabilis qui in nobis est. In hoc positi dicunt lapides repletionis, qui tamen cohærent, & cõnexi sunt ad lapides humerales, atq; ex his continentur adstricti. Humeralis ornatus indiciũ est actuum bonorum. Actus ergo cũ ratione & ratio cum actibus sociatur, ut sit cõsonantia in utroq;. Qui enim fecerit & docuerit, hic magnus uocabitur in regno cœlorũ. Sit ergo in nobis sermo de actibus pendens, & sermonem actus exornent. Hic enim pontificis refertur ornatus. Sed ad hęc explenda principes requiruntur: iste ornatus eorum est, qui intantum profecerũt, ut præesse populis mereantur. Offerunt etiam oleum principes ad usus duplices profuturũ, lucernis & chrismati. Debet enim lucerna eorum qui populis præsunt, non abscondi, aut sub modio poni, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sed et incensi compositionem principes offerunt, quæ componatur per Moysen in odore suauitatis domino, ut & ipsi dicant, quia Christi bonus odor sumus. Et posteaquã obtulit populus, uocauit, inquit, Moyses omnem sapientem ad fabricandũ, & architectũ, ut componerent, & fabricarẽtur singula quæq; quæ scripta sunt. Sed & mulieres, inquit, sapientes uocauit, ut facerent quæ conuenirent in tabernaculo domini. Vides hęc omnia quę fiunt, à sapientibus fieri, & mulieres sapientes uocãtur, & uiri sapientes. Omnia eñ opera domini in sapientia fiunt. Venit ergo unusquisq; sapiens sensu, et facit opera domini. Non sufficit nobis si offeramus tantum, sed opus est ut cum sapientia ea quæ in nobis sunt operemur, sciamus miscere aurũ cum byssо, & coccum duplicare, uel miscere cum purpura. Quid enim tibi prodest si habeas hęc, & uti his nescias, neq; agnoscas quomodo unumquodq; in suo tempore, & in suo loco aptare debeas & proferre? Et ideo danda nobis est opera, ut sapientes simus, & hæc quæ audimus de scripturis sanctis proferre in tempore & aptare possimus, & componere atque ex his adornare tabernaculum deo Iacob. Per Iesum Christum dominum nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Iud. 18

2. Cor. 2

HOMILIARVM ORIGENIS IN
Exodum Finis.

ORIGENIS TRACTATVS IN LEVITICVM

HOMILIA PRIMA SVPER I. CAP.

ICVT in nouissimis diebus uerbum dei ex Marię carne ueſtitū proceſſit in hunc mundū, & aliud quidē erat quod uidebat in eo, aliud quod intelligebatur. Carnis nanq; aſpectus in eo patebat omnibus, § paucis uerò & electis dabatur diuinitatis agnitio. Ita et cum per ꝓphetas uel legislatorem uerbum dei profertur ad homines, nō abſq; cōpetentibus profertur indumentis. Nam ſicut ibi carnis, ita hic litere uelamine tegitur. Vt litera quidem aſpiciatur tanquam caro, latens uerò intrinſecus ſpiritalis ſenſus tanquam diuinitus ſentiatur. Tale ergo eſt quod & nunc inuenimus librum Leuitici reuoluentes, in quo ſacrificiorum ritus, & hoſtiarū diuerſitas ac ſacerdotum miniſteria aſcribuntur. Sed hæc ſecundum literam, quæ tanq; caro uerbi dei eſt, & indumentum diuinitatis eius, digni fortaſſe uel aſpiciant, uel audiant & indigni. Sed & beati ſunt illi oculi, qui uelamine literæ obtectū intrinſecus diuinum ſpiritum uident, & beati ſunt qui ad hæc audienda mundas aures interioris hominis deferunt. Alioquin aperte in his ſermonibus occidentem literam ſentient. Si enim ſecundum quoſdam etiam noſtrorū intellectum ſimplicem ſequar, & abſq; ulla (ut ipſi ridere nos ſolent) ſtropha uerbi & allegoriæ nubilo uocem legislatoris excipiā, ego ecclesiaſticus ſub fide Chriſti uiuens, & in medio eccleſiæ poſitus, ad ſacrificandū uitulos & agnos, & ad offerendā ſimilam cum thure & oleo diuini præcepti auctoritate cōpel

Suſannæ hiſtoria

lor. Hoc enim agūt, qui deſeruire nos hiſtoriæ, & ſeruare legis literā cogunt. Sed tēpus eſt nos aduerſus improbos presbyteros uti ſanctæ Suſannæ uocibus, quas illi quidē repudiātes, hiſtoriā Suſannæ de catalogo diuinorū uoluminū deſecarūt. Nos aūt & ſuſcipimus & opportūe cōtra ipſos ꝓferimus, dicētes, Anguſtię mihi ſunt undiq;. Si em̄ hoc conſenſero uobis, ut legis literā ſequar, mors mihi erit. Si aūt nō cōſenſero, non effugiā manus ueſtras. Sed melius eſt me ſine ullo geſtu incidere in manus ueſtras, q̄ peccare in cōſpectu domini. Incidamus ergo & nos (ſi ita neceſſe eſt) in obtrectationes ueſtras, tā tum ut ueritatē uerbi dei ſub literę tegmine coopertā ad Chriſtū iam dn̄m conuerſa eo-

Dan. 13

2. Cor. 3

gnoſcat eccleſia. Sic em̄ dicit Apoſtolus: Quia ſi conuerſus quis fuerit ad dominū, auferetur uelamē. Vbi em̄ ſpiritus domini, ibi libertas. Ipſe igitur nobis dn̄s, ipſe ſanctus ſpiritus deprecandus eſt, ut omnē nebulā, omnēq; caliginem quę peccatorū ſordibus con

Pſal. 118

creta uiſum noſtri cordis obſcurat, auferre dignetur, ut poſſimus legis eius intelligentiā ſpiritalē, & mirabilem contueri, ſecundū eum qui dixit: Reuela oculos meos, & cōſiderabo mirabilia de lege tua. Igit̄ q̄ poſſumus breuiter pauca ꝓſtringamus ex multis, non tā ſingulorum uerborū explanationi ſtudentes, hoc em̄ facere per otium ſcribentis eſt, ſed quæ ad ædificationē eccleſiæ pertinent proferētes: ut occaſiones potius intelligentię auditoribus demus, q̄ expoſitionū latitudinē proſequamur, ſecundū illud quod ſcriptū eſt: Da occaſionē ſapienti & ſapiētior erit. Principiū ergo Leuitici dicit, quia uocauit dn̄s Moyſen, & locutus eſt illi de tabernaculo teſtimonij, ut promulgaret filijs Iſrael ſacrificiorum leges & munerū, & ait: Si homo munus offerat domino, offerat ex bobus uel pecoribus, id eſt, agnis uel hœdis. Si uerò ex auib. turtures uel pullos columbarū. Si uerò nō homo, ſed anima offerat munus deo, ex ſimila, inquit, offerat panes azymos coctos in clibano, uel certe ſimilā ex ſartagine in oleo cōſperſam, aut ex craticula oleo nihilominus ſubactā. Tum deinde edocemur quia fermētatū nihil omnino oportet offerri ad altare dei, neq; mellis q̄q̄ ſacrificijs admiſceri, ſed ſale ſaliri oīe ſacrificiū uel munus. Secūdo in loco de primitiarū prę cepit ſacrificijs, quæ recētia toſta bene purgata offerri domino iubet. Poſthęc ſub eadē legis cōtinētia de ſacrificijs ſalutarib. iniungit̄, primo ex bobus, ſecūdo ex ouibus, in quib. tamē liceat, ſiue in agnis, ſiue in hœdis uel fœminas offerre, uel mares. & nihil præter hæc animalia decernit in ſacrificijs ſalutarib. offerendū. Sed repetamus paululū, & uideamus primo omniū quidē q̄d dicit, Homo ex

uobis

uobis si offerat munus, quasi uerò possit alius aliqs offerre q̃ homo. Et utiq; suffecisset dicere, si quis ex uobis offerat munus: sed nũc dicit, Si homo ex uobis offerat munus. In consequẽtibus uerò dicit, Si aũt anima offerat munus. In posterioribus porrò, cũ secundo iam loquit̃ dominus ad Moysen, & mãdat de sacrificijs pro peccato offerẽdis, ita dicit: Si põtifex peccauerit, offerat illud & illud. Vel si omnis synagoga peccauerit, uel si principes peccauerint, uel si anima una peccauerit: mandat̃ singulis quibusq; quid offerant. Quid ergo? inanẽ putamus esse istam personarũ distinctionẽ, ut aliud quidem offerendum sub hominis appellatione, aliud sub animæ, aliud sub põtificis, aliud uerò sub synagogæ, aliud etiã sub principis, uel sub unius animę cognominatione mandet̃? Ego interim pro exiguitate sensus mei, hoc in loco hominẽ quẽ appellauit, & primũ in omnibus posuit ad offerendũ munus deo, intelligendũ esse omne humanũ arbitror genus, & ipsum dici hominẽ qui holocaustũ offerat uitulum ex bobus sine macula. Iste aũt uitulus sine macula, uide si nõ ille saginatus est uitulus quẽ pater regresso ac restituto sibi illo qui perierat filio, quiq; omnẽ eius substantiã dilapidauerat, iugulauit, & fecit cõuiuium magnũ, & lętitiam habuit, ita ut lætarẽtur angeli in cœlo super uno peccatore pœnitentiã agẽte. Homo ergo iste qui perierat & inuẽtus est, quoniã nihil habuit propriæ substantiæ quod offerret, cuncta nanq; dilapidauerat uiuens luxuriose, inuenit istũ uitulum cœlitus quidẽ missum, sed ex patriarcharum ordine, & cõnexis ex Abrahã generationum, successionibus uenientẽ, & idcirco nõ dixit uitulũ & siluit, ut uideatur uitulus quicunq; mãdatus, sed uitulũ ex bobus, id est ex patriarcharũ generatione uenientem. Est aũt masculus sine macula. Masculus uerò est, qui peccatũ quod est fœmineę fragilitatis ignorat. Solus ergo ille masculus, solus sine macula est, qui peccatũ non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius, & qui acceptus cõtra dominũ, offertur ad hostiũ tabernaculi. Ad ostium tabernaculi nõ est intra ostium, sed extra ostium. Extra ostium etenim fuit Iesus, quia in sua propria uenit, & sui eum nõ receperunt. Non est ergo ingressus tabernaculũ illud, ad quod uenerat, sed ad ostiũ eius oblatus est in holocaustũ, quia extra castra passus est. Nam & illi mali coloni uenientẽ filium patrisfamiliâs eiecerunt foras extra uineam, & occiderũt. Hoc est ergo quod offertur ad ostiũ tabernaculi acceptum contra dominũ, & quid tam acceptum q̃ hostia Christi, qui seipsum obtulit deo? Et tamen imponent manũ suã, inquit, super caput hostiæ, & iugulabũt uitulum cõtra dominum, & offerẽt filij Aaron sacerdotis sanguinẽ, & effundent sanguinem ad altare in circuitu, quod est ad ostium tabernaculi testimonij. Potest quidem uideri ob hoc dictum, quod de filijs Aaron erant Anna & Caiphas, & cæteri omnes qui cõsilium agentes cõtra Iesum pronunciauerunt eum reũ mortis, & effuderunt sanguinẽ eius circa basim altaris tabernaculi testimonij. Ibi enim effundit̃ sanguis, ubi erat altare, & basis eius, sicut ipse dominus dixit: Quia non capit perire prophetã extra Hierusalẽ. Posuit ergo & manum suam super caput uituli, hoc est peccata generis humani imposuit super caput suũ. Ipse est enim caput corporis ecclesiæ suæ. Sed & hoc fortasse nõ sine causa fit, quod cũ superius dixisset, applicabit eum ad ostiũ tabernaculi testimonij, in posterioribus repetit, & iterum dicit, ad altare quod est ad ostiũ tabernaculi testimonij, quasi non eundem locum sub eadẽ narratiõe semel designasse suffecerit. Nisi quia forte hoc intelligi uoluit, quod sanguis Iesu nõ solum in Hierusalem effusus est, ubi erat altare, & basis eius, & tabernaculũ testimonij, sed et quod super illud altare quod est in cœlis, ubi & ecclesia primitiuorũ est, idẽ ipse sanguis aspersus erit, sicut & Apostolus dicit: Quia pacificauit per sanguinem crucis suæ, siue quæ in terra sunt, siue quę in cœlis. Recte ergo secundo nominat altare, quod est ad ostium tabernaculi testimonij, quia non solũ pro terrestribus, sed etiã pro cœlestibus oblatus est hostia Iesus, & hic quidem pro hominibus ipsam corporalem materiam sanguinis sui fudit, in cœlestibus uerò ministrantibus (si qui illi inibi sunt) sacerdotibus, uitalem corporis sui uirtutem, uelut spiritale quoddam sacrificiũ immolauit. Vis autem scire quia duplex hostia in eo fuit, cõueniẽs terrestribus, & apta cœlestibus? Apostolus ad Hebræos scribens dicit: Per uelamen, id est carnem suam. Et iterum interius uelamen interpretat̃ cœlum, quod penetrauit Iesus, ut adsistat nũc uultui dei pro nobis, semper, inquit, uiuens ad interpellandum pro his. Si ergo duo intelliguntur uelamina, quæ uelut pontifex ingressus est Iesus, consequenter & sacrificiũ duplex

Leuit. 1

Leuit. 4

Caue

Ibidem

Heb. 10. 6

intellígẽdum eſt, per quod & terreſtria ſaluauerit & cœleſtia. Deniq; & ea quæ ſequuntur, plus cœleſti ſacrificio quàm terreno uidenť aptãda. Et decoriãtes, inquit, holocauſtũ diuidẽt illud membratim, & imponent filij Aaron ſacerdotis ignem ſuper altare, & conſtipabunt ligna in ignem, & imponẽt filij Aaron ſacerdotis diuiſa mẽbra, & caput, & adipes, & ligna quæ ſunt ſuper altare. Interanea uerò & pedes lauabũt aqua, & imponet ſacerdos omnia ſuper altare, hoſtia eſt & ſacrificiũ odor ſuauitatis domino.] Quomodo decoriet caro uerbi dei, quod hic uitulus nominať, & quomodo mẽbratim diuidatur à ſacerdotibus, operæpreciũ eſt aduertere. Ego puto q̃d ille ſacerdos detrahit corium uituli oblati in holocauſtũ, & deducit pellem qua membra eius cõteguntur, q̃ de uerbo dei abſtrahit uelamen literæ, & interna eius, quæ ſunt ſpiritalis intelligentię mẽbra, denudat: & hæc mẽbra uerbi interioris ſcientiæ, nõ in humili aliquo loco ponit, ſed in alto & ſancto, id eſt ſuper altare collocat: cũ non indignis hominibus, & humilẽ uitã ac terrenã ducẽtibus pandit diuina myſteria, ſed illis qui altare dei ſunt, in quibus ſemp ardet diuinus ignis, & ſemper conſumiť caro. Super hos ergo tales membratim diuiſus iſte holocauſti uitulus collocať. Diuidit nanq; membratim uitulũ, q̃ explanare per ordinem poteſt, & cõpetenti diſtinctiõe differere, qui ſit ꝓfectus, Chriſti fimbriã cõtigiſſe: qui uerò pedes eius lauiſſe lachrymis, et capillis capitis exterſiſſe: quãto aũt ijs potius ſit caput eius unxiſſe myrrha: ſed & in pectore eius recubuiſſe q̃d habeat eminẽtiæ. Horũ ergo ſingulorũ cauſam diſſerere, & alia quidẽ incipientibus, alia uerò ijs qui iam ꝓficiũt in fide Chriſti, alia aũt illis qui iam perfecti ſunt in ſciẽtia et charitate eius, aptare, hoc eſt membratim uitulum diuiſiſſe. Sed & qui nouit oſtendere quæ fuerint legis principia, q̃ etiam in prophetis profectus acceſſerit, quę uerò in Euãgelijs plenitudo perfectionis habeatur: uel qui docere poteſt, quo uerbi lacte alendi ſunt paruuli in Chriſto, & q̃ uerbi holere refouẽdi ſint qui infirmantur in fide, quis etiam ſit cibus ſolidus & fortis, quo impinguãdi ſint athletæ Chriſti: qui hæc ſingula nouit ſpiritali ratione diuidere, poteſt huiuſmodi doctor ille ſacerdos uideri, qui imponit ſuper altare holocauſtũ per mẽbra diuiſum. Addit & ligna altari, quo ignis animetur, & ardeat is à quo nõ ſolum de corporalibus uirtutibus Chriſti, ſed etiã de diuinitate eius ſermo miſcetur. De ſurſum enim eſt diuinitas Chriſti, quò ignis iſte feſtinat. Conuenienter ergo omnia hæc quæ in corpore à ſaluatore geſta ſunt, cœleſtis ignis abſumpſit, & ad diuinitatis eius naturam cuncta reſtituit. Lignis tamẽ adhibitis ignis iſte ſuccẽditur. Vſq; ad lignũ enim carnis paſſio fuit Chriſti. Vbi autem ſuſpenſus in ligno eſt, diſpenſatio carnis finita eſt. Reſurgens enim à mortuis aſcẽdit in cœlum, quò iter eius natura ignis oſtendit. Vnde & apoſtolus dicebat. Quia & ſi cognouimus Chriſtum ſecundum carnem, ſed nunc iam non nouimus. Holocauſtum nanq; carnis eius per lignum crucis oblatum, terrena cœleſtibus, & diuinis humana ſociauit. Interanea ſanè cum pedibus aqua dilui iubet ſermo prȩcepti, ſacramentum baptiſmi ſub figurali prædicatione denuncians. Nam interanea diluit, qui cõſcientiam purgat. Pedes abluit, qui conſummationem ſuſcipit ſacramenti, & ſcit quia q̃ mundus eſt non indiget niſi ut pedes lauet, et quia partem quis habere non poteſt cum Ieſu, niſi lauerit pedes eius. Verum ſi hæc etiam ad moralem locũ inclinare uelis, habes & tu uitulum, quẽ offerre debeas. Vitulus eſt, & quidem ualde ſuperbus, caro tua: quã ſi uis munus domino offerre, ut eam caſtã pudicamq; cuſtodias, adduc eam ad oſtiũ tabernaculi, id eſt ubi diuinorum librorum ſuſcipere poſſit auditum. Maſculinum ſit munus tuum, fœminam neſciat, concupiſcentiam reſpuat, fragilitatẽ refugiat, nihil diſſolutum requirat aut molle. Impone etiã manum tuã ſuper hoſtiã tuam, ut ſit accepta domino, & iugula illã contra dñm, hoc eſt impone ei cõtinentiæ frenũ, et manũ diſciplinę ne auferas ab ea, ſicut impoſuit manũ carni ſuæ ille q̃ dicebat: Macero corpus meũ, & ſeruituti ſubijcio, ne forte cũ alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar. Et iugula eã cõtra dominũ, mortificans ſine dubio membra tua quæ ſunt ſuper terrã. Sed & filij Aaron ſacerdotis offerãt ſanguinem eius. Sacerdos in te eſt, & filij eius, mens quę in te eſt & ſenſus eius, qui merito ſacerdos, et filij ſacerdotis appellanť: ſoli enim ſunt qui intelligunt deũ, & capaces ſunt ſcientiæ dei. Vult ergo ſermo diuinus, ut rationabili ſenſu carnẽ tuã in caſtitate offeras deo: ſecundum quod Apoſtolus dicit, Hoſtiã uiuam, ſanctã, placentẽ deo, rationabile obſequiũ ueſtrum. Et hoc eſt per ſacerdotẽ uel filios ſacerdotis offerre

1 Cor. 3

2. Cor. 5

1 Cor. 9

Rom. 12

ſanguinem

sanguinẽ ad altare, cum & corpore & spiritu quis castus efficitur. Sunt enim & alij, qui offerunt quidẽ holocaustũ carnem suã, sed non per ministeriũ sacerdotis. Non enim sci entes, nec secundum legẽ quę in ore sacerdotis est offerũt, sed sunt quidẽ casti corpore, anima aũt inueniũtur incesti. Aut enim glorię humanę cõcupiscentia maculantur, aut cupiditate auaritię polluũtur, aut inuidiæ ac liuoris infelicitate sordescunt, uel furẽtis odij & iræ immanitate uexantur. Quicũq; ergo tales sunt, licet corpore casti sint, tamen non offerunt holocausta sua p manus & ministeria sacerdotis. Nõ est enim in eis consiliũ, & prudentia, quæ sacerdotio fungitur apud deum: sed sunt ex illis quinq; uirginib. stultis, quæ uirgines quidem fuerũt, & castitatem corporis seruauerunt, oleum autem charitatis, & pacis, & reliquarum uirtutum, in uasis suis condere nescierunt, & idcirco excluſæ sunt à thalamo sponsi: quoniã sola carnis cõtinentia ad altare dominicũ nõ potest peruenire, si reliquis uirtutibus et sacerdotalibus ministerijs deseratur. Et ideo quí hęc legimus uel audimus, in utranq; partem operam dare debemus, casti esse corpore, recti mẽte, mũdi corde, moribus emẽdati, proficere in operibus, uigilare in scientia, fide, et actibus, gestis, & intellectibus esse perfecti, ut ad similitudinẽ hostiæ Christi cõformari mereamur. Per ipsum dominum nostrũ Iesum Christum, per quem deo patri omnipotenti cum sancto spiritu est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De sacrificiorum ritu, hoc est de muneribus salutaribus, & pro peccatis: & quomodo offert pontifex pro peccato suo, & pro peccato synagogæ, uel pro anima quæ ex populo terræ peccauerit non uoluntate Homilia II. Cap. I. & II.

SVPERIOR quidem de principio Leuitici disputatio edocuit nos legẽ sacrificiorum, quæ munera appellãtur, ut si homo munus offerat ex animalibus, id offerret ex bobus, uel ouib. uel etiã capris. Si uerò ex auibus, turturũ par, aut duos pullos columbinos adhiberet. Si uerò anima offerat munus, similam offerret ex clibano, id est panes ex simila azymos, aut similam oleo conspersam ex sartagine uel etiam craticula. Si autem sacrificium offerat primitiarum, de primitijs frugum, ut simila sit recens, id est noua, igni quoq; eam torreri uult, & medio fractam esse, ne multum minutatum sit, quia primitiæ sunt, & bene purgata sit. Oleum quoq; & thus ut imponantur super eam, & sic offeratur. At uerò si quis offerat sacrificium salutare, ex bobus iubetur offerre, uel etiam ex ouibus siue capris, & exceptis his nullum aliud sacrificij genus substituitur in salutaribus hostijs. Nam pro peccatis non uoluntarijs, generaliter quidẽ anima iubetur offerre, & post hæc per diuersas itur, uariasq; personas: & iubetur, si quidem pontifex sit qui deliquit, & offert sacrificium pro peccato, ut uitulum in holocaustum offerat, sed non eo ritu, quo illum pro munere obtulit. De hoc enim tantũ adipes, & duos renes cum adipibus suis, & adipẽ qui tegit interiora, imponet super altare holocaustorũ. De sanguine quoq; eius intingẽs digitum suum, respergit septies cõtra dominum, & linit ex eo cornua altaris incensi. Cæteras autẽ carnes cum corio, & interaneis, & stercore extra castra igni cremari iubet in loco mũdo. Obseruandũ sanè est, quod in peccato pontificis non addidit legislator, quia per ignorantiã, aut non uolũtate peccauerit. Neq; enim cadere ignorantia poterat in eũ, qui ut cæteros doceret, prouectus est. Si autem totius synagogæ peccatũ fuerit, uitulum nihilominus in holocaustũ synagoga iubetur offerre. Sed in peccato synagogę dicit, si ignorauerit, & latuerit uerbum ab oculis synagogæ, & fecerit unũ ab omnibus mandatis domini, quod non fiet. Vnde apparet etiã omnem synagogam posse delinquere per ignorantiã. Quod & dominus confirmat in euangelijs cũ dicit: Pater remitte illis, non em sciunt quid faciũt. Quod si prin- Luc. 23
ceps fuerit qui offert hostiam pro peccato, hircũ ex capris iubetur offerre, nõ holocaustum, sed tantũ ut de sanguine eius imponat sacerdos super altare, & omnẽ adipem eius offerat in altari: reliquum autem sacerdotibus remanet ad edendum, sanguine tantũ ad basim altaris effuso. Si uerò anima fuerit, inquit, una quę offert pro peccato, capram fœminam offerat: ritu scilicet eodem, quo hircũ superius diximus immolatũ. Quod si non ualuerit, inquit, manus eius ad capram, uel ad agnum, par turturũ offerat, aut duos pullos columbarũ. Quod si nec hoc inueniet, decimam partem offæ similaginis sine oleo & sine thure mãdatur offerre. Hæc quidẽ nobis singula priori lectione recitata sunt, uerum

rum explanatio eorum, quoniam tẽpore excludebamur, omissa est, de qua nunc paucis commonere studiosos quosq;, & eos qui etiam prẽteritarum meminerint lectionũ, absurdum non puto, quanquam ad ea quæ nuper recitata sunt, urgeamur. Et primo uelim uidere quæ sit ista differentia, quod alia quidem hominem dicit offerre, alia animã, alia pontificem, alia synagogam, alia principem, alia unam animã ex populo terrę. Et puto quidem hominẽ illum debere intelligi, qui ad imaginẽ & similitudinẽ dei factus, rationabiliter uiuit. Hic uerò munus offert deo uitulũ, cum carnis superbiã uicerit. Ouem, cũ irrationabiles motus insipientesq; correxerit. Hœdũ, cum lasciuiã superauerit. Offert etiam par turturum, cum non fuerit solus, sed mentem suam uerbo dei uelut uiro cõiugi sociauerit, sicut hoc genus auium, unũ dicitur & castum seruare coniugiũ. Offert etiam & duos pullos columbarum, cum & ipse intellexerit mysteriũ, quo oculi ipõsæ sicut co
Cant.1 lumbę dicuntur ad plenitudines aquarũ, & collum eius sicut turturis. Hęc ergo sunt hominis secundum quod suprà exposuimus, munera. Animæ autẽ munera, lõge inferiora describit. Anima hæc neq; uitulum habet, neq; ouem, neq; hœdum quẽ offerat deo: sed ne par quidem turturum, aut duos pullos inuenit columbarũ. Similam tantũ habet, ex ipsa panes azymos offert à clibano, ex ipsa in sartagine opus factũ, uel in craticula oleo permixtum. Videtur mihi hæc quæ anima appellata est, homo ille, quem Paulus animalem hominem nominat, intelligẽdus: qui etiam si peccatis nõ urgeatur, nec sit prẽceps ad uitia, non tamen habet aliquid in se spiritale, & quod figuraliter carnes uerbi dei re-
1.Cor.2 putent. Sic enim de eo ipse Paulus Apostolus dicit: Quia animalis homo nõ percipit ea quę sunt spiritus dei. Stultitia enim est illi, et nõ potest intelligere, quia spiritaliter dijudicatur. Spiritalis autem examinat omnia. Iste ergo qui anima nominatur, nõ potest offerre omnia, quia examinare nõ potest omnia: sed offert solam similã & panes azymos, id est cõmunem hanc uitam, uerbi gratia, in agricultura, aut in nauigãdo, aut in aliquibus communis uitę usibus posita: offert tamen etiam ipsa munus deo, licet solam similam dicatur offerre oleo tantũ cõspersam. Omnis enim anima eget oleo diuinæ misericordiæ, nec præsentem uitam euadere quispiã potest, nisi ei oleũ cœlestis miserationis adfuerit. Secundo in loco, primitiarum, id est de initijs frugũ mãdatur oblatio. Quod si bene meministis, in die Pentecostes fieri lex iubet. In quo illis planè umbra data est, nobis autem ueritas reseruata est. In die enim Pentecostes oblato orationũ sacrificio, primitias aduenientis sancti spiritus apostolorũ suscepit ecclesia. Et uere hæc fuerunt recentia, qa erat
Act.2 nouum, unde & musto repleti dicebãtur. Igni tosta. Igneæ nanq; linguæ supra singulos consederunt. Et medio fracta. Frangebãtur enim media, cum litera separabat à spiritu. Et bene purgata. Purgat nanq; omnes sordes præsentia sancti spiritus, remissionẽ tribuens peccatorum. Oleũ quoq; misericordiæ huic sacrificio infunditur, & thus suauitatis, per quod Christi bonus odor efficimur. Post hęc de sacrificijs salutaribus dicit, quę ex animalibus, id est bobus, uel capris, atq; ouibus offerũtur, & nihil his ultra substituit ad immolandum, sed ne de auibus quidẽ, quæ superius in offerendis muneribus fuerãt substitutæ. Iste enim qui salutares hostias offert, sine dubio iam suæ salutis est cõscius: & ideo qui ad salutẽ peruenit, necesse est ut quę magna et perfecta sunt offerat. Sic enim & apo
Heb.5 stolus dicit: Perfectorũ autẽ est cibus solidus. Dehinc ad offerendas pro peccatis uictimas sacrificiorũ ordo dirigitur, in quo & secũdo dicitur. Locutus est dominus ad Moy-
Leuit.4 sen, dicens: Anima quæcunq; peccauerit corã domino, nõ uolũtate. Recte animã dicit, quam peccare describit. Nõ enim spiritũ uocasset, quẽ diceret peccatorẽ. Sed ne hominem quidẽ hunc diceret, in quo nequaq; imago dei peccato interueniẽte cõstaret. Nõ
Gal.5 ergo est spiritus ille qui peccat. Fructus enim spiritus est (ut describit Apostolus) charitas, gaudiũ, pax, patientia. & cætera his similia, quę etiã fructus uitæ appellãtur. Deniq;
Gal.6 & alibi dicit. Qui seminat in carne, de carne metet corruptionẽ: & q seminat in spiritu, de spiritu metet uitã æternã. Quoniã ergo alius est qui seminat, & alius est in q̃ seminatur, seminat aũt uel in carne cũ peccatur ut metat corruptio, uel in spiritu cũ secundum deum uiuitur ut metatur uita æterna: cõstat animã esse, quæ uel in carne, uel in spiritu seminat, & illam esse quæ uel in peccatum ruere possit, uel conuerti à peccato. Nã corpus sequela eius est ad quodcunq; delegerit: & spiritus dux eius est ad uirtutẽ, si eum sequi uelit. Sed hæc generaliter dicta sunt, nũc uerò p̃ species diuiduntur. Si pontifex, inquit,

qui unctus

qui unctus est peccauerit, & populũ fecerit peccare, offerat pro peccato suo uitulum de bobus sine macula domino. Terror simul & misericordia in diuinis legibus ostẽtat. Ita ne tandem nihil tutum est, nec pontifex quidẽ? & qui pontifex? Ipse qui unctus est, ipse qui sacris ignibus diuina succendit altaria, qui deo munera et salutares hostias immolat: qui inter deũ & homines medius quidam repropitiator iuteruenit, nec iste inquã ipse immunis manet à contagione peccati. Sed uide misericordiã dei, & plenius eam, Paulo docẽte, cognosce. Ipse enim ad Hebrẽos scribens dicit: Omnis nanq; pontifex ab homi nibus adsumptus, pro hominib. cõstituit ad offerẽdas hostias deo. Et paulo post: Lex, inquit, homines cõstituit sacerdotes infirmitatẽ habẽtes, ut possint sicut pro sua, ita etiã pro populi infirmitate offerre. Vides ergo dispẽsationẽ diuinæ sapiẽtiæ. Sacerdotes sta tuit, nõ eos qui omni modo peccare non possent, alioquin non essent homines, sed eos qui imitari quidẽ debeant illum, qui peccatũ nõ fecit. Offert aũt hostias primo pro suis, postea pro populi delictis. Sed quid præcipue in huiusmodi sacerdote mirandũ est? nõ ut non peccet, quod fieri non potest, sed ut agnoscat & intelligat peccatũ suũ. Nunquã enim se emẽdat, qui peccasse se nõ putat. Simul quia & facilius potest indulgere peccã tibus, is qui alicuius infirmitatis suę cõsciẽtia remordet. Quæ est aũt oblatio sacerdotis pro peccato? Vitulus, inquit, ad holocaustũ. Secundo inuenimus offerri à pontifice uitulũ in holocaustũ, semel pro munere, semel pro peccato. Sed ille qui offert in munere super holocausti altare cõsumit. Qui uerò pro peccato, extra castra, cum corio, & interaneis ac stercore, in loco mundo iubet exuri, adipibus solis in altare oblatis & renibus. Quæ singula diuidere ac discernere, quãuis & supra nostras uires sit, & supra auditũ ue strum, tamẽ aliquas uobis ad intelligendũ occasiones cõquirere, atq; in mediũ proferre tentabimus. Vide ergo ne forte Iesus quẽ Paulus dicit pacificasse per sanguinẽ suũ non *Eph.1* solum quæ in terris, sed & quæ in cœlis sunt, idem ipse sit uitulus, qui in cœlis quidẽ nõ pro peccato, sed pro munere oblatus est, in terris aũt ubi ab Adã usq; ad Moysen regna *Caue* uit peccatũ, oblatus sit ꝓ peccato, & hoc est passum esse extra castra. Extra illa, opinor, castra, quæ uiderat Iacob, angelorũ dei castra cœlestia. De quibus scriptũ est in Genesi: Et suspiciens Iacob uidit castra dei in apparatu, & occurrerunt illi angeli dei, & dicit Ia cob cum uideret eos, castra dei sunt hæc. Extra illa ergo castra cœlestia est omis, in quo *Gen.32* habitamus nos, locus iste terrenus, in quo in carne passus est Christus. Quod uerò dicit, quia cum stercore exuritur & interaneis, uide ne forte ad comparationẽ cœlestiũ corporũ, corpus istud humanæ naturæ, stercus figuraliter appelletur. Terra enim est, & de terra sumptũ. Sed & cophinus ille stercoris qui ad radices succidendæ ficulneæ mittitur, quid aliud quàm mysteriũ susceptæ in corpore dispensationis ostendit? Nec tamen ei interanea deesse dicunt. Quamuis enim uilem serui gesserit formã, plenitudo tamen in eo diuinitatis habitabat. Hæc quamuis audacter discussa sint, tamen fideliũ quorũq; nutriri semper ad maiora debet auditus. Eadẽ quoq; etiã de synagogæ uitulo accipienda sunt. In morali aũt loco potest pontifex iste sensus pietatis & religionis uideri, qui in nobis per orationes & obsecrationes quas deo fundimus, uelut quodã sacerdotio fungitur. Hic si in aliquo deliquerit, omnem cõtinuo qui intra nos est bonorũ actuum pec care populum facit. Neq; enim recti operis aliquid gerimus, cum in prauũ declinauerit dux bonorum operum sensus, & ideo ad huius emendationem non qualiscunq; hostia, sed ipsius saginati uituli requiritur sacrificium. Similiter & synagogæ culpa, hoc est om nium quæ intra nos sunt uirtutum emendatio, nõ aliter quàm ex Christi mortificatione reparat. Si uerò princeps, inquit, peccauerit, hircum offerat ex capris. Princeps iste potest uideri uis rationis quæ intra nos est. Quæ si peccet in nobis, & stultum aliquid agamus, pertimescenda nobis est illa sentẽtia Saluatoris, quæ dicit: Vos estis sal terræ. Si au *Matt.5* tem sal infatuatum fuerit, ad nihil ualet nisi ut proijciat foras, & conculcetur ab homini bus. Habet ergo & iste hostiã suã. Sed & anima, inquit, una si peccauerit, caprã fœminã similiter offerat, secundum illam substitutionem hostiarũ, quã superius memorauimus. Sed fortasse dicãt auditores ecclesiæ. Melius ferè agebatur cum antiquis, cꝝ nobiscum, ubi oblatis diuerso ritu sacrificijs, peccãtib. uenia præstabat. Apud nos una tantũmodo uenia est peccatorũ, quæ per lauacri gratiã in initijs datur. Nulla post hæc peccãti misericordia, nec uenia ulla concedit. Decet quidem districtioris esse disciplinæ Christianũ,

pro quo

pro quo Christus oblatus est. Pro illis oues, hirci, boues iugulabant & aues, & similia cõ spergebatur: pro te dei filius iugulatus est, et iterum te peccare delectat? Et tamẽ ne tibi hæc non tam erigant animos pro uirtute, quàm pro desperatione deiciãt, audisti quan

Septem modi remittẽdi peccata

ta sint in lege sacrificia pro peccatis, audi nũc quantę sint remissiones peccatorũ in Euã gelijs. Est ista prima, qua baptizamur in remissionẽ peccatorũ. Secunda remissio est in passione martyrij. Tertia est, quæ pro eleemosyna datur. Dicit enim Saluator: Veruntamen date eleemosynã, & ecce omnia mũda sunt uobis. Quarta nobis fit remissio peccatorũ, per hoc quod et nos remittimus peccata fratribus nostris. Sic enim dicit ipse dominus & saluator noster, quia si dimiseritis fratribus uestris ex corde peccata ipsorũ, & uobis remittet pater uester peccata uestra. Quod si nõ remiseritis fratribus uestris ex corde, nec uobis remittet pater uester: & sicut in oratiõe nos dicere docuit. Remitte nobis debita nostra, sicut et nos remittimus debitoribus nostris. Quinta peccatorũ remissio est, cum cõuerterit quis peccatorem ab errore uiæ suæ. Ita enim dicit scriptura diuina, quia qui conuerti fecerit peccatorẽ ab errore uiæ suæ, saluat animã eius à morte, & cooperit multitudinẽ peccatorũ. Sexta quoq; fit remissio per abundantiã charitatis, sicut & ipse dominus dicit: Amẽ dico tibi, remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multum. & Apostolus dicit: Quoniã charitas cooperit multitudinem peccatorũ. Est adhuc et septima, licet dura & laboriosa, per pœnitentiã remissio peccatorum, cũ lauat peccator in lachrymis stratum suum, & fiunt ei lachrymæ suæ panes die ac nocte, & cũ non erubescit sacerdoti domini indicare peccatum suũ, & quęrere medicinã, secundũ eũ qui ait: Dixi, pronunciabo aduersum me iniustitiam meã domino, & tu remisisti impietatem cordis mei. In quo impletur & illud, quod apostolus dicit: Si quis aũt infirmatur, uocet presbyteros ecclesiæ, & imponant ei manus, ungentes eũ oleo in nomine domini, & oratio fidei saluabit infirmũ, & si in peccatis fuerit, remittentur ei. Et tu ergo cũ ueneris ad gratiam baptismi, uitulum obtulisti, quia in morte Christi baptizaris. Cũ uerò ad martyriũ duceris, hircum obtulisti, quia auctorem peccati diabolum iugulasti. Cum uerò eleemosynã feceris, & erga indigentes affectum misericordię sollicita pietate depẽderis, altare sacrũ hœdis pinguibus onerasti. Nam si ex corde remiseris peccatũ fratri tuo, & iracundię tumore depositio mitem intra te & simplicẽ recollegeris animum, immolasse te arietem, uel agnum in sacrificiũ obtulisse cõfide. Porrò aũt si diuinis lectionibus instructus meditando sicut colũba, & in lege domini uigilando die ac nocte, ab errore suo conuerteris peccatorem, & abiecta nequitia ad simplicitatẽ eum colũbæ reuocaueris, atq; adhærendo sanctis, feceris eum societatẽ turturis imitari, par turturum aut duos pullos columbarũ domino obtulisti. Quod si illa quę spe & fide maior est charitas, abũdauerit in corde tuo, ita ut diligas proximũ tuum non solũ sicut teipsum, sed sicut ostendit ille qui dicebat: Maiorem hac charitatem nemo habet quàm ut animã suã ponat quis pro amicis suis, panes similagineos in charitatis oleo subactos sine ullo fermento malitię & nequitię, in azymis sinceritatis & ueritatis te obtulisse cognosce. Si aũt in amaritudine fletus fueris luctu, lachrymis & lamẽtatione cõfectus, si carnẽ tuã macerueris, & ieiunijs ac multa abstinẽtia aridam feceris, & dixeris, quia sicut frixoriũ confrixa sunt ossa mea, tunc sacrificiũ similam à sartagine, uel à craticula obtulisse te noueris: et hoc modo inueniris tu uerius, & perfectius secundum Euangeliũ offerre sacrificia, quę secundũ legem iam offerre non potest Israel. Sed uideamus quid etiã de his quę nuper recitata sunt, sentiendum sit. Si autem, inquit, una anima peccauerit nolens ex populo terrę, faciendo unum ab omnibus mandatis domini quod non fiet, & deliquerit, & notum factũ fuerit illi peccatum quod peccauit, adducet donum suum capram de hœdis, fœminã sine macula adducet pro peccato quod peccauit.] Et omnem post hęc sacrificij ritũ, secundum quod supra exposuimus, enarrauit. De anima quam sub peccato factã dicit offerre, qualiter sentiẽdũ sit, in superioribus (prout potuimus) explanauimus: quod uerò in hoc loco addidit, dicẽs, Anima si peccauerit ex populo terræ, nõ mihi uidetur ociosum. Quis enim dubitaret, quin ea quæ dicit lex, ad animas, uel ad populum, qui sunt in terra, dicerentur? Quid ergo necessarium fuit, ut ad hoc quod dixit, anima una si peccauerit, adderet ex populo terræ? Sed uidendũ est, ne forte ad distinctionẽ alterius populi qui nõ est de terra, hæc anima quę peccauit, de populo terrę esse dicat. Necq; enim cõuenire dictũ

Pœnitentia

Luc.11

Matt.6

Luc.7

1 Pet.4

Psal.32

Iacob.5

Ioan.15

hoc potest

hoc potest illi, qui dicebat: nostra autem cõuersatio in cœlis est, unde & Saluatorẽ expectamus dominũ Iesum. Quomodo ergo istã animã merito dixerim de populo terræ, quæ nihil habet cõmune cũ terra, sed tota in cœlis est, & ibi cõuersatur ubi Christus est in dextra dei sedens, quo & redire desiderat, & esse cũ Christo, multo ẽm melius, sed permanere in carne necessarium dicit propter nos? Hæc ẽm anima quæ peccat, de populo terræ est, faciens unũ ab omnib. mãdatis domini, quod nõ fiet. Diu me in hoc sermone quidã stupor attonitũ tenuit: Non enim consequenter dictum uideo, quod peccauerit anima, & fecerit unũ ex mandatis domini quod nõ fiet. Si enim mãdatum domini est, quomodo fieri non debuit, cũ utiq; ad hoc dentur mandata domini, ut fiant? Et quomodo hic dicitur peccasse animã quæ fecerit unũ de mãdatis domini, quod non fiet? Et forassis aliquibus uidebitur errorẽ locutionis per interpretes factum: sed mihi curiosius inquirenti, compertũ est omnes interpretes similiter protulisse, & ideo non elocutionis error, sed profundioris intelligentiæ requirendus est sensus. Inquantũ ergo nobis occurrere potest, hæc mihi uidetur absolutio. Mandata domini quædã data sunt ut fiant, quædã ut non fiant. Sed ea quæ fieri debent, necessitas poposcit humana ut inserta illis proferrẽtur, quæ fieri nõ deberẽt. Verbi gratia (ut de his ipsis quæ nũc habemus in manib. sacrificijs proferamus exemplũ) Agnus immolari iubetur in Pascha, nõ quòd uere agni hostiã per singulos annos requireret deus, sed quòd significaret immolari debere illũ agnũ, qui tolleret peccata mũdi. Hoc ergo fieri uoluit, illud noluit, Sic enim per Esaiam dicit: Quo mihi multitudinẽ sacrificiorũ uestrorũ, dicit dominus? Plenus sum holocaustis arietũ, & adipem agnorũ, & sanguinẽ hircorũ, & taurorũ nolo. Audisti quomodo nõ uult hostiã arietũ, nec adipes agnorũ? dedit tamẽ mandatũ quomodo uel taurorũ uel agnorũ hostia deberet offerri. Sed qui legẽ spiritaliter intellígit, spiritaliter hæc quærit offerre. Si uerò quæ secundũ speciem mandati carnalis obtulerit, hæc anima una ex populo terræ, quæ peccauit nolens faciendo unum ab omnib. mandatis domini quod nõ fiet, & deliquit, & ideo adiũgit in subsequẽtibus: Et cũ notũ factũ fuerit illi peccatũ quod peccauit, adducet munus suũ ante deum. Debet ẽm munus offerre anima, cũ ei innotuerit, quia deus nõ quærit carnale sacrificiũ. Quia sacrificiũ Deo est spiritus contribulatus. Notũ fit ergo ei peccatũ suum, cũ didicerit à domino dicẽte: Misericordiã malo quàm sacrificiũ: & cum agnouerit immolare sacrificiũ laudis in ecclesia, & reddere altissimo uota sua, per Christum dominum nostrum, cui laus & gloria in secula seculorum, Amen.

Consulit interpretes.

Exod. 12.

Esa. 1

Psal. 51

Osee 6

De eo quod scriptum est. Si autem anima peccauerit, & audierit uocem iuramenti, & hic testis sit aut uiderit, aut conscius fuerit, si non indicauerit, & ipsa accipiet peccatum eius. Et anima quæcunq; tetigerit omnem rem immundam, aut morticinum, aut à fera captum, & cætera. Homilia III. Cap. III.

E sacrificijs quę offeruntur ab his qui per ignorantiam, uel qui nõ uoluntate peccauerint, sermo est. Vnde & in superioribus, cũ de pontificis sacrificio diceremus, obseruauimus nõ esse scriptum de eo, quia ignorauerit. Sed si quis bene meminit eorum quæ dicta sunt, potest nobis dicere, quia sacrificiũ quod pontificem pro peccato diximus obtulisse, figurã Christi tenere posuimus, & conueniens non uidebitur uero Christo qui peccatum nescit, ut pro peccato dicatur obtulisse sacrificium, licet per mysteriũ res agatur, & idem ipse pontifex, idem ponatur & hostia. Vide ergo si & ad hoc possumus hoc modo occurrere, quia Christus peccatum quidem non fecit, peccatum tamen pro nobis factus est: dum qui erat in forma dei, in forma serui esse dignatur: dũ qui immortalis est, moritur, & impassibilis patit, & inuisibilis uidet. & qa nobis hominib. uel mors, uel reliqua omnis fragilitas in carne ex peccati cõditione superducta est: ipse etiã qui in similitudinem hominũ factus est, & habitu repertus ut homo, sine dubio pro peccato q̃d ex nobis susceperat, quia peccata nostra portauit, uitulũ immaculatũ, hoc est carnẽ incõtaminatã obtulit hostiã Deo. Sed quid faciemus de eo, quod in sequentib. iũgitur? Vbi enim dicit: Si quidem pontifex qui unctus est, peccauerit, ibi addit: Vt populũ faceret peccare, offeret pro peccato suo. Quomodo ergo cõueniet, quia per carnem suam, quã susceperit ex nobis

Iesus, ipse peccatũ factus est, peccare fecerit populũ? Ausculta & de hoc, si forte cum aliqua cõsonantia possumus respondere. Passio Christi credentib. quidẽ uitam, mortem uero nõ credentibus confert. Quamuis enim salus gentib. sit per crucem eius, & iustificatio, Iudæis tñ interitus est, & condemnatio. Sic enim & scriptum est in Euan-
Luc. 2 gelio: Ecce hic natus est ad ruinam, & resurrectionem multorũ. Et hoc modo per peccatum suũ, hoc est per carnẽ in crucẽ actam, in qua nostra peccata susceperat, nos quidem credentes liberauit à peccato: populũ uerò non credentẽ peccare fecit, quib. ad incredulitatis malũ, etiã sortilegij accessit impietas. Et hoc modo põtifex iste per suũ peccatũ peccare populũ fecit, dum in carne positus, & teneri potuit, & occidi. Nã ponamus (uerbi gratia) si dominus maiestatis nõ uenisset in carne, nõ arguisset Iudæos, non eis fuisset grauis etiam ad uidendũ, nõ utiq; teneri potuisset, & neq; ad mortẽ tradi: nunquam sine dubio uenisset sanguis eius super ipsos, & super filios eorũ. Sed quia uenit in carne, & pro nobis peccatũ factus est, & hęc pati potuit, idcirco ipse dicit pec care populũ fecisse, qui fecit eũ in se posse peccare. Sed uideamus iam quid agit & ista anima, quæ audit uocem iuramẽti, & testis est, uel quę uidit aliquid, & cõscia est, & nõ indicat: ex quo accepit etiã ipsa peccatũ eius sine dubio, qui inique aut egit aliqd, aut iurauit. Hoc etiã secundũ historiã nos ædificat, & docet, ne unquã in peccatis alterius polluamus conscientias nostras, ne cõsensum male agentibus præbeamus. Cõsensum autẽ dico, nõ solũ pariter agendo, sed etiã quæ illicite gesta sunt, reticendo. Vis aũt sci-
Matt. 18 re quia cõsentiant hæc etiã euangelicis pręceptis? Ipse dominus dicit: Si uideris fratrẽ tuũ peccare, argue eũ inter te & ipsum solũ. Si te audierit, lucratus es fratrũ tuũ. Quod si te nõ audierit, adhibe tecũ alios duos, uel tres. Quod si nec ipsos audierit, dic ecclesiæ. Si uero nec ecclesiã audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Sed euãgelicum præceptũ in eo perfectius datũ est, quod indicãdi peccatum modũ disciplinamq; cõstituit. Non uult enim te, si forte peccatũ uideris fratris tui, cõtinuo euolare ad publicũ, & proclamare passim, ac diuulgare aliena peccata: quod esset utiq; nõ corrigẽtis, sed potius infamantis. Solus inquit, inter te & ipsum solũ corripe eum. Vbi enim seruare sibi mysteriũ uiderit ille qui peccauerit, seruabit & ipse emendationis pudorẽ. Si uerò diffamari se uideat, illico ad denegandi impudentiã conuertet: & nõ solum non emendaueris peccatũ, sed & duplicaueris. Disce ergo ex euangelijs ordinem. Primo, inquit, solus inter te & ipsum. Secũdo adhibe tecum alios duos, uel tres. Quare duos, uel tres? In ore eũ, inquit, duorũ, uel triũ testiũ stabit omne uerbũ. Quoniã quidẽ tertio correptionẽ mãdat ad ecclesiã deferendã, secũdo uult duos, uel tres testes adhiberi: quibus præsentib. correptus, si emendare se nõ uult, cũ ad ecclesiam delatum fuerit eius peccatũ, possit duob. adhibitis testibus cõfutari. frequenter enim accidit, ut uolens quis euangelicũ implere mandatũ, calumniator uideat si crimen deferat ad ecclesiam, & deficiat testibus. Ne ergo hoc accidat, idcirco duos uel tres testes in secunda conuentione iussit adhiberi. Cũ ergo euangelij tale mandatũ sit, & lex pręcipiat: quia si tacuerit, accipiet peccatũ eius: sciendũ est, quod si quis ea quæ uidet in delicto proximi sui, uel nõ indicat secundũ regulã superius datam, uel in testimoniũ uocatus, nõ quæ uera sunt dixerit, peccatũ quod cõmisit ille quem celat, ipse susciPiet, & pœna cõmissi reuoluetur ad conscium. Sufficienter ergo in hoc capite, ipse nos ędificauit tex-
Psal. 110 tus historiæ. Puto tñ quod & illa anima, quæ legit scriptum in lege dei, quia iurauit dominus, nec eum pœnitebit, tu es sacerdos in æternũ secundũ ordinẽ Melchisedech, audit uocẽ iuramenti, ut faciunt Scribæ & Pharisæi semper hæc meditantes, sed tacẽt, & enunciare ad populũ nolunt, ne Christi testentur aduentũ. Propterea ergo ipsi accipient peccatũ, in quo nõ enunciantes ad populũ quæ uera sunt, peccare faciant Israel. Post hæc alia lex promulgatur. Anima, inquit, quæcunq; tetigerit omnẽ rem immundam, aut morticinũ iumentorũ immundorũ, & latuerit eum, & inquinatus est, aut si tetigerit ab immunditia hominis, ab omni immunditia, ex qua inquinetur, & cętera.] Hæc quidẽ apud Iudæos indecenter satis, & inutiliter obseruantur. Vt quid enim immundus habeat quí cõtigerit (uerbi causa) animal mortuũ, aut corpus hominis defunctũ? Quid si ,pphetæ corpus sit? quid si patriarchæ, uel etiã ipsius Abrahæ corpus? qd si & ossa Samuelis cõtigerit, immũdus erit? Quid si Helisæi ossa cõtingat quæ & mor

tuum

tuum ſuſcitant? Immundus erit ille qui cõtingit, & immundũ faciunt oſſa, pphetæ etiã illũ ipſum, quẽ à mortuis ſuſcitant? Vide cẽ inconueniens ſit Iudaica intelligẽtia. Sed nos uideamus primo quid ſit tãgere, & quis ſit tactus qui faciat immundũ, qui uerò ſit tactus qui faciat mundũ. Apoſtolus dicit: Bonũ eſt homini mulierem nõ tangere. Hic tactus, immundus eſt: hoc eſt enim illud, quod dominus in Euangelio dixit: Si quis uiderit mulierem ad concupiſcendum, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Tetigit eñ cor eius concupiſcentiæ uitiũ, & immũda facta eſt anima eius. Si quis ergo hoc modo tangit aliquã rẽ, id eſt uel per mulieris cõcupiſcentiã, uel per pecuniæ cupiditatẽ, uel alio quolibet peccati deſiderio, immundũ tetigit, & inquinatus eſt. Oportet ergo te ſi quid tale cõtigeris, ſcire quomodo offeras ſacrificiũ, ſecundũ ea quæ in ſuperioribus memorauimus, ut mundus effici poſſis. Vis tibi oſtendã quę eſt anima, quę tetigit immundũ, & immũnda facta eſt, & rurſum tetigit mundum, & facta eſt munda? Illa quæ profluuiũ ſanguinis paſſa eſt, & erogauit omnem ſubſtantiã ſuam in medicos, nec aliquid proficere potuit, per immũditiã peccati in hoc deuoluta eſt. Tetigerat eñ peccatum, & idcirco flagellũ carnis acceperat. Sed poſtcẽ fide plena tetigit fimbriã Ieſu, ſtetit fluxus ſanguinis eius, & repente facta eſt munda, quę ante per tantũ tẽpus uixit immunda. Et quemadmodũ cum tetigiſſet dominũ, & Saluatorem, dixit ipſe: Quis me tetigit? Ego enim ſenſi uirtutẽ exiſſe de me: illam ſine dubio uirtutẽ, quę mulierẽ ſanauerat, & fecerat eam mundã. Sic intelligendũ eſt, quia ſi quis cõtigerit peccatũ, & exeat ex ipſo peccato uirtus quædã maligna, quæ eũ qui ſe cõtigit faciat immũdum, & hoc eſt uere contigiſſe immundũ. Simili ratione etiã de morticino hominis, uel de morticino pecoris mundi aut immundi dicendũ eſt. Morticinũ nancẽ hominis cõtingit is, qui in peccatis ſuis mortuũ quempiã uel ſequitur, uel imitatur. Sed quia ſingulorũ differentiæ requirẽdæ ſunt, ſingula recenſeamus. Hominis morticinũ (ſicut ſuprà diximus) illud poſſumus dicere, ꝙd Apoſtolus ad Corinthios dicit: Scripſi, inquit, uobis in epiſtola, ut nõ cõmiſceamini fornicariis. Nõ utiq; fornicariis huius mũdi, aut auaris, aut rapacib. aut idolis ſeruientib, alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. Nũc autẽ ſcripſi uobis, ut nõ cõmiſceamini. Si quis frater nominat fornicator, aut immũdus, aut auarus, aut idolis ſeruiẽs, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cũ huiuſmodi nec cibum quidẽ ſumere. Illud eſt ergo hominis morticinũ cõtingere, qui ei ſe ſociũ ſaltẽ in cibo præbuerit, qui in Chriſto homo effectus, rurſum in peccatis eſt mortuus. Nã & illa uidua, de qua dicit Apoſtolus, quę in delitiis uiuens mortua eſt, morticinũ hominis dici poteſt. Sed & animalia morticina nihilominus quæ ſunt in eccleſia, requirenda ſunt. Si ſimpliciores quiq; ad hoc quod nihil prudẽtiæ egerũt, etiã in peccatorũ ſordibus uolutent, hos ſi quis ſequat, uel tangat eo tactu quo ſuprà expoſuimus, morticinũ animal tetigit. Quod aũt eccleſia habeat & animalia, audi qũo dicit in pſalmis: Homines & iumẽta ſaluos facies domine. Hi ergo, qui uerbi dei & rationabilis inſtituti ſtudiũ gerunt, homines appellant. Qui uero abſq; huiuſmodi ſtudiis uiuunt & ſcientiæ exercitia non requirũt, fideles tñ ſunt, animalia quidẽ, ſed mũda dicũtur. Sicut eñ ſunt quidã homines dei, ita ſunt quidã & oues dei. Scriptũ eſt enim, quia Moyſes non erat ouis dei, ſed homo Dei. Et Helias non erat ouis Dei, ſed homo Dei. Sic enim ipſe dicit: Si homo dei ſum ego, deſcẽdat ignis de cœlo, & cõſumat te, & quinquaginta tuos. Vis autẽ audire de ouibus Dei? dicit per prophetã: Oues meæ, oues ſanctæ ſunt, dicit dñs. Et iterum Saluator dicit in euangelio. Oues meæ uocẽ meã audiunt. Et non puto eum dixiſſe de hominibus, quia uocem meã audiunt homines, ſed oues. Sed hęc qui habet aures audiendi audiat, quomodo uocem audiunt oues, homines aũt uerba eius audiunt. Iſta ergo ſunt animalia munda quidẽ propter Chriſtũ, morticina autem propter peccatũ. Quæ ſi quis tetigerit, hoc eſt, ſi ſęcutus fuerit quis in peccato, immũdus erit. Et ſi quis huiuſmodi hominis morticinũ cõtigerit: id eſt eius qui ſecundum rationẽ uiuens primo, & in uerbo dei ſemetipſum exercens, poſtmodũ decidit in peccatum: ſi quis eum ſequatur aut imitetur, hominis contingit morticinũ, & erit immundus. Sed & à fera captũ ſi cõtigeris, immũdus eris. Quę eſt fera? leo eſt, an lupus, quę rapit homines, uel iumẽta? Illa (credo) fera eſt, de qua dicit Petrus Apoſtolus, qa aduerſarius ueſter diabolus, ſicut leo rugiẽs circuit, quærẽs quẽ deuoret. Cui reſiſtite fortes

1 Cor. 7

Matt. 9

1 Cor. 5

1 Tim. 5

4 Reg. 1
Ezech. 34
Ioan. 10

1 Pet. 5

Act.20 in fide. Et rursum de quibus dicit Apostolus Paulus. Intrabũt em̃ post discessum meũ lupi rapaces nõ parcentes gregi. Ab istis ergo feris si captũ uideris, noli eos sequi, noli cõtingere, ne & tu efficiaris immũdus. Sunt præterea & alia immũda animalia, quorũ morticinũ uetat cõtingi. Immũda animalia sunt homines, q̃ extra Christũ sunt, in q̃bus neq; ratio, neq; religio ulla est. Horũ ergo omnium morticina, id est peccata si uideas, dicit tibi Legislator, ne cõtigeris, ne adtaminaueris, ne adtrectaueris. Et istæ sunt immũditiæ, quæ merito fugiendæ sunt. Hominis aũt tactũ noli refugere uel mortui corporis, cui magis sepultura religiose deferenda est. Iudaicæ istæ sunt & inutiles fabulæ, speciẽ quidẽ pietatis habẽtes, uirtutẽ uerò ipsius denegãtes. Prima ergo lex de immũditijs data est. Si quis iuramenti alicuius uel delicti testis fuit, & non indicabit, & per hoc immũdus quodãmodo effectus est etiã ipse societate peccati. Secũda lex, qua cõtingere immundũ aliquid, ac morticinũ uetat. Tertia nũc lex promulgatur huiusmodi. Et anima, inquit, quæ iurauerit pronunciãs labijs suis malefacere, aut benefacere secũdum omnia quæcunq; dixerit homini cũ iuramẽto, & latuerit eũ, & hic cognouerit, et peccauerit unũ aliquid de istis, pronunciet peccatũ quod peccauit, & offeret pro his quæ deliquit domino pro peccato quod peccauit, fœminã de ouib. & cætera.] Quomodo quidẽ si pronũciauero labijs meis, uel iurauero benefacere, & nõ faciã, peccati reus sim, difficultas nõ est ostẽdere: quomodo aũt si iurem uel pronunciẽ malefacere, & nõ fecero, peccauerim, uerbo adsignare difficile est. Absurdũ em̃ uidet (uerbi gratia) ut si per iracundiã dixero me hominẽ occisurũ, & nõ fecero, ne periurare, aut fallere uidear, cogar ad explendũ opus, quod temere & illicite promisi. Quæramus ergo quæ sit res, in qua si promittimus nos malefacere, & nõ fecerimus, peccamus: si uero fecerimus, excusemur à peccato, ut rationabiliter stare præcepti ueritas possit. Quãtum in hoc loco intelligendũ uidet, male facere aduersari alicui est, & nõ indulgere ei ut faciat quod uult. Et nos ergo cũ uenimus ad deũ, & uouemus ei nos in castitate seruire, pronunciamus labijs nostris, & iuramus nos castigare carnẽ nostrã, uel male ei facere, atq; in seruitutẽ eam redigere, ut spiritũ saluũ facere possimus. Sic enim & ille iurasse se dixit qui ait: Iuraui, & statui seruare omnia præcepta tua. Quia ergo carnis uox

Rom.7 est, quæ dicit: Nõ em̃ q̃d uolo ago, sed q̃d odi illud facio, afflicta sine dubio ab spiritu, & coercita est: resistit em̃ & repugnat aduersum spiritũ, & nisi male ei fiat, ut affligat,

1.Cor.12 & infirmet, nõ potest dicere spiritus: cũ infirmor, tũc potẽs sum. Huic ergo carni resistẽti, & repugnãti aduersum spiritũ, si quis iurauerit, & pronũciauerit malefacere, & affligere ac macerare eã, et nõ fecerit, peccati reus est, in q̃ iurauit cruciare se carnẽ suã, et seruituti subijcere, & nõ fecit. Eodem aũt iuramẽto, & spiritui decernit benefacere. In quo em̃ carni malefacit, spiritui benefacit. Si quis ergo hoc iurauerit, & nõ fecerit, peccati efficit reus. Vis aũt scire quia nec põt uni eorũ bñfieri, nisi alĩ malefeceris? Audi

Deut.32 etiã dñm ipsum dicentẽ: Ego occidã, & uiuere faciã. Quid occidit deus? Carnẽ utiq;. Et quid uiuere facit? Spiritũ sine dubio. Et rursum in sequentib. dicit: Percutiã, & ego sanabo. Quid pcutit? carnẽ. Quid sanat? Spiritũ. Prorsus ut illa deficiat, iste proficiat, ut faciat te mortificatũ carne, uiuificatũ spiritu: ne forte & tu mẽte seruias legi dei, carne aũt si mortificata nõ fuerit, obstringaris legi peccati. Si ergo istũ ordinẽ promiseris & seruare nõ quiueris, audi quid legis ordo præcipiat. Si peccauerit, inquit, unũ aliq̃d de istis, pronũciet peccatũ q̃d peccauit. Est aliq̃d in hoc mirabile secretũ, q̃d iubet pronunciare peccatũ. Etenim omni genere pronũcianda sunt, & in publicũ proferẽda cũ

Confessio cta quæ egerimus, si q̃d in occulto gerimus, si q̃d in sermone solo, uel etiã intra cogitationũ secreta cõmisimus, cũcta necesse est publicari, cuncta proferri. Proferri aũt ab illo, qui & accusator peccati est, & incẽtor. Ipse em̃ nũc nos ut peccemus, instigat, ipse etiã cũ peccauerimus, accusat. Si ergo in uita præueniamus eũ, & ipsi nostri accusatores simus, nequitiã diaboli inimici nostri & accusatoris effugimus. Sic em̃ & alibi pro

Esa.43 pheta dicit: Dic tu, inquit, iniqtates tuas prior, ut iustificeris. Nõne euidẽter mysteriũ de quo tractamus ostẽdit, cũ dicit: Dic tu prior? ut ostendat tibi quia præuenire illũ debeas, qui paratus est ad accusandũ. Tu ergo, inquit, dic prior, ne te ille præueniat: q̃a si prior dixeris, & sacrificiũ pœnitẽtiæ obtuleris, secundũ ea quæ in superiorib. diximus offerẽda, & tradideris carnẽ tuã in interitũ, ut spiritus saluus fiat in die domini, dicet

& tibi

& tibi, qa percepisti & tu in uita tua mala, nūc uerò hic requiescc. Sed & Dauid eodē spiritu loquit in psalmis, & dicit: Iniquitatē meā notam feci, & peccatū meū non cooperui. Dixi pronūciabo aduersum me iniustitiā meam, & tu remisisti impietatē cordis mei. Vide ergo quia pronūciare peccatū, remissionē peccati meret. Præuētus em diabolus in accusatione, ultra nos accusare nō poterit: & si ipsi nostri simus accusatores, ꝓficit nobis ad salutē: si uerò expectemus ut à diabolo accusemur, accusatio illa cedit nobis ad pœnā: habebit em socios in gehenna, quos cōuicerit criminū socios. Multū erit nūc hostiarū diuersitates, & sacrificiorū ritus, ac uarietates exequi, & lōge alterius operis, quā eius uerbi, quod in cōmuni auditorio uulgus excipiat. Verū ut aliqua in trāscursu perstringere uideamur, omnis quidē penè hostia quæ offert, habet aliqd formæ, & imaginis Christi. In ipsum nāq; omnis hostia recapitulat, intantū ut postquā ipse oblatus est, oēs hostiæ cessauerint, quæ eū in typo & umbra præcesserāt: de quib. prout potuimus, in superiorib. diximus, qñ quod uitulus à pōtifice oblatus, siue in munere, siue pro peccato, formā eius haberet ostēdimus. Adipes uerò qui offerunt in munere, operiētes interiora, & renibus cohærētes, potest sancta illa eius anima intelligi: quæ interiora quidē, id est diuinitatis eius secreta uelabat: renib. aūt hoc est corporali materiæ, quæ ex nobis caste sumpta fuerat, cohærebat: & media inter carnē deūq; posita, deificandā, sanctificandā sacris altarib. & diuinis ignib. illustrandā, & conseruandam secū ad cœlos, naturā carnis imponit. Renūculi aūt ignib. traditi, quis dubitet ꝙ nullos in Christo fuisse indicēt genitaliū partiū motus? Quod uerò de sanguine hostiæ septies ante dñm sacerdos respergere memorat, euidēter sancti spiritus uirtus septēplicis gratiæ sub mysterio designat. Quatuor cornua altaris, quæ sanguine liniuntur, Christi passionē referri quatuor Euāgelijs indicāt, qui penna iecoris offert. In iecore, ira iugulat. In penna uelox, & concita uis furoris ostendit. Reliquus aūt sanguis, qui ad basim altaris effundit, puto ꝙ illius gratiæ formā designet, qua in nouissimis dieb. posteaquā plenitudo gentiū subintroierit, omnis qui reliquus fuerit Israel, ad ultimū uelut ad basim altaris positus, effusionē Christi sanguinis etiā ipse suscipiet. De agnis uerò, & hœdis, turturib. & columbis, sed & simila conspersa in oleo, aut in panibus azymis cocta, quantū res pati potuit, suprà dictū est. Videamus nūc quæ lex ꝓponit in offerēdis hostijs ꝓ peccato. Et locutus est, inquit, dñs ad Moysen dicēs: Anima siqua latuerit, & peccauerit non uolēs à sanctis dñi, offerat ꝓ delicto suo arietē immaculatū de ouib. emptū precio argēti siclo sancto, in eo qd deliquit, & qd peccauit à sanctis, reddet, & quintas adijciet ad illud, & dabit illū sacerdoti, & sacerdos exorabit ꝓ eo in ariete delicti, & remittet ei.] In superiorib. legib. quę de immūditiæ sacrificijs referebant, sicubi dixit offerendū (uerbi causa) ouē, aut hœdū, addidit: Quod si non sufficit manus eius ad hœdū, aut ad agnū, offerat par turturū, aut duos pullos colūbinos. Et iterū. Quod si nec ad hoc sufficiet, offerat similaginē. In hac uerò lege, ubi de peccato qd in sanctis cōmittit, disserit, nullā substitutionē inferioris hostiæ secundæ, uel tertiæ subrogauit, sed statuit solū arietē offerendū: nec aliter ostēdit solui posse peccatum qd in sancta cōmittit, nisi arietē iugulauerit: & nō simpliciter arietē, sed arietē precio emptū, & certo precio, siclo, inquit, sancto. Quid igit? si quis pauper fuerit, & non habuerit siclū sanctū unde mercari possit arietem, peccatū eius non soluet? Quærendæ sunt ergo unicuiq; & diuitiæ, ut peccatū eius possit absolui. Verū si dignet dominus, uel nobis oculos ad uidendū, uel uobis ad audiendū aures cordis aperire, qd sibi uelit Legislatoris sensus apertis mysterijs requiremus. Et primo quidē uideamus hoc ipsū quod recitatū est secundū literā quale sit. Videt enim de his dicere, in quorū manibus sancta cōmissa sunt, id est quæ in domini donis oblata sunt: uerbi gratia, uota & munera quæ in ecclesiis dei ad usus sanctorū, & ministeriū sacerdotū, uel quæ ob necessitatē pauperū à deuotis, & religiosis mētibus offerūtur. De his si quis qualibet præsumptione subtraxerit, decernit lex, ut si rememoratus fuerit peccasse se, & spōte cōpunctionē cordis acceperit: de eo em qui non sponte compungitur, sed alio arguēte cōuincitur, difficilius remediū est. Hic ergo, qui sponte recordatus fuerit peccatū suū, reddet, inquit, illud ipsum, qd subtraxerat, & addet ad illud quintas, & offeret arietē ꝓ peccato emptū precio sicli sācto. Quod dicit, addet ad illud qntas, simpliciores qq; existimāt

Luc. 16

Psal. 38. 32

ita dictũ,ut(uerbi causa)si quinq; numi subtracti sunt,unus addatur,ut pro quinq; sex reddere uideatur. Sed qui in disciplina numerorũ peritiã gerũt,lõge aliter istius uocabuli numerũ supputant. Nã & in græco non habet πεμπτον,quod simpliciter quintas facit,sed habet ἐπίπεμπτον,quod nos quidẽ possumus dicere super quintas: nisi dicere tur istud specialis cuiusdã numeri apud illos esse uocabulũ, quo indicaret pro quinq; alios quinq; dandos,& unũ super:ut uerbi gratia intelligatur qui furatus sit quinq; nummos,ipsos quidẽ quinq; restituere,& alios quinq; uno superaddito.Nec tñ hæc continuo pro furtis aut fraudibus intelligẽda sunt,sed quod etiã si quis pro usibus necessarijs sibi de sanctis pecuniã sumpsit,& moras attulit in restituendo huiusmodi lege cõstringitur.Quæ lex etiã secundum literam ædificare debet audientes.Valde em̃ utilis & necessaria est obseruatio,his præcipue qui ecclesiasticis dispensationib.præsunt,ut sciant sibi ab his quæ in usum sanctorũ oblata sunt,cautius & diligentius obseruandũ. Sed & nos quibus ista forte nõ accidũt,uideamus qua ex parte sermo legis ędificet.Et ego hodie,licet peccator sim,tamen quia dispensatio mihi uerbi dominici credita est, sancta dei uideor habere cõmissa.Neq; nũc primum,sed sæpe iam & olim dispensatione hac erga uos utimur.Si quis ergo ex uobis suscipiat à me dominicã pecuniã,& (ut fieri solet)egressus ecclesiã,& diuersis occupationib.seculi raptus, obliuioni quæ audierat,dedit,nec opus aliquod ex uerbo q̃d suscepit impleuit,iste est qui pecuniam de sanctis susceptã,non reddidit.Vnde uel his auditis in memoriã reuocet,quod ea quæ dudum sibi fuerãt in uerbo dei cõmissa neglexit.Reddat ergo & hoc, quod accepit, & addat ad id quintas eo modo quo ante iã diximus: id est, ut bis quina sint, & unus superaddatur.Videamus ergo quomodo quinq; isti reddantur.Quinq; numerus frequenter imò penè semper pro quinq; sensibus accipitur.Scire ergo debemus hoc modo istos quinq; sensus in sanctis actib.posse restitui,ut si forte prę sumpsimus abuti eis in secularib.actib.& impendimus usum eorũ in his,quæ non secundũ Deũ gessimus: restituamus nũc & ipsos quinq; sanctis actib.religiosisq; ministerijs, & alios his quinque addamus,qui sunt interioris hominis sensus:per quos uel mũdi corde effecti Deũ uidemus,uel aures habemus ad audienda ea quæ docet Iesus, uel odorẽ capimus illũ quem dicit Apostolus,quia Christi bonus odor sumus Deo:uel etiã gustũ sumimus illum,de quo dicit propheta:Gustate,& uidete, quoniam suauis est dominus:uel tactũ illũ quem dicit Ioannes,quia oculis nostris inspeximus,& manus nostræ cõtrectauerunt de uerbo uitæ.His aũt omnib. unũ superaddamus, ut ad unũ deũ hæc cuncta referamus.Et hæc quidẽ de restituendis his,quæ qualibet culpa ex sanctis ablata fuerãt, dicta sint.Quid uerò dicemus de sacrificio arietis precio empti, & precio sicli sancti, qui pro peccati expiatione iubet offerri? Diues futurus est,q precio arietis possit delicta purgare.Quę sunt istæ diuitiæ,requiramus.Docet nos sapientissimus Salomõ dicens:Redẽptio animæ uiri,proprię diuitiæ eius.Audis uerba sapiẽtię,qũo necessarijs cũ proprietatib.uim uniuscuiusq; sermonis enũciat? Diuitias dicit aptas ad animæ redemptionẽ,& diuitias nõ alienas,neq; cõmunes,sed diuitias ꝓprias.Per q̃d ostẽdit esse quasdã diuitias proprias,quasdã uero nõ proprias.Sed hoc euidẽtius dñs in euãgelijs declarauit,cũ dixit:Quod si in alieno fideles nõ fuistis, q̃d uestrũ est,quis dabit uobis? ostẽdẽs per hoc præsentis seculi diuitias nõ esse nostras proprias,sed alienas. Trãseunt em̃,& sicut umbra prætereũt.Proprię uero sunt illę diuitię,de quib.propheta dicit:Et ad te cõgregabo diuitias gentiũ. Ex his fortasse diuitijs & Abrahã diues factus est ualde in auro,& argẽto,& pecorib.atq; omni suppellectili.Vis tibi ostendã ex quibus thesauris descendãt istæ diuitiæ? Audi apostolũ Paulũ dicentẽ de dño Iesu Christo. In quo sunt,inquit,omnes thesauri sapiẽtiæ & sciẽtiæ absc̃diti. Sed & in Euangelijs dñs dicit,quia scriba diues profert de thesauris suis noua & uetera.De his & Apostolus Paulus dicit,quia in omnibus diuites facti estis in illo,in omni uerbo,& in omni scientia.Ex his ergo diuitijs,quæ de thesauris sapiẽtiæ & scientiæ proferunt̃,mercãdus nobis est iste aries, q offerri debeat ꝓ peccatis, illis scilicet quæ in sancta cõmissa sunt,& sicli sancti adnumeratione mercãdus. Iã superius diximus q̃ omnis hostia typũ gerat et imaginẽ Christi,multo magis aries,qui et pro Isaac quondã à deo subst̃tutus est immolãdus.Sic lo igit̃ sancto cõparãdus nobis est Christus, qui peccata nostra

Prou.13

Luc.16

Zach.14

Col.1

Matt.13

1 Cor.1

dissoluat

dissoluat. Siclus sanctus fidei nostræ formam tenet. Si enim fidē obtuleris tanquā precium, Christo uelut ariete immaculato in hostiā dato remissionē accipies peccatorū. *Fides iustificat*
Sentio quod in explanando uires nostras mysteriorū superat magnitudo. Sed quāuis non ualeamus cuncta differere, tamen sentimus cuncta repleta esse mysteriis. Et ideo studiosis quibusq; indicia posuisse sufficiat, quibus excitati ad altiora horū, & profundiora perueniant, & intelligant ex quibus eis gregibus quęratur uitulus ad hostiā, ex quibus ouibus aries prouidendus sit. Habeo em̄ (inquit Iesus) & alias oues, quæ non *Ioan.10*
sunt de hoc ouili, & illas oportet me adducere, ut fiat unus grex & unus pastor. Sciāt etiā ubi turtures, ubi columbæ requirendæ sunt. Oculi, inquit, tui sicut columbę super *Cant.4*
plenitudines aquarū. Ad aquarū ergo plenitudines properandū est, in his enim sponsæ describitur pulchritudo. Et collū, inquit, tuū sicut turturis. In columbis oculi prædicantur. Quod enim dixit columbæ super plenitudines aquarū, ferunt hoc genus auis, cū ad aquas uenerit, quia ibi solet accipitris insidias pati, uenientē desuper inimicū, uolitantis umbra aquis inspecta deprehendere, & oculorū perspicacia fraudem periculi imminentis euadere. Quod si & tu ita prospicere potueris insidias diaboli, & cauere, sacrificiū deo columbas obtuleris. Sed & quibus talia curæ sunt, illud etiam requirāt, ex quibus eis agris simila debet offerri. Ego arbitror quod ex illius terræ segetibus, quæ facit aliū centesimū, aliū sexagesimū, alium tricesimum fructum. Requirant etiā, nisi plusquā debet curiosum uidetur, quibus molentibus simila ista ad sacrificia præparetur. Nec eos lateat duas esse quę molunt, quarū una adsumitur, & alia relinquitur. Ex illius ergo mola quę adsumenda est, similā oportebit offerre. Sed & siclus sanctus, qui ad arietis preciū necessarius dicitur, uide unde, & quomodo perquirendus sit. Siclus pecuniæ dominicæ nomē est, & in multis scripturarū locis, diuersis appellationū nominibus pecunia dominica memoratur. Sed quædā proba, quædā uerò reproba dicitur. Proba erat illa pecunia, quam paterfamilias peregre profecturus, uocatis seruis suis dedit unicuiq; secundū uirtutē suā. Proba erat & illa pecunia, quæ denarius nominatur, qui cū mercenarijs pactus est, & à nouissimis datus est usq; ad primos. Scire ergo te oportet, quia est & alia pecunia reproba. Audi prophetā dicentem: Argentū uestrū reprobū. Quia ergo est quædā proba, quædā uerò reproba, propterea Apostolus, uelut ad probabiles trapezitas, probantes, inquit, omnia, quod bonū est obtinentes. Solus enim est dominus noster Iesus Christus, qui te huiusmodi artem possit edocere, per quā scias discernere, quæ sit pecunia, quę ueri regis imaginē tenet: quę uerò sit adulterina, & (ut uulgo dicitur) extra monetā formata, quæ nomen quidē habeat regis, ueritatem aūt regiæ figuræ non teneat. Multi nanq; sunt qui nomen Christi habent, sed ueritatē non habēt Christi. Et propter hoc dicit Apostolus Paulus: Oportet enim *1.Cor.11*
& hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter uos. Idcirco igitur & in præsenti lectione legislator totus ad mysticum & spiritalē respiciens sensum, addidit ut aries iste, qui ob hoc cōparatur ut peccatum possit absoluere, non qualicunq; siclo, hoc est, nō qualicunq; pecunia, sed siclo sancto cōparetur. Quod si non respiciebat ad mysteriū, quid rationis esse uidebatur, ut aries emptus offerretur ad hostiam, & certo precio? & non sufficit nomē pecuniæ siclo nominasse, sed addidit & sancto siclo? Quid si haberet aliquis in gregibus suis arietes optimos, & diuinis sacrificijs dignos? Aut quid si aliquis ita pauper esset, ut siclum sanctū habere non posset? Hæc est ergo legislatoris moderatio, ut nisi quis habeat certū pecuniæ modum, peccatū eius nō possit absolui, Quod aperte secundum literā quidem uidetur absurdum. Secundū spiritalē uerò intelligentiam certum est, quod remissionē peccatorū nullus accipiat, nisi detulerit integrā, probam, & sanctam fidem, per quam mercari possit arietem: cuius natura hæc est, ut pec- *Fides iustificat per Christum*
cata credētis abstergat. Et hic est siclus sanctus, probata (ut diximus) & syncera fides, id est ubi nullus perfidiæ dolus, nulla hæreticæ calliditatis peruersitas admiscetur, ut synceram fidem offerentes precioso Christi sanguine tanquam immaculatæ hostiæ diluamur. Per quē est Deo patri omnipotenti, cum spiritu sancto gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptum est. Si peccauerit anima, & præteriens præterierit præcepta domini, & mentietur proximo suo super deposito, aut societate, & cætera. Homilia IIII Cap. VI

I secundum diuinæ legis fidem hæc quæ legũtur nobis, dominus locutus
S est ad Moysen, puto quod tanquam Dei uerba non debeant secũdum incapacitatem audientium, sed secũdum maiestatem loquẽtis intelligi. Dominus, inquit, locutus est. Quid est dominus? Apostolus tibi respondeat, & ab ipso disce quod dominus spiritus est. Quod si tibi apostoli sermo nõ sufficit, audi ipsum dominum in Euangelijs loquentem, quia deus spiritus est. Si ergo & dominus, & Deus spiritus est, quæ spiritus loquit̃ spiritaliter debemus audire. Ego adhuc & amplius aliquid dico, quia quæ dominus loquitur, non spiritalia tantũ, sed & spiritus esse credenda sunt. Non meo sensu hæc, sed de Euangelijs approbabo. Audi dominũ & saluatorem nostrum ad discipulos suos dicentẽ: Verba quæ locutus sum uobis, spiritus & uita sunt. Si ergo ipsius Saluatoris uoce didicimus, quia uerba quæ locutus est Apostolis spiritus & uita est, nequaquam dubitare debemus, quod etiam quæ per Moysen locutus est, spiritus & uita credenda sint. Sed uideamus, quæ sint de quibus nunc prout possumus, aliqua dicere debemus. Et locutus est, inquit, dñs ad Moysen dicẽs. Anima quæcunq; peccauerit, & præteriẽs præterierit præcepta dñi, & mentiet̃ proximo suo super deposito, aut societate, aut rapina: aut nocuit aliquid proximo, aut inuenit perditionem, & mentietur de ea, aut iurauerit inique de uno ab omnibus quæcunq; fecerit homo, ut peccet in his: & erit cum peccauerit, & deliquerit, & reddet rapinam quã rapuit, aut iniuriam qua nocuit, aut depositum quod commodatum est ei, aut perditionem, quã inuenit, ab oĩ re, pro qua iurauerit iniuste, & restituet ipsum caput, & quintas insuper augebit, & cuius est ei reddet, qua die conuictus fuerit.] Hucusq; eĩm peccati species exponuntur, postea uerò purgatio eius per hostias imperatur. Sed qui infirmi sunt, & incapaces profundioris mysterij, ædificent̃ ex litera, & sciant quia si quis præteriens præterierit præcepta domini, & mentitus fuerit proximo super deposito, aut societate, aut rapina, peccati ingentis statuet̃ reus. Sed absit hoc ab ecclesia dei, ut ego credam esse aliquem in cœtu isto sanctorum, qui se tam infeliciter agat, ut depositum proximi sui neget, aut societatem fraude cõtaminet, aut uel ipse aliena diripiat, aut ab alijs rapta suscipiat, & pro his si ab eo requiratur, contra conscientiam iuret. Absit, absit inquam, ut hæc ego de aliquo fidelium sentiã. Cõfidenter ergo de uobis dico, quia uos non ita didicistis Christum, neq; ita docti estis, sed neq; lex ipsa hæc sanctis & fidelibus præcipit. Vis scire, quia non ad sanctos & iustos ista dicantur? Audi Apostolum
1. Tim. 5 ista distinguentem: Iusto, inquit, lex non est posita, sed iniustis, & nõ subditis, sceleſtis & contaminatis, patricidis, matricidis, & horum similibus. Quia ergo huiusmodi hominibus Apostolus legẽ dicit impositã, ecclesia dei quam absit in huiusmodi facinoribus maculari, relicta alijs litera, sanctius ædificetur à spiritu. Videamus itaq; nunc qd̃ est depositũ, quod fideliũ unusquisq; suscepit. Ego puto quòd & ipsam animã nostrã & corpus depositũ accepimus à deo. Et uis uidere maius aliud depositũ, quod accepisti à deo? Ipsi animæ tuæ deus imaginẽ suã, & similitudinẽ cõmendauit. Istud ergo depositũ tam integre tibi restituendũ est, quã à te constat esse susceptũ. Si enim sis misericors sicut pater tuus in cœlis misericors est, imago dei in te est, & integrũ depositũ seruas. Si perfectus es, sicut pater tuus in cœlis perfectus est, imaginis dei in te depositũ manet. Similiter & cætera omnia, si pius, si iustus es, si sanctus, si mundus corde: & omnia quæ in deo præsto sunt per naturã, si tibi per imitationẽ subsistãt, depositũ apud te diuinæ imaginis saluũ est. Si uerò ecõtrario agas, & pro misericorde crudelis, pro pio impius, pro benigno uiolentus, pro quieto turbulentus, pro liberali raptor existas, abiecta imagine dei, diaboli in te imaginẽ suscepisti, & bonũ depositũ tibi diuinitus cõmendatũ abnegasti. Aut non hoc erat quod sub mysterio Apostolus electo discipulo
2. Tim. 1 mandabat Timotheo dicẽs: O Timothee, bonũ depositũ custodi? Ego etiã illud addo, q̃d & Christũ dominũ depositũ suscepimus, & sanctũ spiritũ depositum habemus. Videndũ ergo nobis est, ne hoc sancto deposito nõ sancte utamur, & cũ nos in cõsensum sui peccata sollicitãt, iuremus nos nõ suscepisse depositũ. Q̃utiq; si habeamus in

nobis

nobis, peccato consentire nõ possumus. Sed & ipse sensus rationabilis, q in me est, cõ
mendatus mihi est ut eo utar ad intelligentiã diuinorũ: ingeniũ, memoria, iudiciũ, ra-
tio, & oẽs, qui intra me sunt motus, cõmẽdati mihi uidentᷣ à deo, ut eis utar in his, quæ
præcepit lex diuina. Si uerò ad malas artes solers & perspicax uertamus ingeniũ, & re
bus dei abutamur in his quæ non uult deus, hoc est abiurare depositũ, & beneficia uer
tere in perfidiam. Videamus nũc quid etiã societas intellenda sit. Putas est aliquis, qui
secundũ literam cõmoneri debeat, ne forte in ratiõe pecuniæ, uel qualibet alia specie
societatis, socium fraude decipiat? Vltimæ misericordiæ est anima illa, in qua cadere
adhuc fraudis hoc genus potest. Veruntamẽ quoniã multa est in homine fragilitas, eti
am de his cõmoneamus, quia nec Apostolũ piguit ista mandare: dicit enim: Ne quis *1.Thess.4*
circunscribat in negotio fratrẽ suum, quoniam uindex est de his omnibus deus. Nunc
uerò requiramus, quæ sit etiã societas spiritus. Audi de his ipsis uerbis Apostolum di-
centẽ: Si qd̃ solatiũ charitatis, siqua societas spiritus, siqua uiscera miserationis, imple- *Phil.2*
te gaudiũ meũ. Vides societatis legẽ quõ intellexit apostolus Paulus. Audi & Ioannẽ
quomodo uno eodemq; spiritu proloquatur. Et societatẽ, inquit, habemus cũ patre, *1.Ioan.1*
& cũ filio eius Iesu Christo. Et iterum Petrus dicit: Consortes, inquit, facti estis diuinæ *2.Pet.1*
naturæ, quod est socij. Et iterum dicit apostolus Paulus. Quæ enim societas luci ad te *2.Cor.6*
nebras? Quod si luci ad tenebras societas nulla est, potest ergo societatẽ lux habere
cũ luce. Igitᷣ si nobis cũ patre, & filio, & spiritu sancto societas data est, uidendũ nobis
est, ne sanctã istam diuinamq; societatẽ peccando abnegemus. Si enim agamus opera
tenebrarũ, certum est quia societatẽ negauimus lucis. Sed & sanctorum socios nos di
cit apostolus, nec mirum. Si enim cũ patre & filio dicitur nobis esse societas, qũo nõ &
cum sanctis, nõ solũ qui in terra sunt, sed & qui in cœlis? quia & Christus per sanguinẽ
suũ pacificauit cœlestia, & terrestria, ut cœlestibus terrena sociaret. Quod euidenter
indicat, ubi dicit gaudiũ esse in cœlis super uno peccatore pœnitentiã agente. Et rur- *Luc.15*
sum cũ dicit eos, qui resurgũt à mortuis, futuros esse sicut angelos dei in cœlo, & cum *Matt.22*
ex integro hominib. cœlorum regna promittit. Hãc ergo societatẽ dirumpit, & abne-
gat, quicunq; malis actibus suis, malisq; sensibus ab eorũ coniunctione separatᷣ. Post
hæc de rapina dicitᷣ. Raptores sunt mali, & boni, & boni quidẽ illi de quibus dicit sal-
uator, quia regnum cœlorũ diripiunt. Sunt autẽ & mali raptores, de quibus dicit pro- *Matt.11*
pheta: Et rapina pauperũ in domibus uestris est. Apostolus uerò abrupte pronunciat *Esa.3*
dicẽs: Nolite errare quia neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorũ cõcubitores, neq; *1.Cor.6*
fures, neq; rapaces, regnũ dei possidebunt. Et tamen aliqui sciunt & secundũ spiritalẽ
intelligentiã culpabiliter rapere, sicut illi laudabiliter rapiunt regna cœlorũ. Vt uerbi
causa dicamus, si homo nondũ purgatus à uitijs, nondũ segregatus à profanis & sordi
dis actibus, uelit se cœtui sanctorũ & perfectorũ latenter ingerere, & sermonem quo
perfecta & mystica tractantur audire, huiusmodi homo secretorũ & perfectorũ scien
tiã non bene rapit. Meminisse eñ oportet præcepti saluatoris quo dicit: Quia nemo *Matt.9*
mittit uinũ nouũ in utres ueteres, alioquin & utres rumpentur, & uinũ peribit: oste-
dens quod animæ nondũ renouatæ, sed in uetustate malitiæ perduranti, non oporteat
nouorũ mysteriorũ, quæ per Christũ mundus agnouit, secreta cõmitti. Addit dehinc
legislator. Aut si quid nocuit proximo, uel inuenit perditionẽ. Lex literæ hic uidetur
mandare, ut si quis inuenit quod alius perdidit, & requisitũ fuerit, reddat nec periuret
pro eo. Est & hæc utilis audiẽtibus ædificatio. Multi eñ sine peccato putãt esse, si alie
nũ qd̃ est inuenerint teneant, & dicũt: Deus mihi dedit, cui habeo reddere? Discãt er
go peccatũ hoc esse simile rapinę, si quis inuenta nõ reddat. Veruntamen si hoc tantũ
quod secundũ literam putatur, legislator uoluisset intelligi, potuerat dicere, si inuenit
quod perierat, uel quod aliquis perdiderat. Nunc aũt cũ dicit, inuenit perditionẽ, am-
plius nos aliquid uoluit intelligere. Qui nimis peccãt, in scripturis perditio appellãt,
sicut in Ezechiele ꝓpheta legimus dictũ: Perditio, inquit, factus es, & nõ subsistes in *Ezech.27*
æternũ tẽpus. Est ergo ostẽdere qui multũ quærendo inuenit perditionẽ: ut uerbi gra
tia dicamus, Hæretici ad cõstruenda & defendenda dogmata sua multũ perquirũt &
discutiunt in scripturis diuinis, ut inueniant perditionẽ. Cũ eñ multũ quæsierint testi-
monia, quibus astruant quæ praue sentiunt, perditionẽ sibi inuenisse dicẽdi sunt. Sed
si forte

si forte aliquis horũ audiens in ecclesia uerbũ dei catholice tractari, resipiscat, & intelligat quia quod inuenerat perditio est, reddet, inquit, quod inuenit. Et is qui perditionẽ inuenit, & ille qui rapinã, sed & ille qui depositũ abnegauit, & omnis quicunq; aliqua ex parte animæ nocuit proximo, aut iurauit iniuste, restituet, inquit, ipsum caput, & quintas superaugebit, & ei cuius est, reddet, secundũ eã duntaxat expositionẽ quã de quintis addendis ante iam diximus. Et offeret, inquit, domino arietẽ de ouibus sine macula, precio in id quod deliquit, & orabit pro eo sacerdos cõtra dominũ, & remittet ei pro uno ab omnibus quæ fecit, & deliquit in eo. Diximus in superiorib. quid est offerre arietẽ, & hunc precio sicli sancti emptũ. Nunc superest, ut differentiã illã dicamus: quod ibi preciũ posuit sicli sancti, hic tantũmodo preciũ dicit, nec quantitatẽ precij, nec nomen pecuniæ designauit. In superioribus em̃ ubi pro peccato qđ in sancta cõmissum fuerit, lex dabat, siclũ sanctũ diximus nominatũ, & siclũ nomen esse pecuniæ: ut alibi obolus, alibi drachma, alibi mna, uel talentũ, uel minutũ æs, denarius dicit. Hic ergo nihil horũ nominat, sed tantũ preciũ quo offerendus aries dicitur. Interest enim peccare in sanctis, & peccare extra sancta. Vis & alibi uidere hanc ipsam di-
1.Reg.2 stinctionẽ? Audi quo in Regnorũ libris dicit Heli sacerdos ad filios suos: Si enim peccauerit quis in hominẽ, exorabit pro eo sacerdos. Si aũt in deum peccauerit, quis exo-
1.Ioan.5 rabit pro eo? Similiter & Ioannes apostolus dicit: Est peccatũ ad mortẽ, nõ pro illo dico ut oret. Quia ergo diuersitates peccatorũ discere ex spirituali lege debemus, in quibus peccatis tantũmodo emendus sit aries, in quibus uerò sicelo sancto mercãdus, qui etiã sint isti qui uendãt arietes, requiramus. Ego arbitror ipsos esse istos, qui arietes ad sacrificiũ distrahũt, qui sunt & illi, qui oleum ad lampadas uirginũ uendũt, de quibus dicebant illæ prudentes stultis uirginib: ite ad uẽdentes, & emite uobis. Vendũt ergo uel oleũ luminibus, uel arietes sacrificijs, qui alij nisi prophetæ sancti & apostoli, qui mihi cũ peccauero ostendunt, & consiliũ dant quo debeã corrigere errores meos, & emẽdare peccata? Vendit mihi Esaias arietem ad sacrificandũ pro peccato, cum mihi
Esa.1 dicit: tanquã ex dei persona: Holocausta arietum, & adipes agnorum, & sanguinẽ hircorũ & taurorum nolo. Et paulo post subiungit: Auferte nequitias ab animis uestris, à cõspectu oculorum uestrorũ, discite bonum facere, eripite iniuriã accipientẽ, iudicate pupillo, & iustificate uiduam, & uenite disputemus, dicit dñs. Et si fuerint peccata uestra ut phœniciũ, ut niuem dealbabo: Si aũt ut coccinum, ut lanam cãdidam efficiam. Vendit mihi arietem & Daniel cum dicit: Quia nõ est locus ad sacrificandũ in conspectu tuo, ut possimus inuenire misericordiã. Sed in anima cõtribulata, & spiritu humilitatis suscipiamur uelut in multitudine agnorũ pinguiũ, sic fiat sacrificiũ nostrũ in cõ-
Psal.51 spectu tuo hodie. Vendit nobis & Dauid arietem sacrificij, cũ dicit: Sacrificiũ deo spiritus contribulatus, cor contritũ & humiliatũ deus non spernit. Cum ergo singuli prophetarũ, uel etiã apostolorum consilium his qui deliquũt, dederint, quo possint corrigere uel emendare peccatum, merito his uendidisse arietes ad sacrificiũ uidebuntur. Quid aũt precij à cõparantibus sumant, illud opinor, legendi studiũ, uigilias audiẽdi uerbi dei, & super omnia dignissimũ preciũ obedientiã puto, de qua dicit dominus. Obedientiã malo, q̃ sacrificium, & dicto audientiam magis, q̃ holocausta. Post hæc subsequit. Et locutus est, inquit, dñs ad Moysen dicẽs: Præcipe Aaron, & filijs eius dicens. Hæc est lex holocausti. Hoc holocaustũ in crematione sua erit super altare tota nocte usq; in mane: & ignis altaris ardebit super illud, nec extinguet: & induet se sacerdos tunicã lineã, & cãpestre lineũ induet circa corpus suum: & auferet hostiam, quam cõsumpserit ignis, & holocaustũ de altari, & ponet illud secus altare: & despoliabit se stola sua, & induetur stola alia: & ejiciet hostiam quæ cremata est, extra castra in locũ mundũ: & ignis super altare ardebit, nec extinguetur, & cõburet super illum sacerdos ligna mane, & cõstipabit in illud holocaustũ, & imponet super illud adipem salutaris, & ignis semper ardebit super altare, nec extinguet.] Audi semper debere esse ignẽ super altare & tu, si uis esse sacerdos dei, sicut scriptũ est: Oẽs enim uos sacerdotes do-
1.Pet.2 mini eritis. Et ad te em̃ dicit, Gens electa, regale sacerdotiũ, populus in adquisitionẽ. Si ergo uis sacerdotiũ agere animæ tuæ, nunq; recedat ignis de altari tuo. Hoc est qđ
Luc.12 & dñs in Euangelijs præcipit, ut sint lumbi uestri præcincti, & lucernæ uestræ ardentes.

tes.Semper ergo tibi ignis fidei,& lucerna scientiæ accensa sit. Sed & quod dixit lũbi
uestri præcincti,dñs in Euangelio:hoc idẽ est,quod & nunc legislator præcepit,ut cã
pestri lineo pręcingaẽ sacerdos,& ita ueteri cinere depositio,innouet sacros ignes.O-
portet enim etiã nos dicere:ecce uetera transierũt,& facta sunt omnia noua. Cãpestri 2.Cor.5
enim lineo cingitur,uel(sicut alibi dicit)femoralibus utitur, qui luxuriã fluxæ libidi-
nis,cingulo restrinxerit castitatis. Ante oĩa eĩ sacerdos q diuinis assistit altaribus,
castitate debet accingi,nec aliter purgare uetera,& instaurare poterit noua,nisi lineis
indutus.De lineis sæpe iam dictũ est, & tunc maxime cũ de indumẽtis sacerdotalibus
dicebamus,quod species ista formã teneat castitatis:quia origo lini ita è terra ducit,et
de terra editur,ut ex nulla admixtione concepta sit.Obseruandũ tamen est quod alijs
indumentis sacerdos utit dũ est in sacrificiorũ ministerio,& alijs,cũ procedit ad popu
lũ.Hoc faciebat & Paulus scientissimus pontificũ,& peritissimus sacerdotũ.Qui cum
esset in cœtu perfectorũ,tanq̃ intra sancta sanctorũ positus,& stola perfectionis indu
tus,dicebat:Sapientiã loquimur inter perfectos:sapientiã aũt non huius mundi, neq̃ 1.Cor.2
principũ huius mũdi,qui destruunt,sed loquimur dei sapientiã in mysterio absondi-
tam,quã nemo principũ huius seculi cognouit.Si enim cognouissent, nunq̃ dominũ Ibid.
maiestatis crucifixissent.Sed post hæc tanquã ad populũ exiens mutat stolã, & alia in
duitur longe inferiore,q̃ illa.Et quid dicit?Nihil aliud, inquit, iudicaui me scire inter
uos,nisi Iesum Christũ,& hunc crucifixum.Vides ergo istũ doctissimũ sacerdotẽ,quo
modo indutus sit.Cum est iturus inter perfectos, uelut in sancta sanctorũ,alia utit sto
la doctrinæ.Cũ uerò exit ad eos,qui incapaces sunt,mutat stolã uerbi, & inferiora do
cet:& alios lacte potat,ut paruulos:alios holeribus nutrit, ut infirmos: alijs uerò for-
tes præparat cibos,his scilicet qui pro possibilitate sumendi exercitatos habẽt sensus
ad discretionẽ boni,uel mali.Sic sciebat Paulus mutare stolas, & alia uti ad populũ,a-
lia in ministerio sanctorũ.Ipse aũt pontificũ pontifex,& sacerdotũ sacerdos dominus,
& saluator noster,de quo dicit Apostolus quia põtifex sit futurorũ bonorũ,audi quo Heb.9
modo primus hæc fecerit,& ita discipulis suis hæc imitanda reliquerit. Euangeliũ re-
fert de eo,& dicit,quia in parabolis loquebaẽ ad turbas,& sine parabolis nõ loqueba Matth.13
tur eis.Seorsum aũt soluebat ea discipulis suis. Vides quomodo ipse docuit alijs indu
mentis uti debere potificẽ,cum procedit ad turbas, alijs cum eruditis & perfectis mi-
nistrat in sanctis.Vnde optandũ nobis est,& agendum,ne tales nos inueniat Iesus,ita
imparatos,& ita seculi sollicitudinibus alligatos, ut cum turbis loquatur nobis in pa
rabolis,ut uidentes nõ uideamus,& audientes nõ audiamus:sed potius inter eos inue
niri mereamur,ad quos dicit:uobis datũ est nosse mysteriũ regni dei.Post hoc, Hæc
est,inquit,lex sacrificij,quod offerẽt filij Aaron sacerdotis ante altare cõtra dñm.Au-
feret ab eo plenã manũ de similagine sacrificij cũ oleo eius,& cũ omni thure eius,quę
sunt ad sacrificiũ,& imponet super altare hostiã odorẽ suauitatis, memoriale eius do-
mino.Quod aũt superfuerit ex ea,mãducabit Aarõ & filij eius.Azyma edetur in loco
sancto,in atrio tabernaculi testimonij manducabunt eã.Non coquetur fermentatũ,par
tem illis hãc dedi ab hostijs domini,sancta sanctorũ sunt,sicut est pro peccato, & pro
delicto:omnes masculi sacerdotũ edẽt eam. Legitimũ æternum in progenies uestras
ab hostijs domini.Oĩs qui tetigerit ea,sanctificabit] In his quæ proposita sunt,mos
quidẽ sacrificandi sacerdotibus daẽ, & obseruantię quibus coli deus,uel purificari po
pulus uideret,uel etiam in necessarijs uictus causa consuleretur sacerdotibus & mini
stris.Offerẽdæ eĩ similæ in sacrificio mensura posita est, quæ decima pars ephi appel
latur,huic oleum superfunditur,& thus superponit. Sed cũ ad altare peruenerit,sacer
dos, inquit, plenam manũ ex ea sumet,ita ut intra plenitudinem manus concludat &
oleum quod infusum est,& thus quod superpositum est,ut sit hoc libamẽ,& sacrificiũ
deo in odorẽ suauitatis.Cætera,inquit,maneãt sacerdotibus ad edendum,sed edenda
ea tradidit lex in loco sancto,in atrio tabernaculi,ita ut nihil fermenteẽ ex eis.Hãc eĩ
inquit,dedi partẽ sacerdotibus,& hæc sunt sancta sanctorũ.Sed & aliud obseruari uo
luit,ut soli masculi edant ex eo,fœmina nulla cõtingat. Addit & hoc, qd' qui tetigerit
ea sanctificeẽ.Sed si uelimus nũc ab ijs,qui in manifesto Iudæi sunt,requirere de singu
lis qua ratiõe illud hoc modo dictũ sit,aut illud alio modo, absoluta nobis respõsione

satisfacient

satisfacient dicentes. Ita uisum est legē danti, nemo discutit dominū suum. Et ideo cedentes eis in cæteris, de hoc nouissimo sermone requiramus, ut dicāt: quō omnis qui tetigerit ex sacrificio sanctorū, sanctificetur. Si homicida tetigerit, si profanus, si adulter, si incestuosus, sanctificatus erit? Nō enim excepit aliquē sed dixit: omis qui tetigerit ea, sanctificabit. Ponamus enim, quòd etiā nunc integer sit status illius templi, offerant hostiæ, sacrificia consumant. Ingressus est aliquis templū scelestus, iniquus, impurus, inuenit carnes ex sacrificijs propositas, & tetigit eas, sanctificatus cōtinuo pronūciabit? Enimuero nullo modo, uel rei natura, uel ueritas religionis hoc recipit: & ideo redeundū nobis est ad expositiones Euangelicas, atq; apostolicas, ut lex possit intelligi. Nisi em uelamē abstulerit euangeliū de facie Moysi, non potest uideri uultus eius, nec sensus eius intelligi. Vide ergo quō in ecclesia apostolorum discipuli adsunt his quæ Moyses scripsit, & defendūt ea, q & impleri queāt, & rationabiliter scripta sunt. Iudæorū uerò doctores, & impossibilia hęc, & irrationabilia, sequētes literā faciūt. Igitur sacrificiū, pro quo hæc omnia sacrificia in typo & figura præcesserāt, unū, & perfectū, immolatus est Christus. Huius sacrificij carnē si quis tetigerit, cōtinuo sanctificatur. Si immūdus est, mundat: si in plaga est, sanat. Sic denicq; intellexit illa, de qua paulo ante memoraui, quæ profluuiū sanguinis patiebat, quia ipse esset caro sacrificij, & caro sancta sanctorū: & quia uere intellexit quæ esset caro sancta sanctorū, idcirco accessit. Et ipsam quidē carnē sanctā cōtingere nō audet: nondū em mundata fuerat, nec quæ perfecta sunt, apprehenderat: sed fimbriā tetigit uestimēti, quo sancta caro tegebat, & fideli tactu uirtutē elicuit ex carne, quæ se & ab immunditia sanctificaret, & à plaga quā patiebat sanaret. Non tibi uidet isto magis ordine stare posse dicta Moysi, quibus dicit: Omnis qui tetigerit ex carnib. sanctis, sanctificabitur? Has enim carnes, quas nos exposuimus, tetigerūt oēs, qui ex gentib. crediderūt. Has tetigit & ille, q dicebat: Fuimus em & nos aliquādo stulti, & increduli, errantes, seruiētes desideriis, & uoluptatibus uariis, in malitia, & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicē. Sed cū benignitas & humanitas inluxit saluatoris nostri dei, saluos nos fecit per lauacrū regenerationis, & renouatiōis spiritus sancti. Et alibi dicit: Et hæc, inquit, quidē fuistis, sed iustificati estis, sed sanctificati estis in nomine dñi nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Si em (ut diximus) tangat quis carnē Iesu eo modo quo suprà exposuimus, tota fide, omi obediētia accedat ad Iesum, tanq; ad uerbū carnē factū, iste tetigit carnē sacrificij, & sanctificatus est. Tangit aūt carnes uerbi & ille, de quo dicit Apostolus: Perfectorū aūt est cibus solidus, eorū qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus ad discretionē boni ac mali. Tangit ergo & ille carnē uerbi dei, q interiora eius discutit, & occulta potest explanare mysteria. Et nos si haberemus talē intellectū, ut possemus singula quæ scribūt in lege, spiritali interpretatiōe discernere, & obiectū uniuscuiusq; sermonis sacramentū in lucē scientiæ subtilioris educere: si ita docere possemus ecclesiā, ut nihil ex his quæ lecta sunt remaneret ambiguū, nihil relinqueret obscurū: fortassis & de nobis dici poterat, quia tetigimus carnes sanctas uerbi dei, & sanctificati sumus. Sic aūt accipio & illud quod dictū est, quia oēs masculi ex sacerdotibus edēt eā. Nulla em fœmina, nec remissa & dissoluta anima poterit edere carnes sanctas uerbi dei. Masculus quærit, qui eas edat. Masculi denicq; sunt, qui perducunt & ad numerū, nusq; fœminæ, nusq; paruuli numerant. Vnde & apostolus dicebat: Cū aūt factus sum uir, deposui quæ erāt paruuli. Talis ergo iste masculus, & talis uir quærit, qui carnes sanctas possit comedere, & comedere nō in quocunq; loco, sed in loco sancto, intra atriū tabernaculi. Audiāt hæc qui scindūt ecclesiā, & peregrinas ac prauas inducētes doctrinas putāt se sacras carnes extra templū dei, & extra aulā dominicā posse comedere. Profana sunt eorū sacrificia, quæ cōtra mādati legē gerunt. In loco sancto edi iubent, intra atria tabernaculi testimonij sint. Atria tabernaculi testimonij sunt quæ fidei murus ambit, spei colūnæ suspēdūt, charitatis amplitudo dilatat. Vbi hæc nō sunt, carnes sanctę nec haberi possunt, nec comedi. Bene aūt q & ea, quę ex sacrificio simi laginis offerunt, plena manu cū oleo offerunt & thure, in odorē suauitatis dño. Istum locū breuiter explanauit Apostolus Paulus ad Philippenses dicēs: Repletus sum accipiens ab Epaphrodito, ea quę à uobis missa sunt in odorē suauitatis, hostiam acceptā, placentem

Tit.3

1.Cor.6

Heb.5

1.Cor.13

Phil.4

placentem deo. In quo ostendit, quod misericordia quidem, quę erga pauperes fit, oleū infundit in sacrificio dei: ministeriū uerò quod sanctis defertur, suauitatem thuris impo nit. Sed hoc plena manu fieri debere pręcipitur. Sic enim idē apostolus dicit: Quia qui parce seminat, parce & metet. Qui aūt seminat in benedictione, de benedictione & me tet uitam æternam. Est tamē aliquid in ipso sacrificio, quod memoriale appellatur, q̄d offerri domino dicitur. Ego si possem die ac nocte in lege domini meditari, & oēs scripturas memoria retinere, memoriale sacrificij mei domino obtulissem. Certe si nō om̄ia possumus, saltem ea quæ nunc docent in ecclesia, uel quæ recitantur, memoriæ commē demus: ut exeuntes de ecclesia, & agentes opera misericordiæ, & implentes diuina præ cepta, sacrificium cum thure & oleo offeramus in memoriā domino. Ex his ergo edoce mini, ut quæ auditis in ecclesia tanquam munda animalia, ueluti ruminantes ea reuoce tis ad memoriā, & cum corde uestro quæ dicta sunt cōferatis. Quod si aliqua memoriæ superfuerint, & intellectum uestrum superauerint, facite q̄d præsentis mandati aucto ritas præcipit, dicens. Quod autem superfuerit ex ijs, manducabit Aaron, & filij eius. Si quid superauerit, & excesserit intellectum tuū, uel memoriam tuam, serua Aaron: hoc est reserua sacerdoti, reserua doctori, ut ipse hæc māducet, ipse discutiat, ipse exponat: si cut & alibi ipse Moyses dicit. Interroga patres tuos, & annūciabūt tibi, presbyteros tu os, & dicent tibi. Ipsi em̄ sciunt quomodo hæc Azyma debeāt manducari, & in azymis synceritatis & ueritatis exponi. Additur in sequētibus. Et locutus est dns ad Moysen dicens. Hoc munus Aaron & filiorū eius, quod offerent domino in die qua unxeris eū, decimam partem ephi similaginis in sacrificio semper, dimidium eius mane, & dimidiū eius post meridiem. In sartagine ex oleo fiet cōsperſa, offeret eam tenerā, sacrificium de fragmētis, in odorē suauitatis domino. sacerdos qui unctus fuerit pro eo ex filijs eius, faciat ea, lege æterna omnia consummabunt. Et omne sacrificium sacerdotis holocau stum erit & non edetur.] In cæteris quidem præceptis pontifex in offerendis sacrificijs populo præbet officium, in hoc uerò mādato, quę propria sunt curat, & quod ad se spe ctat, exequitur. Iubetur enim ex die, qua unctus fuerit, semper & in perpetuū offerre si milaginem oleo conspersam, teneram ex sartagine. Idcp cognominat sacrificiū ex frag mentis, in odorem suauitatis: & hoc lege æterna permanere, & trāsmitti ad posteros iu bet. Addit sane obseruandum, ne ullum sacrificium sacerdotis, hoc est quod pro se ipso offert, edatur à quoquam: sed holocaustū fiat, quod est igni absumi. Pręceptū quidē se cundum literam clarum est, uelim tamen uidere qui in hoc typus, & quę figura formet. Dimidium sacrificij huius mane uult offerri, & dimidium uespere, certa mensura similę oleo consperſę teneræ à sartagine. Vide si non (ut ego suspicor) sacrificij sacerdotis hęc ipsa sit lex, quę per Moysen promulgatur, cuius dimidiū mane iubetur offerre, dimidiū uerò ad uesperam. Quam legem in duas partes diuidi præcepit, in literā uidelicet, & spi ritum. Et dimidiam quidē partē, quæ est litera offerri iubet mane, primo scilicet legis tē pore: quod illis quibus tunc secundum literam data est, nouam lucem, & nouū protulit diem, dimidium uerò eius offerri iussit in uesperam. In uespera em̄ nobis datus est salua toris aduentus, in quo pars illa dimidia, hoc est sensus uel spiritus legis, secundū q̄d lex spiritalis est, offeratur oleo consperſa tenera. Oleum ad misericordiā reuocatur, quę de bet in sacerdotibus abūdare. Tenera ad subtilem et puram intelligentiā pertinet. Quod autem à sartagine dicitur, puto quod districtū, & multa continentia aridū, & torridum uelit esse sacerdotem, in quo nihil remissum haberi ad luxuriā, nihil fluitans ad libidinē possit. Quod autem sacrificiū ipsum ex fragmentis nominauit in odorem suauitatis, pu to quod fragmēta sacerdotum uelit intelligi: cum legis per eos litera frangitur, & cibus ex ea latens intrinsecus spiritalis elicitur: ut audientes turbæ reficiantur, sicut & domi nus feciſſe refertur in Euāgelijs, ubi benedixit panes, & dedit discipulis, & discipuli cō fringentes apposuerunt turbis. Et cum satiati fuissent omnes, superfuerunt, inquit, fra gmentorum cophini duodecim. Istud est ergo sacrificium ex fragmentis, cū minutatim quę sunt legis sancta discutimus, ut spiritalem ex his cibum, purumcp capiamus. Et hęc, inquit, est lex æterna. Ioannes quidē apostolus in Apocalypsi dicit esse euangeliū æter num, inuenimus & hic scriptum esse legem ęternā. sed isti qui legem secundum literam sequi uolunt, uelim mihi nunc dicerent quomodo lex huius sacrificij esse possit ęterna:

2 Cor. 9

Matt. 14

Apoc. 14

cum utiq; destructo templo, subuerso altari, & omnibus quæ dicebantur sancta, profanatis, ritus iste sacrificiorum non potuerit permanere. Quomodo ergo æternũ dicent, quod olim cessasse, & finitum esse iam constat? Restat ut secundum eam partem lex hęc æterna dicatur, qua nos dicimus legem esse spiritalem, & per eam spiritalia posse offerri sacrificia, quæ neq; interrũpi unquã, neq; cessare possunt. Nõ enim in loco est, quod subuertitur, aut in tẽpore quod mutatur, sed in fide credentis, & in corde sacrificantis. Sane quod ait, nõ edetur de sacrificio sacerdotis, sed holocaustũ erit, certum est ad domini & saluatoris nostri personã referri. De illius enim sacrificio nõ edetur, sed holocaustũ erit. Hoc in loco sacrificium, uerbum ipsum accipiendũ est, & doctrina, de qua nullus edet, hoc est nullus disputat, nullus retractat, sed holocaustũ est. Quicquid em̃ dixit, quicqd statuit, æterna consecratione perdurat, nec aliquis insanus inuenitur, aut profanus, qui retractare de eius sermonibus possit: quos tanq; holocaustum, sacrificiũ deo oblatũ, in omni cultu & ueneratione habere debemus. Quia cœlum & terra transibunt, uerba aũt eius non transibunt, sed semper manent, sicut & ipse semper manet. Per ipsum deo patri cum spiritu sancto gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Matt. 24

De eo quod scriptum est. Hæc lex peccati, in loco quo iugulabuntur holocausta, occident & id quod peccati est, & cætera. Homilia V Cap. VII

ET locutus est dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron, et ad filios eius dicens. Hæc est lex peccati, in loco quo iugulabũtur holocausta, occident & id quod peccati est contra dominum, sancta sanctorum sunt. Sacerdos qui offert illud in loco sancto edet, in atrio tabernaculi testimonij. omnis qui tangit de carnibus eius, sanctificabitur, & cuicunq; aspersum fuerit ex sanguine eius, super uestimentum quodcunq; respersum fuerit, & ipsum lauabitur in loco sancto, & uas fictile in quocunq; coctum fuerit, confringetur: si autem in uas æreum coctum fuerit, defricabit illud, & diluet aqua. Omnis masculus ex sacerdotibus edet ea, sancta sanctorum sunt domino. Et omnia quæ pro peccato sunt, ex quibus illatum fuerit à sanguine eorũ in tabernaculo testimonij deprecari in loco sancto, nõ edentur, sed igni comburẽtur.] Hæc omnia nisi alio sensu accipiamus, quàm literæ textus ostendit, sicut sæpe iam diximus, cum in ecclesia recitantur, obstaculum magis & subuersionem Christianæ religioni quàm rationem ædificationem̃q; præstabunt. Si uerò discutiantur & inueniant̃ quo sensu hæc dicta sunt, & digne deo quę hic scribuntur aduertantur, fiet quidẽ ludęus qui hęc audit, sed nõ ille qui in manifesto, sed qui in occulto ludæus est: secundũ illam diffe rẽtiam ludæi, quam distinguit Apostolus dicens: Nõ enim qui in manifesto ludęus est, neq; quę manifeste in carne est circũcisio, sed qui in occulto ludæus est circũcisione cordis, qui spiritu non litera, cuius laus non ab hominibus, sed ex deo est. Quam differenti am ludæi uisibilis & ludæi inuisibilis nõ intelligentes impij hæretici, non solum ab his scripturis refugerũt, sed & ab ipso deo, qui legem hanc, & scripturas diuinas hominib. dedit, atq; alium sibi deum, præter illum qui cœlum & terram cõdidit, confinxerunt, cũ utiq; fidei ueritas unum eundem̃q; deum legis & Euangeliorũ teneat, uisibilium et inuisibilium creatorẽ. Quia & cognationẽ plurimam uisibilia cum inuisibilibus seruãt, ita ut apostolus dicat: Quia inuisibilia dei à creatura mũdi per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur. Sicut ergo cognationem sui ad inuicẽ gerunt uisibilia & inuisibilia, terra & cœlum, anima & caro, corpus & spiritus, & ex horũ cõiunctionibus constat hic mundus: ita etiam sanctam scripturam credendum est ex uisibilibus & inuisibilibus constare: ueluti ex corpore quodam, literæ scilicet quæ uidet̃: & anima, sensus qui intra ipsam deprehenditur: & spiritu, secundũ id quod etiam quædam in se cœlestia teneat, ut Apostolus dicit, quia exemplari & umbræ deseruiũt cœlestium. Quia ergo hęc ita se habẽt, inuocantes deum, qui fecit scripturæ animam, & corpus & spiritum: corpus quidem ijs qui ante nos fuerunt, animam uerò nobis, spiritum autem ijs qui in futuro hæreditatem uitæ æternæ consequentur, per quam peruenĩãt ad regna cœlestia: eam nũc, quam diximus legis animam requiramus, quantum ad prẽsens interim spectat. Nescio aũt si possumus etiam ad spiritum eius ascẽdere in his, quæ nobis de sacrificijs lecta sunt. Debemus enim eum, quem diximus in occulto ludæum, sicut ostendimus quia nõ carne, sed corde circun-

Rom. 2

Rom. 1

Heb. 8

de circunciditur: ita ostẽdere quia et sacrificat non in carne, sed corde: & quia edet de sacrificijs non carne, sed spiritu. Sed uideamus iam quę sunt illa, quę referuntur in lege. Et locutus est, inquit, dominus ad Moysen dicẽs: Loquere ad Aaron, & filios eius dicens.

Hæc lex peccati: & cætera quæ paulo ante recitata sunt. Et ante iam dixisse nos memini, quia lex non semper eisdem datur: sed alia quidem datur filijs Israel, alia autẽ filijs Aaron, alia etiam (sicut iampridem obseruauimus) Moysi & Aaron est: & alia lex quæ soli Moysi datur, ita ut nec Aaron legi ipsius particeps fiat. Quarum per singula distinctiones & diuersitates, quis ita sciẽtiæ dono illuminatus à deo est, ut possit integre aperteq; differere? Inuenimus enim in cõsequẽtibus præceptum domini ad solum Moysen dari, & iuberi ut pectusculum arietis perfectiõis Moysi detur, sicut pręcepit, inquit, dominus Moysi. In qua portione neq; Aaron, neq; filij eius participes fiunt. Et inueniẽ lex quę pertinet ad arietẽ perfectionis, nõ posse peruenire usq; ad Aarõ, neq; ad filios eius, multo magis nec ad reliquos filiorũ Israel, sed ad solũ Moysen, qui erat amicus dei. Verum quid opus est, quę postmodum recitanda sunt, pręuenire? Nunc interim lex recitata est, quæ ad Aaron & filios eius promulgat, lex peccati, hoc est hostiæ quæ offert pro peccato: in loco, inquit, in quo iugulãtur holocausta, ibi occident & id quod pro peccato est, in cõspectũ domini, sancta sanctorum sunt. Multa quidem iam (deo iuuãte) de sacrificiorum ritu secundum spiritalem intelligentiã in superioribus dicta sunt, sed & nũc si gratia domini nos uisitare dignetur, & uos oratiõibus annitamini, addemus quę dederit dominus. Hostiarum quædam quidem sunt dei solius, ita ut nullus hominum participet ex ipsis. Quædam sunt Aaron sacerdotis, & filiorũ eius: quædam ipsius, & filiorum & filiarum eius, ita ut etiã uxorẽ sacerdotis edere liceat ex his. Quędam sunt sacerdotũ, & filiorum ac filiarum eorum, sed de quibus edere liceat etiam filios Israel. Et in illis quidem hostijs de quibus licet edere filios Israel, sine dubio habẽt participium etiã sacerdotes, & filij sacerdotum: nõ tamen ex omni hostia, quã edet sacerdos, etiã filios Israel edere licebit. Igitur cum istę sint hostiarum differentię, illã quam diximus solius dei esse, ex qua neq; Moysen, neq; Aaron, neq; filios eius participare fas est, aliquando quidẽ holocaustomata nominari inuenimus: aliquando uerò nõ holocaustomata, sed holocarpomata, ueluti dicamus, quod totus fructus sit, ille scilicet qui deo offert. Est ergo prima legislatio de sacrificijs, si tamen uel obseruastis uel retinetis diligenter quę lecta sunt, ac disserta, & non transcurrunt aures uestras in uanum, uel quę à nobis dicũtur, uel quę ex diuinis uoluminibus recitant. Prima ergo est hostia, holocaustomata. Neq; enim oportebat aliam primo hostiam nominari, nisi eam quæ omnipotenti deo offerebatur. Secũda hostia est, quæ ad edendum sacerdotibus mancipatur. Tertia, de qua etiã filios Israel contingere, uel edere, ipsos scilicet qui offerunt, fas est. Sed filios Israel nõ omnes, nisi illos tãtum qui mundi sunt. Soli enim qui mundi sunt de sacrificijs edere iubentur. Verũ istas omnes hostias tu qui in occulto ludęus es, nõ in animalib. requiras uisibilibus: nec in mutis pecoribus inueniri putes, quod offerri debeat deo. Istas hostias intra teipsum require, & inuenies intra animã tuam. Intellige te habere intra temetipsum greges boũ, illos qui benedicuntur in Abrahã. Intellige habere te & greges ouiũ, et greges caprarũ, in quibus benedicti, & multiplicati sunt patriarchæ. Intellige esse intra te etiã aues cœli. Nec mireris quòd hæc intra te esse dicimus, intellige te & alium mundũ esse paruum, & esse intra te solem, esse lunam, etiam stellas. Hoc enim si ita non esset, nunquam dixisset dominus ad Abrahã: Aspice ad cœlum, & uide stellas, si dinumerari possunt à multitudine, sic erit semen tuum. Nec mireris inquam si dicitur ad Abraham, quia sic erit semen tuũ sicut stellæ cœli: de illis scilicet qui ex fide eius geniti rationabiliter uiuãt, ac diuinas leges, & præcepta custodiant. Audi amplius aliquid saluatorẽ ad discipulos dicẽtem: Vos estis lux mundi. Dubitásne esse intra te solem, & lunam, ad quem dicit, quia lux sis mũdi? Vis adhuc amplius aliqd de teipso audire, ne forte parua de te & humilia cogitans, tanquam uilem negligas uitam tuam? Habet hic mũdus gubernatorem suũ, habet qui eum regat, & habitet in ipso omnipotentẽ deum, sicut ipse per prophetam dicit. Nónne cœlum & terram ego impleo, dicit dominus? Audi ergo, ipse omnipotẽs deus quid etiã de te, hoc est quid de hominib. dicat. Habitabo, inquit, in eis, & in ipsis ambulabo. Plus aliquid adhuc audi erga personã tuam. Et ero, inquit, eis in patrem, & ipsi

Gen. 15

Matt. 5

Hier. 23

Leuit. 26

erunt mihi in filios & filias, dicit dominus. Habet hic mundus filium dei, habet spiritum
Psal.33 sanctum, secūdum quod dicit propheta: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris
Sap.1 eius omnis uirtus eorum. Et iterum alibi: Spiritus eī domini repleuit orbem terrarum.
Matt.28 Audi & tibi quid dicit Christus: Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus usq; ad cōsum-
Ioel.2 mationem seculi. Et de spiritu sancto dicitur: Effundam de spiritu meo super omnē carnem, & prophetabunt. Cum ergo uideas habere te omnia quæ mundus habet, dubitare non debes quod etiam animalia quæ offerūtur in hostijs, habeas intra te, & ex ipsis spiritaliter offerre debeas hostias. Sed de illis (prout potuimus) in superioribus explanauimus. Nūc uerò illud addimus, q̄d dicit: quia in loco in quo iugulant holocausta, ibi etiā hostię pro peccato. Vide quam multa misericordia et benignitas dei est, ut ubi holocaustum iugulatur illud quod soli deo offertur, ibi etiā hostia quę pro peccato est, immolari iubeat: quo scilicet intelligat se qui peccauit, & pœnitet, & cōuersus ad dominū contribulati spiritus hostiam iugulat, in loco iam sancto stare, & sociari his quæ pertinēt ad deum. Ibi ergo immolatur hostia pro peccato, ubi et holocaustum, in conspectu, inquit domini. Est fortassis in conspectu domini offerre sacrificium, & nō offerre in cōspectu domini. Quis ergo est qui offert in conspectu domini? Ille (ut opinor) qui nō exijt à cō-
Gen.4 spectu domini, sicut Cain, et effectus est timens & tremens. Si quis ergo est qui habet fiduciam adstare in conspectu domini, & nō fugit à facie eius, nec aspectum eius peccati conscientia declinat, iste in cōspectu domini offert sacrificiū. Hanc ergo hostiam quæ offert pro peccatis, dicit esse sancta sanctorū. Maius aliquid audere uult sermo, si tamē & uester sequat auditus. Quæ est hostia quæ pro peccatis offert, & est sancta sanctorū, nisi unigenitus filius dei, dominus meus Iesus Christus? Ipse solus est hostia p peccatis, & ipse est hostia sancta sanctorum. Sed q̄d addit, Sacerdos, inquit, qui offert illud, edet illud, uidetur difficile esse ad intelligendū. Illud enim quod edendum dicit, ad peccatū referri uidetur: sicut & alibi dicit de sacerdotib. propheta, quia peccata populi mei manducabunt. Vnde & hic ostēdit sacerdotem peccatum offerētis comedere debere. Sepe ostēdimus ex diuinis scripturis Christum esse & hostiam quę pro peccato mūdi offert,
Heb.10 & sacerdotē qui offerat hostiā. Quod uno uerbo apostolus explicauit, cum dicit: Qui se ipsum obtulit deo. Hic ergo est sacerdos, qui peccata populi comedit, & consumit, de
Psal.110 quo dictum est: Tu es sacerdos in æternum secūdum ordinem Melchisedech. Saluator ergo & dominus meus peccata populi edit. Quomodo edit peccata populi? audi quid
Deut.4 scriptum est. Deus, inquit, noster ignis consumens est. Quid cōsumit deus ignis? Nunquid tam imperiti erimus, ut putemus quòd deus ignis ligna consumat, aut stipulā, aut ferrum? Sed consumit deus ignis humana peccata, illa absumit, illa deuorat, illa purgat, secundum quod & alibi dicit: Et purgabo te igni ad purum, hoc est māducare peccatū eius qui offert sacrificiū pro peccato. Ipse enim peccata nostra suscepit, & in semetipso ea tanquā ignis comedit, & absumit. Sic denicq; econtrario eos qui permanent in peccatis, mors dicit deglutisse, sicut scriptū est: Deglutiuit mors prævalens. Hoc puto esse q̄d
Luc.12 in euāgelio saluator dicebat: Ignem ueni mittere in terram, & q̄d uolo ut accendat. Atq; utinam & mea terra accēdatur igni diuino, ut ultra nō afferat spinas & tribulos. Sic in-
Deut.32 telligere debes et illud, quod scriptum est: Ignis accēsus est ab ira mea, comedet terram, et generationes eius. Dicit ergo lex. Sacerdos qui obtulerit, edet illud in loco sancto, in atrio tabernaculi testimonij. Consequens enim est, ut secundū imaginem eius qui sacerdotium ecclesiæ dedit, etiam ministri eius sint, & sacerdotes ecclesiæ peccata populi accipiant, & ipsi imitantes magistrum, remissionem peccatorum populo tribuant. Debēt ergo & ipsi ecclesiæ sacerdotes ita perfecti esse, & in officijs semper sacerdotalibus eruditi, ut peccata populi in loco sancto, in atrijs tabernaculi testimonij, ipsi nō peccando cōsumāt. Quid aūt est in loco sancto manducare peccatum? Locus erat sanctus, in quē
Exod.3 peruenerat Moyses, secundū quod dictum est ad eum: Locus enim in quo stas, terra sancta est. Similiter ergo et in ecclesia dei locus sanctus est, fides perfecta, charitas de corde puro, et cōscientia bona. Qui in his stat in ecclesia, in loco sancto stare se agnoscat. Neq; enim in terra quærendus est locus sanctus, in quā semel data sententia est à deo dicēte:
Gen.3 Maledicta terra in opere tuo. Fides ergo integra, & sancta cōuersatio, locus est sanctus. In hoc itaq; loco positus sacerdos ecclesiæ, populi peccata consumit, ut hostiam iugulās

uerbi

uerbi dei,& doctrinę sanæ uictimas offerens,purget à peccatis cõscientias auditorũ.Edit ergo sacerdos carnes sacrificij in atrio tabernaculi testimonij,cũ intelligere potuerit quę sit ratio in ijs,quæue mysteria,quæ describũtur de atrijs tabernaculi testimonij. Ad hæc enim atria secreta & recondita nullus accedit,nulli hæc nisi sacerdotibus patẽt:si tamen pateant,si scientia sua,& intellectu mystico potuerint eorũ secreta penetrare.Scio autem esse & alia quædã in ecclesia dogmata secretiora,quæ adire nec ipsis sacerdotib. liceat.Illa dico,ubi arca reconditur,ubi urna, ubi manna, & tabulæ testamẽti.Illuc ne ipsis quidẽ sacerdotib. datur accessus,sed uni tantũ pontifici, & huic semel in anno certis quibusq; & mysticis purificationib. concedit̃ istud intrare secretũ. Sunt & alia ecclesiæ dogmata,ad quę possunt peruenire etiã Leuitæ,sed inferiora sunt ab ijs quę sacerdotib. adire cõcessum est. Scio & alia esse, ad quę possunt accedere etiã filij Israel,hoc est laici, non tamẽ alienigenæ,nisi adscripti iã fuerint in ecclesia domini. Ægyptius ẽm tertia generatione intrabit in ecclesiam dei.Credo fidẽ patris, et filij,& spiritus sancti,in quã credunt omnes qui sociantur ecclesiæ dei,tertiam generationẽ mystice dictã. Veruntamẽ sciendum est,q; ex hostijs quæ offeruntur,licet concedant̃ sacerdotib. ad edendum, nõ tamẽ omnia cõceduntur: sed pars ex ipsis aliqua deo offertur, & altaris ignibus tradit̃: ut sciamus etiam nos q; etsi cõceditur nobis aliqua ex diuinis scripturis apprehẽdere et agnoscere, sunt tamen aliqua quæ deo reseruanda sunt: quæ cum intelligentiam nostrã superant,sensusq; eorum supra nos sit,ne forte aliter à nobis quàm se habet ueritas,,p ferantur,melius igni ista seruemus.Et ideo etiã in hoc loco,quę quidẽ concessa sunt hominibus ad edẽdum,prout potuimus intra tabernaculũ domini cõsumpsimus: siqua uerò supersunt,& uel uos in audiendo,uel nos superant in dicẽdo,seruemus igni altaris,tanquam eam partẽ,quę pro peccato super altare domini iubetur offerri.Et hęc est,inquit, lex arietis qui pro delicto est,sancta sanctorum,in loco in quo iugulant̃ holocaustomata,iugulabunt et arietẽ qui pro delicto est,contra dominũ &c. Videtur quidẽ in scripturis diuinis frequẽter peccatũ pro delicto,& delictũ pro peccato indifferẽter,et absq; aliqua distinctione nominari: in hoc tamen loco inuenietur esse discretũ. Nam cũ superius in hostia pro peccato ritum sacrificij atq; ordinẽ tradidisset, nunc separatim mãdat sacrificium pro delicto, & quãuis eodem ordine, atq; eadẽ obseruãtia cuncta mãdentur, & addat in nouissimis: Sicut id quod pro peccato est, ita & id quod pro delicto est, lex una erit eorum:tamen uoluit ostẽdere esse aliquid differentiæ in his,quibus sacrificia diuisa mandauit.In quo puto ego delictũ quidẽ cõmissum esse leuius aliquanto,q; peccatum.Nam inuenimus de peccato dici,q; sit peccatum ad mortẽ. De delicto nõ legimus quod esse dicatur ad mortẽ. Scio tamen & illam differentiã, quæ nõnullis sapientiũ uisa est, quod delictũ quidem sit, cum nõ facimus ea quę facere debemus. Peccatũ uerò sit, cum cõmittimus ea quæ cõmittere non debemus.Sed hęc qm̃ non semper in scripturis diuinis sub ista distinctione inuenimus,idcirco generaliter affirmare nõ possumus.Igit̃ eodem modo,atq; eadem traditione de sacrificio quod pro delicto offertur,accipiendũ est,quo & suprà exposuimus de eo quod pro peccato est.Similiter enim iubent̃ adipes arietis,ij qui circa renes sunt,& ij qui interiora operiũt,imponi super altare: ut & tu qui hæc audis,scias omne quod est intra te crassius,& operit interiora tua,debere te offerre igni altaris:ut purgẽtur omia interiora tua,& dicas & tu, sicut & Dauid dicebat:Benedic anima mea dominũ,& omnia interiora mea nomẽ sanctũ eius.Nisi ẽm ablata fuerit crassitudo illa quæ tegit interiora tua, non possunt subtilem & spiritalẽ capere sensum, nec possunt intellectum capere sapientiæ,& ideo dominũ laudare nõ possunt.Quod si ablatum fuerit omne quod pingue est de renibus, & omnib. interioribus uiscerũ, tunc uere purgatus omni uitio libidinis iugulasti hostiã ,p delicto, & obtulisti sacrificiũ deo in odorẽ suauitatis.Sacerdotis,inquit,qui offert illud & repropitiabit pro delicto, ipsius erit.Discãt sacerdotes domini,qui ecclesiis prę̃sunt,quia pars eis data est cũ his,quorũ delicta repropitiauerint. Quid aũt est re,ppitiare pro delicto? Si assumpseris peccatorẽ,& monẽdo,hortando,docẽdo,instruendo,adduxeris eũ ad pœnitentiã, ab errore correxeris,à uitijs emendaueris,et effeceris eũ talem,ut ei conuerso propitius fiat deus, pro delicto repropitiare diceris.Si ergo talis fueris sacerdos,et talis fuerit doctrina tua, & sermo tuus,pars tibi dabitur eorũ quos correxeris:ut illorum meritũ, tua merces sit,

i Ioañ.5

psal.102

1.Cor.3 & illorum ſalus,tua gloria.Aut non & Apoſtolus hęc oſtendit, ubi dicit quia quod ſup ædificauerit,quis mercedẽ accipiet? Intelligãt igitur ſacerdotes domini, ubi eſt his data portio,& in hoc uacent,atq; his operã dent.Nõ ſe inanibus & ſuperfluis actibus implicent,ſed ſciãt ſe in nullo alio partẽ habituros apud deũ,niſi in eo quod offertur pro peccatis:id eſt q à uia peccati conuerterint peccatores.Notandũ etiã illud eſt,q quę offerũ tur in holocauſtũ,interiora ſunt:quod uerò exterius eſt, domino non offertur.Pellis do mino nõ offertur, nec cedit in holocauſtomata. Talis fuit & ille filius luda, qui dicebat Gen.38 Her,quod interpretatur pellis.Propterea & Her peſſimus erat,& occidit eũ deus, quia iſti tales domino non offerũtur.Et omne ſacrificium quod fiet in clibano,& oẽ quod fiet in craticula,uel in ſartagine,ſacerdotis q offeret illud ipſius erit.Quid dicimus? Putamúſne quod omnipotẽs deus qui reſponſa Moyſi cœlitus dabat, de clibano,& craticula,& ſartagine præciperet:ut diſceret populus per Moyſen,quia per hæc deus his ꝓpitius fiet,ſi quędam in ſartagine frixerint,quædam in clibano coxerint,quędam in cra

Vbiq; ſubmouet literam ticula aſſauerint? Sed non ita eccleſiæ pueri Chriſtũ didicerunt,nec ita in eum per Apoſtolos eruditi ſunt, ut de domino maieſtatis aliquid tam humile & tam uile ſuſcipiant. Quin potius ſecũdum ſpiritalem ſenſum,quem ſpiritus donat eccleſię,uideamus quod ſit iſtud ſacrificiũ,quod coquatur in clibano,uel quis iſte clibanus intelligi debeat. Sed ubi inueniã modo ad ſubitum ſcripturã diuinam,quæ me doceat quis ſit clibanus? Dominum meũ leſum inuocare me oportet,ut quęrentẽ me faciat inuenire,& pulſanti aperiat,ut inueniam in ſcripturis clibanum,ubi poſſim coquere ſacrificium meum,ut ſuſci-

Oſee 7 piat illud deus. Et quidẽ inueniſſe me puto in Oſee ꝓphera ubi dicit: Omnes mœchantes,ſicut clibanus ſuccenſus ad comburendum.Et iterum:Incaluerunt,inqt,ſicut clibanus corda eorum.Cor ergo eſt hominis clibanus. Iſtud autem cor ſi uitia ſuccenderint, uel libido inflammauerit, non coquet, ſed exuret. Si uerò ille id ſuccenderit, qui dixit, Ignem ueni mittere in terram,panem ſcripturarũ diuinarum,& ſermonum dei, quos in corde ſuſcipio,non exuro ad perditionẽ, ſed coquo ad ſacrificiũ. Et fortaſſis illa coqui dicunt in clibano,quæ interiora ſunt,& recõdita, nec proferri facile ad uulgus poſſunt. Sunt eñ multa in ſcripturis diuinis huiuſmodi: ſicut apud Ezechielem, cũ uel de Cherubim,uel de deo,& de illa magnifica uiſione deſcribitur. Hæc ſi in clibano nõ coquantur,comedi ita ut ſunt cruda nõ poſſunt.Neq; eñ credendum eſt,quod ſit animal quoddam in forma leonis poſitũ,quo uehatur deus,uel aliud in forma uituli,aut aquilę.Hæc ergo & ſiqua huiuſmodi ſunt,non ſunt cruda proferenda,ſed in cordis clibano ſunt coquenda.Tria itaq; ſunt hæc,in quib. dicit ſacrificia debere præparari,in clibano,in ſartagine,in craticula:& puto quòd clibanus ſecundum ſui formam profundiora, & ea quæ ſunt inenarrabilia ſignificet in ſcripturis diuinis.Sartago uerò ea quæ ſi frequẽter ac ſæpe uerſentur,intelligi,& explicari poſſunt.Craticula autem ea quę palam ſunt, & abſq;

Triplex ſcripturæ ſenſus aliqua obtectione cernuntur.Triplicẽ nanq; in ſcripturis diuinis intelligẽtię inueniri ſępe diximus modum,hiſtoricum,moralem,& myſticũ.Vnde & corpus ineſſe ei, & animam,ac ſpiritum intellexímus. Cuius intelligentiæ triplicem formam, ſacrificiorum triplex hic apparatus oſtẽdit.Sed et alibi inuenimus,id eſt in his ipſis,quę de ſacrificijs morantur,dici caniſtrũ ſanctum perfectionis, in quo tres panes haberi mãdãtur. Vides conſonare ſibi ſacramentorũ omnium formas? Caniſtrũ perfectionis,in quo tres panes poni iubentur,quid aliud debemus accipere,niſi ſcripturas diuinas,cibos auditorib. tripliciter apponẽtes? Vis tibi & de euangelijs ſimilis myſterij proferamus exemplar? Re

Luc.11 colamus domini uocem,ubi dicit, quia medio noctis uenit quidam ad amicũ ſuum pulſans oſtium eius,et ait:Amice,cõmoda mihi tres panes,quoniã amicus mihi ſuperuenit de uia,& non habeo quod ponam ei.In quibus(ut breuiter perſtringamus) nox eſt tẽpus hoc uitę,& tres panes ſunt,unus qui in clibano, alius qui in ſartagine, tertius qui in craticula coquitur.Poſt hęc inquit:Et oẽ ſacrificiũ factum in oleo ſiue non factum,omnibus filijs Aarõ erit ſingulis æqualiter.Quod ſacrificiũ factũ eſt in oleo,uel quod eſt non factũ in oleo? Sacrificiũ ſalutaris in oleo fieri iubet,ſicut ſuprà iã diximus.Sacrificium uerò pro peccato nõ fit in oleo.Dicit eñ:Nõ ſuperponet ei oleum, quoniã pro peccato eſt.Quod ergo pro peccato eſt,nec oleum lętitię ei,nec thus ſuauitatis imponitur.

2.Cor.12 De peccantibus enim dicit apoſtolus:Et lugeam eos,qui ante peccauerunt,& nõ egerunt

runt pœnitentiã: Nec odor in eo suauitatis est, quia ex persona peccatoris dicitur: Cõputruerunt & corruptæ sunt cicatrices meę. Hæc interim à nobis obseruata sunt de superiori capitulo, ubi lex sacrificij scribit pro delicto. Nõ aũt dubito multa esse, quæ nos latent, & sensum nostrũ superant. Nõ enim sumus illius meriti, ut & nos dicere possimus: Nos aũt sensum Christi habemus. Ipsi enim plus est sensus Christi, cui patent uniuersa, quæ in legibus sacrificiorũ intra literæ continentur arcanum. Si enim mererer ut daret mihi sensus Christi, etiã ego in his dicerẽ: Vt sciamus quæ à deo donata sunt nobis, quæ & loquimur. Sed nũc cõtenti paruitate sensus nostri, secũdi capituli uideamus exordiũ. 1.Cor.2 Ibid.

Hæc est, inquit, lex sacrificij salutaris, quod offerent domino. Siquidẽ pro laudatiõe offerẽt illud, & offerẽt ad sacrificiũ panes laudationis ex simila factos in oleo, & lagana azyma uncta oleo, & similaginẽ cõspersam in oleo, super panes fermẽtatos offeret munera sua, quia sacrificiũ laudationis salutaris eius est: & offeret ab eo unũ de omnib. muneribus suis separationẽ domino, sacerdoti qui effundit sanguinẽ salutaris, & carnes sacrificij laudationis salutaris, ipsi erunt, & in qua die donũ offertur, manducabũt, & nõ derelinquent ex eo usq; in mane.] Sacrificiũ hoc, quod salutare appellatur, in duas diuidit partes, & unã quidem laudationis nominat, alterã uoti, utrunq; tamẽ sacrificiũ, salutare nominatur. Verum quoniã non est nobis nunc secundum literã instaurare sacrificia, requiramus in nobis quisnam est tãtus ac talis, qui sacrificium salutare, & sacrificiũ laudis offerat deo. Ego illum esse arbitror, qui in omnibus actibus suis facit laudari deũ, & impletur per eum illud quod dominus & saluator noster dicit: Vt uideãt homines opera uestra bona, & magnificent patrẽ uestrum, qui in cœlis est. Ille ergo obtulit sacrificium laudis, pro cuius actibus, pro cuius doctrina, uerbo, & moribus, & disciplina, laudat & benedicitur deus, sicut è cõtrario sunt illi, de quibus dicitur: Quia per uos nomẽ meum blasphematur inter gẽtes. Obserua tamẽ & hic, quomodo panes ex simila facti in oleo, & lagana azyma uncta oleo, & simila cõspersa in oleo ponitur, & triplici iterum sacramento hostia salutaris offertur, et ad ultimum, sacerdoti, inquit, qui effundit sanguinem sacrificij salutaris ipsi erit. Superius dixit: Sacerdoti qui propitiabit ipsi erit. Hic sacerdoti qui effundit sanguinẽ sacrificij salutaris, ipsi erit. Digno ordine utitur, prius eñ repropitiatio quærẽda est, & post hæc offerendum sacrificium salutaris. Neq; enim salus esse cuiquam potest, nisi prius sibi propitiũ faciat Deum. Sed & carnes, inquit, sacrificij laudationis salutaris ipsi edunt. Sæpe iam diximus quòd carnes in scripturis solidũ indicãt cibum, perfectamq; doctrinam. Secundũ scripturas scio esse animæ cibum quendam lactis, & aliũ cibum animæ olerũ, & alium carnis, sicut ipse Apostolus de quibusdã dicit: Quia lacte uos potaui, nõ esca. Nõdum enim poteratis, sed nec adhuc potestis. Adhuc enim estis carnales. Et iterum alibi dicit: Alius quidẽ credit manducare omnia, qui aũt infirmus est olera manducat. Et rursum alibi: Perfectorum autem est cibus solidus, & cętera. Hic ergo carnes sacrificij salutaris, quod offertur pro laudatione, ipsius iubent esse sacerdotis. Ex simila uerò tripliciter oblata (ut suprà diximus) unum tantum quod placuerit sacerdoti deputatur: cætera offerẽtis sunt laici, ita tamen ut sub die comedantur, nec remaneat ex his aliquid in mane. Carnes ergo in quibus solidus cibus est, & perfecta scientia, sacerdotibus deputãtur, quia debent in omnibus esse perfecti, in doctrina, in uirtute, in moribus. Si enim hoc in se nõ habuerint, de sacrificiorũ carnibus nõ edent. Vnum uerò illud quod separatur, tanquam præcipuum ex tribus quæ ex simila præcepta sunt, in hoc illam partẽ scientiæ arbitror designari, de qua superius diximus, quæ perfectam indicat profundamq; doctrinam. Sed requires fortasse, cum superius fermentũ penitus abiecerit de sacrificijs, quomodo nũc super panes fermentatos sacrificium mandat imponi? Verum diligentius intuere, quia non ad sacrificium, sed ad ministerium sacrificij fermentatus panis assumitur. Quid ergo hic sit agẽdum, uideamus. Dominus in Euangelijs humanã doctrinam Pharisæorum, qui tradebant traditionem pręcepta hominum, fermentum appellat, cum dicit discipulis: Obseruate à fermento Pharisæorum. Similiter ergo humana doctrina est (uerbi causa) grãmatica ars, uel rhetorica, uel etiam dialectica. Ex qua doctrina ad sacrificium quidem, hoc est in his quæ de deo sentienda sunt, nihil suscipiendum est, sermo uerò lucidus, et eloquentiæ splendor, ac disputãdi ratio, ad ministerium uerbi dei decenter iubetur admitti. An non super hoc fermentũ habebat 1.Cor.3 Rom.14 Heb.5 Matt.16

1.Cor.15 Tit.1 bebat uerbi dei sacrificiũ positũ ille qui dicebat: Corrumpunt mores bonos cõlloquia mala. & Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, uẽtres pigri, & alia his similia ex fermento sumpta Græcorũ. Quod autem dicit, sub die comedetur, nec derelinquetur ab eo usq; in mane, conferamus cum cæteris sacrificijs, & uideamus quæ sit ratio quòd in hoc quidẽ sacrificio salutari, eadem die quæ offerunt̃ præcepit comedenda: in alio uerò sacrificio, etiã in secundam diem seruari indulget, & usq; in tertiam, tertia uerò iam die igni tradi quæ superfuerint, ne polluant offerentem. Quid ergo habeat ista differẽtia, uideamus. Sed uerè indigemus auxilio dei, qui omnes adipes cõtegẽtes interiora nostra dignetur abscindere, & omne crassioris sensus uelamẽ auferre, ut hæc secundũ id quod à deo mandari dicitur, possimus aduertere. Conferamus igitur ipsam sibi scripturã diuinam, & quam aperuerit nobis absolutionis semitam subsequamur. Inuenimus enim de sacrificio Paschę, quod in uespera immolari iubetur, dari mãdatũ similiter, ut nihil remaneat ex carnibus usq; in mane. Non est hoc ociosum q; hesternas carnes uesci non uult nos sermo diuinus, sed recẽtes semper & nouas, eos uerò maxime qui sacrificiũ Paschę, uel sacrificiũ laudis immolãt deo, nouas uerò carnes, & recentes ipsius diei edere iubet, hesternas prohibet. Recordatus sum simile aliquid & prophetã Ezechielẽ dicere, cum ei dominus præcepisset, ut coqueret sibi panes in stercore humano, Respõdit enim do-
Ezech.4 mino & dixit: O domine, nunq; cõtaminata est anima mea, & morticinũ aut immundũ nõ introiuit in os meum. Sed neq; caro hesterna introiuit in os meũ. De quo sæpe apud memetipsum requirebã quænã esset ista prophetæ exultatio, qua uelut magnũ aliquid ante deũ proferret, & diceret, quia nunquã carnẽ hesternam manducaui. Sed ut uideo, hinc edoctus, & ex istis imbutus mysterijs, hęc propheta loquebatur ad dñm, quia non ita abiectus, & degener sum sacerdos, ut hesternis, id est ueteribus carnibus uescar. Audite hæc omes domini sacerdotes, & attentius intelligite quæ dicuntur. Caro quæ ex sacrificijs sacerdotibus deputat̃, uerbũ dei est quod in ecclesia docent. Pro hoc ergo figuris mysticis cõmonentur, ut cum proferre ad populum sermonẽ cœperint, nõ hesterna proferant, non uetera quæ sunt secundum literã proloquantur, sed per gratiã dei noua semper proferant, & spiritalia semper inueniant. Si em̃ ea quæ didiceris à Iudæis hesterno, hæc hodie in ecclesia proferas, hoc est hesternã carnẽ sacrificij edere. Si meministis, etiam in oblationẽ primitiarũ eodem sermone usus est Legislator, ut sint, inquit, noua & recentia. Vides ubiq; ea, quę ad laudes dei pertinẽt (hoc enim est sacrificium laudis) noua, & recentia esse debere, ne forte cum uetera profers in ecclesia labia tua loquãtur,
1.Cor.14 & mens tua sine fructu sit. Sed audi quid dicit Apostolus: Si, inquit, loquar linguis, spiritus meus orat, sed mens mea sine fructu est. Quid igitur est? orabo, inquit, spiritu, orabo & mente: psalmum dicam spiritu, psalmum dicam & mente. Ita ergo & tu siue ex eruditione spiritali, & ex dono gratiæ dei, præsentem & recentẽ protuleris sermonẽ in laudibus dei, os quidẽ tuũ offert sacrificiũ laudis, sed mens tua pro sterilitate hesternæ carnis arguitur. Nam & dominus panẽ, quem discipulis dabat, & dicebat eis: Accipite & man-
Matt.26 Corpus domini ducate, nõ distulit, nec seruari iussit in crastinũ. Hoc fortasse mysterij cõtinetur etiam in eo quod panẽ portari non iubet in uia, ut semper recentes, quos intra te geris, uerbi dei
Ios.9 panes proferas. Denicq; Gabaonitę illi propterea cõdemnant̃, & ligni cęsores, uel aquę gestatores fiunt, quia panes ueteres ad Israelitas detulerũt, quibus lex spiritalis iubebat semper uti recentibus & nouis. Alia sanè sacramẽtorum figura est, quæ iubet etiam in altera die, quod superfuerit edi, nihil uerò in tertiã diem reseruari, de qua suis locis uidebimus. Sed ne illud quidẽ nos lateat, esse quoddã tempus, in quo benedictio sit ueteribus uesci. Nam de anno septimo, qui remissionis annus uel sabbaticus nominatur, ita dicitur: Manducabis, inquit, uetera, & uetera ueterum. Tũc sub septimi anni mysterio (ut diximus) benedictio est uetera mãducare, nunc uerò prohibet̃. Sed multus est excessus hærere per hęc singula, & ex occasione testimoniorũ longius euagari, cũ explanationẽ sacrificiorũ habeamus in manibus. Dicitur ergo in sequẽtibus, quòd si uotum fuerit, aut si uoluntarium sacrificauerit munus suum, quacũq; die obtulerit sacrificiũ suũ edetur & altera die. Et quod superfuerit de carnibus sacrificij usq; in diem tertiũ igne cremabit̃. Si aũt manducãs mãducauerit ex carnibus die tertia, nõ erit acceptũ ei, qui offert illud, nõ reputabitur ei, coinquinatio est. Anima aũt si qua mãducauerit ex eo, peccatũ accipiet.

Hoc est

Hoc est nimirum quod & Dauid dicit in psalmis: Fiat oratio eius in peccatū, quando Psal.109
non solum nihil meriti, sed etiam culpæ multum ex sacrificijs quæritur. Audis enim Legislatorem decernere, quia si quis manducauerit ex eo quod superfuerit in tertiā diem, peccatū accipiet. Vnde cognoscendum est quanta humanæ conditioni peccatorum labes immineat, cum oriatur etiā inde peccatū, unde hostia propitiationis offertur. Hæc credo considerans beatus Dauid, dicebat in psalmis: Peccata quis intelligit? Voti igit Psal.18
& uoluntatis sacrificiū est, quo & secunda quidem die uesci fas est, penitus uerò abiuratur in tertiam. Sed dat remedium negligentibus. Si, inquit, inualidus fueris, & non potueris omēs carnes sacrificij secūda finire die, nihil de his in die tertia comedas, sed igni trade quod supereſt. Si enim uolueris post duos dies māducare de sacrificio, peccatum accipies. Ego (prout sēsus mei capacitas habet) in hoc biduo puto duo testamēta posse intelligi, in quibus liceat omne uerbū quod ad deum pertinet (hoc enim est sacrificium) requiri, & discuti, atq; ex ipsis omnem rerum scientiam capi. Si quid autem superfuerit, quod nō diuina scriptura decernat, nullam aliam tertiam scripturam debere ad auctoritatem scientiæ suscipi, quia hæc dies tertia nominatur, sed igni tradamus quod supereſt, id est deo reseruemus. Neq; enim in præsenti uita deus scire nos omnia uoluit, maxime cum id & Apostolus dicat: Quia ex parte scimus, & ex parte prophetamus. Cum uenerit autem quod perfectum est, destruentur illa quæ ex parte sunt. Iste est ergo ignis, cui quæ in tertium diem superfuerint, seruare debemus, & non temeritate præsumpta assumamus nobis cunctorū scientiā, ut merito nobis dicatur ab eodem Apostolo, Nescientes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. Ne forte ergo non fiat acceptū sacrificium nostrum, & hoc ipsum quod ex diuinis scripturis cupimus scientiā capere, uertatur nobis in peccatū, seruemus eas mēsuras, quas nobis per Legislatorem lex spiritalis enunciat. Et carnes quæcunq; tactæ fuerint ab omni immūdo, non manducabuntur, igni cremabunt. Omnis mūdus manducabit carnes, & anima quæcunq; manducauerit carnes sacrificij salutaris quod est domino, & immūditia eius in eo fuerit, peribit anima illa de populo suo. Et anima quæcūq; tetigerit omnē rem immundā, uel ab immunditia hominis, uel quadrupedum immundorū, uel ab omni abominato immundo, & manducauerit ex carnib. sacrificij salutaris quod est domini, peribit anima illa de populo suo.] Triplices immunditiæ causas hic Legislator exposuit. Vnam, ne carnes sacrificiorū aliqua immunditia cōtingantur. Aliam, ne is qui edit carnes sacrificij, immūdus sit, & immunditia eius in ipso sit. Tertiam, quod etsi carnes mundæ sint, & ipse qui edit mundus sit, tamen ne cōtigerit aliquid immundū, uel à pecoribus, uel ab auibus, uel ex omnibus quæ immunda pronunciata sunt. Et hæc quidē uoluntas est Legislatoris de ritu sacrificiorum corporaliū sancientis. Secundū nostræ uerò expositionis ordinem, ubi carnes sanctæ uerba intelligant esse diuina, huiusmodi habenda est obseruatio, quia sæpe accidit mūdas carnes cōtingi ab aliquo immūdo, ut (uerbi causa dixerim) si quis de deo patre, ac de unigenito eius, & spiritu sancto, digno deitatis mysterio purū faciat syncerūq; sermonē, similiter & de omnibus creaturis rationabilibus tanq; à deo factis ad hoc ut caperent & intelligerent eum, non autē consequēti mysterio afferat etiam carnis resurrectionem, primus quidē sermo eius quē perfecte & sancte disseruit, solidus cibus est, carnes sanctæ sunt, hoc uerò quod his addit, resurrectionis carnis negando gloriā, quia alienum à fide est, superioribus iunctum perfectis & fidelibus uerbis, sanctas carnes cōtaminauit & polluit. Ideo ergo præcepit Legislator ne manducētur huiusmodi carnes, quibus immūditia infidelitatis alicuius adiūgitur. Propterea & apostolus dicit: Etenim 1 Cor.5
diem festū celebremus non in fermento ueteri, neq; in fermēto malitiæ & nequitiæ, sed in azymis syncerit atis & ueritatis. Secundū immunditiæ genus est, ne ipse qui carnes edit, immūdus sit, & immunditia eius in ipso sit, quod hoc modo intelligi potest, uerbi gratia, si sit aliquis naturæ florentis, & ardentis ingenij, nō continuo aptus uidebitur ad suscipiēda uerbi dei mysteria, sed quærit etiā hoc, ut prius à profanis actibus, & immundis operibus separet, & ita demum eruditionis capax fiat, si prius capax fuerit sanctitatis. Simile his in Numeris legimus scriptū, ubi dominus carnes cœlitus dedit filijs Israel
& dicit: Sanctificamini in crastinum, ut māducetis carnes, hoc ostēdens, quod nisi sanctificati essent prius, & mundi effecti, carnes eis non daret Deus. Bene aūt clementiam Num.11

domini

domini Legislator ostendit, ut nō diceret quia nō manducet carnes in quo fuit immunditia, sed ait: in quo immūditia eius in ipso est. Nemo etenim ferè inuenit, in quo nō fuit immunditia. Inueniri aūt potest, in quo fuerit quidem, sed audita lege domini ultra iam non sit. Quod si permanet in eo immunditia sua, & his auditis cōuerti nō uult, & emendari, peribit, inquit, anima illa de populo suo. Tertia est immunditiæ species, qua is qui mundus est, si aliquid cōtigit immundū, non tam suo peccato, q̄ aliena cōtagione polluitur: utputa si quis societur amicitijs & cōsortio hominis liuidi, uel iracundi, uel adulteri, & ipse quidem propriis actibus nō inseratur sceleribus eius, uideat tamen eum, & intelligat quomodo fratrē suum odit, & homicida est, uel quomodo insidiatur alienæ mulieri, & adulter est, uel quomodo in cæteris quibusq̄ sacrilegus est, nec deprehēsis his discedat ab eius cōsortio, iste est qui cōtingit immundū, uel animal, uel auē, uel morticinū, & aliena immunditia ipse pollutus est. De diuersitatibus aūt immundorū, prout occurrere potuit, in superioribus diximus. Aut nō & Apostolus secundū hanc eandem
1.Cor.5 præcepit formam, cum dicit: Nunc autē scripsi uobis in epistola, ut non cōmisceamini fornicarijs, si quis frater nominat̄ fornicator, aut auarus, aut idolis seruiēs, aut ebriosus, aut rapax, cum huiusmodi nec cibū sumere. In quibus oīmbus quid est aliud quod præcepit, nisi ne nos ab alienis peccatis & immūditijs polluamur? Et locutus est, inquit, dñs ad Moysen dicens: Loquere filijs Israel dicens: Omnem adipem boum, & ouium, & caprarū, non edetis, & adeps morticinorū, & à fera captorum nō erit ad omne opus, & in esca non edetur. Omnis qui adipem edet ex pecoribus ex quibus offertis ab eis hostiam domino, peribit anima illa de populo suo. Et omnem sanguinē nō edetis in omni habitatione uestra, à pecoribus, & à uolatilibus. Omnis anima quæcunq̄ māducauerit sanguinē, peribit anima illa de populo suo.] Adipes quidem eorū animaliū, quæ in sacrificijs offeruntur, & aliorum nōnullorū edi uel in usu haberi abnegat Legislator, sanguinē uerò omnis carnis comedi uetat. In superioribus locū mysticū pertractantes, ubi uitulus in holocaustū dabatur pro peccato, & adipes imponebant̄ altari, sanguinē quidem quo ex parte aliqua cornua liniebant̄, reliquus uerò ad basim effūdebat̄ altaris, in eorum accipiemus figurā, qui residuus dicitur Israel, & postq̄ plenitudo gentium subintroierit, salutem in nouissimis sperant. Adipes uerò animam diximus Christi, quę est ecclesia amicorū eius, pro quibus animam suam posuit. Potest ergo fieri & in hoc loco, ut quod mandatur ne quis adipes edat ex his quæ domino offerunt̄, hoc sit quod & domi
Matt.18 nus dicit: Ne quis scandalizet unum ex his minimis, qui credunt in me. Quod autē sanRom.11 guis nullius animalis edi iubetur, illud fortasse sit, quod de Israelitis dicit Apostolus: Dicis ergo, si fracti sunt rami ut ego inserar. Bene propter incredulitatē fracti sunt. Tu aūt fide stas, noli altum sapere, sed time. Et iterū: Noli gloriari aduersus ramos. quo scilicet casui eorum nullus insultet. Ne forte sicut idem Apostolus dicit, & tu excidaris, & illi si non permanserint in incredulitate inserant̄. Sanguis autem puto quod populus ille cō petenter intelligatur. Nō enim ex fide, neq̄ ex spiritu Abraham, sed tantū ex sanguine eius descendunt. Post hęc: Et locutus est dominus ad Moysen dicens, filijs Israel loquere dicens: Qui offert sacrificiū salutaris sui domino, offeret munus suū domino in sacrificio salutaris sui, manus eius offerent hostiam domino, adipem qui super pectusculū est, & pinnam iecoris: offeret ea ita, ut ponatur donū contra dominū, & imponet sacerdos adipem, qui est super pectusculum, super altare, & erit pectusculū Aaron & filijs eius, & brachium dextrū dabitis separationē sacerdoti à sacrificijs salutaribus uestris, qui offert sanguinē salutaris, & adipem ex filijs Aaron, ipsi erit brachiū dextrum in parte, pectusculum enim impositionis, & brachiū dēptionis accepi à filijs Israel à sacrificijs salutaribus uestris, & dedi ea Aaron sacerdoti, & filijs eius, legitimū æternū à filijs Israel.] Hoc est sacrificiū quod dicit̄ salutare. Quod sacrificium nemo offert dño, nisi qui sanus est, & salutis suæ conscius, gratias dño refert. Nemo ergo qui æger est animo, & languidus in operibus, offerre potest sacrificiū salutare. Vis uidere quia nemo æger & languidus non potest illud offerre sacrificium? Leprosus ille, quem in euangelio dominus curasse describitur, non poterat offerre hostiam, donec leprę ægritudine tenebatur. Cum aūt accessit ad Iesum, & mūdatus est, tūc iubetur ei à domino offerre munera ad altare,
Matt.8 quod præcepit, inquit, Moyses in testimonium illis. Audisti quis sit, qui offerre debeat

hostiam

hostiã salutaris, audi nunc quomodo debeat offerre. Manus, inquit, eius offerent hostiã domino. Nunquid nõ euidenter clamat Legislator, quia nõ homo est qui offert hostiã, sed manus eius, id est opera eius? Opera nanq; sunt, quę commendant hostiã deo. Si ẽm attracta sit manus tua ad dandũ, & expansa ad accipiẽdum, intra te est adhuc lepra tua, & offerre non potes hostiã salutaris. Manus ergo eius offerent sacrificiũ salutaris, & manus eius offerent ea, quę dño offerenda sunt, id est adipẽ qui super pectusculũ est, & pinnam iecoris. In hoc loco ubi nos habemus manus eius offerẽt hostiã domino, in Gręcis habetur pro hostia ὁλοκαρπώματα, quod intelligit omnem fructũ: per quod ostendit nõ posse domino offerre omnem fructum eum qui infructuosus est, qui nõ affert fructum iustitiæ, fructũ misericordiæ, uel etiam fructus spiritus, quos enumerat apostolus, charitatem, gaudium, pacem, patientiam, unanimitatem, & cętera his similia. Vnde et in alio loco propheta dicit: Et holocaustũ tuum pingue fiat. Offeret ergo adipes, qui super pectusculum sunt, & pinnã iecoris, quæ superponantur altari. De adipibus sæpe iam diximus. Quod autem dicit, adipes qui super pectusculum sunt, pectusculũ tuum intellige esse cor tuũ, de quo tibi auferendæ sunt omnes malæ cogitationes: inde enim procedũt, & altaris igni tradendæ sunt, ut possit cor tuum mundum effectum deum uidere. Sed et pinnam iecoris præcepit offerendam. Diximus & ante, iecoris pinnam, loco iracundię, uel cupiditatis exponi. offert enim pinnam iecoris, qui ex se omne uitium iræ, & furoris excidit. Adipes ergo qui sunt super pectusculũ, imponunt altari: ipsum uerò pectusculum, Aaron & filijs eius, sed & brachium dextrum separari præcepit, & esse eis muneris loco ex sacrificio salutari. Vide quibus muneribus honorat sacerdos. Pectusculum accipit, & brachium, sed brachium dextrum. Putamus non esse aliquid rationis, quod ex omnibus membris animalium, quæ iugulantur in sacrificijs, hæc potissimum mẽbra delecta sint? Ego puto quod si quis dicit se esse sacerdotem dei, nisi habeat pectus ex omnibus membris electum, non est sacerdos: & nisi habeat brachiũ dextrũ, nõ potest ascendere ad altare domini, nec sacerdos nominari. Quod ergo est sacerdotis pectus, aut quale? Tale ego puto esse, quod plenum sit sapientia, plenum scientia, plenum omni diuina intelligentia: & quid dico plenum intelligentia? ũmò quod plenum sit deo. Quale est et brachium sacerdotis, quod ei offerũt filij Israel pro salute sua, qua saluãtur. Formæ sunt singula ista quæ scribũtur in lege, eorum quæ in ecclesia geri debeãt. Alioquin nec fuisset necessarium legi hęc in ecclesia, nisi ex his ædificatio aliqua audientibus præberet. Si ergo sacerdos ecclesiæ per uerba, & doctrinam, & multã sollicitudinem suã, & laborem uigiliarum, conuertere potuerit peccatorẽ, & docere eum, ut meliorem uiã sequatur, ut ad timorem dei redeat, cogitet spem futuram, à malis actibus desinat, & cõuertatur ad bonos: si inquam tale opus fecerit, cõsequens est eũ, qui in ipsius labore saluatur, deo gratias agere, & offerre hostiam salutaris, pro eo quod salutem cõsecutus sit. In qua hostia pars efficitur sacerdotis, pectusculum & brachium dextrũ: ut sit indicium quod pectus eius & cor quod ante mala cogitabat, sacerdotis labore cõuersum, recepit cogitationes bonas, & ita mundatũ est, ut etiam Deũ possit uidere. Similiter & in brachio illud indicium est, quod mala eius opera & siniſtra, quę sunt utiq; praua, & nõ bona, conuertit in dextram, ut essent secundum Deum: & hoc est dextrum brachium, in quo pars esse dicit sacerdotis. Sed & uos deprecamur, qui hæc auditis, detis pectuscula, offeratis pectora uestra sacerdotibus dei, ut auferant ex his omne quod crassum est, ut sacerdotalem eam faciãt portionem. Date nobis etiam brachia, sed dextra à uobis poscimus brachia: siniſtrũ nihil uolumus, dextra à uobis opera requirimus. Sed & hoc quod addit pectusculũ dici appositionis, & brachiũ demptionis, non mihi sine causa dictũ uidetur. Et ideo uelim requirere quid est q̃d apponendũ est ad pectusculũ, ut fiat pectusculũ appositionis. Posteaquam ablatum fuerit à corde tuo omne quod crassum est, & emundatũ fuerit ab omni operimento, uel inquinamento, q̃d igni tradendum est, restat ut apponatur ei gratia spiritus sancti, & tunc fiet pectusculum appositionis, sed & brachiũ separationis, siue demptionis. Quomodo erit & brachium separatiõis? Si scias, & intelligas discernere quæ sint opera lucis, & quæ sint opera tenebrarũ, & separes actus tuos de tenebris, ut sint opera tua in lumine, brachium tuum efficitur brachium separationis: uel cũ separaueris te ab omni fratre inquiete ambulante: uel certe cũ secundum prophetã separant se

Citat Græca' interpres, nõ Origenes

Gal. 5

Psal. 20

rant se,& exeunt de medio peccatorũ,qui portant uasa domini.Denicꝙ uernacula quadam cõsuetudine scripturæ, cõmune esse dicitur quod immundum est. Sicut & ad Pe-
Act.10 trum uox de cœlo dicit:Quod deus mundauit,tu cõmune ne dixeris. Cõsequẽter ergo si id quod immundum est, cõmune appellatur, quod sanctũ est, nominabitur separatũ. Sed & illud addimus.Si quis dei solius seruus est,cõmunis nõ potest dici.Si quis autem cõmunis est,dubium non est quod multorum sit, & ideo cõmunis dicatur. Grande est in hoc sermone mysterium, quod Israel secũdum carnem in usu sensum quidem habet, sed intellectum non habet. Communẽ dicunt & illi hominem immundum, sed cur cõmunis dicatur,ignorãt.Discãt ergo ab ecclesia, quia qui sanctus est, solius dei est, & cũ nullo ei cõmunio est.Qui aũt peccator est & immundus,multorum est. Multi enim dæmones possident eum,& ideo cõmunis appellatur. Denicꝙ & ille,qui in euãgelijs à do-
Mar.5 mino curatus est,cum interrogatus esset,quod tibi nomen est? dixit,Legio,multi emꝰ sumus.Hæc licet in excessu quodam, necessaria tamen addita uidentᵉ, ut mysteriũ pectusculi appositionis,& brachij separationis,quare scriptũ sit dissereremus,quæ est æterna portio sacerdotib. data. in qua dignos nos facere dignetᵉ,ut per cordis puritatẽ,& operum probitatẽ, in diuino sacrificio habere participium mereamur,per æternum pontificem dominum & Saluatorem nostrum Iesum Christum, per quẽ est deo patri cum spiritu sancto gloria & imperium in secula seculorũ,Amen.

De indumentis pontificis,& sacerdotum. Homilia VI Cap. VIII

AVSAM, qua quidem hæc quæ nobis recitantur, aut intelligi possunt, aut
c non intelligi, breuiter ostendit Apostolus,dicens ab eius oculis posse ueteris testamenti uelamen auferri,qui conuersus ad deum fuerit:ex quo sciri uoluit, quod quanto minus hæc nobis plana sunt, tanto minus est ad deum nostra conuersio. Et ideo omni uirtute nitendum est,ut ab occupationibus seculi, & à mundanis actibus liberi,& ipsas etiam (si fieri potest) superfluas sodalium fabulas relinquentes, uerbo dei operam demus, & in lege eius meditemur die ac nocte, ut toto corde conuersi, reuelatam,& apertam Moysi faciem possimus aspicere,& maxime in his,quæ nunc recitata sunt,uel de sacerdotalibus indumentis,uel de consecratione pontificis,in quibus talia quædam dicuntur,ut etiam illum ipsum carnalem Israel ab historica intelligentia penitus excludant:& ideo nobis ad hæc exponenda,nõ humani ingenij uiribus nitendum est,sed orationibus, & precibus ad deum fusis. In quo etiam uestri adiutorio indigemus,ut deus pater uerbi,det nobis uerbũ in adapertionẽ oris nostri,ut possimus cõsiderare mirabilia de lege eius. Est ergo initiũ eorũ quæ hodie recitata sunt,in his uerbis.

Hæc unctio Aaron,& unctio filiorũ eius ab hostijs domini, qua die applicuit eos sacrificare domino,sicut præcepit dominus dare illis, qua die unxit illos à filijs Israel,legitimũ æternũ in progenies eorum.Hęc lex est holocaustorum,& pro peccato,& pro delicto,& cõsummationis,& sacrificij salutaris, sicut mandauit dominus Moysi in monte Sina, qua die præcepit filijs Israel offerre munera sua coram domino in deserto Sina.]
Cum proposuerit dicere Legislator,hæc unctio Aaron,& hæc unctio filiorum eius,nõ subiunxit quæ esset unctio, nec qualiter unxisset exposuit, sed hoc quidẽ in sequẽtibus facit, nunc uerò posteaquã dixit hæc unctio Aaron & filiorum eius, nihil de unctione subiunxit.Profecto ut ostenderet,quia hęc quæ suprà dixerat, id est pectusculum impositionis,& brachiũ separationis, ipsa esset unctio Aaron & filiorum eius, ne putaremus illa pro carnibus dicta, sed ut doceret etiã ipsa sub sacramẽto unctionis inserta. Denicꝙ in cõsequentibus repetit ea,quæ superius exposuerat,& dicit:Hęc lex holocaustorum, & sacrificij, & pro peccato. Hæc, id est quæ suprà exposita est.& uidetur esse ἀνακεφαλαίωσις, id est recapitulatio sacramentorũ,quæ in superioribus latius fuerant enarrata. Post hæc uerò subiungit.Et locutus est dominus,inquit,ad Moysen dicens:Sume,Aaron & filios eius,& stolas, & oleũ unctionis, & uitulũ qui est pro peccato,& duos arietes,& canistrũ azymorum, & omnem synagogam conuoca ad ianuam tabernaculi testimonij. Et fecit Moyses sicut præcepit ei dominus, & conuocauit synagogã ad ianuã tabernaculi testimonij.Et dixit Moyses ad synagogã:Hoc est uerbum quod mandauit dominus facere. Et applicuit Moyses Aaron fratrẽ suũ, & filios eius, & lauit eos aqua:

& uestiuit

& ueſtiuit eum tunica,& prę cinxit eum zona,& ueſtiuit eum tunica interiore,& impoſuit ei humeralem,& cinxit eum ſecundũ factũrã humeralis,& conſtrinxit eum in ipſo, & impoſuit ſuper eum logium, & impoſuit ſuper logium manifeſtationem & ueritatẽ, & impoſuit mitram ſuper caput eius,& poſuit ſuper mitram ante faciem eius laminã aurea ſanctificatã ſanctam,ſicut præceperat dominus Moyſi.] Intentis auribus & uigilanti corde conſecrationem pontificis uel ſacerdotis audite, quia & uos ſecũdum promiſſa dei,ſacerdotes dei eſtis, gens enim ſancta,& ſacerdotium ſanctum eſtis. Accepit, inquit,Moyſes ſecundum præceptum domini Aaron & filios eius, & primo quidem lauat,poſtea uerò induit eos. Conſiderate diligentius ordinem dictorũ, primo lauat,poſtea induit. Non enim potes indui,niſi ante,lotus fueris. Lauamini ergo,& mũdi eſtote, & auferte nequitias ab animis ueſtris. Niſi em̃ hoc modo lotus fueris, nõ poteris induere dominum Ieſum Chriſtum,ſecundum quod dicit Apoſtolus: Induite dominũ Ieſum Chriſtum,& carnis curã ne feceritis in cõcupiſcentijs. *Rom.13* Lauet te igitur Moyſes,ipſe te lauet,& ipſe te induat. Quomodo te laudre poteſt Moyſes,frequẽter audiſti. Sæpe em̃ diximus quod Moyſes in ſcripturis ſuis pro lege ponatur, ſicut in Euangelio dictum eſt: Habent Moyſen,& prophetas, audiant illos. Lex ergo dei eſt quæ te lauat,ipſa ſordes *Luc.16* tuas diluit,ipſa ſi audias eam peccatorũ tuorum maculas abſtergit: ipſe eſt Moyſes, hoc eſt lex quæ ſacerdotes cõſecrat,nec poteſt ſacerdos eſſe,quẽ nõ lex cõſtituerit ſacerdotem. Multi em̃ ſunt ſacerdotes,ſed quos nõ lauit lex,neq; puros reddidit uerbũ dei,neq; abluit à peccatorum ſordibus ſermo diuinus. Sed & uos, qui ſacrum baptiſma deſideratis accipere, & gratiam ſpiritus promereri, prius debetis ex lege purgari, prius debetis audito uerbo dei,uitiorum germina reſecare,& mores barbaros ferosq; componere,ut manſuetudine & humilitate ſuſcepta,poſſitis etiã gratiã ſancti ſpiritus capere. Sic enim dicit dominus per prophetam: Super quem requieſcã,niſi ſuper humilem, et quietum, *Eſa.66* & trementem ſermones meos? Si humilis nõ fueris, & quietus, nõ poteſt inhabitare in te gratia ſpiritus ſancti,ſi non cum tremore ſuſcipis uerba diuina. Superbã nanq; & cõtumacem animam,& fictam refugit ſpiritus ſanctus. Debes ergo prius meditari legem dei,ut ſi forte actus tui intemperati ſunt,& mores inconditi,Lex dei te emẽdet & corrigat,uis uidere quia Moyſes ſemper cum Ieſu eſt, hoc eſt lex cum Euangelijs? Docet te Euangeliũ,quia cum transformatus eſſet in gloriam Ieſus, etiam Moyſes & Elias ſimul cum ipſo apparuerũt in gloria, ut ſcias quia lex, & prophetę, & euãgelia in unũ ſemper conueniũt,& in una gloria permanẽt. Denicq; & Petrus cum uellet eis tria facere taber- *Matt.17* naculà,imperitiæ notatur,tanquã qui neſciret quid diceret. Legi enim & prophetis,& euangelio non tria,ſed unum eſt tabernaculum,quæ eſt eccleſia dei. Lauat ergo primo Moyſes ſacerdotẽ domini,& cum eum lauerit,& purgatum reddiderit à ſordibus uitiorum,poſt hæc induit eum. Sed cõſideremus quæ ſint iſta indumẽta,quibus induit Moyſes Aaron fratrem ſuum põtificem primum, ſi forte poſſibile ſit etiam tibi indui eiſdem indumentis,& eſſe pontificẽ. Eſt quidem unus pontifex magnus dominus noſter Ieſus Chriſtus,ſed ille nõ ſolum ſacerdos,ſed & ſacerdotum ſacerdos eſt, & non ſolum pontifex,ſed pontificum pontifex,nec ſacerdotũ princeps,ſed princeps principum ſacerdotum. Sicut & rex non dicitur plebis,ſed regum rex,& dominus nõ ſeruorum,ſed dominus dominorum. Poteſt ergo fieri,ſi & tu lotus fueris per Moyſen,& fueris ita mundus, quaſi quem Moyſes lauerit tantus ac talis,ut poſſis etiam peruenire ad hæc indumenta quæ profert Moyſes,& ſtolas iſtas, quibus induit Aaron fratrẽ ſuum, & filios eius. Sed non ſolum indumentis opus eſt ad ſacerdotales infulas,uerũ & cingulis. Sed priuſquã de ſpecie ipſa indumentorum dicere incipiamus, uelim cõferre illa infelicia indumẽta, quibus primus homo cũ peccaſſet, indutus eſt, cũ his ſanctis & fidelibus indumẽtis. Et quidem illa dicitur deus feciſſe: Fecit enim,inquit,deus tunicas pelliceas,& induit Adã *Gen.3* & mulierem eius. Illę ergo tunicæ de pellibus erãt ex animalibus ſumptę. Talibus enim oportebat indui peccatorẽ,pelliceis,inquit, tunicis,quæ eſſent mortalitatis, quam pro peccato acceperat,& fragilitatis eius quæ ex carnis corruptione ueniebat,indicium. Si uerò iam lotus ab his fueris,& purificatus per legẽ dei, induet te Moyſes indumẽto incorruptiõis: ita ut nuſquã appareat turpitudo tua, & ut abſorbeatur mortale hoc à uita. Videamus ergo quali ordine pontifex conſtituitur. Cõuocauit,inquit,Moyſes ſynago

gam,& dicit ad eos:Hoc est uerbum quod prȩcepit dominus.] Licet ergo dominus de constituendo pontifice præcepisset,& dñs elegisset,tamen conuocat̃ & Synagoga.Requiritur enim in ordinando sacerdote & præsentia populi, ut sciãt omnes, & certi sint, quia qui præstantior est ex omni populo,qui doctior,qui sanctior, qui in omni uirtute eminẽtior,ille eligit̃ ad sacerdotiũ,& hoc astante populo,nequa postmodũ retractatio cuiquam,ne quis scrupulus resideret. Hoc est aũt quod & Apostolus præcepit in ordinatione sacerdotis dicens: Oportet aũt illum & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt.Ego tamen & amplius aliquid uideo in eo quod dicit, quia conuocauit Moyses omnẽ synagogã,& puto quod conuocare synagogã, hoc sit colligere omnes animi, & in unum cõgregare uirtutes,ut cũ sermo de sacerdotalibus sacramẽtis habetur,uigilent oẽs animi uirtutes, & intentæ sint, nihil in eis sapiẽtiæ, nihil scientiæ, nihil desit industriæ,sed adsit omnis multitudo sensuum, adsit omnis cõgregatio sanctarũ cogitationum, ut quid sit pontifiex, quid unctio, quæ indumenta eius, cõferens intra sacrarium cordis sui possit aduertere.Lauit ergo eum,& induit.Quali indumẽto? Tunica,inquit, & præcinxit eum zona, & iterũ uestiuit eum tunicã talarẽ,uel(ut alibi legimus)interiorem.Duabus(ut uideo) tunicis per Moysen induit̃ põtifex. Sed quid faciemus ꝙ Iesus sacerdotes suos,apostolos nostros, phibuit uti duabus tunicis? Dixeramus ꝙ Moyses & Iesus, id est lex & euangelia sibi inuicẽ cõsonarẽt. Posset fortasse dicere aliquis, quia quod præcepit Iesus duas tunicas non habendas, non est contrariũ legi, sed perfectius lege,sicut & cũ lex homicidiũ uetat,Iesus aũt etiam iracundiã resecat,& cum lex prohibet adulteriũ, Iesus etiã concupiscentiã cordis abscindit. Sic ergo uidebitur & duabus ibi tunicis pontificem,& hic una apostolos induisse.Sit quidẽ etiam iste sensus probabilis si uidetur,ego tamen non intra huius intelligentiæ angustiam pontificalia sacramenta concludo.Amplius mihi aliquid ex ista forma uidetur ostendi.Pontifex est,qui scientiã legis tenet, & uniuscuiusꝙ mysterij intelligit rationes: & ut breuiter explicem, qui legem & secũdum spiritum,& secundum literã nouit.Sciebat ergo pontifex ille,quem tunc ordinabat Moyses, quia esset circũcisio spiritalis,seruabat tamen& circũcisionem carnis, quia incircumcisus pontifex esse non poterat. Habebat ergo iste duas tunicas. Vnam ministerij carnalis,& aliam intelligentiæ spiritalis.Sciebat quia & sacrificia spiritalia offerri debent deo,offerebat tamen nihilominus & carnalia.Nõ enim poterat esse pontifex eorum qui tunc erant,nisi hostias immolaret. Ita ergo conuenienter ille pontifex duabus indutus tunicis dicit̃. Apostoli uerò qui dicturi erant,quia si circũcidamini, Christus uobis nihil proderit, & qui dicturi erãt, nemo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenia, aut sabbato, quæ sunt umbra futurorũ, isti ergo ut huiusmodi secundũ literã legis obseruantias penitus repudiarẽt, nec occuparent discipulos Iudaicis fabulis,& imponerẽt his iugum,quod neꝙ ipsi,neꝙ patres eorũ portare potuerunt, merito duas tunicas habere prohibent̃, sed sufficit eis una, & hæc interior. Nam ista quæ foris est,& quæ desuper apparet,legis tunicã nolunt. Vnam nanꝙ eis Iesus,& ipsam interiorẽ habere permittit. Imponet tamẽ Moyses põtifici & humeralem, qui est humerorum quidam ex circumductione uestis ornatus. Humeri aũt operum figuram tenent,ac laboris indicia. Vult ergo pontificem esse etiam in operibus ornatum nec sufficit sola scientia,quia qui fecerit & docuerit,hic magnus uocabitur in regno cœlorum.Et cinxit,inquit,eum secundũ facturam humeralis.Iam & superius dixerat quia cinxit eum zonam super tunicam, & modo iterum cingitur secundum facturã humeralis. Quod est istud duplex cingulum, quo constrictum uult esse ex omni parte pontificem? Constrictus sit in uerbo, cõstrictus in opere, expeditus ad omnia,nihil remissum, nihil habeat dissolutũ.Accinctus sit animi uirtutibus, cõstrictus sit à corporalib. uitijs, nullum animæ lapsum,nullum corporis timeat,utroꝙ cingulo semper utatur, ut sit sanctus corpore,& spiritu. Bene aũt & secundum facturam humeralis cingitur.Secũdum facta enim sua & secundum opera sua cingulo uirtutis utitur.Et post hæc,inquit,imposuit super eum logiũ,quod est rationale,& imposuit super logiũ manifestationẽ, & ueritatem, & imposuit mitram super caput eius.Sed uideamus quid logium, quod est rationale,significet.Posteaꝙ nuditas tecta est,& indumẽtis turpitudo uelat̃,posteaꝙ munitus operibus & cingulo utroꝙ firmatus est,logium ei, id est rationale tunc traditur. Lo

Gal.5 Col.2

gium

gium,ſapientiæ indiciũ eſt,quia ſapientia in ratione cõſiſtit.Sed quæ ſit ſapientiæ huius & rationis uirtus oſtẽdit.Imponit enim ſuper rationalem,manifeſtationẽ,& ueritatem. Non enim ſufficit pontifici habere ſapientiã, & ſcire omnium rationẽ, niſi poſſit etiam populo manifeſtare quæ nouit.Ideo ergo imponitur rationali manifeſtatio, ut poſſit re ſpondere omni poſcenti ſe rationẽ de fide & ueritate.Ponitur aũt ſuper illud & ueritas, ut nõ illa adſtruat,quæ ꝓprio excogitare poteſt ingenio,ſed quæ ueritas habet,nec unquã à ueritate diſcedat ut in oĩ ſermone eius ſemper ueritas maneat. Hoc eſt ergo ſuperpoſuiſſe rationali manifeſtationẽ & ueritatẽ. Infelices illi, qui hæc legẽtes omnẽ intelligentiã ſuã erga ſenſum ueſtimenti corporalis effundunt. Dicant nobis quale eſt ueſtimentũ manifeſtationis,aut indumentũ quale eſt ueritatis. Si quis unquã uidit,ſi quis audiuit manifeſtationẽ & ueritatem ueſtimenta nominari, dicant nobis quæ ſint mulieres quæ iſta texuerint,in quo hæc unquam ſint confecta textrino. Sed ſi uerũ uultis audire,ſapientia eſt quæ huiuſmodi confecit indumenta.Illa occultorũ manifeſtationem, illa texit rerum omniũ ueritatẽ. Hanc ergo oremus ad dominũ ut accipere mereamur, & ipſa nos talibus circumdabit indumẽtis. Sed & ipſe ordo rerũ ꝙ ſanctus ſit, & quàm mirabilis,intuere.Non ante logium,& poſtea humerale,quia non ante ſapientia quàm opera,ſed prius opera haberi debent,& poſtea quærenda ſapiẽtia eſt.Tum deinde non ante manifeſtatio ꝙ rationale, quia non ante alios docere, quàm nos inſtructi & rationabiles eſſe debemus. Super hæc aũt additur ueritas, quia ueritas eſt ſumma ſapientia. Deniq; propheta hunc eundem ordinẽ ſeruat cum dicit: Seminate uobis ad iuſtitiã, & metite fructum uitæ,illuminate uobis lumen ſcientiæ. Vides quomodo nõ dicit primo illuminate uobis lumen ſcientiæ,ſed primo ſeminate uobis ad iuſtitiã, & non ſufficit ſeminare,ſed metite,inquit,fructũ uitę,ut poſt hęc poſſitis implere quod ſequit̃,Illumina te uobis lumen ſcientiæ.Sic ergo etiã hic imponit̃ humeralis ornatus, & non ſufficit ſolus ornatus,ſed & zona conſtringit̃.Sed ne hoc quidem ſatis eſt, ſecundo adhuc cingitur,ut ita demum rationale poſſit imponi,& poſt hæc manifeſtatio ſubſequatur & ueritas.His indumentis pontifex utatur.Tali ornatu debet indui, qui ſacerdotiũ gerit. Sed nondum finiuit,& adhuc ornatus addendus eſt, neceſſe eſt ut accipiat etiam coronam. Propterea accipit primo cidarim,quod eſt uel operimentũ quoddã capitis,uel ornamẽtũ.Et poſt hæc ſuperimponit̃ ei mitra.Ante faciẽ,id eſt à fronte pontificis,lamina aurea ſanctificata,in qua ſculptũ dicitur uocabulũ dei. Verum iſte capitis ornatus, ubi nomẽ dei impoſitum dicitur,poſt illa omnia, quibus inferiora corporis membra fuerant exornata,ſuperponitur.In quo mihi indicari uidetur, quòd ſuper omnia, quæ de mundo uel de cæteris creaturis ſentiri,aut intelligi poſſunt,eminentior tanꝙ auctoris omnium ſcientia dei ſit.Et quia ipſe caput eſt omniũ, ideo & ornatus iſte ſuper omnia capiti ſuperponit̃. Nihil enim poſt hæc adijcitur pontificis capiti. Et ideo miſeri ſunt, illi de quibus dicit Apoſtolus,quia nõ tenent caput,ex quo omnis iũctura cõnexa, & cõpaginata creſcit in incremẽtũ dei in ſpiritu. Sed nos ſi bene intelleximus quis ſit ſacerdotis ornatus, quíue ſuper omnia honor capitis eius,myſteriorũ diuinorũ profunda rimantes, non ſcire tantum hæc & audire,ſed & implere deſideremus & facere,quia non auditores legis iuſtificabunt̃ apud deũ,ſed factores.Potes enim & tu(ut ſæpe iam diximus)ſi ſtudijs & uigilijs tuis huiuſcemodi tibi præparaueris indumenta, ſi te abluerit, & mundũ fecerit ſermo legis,& unctio chariſmatis,& gratia in te baptiſmi incõtaminata duraverit, ſi indutus fueris indumẽtis duplicibus literę ac ſpiritus,ſi etiã dupliciter accingaris,ut carne & animo caſtus ſis,ſi humerali operum,& ſapiẽtiæ rationali orneris, ſi etiã mitra tibi & lamina aurea,plenitudo ſcientiæ dei caput coronet, ſcito te etiã ſi apud homines lateas & ignoreris,apud deum tamen agere pontificatum intra animæ tuæ templum. Vos eĩ eſtis templum dei uiui, ſi ſpiritus dei habitat in uobis. Poſt hæc quæ de conſecratione eius dicuntur & de unctione,ſparſim à nobis & ſæpe diſerta ſunt.Quod aũt dicit: Et applicuit Moyſes filios Aaron, & induit eos tunicas, & præcinxit eos zonas,& impoſuit eis cidares,ſicut præcepit dñs Moyſi, attendendum eſt quæ ſit differentia minorũ ſacerdotum,ad maiora ſacerdotia.Iſtis neq; bina indumẽta traduntur,neq; humeralis neq; rationalis,neq; capitis ornatus,niſi tantum cidaris, & zonæ, quæ tunicam ſtringãt. Et iſti ergo accipiũt ſacerdotij gratiam,& iſti funguntur officio, ſed nõ ut ille qui & humerali

Col.2 Oſee 10

& rationali ornatus est, qui manifestatiõe & ueritate resplendet, qui aureę laminę ornamento decoratur. Vnde arbitror aliud esse in sacerdotib. officio fungi, aliud instructum esse in omnib. & ornatũ. Quiuis enim potest solenni ministerio fungi ad populum, pauci autẽ sunt, qui ornati moribus, instructi doctrina, sapientia eruditi, ad manifestandam ueritatem rerum peridonei, & qui scientiam fidei non sine ornamẽto sensuum & adsertionum fulgore depromãt, quod aureæ laminæ capiti impositus designat ornatus. Vnũ igitur est sacerdotij nomẽ, sed nõ una, uel pro uitæ merito, uel pro animi uirtutib. dignitas. Et ideo in his quæ lex diuina describit, ueluti in speculo inspicere se debet unusquisque sacerdotũ, & gradus meriti sui inde colligere, si se uideat in his omnibus, quæ suprà exposuimus, positũ pontificalibus ornamẽtis, si conscius sibi sit quod uel in scientia, uel in actibus, uel in doctrina tantus, ac talis sit, sciat se summũ sacerdotium non solum nomine, sed & meritis obtinere. Alioquin inferiorẽ sibi gradum positũ nouerit, etiã si primi nomẽ acceperit. Nos sanè nõ debet præterire etiam hoc, quod potest ab studioso lectore proferri, in quo & ego sæpe mecũ ipse hæsitaui. In Exdo em̃ legens, ubi de sacerdotalibus mandat̃ indumẽtis, inuenio octo esse species, quæ pontifici præparãtur. Hic uerò septem tantũmodo numerãtur. Requiro ergo quid sit, quod omissum est. Octaua species ibi ponit̃ cãpestre, siue (ut alibi legimus) femoralia linea, de quo hic inter cętera siluit indumẽta. Quid ergo dicemus? obliuionẽ dabimus in uerbis spũs sancti, ut cũ cætera omnia secũdo enarrauerit, una eũ species superius dicta latuerit? Nõ audeo hæc de sacris sentire sermonibus. Sed uideamus ne forte, quoniã in superiorib. diximus hoc genus indumenti indiciũ castitatis uideri, quo uel femora operiri, uel constringi renes uident̃ ac lumbi, ne forte inquam non semper in illis qui tunc erant sacerdotes, has partes dicat esse cõstrictas. Aliquãdo enim & de posteritate generis, & de successu sobolis indulget̃. Sed ego in sacerdotibus ecclesiæ huiusmodi intelligentiã non introduxerim. Aliam nanq; rem uideo currere sacramẽto. Possunt em̃ & in ecclesia sacerdotes, & doctores filios generare, sicut & ille qui dicebat: Filioli mei, quos iterũ parturio, donec formetur Christus in uobis. Et iterũ alibi dicit: Tametsi multa milia pædagogorũ habeatis in in Christo, sed nõ multos patres. Nam in Christo Iesu per Euangelium ego uos genui. Isti ergo doctores ecclesiæ in huiusmodi generationib. procreandis aliquando constrictis femoralibus utuntur, & abstinẽt à generãdo, cum tales inuenerint auditores, in quibus sciant se fructũ habere non posse. Denicq; & in actibus Apostolorũ refertur de quibusdã, quod nõ potuerunt, inquit, in Asia uerbũ dei loqui, hoc est impositа habuisse femoralia, & cõtinuisse se ne filios generarẽt, quia scilicet tales erant auditores, in quibus & semen periret, & nõ posset haberi successio. Sic ergo ecclesiæ sacerdotes, cum incapaces aures uiderint, aut cũ simulatores inspexerint et hypocritas auditores, imponãt campestre, utant̃ femoralibus, nõ pereat semen uerbi dei, quia & dominus eadem mandat et dicit: Nolite mittere sanctũ canibus, neq; margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus, & cõuersi dirũpant uos. Propterea ergo si quis uult pontifex non tam uocabulo esse, q̃ merito, imitetur Moysen, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? quia nõ discedũt de tabernaculo domini. Erat ergo Moyses indefinẽter in tabernaculo dn̄i. Quod aũt opus eius erat? ut aut à deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt pontificis opera, ut aut à deo discat legẽdo scripturas diuinas & sæpius meditando, aut populũ doceat. Sed illa doceat, quæ ipse à deo didicerit, nõ ex proprio corde, uel ex humano sensu, sed quæ spiritus sanctus docet. Est & illud opus quod facit Moyses: ad bella nõ uadit, non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? Orat: & donec ille orat, uincit populus eius. Si relaxauerit & dimiserit manus, populus eius uincitur & fugatur. Oret ergo & sacerdos ecclesiæ indefinenter, ut uincat populus qui sub ipso & hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt dæmones, impugnãtes eos qui uolunt pie uiuere in Christo. Et ideo nos meditantes in his, & hæc die ac nocte ad memoriã reuocantes, & orationi instãtes ac uigilantes in ea, deprecemur dn̄m ut nobis ipse horum quæ legimus scientiã reuelare dignetur, & ostendere quõ spiritalem legem non solum in intelligentia, sed & actibus obseruemus, ut spiritalem gratiam consequi mereamur illuminati per legem spiritus sancti, in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

Exod. 28

Sacerdotum cœlibatus

Gal. 4

1 Cor. 4

Act. 16

Matt. 7

Exod. 17

Deeo

De eo quod mandatum est Aaron, & filijs eius, ut uinum & siceram non bibant cum ingrediuntur tabernaculũ testimonij, uel cum accedunt ad altare, & de pectusculo appositionis, & de brachio separationis, & de mundis & immundis animalibus, uel cibis. Homilia VII Cap. X

PLVRA quidem superiori lectione fuerunt recitata, ex quibus temporis breuitate constricti pauca admodum diximus. Non enim nunc exponendi scripturas, sed ędificandi ecclesias ministerium gerimus, quamuis & ex his, quę à nobis ante tractata sunt, prudens quisq; auditor euidentes ad intelligendum possit semitas inuenire. Et ideo ex his quoq;, quæ nunc lecta sunt, quoniã cuncta nõ possumus, aliqua tamen, quæ ædificent auditores, uelut agri pleni, quem benedixit dominus, flosculos colligemus. Quid ergo sit quod nobis nunc lectũ est, uideamus. Et locutus est dominus ad Aaron dicens: Vinum & siceram nõ bibetis, tu & filij tui tecum, cum intrabitis in tabernaculum testimonij, aut cum acceditis ad altare, & non moriemini. Legitimum æternum in progenies uestras, discernere inter medium sanctorum & contaminatorum, & inter medium immundorum, & inter medium mundorum, & instruere filios Israel omnia legitima quæ locutus est dominus ad eos per manum Moysi.] Lex euidens datur, & sacerdotibus, & principi sacerdotum, ut cum accedunt ad altare, uino abstineant, & omni potu quod inebriare potest, quod scripturæ diuinæ appellatione uernacula, siceram moris est nominare, uult ergo sermo diuinus sobrios in om̃ibus esse domini sacerdotes, utpote qui accedentes ad altare dei orare pro populo debeant, & pro alienis interuenire delictis, qui portionem in terra non habeant, sed ipse dominus portio eorum sit. Sic enim dicit de his scriptura: Filijs, inquit, Leui non dabitis partẽ in medio fratrũ suorum, quia ego portio eorum dñs deus ipsorũ. Vult ergo istos, quibus ipse dominus portio est, sobrios esse, ieiunos, uigilãtes in omni tẽpore, maxime aũt cum ad exorandum dominum, & sacrificandum in conspectu eius altaribus præsto sunt. Quæ mandata intantum uim sui seruant, & omni obseruantia custodiẽda sunt, ut & Apostolus hæc eadem noui testamẽti legibus firmet. In quo similiter etiã ipse sacerdotibus, uel principibus sacerdotum uitæ regulas ponens, dicit eos non debere esse uino multo seruientes, sed sobrios esse. Sobrietas enim omniũ uirtutũ mater est, sicut econtrario ebrietas omnium uitiorũ. Aperte enim pronunciauit Apostolus dicẽs: Vinum, in quo est luxuria, ut ostenderet ex ebrietate, ueluti primogenitam filiam generari luxuriam. Tum præterea & Saluator, dñi & regis actoritate sacerdotibus simul & populis leges ac iura constituens: Attendite, inquit, ne forte grauentur corda uestra in ebrietate, & crapula, & in solicitudinibus seculi, & ueniat super uos subitaneus interitus. Audistis edictũ regis æterni, & lamentabilem finẽ ebrietatis uel crapulæ didicistis. Si quis uobis peritus, & sapiens medicus his ipsis uerbis præciperet, & diceret, attendite uobis, ne quis (uerbi gratia) de illius, uel illius herbæ succo auidius sumat, quod si fecerit, subitus ei ueniet interitus, non dubito quin unusquisq; proprię salutis intuitu præmonẽtis medici præcepta seruaret. Nunc uerò animarũ & corporũ medicus, simulq; & dñs, iubet ebrietatis herbã & crapulæ uitandã, similiter & solicitudinũ seculariũ, uelut mortiferos succos cauendos. Et nescio si quis nostrũ nõ in his cõsumit̃, uti ne dixerim sauciat̃. Est ergo ebrietas uini perniciosa in omnibus, sola nanq; est, quæ simul cũ corpore & animã debilem reddat. In cęteris etenim potest fieri, ut secundũ Apostolũ, cum infirmatur corpus, tunc magis potẽs sit spiritus, & ubi is qui de foris est homo corrumpit̃, ille qui intus est, renouetur. In ebrietatis uerò ægritudine, corpus simul & anima corrumpit̃, spiritus pariter cum carne uitiat̃. Omnia membra debilitat, pedem, manũ, linguã resoluit, oculos tenebrat, mentẽ uelat obliuio, ita ut hominẽ se nesciat esse, nec sentiat. Habet ergo istud primo dedecoris corporalis ebrietas. Iã uerò si discutiamus quot modis mẽs inebriat̃ humana, inueniemus ebrios etiã eos, qui sibi sobrij uident̃. Iracũdia inebriat animã, furor uerò eam plusquã ebriam facit, si quid tamẽ esse ebrietate amplius potest. Cupiditas & auaritia, nõ solum ebriũ, sed & rabidũ hominẽ reddunt. Et obscœnę cõcupiscentię inebriant animã, sicut ecõtrario & sanctæ cõcupiscentiæ inebriant eã, sed ebrietate sancta illa de qua dicebat quidã sanctorũ: Et poculũ tuũ inebrians q̃ præclarũ est. Sed postmodum de ebrietatis diuersitate uidebimus, nũc interim uide quãta sunt quæ inebriãt animam: &

Ios.23

Eph.4

Luc.21

Ebrietas

Psal.23

mam: & formido inebriat eam, & uana suspitio. Inuidia autem & liuor, supra omnem ebrietatem macerant eam. Sed enumerari non possunt quanta sunt, quæ infelicem animam uitio ebrietatis afficiant. Nūc interim de sacerdotibus uideamus, quos accedētes ad altare, uino lex præcipit abstinere. Et quidem quantū ad historicum pertinet præceptum, sufficiant ista quæ dicta sunt. Quantum aūt ad intelligentiā mysticā spectat, in superioribus tenetur nostra professio, quod secundum auctoritatē Pauli Apostoli, dominus, & saluator noster futurorū bonorum pōtifex dicitur. Ipse est ergo Aaron, filij uerò eius, Apostoli eius sunt, ad quos ipse dicebat: Filioli, adhuc modicū uobiscū sum. Quid ergo præcepit lex Aaron & filijs eius? ut uinum, & siceram non bibant, cum accedunt ad altare. Videamus quō id uero pontifici Iesu Christo domino nostro, & sacerdotibus eius ac filijs, nostris uerò Apostolis possimus aptare. Et perspiciēdū primo est, quomodo prius quidem, quàm accedat ad altare uerus hic pontifex, cum sacerdotibus suis bibit uinū. Cū uerò incipit accedere ad altare, & ingredi in tabernaculum testimonij, abstinet uino. Putas possumus inuenire tale aliquid ab eo gestū? Putas possumus ueteris instrumenti formas, noui testamenti gestis & sermonibus coaptare? Possumus, si nos ipsum dei uerbū & iuuare & inspirare dignetur. Quærimus ergo quomodo dominus & saluator noster, qui est uerus pontifex, cum discipulis suis, qui sunt ueri sacerdotes, ante quam accedat ad altare dei, bibebat uinū, cum uerò accedere cœperit, nō bibebat. Venerat in hunc mundum Saluator, ut pro peccatis nostris carnem suam offerret hostiam deo. Hanc priusquam offerret, inter dispensationū moras uinum bibebat. Denique dicebatur homo uorax, & uini potator, amicus publicanorū, & peccatorū. Vbi uerò tempus aduenit crucis suæ, & accessurus erat ad altare ubi immolaret hostiam carnis suę, ac
Heb.9
Matt.26 capiens, inquit, calicem, benedixit, & dedit discipulis suis dicens: Accipite, & bibite ex hoc. Vos, inquit, bibite, quia modo accessuri nō estis ad altare. Ipse aūt tanquā accessu-
Luc.22 rus ad altare, dicit de se: Amen dico uobis, quia nō bibā de generatiōe uitis huius, usque quo bibam illud uobiscū nouū in regno patris mei. Si quis uestrū auribus ad audiendū purificatis accedit, ineffabilis mysterij intueatur arcanum. Quid est quod dicit, quia nō bibam ex generatione uitis huius, usquequo bibam illud uobiscum nouū in regno patris mei? Dicebamus in superioribus promissionē sanctis bonę huius ebrietatis datam, cum dicunt, Et poculum tuum inebrians, q̄ præclarum est. Sed & in alijs multis scriptu-
Psal.36 ræ locis similia legimus, ut ibi: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente boni-
Hier.31 tatis tuæ potabis eos. In Hieremia quoq; dicit dominus: Et inebriabo populum meum.
Esa.65 Et Esaias dicit: Ecce qui seruiunt mihi bibent, uos aūt sitietis. Et multa de huiusce modi ebrietate in scripturis diuinis inuenies memorari. Quæ ebrietas sine dubio pro gaudio animę, & lætitia mētis accipit, sicut & alibi distinxisse nos meminimus, aliud esse nocte inebriari, & aliud die inebriari. Si ergo intelleximus sanctorum quæ sit ebrietas, & quō hæc pro lætitia sanctis in promissionibus datur, uideamus nunc quomodo Saluator noster non bibit uinum, usquequo bibat illud cum sanctis nouū in regno dei. Saluator meus luget etiā nunc peccata mea. Saluator meus lętari nō potest donec ego in iniquitate permaneo. Quare nō potest? quia ipse est aduocatus pro peccatis nostris apud patrem,
1 Ioan.2 sicut Ioannes symmysta eius pronunciat dicēs: Quia & si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Iesum Christū iustum, & ipse est repropitiatio pro peccatis nostris. Quō ergo potest ille, qui aduocatus est pro peccatis meis, bibere uinū lætitiæ, quē ego peccādo cōtristo? Quō potest iste, qui accedit ad altare ut repropitiet me peccatorem, esse in lætitia, ad quem peccatorū meorum mœror semper ascendit? Vobiscū, inquit, illud bibam in regno patris mei. Quamdiu nos nō ita agimus, ut ascēdamus ad regnum, non potest illud uinum bibere solus, quod nobiscum se bibere promisit. Est ergo tam-
2.Cor.12 diu in mœrore, quādiu nos persistimus in errore. Si enim Apostolus ipsius luget quosdam qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam in his quæ gesserunt, quid dicam de ipso, qui filius dicit charitatis? qui semetipsum exinaniuit propter charitatem quam habebat erga nos, & nō quæsiuit quæ sua sunt, cū esset æqualis deo, sed quæsiuit,
ὠφιγενίζῃ quæ nostra sunt, & ppter hoc euacuauit se. Cū ergo ista quæ nostra sunt quæsierit, nūc iam nos non quærit, nec quæ nostra sunt cogitat, nec de erroribus nostris mœret, nec perditiones nostras & contritiones deflet, qui fleuit super Hierusalem, & dixit ad eam:

Quoties

Quoties uolui cõgregare filios tuos, ſicut gallina cõgregat pullos ſuos, et noluiſti? Qui ergo uulnera noſtra ſuſcepit, & propter nos doluit, tanq; animarum noſtrarũ, & corporum medicus, modo uulnerum noſtrorum putredines negligit? Cõputruerũt enim (ut ait propheta) & corruptæ ſunt cicatrices noſtræ, à facie inſipientiæ noſtrę. Pro his ergo omnib. adſiſtit nunc uultui dei, interpellans pro nobis, adſiſtit altari, ut repropitiationẽ pro nobis offerat deo: & ideo dicebat tanquam acceſſurus ad iſtud altare, quia iam non bibam de generatiõe uitis huius, donec bibam illud uobiſcum nouum. Expectat ergo ut cõuertamur, & ipſius imitemur exemplũ, ut ſequamur ueſtigia eius, & lętẽ nobiſcũ, & bibat uinum nobiſcum in regno patris ſui. Nunc enim quia miſericors eſt & miſerator dominus, maiore affectu ipſe quam Apoſtolus ſuus flet cũ flentibus, cupit gaudere cum gaudentibus. Et multo magis luget ipſe eos qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitẽtiam. Neq; enim putandum eſt, quod Paulus quidem lugeat pro peccatoribus, & fleat pro delinquẽtibus: dominus autem meus Ieſus abſtineat à fletu, cum accedit ad patrem, cum adſiſtit altari, & propitiationem pro nobis offert: & hoc eſt accedẽtem ad altare no bibere uinum lætitiæ, quia adhuc peccatorum noſtrorũ amaritudines patitur. Non uult ergo ſolus in regno dei bibere uinum, nos expectat. Sic eñ dixit: Donec bibã illud uobiſcum. Nos ſumus igitur, qui uitam noſtrã negligentes, lætitiam illius demoramur. Expectat nos ut bibat de generatiõe uitis huius. Cuius uitis? Illius utiq; cuius ipſe erat figura, dicẽs: ego ſum uitis, uos palmites. Vnde iterũ dicit: Quia ſanguis meus uere eſt potus, & caro mea uere eſt cibus. Vere enim in ſanguine uuę lauit ſtolã ſuam. Quid ergo eſt? expectat lętitiam. Quando expectat? Cum cõſummauero, inquit, opus meũ. Quando cõſummat hoc opus? Quando me qui ſum ultimus, & nequior omniũ peccatorum, conſummatum fecerit & perfectum, tunc conſummat opus ſuum. Nunc enim adhuc imperfectum eſt opus eius, donec ego maneo imperfectus. Denique donec ego non ſum ſubditus patri, nec ipſe dicit patri eſſe ſubiectus. Non quo ipſe ſubiectiõe indigeat apud patrẽ, ſed pro me, in quo opus ſuum nondũ cõſummauit, ipſe dicitur nõ eſſe ſubiectus. Sic enim legimus, quoniam corpus ſumus Chriſti, et membra ex parte. Quid autem eſt quod dicit ex parte, uideamus. Ego nũc (uerbi gratia) ſubiectus ſum deo ſecũdum ſpiritum, hoc eſt propoſito & uoluntate: ſed quandiu in me caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, & nõdum potui ſubijcere carnem ſpiritui, ſubiectus quidem ſum deo, uerum non ex integro, ſed ex parte. Si autem potuero etiã carnem meam, & omnia membra mea in cõſonantiam ſpiritus trahere, tunc perfecte uidebor eſſe ſubiectus. Si intellexiſti quid ſit ex parte, & quid ſit ex integro eſſe ſubiectũ, redi nũc & ad id, quod de ſubiectione domini propoſuimus: & uide quia cũ oẽs corpus ipſius & mẽbra eſſe dicamur, donec ſunt aliqui in nobis, qui nondũ perfecta ſubiectione ſubiecti ſunt, ipſe dicitur non eſſe ſubiectus. Cum uerò conſummauerit opus ſuum, & uniuerſam creaturã ſuam ad ſummam perfectionis adduxerit, tũc ipſe dicetur ſubiectus in his, quos ſubdidit patri, et in quibus opus quod ei pater dederat, cõſummauit, ut ſit deus omnia in omnibus. Verum hęc quorſum ſpectãt? ut intelligamus id quod ſuprà tractauimus, quomodo non bibit uinum, uel quomodo bibit antequã intraret in tabernaculum, antequam accederet ad altare. Nõ bibit aũt nunc, quia adſiſtit altari, & luget peccata mea: & rurſum bibet poſthęc, cũ ſubiecta ei fuerint omnia, & ſaluatis omnibus ac deſtructa morte peccati, ultra iam neceſſariũ nõ erit offerre hoſtias pro peccato. Tũc enim erit gaudium & lætitia, & tunc exultabunt oſſa humiliata, & implebitur illud q̃d ſcriptũ eſt: Aufugiet dolor, & triſtitia, & gemitus. Sed & illud nõ omittamus, quod non ſolum de Aaron dicitur ut nõ bibat uinum, ſed & de filijs eius cũ ingrediunt ad ſancta. Nondum enim receperunt lętitiam ſuam, ne Apoſtoli quidem, ſed & ipſi expectant, ut & ego lætitiæ eorũ particeps fiam. Neq; eñ decedẽtes hinc ſancti, cõtinuo integra meritorum ſuorum prędia conſequuntur: ſed expectant etiã nos, licet morantes, licet deſides. Non eñ eſt illis perfecta lætitia, donec pro erroribus noſtris dolẽt, et lugent noſtra peccata Hoc fortaſſe mihi dicenti nõ credas. Quis eñ ego ſum, qui cõfirmare ſententiam tanti dogmatis audeã? Sed habeo horũ teſtem, de quo nõ potes dubitare. Magiſter enim gentiũ eſt in fide & ueritate apoſtolus Paulus. Ipſe igitur ad Hebręos ſcribẽs, cum

Matt. 23

Luc. 22

Ioan. 15. 6

1. Cor. 12

Eſa. 35

enumeraſſet oēs ſanctos patres, qui per fidē iuſtificati ſunt, addidit poſt omnia etiā hoc:
Heb.11 Sed iſti, inquit, omnes teſtimoniū habentes per fidem, nondū adſecuti ſunt repromiſſionem, deo pro nobis melius aliquid prouidente, uti ne ſine nobis perfectionē conſequerent. Vides ergo quia expectat adhuc Abrahā, ut quę perfecta ſunt cōſequat. Expectat & Iſaac, & Iacob, & oēs prophetę expectant nos, ut nobiſcum perfectā beatitudinē capiant. Propter hæc ergo etiam myſterium illud in ultimam diem dilati iudicij cuſtodit. Vnū enim corpus eſt, quod iuſtificari expectat, unū quod reſurgere dicitur in iudicio.
1 Cor.12 Licet enim ſint multa membra, ſed unum corpus. Non poteſt dicere oculus manui, non es mihi neceſſaria, etiā ſi ſanus ſit oculus, & nō ſit turbatus. Quantū pertinet ad uidēdū, ſi deſint ei reliqua mēbra, quæ erit oculo lætitia? aut quæ uidebit eſſe perfectio ſi manus non habeat? ſi pedes deſint, aut reliqua mēbra nō adſint? Quia & ſi eſt pręcellēs aliqua oculi gloria, in eo maxime eſt, ut uel ipſe dux ſit corporis, uel cęterorū mēbrorū nō deEzech.37 ſeratur officijs. Hoc aūt nos per illam Ezechielis prophetę uiſionē doceri puto, cū dicit congregandū os ad os, & iunctura ad iunctura, & neruos, ac uenas, & pellem, ac ſingula locis ſuis eſſe reparāda. Deniq; uide quid addit propheta: Oſſa, inquit, iſta, nō dixit omnes homines ſunt, ſed dixit oſſa iſta domus Iſrael eſt. Habebis ergo lætitiā de hac uita diſcedēs, ſi fueris ſanctus. Sed tunc erit plena lętitia, cum nullū tibi membrorū corporis deeſt. Expectabis enim tu alios, ſicut & ipſe expectatus es. Quod ſi tibi, qui mēbrū es, nō uidetur eſſe perfecta lętitia ſi deſit aliud mēbrum: quanto magis dñs & ſaluator noſter, qui caput & auctor eſt totius corporis, non ſibi perfectā dicit eſſe lætitiā, donec ali quid ex membris deeſſe corpori ſuo uidet: Et propterea forte orationē fundebat ad paIoan.17 trem dicēs: Pater ſancte glorifica me illa gloria, quā habui apud te priuſq; mūdus eſſet. Non uult ergo ſine te recipere perfectam gloriam ſuam, hoc eſt ſine populo ſuo, qui eſt corpus eius, & qui ſunt mēbra eius. Vult enim in iſto corpore eccleſiæ ſuę & in iſtis mēbris populi ſui, ipſe uelut anima habitare: ut omnes motus, atq; omnia opera ſecundum
Leuit.26 ipſius habeat uoluntatē: ut uere cōpleatur in nobis illud prophetæ dictū: Habitabo in eis, & ambulabo. Nunc aūt, donec perfecti nō ſumus omnes, ſed adhuc ſumus in peccatis, ex parte in nobis eſt, & ideo ex parte ſcimus, & ex parte prophetamus, donec quis
Gal.2 peruenire mereat ad illā menſuram, quā dicit apoſtolus: Viuo autem iam nō ego, uiuit uerò in me Chriſtus. Ex parte ergo (ut dicit apoſtolus) nunc membra eius ſumus, & ex parte oſſa eius ſumus. Cum aūt coniūcta fuerint oſſa ad oſſa, & iuncturę ad iuncturam,
Pſal.35 ſecundū hoc quod ſuprà diximus, tūc etiā ipſe dicet de nobis illud propheticū: Omnia oſſa mea dicēt, domine quis ſimilis tibi? Omia nanq; oſſa iſta loquunt, & hymnū dicūt, & gratias agunt deo. Meminerunt em̄ beneficij eius, & ideo omia oſſa mea dicēt, domine qs ſimilis tibi? Eripies pauperē de manu fortioris eius. De iſtis oſſib. cū adhuc eſſent diſperſa, anteq; ueniret qui ea colligeret, & cōgregaret in unū, dictū eſt & illud prophePſal.141 ticum: Diſperſa ſunt oſſa noſtra ſecus infernū. Quia ergo diſperſa erant, propterea dicit per alium prophetā: Congregeſ os ad os, & iunctura ad iunctura, & nerui, & uenæ, & pelles. Cū em̄ hoc factū fuerit, tunc omnia iſta dicent: Domine quis ſimilis tibi? Eripies inopem de manu fortioris eius. Vnūquodq; em̄ os ex iſtis oſſibus inops erat, & atterebatur fortioris manu. Nō em̄ habebat iuncturā charitatis, nō neruos patiētię, nō uenas uitalis animi, & fidei uigorē. Vbi uerò uenit qui diſperſa colligeret, & qui diſſipata conIungeret, conſotians os ad os, & iuncturā ad iuncturā, ædificare cœpit ſanctum corpus eccleſiæ. Hæc inciderunt quidē extrinſecus huic diſputationi, ſed neceſſario explanata ſunt, ut manifeſtior fieret pōtificis mei ingreſſus in ſancta, nō bibētis uinū uſquequo ſacerdotio fungereſ. Poſthęc tamē bibit uinum, ſed uinum nouum, & uinum nouū in cœlo nouo, & in noua terra, & in nouo homine, cum hominibus nouis, et cum his qui cantant ei canticum nouum: Vides ergo, quia impoſſibile eſt de noua uite nouum poculū
Matt.9 bibi ab eo, qui adhuc indutus eſt ueterem hominē cū actibus ſuis. Nemo enim, inquit, mittit uinū nouū in utres ueteres. Si uis ergo & tu bibere de hoc nouo uino, innouare,
2 Cor.4 & dic: Quia & ſi exterior homo noſter corrumpitur, ſed qui intus eſt renouat de die in diem. Et quidem de his ſufficienter dictū. Multa ſunt & alia, quæ recitata ſunt. Sed quoniam cuncta non poſſumus, eligendum eſt de quibus dicere debeamus. Et quoniam quid eſſet bibere, & non bibere uinum pro uiribus diximus, nūc quid ſit etiā comedere

pectuſcu-

pectuſculum ſeparationis,& brachium ablationis, uideamus.Poſt hæc de mũdis, & im mundis,uel cibis,uel animalibus, inquantum dominus dederit, & tẽporis ſpatiũ fuerit, diſſeremus. Dicit ergo ſcriptura. Pectuſculũ ſegregationis,& brachiũ ablationis man ducabis in loco ſancto tu,et filij tui,& domus tua tecũ:legitimum eſt tibi,& legitimum filijs tuis datum eſt de ſacrificijs ſalutarib.filiorum Iſrael,brachiũ ablatiõis,& pectuſcu lum ſegregationis.] Nõ omne pectuſculũ,ſegregationis eſt pectuſculũ: nec omne bra chium,ablationis & ſeparationis eſt brachium.Sed qm̃ ad dominũ meum Ieſum perſo nam pontificis reuocauimus,& ad filios eius ſanctos apoſtolos, uideamus qũo ipſe qui dem pectuſculum ſegregationis mãducat,& filij eius, alij aũt non omnes poſſunt ſegre gationis pectuſculum mãducare.Quid igitur eſt, quod à reb. omnibus ſegregatur, nec eſt cõmune cum reliquis,niſi ſola ſubſtantia trinitatis? Si ergo intelligã quidẽ rationem mundi,nõ poſſim aũt etiam de deo intelligere ſicut dignum eſt, neq; reuelata mihi fue rit ſcientia dei,manduco quidem pectuſculum,ſed nõ pectuſculum ſegregationis.Etiã ſi potuero dicere,ipſe enim mihi dedit omnium quæ ſunt ſcientiam ueram,ut ſciã ratio nem mundi,& uirtutem elementorum,initium & finem,medietatẽ temporum, permu tationum uiciſſitudines,& conuerſiones tẽporum,anni circulos, & ſtellarũ diſpoſitio nes:horum omniũ ſcientia,quia rationabilis eſt,pectuſculi cibus eſt,ſed non pectuſculi ſegregationis.Si aũt potuero de deo ſentire quæ magna,quæ ſancta, quę uera ſunt & ſe creta,tunc manducabo pectuſculũ ſegregationis, cũ id quod ab omni creatura eminet & ſegregatur,agnouero. Primus ergo pectuſculũ iſtud uerus pontifex meus comedit. Qũo comedit? Nemo,inquit,nouit patrem,niſi filius. Secundo in loco manducãt & fi- *Matt.11*
lij eius.Nemo enim nouit patrẽ,niſi filius,& cui uoluerit filius reuelare.Quibus autem alijs niſi Apoſtolis ſuis reuelat? Sed & brachiũ ſeparationis,uel ablationis, ſicut & ſupe rius diximus,actus ſunt & opera eminentiora cæteris,quæ utiq; primus ipſe ſaluator,et dominus meus impleuit.Quomodo impleuit? Meus,inquit,cibus eſt,ut faciam uolũta *Ioan.4*
tem eius qui me miſit,& perficiam opus eius.Cum ergo facit uoluntatem eius qui miſit eum,in hoc nõ pectuſculum, ſed brachium ſeparationis comedit. Similiter autem & a poſtoli eius,cum faciunt opus Euangeliſtę,& efficiuntur operarij inconfuſibiles,recte tractantes ſermonem ueritatis,ſeparationis uel ablatiõis brachiũ comedũt. Vis adhuc planius uidere qũo ſaluator ſeparationis brachium comedat? Audi quid dicat ad Iudę- *Ioan.10*
os:Si feci,inquit,opera in uobis, quæ nullus alius fecit, pro quo horũ uultis me occide re? Vides quomodo ipſe uere manducat brachium ſeparationis,qui opera tã ſegregata et tam ſublimia fecit,quàm nullus alius fecit.Sed iam uideamus aliqua etiam ex his,quę de mundis atq; immundis,uel de cibis,uel animalibus lecta ſunt:& ſicut in explanatio ne poculi de umbra aſcendimus ad ueritatem ſpiritalis poculi,ita etiam de cibis qui per umbram dicuntur,aſcendamus ad eos qui per ſpiritum ueri ſunt cibi.Sed ad hęc inueſti ganda,ſcripturæ diuinæ teſtimonijs indigemus,ne quis putet: amãt enim homines exa cuere linguas ſuas,ut gladium: ne quis inquam putet, quod ego uim faciã ſcripturis di- *Vim facere*
uinis,& ea quæ de animalibus,quadrupedibus,uel etiã auibus, aut piſcibus mũdis, ſiue *ſcripturis*
immundis,in lege referuntur,ad homines trahã,& de hominibus hęc dicta eſſe confin gam.Fortaſſis enim dicat quis auditorum,cur uim facis ſcripturę? Animalia dicunt,ani malia intelligãtur.Ne ergo aliquis hæc deprauari humano credat ingenio: Apoſtolica in eis auctoritas euocãda eſt.Audi ergo primũ omniũ Paulus de eis qualiter dicat.Om- *1.Cor.10*
nes enim,inquit,per mare tranſierunt,& omnes in Moyſen baptizati ſunt in nube & in mari,& omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt,& omnes eundem potũ ſpi ritalem biberunt.Bibebant aũt de ſpiritali conſequente eos petra:petra autẽ erat Chri ſtus.Paulus hæc dicit:Hebræus ex Hebręis,ſecundũ legẽ phariſęus, & doctus ſecus pe *Phil.3*
des Gamalielis,qui utiq; nunq; auderet ſpiritalem eſcã, & ſpiritalem potum appellare, *Act.22*
niſi hũc eſſe ſenſum legislatoris per traditam ſibi ueriſſimæ doctrinæ ſcientiã didiciſſet. Vnde & illud addit,tanq; confidẽs,& certus de ciborum ratione mundorũ, uel immun dorum,quod non ſecundũ literam,ſed ſpiritaliter obſeruãda ſint,& dicit:Ne quis ergo *Col.2*
uos iudicet in cibo,aut in potu,aut in parte diei feſti,aut neomeniæ, aut ſabbatorũ, quæ ſunt umbra futurorum. Vides ergo quomodo hæc omnia, quæ de cibis, uel potu loqui tur Moyſes,Paulus, qui melius iſta didicerat, quàm hi qui nũc iactant ſe eſſe doctores,

omnia

omnia hæc umbrã dicit esse futurorũ. Et ideo (sicut diximus) ab hac umbra ad ueritatẽ debemus ascendere Christiani, & ad Christianos sermo est, quibus apostolicorũ dictorũ chara esse debet auctoritas. Si quis uerò arrogãtia tumidus apostolica dicta contemnit aut spernit, ipse uiderit. Mihi aũt, sicut deo & domino nostro Iesu Christo, ita & apostolis eius adhærere bonum est, & ex diuinis scripturis secundũ ipsorum traditionẽ intelligentiam capere. Erit autem opportunũ fortasse tẽpus, si tamen dei uoluntas in hoc fuerit, & rerum tranquillitas siuerit (Nescimus eñ quid pariat superuẽtura dies) ut etiã ex ueteri testamento adsignemus secundũ eam quę apostolis uisa est rationẽ, ciborum mundorum, uel immundorũ, sed & animaliũ, uel auium, uel piscium, de quibus in lege scribitur, intelligentiã ad homines referendam. Sed nunc quoniã latiore uti explanatione non est tempus, duobus luminibus apostolorum Petro & Paulo testibus cõtenti simus. Et quidem Paulus quæ senserit, iam protulimus. Petrus uerò apostolus cũ esset in
Act. 10 Ioppe, & orare uellet, ascendit in superiora. Ergo statim & hoc ipsum, q̃d noluit in inferioribus orare, sed ascendit ad superiora. Neq; eñ tanti apostoli consiliũ ex superfluo superiora delegit ad orandum, sed quantum ego arbitror, ut ostẽderetur quod Petrus qa mortuus erat cum Christo, quæ sursum sunt quærebat, ubi Christus est in dextera dei sedens, & nõ quæ super terrã. Illuc ascendebat, ad illa tecta, ad illa fastigia, de quibus dicit & dominus: Qui in tecto est, non ascẽdat tollere aliquid de domo. Deniq; ut scias quia nõ hæc suspitiose de Petro dicimus, quia ad superiora conscenderit, ex consequentibus approbabis. Ascendit, inquit, ad superiora, ut oraret, & uidit cœlũ apertũ. Nondũ tibi uidetur Petrus ad superiora non solũ corpore, sed mente ac spiritu cõscendisse? Vidit, inquit, cœlum apertum, & uas quoddam deponi ut linteũ in terrã, in quo erant oñia quadrupedia, & reptilia, & uolatilia cœli, & audiuit uocem dicentẽ sibi: Surge Petre, occide et mãduca: de his sine dubio imperãs manducãdis quadrupedibus, & serpentibus, et uolatilibus, quæ superposita linteo ad eum cœlitus sunt delata. At ille: Domine, inquit, tu scis quia nunquã cõmune, aut immundũ introiuit in os meũ. Et uox, inquit, ad eum secundo: Quod deus mundauit, tu cõmune ne dixeris: & hoc factũ est p ter. Et post hoc, inquit, receptũ est linteum in cœlis. De mundis hic, & immundis animalib. ratio est. De quibus, rerum scientia cœlitus docetur Apostolus, quoniã quidem eminẽtiorem se, & maiorẽ non habebat in terris, & docet nõ una uoce, nec una uisione, sed trina. Ego nec hoc ipsum, quod tertio hęc dicuntur, otiose dictum suscipio. Tertio ei dicit, et per illum omnibus nobis. Quod deus mundauit, tu cõmune ne dixeris. Quæ eñ mundauit, non sub una appellatione mũdantur, neq; sub secunda, sed nisi & tertia appellatio nominet, nemo mundatur. Nisi eñ in patre, & filio, & spiritu sancto fueris mundatus, mundus esse non poteris. Propterea ergo quę pro emundatione ostendebantur, nõ semel, neq; iterum, sed tertio ostenduntur, & tertio præcipiuntur. Erant ergo omnia in illo linteo quadrupedia, & reptilia, & uolucres cœli. Et post hæc cogitabat, inqt, intra semetipsum Petrus, quid hoc esset. Et adhuc eo cogitãte superuenerũt, inquit, hi qui à Cornelio cẽturione missi fuerant ex hac ciuitate, id est à Cæsarea in Ioppe. Ibi nanq; erat Petrus, et hospitabatur apud Simonẽ quendã coriarium. Bene autẽ Petrus apud coriarium manet, illũ fortasse, de quo dicit Iob, quia pelle me & carne induisti. Sed hęc in excessu dicta sint. Interim superueniũt, qui missi fuerãt à Cornelio ad Petrũ: Quos ille suscipiẽs, audit ab eis, quę sibi Cornelius mandat. Et descendens de superioribus, uenit ad Corneliũ. Descendit dicit: adhuc eñ deorsum erat Cornelius, & in inferioribus manebat. Venit ergo Cæsaream, inuenit multos apud Corneliũ cõgregatos, & ait ad eos post multa: Et mihi, inquit, ostendit deus neminem cõmunem aut immundũ dicere hominem. Non uidetur tibi Petrus apostolus quadrupedia illa oñia, & reptilia, & uolatilia dilucide ad hominẽ transtulisse, et homines intellexisse ea, quæ sibi in linteo cœlitus lapso fuerant demõstrata? Sed fortasse dicat aliquis. De quadrupedibus quidẽ, & reptilibus, & auibus reddidimus rationem, quod homines intelligi debeant, da etiã de his, quæ in aquis sunt. Quoniam quidem lex etiam de ipsis munda esse quędam, et alia designat immunda. Nihil in his ut uerbis meis credatur exposco, nisi testes idoneos dedero. Ipsum uobis dominũ, & saluatorem nostrum Iesum Christum testem horum & auctorẽ dabo, quomodo pís-
Matt. 13 ces homines esse dicãtur. Simile est, inquit, regnum cœlorũ reti misso in mare, quod ex

omni

omni genere piſcium colligit,& cũ repletũ fuerit,ſedẽtes ſupra littus cõdunt eos qui bo ni ſunt in uaſis,qui aũt mali,foras mittunt. Euidẽter edocuit eos qui retib. colligi dicun tur piſces,uel bonos homines eſſe,uel malos. Iſti ergo ſunt, qui ſecundũ Moyſen piſces uel mundi,uel immundi nominant. His igitur ex auctoritate apoſtolica, atq; euãgelica cõprobatis,uideamus qũo unuſquiſq; hominũ uel mũdus, uel immundus poſſit oſtẽdi. Omnis homo habet aliquem in ſe cibum, quẽ accedẽti ad ſe proximo prębeat. Non enim poteſt fieri,ut cũ acceſſerimus adinuicẽ nos homines,et cõſeruerimus ſermonẽ,nõ aliquem,uel ex reſpõſione,uel ex interrogatione, uel ex aliquo geſtu aut capiamus inter nos guſtum,aut præbeamus. Et ſi quidẽ mundus homo eſt,& bonæ mẽtis is,de quo guſtum capimus,mundũ ſumimus cibum. Si uerò immundus ſit quẽ cõtingimus,& im mundũ cibum ſecundũ ea quæ ſuprà dicta ſunt, ſumimus. Et propterea puto apoſtolus Paulus de talibus,uelut immũdis animalib. dicit: Cum huiuſmodi nec cibũ ſumere. Ve 1.Cor.5
rum ut euidentius tibi pateſcant ad intellectũ quę dicimus,de maiorib. ſumamus exem plum,ut inde paulatim deſcẽdẽtes uſq; ad inferiora ueniamus. Dominus & ſaluator no ſter dicit: Niſi manducaueritis carnẽ meam,& biberitis ſanguinem meum,non habebi- Ioan.6
tis uitam in uobis ipſis. Caro mea uere eſt cibus,& ſanguis meus uere eſt potus. Ieſus er Caro & ſan-
go quia totus ex toto mũdus eſt, tota eius caro cibus eſt,& totus ſanguis eius potus eſt: guis Chriſti
quia oẽ opus eius ſanctũ eſt,et omnis ſermo eius uerus eſt. Propterea ergo et caro eius ſermo ipſius
uerus eſt cibus,& ſanguis eius uerus eſt potus. Carnibus enim & ſanguine uerbi ſui tan quam mundo cibo ac potu,potat & reficit omne hominũ genus. Secundo in hoc loco poſt illius carnẽ,mũdus cibus eſt Petrus,& Paulus,& oẽs apoſtoli. Tertio loco diſcipu li eorũ: & ſic unuſquiſq; pro quantitate meritorũ,uel ſenſuũ puritate, proximo ſuo mũ dus efficitur cibus. Hæc qui audire neſcit, detorqueat fortaſſis,& auertat auditũ,ſecun dum illos,qui dicebant: Qũo dabit nobis hic carnem ſuã manducare? Quis poteſt audi re eum? & diſceſſerũt ab eo. Sed uos ſi filij eſtis eccleſię,ſi Euangelicis imbuti myſterijs, ſi uerbũ caro factũ habitat in uobis,agnoſcite quę dicimus, quia domini ſunt,ne forte q ignorat ignoretur. Agnoſcite quia figuræ ſunt,quę in diuinis uoluminibus ſcripta ſunt, & ideo tanq; ſpiritales,& non tanquã carnales examinate, & intelligite quæ dicunt. Si enim quaſi carnales iſta ſuſcipitis,lædunt uos,& nõ alunt. Eſt em̃ & in euangelijs litera quę occidit,non ſolum in ueteri teſtamento occidens litera deprehenditur. Eſt & in no uo teſtamento litera,quæ occidat eum,qui nõ ſpiritaliter quæ dicũtur aduerterit. Si em̃ ſecundum literam ſequaris hoc ipſum quod dictũ eſt: Niſi mãducaueritis carnẽ meam, & biberitis ſanguinẽ meum,occidit hæc litera. Vis tibi & aliã de Euãgelio proferã literam,quæ occidit? Qui non habet,inquit,gladium, uendat tunicã ſuam, & emat gladiũ. Ecce & hæc litera Euãgelij eſt,ſed occidit. Si uerò ſpiritaliter eam ſuſcipias, nõ occidit, ſed eſt in ea ſpiritus uiuificans. Et ideo ſiue in lege,ſiue in Euangelijs quę dicunt,ſpirita liter ſuſcipe: quia ſpiritalis dijudicat omnia,ipſe uerò à nemine dijudicat. Vt ergo dixi- mus,oẽis homo habet in ſe aliquem cibum,ex quo qui ſumpſerit,ſi quidẽ bonus eſt,et de bono theſauro cordis ſui profert bona, mũdum cibum præbet proximo ſuo. Si uerò malus,et profert mala,immundũ cibum prębet proximo ſuo. Poteſt em̃ quis innocẽs et rectus corde,mundum animal ouis uideri, & præbere audiẽti ſe cibum mundũ, tanquã ouis,quæ eſt animal mundũ. Similiter & in cæteris. Et ideo oẽis homo (ut diximus) cũ loquitur proximo ſuo,& ſiue prodeſt ei ex ſermonibus ſuis,ſiue nocet, & mundũ ei,aut immundũ efficitur animal: ex quibus uel mundis utendũ uel immũdis præcipitur abſti nendũ. Si ſecundũ hanc intelligentiã dicamus deũ omnipotentẽ leges hominibus pro- mulgaſſe,puto quod digna uidebit diuina maieſtate legislatio. Si uerò adſideamus lite ræ,& ſecũdum hoc,uel quod ludęis,uel id quod uulgo uidetur, accipiamus quę in lege ſcripta ſunt, erubeſco dicere,& confiteri, quia tales leges dederit deus. Videbuntur em̃ magis elegantes & rationabiles hominũ leges,uerbi gratia,uel Romanorũ,uel Atheni enſium,uel Lacedęmoniorũ. Si uerò ſecundum hãc intelligentiã,quam docet eccleſia, accipiat dei lex,tunc plane oẽs humanas ſupereminet leges,& uere dei lex eſſe credet. Itaq; his ita præmiſſis,ſpirituali (ut cõmonuimus) intelligẽtia de mundis & immũdis ani malibus aliqua perſtringamus. Omne,inquit,pecus quod ungulã diuidit,& ungulas habet,& reducit ruminationẽ in pecoribus,hęc manducabitis. Præterea ab his nõ man

ducabitis

ducabitis, quæ reducunt ruminationẽ, & non diuidunt ungulas, & habẽt ungulas. Camelus, quoniã reducit ruminationẽ, & ungulam nõ diuidit, immundum erit hoc uobis. Et lepus, quoniã reducit ruminationẽ &, ungulam nõ diuidit, immundũ hoc erit uobis: & erinacius, quia reducit ruminationẽ, & ungulam non diuidit, immundũ hoc uobis, et sues, &c.] Decernit ergo ne manducentur huiusmodi animalia, quę ex parte uidentur esse munda, et ex parte immunda: sicut camelus ex eo quod ruminat, mũdus uidetur, ex eo aũt, quod ungulas diuisas non habet, immundus dicitur. Post hæc iam nominat & leporem, & erinaciũ, sed & ipsos dicit ruminare quidẽ, sed ungulas non diuidere. Aliũ uerò ordinẽ facit eorum, qui è contrario ungulam quidẽ diuidũt, sed nõ ruminant. Primũ ergo uideamus qui sunt isti, qui ruminant, & ungulam diuidunt, quos mũdos appellat. Ego arbitror illum dici ruminare, qui operã dat scientiæ, & in lege domini meditat die ac nocte. Sed audi quõ dictum est: Qui diuidit, inquit, ungulam, & reuocat ruminationẽ. Reuocat ergo ruminationem, qui ea quæ secundũ literã legit, reuocat ad sensum spiritalem, & ab infimis, & uisibilibus ad inuisibilia & altiora cõscendit. Sed si mediteris legem diuinã, & ea quæ legis ad subtilẽ & ad spiritalẽ intelligentiã reuoces, uita aũt tua, & actus tui non sint tales, ut habeant discretionem uitę præsentis & futurę, huius seculi & seculi superuenturi: si non ista cõpetenti ratione discernas, & diuidas, camelus es tortuosus: qui cum intellectum acceperis ex meditatiõe legis diuinę, nõ diuidis, neq; segregas præsentia & futura, nec angustã uiam à uia spatiosa secernis. Sed adhuc manifestius quod dicitur explanemus. Sunt qui adsumunt testamentum dei per os suum, & cum legem dei in ore habeãt, uita & actus sui longe à uerbis eorũ & sermonibus discrepãt. Di
Psal. 45 cunt eñ, & non faciunt: de quibus & propheta dicit: Peccatori aũt dixit deus. Quare tu enarras iustitias meas, & adsumis testamentũ meũ per os tuũ? Vides ergo quõ iste ruminat, qui testamentũ dei habet in ore suo. Sed quid in sequentib. ad eum dicitur? Tu autẽ odisti disciplinã, & abiecisti sermones meos post te. In quo euidenter ostendit istũ ruminantem quidẽ, sed ungulam non diuidentem, & ideo immundus est quicunq; est talis. Et iterum est alius, uel ex his qui extra religionẽ nostram sunt, uel ex his q nobiscũ sunt: qui diuidunt quidem ungulas, & ita incedunt in uijs suis, ut actus suos ad futurum seculum præparent. Multi enim ita & ex philosophis sapiunt, & futurum esse iudicium credunt. Immortalẽ nanq; animam sentiunt, & remunerationẽ bonis quibusq; positã confitentur. Hoc & hæreticorum nõnulli faciũt, & quantũ spectat, timorẽ futuri iudicij gerunt, & actus suos tanq; in diuino examine requirendos cautius tẽperant. Sed horum uterq; non ruminat, nec reuocat ruminationem. Nõ enim ea quæ in lege dei scripta sunt audiẽs, meditatur, ac reuocat ad subtilem & spiritalem intelligentiã: sed statim ut audierit aliquid, aut contemnit, aut despicit, nec requirit qui in uiliorib. uerbis preciosus latet sensus. Et habent isti diuidentẽ quidẽ ungulam, sed ruminationẽ nõ reuocãt. Tu aũt, qui uis esse mundus, cõuenientẽ habeto uitam, & consonã scientię, et actus intellectui: ut sis in utroq; mundus, ut & reuoces ruminationẽ, & ungulam diuidas, sed & ungulas ut producas, siue abijcias. Requiramus et huius rei testimoniũ, quomodo ungulas pro-
Deut. 21 ducimus, uel (ut alibi legitur) abijcimus. Scriptum est in Deuteronomio: Si, inquit, exieris ad bellum aduersum inimicos tuos, & uideris ibi mulierẽ decora specie, & cõcupieris eam, adsumes eam, & rades omnẽ pilũ capitis eius, & ungulas eius, et indues eam uestimentis lugubribus: & sedebit in domo lugẽs patrem suũ, & matrem suam, & domum paternam suam, & post triginta dies erit tibi uxor. Sed nunc nõ hoc est propositum, ut hęc quę in testimoniũ uocata sunt, explanẽtur: sed propterea diximus, quia & hic de ungulis mentio facta est. Veruntamen et ego frequenter exiui ad bellum contra inimicos meos, & uidi ibi in prędam mulierem decora specie. Quæcunq; eñ bene et rationabiliter dicta inuenimus apud inimicos nostros, si quid apud illos sapiẽter & scienter dictũ legimus, oportet nos mũdare id, & ab scientia quæ apud illos est auferre, & resecare omne quod emortuũ & inane est: hoc eñ sunt oẽs capilli capitis, & ungulæ mulieris ex inimicorũ spolijs adsumptę: & ita demum facere eam nobis uxorẽ, cum iam nihil ex illis quæ per infidelitatẽ mortua dicunt, habuerit, nihil in capite habeat mortuũ, nihil in manib. ut neq; sensibus, neq; actibus, immundũ aliqd, aut mortuũ gerat. Nihil eñ mundum habent mulieres hostium nostrorum, quia nulla est apud illos sapiẽtia, cui immun

ditia

ditia aliqua non sit admixta. Velim tamen dicerent mihi Iudæi quo apud eos ista seruentur. Quid causę, quid rationis est decaluari mulierē, & ungulas eius demi? Verbi causa, ponamus quod ita inuenerit eam is q dicit inuenisse, ut neq; capillos, neq; ungulas habeat, quid habuit, quod secundum legem demere iubere? Nos uerò quibus militia spiritalis est, & arma nō carnalia, sed potētia deo ad destruenda cōsilia, decora mulier si reperta fuerit apud hostes, & rationabilis aliqua disciplina, hoc modo purificabimus eā q superius diximus. Oportet ergo eum qui mundus est, nō solum diuidere ungulas, & nō solum præsentis seculi & futuri actus et opera discernere, sed et ungulas producere, uel (ut alibi legimus) abijcere, ut purificātes nos ab operib. mortuis, permaneamus in uita. Hæc quidē generaliter dicta sint de animalibus: illa uerò quę in aquis sunt, quia dicunt si quidē habeant pinnas & squamas, munda esse: si uerò nō habeant, immūda, nec edi debere: illud in his ostēditur, ut si quis est in aquis istis, & in mari uitę huius, atq; in fluctib. seculi positus, tamē debeat satis agere, ut nō in profundis iaceat aquarū sicut sunt isti pisces qui dicunt non habere pinnas neq; squamas. Hæc nanq; eorū natura perhibet, ut in imis semper, & circa ipsum cœnum demorent: sicut sunt anguillę, & huic similia, quę non possunt ascendere ad aquæ summitatē, neq; ad eius superiora peruenire. Illi uerò pisces qui pinnulis iuuantur, ac squamis muniuntur, ascendunt magis ad superiora, & aeri huic uiciniores fiunt, uelut qui libertatem spiritus quærāt. Talis est ergo sanctus quisq;, quia intra retia fidei conclusus, bonus piscis à saluatore nominatur: qui etiā mittitur in uas, ueluti pinnas habens & squamas. Nisi em̄ habuisset pinnas, nō resurrexisset de cœno incredulitatis: nec ad rete fidei peruenisset, nisi pinnis adiutus ad superiora uenisset. Quid est aūt quod & squamas habere dicit? tanq; qui paratus sit uetera indumēta deponere. Hi em̄, qui squamas nō habēt, uelut ex integro carnei sunt, & toti carnales, qui deponere nihil possunt. Si quis ergo habet pinnas, quibus ad superiora nitat, mundus est. Qui uerò nō habet pinnas, sed in inferioribus permanet, & in cœno semper uersat, immundus est. Similiter aūt de auibus. Non manducabis, inquit, hæc, quia immunda sunt. Aquilam, & uulturē, & cætera his similia. His etenim auibus semper mortuorū corporū cibus est, & ex mortuis cadaueribus uiuunt. Omnes ergo qui huiusmodi uitam gerūt, immundi habēdi sunt. Ego puto & illos in his nominari, qui alienis incubāt mortib. & arte quadā uel fraude testamenta subijciunt. Huiusmodi em̄ homines, uultures & aglæ merito appellantur, uelut mortuorū cadaueribus inhiantes. Scio & alia uolatilia, quę rapto uiuūt. Hæ sunt animæ, quæ secundū hoc quidē, quod rationabiles & imbutę sunt liberalibus institutis, uel rationabilibus disciplinis, uolatilia uidentur. Legūt em̄ & requirunt, uel de ratione cœli, uel quomodo mūdus dei prouidētia gubernetur: secundū hęc ergo uolatilia nominant. Si uerò huiusmodi homines inique agāt, & cōtra legē faciāt, diripiāt proximos, ut cū in uerbis esse uideatur eruditio cœlestis, in actibus carnalia & mortua opa gerāt, recte uultures, uel aquilę dicēdi sunt, quæ de excelsis ad carnes mortuas ac fœtidas delabūtur. Ad hoc referēda est & accipitris rapacitas, & cæterorū omnium: ex quib. quædā sunt uolatilia rapacitati studentia, quædam uerò nō tam rapacitatē, quām obscuritatē & tenebras amātia. Omnis em̄ qui male agit, odit lucem, & nō uenit ad lucem: ut sunt noctuæ, & uespertiliones, & cætera quæ lex pnunciauit immunda. A quibus omnibus spiritali nos obseruantia custodiētes, & cibū ex mūdis animalib. appetentes, etiam ipsi puri efficiemur & mundi, per Christum dominum nostrum: per quem est deo patri cum spiritu sancto gloria, & imperium in secula seculorum. Amen. Ioan. 3

De eo quod scriptum est, Mulier quæcunq; conceperit semen, & pepererit masculum, immunda erit septem diebus, & de diuersitatibus leprę ac purificationibus leprosi. Homilia Octaua Cap. XII & XIII

MEDICVM dici in scripturis diuinis dominum nostrum Iesum Christū, etiam ipsius domini sententia perdocemur, sicut dicit in Euangelijs. Nō indigent sani medico, sed qui male habent. Non em̄ ueni uocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Omnis autē medicus ex herbarum succis uel arborum, uel etiam metallorum uenis, uel animantium naturis, profutura corporibus medicamenta cōponit. Sed herbas istas si quis forte antequam pro ratione artis cōponantur

nantur aſpiciat, ſiquidē in agris, aut montibus, uelut fœnum uile conculcat, & præterit. Si uerò eas intra medici ſcholam diſpoſitas per ordinē uiderit, licet odorē triſtem, forte & auſterum reddant, tamen ſuſpicabitur eas curæ uel remedij aliquid continere, etiā ſi nōdum quæ, uel qualis ſit ſanitatis ac remedij uirtus, agnouerit. Hęc de cōmunibus me dicis diximus. Veni nūc ad Ieſum cœleſtē medicum, intra ad hanc ſtationem medicinæ eius eccleſiam, uide ibi languentium iacere multitudinē. Venit mulier, quę ex partu im mūda effecta eſt, uenit leproſus, qui extra caſtra ſeparatus eſt pro immūditia leprę, quæ runt à medico remedium quomodo ſanētur, quomodo mundent: & quia Ieſus hic qui medicus eſt ipſe eſt & uerbum dei, ægris ſuis non herbarū ſuccis, ſed uerborū ſacramen tis medicamenta conquirit. Quę uerborum medicamēta ſi quis incultius per libros tan quam per agros uideat eſſe diſperſa, ignorās ſingulorū dictorum uirtutem, ut uilia hæc, & nullum ſermonis cultū habētia, præteribit. Qui uerò ex aliqua parte didicerit anima rum apud Chriſtū eſſe medicinā, intelliget profecto ex his libris qui in eccleſia recitan tur, tanq; ex agris et mōtibus, ſalutares herbas adſumere unūquenq; debere, ſermonum duntaxat uim: ut ſi quis ille eſt in anima languor, non tam exterioris frondis & cortícis, quàm ſucci interioris hauſta uirtute ſanet. Videamus ergo aduerſum immunditiā par tus, & contagionē leprę, præſens hæc lectio, quàm diuerſa, & quàm uaria purificationū medicamenta conficiat. Et locutus eſt, inquit, dominus ad Moyſen dicēs: Loquere ſi liis Iſrael, & dices ad eos. Mulier quęcunq; cōceperit ſemē, & pepererit maſculū, immū da erit ſeptem diebus.] Primo conſideremus ſecundū hiſtoriam, ſi nō uidetur quaſi ex ſuperfluo additū, mulier quę conceperit ſemē, et pepererit maſculum, quaſi poſſit aliter maſculū parere, niſi ſemine concepto. Sed nō ex ſuperfluo addit. Ad diſcretionē nanq; illius, quæ ſine ſemine concepit & peperit, iſtū ſermonē præ cęteris mulieribus Legisla tor adiecit: ut nō omnem mulierem quæ peperiſſet, deſignaret immūdam, ſed eam quæ cōcepto ſemine peperiſſet. Addi quoq; ad hoc etiam illud poteſt, quod lex iſta, quæ de immundicia ſcribitur, ad mulierem pertinet. De Maria autē dicitur, quia uirgo concepit, & peperit. Ferāt ergo legis onera mulieres, uirgines uerò ab his habeant immunes. Sed ſi nobis aliquis occurrat argutus, & dicat, quia & Maria mulier in ſcripturis nomi-
Gal. 4 nat, ſic em̄ dicit apoſtolus: Vbi aūt uenit plenitudo tēporum, miſit deus filium ſuum, fa ctum ex muliere, factum ſub lege, ut eos qui ſub lege erāt redimeret: reſpondebimus ei, quia in hoc apoſtolus mulierē non pro corruptela integritatis, ſed pro ſexus indicio no minauit: ut quia dicebat filiū dei miſſum, ſimul & illud, quia pro cōmuni omniū uita in greſſus in hunc mundū ueniſſet, exponeret. Eſt porrò & ætatis iſtud uocabulū, eius ſcili cet, qua fœminino ſexui de annis pubertatis excedit, & ad id tēpus quo habilis uiro ui-deatur eſſe tranſitus. Sicut & econtrario uir appellatur is qui adoleſcētiæ tēpus exceſſe rit, etiā ſi uxorē nondū habeat, cuius uir eſſe dicat: quo nomine appellari ſolent etiā hi, quos fœmineę admixtionis macula nulla perſtringit. Si ergo recte dicit uir ille pro ſola tēporis ætate, etiā is qui nullius admixtionē fœminæ nouerit: quō non eadē conſequen tia etiā uirgo quæ intemerata permanſit, pro ſola ætatis maturitate mulier nominetur?
Deniq; & Abrahā cū puerū mitteret Meſopotamiā in domū Batuelis, ut inde accipe-
Gen. 24 ret Iſaac filio ſuo uxorē, & puer curioſius percōtaret, ait ad eum: Quod ſi noluerit mu-lier ſequi me, reducā filium tuū illuc? Et nō dixit, q; ſi noluerit uirgo ſequi me. Hæc ergo dicta ſint nobis de eo quod obſeruauimus ſcriptū, quia nō ſuperfluo addidit legisla-tor, mulier ſi conceperit ſemē, & pepererit filiū: ſed eſſe exceptionē myſticā, quæ ſolam Mariā à reliquis mulierib. ſegregaret, cuius partus nō ex cōceptione ſeminis, ſed ex prę ſentia ſancti ſpiritus, & uirtute altiſſimi fuerit. Nūc ergo requiramus etiā illud, quid cau ſæ ſit quod mulier quæ in hoc mūdo naſcentibus miniſteriū præbet, non ſolū cū ſemen ſuſceperit immunda fieri dicitur, ſed & cum peperit. Vnde & pro purificatiōe ſua iube-tur offerre pullos colūbinos, aut turtures pro peccato, ad oſtiū tabernaculi teſtimonij. ut repropitiet pro ipſa ſacerdos: quaſi quę repropitiationē debeat, & purificationē pec cati pro eo quod naſcēti in hoc mūdo homini miniſteriū præbuit. Sic em̄ ſcriptū eſt: Et repropitiabit pro ipſa ſacerdos, & mundabit. Ego in talib. nihil audeo dicere, ſentio ta men occulta in his quædam myſteria contineri, & eſſe aliquid latētis arcani, pro quo & mulier quæ conceperit ex ſemine, & pepererit, immūda dicat, & tanq; peccati rea offer

re iubeatur

re iubeatur hostiam pro peccato, & ita purificari. Sed & ille ipse qui nascitur, siue uirilis, siue fœminei sexus sit, pronũciat de eo scriptura quia nõ sit mũdus à sorde, etiã si unius diei sit uita eius. Et ut scias esse in hoc grande nescio quid, & tale quod nulli sanctorũ ex sententia uenerit, nemo ex omnib. sanctis inuenit diem festum, uel conuiuium magnum egisse in die natalis sui, nemo inuenit habuisse lętitiã in die natalis filij, uel filiæ suæ. Soli peccatores super huiusmodi natiuitate lętant. Inuenimus etẽ in ueteri quidẽ testamẽto Pharaonẽ regẽ Ægypti, diẽ natalis sui cũ festiuitate celebrantem, in nouo uerò testamento Herodẽ. Vterq; tamẽ eorũ ipsam festiuitatẽ natalis sui profusiõe humani sanguinis cruentauit. Ille em prępositũ pistorũ, hic sanctũ prophetã Ioannẽ obtruncauit in carcere. Sancti uerò non solum nõ agunt festiuitatẽ in die natalis sui, sed et ſpiritu sancto repleti execrant hunc diem. Neq; em tantus ac talis propheta (Hieremiã dico, qui in utero matris sanctificatus est, & propheta in gentibus cõsecratus) libris in ęternũ mansuris aliquid inaniter condidisset, nisi secretũ quid cõtineret, & ingentibus mysterijs plenũ, ubi dicit: Maledictus dies in quo natus sum, & nox in qua dixerũt, ecce masculus: maledictus qui adnunciauit patri meo, dicẽs, natus est tibi masculus. Lętetur homo ille sicut ciuitates quas dns destruxit in furore, & non pœnituit: Videtur ne tibi hęc tam grauia, & tã onerosa imprecari propheta potuisse, nisi sciret esse aliquid in ista natiuitate corporea, quod & huiusmodi dignũ maledictionis uideret, & pro quo legislator tot immũditias accusaret, quib. congruas purificationes cõsequenter imponeret? Longũ est aũt, & alterius temporis, ut testimonia quę de propheta sumpsimus, explanemus: quia nũc nõ Hieremiæ, sed Leuitici nobis propositũ est differere lectionẽ. Sed & Iob nõ sine spiritu sancto loquens, maledicebat diẽ natiuitatis suę, dicẽs: Maledicta dies in qua natus sum, & nox in qua dixerũt, ecce masculus: nox illa sit tenebræ, & nõ requirat eã dns denuo, neq; ueniat in dies anni, nec numeretur inter dies mensiũ. Quod si tibi nõ uidetur hæc Iob prophetico & diuino spiritu loqui, ex his considera quę sequunt: addidit enim: Sed maledicat eam, qui maledixit illum diem, in quo magnum cetum interempturus est. Vides ergo quõ in spiritu sancto prædixit de magno ceto quẽ interfecturus esset dns, cuius typus erat cetus ille Ionę: Vnde & dominus, qui interfecturus erat cetum istum diabolum, dicit: Sicut enim Ionas tres dies & tres noctes fuit in uentre ceti, ita oportet et filiũ hominis esse tribus diebus & tribus noctibus in corde terræ. Quod si placet audire quid etiam alij sancti de ista natiuitate senserint, audi Dauid dicentẽ: In iniquitatibus, inquit, cõceptus sum, et in peccatis peperit me mater mea: ostẽdẽs quod quęcunq; anima in carne nascit, iniquitatis & peccati sorde polluit: & propterea dictum esse illud, quod iam superius memorauimus: quia nemo mũdus à sorde, nec si unius diei sit uita eius. Addi his etiã illud potest, ut requirat quid causæ sit, cũ baptisma ecclesiæ in remissionẽ peccatorũ detur, secundũ ecclesiæ obseruantiã etiã paruulis baptismum dari: cum utiq; si nihil esset in paruulis quod ad remissionẽ deberet & indulgentiã pertinere, gratia baptismi superflua uideretur. Mulier ergo quæcunq; cõceperit semẽ, & peperit masculũ, immunda erit septẽ diebus: sicut & illa, quę secundũ dies purgationis suę septẽ dieb. segregat ab omni mundo. Quia in sanguine immũdo facit septẽ dies, in sanguine aũt mundo triginta & tres dies: Sed hoc in masculi natiuitate, duplos aũt dies facit in natiuitate fœminę. Incipit ergo esse in sanguine mundo ab octaua die, & est in sanguine mundo diebus triginta trib. hoc est tribus decadis, & tribus monadis. Et cũ cœperit esse in sanguine mũdo illa quæ peperit, tunc circuncidit infantem: octaua em die circuncides, inquit, carnẽ præputij eius. Hæc est lex literæ, sed require tu quam circunciſionẽ apostolus prędicet, quam nos & suscipere & habere iubet. Nos em, inquit, sumus circũcisio, qui spiritu deo seruimus. Et quod in psalmo ait: Alienati sunt peccatores à uulua, cõsidera si nõ de illis hoc dicit, qui illã circunciſionẽ suscipiunt, qua nos circuncidi apostolus uetat: et tunc est quando alienantur peccatores à uulua, cũ non spiritu, sed carne circuncidunt. Quia qui in lege circuncidunt, à gratia exciderũt. Igitur immunda fieri mulier dicit, quę concepto semine peperit masculum, quę aũt fœminã peperit non solũ immunda erit, sed dupliciter immunda. Bis em septenis diebus in immũditia scribitur permanere. Sed interim quæ peperit masculum, octaua die & qui natus est circũciditur, & illa fit munda. Satis illa operosa res est, in hac breuitate tẽporis ista cõtingere, tamẽ ut in transcursu

Gen. 40
Mar. 6
Hier. 1
Iob 3
Matt. 12
Peccatum originis
Psal. 51
Phil. 3
Psal. 58

aliqua dicamus, septimana hæc præsentis uitæ tempus uideri potest. In septimana nanq; dierũ cõsummatus est mundus. In quo donec sumus in carne positi, ad liquidũ puri esse non possumus, nisi octaua uenerit dies, id est nisi futuri seculi tẽpus affuerit. In quo tamẽ die si masculus est, & uiriliter egerit, statim in ipso aduẽtu futuri seculi purgat, & statim mũda efficitur mater, quæ genuit eũ. Purgatã nanq; uitijs carnẽ ex resurrectione recipi
Purgatorium et. Si uerò nihil in se habuit uirile aduersum peccatũ, sed remissus & effœminatus fuit in actibus suis, cuius peccatũ tale est, quod nõ remittat neq; in præsenti seculo neq; in futuro: iste transit & unam & aliam septimanã in immunditia sua, & tertia demũ incipiente oboriri septimana, purgat ab immũditia, quã fœminam pariẽdo cõtraxit. Hostiæ uerò, quæ ꝓ huiusmodi immũditia iubentur adhiberi, dupliciter distinguunt. Primo iubet agnus offerri anniculus sine macula in holocaustũ, aut pulli colũbini, aut turtures ꝓ peccato. Secundo uerò mũdatur hostia, si, inquit, non inuenerit manus eius quod sufficiat ad agnũ, accipiat duos turtures, aut duos pullos columbarũ, unũ ad holocaustũ, & aliũ pro peccato. Vnde et mirum uidet quod oblatio Mariæ nõ habuerit hostiã primã, id est agnum anniculũ, sed secundam: tanq; cuius manus nõ sufficerit ad primã. Sic enim scri-
Luc. 2 ptum est de ea: Venerunt, inquit, parentes eius, ut offerrẽt pro eo hostiã, secundũ quod scriptum est in lege domini, par turturũ aut duos pullos columbarum. Sed & in hoc ostenditur uerum esse illud quod scriptũ est, quia Christus Iesus cum diues esset, pauper factus est. Ideo ergo & matrẽ de qua nasceretur, elegit pauperẽ, & patriã pauperem, de
Mich. 5 qua dicitur: Et tu Bethleem minima es in millibus Iuda, & reliqua. Verum hæc breuiter transcurrere cogimur, nec singula quæ scripta sunt discutere ualemus, quoniam qui dẽ festinamus aliquid etiã de legibus leprę quę recitatę sunt, pertractare. Inuenimus ergo sex species positas esse in hominũ lepra, quæ sex species hoc modo describunt. Aut enim in cute corporis fit cicatrix, & signum exalbidum, & tunc fit in cute corporis eius contagio lepræ. Aut efflorẽs efflorebit lepra, & conteget omnẽ cutẽ contagio à capite usq; ad pedes eius. Vel tertia species, in carnis cute fit ulcus, & sanatur: & fit in loco ipso ulceris cicatrix alba: aut in carnis cute fit adustio ignis, & post hæc sanata adustio erit lucida alba, aut cũ rubore cãdida. Quinta species, cum uiro aut mulieri fit in capite, aut in barba cõtagio leprę. Vltima uerò scribit species, cũ fit in caluitie, uel in recaluatione cõtagio lepræ rubicundæ, quæ est lepra efflorẽs in caluitio, uel in recaluatione. Hæc ut cõpendio expositionis utamur, quoniã quidẽ nunc propositum nobis est breuiter audito res ex his quæ recitata sunt ammonere, nec est tẽporis ad liquidũ singula quęq; discutere, referẽda mihi uident ad unãquanq; speciem peccatorũ, & in his animæ maculæ, quæ ex peccatis ei accidũt, intuendæ. Dicendũ igit primo est designari per hęc peccata, quę in hac uita positi cõmittimus. Ex quibus aliqua curari nunc possunt, aliqua uerò nõ possunt: Secũdo uerò & de illis ipsis, quæ post hanc uitã nobiscum transeunt, significari intelligendũ est, & esse in ipsis quędã ita animab. infixa, ut nequeãt aboleri: alia uero esse, quę purgationẽ possint recipere secundũ inspectionẽ & iudiciũ põtificis illius, quẽ occulta latere nõ possunt, quiq; dispẽsabit animas singulorũ secũdũ hoc q in eis maculas leprę, aut expiabiles, aut inexpiabiles uiderit. Cuius rei differẽtias de præsenti lectione colligere, & ꝑ singula secundũ scripturę huius indiciũ, quę possunt nos monere rimari, extẽporaneus (ut iã superius dixi) iste sermo nõ patitur. Vix em̃ hęc multis possent uoluminib. digesta cõponi ab his quib. dñs de lectione ueteris testamẽti uelamẽ abstraxit. Nos ergo ꝓ uirib. nostris, quantũ ꝓferri in mediũ cõuenit, exequamur, apostolo nobis
Heb. 10 Paulo pandente intelligentię uiam: qua dicit legẽ umbrã futurorũ habere bonorũ, non ipsam imaginẽ rerũ: & secundum id qđ ea quæ de bobus intelligi uiden scripta, non de bobus, quorum deo cura non sit, sed de apostolis aduertenda pronunciat. In quo consequenti utiq; ratione edocemur, q & ea quæ de lepra scribunt umbra sint, & in alijs habeant imaginẽ ueritatis. Igitur adhibeamus primo (si uidetur) ipsam scripturę umbrã, et tũc de eius ueritate requiramus. In uulneribus corporũ posteaq; curata fuerint, remanet interdum ipsius uulneris signũ, quod cicatrix appellatur. Vix em̃ est qui ita curetur, ut nullum suscepti uulneris residere uideatur indiciũ. Transi nũc ab ista legis umbra ad ueritatem eius, & intuere quõ anima quæ peccati uulnus acceperit, etiã si curet, tamẽ habet peccati cicatricẽ in loco uulneris residentẽ. Quæ cicatrix nõ solũ à deo uidetur, sed

& ab eis

& ab eis qui acceperũt ab eo gratiã, qua peruidere possint animę languores, & discerne re quę sit anima ita curata, ut omni genere uestigiũ illati uulneris abiecerit: & quę cura ta sit quidẽ, sed ferat adhuc ueteris morbi in ipso uestigio cicatricis indicia. Quod autẽ sint quędam animæ uulnera Esaias docet, dicens: A pedib. usq; ad caput nõ est uulnus, neq; liuor, neq; plaga cum feruore, de delictis hæc proculdubio populi loquẽs: qa sunt aliqui quib. possit adhuc medicamentũ malagmatis imponi. Alij uerò quod sint intantũ peccatores, ut eis nec cura possit adhiberi, hoc modo idẽ propheta designat: Nõ est, inquit, malagma imponere, neq; alligaturas. Quod aũt contritio, & plaga doloris ꝑ correptionẽ, curæ causa imponantur animæ Hieremias docet, dicens: Sic dicit dñs: Suscitaui contritionẽ plagę tuę cum dolore: non est qui iudicet iudiciũ tuum, cum dolore curata es, utilitas nõ est in te. Omnes amici tui obliti sunt tui, nec iã interrogabunt de te: quia plaga inimici percussi te correptiõe ualida pro omni iniquitate tua, quoniã multiplicata sunt peccata tua. Quid uociferaris super contritione tua? Violẽtus est dolor tuus, propter multitudinẽ iniquitatũ tuarum præualuerunt peccata tua, & fecerũt tibi hæc. Propterea omnes qui deuorant te deuorabuntur, & oẽs inimici tui carnes suas deuorabũt. Et erunt qui te afflixerunt in afflictione, & omnes qui deuastauerũt te, dabo in depręda tionem: qm̃ reuocabo sanctitatem tuã, & à uulneris tui dolore reuocabo te, dixit dominus. Memento diligentius quę audieris à propheta de uulneribus, & de cicatricibus, & de tumoribus dici. Hęc em̃ nobis necessaria sunt ad expositionem cicatricum, uel uulnerum, uel aliorũ huiuscemodi quę in lepræ inspectionibus memorantur. Addemus tamẽ adhuc quæ & in alio loco idẽ Hieremias ad animæ uulnera, & curas, in quibus tamẽ uestigia uulnerũ resederint post obductã cicatricẽ, his sermonib. memorat: Ecce ego adducam cicatricem eius, & simul curabo eos, & manifestabo eis pacem & fidem, & conuertam captiuitatem Iudę, et captiuitatẽ Hierusalem. Si ergo sufficienter à propheta didicimus de uulneribus & cicatricibus animarũ, & curis ac sanitatibus, quę deo medicãte inferuntur, intuere nũc illam animã, de qua dicit dñs, quia ego adduxi cicatricẽ eius. Post uulnera sine dubio cicatricem adducit, & sanitatẽ. Et curabo eos, & manifestabo eis pacem & fidem. Si ergo post cognitionẽ, & medicinã dei, si post manifestationẽ pacis et fidei, quã per Christũ suscepimus, rursum in istam cicatricẽ ascẽdat aliquod peccati prioris indicium, aut signum aliquod erroris ueteris innouet̃: tunc fit in cute corporis nostri contagio lepræ, quæ inspicienda est per pontificẽ, secundũ ea quæ legislator exposuit. Secũda uerò species est lepræ, si effloruerit, inquit, in cute, ita ut tegat omnẽ cutẽ corporis à capite usq; ad pedes, per omnia quæcũq; sacerdos inspexerit. Cũ ergo omnẽ cutem corporis obtexerit, tunc mundũ eum esse sacerdos à contagione pronũciat. Sed in quacunq; die apparuerit in eo color uiuus, rursum iudicatur immũdus per hoc quod color in eo uiuus apparuit, quẽ ante nõ habuit. De hoc quidam etiã ante me dixerũt, colorem uiuũ indicari rationẽ uitæ quę in homine est: qua nondũ in anima posita si quid illic peccati fiat, non reputatur pro eo ꝙ uideatur nondũ rationis capax esse is qui delinquit. Cũ autem ratio in eo locũ ac tẽpus inuenerit, si quid iam contra rationẽ agat, uideri eũ iure culpabilẽ. Nos aũt diligentius quæ scripta sunt contuentes, arbitramur magis hęc de illis accipienda, quibus uel phrenesi, uel furore, uel quocũq; ex pacto occupatus uel oppressus est sensus, et agũt cõtra rationẽ. Mũdi ergo isti à lepra, id est immunes appellant̃ à peccato, quia actus sui, uel motus, non habẽt sensum. Quod si forte apparuerit in eo uiuus color corporis, hoc est sensus sui reparata in eo fuerit sanitas, & post hæc aliquid cõtra rationẽ recti iustiq; gerat, reputari ei peccatũ dicit̃ ex ea parte qua uiuus color, id est sensus in eo uiuę rationis apparuerit. Tertia lex de leprosis est cũ in cute corporis ulcus efficitur, & in loco ulceris cicatrix alba cum rubore inuenitur. Vlceris autẽ causa est, cũ in corpore humor sordidus abundat & noxius. Ita ergo & in anima ulcera intelligunt̃ ea, quæ ex immũdis cupiditatibus, uel sordidis cogitationibus efferuescũt. Quæ si forte per fidei gratiam & remissionẽ curata sunt peccatorum, & sana facta est anima, residet tamen cicatrix: & si ipsa cicatrix non habet similem corporis colorẽ, sed est albidior, lepra esse pronunciatur. Ita enim lucida est & clara cupiditas, ut etiã porro uidentib. peccati in se residentis ostendat indicia: & fortassis peccati talis, quod ad mortẽ sit: & ideo non solum alba cicatrix esse, sed & rubicunda describitur. Quod uerò humiliorẽ ipsam

Esa.1

Hiere.30

cicatricem dicit uideri, certum est quia huiusmodi macula peccati humilem & delectã animã faciat Quarta est lex, ubi dicitur, quia si in cute fiat adustio ignis, & post hęc cum sanata fuerit adustio, ipsa splẽdida fiat, & alba cũ rubore, uel certe exalbida, & uilio eius humilior reliqua cute, & hanc dicit esse lepram, quę in adustionẽ effloruerit. Vide ergo si non adustio est in omni anima quæcunq; recipit iacula maligni ignita: aut si non igni aduritur, omnis qui ardet in amore carnali. Istæ sunt ergo adustiones, & succensiones ignis. Sed & ille adustionem patitur, qui gloriæ humanæ cupiditate succenditur, & qui iræ, uel furoris æstibus inflammatur. Quod si forte curetur ab his uulneribus anima per
Ioan. 5 fidem, & post sanitatem receptam cõtempto eo qui dixit: Ecce iam sanus factus es, noli peccare, ne quid tibi deterius contingat, incipiat ueteris uitij fructus ex obducta cicatrice pferre, nec exęquet cicatrix ad reliqui corporis cutẽ, sed sit humilior, & illũ adhuc retineat colorem, quem habuit leprę tẽpore: lepra eius in adustione refloruit, & ideo immundus à sacerdote iudicatur. Quinta species leprę est, cum in capite cõtagio efficitur, aut in barba uiri, siue mulieris, ita ut uilio cõtagiõis ipsius humilior sit à cute corporis, et hæc est lepra capitis, uel barbæ. Vide ergo si potest fieri, ut lepra capitis putetur in eo, q̃ non habet caput Christum, sed alium aliquem, uerbi causa: Epicurum uoluptatem summum bonum prædicantem, nũ tibi & caput, & barba talis hominis uidetur immunda? Sed & is qui cum debeat esse uir, & agere tanquam perfectus, si forte facile & tanquam puer uincatur à peccato, etiã ipse lepram barbæ habere dicẽdus est: quia cũ uincere deberet malignum, et sacerdotali honore, qui in barba designatur, incedere, adolescẽtię uitijs impeditus, lepram barbæ perpetitur. Mulierem aũt animã in scripturis indicari eã, quæ non tam proferre semen uerbi, quàm suscipere potest, sæpe dictum est: quę lepram habere designatur in capite, si uirum qui caput mulieris est, id est doctorem pollutũ habeat, & immundum, ut Marcionẽ, aut Valentinũ aut aliquem eiusmodi sequens. Sexta iam & ultima species lepræ ponitur quæ fit in caluitio, uel recaluatione: quę res quantũ in seipsis est, mundæ sunt. Sic eñ dicit & lex. Si cuius, inquit, defluxerint capilli capitis, caluus est, mundus est. Si aũt à fronte eius defluxerint, recaluus est, & mundus est. Et cõ uenienter hæc referuntur ad animã, ut cum ea quæ sui natura mortua sunt abijcit ac deponit, mũda esse dicatur. Sed post hęc si ea quę prius purificata fuerãt, repullulare cœperint sordidius & humilius, quàm dignitas puritatis expetit, uidebũtur immũda, ac leprosam animam reddẽt. Et hoc iam generaliter de omni leproso, in quo fuerit contagio lepræ, & humilior uidebitur à reliqua cute: humilius nanq; est oñe animę uitiũ à reliquis eius uirtutibus. Lex quę spiritalis est, alia quædam decernit. Vestimenta, inquit, eius dissuta sint, & caput eius reuelatum, & os eius adopertũ. Per quæ designat eum qui in anima leprosus est, id est qui peccatis confixus est, non oportere assuere sibi tegumenta, & turpitudines operire peccati. Sicut enim is cuius uestimẽta dissuta sunt, nudam atq; intectam gerit turpitudinẽ corporis: ita oportet eum qui peccatis aliquibus obseptus est, mala sua & flagitia nullis uerborũ assumẽtis, nullis excusationũ uelaminib. operire: uti ne fiat sepulchrũ dealbatũ, q̃d deforis quidẽ apparet hominib. speciosum, intus aũt plenum est ossibus mortuorũ, & omni immũditia. Vult ergo lex diuina peccatorẽ nõ solũ uestimẽta nõ assuere, sed et caput nõ contegere: ut si quod est capitis delictũ, id est si in deũ aliquid cõmissum est, si in fide peccatũ est, ne hæc quidẽ habeañ obtecta: sed omnibus publicenť, ut interuentu & correptione omniũ emendeť, & ueniã mereať. Veruntamen leprosus iste, os tantũmodo iubeť obtegere. Quid est hoc q̃ omnes corporis partes nudas habere pręcipiť, & os solũ operire iubetur? Nõne palã est, & in aperto positũ, quod ei qui in lepra peccati est, claudit̃ sermo, clauditur os, ut fiducia sermonis, & docẽ
Psal. 50 di auctoritas excludatur? Peccatori enim dixit deus: Quare tu enarras iustitias meas, & adsumis testamentũ meum per os tuũ? Clausum ergo habeat os peccator, quia qui seipsum nõ docuit, docere alium nõ potest: ideo os suum iubeť operire, qui male agẽdo, loquendi perdidit libertatẽ. Immundus, inquit, erit, & separatus sedebit foris, extra castra erit cõuersatio eius. Clarum est quod oñis immundus abijciať à cõuentu bonorũ, & segregeť à cœtu, castrisq; sanctorũ: & ideo dicit q̃ extra castra erit cõuersatio eius. Quòd si forte mundatus fuerit, sponte quidem, & à semetipso nõ uenit ad sacerdotẽ: sed offertur, inquit, ab alio, nec intrat in castra. Neq; enim conueniens erat, ut ea die qua mundabatur

batur, priusquã fierent pro eo quæ cõpetebant, introiret in castra. Propter quod sacerdos, inquit, exibit ad eũ foras extra castra. Sẽper enim ad eũ qui nõdũ potest introire in castra, exit ille q̃ potest exire extra castra, qui dicit: Ego à deo exiui, & ueni in hũc mundum. Exit ergo ad eum sacerdos, & cõsiderat si iam recepit sanitatẽ, si à lepræ contagione purgatus est. Cum aũt uiderit eum sacerdos, præcipit ut accipiant duæ gallinæ uiuæ ei, qui mundatur, & lignũ cedrinũ, & coccũ tortũ, & hyssopũ. Videnr mihi etiã hic duę iste gallinæ habere similitudinẽ quandã duorũ hircorũ, ex quibus unus domino offert, alius in eremũ emittit. ita enim & hic ex duabus gallinis una immolat, & alia in campum dimittit. Dat ergo & hic qui purgatur à lepra, aliquã partem quæ abiiciatur in eremum. Alia aũt pars domino offertur pro eo. Nondũ tamen hic qui purgatur à lepra, & offert gallinas, etiã ipsa illa quę pro eo dño offertur, ad altare offertur, sicut turtures, aut columbę. Nondum enim eadem die is qui purgat à lepra diuino altari dignus efficitur. Propter quod mandat Legislator, ut eadẽ die qua purgat, accipiant duæ gallinæ ad purificationẽ eius. Puto aũt q̃ & hic illius gallinæ intellectus latenter habeatur, per quam purificatio efficitur peccatoris, de qua scriptũ est. Quoties uolui cõgregare filios tuos, sicut gallina cõgregat pullos suos sub alis suis, & noluisti. Indiget tamen ut per lignũ cedrinũ purificetur is qui purificatur. Impossibile nanq̃ est sine ligno crucis, peccati leprã posse purgari, nisi adhibeatur & lignum in quo saluator (sicut Apostolus Paulus dixit) exuit principatus & potestates, triũphans eos in ligno. Iungitur tamen ad emundationem lepræ huius, etiã coccũ tortum, sociatur & hyssopũ. Coccus tortus figurã sacri sanguinis cõtinet, qui de eius latere per lanceæ uulnus exortus est. Et hyssopũ. Hoc genus herbæ naturã habere medici ferunt ut diluat & expurget si quæ illæ pectori hominum sordes ex corruptione noxij humoris insederint. Vnde & necessario in expurgatione peccatorũ huiuscemodi graminis figura suscepta est. Coccũ uerò quod sæpe sumptum sit ad salutis subsidia, in diuinis referri uoluminib. inuenimus, sicut in partu Thamar, cũ unus, inquit, prior protulit manũ. Accipiẽs aũt obstetrix coccũ, alligauit in manu eius, dicens: Hic exibit prior. Sed & Raab meretrix, cũ exploratores suscepissẽt, & pactũ ab eis salutis acciperet, & illi: Pone, inquiunt, signũ resticulã coccineã, & alligabis eã in fenestra ista, per quam deposuisti nos. Obserua tamen & illud, quod nõ ipse sacerdos immolare gallinã dicit, nondum enim dignus est hic qui fuit leprosus, ut ipse sacerdos pro eo immolet. Propter quod nec sanguis gallinæ offert ad altare, sed dicit quia occidetur gallina in uasculo fictili, in quo uase aqua uiua sit missa, ut & aqua adsumat ad purificationem, & cõpleatur plenitudo mysterij in aqua & sanguine, quod dicitur exisse de latere saluatoris, & illud nihilo minus quod loãnes ponit in epistola sua, & dicit purificationẽ fieri in aqua, & sanguine & spiritu. Vnde & hic uideo omnia ista cõpleri. Spiritus enim est gallina istius quæ occiditur, & aqua uiua quæ in uase est, & sanguis qui super eam diffusus est, nõ quod per hæc iterãdã baptismi gratiam sentiamus, sed quod omnia purificatio peccatorũ etiam hæc quæ per pœnitentiã quęritur, illius ope indiget, de cuius latere aqua processit, & sanguis. Vide ergo quõ & uiua gallina, & lignũ cedrinum, & coccũ tortum, & hyssopum tingitur in sanguine pulli & aqua uiua, ut ex hoc aspersus, & purificatus ex aqua & sanguine, in quo tincta est & illa gallina quæ in cãpum dimittitur, & septies contra dominũ resparsus, is qui purificatur mundus efficiat ab omni immunditia, qua fuerat ex leprę cõtagione possessus. Sed & illud aduerte, quõ cum superius dixerit: Hæc lex leprosi in qua die mundatus fuerit, nũc his omnib. addit & dicit: & mundus erit. Si em̃ semel abiecta lepra mundatus est, quomodo adhuc mundus erit? Sed uide quia etiã si mundetur quis à peccato, & non sit iam in opere peccati, ipsa tamẽ uestigia sceleris cõmissi purificatione indigent, & ea quã exposuimus, & alia nihilominus quę mandat in consequẽtibus. Obseruauimus em̃ & hoc quod scriptũ est de lepra, in qua die mũdatus fuerit, post hæc inter cætera quæ mandant tertio dictũ esse, & mundus erit, & iterũ ad ultimũ scriptũ esse, & mundabitur. Vnde mihi uidetur esse quasdam & in ipsa purificatione differẽtias, et (ut ita dixerim) profectus quosdam purgationum: Potest enim & de illo qui cessat à peccato, dici, & mundus erit, sed non statim ita mundus uidebitur, ut ad summam puritatis accesserit. Denicq̃ addit his quæ dixerat: In quacunque die mundatus fuerit, & emittet, inquit, uiua gallina in campũ, & lauabit uesti-

Ioan. 8

Matt. 23

Col. 2

Ioſ. 2

menta ſua is, qui purificat. Poſt hæc aũt omnẽ, inquit, pilum radet. & addit: Et lauabitur in aqua. Et poſt hæc addit: Et mũdus erit. Neq; em̃ ſufficit quod in reſpõſione dixerat, mũdus erit, niſi adieciſſet etiã hęc. Sordida ergo ueſtimẽta habuit uſq; adhuc iſte, qui purificatur à lepra, etiã poſt aſperſionẽ, & nunc lauare ea iubetur. Quæ tamen ueſtimenta non mihi per omnia malæ texturæ uidenť fuiſſe. Alioquin abijci ea magis q̃ lauari præciperet. In quo oſtenditť, neq; per omnia alienã fuiſſe à deo cõuerſationẽ eius, neq; pure omnino & integre cuſtoditam. Nõ enim lauaret ueſtimẽta, niſi fuiſſent ſordida, nec iterum lotis eis uteretur, ſi fuiſſent textrini in omnibus alieni. Quod aũt radi iubet omnem pilũ, puto q̃ om̃e quicquid emortui operis animæ poſitę in peccatis exortũ eſt. Hoc em̃ nunc pili nomine iubeť abijcere. Peccator em̃ omne q̃d ei ſiue in cõſilio natũ eſt, ſiue in uerbo, ſiue in opere, expedit ſi uere purificari uult, ut eradat, & abijciat, nec reſidere aliquid patiatur. Sanctus aũt ſeruare debet omnẽ capillũ, & ſi poſſibile eſt, nec aſcendere debet ferrum ſuper caput eius, ne abſcindere aliquid de cogitationib. ſuis ſapientibus,
1.Reg.1 aut dictis, aut operibus poſſit. Inde deniq; eſt, quod & Samueli ferrũ dicitť non aſcendiſſe ſuper caput: ſed & omnib. Nazaræis, qui ſunt iuſti, quia iuſtus ſicut ſcriptũ eſt, omnia quæcunq; fecerit proſperabunť, & folia eius nõ decident. Hinc & diſcipulorũ dñi etiã capilli capitis dicuntur eſſe numerati: hoc eſt oẽs actus, omnes ſermones, oẽs cogitationes eorũ ſeruãtur apud deum, quia iuſtæ, quia ſanctæ ſunt. Peccatorũ uerò omne opus, omnis ſermo, omnis cogitatio debet abſcindi. Et hoc eſt quod dicitur, ut omnis pilus corporis eius radatur, & tunc erit mundus. Sed & hoc obſerua, quòd nõ ſufficit ei poſt purificationẽ uel ueſtimẽta lauiſſe, uel omnem pilum raſiſſe, niſi & lotus fuerit in aqua. Oportet nanq; eum abijcere omnes ſordes, omnẽ immunditiã, non ſolum de ueſtimentis, ſed & de proprio corpore, ut nulla in eo macula extincte leprę reſideat. Tertio ergo nunc purificatus, ita demum dignus efficitur ingredi caſtra domini, non tamen continuo permittitur ei introire domũ ſuam, ſed dicitur ut extra domũ ſuam maneat ſeptem diebus, & radat omnem pilum capitis & barbæ, & ſupercilíorum: quaſi non ſuffecerit quod prius omnem pilum raſerat, nũc additur, ut omnem pilum capitis & barbæ, & ſuperciliorũ radat. Idem nanq; uidebatur dictũ in eo quod dixerat omnẽ pilum radendũ. Sed nõ mihi uidetur inanis eſſe iſta repetitio. Vult enim peccatorẽ poſteaq; fuerit mundus, poſteaquã remiſſionẽ per pœnitentiã acceperit peccatorũ, de purgatione capitis admonere, et barbę, & ſuperciliorũ, uelut ſi diceret ei: Ecce ſanus factus es, uide ne ultra capitis contrahas culpam. Capitis enim peccatum eſt, aliter quàm fides eccleſiæ continet, de diuinis ſentire dogmatibus. In barba uerò, ut meminerit ſemper uirilis ætatis de poſuiſſe peccata, & conuerſus fiat ſicut infans. In ſupercilijs autem arrogãtiam deijciat, & male elatum ut ad humilitatem Chriſti inclinet ſupercilium. Secundo ergo ad hunc modum omnis pilus corporis raditur. Et ſicut hæc geminantur, ita & ueſtimenta ſemel in prima purificatione lauiſſe non ſufficit, ſed ſecundo præcipitur ut lauet ueſtamenta ſua & corpus ſuũ aqua, & tunc quarto additur, & mundus erit. Hæc autem fiunt intra caſtra quidem poſito eo, adhuc tamen extra domũ ſuam. Dicit enim poſt ſeptem dies: In die octaua aſſumet ſibi duos agnos. Iam nõ alius aſſumit, ſed ipſe ſibi aſſumit. Duos, inquit, agnos immaculatos, & ouẽ unã anniculã immaculatã, & tres decimas ſimilaginis conſperſæ in oleo, & cyathum olei unum, poſt hæc quinta purificatione purificatus cõſummetur. Ex his duobus agnis, unus quidem immolatur, & dicitur pro delicto, in loco, inquit, in quo iugulatur pro peccato, & ubi holocauſtomata fiunt in loco ſancto. Ecce iam dignus efficitť ut offerat ſacrificium, qui potuit ad quintam purificationẽ peruenire, & hoſtia eius ſancta ſanctorũ fit. Alius aũt agnus holocauſtũ efficitur, in quo & rẽ propitiari pro ipſo ſacerdos dicitť, ut purgetur. Igitť primus agnus, qui pro delicto eſt, uidetur mihi uirtutis ipſius formã tenere, quã aſſumpſit is qui erat in peccatis, per quam potuit à ſe propellere affectum peccandi, & malorũ ueterum pœnitudinem gerere. Secundus uerò agnus figuram tenere illius iam recuperatæ uirtutis, per quam abiectis & procul fugatis omnibus uitijs, integrum ſe, & in integro obtulit deo, et dignus extitit diuinis altaribus. Ouis autẽ quæ poſt agnos aſſumitur quantum conijcere in tam difficilibus locis ualemus, fœcunditatem puto q̃ ſignificet eius, qui conuerſus eſt à peccato, & totum ſe obtulit deo, qua poſt omnia in bonorum operum fœtibus utitur, & innocentiæ

centiæ fructib. pollet. In tria ergo purificationis huius, id est conuersionis à peccato ratio diuidit. Prima est hostia, qua peccata soluunt. Secunda est, qua anima cõuertitur ad deum. Tertia est fœcunditatis, & fructuũ, quos in operibus pietatis is qui dicitur cõuersus, ostendit. Et quia tres istę sunt hostiæ, idcirco subiũgit: Et tres mẽsuræ decimæ similaginis assumẽdæ sunt. Vbicp intelligamus purificationẽ fieri nõ posse sine mysterio trinitatis. Vide aũt quod hic in quinta purificatiõe nõ assumit farina, sed iam similam habet iste qui purificat à peccatis, simila ei adscribit, unde habeat iam panẽ mũdũ, & hęc oleo cõspergitur. Sed & oleum eius ad duos usus diuidit. Vnũ quo simila conspergit, alium quo sacerdos accipit integrã mensurã cyathi, ut ait. In quo ut ego sentio, & panis eius pinguis efficit pro misericordia, & oleum quo lux uera & scientiæ ignis accendit, per manus sacerdotis capiti eius imponitur. Ita enim dicit: Et statuet, inquit, eum sacerdos qui mũdat eum in cõspectu dñi, ad ostiũ tabernaculi testimonij. Vides quia sacerdotis est statuere eum qui conuertit à peccato, ut stabilis esse possit, & ultra nõ fluctuare, nec moueri omni uẽto doctrinæ. Statuit ergo eum nõ solum intra castra, sed ad ipsum ostiũ tabernaculi testimonij ante dñm. Et posteacp secundum ea quę superius dicta sunt, offeruntur hostiæ pro purificatiõe, adhibet, inquit, & cyathũ olei, & separat illud ante dñm. Et accipiet, inquit, sacerdos de sanguine, & ponet super extremã auriculã eius dextrã, & super extremam manũ eius dextrã, & super extremũ pedem eius dextrũ. Et post hęc, inquit, accipiet sacerdos nõ ipsum cyathũ olei, sed ex ipso. Et defundet, inquit, in manũ suam sinistram, & intinget digitum suũ sacerdos in oleo, quod est in manu eius sinistra, & asperget septies ante dominũ: & iterum ex eo quod supererit in manu eius sinistra, imponet super auriculam eius qui purificat dextram, & super extremã manũ eius dextrã, & super extremum pedem eius dextrum. Et post hęc id quod relictũ fuerit ex oleo, imponet, inquit, sacerdos de manu sua super caput eius qui purificatur. Vides quõ ultimę & summæ purificationis est, aurem purificari, ut purus & mundus seruetur auditus. Et manum dextrã, ut mũda sint opera nostra, nec aliquid immundũ his admisceat & sordidum. Sed & pedes purificandi sunt, ut ad opus bonũ tantũmodo dirigantur, nec ultra lapsus iuuẽtutis incurrãt. Septies aũt respergit sacerdos contra dominũ ex oleo. Post omnia etenim quæ pro purificato celebrata sunt, postcp cõuersus, & recõciliatus est deo, post immolatas hostias, ordinis erat, ut & uirtutẽ super eum septemplicẽ sancti spiritus inuitaret, secundũ eum qui dixerat: Redde mihi lætitiã salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Vel certe quoniam peccatorũ corda dominus in euangelio testatur à septẽ dæmonibus obsideri, cõpetenter septies ante dominũ sacerdos in purificatione respergit, ut expulsio septẽ spirituum malignorum de purificati corde, septies excusso digitis oleo declaretur. Sic ergo cõuersis à peccato, purificatio quidem per illa omnia datur, quæ superius diximus. Donũ aũt gratiæ spiritus, per olei imaginẽ designat, ut nõ solum purgationẽ consequi possit is qui conuertit à peccato, sed & spiritu sancto repleri, quo & recipere priorem stolam, & annulum possit, & per omnia reconciliatus patri in locum filij reparari, per ipsum dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De sacrificijs repropitiationis, & de duobus hircis, quorũ unus sors est domini, & unus Apopompæi, qui dimittitur in eremum, & de ingressu pontificis in sancta sanctorum. Homilia IX Ex Cap. XVI

IE propitiationis indigent omẽs, qui peccauerũt, & ideo inter solennitates legis, quæ figuras cõtinẽt cœlestium mysteriorũ, una quædam solennitas habetur, quæ dies propitiationis appellat. Hæc ergo quæ nunc recitata sunt legislatio est solennitatis ipsius, quæ dies (ut diximus) propitiationis uocitata est. Sed uideamus primo quid sibi uelit literæ ipsius cõtinentia, ut orantibus uobis, si tamẽ ita dño supplicetis ut exaudiri mereamini, possimus accipere gratiã spiritus per quam explanare ualeamus mysteria quæ cõtinentur in lege. Defuncti sunt duo filij Aaron Nadab & Abiu, cum offerrent ignem alienum ad altare domini. Necesse erat, ut cœlesti doctrina instrueret Aaron quõ oporteret eũ ad altare accedere, & quo supplicationũ ritu propitiũ faceret deũ, uti ne in ea ipse incurreret, in quæ incurrerant

rant filij sui, incaute & incõueniẽter accedentes ad altare dei, alienũ ignem, & nõ illum qui diuinitus datus fuerat, offerentes. Propterea ergo de his hoc modo præfata est lex.

Et locutus est dñs ad Moysen posteaq; defuncti sunt duo filij Aaron dũ offerrẽt ignẽ alienũ ante dñm. Et dixit dñs ad Moysen: Loquere ad Aaron fratrẽ tuum, ut non intret omni hora in sancta interiora, quod est intra uelũ ante cõspectũ propiciatorij quod est supra arcã testimonij, & nõ morietur.] Ex quo ostenditur q; si in omni hora introeat sancta nõ præparatus, nõ indutus põtificalibus indumẽtis, neq; hostijs quæ statutæ sunt prępa ratis, neq; propitiatio prius deo, morietur. Et iuste quidẽ, tanq; qui nõ fecerit ea quæ cõue uenit fieri anteq; accedat ad altare dei. Oẽs nos iste sermo cõstringit, ad oẽs pertinet q̃d hic loquitur lex, pręcepit em̃ ut sciamus quõ accedere debeamus ad altare dei. Altare em̃ est super quod oratiões nostras offerimus deo, ut sciamus quõ debeamus offerre, scilicet ut deponamus uestimẽta sordida, quæ est carnis immũditia, morũ uitia, inquinamẽta libidinũ. Aut ignoras tibi quoq;, id est omni ecclesiæ dei, & credentiũ populo sacer-

1 Pet. 2 dotiũ datũ? Audi quõ Petrus dicit de fidelibus: Genus, inquit, electũ, regale sacerdotiũ, gens sancta, populus in acquisitionẽ. Habes ergo sacerdotiũ, quia gens sacerdotalis es, & ideo offerre debes deo hostiã laudis, hostiã orationũ, hostiã misericordiæ, hostiã pudicitiæ, hostiã iustitiæ, hostiã sanctitatis. Sed ut hæc digne offeras, indumẽtis tibi opus est mundis, & segregatis à reliquorũ hominũ cõmunibus indumẽtis, & ignẽ diuinũ necessariũ habes, nõ aliquẽ alienũ à deo, sed illũ qui à deo hominib. datur, de quo filius dei

Luc. 12 dicit: Ignem ueni mittere in terrã, & quã uolo ut accendat. Si enim non hoc sed alio & huic cõtrario igni utamur, illo qui se trãsfigurat sicut angelũ lucis, eadẽ sine dubio patie mur, quæ Nadab passus est & Abiu. Præcepit ergo mandatũ diuinũ, ut instruat Aaron ne omni hora intraret in sancta ad altare, sed cum fecerit prius ea quæ fieri mandantur, ne forte moriat. Sed primo omniũ ostendamus quo modo hæc quæ de sacrificijs cõscri buntur, figuras esse apostolus dicit, & formas, quarum ueritas in alijs ostendat, ne forte auditores pręsumere nos arbitrent, & legẽ dei in aliũ sensum q̃ scripta est, uiolenter in flectere, quippe qui nulla in his quæ asserimus apostolica præcedat auctoritas. Paulus ergo ad Hebræos scribens, eos scilicet qui legẽ quidẽ legerẽt, & hæc meditata haberẽt, & bene nota, sed indigerẽt intellectu qualiter sentiri de sacrificijs debeat, hoc modo di

Heb. 9 cit: Non enim in sancta manu facta introiuit Iesus exẽplaria uerorũ, sed in ipsum cœlũ, ut appareat nũc uultui dei pro nobis. Et iterũ dicit de hostijs: Hoc enim fecit semel seip sum offerẽdo. Sed quid de his singulatim quęrimus testimonia? Omnẽ epistolam ipsam ad Hebræos scriptã si quis recenseat, & præcipue eum locum, ubi pontificẽ legis con-

Psal. 110 fert pontifici repromissionis, de quo scriptũ est: Tu es sacerdos inæternũ secundum ordinem Melchisedech, inueniet quõ hic locus omnis apostoli, exemplaria & formas o-stendit esse rerum uiuarũ & uerarũ, illa quæ in lege scripta sunt. Oportet ergo nos quærere pontificẽ, qui semel in anno, id est per omne hoc prẽsens seculum sacrificiũ obtulit deo, indutus uestẽ, cuius dño iuuante, quæ sit qualitas ostẽdemus. Tunica, inquit, linea sanctificata induetur. Linũ de terra oritur, tunica ergo sanctificata linea induitur uerus pontifex Christus, cum naturam terreni corporis sumit. De corpore enim dicitur, quia terra sit, & in terrã ibit. Volens ergo dñs & saluator meus hoc quod in terram ierat suscitare, terrenũ susceptit corpus, ut id eleuatũ de terra, portaret ad cœlum. Et huius mysterij tenet figuram hoc, quod in lege scribitur, ut linea tunica pontifex induat. Sed quod addidit sanctificata, non ociose audiendũ est. Sanctificata nanq; fuit tunica carnis Christi, non enim erat ex semine uiri concepta, sed ex sancto spiritu generata. Et femoralia,

Vestes Aaron inquit, linea sunt super corpus eius. Femorale indumentũ est quo pudenda corporis cõ tegi & cõstringi solent. Si ergo aspicias saluatorẽ meũ susceptisse quidẽ corpus, & in cor pore positũ egisse humanos actus, id est uescendi, & bibendi, & cætera similia, hoc autẽ solũ opus nõ egisse quod ad pudenda corporis pertinet, carnẽq; eius neq; nuptijs neq; filiorum procreationi patuisse, inuenies qualiter femoralia linea sanctificata habuerit,

1 Cor. 12 ut uere de ipso dici debeat, quia inhonestiora nostra abundantiorẽ habẽt honorẽ. Con sidera tamẽ & ipsum pontificis habitũ, quia quod per naturam minus in eo honestũ uidetur, indutis femoralibus lineis & zona cõstrictis, etiã secundum literã de eo cõuenit dici, quia inhonestiora nostra abundantiorẽ honestatẽ habent. Ita ergo & omnis qui in

castitate

castitate uiuens imitatur Christum, hoc solum de humanis actibus nescientem, ipse etiã lineis femoralibus sanctificatis indutus est, & inhonestioribus suis abundantiorem circumdedit honestatem. Tunica ergo linea sanctificata induitur, & femoralia linea super corpus eius sunt. Sed ne forte femoralia hæc quibus pudenda conteguntur, resoluta defluant, & turpitudinem reuelent aut retegant, adiungit. Non enim, inquit facies gradus ad altare, ne forte reueletur in his turpitudo tua. Ne ergo turpitudo tua defluentibus femoralibus reueletur, zona, inquit, femoralia cõstringantur. Quodam tẽpore exponentes Ioannem baptistam, & alias Hieremiam, quod Hieremias quidem zonam, Ioannes uerò pelliceam zonam circa lumbos habuisse diceret, sufficienter ostendimus quomodo p hæc declaret indicari pars illa corporis apud huiusmodi uiros ita emortua, ut neq; uel leuis motus, neq; alius quisquam in lumbis eorum fuisse crederetur, sed sola castitas, & pura pudicitia. Zona ergo pontifex linea cingitur, & cidarim lineam imponit super caput suum, omnia linea. Cidaris quod dicitur ornatus quidam est qui capiti superponitur, quo utitur pontifex in offerendis hostijs, uel cæteri sacerdotes. Sed unusquisq; nostrum ornare debet caput suum sacerdotalibus ornamẽtis. Etenim quia omis uiri caput Christus est, quicunq; ita agit ut ex actibus suis conferat gloriam Christo, caput suũ qui est Christus ornauit. Potest & alio modo in nobis intelligi capitis ornatus. Quoniã quidem quod est in nobis primum ac summũ, & caput omniũ, mens est, ad dignitatẽ pontificiam excolit caput suũ, si quis mentem suam adornauerit sapientię disciplinis. Ista igit sunt quibus indui præcipitur pontifex, ita & demũ introire in sancta, ne hæc nõ habens moriatur. Iam uerò de hostijs quædam quidem ipsius mãdantur debere esse pontificis, quędam uerò à populo sumẽda. Ipsius enim dicitur uitulus, quod est in animalibus pretiosius & robustius. Et secundũ animal aries, quod in ouibus sine dubio pretiosius est, A populo uerò munera iubent offerri, aries à principibus, & hirci duo à populo. Vnus qui dimittat in eremũ, qui & apopompæus nominat, & unus qui dño offeratur. Si esset omnis populus dei sanctus, & omnes essent beati, nõ fieret duæ sortes super hircis: & unus quidẽ sortẽ ferret, ut dimitteret in eremũ, alius uerò ut domino offerret, sed esset sors una, & hostia una dño soli. Nunc uerò quoniã in multitudine eorũ qui accedũt ad dominũ sunt quidam domini, alij aũt sunt qui mitti ad eremum debeãt, id est qui abijci merentur & separari ab hostia domini, propterea pars hostiæ quæ offertur à populo, id est unus solus hircus dño immolatur, alius aũt abijcit, & in eremũ dimittit, & apopompæus nominatur. Sors tamen cadit super utrunq;, & ille quidẽ qui in eremũ dimittitur, dicitur quòd ipse auferat super se peccata filiorũ Israel, & iniustitias eorũ, & iniquitates ipsorum. Non enim ille hircus qui domini sors efficitur, sed ille cuius sors est ut in eremum dimittat, auferre ea dicitur, secundũ illud credo quod scriptũ est: Dedi cõmutationem tuã Ægyptũ, & Æthiopiã, & Syenen pro te, ex quo tu honorabilis factus es in cõspectu meo. Peccata igitur eorũ qui pœnitentiã egerunt, & eorũ qui dereliquerunt malitiam, super capita sua suscipiunt hi qui effecti sunt in sorte eius, qui in eremũ dimittitur qui seipsos dignos tali ministerio, uel huiusmodi sorte fecerunt. Cõuenit aũt uelut ecõtrario aptari his & illud quod dictum est: Qui habet dabitur ei. Sicut enim qui habet iustitias, dabitur ei: ita & qui habet peccata, intantum ut in sorte apopompæi inueniatur illius qui in eremum emittitur, addentur ei ea quæ abstergentur à sanctis, ut & in ipsis compleatur quod scriptum est: Ab eo autem qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo, ut ei addatur, qui habet multas mnas peccatorum. Verum quoniam is qui in sorte domini est, spem gerit non in præsenti seculo, sed in futuro, & cuius sors dominus est, quotidie moritur, propterea is quidem super quem sors domini cecidit, iugulatur & moritur, ut sanguine suo purificet populum dei, ille aũt qui in sortem contrariam ceciderit, non est dignus ut moriatur, quia qui in sorte domini est, nõ est de hoc mũdo: ille uerò de hoc mundo est, qui in mundo dimittitur, & mundus quod suum est diligit. Ideo nõ occiditur, nec dignus est iugulari ad altare dei, nec sanguis eius ad basim altaris meretur effundi. Sed uideamus quis est hic qui accepit eũ, cuius sors apopompæi facta est, ut eum ejciat in eremum. Homo, inquit, paratus accipiet hircum qui uenerit in sortem eius, cui ceciderit sors apopompæi, & adducet eum in eremũ. Finis sortis istius eremus est, id est locus desertus, desertus uirtutibus, desertus deo, desertus iustitia, desertus

Exod. 20

Matt. 3

Matt. 13

Christo

Christo, desertus omni bono. Et nos ergo singulos manet sors una è duabus. Aut enim bene agentes, sors domini sumus, aut male agentes sors nostra nos ducit ad eremũ. Vis tibi ostendam quomodo istæ duæ sortes semper operẽtur, & unusquisq; nostrũ aut sors domini aut sors apopompæi uel eremi fiat? Considera in euãgelijs illum diuitem uiuentem splendide & luxuriose, et Lazarum ad ianuam eius iacentem, ulceribus plenum, & cupientem saturari de micis quæ cadebãt de mẽsa diuitis, quis finis designatur utriusq;:
Luc.16 Mortuus est, inquit, Lazarus, & abductus est ab angelis in sinũ Abrahæ. Similiter autẽ & diues, & abductus est ad infernũ in locum tormenti. Animaduertis euidenter loca sortis utriusq; distincta. Vide etiam qui sunt qui adducant, angeli, inquit, qui semper parati sunt ad adducendum. Ministri enim dei sunt ad hoc ipsum destinati, qui impleãt sortem quam tibi ipse paraueris. Si enim bene uixeris, si fregeris esurienti panem tuũ ex animo, & nudum uestieris, rectum iudicium iudicaueris, iniquo aduersum iniquitatẽ suam restiteris, nec posueris consilium tuum cum his qui laqueos innocẽtibus parant, sortem tuam facies dominum. Si uerò libidini inseruias, uoluptatis amator sis magis quàm dei, seculum diligas, ut malitiã nõ oderis, sortem tuã fecisti apopompæi, ut abducaris in eremum per manũ ministri dei, qui in hoc ipsum à deo ordinatus est: & ideo paratus appellatur, quia personã nullius erubescit, nec diuitis, nec potentis, nec regis, nec sacerdotis. Vis autem scire quia ad nos pertinent quæ dicũtur? Animalia hæc quæ sortes accipiũt, non sunt immũda, nec aliena ab altaribus dei, sed mũda sunt, & quæ in sacrificijs offerri solent: ut scias hæc figuram tenere nõ eorum qui extra fidem sunt, sed eorum qui in fide sunt. Hircus enim animal mundum est, & diuinis altaribus cõsecratum. Et tu ergo per gratiam baptismi consecratus es altaribus dei, & animal factus es mũdum. Sed si nõ cu-
Ioan.5 stodias mãdatũ illud domini quod dixit: Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne quid tibi deterius contingat, sed cum esses mũdus, rursum te peccati inquinamẽto maculasti, & ex uirtute ad libidinem, ex puritate ad immundiciam declinasti, tuo uitio, cum animal mũdum fueris, sorti te apopompæi eremiq; tradidisti. Potest fortassis & alio modo homo paratus & immundus, qui abducit eum cuius sors uenit in eremũ, & eo ipso quo educit eum, quasi qui immundum contigerit, dicitur lauare uestimẽta sua ad uesperam, & esse mũdus, etiam ipse dñs & saluator noster intelligi ex ea parte, qua naturæ nostrę, id est carnis & sanguinis uestimẽta susceperit, quæ in uespera lauerit. Propter quod & du-
Zach.3 dum propheta de eo dixerat: Et uidi Iesum sacerdotem magnum, indutum uestimenta sordida, & diabolum stantem à dextris eius, ut cõtradiceret ei. Lauit ergo in uino, id est in sanguine suo stolam suã in uespera, & factus est mundus. Et inde fortassis quod post
Ioan.20 resurrectionem Mariæ uolenti pedes eius tenere, dicebat, Noli me tangere. Vis autem adhuc uidere, & aliam duarum sortiũ formam? Cõsidera duos illos, qui tempore crucis eius, unus à dextris, & unus à sinistra eius pependerũt latrones, & uide illũ qui confitebatur dominũ, sortem factum esse domini, & abductũ esse sine mora ad paradisum, illũ uerò alium blasphemantem, sortem factũ esse apopompæi, qui in eremũ abduceretur
Col.2 inferni. Sed & in eo quod dicitur, quia affixit cruci suæ principatus, & potestates cõtrarias, & triumphauit eas, sortem in eis apopompæi compleuit, & tanquam homo para-
Matt.12 tus abduxit eas in eremũ. Denicq; & in Euangelio dñs dicit: Quia cum exierit de homine immundus spiritus, uadit per loca deserta, quærẽs requiẽ, & nõ inuenit. Sic ergo potest & Saluator noster homo paratus intelligi, qui sortem quidem domini, ecclesiam suam fecerit, eamq; diuino consecrarit altario, sortem uerò apopompæi contrarias fecerit potestates, spiritus nequitiæ, & mundi huius rectores tenebrarum harum, quos (sicut dicit Apostolus) cum potestate traduxit, triũphans eos in semetipso. Traduxit, Quo traduxit, nisi ad eremũ, ad loca deserta? Sicut enim illi qui cõfessus est aperuit paradisi ia-
Luc.23 nuas, dicendo: Hodie mecum eris in paradiso, & per hoc omnibus credentibus, & confitentibus ingrediendi aditũ dedit, quẽ prius Adam peccante cõcluserat. Quis enim alius romphæam flãmeam & uersatilem, quæ apposita est custodire lignum uitæ, & fores paradisi, poterat dimouere? Quis alius Cherubim peruigili excubans custodia ualebat inflectere, nisi ipse solus, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra? Vt inquam præter ipsum nemo alius hęc facere potuit, ita principatus & potestates, & rectores mundi,
Eph.6 quos enumerat Apostolus: Nemo alius poterat triumphare, & abducere in eremũ inferni, nisi

ferni,nisi ipse solus qui dixit:Cõfidite,ego uici mundum. Idcirco ergo necessarium fuit dominum & saluatorem meum, nõ solum inter homines hominem nasci, sed etiam ad inferna descendere,ut sortem apopompæi tanquã homo paratus in eremum inferni deduceret,atq; inde regressus,opere cõsummato ascẽderet ad patrem, ibiq; plenius apud altare illud cœleste purificaretur,ut carnis nostrę pignus,quod secũ euexerat,perpetua puritate donaret.Hic ergo est uerus dies propitiationis,cum propitiatus est deus hominibus.Sicut & Apostolus dicit:Quoniã deus erat in Christo,mũdum reconcilians sibi. Et iterum de Christo dicit:Pacificãs per sanguinẽ crucis suæ, siue quę in cœlo sunt, siue quę in terra. Mandatur ergo in lege,ut in die repropitiationis omnis populus humiliet animã suam.Quomodo humiliet populus animã suam,ipse dicit: Venient,inquit,dies, cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt in illis diebus. Plures ergo agunt dies festi secundum legem.Est quidam solennis dies in mense primo,est & alius in secundo, Sed & in mense primo alia solennitas paschæ,alia azymorum, licet coniuncta uideatur azymis paschæ solennitas.Principium enim azymorum ad finem paschæ coniungitur. Pascha autem ille solus dies appellatur,in quo agnus occiditur.Reliqui uerò azymorũ dies appellantur. Sic enim dicit: Facies solennitatem azymorum septem diebus. Hæc ergo est prima solennitas. Post hæc, inquit, cum demessueris messem tuam,& congregaueris natiuitates ex agro tuo, facies diem festum de initijs fructuũ tuorum, qui dies est post septem septimanas paschę,id est Pentecostes,cum etiã dici iubetur,& mũdabis sancta de domo mea.Post hæc in septimo mense aliæ agunt solẽnitates. Primo die mensis Neomenia tubarum,sicut dicitur in psalmo:Tuba canite in initio mensis tubæ. Decima uerò die septimi mensis est solẽnitas repropitiations. In hac sola die pontifex induitur omnibus pontificalibus indumentis,tunc induitur manifestationẽ & ueritatẽ, tunc ingreditur ad illa inaccessibilia,quo semel in anno accedi tantũmodo licet,id est in sancta sanctorũ.Semel enim in anno pontifex populũ derelinquẽs, ingredit ad illum locũ ubi est repropitiatoriũ,& super repropitiatorium Cherubim,ubi est & arca testamenti, & altare incensi,quo nulli introire fas est,nisi pontifici soli. Si ergo cõsiderem uerũ pontificem meum dominũ Iesum Christum,quomodo in carne quidem positus, per totum annum erat cum populo,annũ illum,de quo ipse dicit: Euangelizare pauperibus misit me,& uocare annũ domini acceptũ,& diẽ remissiõis, aduerte quomodo semel in anno isto,in die repropitiatiõis intrat in sancta sanctorũ, hoc est cũ impleta dispensatione penetrat cœlos, & intrat ad patrem, ut eum propitiũ humano generi faciat, & exoret pro omnibus credentibus in se.Hanc repropitiationẽ eius,qua hominib.repropitiat patrẽ, sciens Ioannes Apostolus dicit: Hec dico filioli,ut nõ peccemus. Quod & si peccauerimus,aduocatũ habemus apud patrẽ Iesum Christũ, iustum,& ipse est repropitiatio pro peccatis nostris.Sed & Paulus similiter de hac repropitiatione cõmemorat, cũ dicit de Christo: Quẽ posuit deus propitiatorẽ in sanguine ipsius per fidem. Igitur dies propitiationis manet nobis usq; quo occidat sol, id est usquequo finem mũdus accipiat. Stamus enim nos pro foribus, operiẽtes pontificẽ nostrũ cõmorantẽ intra sancta sanctorum,id est apud patrẽ,& exorantem pro peccatis eorum, qui se expectant, nõ pro omnium peccatis exorantem. Nõ enim exorat pro his, qui in sortẽ ueniunt eius hirci, qui emittitur in desertũ.Pro illis exorat tantũ,qui sunt sors domini,qui eum pro foribus expectant,qui nõ recedunt à templo, ieiunijs & orationib.uacantes.An tu putas,qui uix diebus festis ad ecclesiã uenis, nec intentus es ad audienda uerba diuina, nec das operã adimplẽda mandata,quod possit sors dñi uenire super te? Optamus tamẽ ut uel his auditis operã detis,nõ solũ in ecclesia audire uerba dei,sed et in domib.uestris exerceri,& meditari in lege dñi die ac nocte, & ibi em̃ Christus est, & ubiq; adest quærentibus se. Propterea nanq; mandatur in lege, ut meditemur eam cũ imus in uia, & cum sedemus in domo,& iacemus in cubili, & cum exurgimus,& hoc est uere pro foribus expectare pontificẽ morantẽ intra sancta sanctorũ,& effici in sortem domini. Quod aũt dicimus de sorte,nõ sic accipiat auditor, quasi sors talis aliqua dicat, quæ inter homines casu,& non iudicio agi solet. Sors domini ita accipiẽda est, tanq; si diceret electio domini, uel pars domini:& rursum sors eius qui in eremũ mittit, accipienda est ueluti pars illa quæ pro indignitate sui à domino spernit,& abijcitur.Magis enim & sermo ipse Apopom-

Ioan.15.
2.Cor.5.
Eph.1
Matt.9
Festi dies Iudæorum
Psal.81
Esa.61
1.Ioan.2
Rom.3

pæi, abiecti & refutati significantiã cõtinẽt. Ex q̃ possumus etiã illud intelligere, uerbi gratia, ascẽdit in cor tuũ mala cogitatio, cõcupiscẽtia mulieris alienę, aut uicinæ possessionis, intellige statim hanc esse de sorte apopompæi, abijce cõfestim, & expelle de cor de tuo. Quõ abijcis? Si habeas tecũ parati hominis manũ, id est si lectio diuina sit in manibus tuis & præcepta dei ante oculos habeant̃, tunc uere inueneris paratus ad abijcienda & repellenda ea, quæ sunt sortis alienæ. Sed & ira si ascendit in cor tuũ, si zelus, si inuidia, si malitia ad supplantandum fratrẽ, paratus esto ut abijcias eas, & expellas, & emittas in eremũ. Si uerò ascendat in cor tuum, cogitare quæ dei sunt, de misericordia, de iustitia, de pietate, de pace, hæc de sorte sunt domini, hęc offerun̄ ad altare, hæc pontifex suscipit, & in his recõciliat tibi deũ. Propterea ergo & is qui eijcit eum in quo sors apopompæi est, hoc est malas cogitatiões, malas cupiditates, nõ est homo piger, nec occupatus negotijs secularibus, sed paratus est, & prõptus, ac uigilãs, qui etiã si sordescere uideatur pro eo quod contigerit immundum, lauabit statim uestimenta sua, & erit mundus. Quod intelligere possumus quantũ ad unumquenq; nostrum pertinet, secundum moralem locum, esse hominẽ paratum rationem ipsam quæ intra nos est, per quam discretio nobis boni maliq; est, quæ etiã si uidetur sordescere dum discernit, & pertractat ipsa quæ mala sunt, tamẽ si ea abijciat, & expellat à corde, ac procul effuget, tũc melioribus cogitationib. uelut purificata ac diluta, munda uidebitur rationabilis mens. Nec sanè mireris, quod etiam ad personã saluatoris traximus hũc qui eijcit hircũ, & expellit in eremum, quia dicitur lauare uestimenta sua, & fieri mundus, propter illud quod legimus in propheta dici de dño, sicut suprà diximus: Et uidi Iesum sacerdotẽ magnũ indutum uestimẽta sordida. Quod si utiq; pro assumptione carnis dici pie intelligitur, etiam hic in lauandis uestimentis potest ea figura seruari. Videamus post hæc quæ sunt quæ pontifex faciat: Et sumet, inquit, plenum batillum carbonibus ignis de altari, quod est
Esa.6 contra dñm. Legimus & in Esaia: Quia igni purgat̃ propheta per unũ ex Seraphim, q̃d missum est ad eum, cum accepit forcipe carbonem unum ex his qui erant super altare, & contigit labia prophetæ, & dixit: Ecce abstuli iniquitates tuas. Mihi uidentur mystica hæc esse, & hoc indicare, quod unicuiq; secundum id quod peccat, si dignum fuerit purificari eum, inferãtur carbones membris eius. Nam quoniam dicit propheta hic: Im munda labia habeo, in medio quoq; populi immũda labia habẽtis habito, idcirco carbo forcipe adsumptus à Seraphin, labia eius mundat, quibus solis se mundũ non esse profitetur. Ex quo ostenditur quod usq; ad uerbum tantummodo peccatũ eius inueniretur, ita quod facto uel opere nullo peccauerit, alioquin dixisset, quoniã immũdum corpus habeo, uel immundos oculos habeo, si peccasset in cõcupiscendo aliena, & dixisset, immundas manus habeo, si eas polluisset operibus iniquis. Nunc aũt quoniam in solo fortasse sermone cõscius sibi erat delicti illius, de quo dicit dñs: Quia etiã de uerbo ocioso reddetis rationem in die iudicij, pro eo quod difficile est etiam perfectis culpam uitare sermonis, idcirco indigebat etiã propheta sola purgatione labiorum. Nos aũt si redeat unusquisq; ad conscientiã suam, nescio si possumus aliquod membrum corporis excusare, quod non igni indigeat. Et propheta quidem quoniam ab omnibus mundus erat, idcirco meruit ut unus de Seraphim mitteret̃ ad eum, qui eius sola labia purgaret. Nos uerò uereor ne ignem non mẽbris singulis, sed toto corpore mereamur. Cum enim lasciuiunt oculi, uel per illicitas cõcupiscẽtias, uel per spectacula diabolica, quid aliud nisi ignẽ sibi congregant? Cum aures non auertuntur ab auditu uano, ac derogationib. proximorum, cum manus à cęde nequaquam, & à rapinis, ac deprędationibus cõtinentur, cum pedes ueloces sunt ad effundendum sanguinem, cumq; corpus nõ domino, sed fornicationi tradimus, quid aliud nisi totum corpus tradimus in gehennam? At hæc cum dicuntur, cõtemptui habent̃. Quare? quia fides deest. Alioquin si tibi hodie diceretur, quia iudex seculi uult te crastino uiuũ exurere, & his auditis esset tibi unius diei spaciũ liberum, quãta faceres? quomodo & per quos discurreres? quàm humilis, quàm lugens & sordidus oberrares? Nónne effunderes omnem pecuniã tuam in eos, quorũ intercessione euadere posse te crederes? Nõne omia quæ possides redemptionẽ faceres animæ tuæ? Quod si etiã aliquis te retardare, aut impedire tentaret, nónne diceres, pereant omnia pro salute mea, nec quicquã remaneat, tantũ ut ego uiuã? Hoc quare faceres? quia

inde

inde nō dubitares, hinc dubitas. Et ideo bene dominus dicit: Putas ueniens filius homi Luc.18
nis inueniet fidem super terrā? Et quid ego dico de certis indubitatisq; periculis? Tan-
tummodo si causa dicenda sit apud iudicē terrenū, quæ aliquem metum ex legibus ha-
bere uideatur, nónne omnibus uigilijs excubat, aduocato patrono munera præparan-
tur, etiā si anceps periculum sit, aut etiam solius notæ metus, uel damni ratio? Nos qua-
re non credimus, quòd omnes adstabimus ante tribunal Christi, ut reportet unusquisq; 2 Cor.5
propria corporis prout gessit, siue bona siue mala? Hæc si integre crederemus, esset no
bis secundū qd scriptū est: Redēptio animæ uiri, diuitiæ eius. Sed unde possumus hæc, Prouerb.13
uel sentire, uel credere, uel intelligere, cū ne ad hæc ipsa quidē audienda cōueniamus?
Quis enim uestrū cum recitantur scripturæ præbet auditum? Deus per prophetā com-
minatur, & quidem in ira magna: Et mittam famem super terrā, non famem panis, neq; Amos.8
sitim aquæ, sed famē audiendi uerba dei. Sed nunc famem nō misit deus super ecclesiā
suam, neq; sitim ad audiendū uerbū dei. Habemus enim panem uiuum, qui de cœlo de-
scendit, habemus aquam uiuam salientem in uitam æternā. Cur nos ipsos fœcunditatis
tempore fame necamus ac siti? Pigræ & desidis animæ est, in abundantia omniū penu-
riam pati. Nō audistis ex diuinis scripturis, quia certamē est inter homines carni aduer- Gal.5
sum spiritū, & spiritui aduersus carnem? Et nescitis quod si carnem solam nutriatis, &
ipsam frequēti mollitiæ ac iugi deliciarū fluxu foueatis, insolescet necessario aduersum
spiritum, & fortior illo efficietur? Quod si fiat, eum sine dubio in ditionē suam redactū,
suis coget legibus ac uitijs obedire. Si uerò ad ecclesiam frequēter uenias, aurem literis
diuinis admoueas, explanationem mandatorū cœlestiū capias, sicut cibis & delicijs ca-
ro, ita spiritus uerbis diuinis cōualescet ac sensibus, & robustior effectus, carnē sibi pa-
rere coget, ac suis legibus obsequi. Nutrimēta igitur spiritus sunt, diuina lectio, oratio
nes assiduæ, sermo doctrinæ. His aliē cibis, his cōualescit, hic uictor efficit. Quod quia
non facitis, nolite conqueri de infirmitate carnis, nolite dicere quia uolmus, sed nō pos
sumus, uolumus continēter uiuere, sed carnis fragilitate decipimur, & impugnamur sti
mulis eius. Tu das stimulos carni tuæ, tu eam aduersus spiritum tuum armas, & poten-
tem facis, cum eam carnibus satias, uino nimio inundas, omni molitiæ palpas, & ad ille-
cebras nutris. An nescitis quia nō potest ædificiū istud ecclesiæ ex leprosis lapidib. con
strui? Audi quid dicit Apostolus: Modicum fermētum totam massam corrumpit. Ex- 1 Cor.5
purgate ergo uetus fermentum, ut sitis noua consperſio. Sed ad propositum redeamus.
Et accipiet, inquit, batillum plenum carbonibus. Nō omnes purgantur eo igne, qui de
altari assumit. Aaron purgatur illo igne, & Esaias, & qui sunt similes illis. Alij uerò qui
non sunt tales, de quibus etiam meipsum cōputo, alio igne purgabuntur. Timeo ne illo
de quo scriptum est: Fluuius ignis currebat ante ipsum. Iste ignis non est de altari. Qui Dan.7
de altari est ignis, ignis est domini, qui aūt extra altare est, non est domini, sed proprius
est uniuscuiusq; peccantium, de quo dicitur: Vermis eorum non morietur, & ignis eo- Esa.66
rum non extinguetur. Iste ergo ignis, ipsorū est qui eum accenderunt, sicut & alibi scri-
ptum est: Ambulate in igne uestro, & in flamma quam accendistis uobis. Esaiæ autem Esa.50
non suus ignis apponitur, sed ignis altaris, qui circūpurgabit labia eius, & huic de quo
dicitur: Et sumet batillum plenū carbonibus ignis de altari, quod est contra dominum,
& implebit manus suas incenso cōpositionis minuto. Quod quidem plenius dominus
noster fecit. Impleuit enim manus suas incenso minuto, de quo scriptum est: Dirigatur Psal.140
oratio mea sicut incēsum in cōspectu tuo. Impleuit ergo manus suas sanctis operibus,
quæ pro humano genere operatus est. Quare autem compositionis incensum dicitur?
quia non est una species operum, sed ex iustitia, & ex pietate, ex cōtinentia, ex pruden-
tia, & ex omnibus huiuscemodi uirtutibus componitur, ut eo placetur deus. Sed & mi
nutum quod addit, nō otiose intelligimus. Non enim uult eum qui ad perfectionē ten-
dit, uerbum dei crasse & carnaliter intelligere, sed minutū in his sensum, subtilemq; per-
quirere, ut si forte audiat scriptum esse: Non obturabis os boui trituranti, ille hæc non 1 Cor.9
de bobus intelligat, neq; enim de bobus cura est deo, sed de apostolis dici. Sed & si quis
de prouidentia dei rationē, que est minutissima & subtilissima, posset exponere, iste mi
nuto incenso manum suam replere dicitur. Quis ergo nostrū ita promptus est, & para-
tus, ut ingressuro pontifice in sancta sanctorū, incēsum cōpositionis offerat minutum?

Necesse est enim nos singulos aliquid offerre tabernaculo dei, aliquid etiam pontifica libus indumẽtis, aliquid uerò quod per pontificis manus ad ipsum deũ per odorẽ suauitatis ascendat. Pontifex igitur noster dominus & saluator aperit manus suas, & suscipere uult ab unoquoq; nostrum incensum compositionis minutum, necesse est nos quærere species incensi. Libanum nobis quærendũ est, & non qualecunq; libanum sed dilucidum. Non uult à te suscipere pontifex obscurum aliquid, aut sordidũ, dilucidum quærit. Sed & galbanum à te poscit, cuius natura est, ut uehementia odoris sui serpentes noxios fuget. Quærit autẽ à te & Stacten, collata enim, & defecata uult esse uel uerba nostra, uel opera. Quærit & onychẽ, quo uelut scuto quodam obtegatur anima, & illæsa permaneat. Ita & te uult scuto fidei esse protectũ, quo oñia iacula maligni ignita restinguas. Hęc tamen omnia uult in te esse cõpositа, nil inordinatum, nihil inquietum, nihil indecens, sed hoc uult, ut omnia nostra cõposite, & honeste fiant. Stat ergo etiam nunc uerus pontifex noster Christus, & repleri uult manus suas incenso cõpositо minuto: & ab unaquaq; ecclesia quæ sub cœlo est cõsiderat quid offeraẽ, quàm integre incensum suum diligenterq; componat, & q; minutum id faciat, id est quomodo unusquisq; nostrũ opera sua ordinet, & quomodo sensum ac uerba scripturarũ spiritali explanatiõe discutiat. Nec angelorũ ministeria ad huiusce modi officia desunt. Angeli enim dei ascendũt, & descẽdunt ad filiũ hominis, perquirunt, & curiose agunt quid in unoquoq; nostrum inueniant, quod offerant deo. Vident & perscrutanẽ uniuscuiusq; nostrũ mentẽ, si habeat aliquid tale, si tam sanctũ aliquid cogitet, quod deo mereaẽ offerri. Intuenẽ, & considerant si quis nostrũ ex his quæ dicuntur in ecclesia corde cõpungitur, & animũ conuertit ad pœnitẽtiã, si his auditis corrigere cogitat uias suas, & obliuiscí præterita, ac prę
3 Reg. 21 parare se ad futura, saltem secundũ Achab illum impiissimũ, de quo dicit dominus: Vidisti quõ compũctum est cor Achab? Sed in his omnib. quid de illis dicam, qui nec audiunt auribus hæc, nec corde recipiunt? Quæ in illis cõpunctionis spes? quæ conuersionis suspitio? quæ emendationis expectatio? Si enim etiã de his qui audiunt dubitamus, quid speramus de his qui omnino nõ audiunt? Sed utamur uerbis domini, & dicamus:
Matt. 11. 13 Qui habent aures audiendi audiãt, & qui audiunt sciant scriptũ esse, quia cum cõuersus
Esa. 30 ingemueris, tũc saluus eris, & scies ubi fueris. Et si dixeris tu peccata tua prior, ego exaudiam te tanquã populum sanctum. Audisti quomodo etiam si peccator fuisti, tantum si cõuersus es, & destitisti à peccato, iam sanctus appellaris? Nihil ergo desperãdũ est his qui cõpunguntur, & conuertunẽ ad dominũ. Nõ enim superat bonitatẽ dei malitia delictorũ. Sumit ergo põtifex batillũ plenũ carbonibus ignis de altari, q̃d est contra dñm, & implet manum suam de incẽso cõpositionis minuto, & infert in interiora uelaminis. Intelligamus primo quid designet historia, & tunc quid sensus spiritalis habeat, requiremus. Duplex ædes est tabernaculi testimonij, uel tẽpli domini. Prima est, in qua altare holocaustorum est, quod perpetuis ignibus excitaẽ, in qua æde solis licet assistere sacerdotibus, & sacrificiorũ ritus, ac ministeria celebrare, & neq; Leuitis, neq; alicui unquã præterea indulgeẽ accessus. Secunda uerò ædes interior est, solo ab hac discreta uelamine. Intra quod uelamen, arca testamẽti, & propitiatoriũ, super quod Cherubim duo statuta sunt, & altare incensi collocatũ est. In hanc ædem semel in anno primus quicunq; erat põtifex oblatis prius hostijs propitiationis, de quibus suprà exposuimus, ingrediebatur, habens utranq; manũ repletam, unã batillo carbonũ, & aliam cõpositionis incenso, ut cum fuisset ingressus, statim suppositо incenso carbonibus fumus ascenderet, totamq; ędem repleret, ut aspectũ sanctorũ, quem ingressus pontificis reuelauerat, nubes uelaret incensi. Si tibi sacrificiorũ mos patuit antiquus, quid hæc etiam secundum rationem mysticam cõtineant, uideamus. Duas audisti ædes: unã quasi uisibilem, & patentẽ sacerdotibus, aliã uerò inuisibilẽ, & inaccessam, excepto solo pontifice, cęteri foris sunt. Prima ædes ista puto q; intelligi possit hæc in qua nunc sumus in carne positi ecclesia, in qua sacerdotes ministrant ad altare holocaustorũ, succensо illo igne, de quo dixit Iesus: Ignem ueni mittere in terram, & q; uolo ut accendatur. Et nolo mireris quod hæc ædes solis sacerdotib. pateat. Omnes enim quicunq; unguento sacri chrismatis delibuti
1 Pet. 2 sunt, sacerdotes effecti sunt, sicut & Petrus ad omnem dicit ecclesiã: Vos aũt genus electũ, & regale sacerdotiũ, gens sancta. Estis ergo genus sacerdotale, & ideo acceditis ad

sancta

sancta. Sed & unusquisq; nostrum habet in se holocaustū suū, & holocausti sui ipse succendit altare, ut semper ardeat. Ego si renuncie omnibus quæ possideo, & tollā crucem meam, & sequar Christum, holocaustū obtuli ad altare dei: aut si tradidero corpus meū ut ardeam habens charitatē, & gloriam martyrij cōsequar, holocaustum meipsum obtuli ad altare dei. Si diligā fratres meos, ita ut animā meam ponam pro fratribus meis, si pro iustitia, pro ueritate usq; ad mortem certauero, holocaustū obtuli ad altare dei. Si membra mea ab omni cōcupiscentia carnis mortificauero, si mūdus mihi crucifixus sit, & ego mūdo, holocaustū obtuli ad altare dei, & ipse meæ hostiæ sacerdos efficior. Hoc ergo modo sacerdotiū geritur in prima æde, & hostiæ offerunt, & ex hac ęde sanctificatis indutus uestimētis pontifex proficiscit, & ingreditur in interiora uelaminis, sicut superius Pauli uerba posuimus dicētis: Non in manu facta sancta, sed in ipsum cœlū pene trauit, inquit, Iesus, & apparet uulti dei pro nobis. Cœli ergo locus, & ipsa dei sedes, per interioris ædis figuram atq; imaginem designatur. Sed mirū contuere ordinem sacramētorum. Ingrediens pontifex in sancta sanctorū, ignem secū de hoc altari portat, & incensum de hac ęde suscipit. Sed & uestimēta quib. indutus est, de hoc loco sumpsit. Putásne dignabitur dominus meus uerus pontifex & à me suscipere partē aliquā incensi cōpositiōis minuti quod secū deferat ad patrem? Putásne inueniet in me aliquid igniculi, & holocaustum meū ardēs, ut dignetur ex eo batillum suum implere carbonibus, & in ipsis deo patri odorē suauitatis offere? Beatus est cuius tā uiuos, tamq; ignitos holocausti sui carbones inuenerit, ut eos aptos iudicet quos altari superponat incēsi. Beatus in cuius corde inuenerit tam subtilem, tam minutū, tamq; spiritalem sensum, & ita diuersa uirtutum suauitate compositū, ut replere dignetur ex eo manus suas, deoq; patri suauē odorem intelligentiæ eius offerre. At contrà infelix anima cuius fidei ignis extinguit, & refrigescit charitatis calor: ad quam cum uenerit cœlestis pontifex noster, quærēs ab ea ignitos & ardentes carbones super quos incensum offerat patri, inuenit in ea aridos cineres, & frigidas fauillas. Tales sunt omnes qui subtrahunt se, & longe faciūt à uerbo dei, ne audientes sermones diuinos accendantur ad fidem, incalescāt ad charitatē, ignientur ad misericordiā. Vis tibi ostendā quomodo de uerbis spiritus sancti ignis exeat, & accendat corda credentiū? Audi dicentem Dauid in psalmis: Eloquiū domini ignuit eum. Et iterum in Euangelio scriptum est, postquam dominus locutus est ad Cleopham: Nónne cor nostrum, inquit, erat ardēs intra nos, cum aperiret nobis scripturas? Tu ergo unde ardebis? unde inuenientur in te carbones ignis, qui nunquā domini ignis eloquio? nunquam uerbis spiritus sancti inflammaris? Audi & alibi ipsum Dauid dicentem: Cōcaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescit ignis. Vnde tu cōcalescis? unde ignis accenditur, qui nunquā in diuinis meditaris eloquijs? imò q̄d est infelicius, concalescis in spectaculis circi, concalescis in equorū contentionibus, in certamine athletarū. Atqui iste ignis nō est de altari domini, sed is est, qui dicitur ignis alienus: & audisti paulo superius, quia qui obtulerunt alienum ignē ante dominum, extincti sunt. Concalescis & cum te repleuerit iracundia, & cum te inflammauerit furor, ureris interdū et amore carnali, ac turpissimę libidinis iactaris incēdijs. Sed omnis iste ignis alienus est & contrarius deo, quem qui accenderit, sine dubio Nadab & Abiu perferet sortem. Ait ergo eloquium diuinum. Et imponet incensum super ignem in cōspectu domini, & operiet fumus incensi propitiatorium contra orientem, quod est super testimonia, & nō morietur, & sumet de sanguine uituli, & respergет digito suo super propitiatorium contra orientem.] Ritus quidē apud ueteres propitiationis pro hominibus, qui fiebat ad deum, qualiter celebraretur edocuit: sed tu qui ad Christū ueneristi, pontificem uerum, qui sanguine suo deū tibi propitium fecit, & reconciliauit te patri, non hæreas in sanguine carnis: sed disce potius sanguinē uerbi, & audi ipsum tibi dicentē, quia hic sanguis meus est, qui pro uobis effundet in remissionem peccatorū. Nouit qui mysterijs imbutus est, & carnem, & sanguinē uerbi dei. Non ergo immoremur in his quæ & scientibus nota sunt, & ignorantibus patere non possunt. Quod autem cōtra orientem respergit, non otiosè accipias. Ab oriente tibi propitiatio uenit. Inde est em uir, cui Oriens nomē est, qui mediator dei & hominum factus est. Inuitaris ergo per hoc, ut ad orientem semper aspicias, unde tibi oritur sol iustitię, unde semper tibi lumē nascitur: ut

Hebr. 9

Psal. 17

Luc. 24

Psal. 39

Matth. 26 Eucharistia

nunquam in tenebris ambules, neq; dies ille nouissimus te in tenebris comprehẽdat: ne tibi ignorantiæ nox & caligo subrepat, sed ut semper in scientiæ luce uerseris, semp habeas diem fidei, semper lumen charitatis & pacis obtineas. Addit post hæc scriptura: Et non erit, inquit, homo cum ingredietur pontifex intra uelamen interius tabernaculum testimonij.] Quomodo non erit homo? Ego sic accipio, quod qui potuerit sequi Christum, & penetrare cum eo interius tabernaculum, & cœlorum excelsa cõscendere, iam non erit homo, sed secundum uerbum ipsius erit tãquam angelus dei. Aut forte etiã ille
Psal.82 super eum sermo cõplebitur, quem ipse dominus dixit: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes. Siue ergo spiritalis effectus, unus cum domino spiritus fiat: siue per resurrectionis gloriam in angelorũ ordinem transeat, recte iam non erit homo: sed unusquisq; ipse sibi hoc præstat, ut uel excedat hominis appellationem, uel intra cõditionem huius uocabuli censeatur. Si enim factus homo ab initio seruasset illud quod ad eũ scriptura di
Deut.30 cit: Ecce posui ante oculos tuos mortem & uitam, elige tibi uitam: si hoc feciſſet, nunq; profecto humanum genus mortalis conditio tenuisset. Sed quoniam derelinquẽs uitã, mortem secutus est, homo factus est: & nõ solum homo, sed & terra, propter quod & in terram redire dicitur. Requiro tamẽ quæ sit ista mors, quã dicit ante oculos tuos posui.
Ioan.14 De uita enim nõ dubitatur quod semetipsum indicet deus, qui dicit: Ego sum ueritas et uita. Quæ est ergo ista mors uitæ cõtraria, quã posuit deus ante oculos nostros? De illo
1 Cor.15 dici puto, de quo Paulus dicit: Nouissimus inimicus destruet mors. Iste est ergo inimicus diabolus, qui primo quidẽ ante oculos positus est, sed nouissimus destruet. Positus autem fuerat ante oculos, non ut sequeremur eum, sed ut uitaremus. Vnde & arbitror quod ipsa per se anima humana, neq; mortalis, neq; immortalis dici poteſt: sed si cõtigerit uitã, ex participio uitę erit immortalis: in uitam enim non incidet mors: Si uerò auertẽs se à uita participium traxerit mortis, ipsa se facit esse mortalem. Et ideo propheta di-
Ezech.18 cit: Anima quæ peccat, ipsa morietur: quamuis mortem eius non ad interitum substãtiæ sentiamus, sed hoc ipsum quod aliena & extorris sit à Deo, qui uera uita est, mors ei esse credenda est. Nulla ergo participatio sit iustitiæ cum iniquitate, nulla societas lucí ad tenebras, nulla cõsonantia Christo cum Belial. Si elegimus uitam, semper uiuemus, mors
Ioan.11 nobis non dominabitur, et complebitur in nobis sermo domini, qui dixit: Qui credit in me, etiam si moriatur, uiuet. Eligamus ergo uitã, eligamus lucem, ut in die honeste ambulemus, ut & nos sequentes Iesum intra uelamen tabernaculi interioris, iam nõ simus ut homines mortales, sed ut angeli immortales, cum nouissimum inimicum destruxerit mortem ipse dominus Iesus Christus, qui est uia, & ueritas, & uita. Cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De ieiunio quod in die propitiationis fit, & de hirco qui in eremum dimittitur. Homilia X. Cap. XVI

NOS quidẽ, qui de ecclesia sumus, merito Moysen recipimus, & scripta eius legimus, sentientes de eo, quod propheta & deo sibi reuelante, in symbolis, & figuris, ac formis allegoricis conscripserit futura mysteria, quæ in tempore suo docemus impleta. Qui uerò eiusmodi in eo non recipit sensum, siue Iudæorum quis, siue etiam nostrorum est, is ne prophetam quidem eum fuisse docere poteſt: Quo modo enim prophetam probabit, cuius literas asserat esse communes, futuri nullius cõscias, nec occulti aliquid mysterij continentes? Hunc itaq; qui ita sentit, legentem hæc arguit sermo diuinus, & dicit: Putásne intelligis quæ legis? Est ergo lex, & omnia quæ in lege sunt, secundũ apostoli sententiã usq; ad tempus correptionis impositа, et sicut hi quibus artificiũ est signa ex ære facere, & statuas fundere, antequã uerũ opus æris producant, aut argenti, uel auri, figmentũ prius luti ad similitudinẽ futurę imaginis formãt: non quòd figmentũ necessarium sit, sed usquequo opus quod principale est, expleatur: cum autem fuerit effectum opus illud propter quod figmentũ luti fuerat formatũ, usus eius ultra nõ quæritur: tale aliquid intellige etiam in his, quæ in typo & figura futurorũ in lege & prophetis, uel scripta, uel gesta sunt. Venit enim ipse artifex & auctor omniũ, & legem quæ umbrã habebat futurorum bonorũ, trãstulit ad ipsam imaginem rerum. Sed ne forte difficile tibi probari posse quæ dicimus uideatur, recognosce per singula.

Erat

Erat prius Hierusalem urbs illa magna regalis, ubi templū famosissimum deo fuerat ex
tructum. Postea uerò quàm uenit ille, qui erat uerum templū dei, & dicebat de templo
corporis sui, soluite templum hoc, & quia cœlestis Hierusalem cœpit aperire mysteria:
deleta est illa terrena, ubi cœlestis apparuit: in templo illo non remansit lapis super lapi
dem, ex quo uerū templū dei facta est caro Christi. Erat prius pōtifex sanguine taurorū
& hircorum purificans populum: sed ex quo uenit uerus pontifex, qui sanguine suo san
ctificaret credentes, nusquam est ille pōtifex prior, nec ullus ei relictus est locus. Altare
fuit prius, & sacrificia celebrabantur: sed ut uenit uerus agnus qui seipsum hostiam ob-
tulit deo, cuncta illa uelut pro tempore posita cessauerunt. Non tibi ergo uidet quod se
cundum figuram quā suprà posuimus, ueluti formæ fuerint quædā è luto fictę, per quas
ueritatis exprimerētur imagines? Propterea denicp diuina dispensatio procurauit, ut &
ciuitas ipsa, & templū, & omnia illa pariter subuerterētur: ne qui forte adhuc paruulus,
& lactens in fide si uideret illa constare, dum sacrificiorum ritum, dum ministeriorū or-
dinem attonitus stuperet, ipso diuersarū formarū raperetur intuitu. Sed prouidens deus
infirmitati nostræ, et uolens multiplicari ecclesiā suā, omnia illa subuerti fecit & penitus
auferri, ut sine ulla cūctatione illis cessantib. hæc uera esse, pro quibus in illis typus prę-
cesserat, crederemus. Vnde & nunc dicēda nobis sunt aliqua etiā ad eos, qui putāt pro
mandato legis sibi quocp ludæorū ieiunium ieiunandum, & primo omnium sermonib.
utar Pauli dicentis: Quia si quis uult unum aliquid custodire de obseruationibus legis,
obnoxius est uniuersæ legis faciendæ. Qui ergo obseruat ista ieiunia, ascendat & ter in
anno in Hierusalem, ut appareat ante templū domini, ut offerat se sacerdoti: requirat al
tare quod in puluerem uersum est, offerat hostias nullo astante pontifice. Scriptū est e-
nim, ut duos hircos ieiunās populus offerat in sacrificiū, super quos sortes mitti debeāt,
ut unus ex his fiat domini sors, & hostia domino offerat: alterius uerò sors fiat, ut dimit
tatur in eremū uiuus, qui & habeat in se peccata populi. Hæc tibi omnia consequenter
explenda sunt, qui uis secundū pręceptū legis obseruare ieiuniū: de quibus à nobis qui-
dem (prout potuimus) superiori disputatione dissertum est. Tamē quoniā dies est ser-
mo dei, & secundum sententiā Salomonis nō simpliciter, sed & dupliciter & tripliciter
describendus in corde est, tentemus etiam nunc addere aliqua ad ea, quæ dudū pro ui-
ribus dicta sunt, ut ostendamus quomodo in typo futurorū etiam hic unus hircus domi
no oblatus est hostia, & alius uiuus dimissus est. Audi in Euangelijs Pilatū dicentem ad
sacerdotes, & populum ludæorum: Quē uultis de duobus dimittā uobis: Iesum qui di- Matt. 27
citur Christus, an Barabbam? Tunc clamauit omnis populus, ut Barabbam dimitteret, Ie
sum uerò morti traderet. Ecce habes hircum qui dimissus est uiuus in eremū, peccata se
cum populi ferens clamātis & dicentis: Crucifige, crucifige. Iste est ergo hircus uiuus di
missus in eremū: & ille est hircus, qui domino oblatus est hostia ad repropitiāda pecca-
ta, & ueram propitiationē in se credentib. populis fecit. Quod si & hoc requiras, quis sit
qui hunc hircum produxit in eremum, ut probetur in eo etiam quod lotus sit & mūdus
effectus, potest Pilatus ipse accipi homo paratus. Iudex quippe gētis ipsius erat, qui eū
per sententiam suam emisit in eremum. Audi autem quomodo lotus sit & mūdus effe-
ctus. Cum ad populum diceret: Vultis dimittam uobis Iesum, qui dicitur Christus? et ac
clamasset omnis populus dicens: Si hūc dimittis, non es amicus Cæsaris: tunc popposcit,
inquit, Pilatus aquam, & lauit manus suas coram populo dicens: Mūdus ego sum à san
guine eius, uos uideritis. Sic ergo uidebitur lotis manib. suis mūdus effectus. Nostra igi
tur, id est qui nō umbræ & exemplari seruimus, sed ueritati, hæc est propitiationis dies,
in qua data est nobis remissio peccatorū, cum pascha nostrum immolatus est Christus.
Quomodo ergo cognita ueritate cōuertimur iterū ad infirma & egena elemēta huius
mundi, quibus rursus à capite seruire uultis, dies obseruantes, & menses, & tempora, &
annos? Audi quomodo etiā propheta huiusmodi ieiuniū respuit, & dicit: Nō hoc ieiu- Esa. 58
nium elegi dicit dominus, necp diem ut humiliet homo animā suam. Tu si uis ieiunare
secūdum Christum, & humiliare animā tuam, omne tibi tempus aptum est totius anni:
imò totius uitę tuæ dies habeto ad humiliandam animā tuā, si tamen didicisti à domino
saluatore nostro, quia mitis est, & humilis corde. Quādo ergo non est tibi humiliatiōis Matt. 11
dies, qui Christū sequeris, qui est humilis corde, & humilitatis magister? Tu itacp si uis

ieiunare, ieiuna secundũ præceptũ Euangelij, & obserua in ieiunijs Euangelicas leges,
Matt.6 in quibus hoc modo saluator de ieiunijs mãdat: Tu autem si ieiunas, unge caput tuum,
& faciem tuã laua. Quod si requiris quomodo laues faciem tuã, Paulus Apostolus do-
2 Cor.3 cet quemadmodũ reuelata facie gloriam domini cõtempleris, ad eandẽ imaginem for-
matus à gloria in gloriã, tanquam à domini spiritu. Vnge etiam caput tuum, sed obser-
Psal.141 ua ne oleo peccati: Oleũ enim peccatoris non impinguet caput meum. Sed unge caput
oleo exultationis, oleo lętitiæ, oleo misericordiæ, ita ut secundum mandatũ sapiẽtię, mi
sericordia & fides nõ deserant te. Propterea enim & apostolus uolẽs abstrahere nos ab
Col.3 his uisibilib. & terrenis, & erigere animos sensusq; nostros ad cœlestia, clamat & dicit:
Si resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, nõ quæ super terram. Nõne aper
te tibi dicit, noli quærere in terris Hierusalem, nec obseruãtias legis, nec ieiuniũ Iudæo-
Ieiunia Christiana. rum, sed ieiuniũ Christi? Ieiunans enim debes adire pontificem tuum Christũ, qui utiq;
non in terris requirendus est, sed in cœlis, & per ipsum debes offerre hostiã deo. Vis tibi
adhuc ostendam quale te oportet ieiunare ieiunium? Ieiuna ab omni peccato, nullum
cibum sumas malitiæ, nullas capias epulas uoluptatis, nullo uino luxuriæ cõcalescas. Ie
iuna à malis actibus, abstine à malis sermonibus, cõtine te à cogitationib. pessimis. No-
li contingere panes furtiuos peruersæ doctrinæ. Non concupiscas fallaces philosophiæ
cibos, qui te à ueritate seducant. Tale ieiunium deo placet. Abstinere uerò à cibis, quos
Deus creauit ad percipiendũ cum gratiarum actione fidelibus, & hoc facere cũ his qui
Christum crucifixerunt, acceptũ esse nõ potest deo. Indignati sunt aliquando & Phari-
Matt.9 sęi domino cur non ieiunarẽt discipuli eius. Quibus ille respondit, quia nõ possunt filij
sponsi ieiunare quãdiu cũ ipsis est sponsus. Illi ergo ieiunẽt qui perdiderũt spõsum, nos
habentes nobiscũ sponsum ieiunare non possumus. Nec hoc tamẽ ideo dicimus, ut ab-
Ieiunia prisca stinẽtiæ Christianæ frena laxemus. Habemus enim quadragesimæ dies ieiunijs cõsecra
tos. Habemus quartã & sextam septimanæ dies, quibus solenniter ieiunamus. Est certe
libertas christiano per omne tẽpus ieiunandi, nõ obseruantiæ superstitione, sed uirtute
cõtinentiæ. Nam qũo apud eos castitas incorrupta seruatur nisi arctioribus cõtinentiæ
fulta subsidijs? Quomodo scripturis operã dabunt? Quomodo sciẽtiæ & sapiẽtię stude
bunt? Nónne per continentiã uentris & gutturis? Quomodo quis seipsum castrat pro-
pter regnum cœlorũ, nisi ciborũ affluentiã resecet, nisi abstinentia utatur ministra? Hęc
ergo Christianis ieiunãdi ratio est. Sed est & alia adhuc religiosa, cuius laus quorundã
Citat apo- apostolorum literis prædicatur. Inuenimus emi in quodã libello ab apostolis dictũ: Bea
crypha tus est qui etiã ieiunat pro eo ut alat pauperem. Huius ieiunium ualde acceptũ est apud
deum, & reuera digne satis. Imitatur enim illum, qui animam suam posuit pro fratribus
suis. Quid ergo ueteribus pannis noua indumẽta miscemus? Quid in utres ueteres mit
timus uinum nouũ? Vetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua, per Christũ domi-
num nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptum est. Sancti estote, quia & ego sanctus sum dominus deus uester. Homilia XI Cap. XX

NVPER in auribus ecclesiæ recitatus est sermo Dei dicens. Estote sancti,
quia & ego sanctus sum dominus deus uester.] Nomen hoc sanctus, quid
sibi uelit quidúe significet in scripturis diuinis diligentius requirendum est,
ut cum uim uerbi didicerimus, etiam opus eius possimus implere. Congregemus ergo
de scripturis diuinis, super quibus sanctum dici inuenimus, & deprehendimus non so-
lum homines, sed etiam muta animalia sancta appellata, inuenimus & uasa ministerij
sancta uocitata, & uestimenta sancta dici, & loca nihilominus, quæ in urbibus, uel sub-
urbibus posita sunt, & sacerdotibus deputata. Ex mutis quidem animalibus primoge-
nita boum, uel pecorum sanctificari per legẽ domino iubentur, & dicitur: Ne facias in
eis opus ullũ, quia domino sanctificata sunt. Super uasis uerò, cum in tabernaculo testi-
monij uasa ministerij, thuribula, uel phialę, uel cętera huiusmodi uasa, sancta appellant.
Super uestimentis, etiã stola pontificis Aaron & tunica linea, & cętera huiusmodi uesti
mẽta, sancta dicunt. Si ergo intueamur quo sensu hæc omnia sancta uocata sunt, aduer-
temus quomodo etiam nos dare operã debeamus, ut sancti esse possimus. Natus est mi

hi primoge

hi primogenitus bos, nõ mihi licet occupare eum ad opus commune: est enim domino consecratus, & ideo dicitur sanctus. Intelligimus ergo ex hoc muto animali, quõ lex q̃d sanctum uult esse, nulli alij id deseruire iubet, nisi domino soli. Iterũ pateras uel phialas quas dicit sanctas, illæ sunt quæ nũquam iubentur exire de tẽplo, sed esse semper in sanctis, nec ullis penitus humanis usibus ministrare. Similiter & uestimenta quæ sancta nominantur, nõ iubẽtur intra domum usui deseruire pontificis, sed in templo esse, & inde omnino nunquam efferri, sed ad hoc tantum cõsecrata esse, ut eis deo ministrans pontifex induatur, & sint semper in templo, ad cæteros uerò usus cõmunes, utatur communibus indumentis. Similiter & pateris, ac phialis his quę sanctę appellant̃, ad humanos et cõmunes usus uti non licet, sed tantũ ad diuina ministeria. Quod si intellexisti quomodo uel animal, uel uas, uel uestimentum sanctum appellatur, consequenter intellige q̃ his obseruationibus, & legibus etiã homo sanctus appelletur. Si quis enim seipsum deuouerit deo: si quis nullis se negotijs secularib. implicauerit, ut ei placeat cui se ꝓbauit si quis separatus est & segregatus à reliquis hominibus carnaliter uiuentibus, & mundanis negotijs obligatis, non quærens ea quæ super terram, sed quę in cœlis sunt: iste merito sanctus appellatur. Donec enim permixtus est turbis, & in multitudine fluctuantiũ uolutatur, nec uacat soli deo, neq; segregatus à uulgo est, non potest esse sanctus. Nã de eis quid dicemus, qui cum gentiliũ turbis ad spectacula maturãt, & cõspectus suos atq; auditus, impudicis & uerbis & actibus fœdant? Non est nostrum pronunciare de talib. Ipsi eñ sentire, & uidere possunt quam sibi delegerint partem. Tu ergo qui hęc audis, cum lex diuina recitatur, quem ipsius etiam dei sermo cõuenit dicẽs: Sancti estote, quia & ego sanctus sum dominus deus uester: sapienter intellige quę dicunt̃, ut sis beatus cũ feceris ea. Hoc est eñ quod dicitur tibi: Separa te ab omni non solũ homine, sed & fratre inquiete ambulante, & non secundum traditiones apostolicas. Separamini etenim qui portatis, inquit, uasa domini, & exite de medio eorũ, dicit dominus. Separa te à terrenis actibus, separa te à cõcupiscentia mundi: omne enim quod in mundo est, secundũ Apostolũ, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, quæ nõ est à deo. Cũ ergo separaueris te ab his omnibus, deuoue te deo tanquã primogenitum uitulũ, nõ operetur per te peccatum, nec iugũ tibi imponat malitia: sed esto semotus, & segregatus, usibus tantũ sacerdotalibus, tanquam primogenitum animal mãcipatus. Segrega te & secerne, tanquam phialæ sanctæ, & sancta thuribula, solius templi usibus, & dei ministerio uacans. Separa te, & semoue ab omni pollutione peccati, & esto semotus & segregatus intra templum dei, tanquã sancta indumẽta pontificis. In tẽplo nanq; dei est segregatus & separatus ille, qui in lege dei meditat̃ die ac nocte, & qui in mandatis eius cupit nimis. Sãcti ergo estote dicit dominus, quia & ego sanctus sum. Quid est, qa & ego sanctus sum? Sicut ego, inquit, segregatus sum, & longe separatus ab omnibus quę adorantur, uel colũtur, siue in terra siue in cœlo: sicut ego excedo omnem creaturã, atq; ab uniuersis quę à me facta sunt, segregor: ita & uos segregati estote ab omnib. qui nõ sunt sancti, nec deo dicati. Segregati autem dicimus nõ locis sed actibus, nec regionibus, sed cõuersationibus. Denicq; & ipse sermo in græca lingua, quod dicitur ἅγιον, quasi extra terram esse significat. Quicunq; eñ se consecrauerit deo, merito extra terrã, extra mundũ uidebitur: potest enim & ipse dicere: Super terram ambulantes, conuersationẽ in cœlis habemus. Salomon quoq; in prouerbijs dicit: Laqueus est uiro fortis cito aliquid de suis sanctificare. Postea eñ quàm uouerit, euenit pœnitere. Et hoc est utiq; quod dicit: ne quis forte cum fructus ex area, aut uinũ ex torcularibus colligit, & dixerit uolo tantum offerre ecclesiæ, uel in usum pauperũ aut peregrinorum tantũ præbere: si postea ex his quæ uouet aliquid ad usus proprios præsumat, iam nõ de suis fructibus præsumpsit, sed sancta dei uiolauit. Et ideo laqueus fortis est sanctificare aliquid, hoc est uouere deo, & postmodum pœnitentia ductum ad usus proprios ea quę cõsecrauerat reuocare. Sed et si nos ipsos consecramus & offerimus deo, aut etiam si alios uouemus, obseruemus hũc laqueũ, ne forte posteaquam nos deo uouerimus, iterũ humanis usibus uel actibus subiugemur. Vouet aũt se unusquisq; uerbi gratia, sicut Nazarei faciebant tribus, aut quatuor, aut quot placuisset annis tẽpla se consecrantes dei, ut ibi semper uacarẽt obseruantes illa quę de Nazareis scripta sunt: ut comam capitis nutrirent, nec ascenderet ferrum

Estote sancti nam & sanctus sum.

Estote sancti.

Quia & ego sanctus sum.

Prouerb. 20

Votum

Num. 6

super

ſuper caput eorum toto uoti ſui tempore, ut uinum nō cōtingerēt, neq; aliquid exuite, & cætera quæcunq;, donec cōpleta fuiſſet uoti profeſſio. Sed & aliū quis ita uouet deo,
1 Reg. 1 ſicut Anna fecit Samuelem: ante eū quàm naſceretur, obtulit eum dicēs: Et dabo eū domino datū omnibus diebus uitæ ſuæ. Ex quibus omnib. clarū eſt, quomodo unuſquiſq; noſtrū, qui uult eſſe ſanctus, cōſecrari debeat deo, & nullis præterea negotijs, uel actib. qui ad deū minime pertinēt occupari. Poſt hæc ſcriptū eſt: Seruate, inqt, præcepta mea & facite ea, ego dominus: & ijs addit. Homo homo ſi maledixerit patrē aut matrē ſuam moriatur: & poſt multa quæ præcepit, quibus etiā pœnas preuaricationis adſcripſit, addit in clauſula: Et ſeruate omnia præcepta mea, & iuſtificatiōes meas, & iudicia mea. Vnde & cōſequens mihi uidetur requirere quid in his ſingulis indicetur. Equidē ſecundū quod obſeruare potui, præceptū eſt, ſiue mādatū illud quod (uerbi gratia) in Decalogo dicitur: Nō occides, nō adulterabis: hoc eū ſolum præcipit, & non adſcribit pœna cōmiſſi. Nunc aūt iterantur quidē eadem, ſed addit his pœnas: dicitur enim. Homo homo
De uiro nullū extat exēplū quicunq; adulteraverit uxorē uiri, & uxorē proximi ſui, morte moriat is qui adulterat, et quę adulteratur. Et ſi quis dormierit cū uxore patris ſui, turpitudinē patris ſui detexit, morte moriantur ambo, rei enim ſunt. De his aūt in prioribus iam data fuerāt præcepta, ſed nō obſeruantē quæ maneret pœna nō fuerat adſcriptū. Nunc ergo eadem repetuntur, & uniuſcuiuſq; pœna peccati decernit: & ideo hęc recte iuſtificatiōes, & iudicia appellātur, quibus quod iuſtum eſt recipere iudicatur ille qui peccat. Sed intuere ordinē diuinę ſapiētię, nō cōtinuo pœnas cū primis ſtatuit præceptis. Vult eū ut nō metu pœnæ, ſed amore pieratis, patris præcepta cuſtodias: ſed ſi contempſeris, nō tam homini tā,
Pſal. 82 q; contemptori mandatur pœna. Primo ergo benignitate prouocaris ut filius: Ego eū dixi dij eſtis, & filij excelſi oēs. Quod ſi filius eſſe obediēs nō uis, cōtemptor plecteris ut ſeruus. Poſt hęc dicit: Et ſi quis dormierit cū nuru ſua, morte moriātur ambo, impietatem fecerunt, rei ſunt. Et has leges uel hæc præcepta abſq; pœnis ſuperius dederat: dixerat eū. Turpitudinem nurus tuę non reuelabis, quoniā uxor filij tui eſt, nō reuelabis turpitudinem eius, & oīa quę ſubſequuntur. Et hūc locū ſimili modo ibi abſq; ſupplicijs, hic uerò cum diuerſis ſupplicioru generibus adſcripſit. Quo in loco recordor ſermonis
Heb. 10 illius, quem beatus apoſtolus Paulus ad Hebręos ſcribēs ait: Irritam quis faciens legem Moyſi, ſine ulla miſeratione duobus aut tribus teſtibus moritur: quanto maioribus ſupplicijs dignus putabitur, qui filium dei cōculcauerit, & ſanguinē teſtamenti pollutū duxerit, in quo ſanctificatus eſt, & ſpiritui gratię contumeliā fecerit? Sed ob quam cauſam mentionem fecerit ſcripturæ huius auſculta. Secundū legem adulter & adultera morte moriebantur, nec poterant dicere pœnitentiā petimus, & ueniam deprecamur. Nō erat lachrymis locus, nec emendationi ulla cōcedebat facultas, ſed omnimode puniri neceſſe erat, qui incurriſſet in legē. Hoc aūt ſeruabatur & in ſingulis quibuſq; criminibus quibus erat pœna mortis adſcripta. Apud Chriſtianos uerò ſi adulterium fuerit admiſſum, nō eſt præceptū ut adulter uel adultera corporali interitu puniātur: nec poteſtas data eſt epiſcopo eccleſiæ adulterū præſenti morte damnare, ſicut tunc ſecundū legem fiebat à presbyteris populi. Quid igitur? dicemus quod lex Moyſi crudelis ſit, quæ iubet puniri adulterum, uel adulteram, & Euangeliū Chriſti per indulgentiā reſoluit auditores in deterius? Non ita eſt. Propterea enim ſermonē Pauli protulimus in ſuperioribus dicentis: Quāto magis deterioribus ſupplicijs dignus eſt qui filiū dei cōculcauerit, & cætera. Audi ergo quomodo neq; tunc crudelis fuerit lex, neq; nunc diſſolutū uideatur Euangeliū propter ueniæ largitatem, ſed in utroq; dei benignitas diuerſa diſpēſatione teneat: hoc quod ſecundū legem (uerbi cauſa) adulter uel adultera præſenti morte puniebant, propter hoc ipſum quod peccati ſui pertulit pœnā, & cōmiſſi ſceleris exoluit digna ſupplicia. Quid erit poſt hæc quod animabus eorū ultionis immineat, ſi nihil aliud deliquerunt? ſi aliud peccatū non eſt quod condemnet eos, ſed hoc ſolum commiſerunt, & tūc tantum cū puniti ſunt, et legis pro hoc ſupplicīū pertulerunt? Non uindicabit dominus bis in idipſum, receperunt eū peccatū ſuum, & cōſumpta eſt criminis pœna. Et ideo inuenitur hoc genus præcepti nō crudele, ſicut hæretici aſſerūt accuſantes legē dei, & negantes in ea humanitatis aliquid cōtineri: ſed plenū miſericordia, idcirco quod per hoc purgaretur ex peccatis populus magis, quàm condemnaret. Nūc uerò nō infertur pœna corpo-

na corpori, nec purgatio peccati per corporale suppliciũ constat, sed p pœnitentiã: quã utrum quis digne gerat, ita ut mereri pro ea ueniã possit, uideto. Multi sunt eñ, qui nec ad hoc inclinanť, nec pœnitentiæ refugiũ quærunt: sed cum ceciderint surgere ultra no lunt, delectanť in eo luto quo hæserint uolutari. Nos tamẽ nõ obliuiscimur præcepti illi us, quo dicitur: Qua mensura mensi fueritis, eadem remetietur uobis. Dicimus eñ et ad deum: Quoniã dedisti nobis panem lachrymarũ, & potasti nos in lachrymis in mẽsura. Sunt ergo ista peccata, quæ dicuntur ad mortem: unde & cõsequens est, ut quoties cõmiserit quis tale peccatũ, toties moriatur. Multas enim esse peccati mortes significat etiam apostolus Paulus cũ dicit: Qui de tantis mortib. eripuit nos, & eripit, in q̃ speramus quia & adhuc eripiet. Quas ergo hic mortes plures cõmemorat, nisi peccatorũ? Si eñ hęc nõ diceret de mortib. peccatorũ, uidebatur Paulus secundũ sententiã suam immortalis esse mansurus ab hac cõmuni morte, qui dicit, quia de tantis mortib eripuit nos, & eripit, in q̃ speramus quia & adhuc eripiet. Si eñ & eripuit, & eripiet, nunc̃ erit quãdo moriatur quem dñs semper eripiet. Et ideo secundũ ea quæ discussimus, uidendũ est ne forte aliquando etiã grauius sit nobis, qui pro peccato cõmuni hac morte minime punimur, c̃ illis quos legis sententia corporaliter cõdemnabat: quia nobis ultio reponit̃ in futurũ, illos absoluebãt cõmissi sui persoluta supplicia. Quod & si aliquis est qui forte præuentus est in huiuscemodi peccatis, admonitus nunc uerbo dei, ad auxiliũ cõfugiat pœnitentiæ: ut si semel admisit, secundo non faciat, aut si & secundo, aut etiam tertio præuentus est, ultra nõ addat. Est eñ apud iudicem iustum pœnæ moderatio, nõ solum pro qualitate, uerumetiã pro quantitate. Inter cętera ergo peccata quæ morte puniunť, refert diuina lex quod & qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Nomẽ patris grande mysterium est, & nomẽ matris arcana reuerẽtia est. Pater tibi secundũ spiritum deus est: Mater Hierusalẽ cœlestis est. Propheticis hæc & apostolicis testimoniis disce. Hic ipse Moses scribit in cantico: Nónne hic ipse pater tuus acquisiuit te, & possedit te? Deut. 32
Apostolus uerò dicit de Hierusalẽ cœlesti, quia libera est, quæ est, inquit, mater omniũ nostrũ. Gal. 4
Primo ergo tibi pater deus est, qui genuit spiritũ tuum, qui et dicit: Filios genui & exaltaui. Sed & Paulus apostolus dicit: Obtẽperemus patri spirituũ, & uiuemus. Heb. 12
Secundo tibi pater est carnis pater, cuius ministerio in carne natus es, atq̃ in hunc mundũ ueniśti, qui te portauit in lumbis: sicut dicitur de Leui, quia in lũbis erat adhuc Abrahæ Heb. 7
quãdo occurrit ei Melchisedech regresso à cæde regum, & benedixit eum, & decimas Gen. 14
accepit ab eo. Quia igitur tam sacratũ nomẽ est patris, & tã uenerabile, idcirco qui maledixerit patri aut matri, morte morietur. Similia etiã de matre existimãda sunt, cuius labore, cuius cura, cuius ministerio, & natus, & nutritus es. Et ideo oportet te secũdũ apostolum parem gratiam referre parẽtibus. Si enim dehonoraueris patrem carnalẽ, huius contumelia ad patrem spiritus redit: & si iniuriam feceris matri carnali, ad illam matrẽ Hierusalem cœlestẽ redũdat iniuria. Sic et seruus si domino inreuerens sit, per hunc corporalẽ dominum in dominũ maiestatis cõtumeliam iactat. Ille enim huic carnali domino suum nomen imposuit. Et ideo nullo genere aduersum patrẽ, aut matrem, ne uerbo quidem habendũ certamen est, aut mouenda cõtradictio. Pater est, mater est, ut ipsis uidetur, agant, faciant, dicant: ipsi nouerint. Quantũcunq̃ detulerimus obsequij, nondũ reddimus uicẽ gratię, qua geniti sumus, qua portati, qua hausimus lucem, qua nutriti sumus, fortassis & eruditi, et honestis artib. instituti. Et ipsis fortasse auctoribus agnouimus deum, & ad ecclesiã dei uenimus, & sermonem diuinæ legis audiuimus. Propter hæc ergo omnia quicunq̃ maledixerit patri, aut matri, morte morieť. Quod si hæc de corporalibus parentibus decernũtur, quid illi facient, qui deum patrem maledicis uocib. lacessunt? qui eum negant conditorẽ esse mundi: aut qui cœlestẽ Hierusalem quæ est mater omnium nostrũ, indignis sensibus intelligẽtes dicta prophetica, ad conditionẽ terrenæ alicuius urbis adducunt? Bonum ergo est obseruare, nequando aut carnalẽ patrem, aut cœlestem minus digna honorificẽtia ueneremur, similiter & matrem: obseruare etiã omne mãdatum, quod nobis pudicitiam castitatẽ q̃ cõmendat: ut neq̃ in præsenti uita secundum legem obnoxij simus morti, neq̃ secundũ spiritalem futura nos pœna maneat ignis æterni: ex quo effugere & euadere omnibus nobis concedat dominus noster Iesus Christus, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De

De magno sacerdote. Homilia XII Cap. XXI

OMNIS qui inter homines sacerdos est, si attendas ad illum sacerdotē, de quo
Psal.110 a dixit deus: Tu es sacerdos in æternum secundū ordinem Melchisedech, par uus est & exiguus. Ille est autem magnus sacerdos, qui potest penetrare cœlos; & uniuersam supergredi creaturam, & ascēdere ad eum, qui lucem habitat inaccessibilem, deum, & patrem uniuersitatis. Propter quod & ille, qui apud Iudæos magnus dicebatur sacerdos, introibat quidem in sancta, sed manu facta, sed lapidibus extructa: non ascendebat in cœlum, nec adstare poterat apud patrem luminum. Sed quia horum umbram implebat & imaginem, idcirco etiam magni sacerdotis nomen per umbrā gerebat & imaginem. Vnde & Iudæi per hoc quod ad fidē proximi esse debuissent, quia apud ipsos adumbratio quædam & imago præluxerat ueritatis, dum typos ueritatē putant, ueritatem ipsam tanquam mendacium respuerunt. Nos autem qui recipimus magnum sacerdotem, intelligere debemus quomodo uere ipse sit magnus sacerdos. Vere magnus sacerdos est qui peccata dimittit, non per sanguinem taurorum & hircorum, sed per sanguinem suū. Quia ergo cognouimus qui sit magnus sacerdos, & confitemur ea quę in lege scripta sunt, de magno sacerdote scripta esse, id est de saluatore, quem uere magnum sacerdotem esse superior tractatus ostendit: uideamus nunc quæ sint, quæ de eo lex prophetico spiritu scribit. Et sacerdos, inquit, magnus ex fratribus suis, cui infusum est super caput eius oleum chrismatis, & perfectas habet manus suas, ut induat sancta uestimenta: de capite cidarim non deponet, uestimenta sua nō dissūpet, et ad omnem animam mortuam non intrabit: in patre suo, uel matre sua non contaminabitur: & de sanctis non exibit, & nō coinquinabit nomē quod est sanctificatum dei sui super se, quia sanctum oleum chrismatis dei sui in ipso est: ego dominus. Hic uxorē uirginem de genere suo accipiet. Viduam autem & eiectam, et pollutam, & meretricem, has nō accipiet: sed uirginem ex genere suo accipiet uxorem, & non maculabit semen suū in populo suo: ego dominus qui sanctifico eum.] Fuerit quidē etiā apud Iudæos imago huius obseruantiæ, & custodita sint quæ lex statuit à pōtificibus Iudæorum: sed & si diligēter cuncta seruata sint, & si omnia quę lex præcepit, impleta sint, nec sic quidem omnis hęc obseruatio magnū potuit facere sacerdotem. Quomodo etenim magnus dici potest sacerdos, qui peccare potest? Quod aūt sub peccato fuerint oēs etiā magni sacerdotes, & ex hoc ipso facile aduertimus: quod lex præcepit, ut prius pro suis, post etiā pro populi peccatis offerat hostiā sacerdos. Quomodo ergo magnus est sub peccato positus? Meus aūt sacerdos magnus Iesus idcirco magnus est, quia peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: & quia uenit ad eū princeps huius mūdi, et nō inuenit in eo quicq̄.
Luc.1 Ideo ergo & Gabriel archangelus natiuitatē eius annūciat, & dicit: Hic erit magnus, & filius altissimi uocabitur. Peccatum hominem paruū facit, & exiguum: Virtus eminentē præstat, & magnū. Sicut em̄ ægritudo corporis exile & exiguū facit corpus hominis, sanitas uerò lætum reddit & ualidum: ita intellige quia & animam ægritudo quidē peccati humilem facit, & paruam, sanitas uerò interioris hominis, & uirtutis opera, magnā faciunt eam & eminentem, & quātum in uirtutibus crescit, tanto prolixiorē reddit ma-
Luc.2 gnitudinē sui. Sic ego intelligo illud quod de Iesu scriptū est, quia proficiebat sapientia, & ætate, & gratia apud deum & homines. Nam quis est hominum qui nō ꝓficiat ætate in pueritia, ut quod uelut egregium quiddā de Iesu scriberetur? Ad te hęc dico, q̄ corporaliter audis quod Iesus ætate proficeret. Intellige ergo quia ætate animæ proficiebat, et magna fiebat anima eius propter magna & ingētia opera quę faciebat. Denicq̄ scīes &
Eph.4 Apostolus hanc ætatem de interiori homine sentiendam, ita scribit: Donec omnes occurramus in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Nam secundū corpus crescere & magnū fieri, nō est in nobis. Corpus em̄ ex genitali origine quanti-
Arbitrium tatis materiam sumit, ut uel magnū uel exiguū fiat. Anima uerò in nobis habet causas, et arbitrij libertatem, ut uel magna uel parua sit. Si ergo pusilla & parua sit anima, etiam
Matt.18 scādalizari potest. Sic em̄ scriptū est in euangelio: Quia expedit præcipitari in profundum maris, quàm scādalizare unum de pusillis istis. Qui magnus est non scādalizatur, sed qui pusillus est. Qui magnus est, quodcunq̄ uiderit, quodcunq̄ passus fuerit, nō declinat à fide. Qui autem pusillus est animo & paruus, occasiones quærit quomodo scandalizetur

dalizetur, quomodo in fide uideat offendi. Propterea deniq; oportet nos maxime his consulere, qui parui sunt in fide: nec tantam curam circa magnos & fortes, quantam erga paruulos & insipientes debemus impendere. Fortis enim omnia tolerat, omnia suffert, & nunquam cadit. Paruuli uerò, & infirmi in fide obseruandum est ne occasione nostri offendantur, & recedat à fide, ac decidant à salute. Aut ostende mihi de scripturis, ubi aliquis peccator, aut parui meriti, magnus appellatus sit. Nusquã (ut opinor) inuenies. Audi uerò qui sunt, qui magni appellant. De Isaac dicit, quia proficiebat ualde, usquequo factus est magnus ualde. Moyses magnus dictus est, & Ioannes Baptista magnus dictus est, nunc aũt Iesus magnus dictus est, & post hũc iã nullus appellatus est magnus. Prius enim quàm adesset qui uere magnus est, ad cõparationem reliquorum hominũ magni appellati sunt sancti, quorũ superius fecimus mentionẽ. Vbi uerò aduenit ipse, qui non ex cõparatione cęterorum, sed sui magnitudine uere magnus erat, de quo etiam scriptũ est, quia exultauit ut gigas ad currendã uiã, ultra iam nullus magnus appellatus est. Hic est ergo de quo scribit, Magnus sacerdos ex fratrib. suis. Quibus fratribus? De quibus dixit quum resurrexisset à mortuis: Vade ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrẽ meum, & ad patrem uestrum, & ad deum meum, & deum uestrum. Si autem uis ex anti quis literis discere fratres Iesu, lege uicesimum primũ psalmum, ubi ex persona Christi dicitur: Narrabo nomen tuũ fratribus meis, in medio ecclesiæ laudabo te. Ex fratribus ergo suis magnus est Iesus, ex his qui prius magni fuerant appellati. & sicut pastorũ pastor est, & pontificũ pontifex, & dominantium dominus, & regum rex: ita & magnorũ magnus est: & ideo addit, magnus ex fratribus suis. Post hæc uerò, cui, inquit, infusum est oleũ chrismatis super caput eius. Istud oleum noli requirere in terris, quod super caput infunditur magni sacerdotis, ut fiat Christus: sed si uidetur, disce à propheta Dauid istud oleum quale sit: Dilexisti, inquit, iustitiã, & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Istud est ergo oleũ lætitiæ, quod capiti eius infusum fecit eum Christum. Sed addit adhuc ad laudes eius. Qui consummatas, inquit, habet manus. Cuinam (quæso) hominũ hoc conuenit dici? In quo mortaliũ perfectas inuenire possumus manus? Etiam si Aaron iste sit cuius mentio fieri uidetur, quo modo cõsummatas putabitur habuisse manus, quibus uitulum fabricauit, quibus idolũ sculpsit? Etiam si ipsum Moysen proferas, quomodo cõsummatas habuisse uidetur manus, qui non glorificauit dominum ad aquã contradictionis? Pro quo delicto etiam uita iubetur excedere. Quod si & alium quenquam sanctorũ memorare uelis, occurrit tibi sermo scripturæ, qui dicit: Quia non est homo super terram qui faciat bonum, & non peccet. Merito ergo solus Iesus consummatas habet manus, qui solus peccatũ nõ fecit, hoc est, qui perfecta & integra opera manuũ habet. Et ideo de ipso recte dicit: Qui cõsummatas habet manus, ut induatur sancta. Hic enim est, qui uere indutus est sancta, nõ illa quæ in typo erant, sed ipsa quæ uere sancta sunt. Quod si uis audire de excelsioribus indumentis eius, accipe uerba prophetica: Amictus, inquit, lumine sicut uestimẽto, abyssus sicut palliũ amictũ uestimentũ eius. Hic est mei magni põtificis habitus, quo modo indicat profunda scientia, & sapientiæ luce uestitus, quæ uere sancta sunt indumenta.

Genes. 25

Psal. 19

Ioan. 20

Psal. 22

Psal. 45

Prouer. 20

Non, inquit, auferet de capite suo cidarim. Iam & prius diximus Cidarim genus esse operimenti, quod capiti superpositũ pontifici præstat ornatũ. Hic ergo magnus pontifex meus nunquã deponit sacri capitis ornatum. Quod sit autem caput Christi, ab apostolo disce qui dicit: caput autẽ Christi deus. Merito igit istum capitis sui, qui deus est, nunquam deponit ornatum, quia semper est pater in filio, sicut filius semper in patre. Et uestimenta sua non disrumpet. Vere hic est qui uestimẽta sua nõ disrumpit, sed semper ea munda, semper integra, semper casta seruauit. Et ad omnem animã defunctam non intrabit. Quæ est anima defuncta? quã mortuã propheta dicit: Anima quæ peccat, ipsa morietur. Super hanc ergo animã mortuam Christus non superuenit, quia sapiẽtia est, & sapientia non intrat ad animã maleuolã. Ipsa est enim mortua, quia cui in est malitia, inest & peccatum. Peccatum autem cum cõsummatum, inquit, fuerit generat mortem. Et propter hoc Iesus non intrat ad animam mortuam. Si autẽ uiuat anima, hoc est si nõ habeat in se mortale peccatũ, tũc Christus qui est uita, uenit ad animam uiuentem. Quia sicut lux non potest esse cũ tenebris, nec cum iniquitate iustitia, ita nec uita potest esse

1 Cor. 11

cum morte. Et ideo si quis sibi conscius est quod habeat intra se peccatũ, neq; id à se per pœnitentiã plenissimæ satisfactionis abijcit, non speret quod intret Christus ad animã eius, qui ad omnẽ animam defunctam nõ intrat, quia magnus sacerdos est. In patre suo, & matre sua non contaminabitur. Hic scripturæ locus difficillimus est ad explanandũ, sed si orationibus uestris deum patrem uerbi deprecemini, ut nos illuminare dignetur, ipso donante poterit explanari. Omnis qui ingreditur hunc mundũ, in quadam contaminatione effici dicitur. Propter quod & scriptura dicit: Nemo mundus à sorde, nec si unius diei fuerit uita eius. Hoc ipso ergo quod in uulua matris est positus, & quod materiam corporis ab origine paterni seminis sumit, in patre & in matre contaminatus dici potest. Aut nescis, quia cũ quadraginta dierũ factus fuerit puer masculus, offertur ad altare, ut ibi purificetur, tanquam qui pollutus fuerit in ipsa cõceptione, uel paterni seminis, uel uteri materni? Omnis ergo homo in patre & in matre pollutus est, solus uerò Iesus dñs meus in hac generatione mũdus ingressus est, in matre non est pollutus. Ingressus est enim corpus incontaminatũ. Ipse enim erat, qui & dudũ per Salomonẽ dixerat: Magis autẽ cum essem bonus, ueni ad corpus incoinquinatum. Non est ergo contaminatus in matre, sed ne in patre quidẽ. Nihil enim Ioseph in generatione eius præter ministerium præstitit & affectũ. Vnde & pro fideli ministerio, patris ei uocabulum scriptura concessit. Sic enim Maria ipsa dicit in Euangelio: Ecce ego & pater tuus dolẽtes quærebamus te. Sic ergo solus est hic sacerdos magnus, qui neq; in patre pollutus sit, neq; in matre. Videamus autẽ si adhuc possumus aliquid sublimius, & pro dignitate tanti pontificis inuenire. Pater omnium uerus, dicitur deus. Matrem autem, Apostolus Hierusalem dicit esse cœlestem. Omnes ergo qui peccãt, contaminantur in patre à quo creati. Siue enim egimus aliquid impium, siue locuti sumus, siue cogitauimus cõtra deũ, cum non credidimus deo, contaminati sumus in patre. Atq; utinam tũc solum per incredulitatem factum sit, cessatum sit uerò postquã credidimus. Sic ergo etiam contaminamur in matre, si credẽtes deo, uel ecclesiã lædimus, uel libertatẽ matris cœlestis indigna peccati seruitute fœdamus. Solus uerò dominus noster Iesus Christus, qui peccatũ nescit, neq; in patre, neq; in matre contaminatus est, & de sanctis non exiuit. Fuerant quidem nonnulla & in superioribus proponenda Iudæis, ad quæ respondere nõ possent, sed omissis illis, de hoc interim sermone quid nobis dicant, uel ipsi, uel qui secundũ ipsorum sensum intelligi legem uolunt, si hæc ad pontificẽ nostrum & saluatorem non referantur, quomodo secundũ literam probabitur, quod de sanctis nõ exeat magnus sacerdos, qui utiq; & uxorẽ accipiebat, sicut inferius dicitur, uirginẽ de genere suo? Si de sanctis non exit, si nusquam procedit, quomodo aut ad quos usus accipere iubet uxorẽ? Neq; enim putandum est quòd cum uxore intra sancta manere potuerit. Sed hæc putent illi, quibus placent Iudaicæ fabulæ. Nos aũt habemus sacerdotẽ magnum secundũ ordinẽ Melchisedech Christũ Iesum, nunquã de sanctis exeuntẽ: semper enim in sanctis est, & manet semper sanctus in uerbis suis, sanctus in actibus suis, sanctus in oĩbus uolũtatibus suis, & solus est qui nunquã inueniatur extra sancta. Qui enim peccat, exit de sanctis: & quotiescunq; quis peccat, toties efficit extra sancta. Christus autem qui nunquã peccauit, nunquam exijt de sanctis. Sed & tu qui sequeris Christum, & imitator eius es, si permaneas in uerbo dei, si in lege eius mediteris die ac nocte, si in mandatis eius exerceris, semper in sanctis es, nec unquã inde discedis. Neq; enim in loco sancta quærẽda sunt, sed in actibus, & uita, ac moribus. Quæ si secundũ deum sint, & secundum præceptum dei habeantur, etiam si in domo sis, etiam si in foro: & quid dico in foro? euã si in theatro inueniaris uerbo dei deseruiens, in sanctis te esse non dubites. Aut nõ tibi uidet Paulus cum ingressus est theatrum, uel cũ ingressus est Areopagum, & prædicauit Athenien sibus Christũ, in sanctis fuisse? Sed & cum perambulasset aras & idola Atheniensium, ubi inuenit scriptũ ignoto deo, & ex hoc uerbo sumpsit Christi prędicatiõis exordium, etiã ibi aras gentilium lustrãs in sanctis positus erat, quia sancta cogitabat. Sed & quicunq; custodit se post acceptam gratiam dei ne incidat in homicidiũ, in adulterium, in furtum, in falsum testimonium, & alia similia: sed permanet mundus ab omni cõtagione peccati, non exiuit iste de sanctis, & non contaminauit sanctificationẽ dei sui in semetipso, quia sanctum oleum chrismatis dei sui super ipsum est. Illud oleũ, de quo

Peccatum originis

Iob 25

Sap. 8

Luc. 2

Gal. 4

Tollit literam

Act. 17

in Exodo

in Exodo scriptum est, quomodo potest secundū literā propriè oleū dei dici, quod arte myrepsica confectū est à pigmentario? Sed si uis uidere oleum dei, audi quē propheta dicat unctū esse oleo dei, illū sine dubio de quo dicit: Propterea unxit te deus deus tuus oleo lætitiæ præ particib. tuis. Hic ergo est magnus sacerdos, qui solus oleo dei unctus est, & in quo semper sanctū permānsit diuini charismatis oleū. Sed quid addit post hæc? Hic uxorē uirginē de genere suo accipiet: uiduam aūt, & eiectam, & meretricem non accipiet, sed uirginem de genere suo, & non contaminabit semē suū in populo suo: ego dominus qui sanctifico eum. Quia ergo totius expositionis ordo ad uerū sacerdotē magnum reuocatus est Christum, uideamus nunc & quid de nuptijs eius intelligi debeat. Paulus apostolus dicit: Volo aūt uos oēs uni uiro uirginē castam exhibere Christo. Timeo autē ne sicut serpens seduxit Euam astutia sua, ita corrūpantur sensus uestri à simplicitate, quæ in Christo est. Vult ergo Paulus omnes Corinthios uirginē castam exhibere Christo: quod utiq; nunquā uellet, nisi id possibile uideret. Vnde & mirū fortasse uideatur, quomodo hi, qui diuersis peccatis corrupti ad fidem Christi uenerūt, oēs simul uirgo casta dicantur: quæ uirgo tam sancta, tam casta sit, ut mereatur etiam Christi nuptijs copulari. Verum quoniā hæc ad carnis integritatē referre non possumus, certū est quod ad integritatē animæ spectent, cuius secundum ipsius Pauli sententiā, simplicitas fidei quæ in Christo est, uirginitas eius appellata est, & per hoc quoniā cessantibus, uel philosophorū sophismatibus, uel superstitionib. Iudaicis in fide simplici Christus sibi adsumpsit ecclesiā, uirginem de genere suo accepit uxorem. Huius nanq; fidem non corrumpit philosophicus sensus, nec circuncisionis ambitio, sed in simplicitate cōfessionis tanquam in uirginali integritate permansit. Sic em̄ & dudū promiserat per prophetam dicens: Desponsabo te mihi in fide. Omnis ergo secundū apostolum, qui in Christo est, noua creatura est. Et sicut idē apostolus dicit: Vt exhibeat ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentē maculā, aut rugam, aut aliquid eiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata. Quomodo ergo eam quæ rugosa est, facit esse sine ruga, nisi quia renouat eā? secundum quod scriptū est. Nam etsi is qui deforis est homo noster corrumpitur, sed qui intus est, renouatur de die in diem. Viduam sanè, & meretricem, & eiectam non accipiet Christus, nec intrat talis anima thalamum sponsi. Qui enim ingressus fuerit illuc nō habens indumenta nuptialia, perferet illud quod scriptū esse nostis in euangelio. Virginē ergo accipiet, uiduam non accipiet, neq; meretricē, neq; eiectam, aut contaminatā. Meretricem quidē, & abiectam animā, & pollutam cur non suscipiat Christus in coniugium, non est laboris exponere: Vidua uerò cur non in uxorē recipiatur, diligentius intuendum est. Paulus apostolus ad Romanos scribens, uirum animę legē dicit, eamq; cum mortuus fuerit uir, solutā esse pronunciat à lege uiri, ut iā nō sit adultera si nupserit Christo. Qd si eueniat, ut lex quidē animæ ipsi moriat, id est ut anima discedat à lege, nec tamen cōstringat se castioris connubij disciplinis, & à lege discedens, euangelici dogmatis non suscipiat iugum: hæc nubere Christo non poterit, quæ libertatis lasciuiā quæsierit, non fidei uirginalis & simplicis cultum. Hic ergo sacerdos magnus uxorē uirginem accipiet de genere suo. Potest & propter hoc dictum uideri de genere suo, quod anima Christi ex genere & ex substantia fuerit humanarū omniū animarū. Potest & secundū hoc, quod fratres uocat credentes in se, de genere suo dici anima, quæ in fide tanquā nuptijs sociatur. Illud tamē nolo uos lateat, quod Hebræi negant se scriptū habere, q̄d nos apud lxx interpretes inuenimus, de genere suo. Et recte illi nō habēt scriptū. ablata est em̄ ab illis propinquitas dei, ablata est adoptio filiorū, & trāslata est ad ecclesiā Christi. Illi ergo non habent scriptū quia de genere Christi sint, sicut nec esse meruerūt. Nos aūt qui hoc scriptū habemus, & legimus, gaudeamus quidē de dignatione dei, sed caute & sollicite curemus, ne nos uita nostra & actus ac mores faciāt aliquādo degeneres: ne & hoc ipsum nobis ad condemnationē ducatur, quod cū genus simus Christi, indignis, & fœdis, ac diabolicis actibus seruiamus. Qui habet ergo sponsam, spōsus est. Audis quomodo sponsus dicit̄ Christus, sponsa uerò eius anima dicitur, quæ fidei simplicitate, & actuū puritate incorrupta probatur & uirgo. Dicit em̄ dominus & per Hieremiā prophetam: Nónne sicut dominum me, & patrem uocasti, & principē uirginitatis tuæ? Viduam aūt, & eiectam, & contaminatam non accipiet. Si quis nostrum peccauerit, abiectus est

Exod. 28 Conuellit literam Psal. 45 2. Cor. 11 Osee 2 Eph. 5 Rom. 7 Hier. 3

ctus est, etiam si nõ abiiciatur ab episcopo, siue quod lateat, siue quod interdũ ad gratiã iudicetur, eiectus est tamen in ipsa conscientia peccati. Nec prodest hominis gratia, cũ Christus huiusmodi animã tanq; abiectam non recipiat in coniugiũ. Igitur neq; uiduã (sicut suprà diximus) accipiet, neq; eiectã, neq; pollutã. Polluta dicit, quæ etiã si non ex integro cõpleuit peccatũ, tamen hoc ipso quod cogitauit, quod uoluit, qđ optauit, etiã si nõ admisit, polluta est, & à magno pontifice nõ eligitur. Valde em puram, ualde mundam, & synceram requirit animã, quã sibi iungat: quia qui se iunxerit domino, unus spiritus est. Vnde etiã hoc ostendit, quod sint differẽtiæ peccatorũ: & qui peccauerit peccatũ ad mortẽ abiectus sit: qui aũt nõ peccat ad mortẽ, sed inferius aliquid, pollutus sit. Sponsa aũt Christi, neq; abiecta, neq; polluta potest esse, sed uirgo, incõtaminata, incorrupta, & munda. Memento em sermonis apostolici, quẽ paulo ante proposuimus, dicẽ
Eph. 5 tis: Vt exhibeat ipse sibi gloriosam ecclesiã, non habentem maculam, neq; rugã, aut aliquid eiusmodi, sed ut sit sancta, & immaculata. Sed & meretricẽ non accipiet. Quæ est anima meretrix? quæ ad se recepit amatores, de quibus dicit propheta: Meretricata es post amatores tuos. Qui sunt isti amatores qui intrant ad animã meretricẽ, nisi cõtrariæ potestates, & dæmones, qui desideriũ capiũt pulchritudinis eius? Pulchra nanq; à Deo
Gen. 1 creata est anima, & satis decora. Audi qũo ipse deus dicit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Vide cuius decoris, cuius pulchritudinis est anima quę imaginem habet & similitudinẽ dei. Hanc pulchritudinẽ cõtrariæ potestates cum aspiciunt, id est diabolus & angeli eius, cõcupiscunt speciẽ ipsius: qui quia nõ possunt spõsi eius fieri, meretricari cupiũt cum ea. Si ergo susceperis ô homo in cubili animæ tuę adulterum diabolum, meretricata est anima tua cum diabolo. Si receperis angelos eius, si spiritus diuersos, qui peccare te suadeãt, meretricata est cũ eis anima tua. Si spiritus iræ, si inuidiæ, si superbiæ, si impudicitiæ, ingressus fuerit ad animã tuã, & receperis eum, & consenseris ei loquenti in corde tuo, delectatus fueris his quæ tibi secundum suã mentem suggerit, meretricatus es cum eo. Meretricẽ ergo nõ accipiet sacerdos magnus, & non contaminabit semen suum in populo suo. Quod est istud semẽ, quod contaminari
Matth. 13 non uult? In Euangelijs scriptum est: Qui seminat, uerbũ seminat. Non uult ergo contaminari uerbũ dei ab his qui seminãt. Qui sunt ergo qui seminãt? qui uerbũ dei in ecclesia proferũt. Audiant ergo doctores, ne forte animæ contaminatę, animæ meretricanti, animæ infideli uerba dei credant, ne forte mittãt sanctũ canibus & margaritas ante porcos: sed animas mundas, uirgines in simplicitate fidei quę in Christo est, eligant, ipsis cõmittant secreta mysteria, ipsis uerbũ dei, & arcana fidei proloquant, ut in ipsis Christus formetur per fidẽ. An nescitis quia ex isto semine uerbi dei quod seminat, Christus nascitur in corde auditorum? Hoc em apostolus dicit: Donec formetur Christus in uobis.
Gal. 4 Concipit ergo anima ex hoc uerbi semine, & conceptũ format in se uerbum, donec pariat spiritum timoris dei. Sic enim per prophetam dicũt animæ sanctorũ: A timore tuo
Esa. 26 domine concepimus in utero, & parturiuimus, & peperimus spiritũ salutis tuæ quẽ fecimus super terram. Iste est sanctarum animarum partus, iste conceptus, ista sunt sancta coniugia, quæ conueniunt & apta sunt magno pontifici Christo Iesu domino nostro, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De diebus festis, & lucerna, & candelabro, & oleo ad lumen, & de mensa, & panibus propositionis. Homilia XIII Cap. XXIII

Q Vi perfectus est, ab ipso deo docetur de solennitatum ratione, & homine ad hæc discenda magistro non utitur, sed à deo discit, si quis potest capere dei uocem. Qui autem non est talis, sed inferior, discit ab eo qui didicerit à deo. Hæc ergo est de solennitatibus duplex quædam ratio doctrinæ. Vna, qua illuminata per spiritum prophetica mens docetur, quæ (ut ita dicam) magis intuitu mentis discitur, quàm sono uocis, per quam ueritas ipsa, non umbra & imago ueritatis agnoscitur. Hi uerò, qui ipsam dei claritatem capere non possunt, nec totum fulgorem ueritatis intenta mentis acie conspicari, audiunt de solennitatibus secũdo loco ab his, qui primo didicerunt: & cum illis ueritatem rerum ipsa inspectionis proprietas dederit, adistos ueritatis umbrã profert solus auditus. Huius mysterij Apostolus conscius dicebat

de Iudæis

de Iudæis, quia umbræ & exemplari deseruiunt cœlestiũ. Ipsa enim cœlestia Moyses ui Heb.8
disse describitur, typos autẽ & imagines eorũ quæ uiderat, populo tradidisse. Sic enim
ad eum diuinum dicit eloquium. Vide, inquit, omnia facito secundũ formam, quæ ostẽ Exod.25
sa est tibi in mõte. Tale ergo est, quod & in hoc loco recitatũ est, quia dominus locutus
fuerit de solẽnitatibus ad Moysen. & post hæc: Et locutus est Moyses, inquit, de diebus
solẽnibus domini dei filijs Israel. Transacto uerò de his sermone uideamus qd post hæc
edocetur Moyses. Primo de lucerna, & candelabro, & oleo quod ei infunditur. Secũdo
loco, de mensa, & panibus propositionis, ac numero eorũ, & qui eis uti debeant. Intẽda
mus ergo animũ diligẽtius his quæ scripta sunt, & ad hæc dignoscẽda cõcedi nobis gra
tiã domini deprecemur, ut in his quæ legimus literis, quæ sit uoluntas sancti spiritus a-
gnoscamus. Præcipe, inquit, filijs Israel, ut deferãt tibi oleum de oliuis mundũ expres-
sum ad lumen, ut ardeat lucerna semper extra uelum in tabernabulo testimonij, & accẽ
dent illam Aaron & filij eius à uespere usq; in mane contra dominum indesinenter, legi
timum æternale in progenies uestras. In candelabro mundo accendetis lucernas cõtra
dominum usq; mane.] Candelabrum mundum nominat, lucernas accendi per pontifi-
cem iubet, & earum lumen ministrari ex oleo quod datur à populo præcepit. Itaq; nisi
dederit oleum populus, sine dubio extinguetur lucerna, & non erit lumen in sanctis. Se
cundum literam ergo hæc erat consequentia, ut cõferret populus oleum mundũ de oli-
uis expressum, ut ex eo ministraretur lumen lucernæ: & Aaron accẽdebat lucernas à ue
spera usq; mane, fomentis olei quod contulerat populus, lumini pabulum prębens. Ve
rum quoniam lex spiritalis est, petamus à domino (si tamen cõuersi simus ad dominũ)
auferri nobis uelamen de lectione ueteris testamẽti, ut possimus aduertere quæ ratio sit
candelabri, uel lucernarũ eius, secundum intelligentiam spiritalem. Ante aduentum do
mini mei Iesu Christi, sol non oriebatur populo Israel, sed lucernę lumine utebat. Lucer
na enim erat apud eos sermo legis, & sermo propheticus, intra angustos conclusa parie
tes, quæ non poterat in orbem terræ lumen effundere. Intra Iudæam nanq; concludeba
tur scientia dei, sicut & propheta dicit: Notus in Iudæa Deus. Vbi uerò exortus est sol iu Psal.75
stitiæ dominus & saluator noster, & natus est uir de quo scriptum est: Ecce uir, Oriens Zach.6
nomen est ei: per uniuersum mundum scientiæ dei lumẽ effusum est. Sermo ergo legis,
& sermo propheticus erat lucerna ardens, sed ardebat intra ædẽ, nec ultra poterat emit
tere splendorem suum. Quod autem sermo legis & prophetarũ lucerna dicatur, domi-
nus ipse nos docuit dicens de Ioanne baptista. Ille erat lucerna ardens & lucens, & uos Ioan.5
uoluistis ad horã exultare in lumine eius. Et alibi dicit, quia lex & prophetæ usq; ad Io- Matth.11
annem. Lucerna itaq; ardens est Ioannes, in quo lex cõcluditur & prophetæ. Donec er
go populus ille habebat oleũ quod cõferret ad lumẽ, lucerna nõ est extincta. Vbi uerò
defecit in eis oleum misericordię, oleũ operũ bonorũ, nec inuenta est apud eos puritas,
purũ nãq; oleum quærebat ad lumẽ, & quia defecit in eis oleũ misericordiæ, necessario
extincta lucerna est. Sed quid dicemus quia illis hæc euenerũt, à nobis uerò aliena sunt
ista? Imo maior cura est Christiano olei conquirẽdi. Vide emꝫ qũo dominus in euange-
lijs per parabolam stultas uirgines nominat, quæ oleum non portabant in uasculis suis:
& intantum stultas, ut quoniam defuit eis oleũ ad succẽdendas lampades suas, thalamis
exclusæ sint nuptiarum, nec pulsantibus quæ olei curam neglexerant, ultra aperiri iusse
rit sponsus. Memini tamen dudũ nos cũ centesimi decimi octaui psalmi exponeremus
illum uersiculum, in quo scriptum est: Lucerna pedibus meis lex tua domine & lumẽ se
mitis meis, diuersitatem lucernæ, & lucis pro uiribus ostẽdisse. Dicebamus enim quod
lucernã quidem pedibus, id est inferioribus corporis partibus deputarit, lucẽ uerò semi
tis dederit, quæ semitæ in alio loco semitæ æternæ nominãtur. Quia ergo secundũ quã-
dam mysticam rationem inferiores partes creaturæ mundus hic intelligit, ideo lucerna
legis his, qui in hoc mundo tanq; totius creaturæ pedes sunt, accẽsa memorat. Lux aũt
æterna erit illis semitis, per quas in futuro seculo unusquisq; pro meritis incedet. Sed de
his in suo loco sufficiẽter pro nostris uiribus dictũ est. Nunc ergo quoniã uespera est &
nox usq; ad cõsummationem seculi, & usquequo nouus dies futuri seculi & nouæ lucis
effulgeat, ardet unicuiq; nostrum lucerna hæc, intantum splendorem luminis præbẽs,
quantum olei copia ubertate operum fuerit ministrata. Deniq; & Iob in quodam loco,

Iob 29 cum bona operum ſuorum exponeret, addidit etiam hoc. Cum ſplenderet, inquit, lucerna ſuper caput meum. Splendet ergo unicuiq; noſtrum lucerna hæc, inquantum oleo bonorũ operum fuerit accenſa. Si autem male agamus, & opera noſtra mala ſint, nõ ſolum non accendimus, ſed extinguimus nobis iſtam lucernam: & completur in nobis illud, quod ſcriptura dicit: quia qui male agit, in tenebris eſt, & qui odit fratrem ſuũ, in tenebris ambulat. Extinxit enim lucernam charitatis, & ideo in tenebris ambulat. An nõ tibi uidetur extinxiſſe lucernam, qui lumẽ charitatis extinxit? Qui autem diligit fratrẽ, in charitatis luce perdurat, & cum fiducia poteſt dicere: Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, & filij eius ſicut oliua nouella in circuitu menſæ eius. Oleum ergo offerri iubetur à populo, & oleum non qualecunq;, ſed mundum, & non ex quibuſcunq; ſeminibus (ut fieri diuerſis in regionibus mos eſt) ſed de oliuis expreſſum, in quibus indicium pacis oſtenditur, Neq; enim accepta poſſunt eſſe deo opera tua, niſi in pace peragantur: ſicut & Iacobus Apoſtolus dicit: Fructus autem iuſtitiæ in pace ſeminatur. Et idcirco credo etiam dominus diſcipulis ſuis tradebat fidele depoſitum dicens: Pacẽ meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. De hac ergo oliua oleum premamus operũ noſtrorum, ex quo lucerna domino poſſit accendi, ut nõ in tenebris ambulemus. Hæc quidem à nobis dicta ſunt, quantum ad lucernã candelabri & oleum eius ſpectat. Nũc uerò uideamus quid etiam in conſequentibus de panibus propoſitionis ſcriptum ſit.

1 Ioan. 2 Iacob. 3 Ioan. 14

Et ſumetis, inquit, ſimilaginem, & facietis de ea duodecim panes. De duabus decimis erit unus panis, & imponetis eos duas poſitiones, ſex panes una poſitio ſuper menſam mundam contra dominum. Et imponetis ſuper poſitionem thus mundum, & ſalẽ, & erunt panes in commemoratione appoſiti domino: die ſabbatorum proponentur contra dominum ſemper à filijs Iſrael, in teſtamentum æternum. Et erunt Aaron, & filiorum eius, & edent ea in loco ſancto: ſunt enim ſancta ſanctorum. Hoc erit illis de eis quæ offeruntur domino legitimum æternum.] Secundum ea quæ ſcripta ſunt, in duodecim panibus duodecim tribuũ Iſrael uidetur cõmemoratio ante dominũ fieri, & præceptum dari, ut ſine ceſſatione iſti duodecim panes in conſpectu domini proponantur: ut & memoria duodecim tribuum apud eum ſemper habeat, quo ueluti exoratio quædam & ſupplicatio per hæc pro ſingulis fieri uideatur. Sed parua ſatis & tenuis eſt huiuſcemodi interceſſio. Quantum enim profecit ad repropitiãdum, ubi uniuſcuiuſq; tribus per panem fructus, per fructus opera conſideranda ſunt? Sed ſi referantur hæc ad myſterij magnitudinẽ, inuenies cõmemorationẽ iſtam habere ingentis repropitiationis effectum. Si redeas ad illum panẽ qui de cœlo deſcendit, & dat huic mũdo uitã: illum panẽ propoſitionis, quem propoſuit deus propitiationem per fidem in ſanguine eius: & ſi reſpicias ad illam cõmemorationem, de qua dicit dominus, Hoc facite in meam commemorationem: inuenies quod iſta eſt cõmemoratio ſola, quæ propitium faciat hominib. deum. Si ergo intentius eccleſiaſtica myſteria recorderis, in his quæ lex ſcribit, futurę ueritatis inuenies imaginem præformatam. Sed de his non eſt plura diſſerere, quod recordatiõe ſola intelligi ſufficit. Poſſumus uerò & aliter dicere. Omnis ſermo Dei panis eſt, ſed eſt differentia in panibus. Eſt enim aliquis ſermo, qui ad communem proferri poſſit auditum, & edocere plebem de operibus miſericordiæ, aut totius beneficẽtię, & iſte eſt panis qui communis uidebitur. Eſt uerò alius, qui ſecreta contineat, & de fide dei & rerum ſcientia diſſerat. Iſte panis mundus eſt, & ex ſimila cõfectus. Iſte in cõſpectu domini ponendus eſt ſuper menſam mundam proponẽdus. Iſte ſolis ſacerdotib. ſequeſtratus eſt, & filijs Aaron æterno munere condonatus. Verum ne putes hæc nos propríjs ſenſibus excogitata narrare, & non in diuinis obſeruaſſe uoluminibus, proferã tibi de ſcripturis quomodo apud diuerſos uiros, panis diuerſitas pro merito uniuſcuiuſq; ſeruata eſt. Referẽ in Geneſi quod Abraham patriarcha angelos ſuſcepit hoſpitio, ſimiliter aũt & Loth. Sed Abraham, qui meritis præcellebat, panes ex ſimila appoſuiſſe deſcribitur, quos & ἐγκρυφίας id eſt occultos ac recõditos nominauit. Loth uerò eo ꝙd non habuit ſimilam, ex farina panes hoſpitibus appoſuit: nõ quòd ita pauper eſſet, & nõ habuerit ſimilam, qui in diuitijs non inferior patruo ſcribitur: ſed utriuſq; meritorũ differentia per hæc deſignãtur indicia: quod is quidem cui erant à Domino myſteria reuelanda, & ad quem dicebatur, non celabo à puero meo Abraham quod facturus ſum, qui imbuẽdus

Gen. 18

Non omnia ad populum proferenda

erat

erat,& edocẽdus de occultis & secretis dei,ille panes ex similà scribitur habuisse:ille uerò ad quem nihil sacramenti deferebat̃,sed ratio prẽsentis salutis & uitę,panes communes ex sola farina scribitur habuisse confectos. Et tu ergo si habes scientiam secretorũ, si de fide dei,de mysterio Christi,de sancti spiritus unitate potes scienter cautęq; differe re,panes ex similà offers domino.Si uerò communibus uteris ad populum monitis, & moralem scis tantummodo locum tractare qui ad omnes pertinet,communem te obtulisse noueris panem.Sed uideamus iam quæ sit confectio in istis panibus propositionis, qui ante dominũ poni semper iubẽter.De duabus,inquit,decimis sit panis unus. Duas quidem decimas dixit,sed cuius mensuræ sint istæ decimæ non comprehendit:cũ utiq; consequens fuisset, si de quantitate similæ uolebat agnosci,ipsam cuius decimas sumi iubebat,nominare mensuram.Quæ ergo ista res est,cuius mensura & modus nec comprehendi potuit nec numerari? Decem numerus ubique perfectus inuenitur. Totius enim numeri ex ipso ratio & origo consurgit.Competenter igitur auctor & origo omnium Deus,sub hoc numero uidetur ostendi. Sed si in ecclesia de solo patre loquar, & ipsius solius laudes proferam,unius decimæ panẽ feci.Aut si de Christo solo fecero sermonem,& ipsius enuntiauero passionem,& resurrectionem prædicauero, unius decimæ obtuli panem.Si uerò dixero quia pater cum filio semper est,& ipse facit opera sua: uel etiam si dixero,quia pater in filio est,& filius in patre,& qui uidet filium,uidet & patrem,& quia pater & filius unum sunt: ex duabus decimis similæ mundæ obtuli unum panem,panem uerum qui uitam dat huic mundo.Hæretici non faciunt de duabus decimis unum panem:negant enim creatorem deum,patrem Christi esse, neq; uetus & nouum testamentum unum faciunt panem,nec unum spiritum in utroq; instrumento profitentur.Nos autem in lege,& Euangelijs unum atq; eundem inesse sanctum spiritũ dicimus,& isto quoq; modo ex duabus decimis unũ panẽ propositionis offerimus. Qui ergo separant Christum à creatore Deo patre suo hæretici, & Iudæi qui solum patrem recipiunt,& uerbum & sapientiam eius Christum non recipiunt, nõ faciunt ex duabus decimis unum panem.Nos autem mensuræ quidem ipsius, id est substantiæ nomẽ uel rationem comprehendere aut inuenire non possumus:confitentes tamen patrem, & filium,unũ facimus panem ex duabus decimis:non ut panis unus ex una decima fiat, & alius ex alia,ut sint ipsæ duæ decimæ,separatæ,sed sint duæ istæ decimæ una massa,& unus panis.Quomodo duæ decimæ una massa fit? quia nõ separo filiũ à patre, nec patrẽ à filio.Qui enim uidit me, inquit, uidit & patrẽ.Fiunt ergo panes singuli ex duab.decimis,& proponuntur duabus positionibus, id est duobus ordinibus. Si enim una positio fieret,confusus & permixtus esset sermo de patre ac filio.Nunc autem unus quidem est panis,una em̃ uoluntas est & una substantia:sed duæ sunt positiones, id est duæ personarum proprietates.Illum enim patrem,qui non sit filius,& hunc filium dicimus,qui non sit pater.Et hoc modo duas decimas in uno pane seruamus,& duas positiones ante dominum profitemur.Sed reuera magni(ut ita dicam)cuiusdam pistoris,& ualde artificiosi est, diligẽter istas seruare mensuras,& ita temperare de patre & filio sermonem,& coniungere ubi oportet,& rursum ubi cõpetit separare,ut neq; duæ mensuræ aliquãdo desint, neq; unq̃ nisi unus panis appareat.Duodecim ergo panes ex ista similà fieri mãdantur secundum numerum tribuum quæ tunc erant carnalis Israel. In quo mihi uidet̃ forma totius creaturæ rationalis contineri. Duodecim nanq; putant̃ esse generales ordines rationalis creaturæ,quorum figura erat in illis duodecim tribubus.In quibus erat unus quidã ordo regalis,qui Iudas̃ nominatur.Alius erat ordo sacerdotalis,& Leui appellatur.Erat & alius ordo Iudę uicinus,qui Beniamin dicitur,in quo ordine & templũ dei,& altare collocatum est.Alius ordo Iachar,& Zabulon,& Effrem,alijq;, quos nominatim designat scriptura diuina, quorum rationem non est nunc temporis explicare.Est tamen uniuscuiusque tribus, uel ordinis panis ante dominum. Et licet sit aliqua tribus,quæ non ex libera sed ex concubina Israel descendat,& ex parte libera, ex parte seruilis sit,tamen pro omnibus ex duabus decimis panis proponitur ante dominũ,& in uniuersis duæ decimæ similaginis cõstant.Proponi autem iubentur supra mensam mũdam.Quis autem nostrũ, qui ita habeat mensam mundam, ut panes super eam domino offerantur? Si sederis(inquit Salomon)cœnare ad mensam potentis,intelligibiliter *Prouerb.23*

intellige quæ apponuntur tibi. Quæ est ergo mensa potentis, nisi mensa illius qui dice-
Phil. 4 bat: Omnia possum in eo qui me confortat Christo, &: cum infirmor, tunc potens sum?
2 Cor. 12 In istius potētis mensa munda: hoc est in istius corde, in istius mente, Domino panis offertur. Ad huius potentis Apostoli mensam si sedes cœnaturus, intelligibiliter intellige quæ apponuntur tibi, hoc est spiritaliter aduerte quæ dicuntur ab eo, ut & tu facere possis quod additur. Ait enim: Sciens quia talia te oportet præparare. Sed uideamus quomodo hi duodecim panes proponātur: Duæ, inquit, positiones, in una positione sex panes. Putásne otiosa sit ista diuisio? Quid est quod duodecimus numerus iterum partit in sex? Habet enim propinquitatē quandam cum hoc mūdo Senarius numerus. In sex enim diebus factus est iste uisibilis mundus. Duo igitur ordines habentur in hoc mūdo, id est duo populi, qui fidem patris ac filij in una ecclesia tanquam in una mēsa mūda custodiunt. Et superponitur, inquit, super positionē thus mundum. Thuris species formā tenet orationum. Oportet ergo panibus fidei, orationum uigilantiam puritatemq; con
1 Tim. 2 iungere. Pura autem oratio est, sicut Apostolus dicit: Leuantes puras manus sine ira &
Psal. 140 disceptatione. Similiter & odoris suauitas implere facit illud quod scriptum est: Dirigatur oratio mea sicut incensum in cōspectu tuo. Si quis ergo orationes quidē offerat deo non tamen habeat mundā conscientiam ab operibus malis: hic thus quidem uidetur panibus superponere, sed non ponit thus mundū. Nam si omne thus mundum esset, non utiq; addidisset scriptura, Thus mundum super panes propositionis ponēdum ante dominum. Nec enim putes quod omnipotēs Deus hoc mandabat, & hoc lege sanciebat, ut thus ei ex Arabia deferretur. Sed hoc est thus quod Deus ab hominibus sibi quærit offerri, ex quo capit odorem suauitatis, orationes ex corde puro, & conscientia bona, in quibus uere Deus suscipit fragrantiam suauitatis. Et erunt, inquit, panes in commemorationem propositi ante dominum. In die sabbatorum proponetis ea. Si nondū tibi manifestum erat quia panes isti uerbum dei est, ex his nunc sermonibus confirmare. Quid est enim quod nobis commemorationem Dei faciat? Quid est quod nos ad memoriam iustitiæ, & totius boni reuocet, nisi uerbum dei? Ideo ergo dicit, quia erunt in cōmemorationem propositi ante dominum. Addit & in die sabbatorum, id est in requie animarum. Et quæ maior fideli animæ requies quàm memoria dei? quàm in cōspectu dei uersari? quàm in fide patris ac filij permanere? quàm orationes domino tanquam odorem suauitatis offerre? Testamentum, inquit, æternum erit Aaron & filijs eius, & manducabunt ea in loco sancto. Aaron & filij eius genus est electum, genus sacerdotale, quibus hæc portio sanctorum donatur à deo, quod sumus omnes qui credimus in Christo. Locum autem sanctum ego in terris non requiro positum, sed in corde. Locus enim dicit
Ephes. 4 sanctus, rationalis anima, propter quod & Apostolus dicit: Nolite locum dare diabolo. Anima ergo mea locus est si male ago, diaboli: si bene, Dei. Deniq; & spiritus malignus
Matt. 12 cum, inquit, exierit ab homine, & circuerit loca arida, & requiem non inuenerit, tūc dicit: Reuertar ad locū meū unde exiui. Locus ergo sanctus, anima est pura. In quo loco edere nobis mandatur cibum uerbi dei. Neq; enim conuenit ut sancta uerba anima nō sancta suscipiat: sed cum purificauerit se ab omni inquinamento carnis & morum, tunc locus sanctus effecta capiat panē illū qui de cœlo descēdit. Nónne melius sic intelligit locus sanctus, quàm si putemus structuram lapidum insensibilium locum sanctū nomi
Eucharistia nari? Vnde simili modo etiam tibi lex ista proponitur, ut cum acceperis panē mysticū in loco mundo manduces eum: hoc est ne in anima contaminata, & peccatis polluta do
1 Cor. 11 minici corporis sacramenta percipias. Quicunq; enim manducauerit, inquit, panem, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini. Probet autē se unusquisq;, & tūc de pane manducet, & de calice bibat. Sancta em̄ sanctorū sunt. Vides quomodo nō dixit sancta tātūmodo, sed sancta sanctorū: ut si diceret, cibus iste sanctus non est cōmunis omnium, nec cuiuscunq; indigni, sed sanctorū est. Quanto magis hoc & de uerbo dei recte meritoq; dicemus, hic sermo nō est omniū, nec cuiuscunq;, sed sanctorum est? Non quilibet uerbi huius potest audire mysterium, nam tantūmodo qui purificati sunt mēte, qui mūdi sunt corde, qui simplices animo, qui uita irreprehensibiles, qui conscientia liberi, ipsorū est de hoc audire sermonē, ipsis possunt explanari ista my-
Matt. 13 steria. Vobis enim datum est, inquit, nosse mysterium regni dei: illis autem, id est qui nō

merentur

merentur,qui non sunt tales ut mereantur, nec capaces esse possunt ad intelligentiã secretorum:illis nõ potest dari ille sacerdotalis panis, qui est secretus, & mysticus sermo, sed in parabolis,qui communis est uulgi.Legitimum ęternale hoc erit.Legitimum nanque & æternum est omne quod mysticum est. Nam præsentia hæc & passim uisibilia, temporalia sunt, & finem cito accipiunt. Præterit enim habitus huius mundi. Quod si huius mundi præterit, sine dubio & literæ habitus præterit, & manent illa quæ æterna sunt,quæ sensus continet spiritalis. Si ergo intelleximus primo quomodo deus loquebatur ad Moysen,& Moyses filijs Israel,secundo etiam rationem candelabri mũdi,& lucernarum, atq; olei eius:tertio quoq; panes propositionis ex duabus decimis singulos quosq; confectos si secundum uoluntatem spiritus intelleximus,demus operam quomodo & nos hoc tanto & tam sublimi intellectu nõ efficiamur indigni:sed ut anima nostra prius fiat locus sanctus,& in loco sancto capiamus sancta mysteria per gratiam spiritus sancti,ex quo sanctificatur omne quod sanctum est.Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum,Amen.

De filio mulieris Israelitidis,& Aegyptij patris,qui nominans nomen,maledixit, & de sententia dei lata in eum. Homilia XIIII Cap. XXIIII.

HISTORIA nobis recitata est,cuius quamuis uideatur aperta narratio,tamẽ nisi diligẽtius continentiã eius quæ est secundum literã consequamur, interior nobis sensus haud facile patebit. Est ergo scripturæ sermo de quo differendum est hic.Et exijt,inquit,filius mulieris Israelitidis,& hic erat filius Aegyptij inter filios Israel:& litigauerũt in castris,is qui erat ex Israelitide muliere,& homo Israelita,& nominans filius mulieris Israelitidis nomen maledixit: & adduxerũt eum ad Moysen, & nomen matris eius Salomith,filia Dabri,ex tribu Dan,& miserunt eum in carcerem, ut iudicarẽt de illo per præceptum domini. Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Eijce illum qui maledixit,extra castra, & imponent omnes qui audierunt manus suas super caput eius,& lapidabit eum omnis synagoga.] Videamus ergo primo quid sibi uelit historia quam proposuimus, & quamuis plana uideatur,tamen adhuc euidentius eam tentemus sub oculis ponere.Ponamus ergo unum ex patre & matre Israelitici nominis generositate gaudentem:alium ex matre tantum,non etiam ex patre, & uelut ex parte nobilem,& ex parte non patris,quæ utiq; melior uidetur,sed matris,quæ inferior est.Si enim pater fuisset Israelita,& mater Aegyptia,esset aliquid amplius.hoc enim fuerant Manasses & Effrem. Nunc uerò scriptum est,quia filius sit mulieris Israelitidis, & Aegyptij patris.Si ergo diligẽter secutus es duos istos uiros,unũ ex integro nobilẽ,aliũ ex parte,intuere nũc eos litigantes adinuicẽ:in qua lite is qui patre Aegyptio, & matre sola Israelitide genitus uidetur,nominãs maledixerit,& ob hoc perductus sit is qui maledixerat,ad Moysen.Moyses uerò neq; absoluere eũ ausus est,neq; cõdẽnare sine deo. tradidit eũ eũ custodię usquequo à deo acciperet responsum quid uelit fieri de eo.Hęc est historiæ continentia,nũc aũt uideamus quæ sit in ea spiritalis ratio, quæ ædificare debet ecclesiam.Primo omniũ sermo dicit, quia exijt filius mulieris Israelitidis, & Aegyptij patris,& unde uel quo exierit,non refert.Inueniũtur enim ambo in castris positi, sicut indicat sermo domini dicens:Educ hominẽ qui maledixit foras extra castra.Si ergo de castris educitur, necessario in castris erat. Quid ergo est quod cum nondum exisset de castris,dicit de eo scriptura diuina,& exijt filius mulieris Israelitidis? Ego puto quia docere nos uult sermo diuinus,quod qui peccat,dupliciter exire dicitur.Primo eũ exit à proposito bono,& recta sententia,exit à uia iustitiæ,exit à lege dei.Postmodum uerò cum confutatus fuerit pro peccato, exit etiam de cœtu & congregatione sanctorum. Vt si uerbi causa dicamus peccauit aliquis fidelium,iste etiam si nondum abijciatur per episcopi sententiam,iam tamen per ipsum peccatũ quod admisit, eiectus est: & quãuis intret ecclesiam,tamen eiectus est,& foris est segregatus à consortio & unanimitate fidelium.Exijt ergo filius patris Aegyptij, & matris Israelitidis.Qui penitus extra fidem est,totus Aegyptius est. Qui autem inter nos est, & peccat, ex una quidem parte qua Deo credit,Israeliticę uidetur originis:ex ea uerò parte qua peccat,de Aegyptio genus ducit.Duos ergo scriptura proposuit litigantes,unũ ex integro Israelitam, qui litigauit quidem,sed nõ peccauit:istum uerò cuius peccatum designat, maxima ex parte mixtũ esse

esse Aegyptio generi indicat aduersum quem litigat Israelita, & forte cõpetenter, & ra-
Exo.20 tionabiliter litigat. Nam & in Exodo Isralita & Aegyptius litigant, ubi Israelita supe-
rat, Aegyptius cadit. Igitur & ego hodie si ueritatẽ defendam, si pugnem pro ecclesiastica fide aduersum eum, qui ex parte quidẽ credit Christo, & recipit scripturas, sed non integre sensum earum nec fideliter recipit: litigo aduersum eum, qui ex matre quidem Israelita est, ex patre uerò Aegyptius. Si quis ergo & fidei credulitate, & nominis professione Christianus est & catholicus, iste ex utraq; parte Israelita est. Qui uerò ꝓfessione quidem Christianus est, intellectu autẽ fidei hæreticus & peruersus est, iste matrẽ quidem Israelitidem, patrem uero Aegyptiũ habet. Quomodo ergo hoc accidit? Cum scripturas quis legit, & literam quidẽ sequitur, intellectum autem repudiat spiritalem, hic matrem quidem Israeliticam habet, id est literam: sensum uerò quia spiritalem nõ sequitur, sed carnalem, isti est Aegyptius pater: & ideo aduersum ecclesiasticũ & catholicum litigat, id est contra eum qui ex utraq; parte Israelita est, qui & secundum literã Israelita est, & secundum spiritũ, quia ipse secundum literam quidem Israelita est, secundum spiritum uerò Aegyptius. Quid ergo est utriusq; litigantibus? Necessario ille qui carnalem sequitur sensum, tanquam de Aegyptio genus ducens, nomen nominat, & maledicit. nominat enim nomen dei, & cum maledicto nominat: negat enim eum creatorem esse mundi, negat esse patrem Christi. Nos uerò qui ex utroq; genere Israelitæ sumus, & literã, & spiritũ in scripturis sanctis defendimus, & litigamus aduersum eos, qui ex media parte Israelitæ uidentur, & dicimus quia neq; secundum literã maledici oportet, neque secundum spiritalem intelligentiã blasphemari. Maledicus enim non solum in deum, sed etiam in proximũ. Apostoli Pauli sententia à regno dei excluditur. Vide enim quo-
1.Cor.6 modo dicit Apostolus: Nolite errare, neq; fornicarij, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; maledici regnum Dei possidebunt. Videte inter quæ crimina, inter adulteros, inter masculorum cõcubitores, inter auaros, quos alibi dicit idolis seruientes, etiam maledicos posuit, & à regno dei pariter cũ illis exclusit. Videãt ergo si qui os suum quotidiana pene consuetudine hoc uitio infuescũt, quid eis periculi immineat. Putantes enim leue & facile hoc esse peccatum nõ facile cauent, sed considerent Apostolum quomodo maledicum à regno dei excludit, & Deus per Moysen quomodo maledicũ puniri iubet. Vnde & ego ualde admiratus sum, quod in hoc loco quem habemus in manibus, scriptura nõ aperte designauit, quia iste qui ex Aegypto genus ducit, maledixerit deum, sed tãtum posuit quia nominans maledixerit, & reliquit in medio uel de deo, uel de homine suspicandũ. Vnde mihi uidetur idcirco noluisse aperte de deo pronũciare, ne de hominibus uideretur dedisse licentiã, & ideo uel de deo uel de homine siluisse, ut de utroq; caueretur. Verum quoniã sententiã apostoli proposuimus, qui dicit maledicos à regno dei excludendos, aliquid exposcit iste sermo solatij, ne omnino desperationẽ uideamur indicere ijs, qui quotidiana pene male dicendi cõsuetudine rapiunt, & ori suo adhibere custodiã uel ostiũ negligunt. Promissionis futuræ nõ unus est modus, neq; simplex species: sed sicut docuit ipse dominus in
Matt.5 Euangelio, cũ beatos dicit pauperes spiritu, & ipsorum dicit esse regnum cœlorum. Et item beatos dicit mites, nec tñ eis cœlorũ regna, sed terræ hæreditatẽ promittit. Dicit beatos & pacificos, sed ne ipsis quidẽ cœlorũ regnũ dedit, filios tamen eos dei esse pronũciat. Et cum diuersis diuersa repromittat, omnes beatos dicit qui ad promissa peruenerint, non tamen omnib. cœlorũ regna promisit. Potest ergo fieri, ut aliquis in cæteris forte operibus & actibus emendatus sit & perfectus, subrepat̃ ei tamen aliquando oris uitio, lapsuq; sermonis: huic licet non promittantur regna cœlorum, nequaquã tamẽ, si doleat, beatitudinis abscinditur locus, qui utiq; in regno cœlorũ est. Veruntamẽ eo magis si qs in cæteris perfectus est, cauere debet, ne ei subrepens prauæ cõsuetudinis uitiũ dũ emendare negligit, à beatitudinis regno penitus excludatur. Possumus adhuc addere etiam iliud, quod natura peccati similis est materiæ quę igni cõsumitur, quã ædificari
1 Cor.3 Paulus Apostolus à peccatoribus dicit, qui supra fundamentũ Christi ędificãt ligna, fœnum, stipulã. In quo manifeste ostenditur esse quædã peccata ita leuia, ut stipulæ comparentur, cui utiq; ignis illatus diu nõ potest immorari. Alia uerò fœno esse similia, quę ipsa non difficulter ignis absumat, uerũ aliquanto tardius ꝯ in stipulis immoretur. Alia

uerò

uero esse, quæ lignis conferantur, in quibus pro qualitate criminũ diutinum & grande pabulum ignis inueniat. Ita ergo unumquodq; peccatũ pro qualitate, uel quãtitate sui, pœnarũ iusta persoluit. Veruntamẽ quid opus est fidelibus, & his qui cognouerũt deũ, de pœnarũ qualitatibus cogitare? Quid opus est ligna, quid fœnũ, quid uel ipsam stipulam fundamento Christi superponere? Cur non magis aurum, uel argentum, uel precios lapides, precioso superponimus fundamento, ubi cũ ignis accesserit, nihil inueniat quod absumat? Nã si accesserit ad stipulam, ex stipula fauillas reddet & cineres. Si uerò accesserit ad aurũ, aurũ purius reddet. Hęc nobis dicta sint pro his, qui negligũt oris maledici consuetudinem resecare: qui etiã si non ex corde maledicãt, etiã si nõ uoto & animo iniquo proferant maledicta, tamen immunditiam labiorũ secũdum Esaiæ uerbũ, & iniquinamenta oris incurrũt. Iste tamẽ qui licet matre Israelitide, Aegyptio tamẽ patre pgenitus est, exĳt, & nominãs nomẽ maledixit. de quo ego puto quod nisi exisset, nec litigasset aduersum uerũ Israelitẽ, nec nominãs maledixisset. Exĳt enim à ueritate, exĳt à timore dei, à fide, à charitate, sicut superius diximus quomodo per hæc qs exeat de castris ecclesiæ, etiã si per episcopi uocẽ minime abĳciatur. Sicut econtrario interdũ fit, ut aliquis non recto iudicio eorum qui præsunt ecclesiæ depellat, & foras mittatur. Sed si ipse nõ ante exĳt, hoc est si non ita egit ut mereret exire, nihil lædit̃ in eo, quod non recto iudicio ab hominibus uidetur expulsus. Et ita fit ut interdũ ille qui foras mittitur, intus sit: & ille foris, qui intus retineri uidetur. Vis tibi ostendam & aliũ, qui à nullo ectus exisse dicitur? Scriptũ est de Caim, quia exĳt à facie dei. Quo exĳt à facie dei? Vbi eñ nõ erat facies dei? Sed exĳsse dicitur, pro eo quod legẽ naturæ egressus est, & ignaram tanti sceleris terrã fraterno sanguine primus infecit. Sunt tamen & qui bene exeũt, & beati sunt qui exeunt. Ostendã etiã hoc de scripturis. In Exodo scriptũ est: Omnes, in quit, qui quærebant nomen domini, exierũt foras ad Moysen extra castra. Isti bene exierunt extra castra, qui sequebantur Moysen, id est legẽ dei. & de alĳs dicitur: Exite populus meus de medio eorũ, & immundũ nolite cõtingere. Exĳt ergo, inquit, filius mulieris Israelitidis, & hic erat filius Aegyptĳ, inter filios Israel, & litigauerũt in castris, ille qui ex Israelitide muliere, & homo Israelita. Vide quanta cautela scripturæ diuinæ, si tamen intendas, si diligẽter inspicias: illũ qui de Israelitide matre, & de Aegyptio patre natus est, nõ dixit hominem: illũ uero qui ex utroq; genere Israelita erat, hominẽ nominauit. Putamus hęc fortuitu scripta? putamus casu adiectũ, ut ille non diceret homo, & hic diceret? Nõ sunt ista fortuita, ratio est. Nihil enim in uerbis dei absq; profunda ratione conscriptum est. Ille nanq; qui ex parte Aegyptius, ex parte Israelita erat, nondũ merebatur homo nominari. Iste uerò qui ex integro Israelita erat, hoc est qui ex mẽte deũ uidebat, iste homo appellat, ille homo interior, q ad imaginẽ dei factus, & potest uidere deum. Post hæc iam quæ in posterioribus referunt, nõ absq; quadam quæstione sunt, de qua multi quærentes, non multa explicare potuerũt. Sed si uestris me orationib. iueritis, tẽtabimus etiã nos in mediũ pferre, quæ dominus dederit. Homo, inquit, si maledixerit deũ, peccatum accipiet. Qui autem nominat nomẽ domini, morte moriatur. Quid est hoc? Qui maledixerit deũ nõ habet pœnã mortis, sed qui nominauerit nomẽ domini? Nónne multo grauius est maledicere deũ, q̃ nominare, quamuis in uanũ nominasse dicatur? Et quomodo qui maledicit, peccatũ susc̃ipit tantũ, qui autẽ nominat, morte mulctatur? Hæc ergo sunt, quæ in hoc loco solent quæstionẽ mouere, quæ ignorantibus sensum scripturarũ, inconsequenter dicta uidentur, & incongrue. Putant enim quod ille qui nomẽ dei maledicit, statim puniri debeat: ille uerò qui nominauerit nomẽ dñi, hoc est superfluè & in uanũ nominauerit, sufficiat accepisse peccatũ. Sed nos consequentiã sermonis tali quodã sensu tentemus aperire. Maius esse peccatũ in quo male dicitur deus, q̃ in quo nominatur, dubitare nõ possumus. Restat ut ostendamus multo esse grauius accipere peccatũ, & habere secum, quàm morte mulctari. Mors quę pœnę causa infertur pro peccato, purgatio est peccati ipsius pro quo iubetur inferri. Absoluit̃ ergo peccatũ per pœnã mortis, nec supereſt aliquid, quod pro hoc crimine iudic̃ij dies & pœna ęterni ignis inueniat. Vbi uerò quis accipit peccatũ habet illud secũ, ac permanet cũ ipso, nec aliquo supplicio pœna quæ diluitur transit, cum ipso est etiã post mortem: & quia tẽporalia hic nõ persoluit, ibi expendit æterna supplicia. Vides ergo quãto

Gen. 4

Exod. 33

Esa. 52

grauius

grauius sit accipere peccatū, quàm morte mulctari. Hic enim mors pro uindicta dat̃, & apud iustū iudicem dominū nō uindicatur bis in id ipsum, sicut propheta dixit. Vbi aūt nō est soluta uindicta, peccatū manet illis æternis ignibus exigendū. Quia aūt hęc ita se habeant, possum tibi testes ex diuinis uoluminibus adhibere Ruben & Iudam patriarchas loquentes ad patrē suū Iacob, cum uellent adsumere secum Beniamin, & ducere ad Aegyptum, propter sponsionem quam cū Ioseph fratre pepigerāt. Ibi ergo Ruben ita dicit ad patrē: Ambos filios meos occide, nisi reduxero ad te Beniamin. Iudas uero ait: Peccator ero in te nisi reduxero eū tibi. Iacob ergo pater ipsorum sciens multo esse grauius quod promiserat Iudas, qui dixerat, peccator ero in te, ab eo qui dixerat occide filios meos, Ruben quidē non credidit filium tanquam qui leuiorem elegerit pœnā. Iudæ uerò tradidit, sciens grauius esse quod elegerat. Hoc ergo modo cōuenienter aptauit scriptura diuina ei qui maledixit deū, ut peccatum sumat: ei uerò qui leuius deliquit, quod morte moriatur. Vis autem & de Euāgelijs noscere quod qui receperit in hac uita mala sua, ibi iam nō recipiat: qui autem hic non receperit, ibi seruentur ei omnia? Docet nos exemplū Lazari pauperis, & illius diuitis, ad quem dicitur in infernis à patriarcha Abraham: Memento fili, quoniā tu recepisti bona in uita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem tu quidē cruciaris, hic uerò requiescit. Et solent homines ignorantes iudicia dei, quæ sunt abyssus multa, cōqueri aduersum deū, & dicere. Cur homines iniqui, & iniusti, raptores, impij, sceleśti, in hac uita nihil patiūtur aduersi, sed cuncta eis prosperis successibus cedūt, honores, diuitiæ, potētia, sanitas quoq; eis ipsa & corporis habitudo famulantur? Econtra innocentibus, ac pijs, & colētibus deum innumerabiles ærumnæ superueniunt, abiecti & humiles, contēpti & sub colaphis potentium uiuunt, nonnunquam etiam sæuius eis morbi quoq; ipsius corporis dominātur? Sed hæc (ut dixi) cōqueruntur ignorantes quis sit ordo diuinis iudicijs. Quāto enim grauius eos puniri uolunt, de quorū potentia & iniquitatibus ingemiscunt, tanto necessarium est differri pœnas, quæ si non differrentur, tēporales utiq;, & leuiores essent, quia finem cum morte reciperent. Nunc uero quia differuntur, certum est quod æternæ erunt, & cum seculis extendentur. Econtra igitur si uelint iustis & innocētibus in præsenti seculo bona reddi, essent etiam ipsa bona temporalia, & celeri termino cōcludenda. Quanto autem magis differunt̃ in futurum, tanto magis erunt perpetua & nescient finē. Hoc est ergo, quod nos scripturæ huius locus paucis sermonib. cōprehensus edocuit, ut sciamus multo esse grauius accipere peccatum, & habere, ac secum ad inferna deferre, quàm in præsenti pœnam dare commissi. Et ideo hæc sciēs expedire fidelibus Apostolus Paulus dicit de eo qui peccauerat: Quem tradidi, inquit, Satanæ in interitū carnis, hoc est morte mulctasse. Qui autem sit fructus mortis huius, ostendit in sequentibus dicens: Vt spiritus saluus fiat in die dñi nostri Iesu Christi. Vides ergo quomodo aperte Apostolus utilitatem mortis huius exposuit. Quod enim dicit, tradidi in interitum carnis, hoc est in afflictionem corporis, quæ solet à pœnitentibus expendi, eumq; carnis interitum nominauit, qui tamen carnis interitus, uitam spiritui conferat. Vnde & nunc si quis forte nostrum recordatur in semetipso alicuius peccati conscientiam, si quis se obnoxium nouit esse delicto, cōfugiat ad pœnitentiam, & spontaneum suscipiat carnis interitum, ut expurgatus in præsenti uita spiritus noster, mundus, & purus pergat ad Christum dominum nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Luc. 16

1 Cor. 5

De uenditionibus domorum & redemptionibus. Homilia XV. Cap. XXV.

TRES diuersas leges de domorū uenditionibus, & redemptionibus per Moysen in Leuitico datas uidemus, quarum continentiam primo secundum historiam pertractemus, ut post hoc etiam ad spiritalē sensum possimus ascendere. Domorum quædam sunt in urbibus muratis, quædam in uicis, uel agris non habentibus muros. Ait ergo, ut si in ciuitate murata uendiderit quis domum per annum integrum habeat copiam redimendi, post annum uerò potestas recuperandi nulla conceditur. Erit enim, inquit, domus ipsius emptoris certa possessio, si intra annum liberare eam non potuerit, qui distraxit. Secunda lex est, ut si domus quæ distracta est in uico fuerit qui murum non habet, cui tamen uico ager adiaceat, liceat uenditori & post

annum

annum,& quandocunq; potuerit restituere precium,& recuperare quã distraxerat domum. Tertia lex est,ut si forte domus sit leuitę,uel sacerdotis,ubicũq; fuerit talis domus siue in ciuitate murata,siue in uico cui murus non est,liceat semper & in omni tempore, ut quandocunq; potuerit leuita uel sacerdos redimat domũ suam, nec unquã uel sacerdotalem uel leuiticam possessionem cõfirmari in aliũ qui nõ sit eiusdem ordinis, diuina iura permittunt. Istæ sunt ergo leges,quibus utebatur populus ille prior,etiam secundũ hoc ipsum quod per historiã designat,religiose satis & pie sacerdotalib. uel leuiticis ordinibus consulentes. Sed citius hęc referamus ad nos,quibus lex Christi si eã sequamur, nec possessiones in terra,nec in urbib. domos habere permittit. Et qd dico domos? Nec plures tunicas,nec multam cõcedit possidere pecuniam. Habentes enim, inquit,uictũ & uestitum his contenti sumus. Quomodo ergo nos datas de domibus,siue intra ciuitatem muratam positis,siue in uicis quibus muri nõ sunt,obseruabimus leges? Inuenimus in alijs scripturæ locis,quod sermo diuinus maiore quodam sacramẽto nominet domũ, ut cum dicit de Iacob,& quasi pro laude eius ponit. Erat enim,inquit, Iacob homo simplex habitans domum. Et iterum inuenio de obstetricibus Hebręorum scriptũ: Et quia inquit,timebant Deum obstetrices fecerunt sibi domos. Videmus ergo quod obstetricibus quidem faciendarum domorũ causa,fuerit timor dei: Iacob uerò simplicitas & innocentia causam dederit, ut habitaret domum. Denicq; Esau, quia malus fuit, nõ est scriptũ de eo quia habitauerit domũ, nec de alio aliquo scriptũ est quia ædificauerit sibi domũ, qui non habuerit timorem dei. Quæ est ergo ista domus, & quale ædificiũ est, Paulus exponit apertius, cũ dicit: Domum habemus non manu factam, æternam in cœlis. Hæc ergo est domus,quam ædificare nemo potest nisi timeat Deum. Hæc est domus quã extruere,uel habitare nemo potest,nisi in simplicitate mentis, & puritate cordis. Sed quoniã accidere solet,ut etiã qui bene ædificauerit,& domum sibi cœlestem bene agẽdo et bene uiuendo,ac recte credendo construxerit,incurrat alicuius peccati debitũ, & hanc crudelissimo fœneratori uenundare cogatur,ac labores suos transfundere in alium,pietas & clementia legislatoris succurrit,ut intra certũ tẽpus redimi possit. Si tamen inuenerit,inquit,manus tua precium quod restituas. Quale precium? Pœnitẽtiæ sine dubio lachrymis congregatũ,& manibus,id est labore boni operis inuentum. Annus aũt iste intelligi potest,quem uenit uocare dominus annum acceptum,quo dimittat cõfractos in remissionem,& salutem delicta sua confitentibus præbeat. Quod autem dicit domũ in ciuitate murata: recte ut ego arbitror, domus quæ in cœlo esse dicit,in ciuitate murata esse intelligitur. Murus est enim huiusmodi domibus ipsum cœli firmamentum. Sed talem domũ rari quiq; habere possunt,illi fortassis qui super terrã ambulantes cõuersationem habent in cœlis,& de quibus dicit Apostolus, dei ædificatio estis. Cæteri autem qui in uicis habent domos,quibus non est murus,est tamen eis adiacens ager fœcũdus, illi fortassis qui sibi habitaculum præparant in terra uiuentium,& in illa terra quã mansuetis dominus promittit dicens: Beati mites, quoniam ipsi hæreditate possidebũt terram. Istas ergo domos,si forte alicui,sicut suprà exposuimus,lapsus acciderit,semper est recuperandi facultas,ut uerbi gratia dicamus,si nos aliqua culpa moralis inuenerit,quę non in crimine mortali,non in blasphemia fidei,quę muro ecclesiastici & apostolici dogmatis cincta est,sed uel in sermonibus,uel in morum uitio consistat: hoc est uendidisse domũ,quæ in agro est,uel in uico cui murus nõ est. Hæc ergo uẽditio huiusmodi culpa semper reparari potest, nec aliquãdo tibi interdicitur de cõmissis huiusmodi pœnitudinem gerere. In grauioribus enim criminibus semel tantum,uel raro pœnitentiæ conceditur locus: ista uero cõmunia,quę frequenter incurrimus,semper pœnitentiã recipiũt, & sine intermissione redimũtur. Quod si sacerdotalis fuerit,inquit,ista domus uel leuitica,ubicunq; fuerit,siue in ciuitate,siue in agro,semper habet redemptionẽ. In hoc loco sacerdotalem sensum,& leuiticã intelligentiã quæro. Non enim inferior esse debet auditor horum si fieri potest,illo ipso qui hęc scripsit,& sanxit. Quid est ergo quod sacerdos, & leuita domus suæ semper,& ubicunq; fuerit,habet redemptionem? Secũdum spiritalem intelligentiam sacerdos mens deo consecrata dicit,& Leui appellatur is qui indesinenter adsistit deo & uolũtati eius ministrat. Perfectio ergo in intellectu,& opere,in fide,& actibus sacerdos & leuita accipiendus est. Huic itaq; perfectæ mẽti si acciderit ali

Gen.26 Exod.1

2 Cor.5

1 Cor.3

Mat.5

Pœnitentia semel tantũ cõcedebatur

quando domũ, quam habet non manu factam ęternã in cœlis, uendere & in manus alterius dare: sicut cõtigit aliquando magno patriarchæ Dauid, cũ de tecto suo Vriæ Cethæi aspexit uxorẽ: statim eã redimit, statim reparat. statim enim dixit peccaui. Imò uerò aliquid adhuc sublimius in hoc debemus inspicere, quomodo domus sacerdotũ & leuitarum, id est perfectarum mentium semper delicta redimantur, semperq; purgentur. Si quando scripturas diuinas legimus, & sanctorũ patrũ in ijs delicta aliqua recensemus: si secundum Apostoli Pauli sententiam dicimus, quia hæc omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter cõmonitionem nostram: hoc modo semper domus eorum redimitur, quia semper pro culpis eorũ purgatio & satisfactio à doctoribus adhibetur, ostendentibus ex diuinis scripturis formas fuisse hæc & imagines rerum futurarum, non quibus arguerentur delicta sanctorũ, sed quibus ostenderet peccatores & impios in partem sanctorum societatemq; conscisci. Nunquam ergo sacerdotalis possessio à sacerdote separatur, etiam si ad tempus fuerit ablata, etiã si fuerit distracta, semper redimitur, semper reparatur, uelut si diceret, charitas quæ perfecta est, omnia patitur, omnia superat, omnia tolerat, charitas nunquam cadit. Sic ergo & possessio ac domus sanctorum nunquam cadit, nunquam aufertur, nunquam ab eorum iure separatur. Quomodo separari à sacerdotibus potest domus quæ ædificata est supra fundamentum apostolorũ & prophetarum, in qua est ipse angularis lapis Iesus Christus? Quod autem possit aliquãdo domus ista distrahi, hoc est huiusmodi ædificatio incidere in peccatum, audi Apostolus Paulus quomodo de talibus dicit: Vt sapiens architectus fundamentũ, inquit, posui, alius superædificat, unusquisq; autẽ uideat quomodo superædificet. Fundamentũ enim aliud nemo ponere potest præter id quod positũ est, qui est Christus Iesus. Si quis autem supra fundamentum hoc ædificat aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam. Vides ergo quia potes supra fundamentum Christi ædificare ligna, fœnum, stipulam, hoc est opera peccati: quæ qui ędificat, sine dubio uendidit domũ suam emptori pessimo diabolo, à quo unusquisq; peccantium peccati prẽmium cõsequitur, satisfactionem desiderij sui. Hoc si forte incurrerit aliquis, quod absit, cito redimat, cito reparet, dũ tempus est reparandi, dum pœnitentiæ locus est, deprecantes in cõmune, ne æternæ domus habitatione fraudemur, sed digni habeamur recipi in æterna tabernacula, per Christum dominum nostrum, cui est gloria in secula seculorum, Amen.

De benedictionibus Leuitici. Homilia XVI Cap. XXVI

IN agonibus corporalibus gradus quidam & differentiæ singulorum quorumq; obseruari ordinum solent, ut pro qualitate certaminum, præmio remuneretur unusquisque uictoriæ. Verbi gratia, si inter pueros quis habeat agonem, si inter iuuenes, si inter uiros, quæ per singulos ordines obseruatio haberi debeat, quid fieri liceat, quidue non liceat, & quæ certaminis regula custodiri, quid etiam post hæc remunerationis mereatur palma uincẽtis, ipsis nihilominus agonicis legibus cautum est. Ita & nunc omnipotens Deus obseruandæ legis suæ in hoc mundo agonẽ mortalibus ponens, posteaquã tradidit obseruanda quamplurima, & quid fieri quidue non fieri debeat adscripsit: conuenienter ad ultimum iam Leuitici librum, in quo de singulis quibusque obseruationibus constitutum est, quid muneris reportet qui impleuerit, & quid pœnæ subeat qui non obseruauerit, enunciat. Sed si lex secundum quod Iudæi uolunt, & hi qui eorum sensu scripturas intelligendas putant, non est spiritalis, sed carnalis, dubium non est quin obseruata carnaliter, benedictiones quoq; carnales obseruantibus tribuat. Si uerò (ut Paulo uidetur Apostolo) lex spiritalis est, sine dubio & spiritaliter obseruanda est, & spiritalis ex ea benedictionum speranda remuneratio. Totius nanq; consequentiæ est, spiritalem legem benedictiones dare spiritales: & eiusdem nihilominus consequentiæ est, etiam maledicta & condemnationes legis spiritalis non esse corporeas. Sed ut indubitatum sit quod dicimus, ipsius Pauli Apostoli uoce utamur, qua ad Ephesios scribens de spiritualibus benedictionibus hoc modo pronũciat: Benedictus, inquit, Deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo. Quoniamquidem sciebat nonnullos legentes de benedictionibus posse in id prolabi, ut eas corporales putarent & terrenas

uolu-

uoluit eis euidentius aperire quæ sit diuinarum benedictionũ natura, uel ubi quærẽda, & ideo ait: Qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in cœlestibus in Christo. Sed & hoc quod addidit in omni benedictione spiritali, non est otiosum, sed apostolicę uehementiæ plenum. Nam quia sciebat multa esse implenda, quę mandantur in lege, et in unoquoq; mandato proprios exístere agones, in quibus per singula benedictionem qui uinceret mereret̃, ideo dixit: Qui benedixit nos in omni benedictione spiritali: ut & plures eas ostenderet esse, & spiritales. Potest autem in hoc sermone quo ait in omni benedictione spiritali, & illud intelligi, ut (uerbi gratia) iustus quiq; & perfectus capiat benedictiones Leuitici, de quibus nunc sermo est: capiat & eas quæ in libro Numerorũ scriptæ sunt, sed & illas quæ in libro Geneſis cõtinentur benedictiones Noe ad Sem & laphet, & benedictiones Isaac ad Iacob, & itẽ Iacob benedictiões ad Ioseph, & Effrem, & Manassem, & post hæc ad duodecim patriarchas. Quia ergo multæ sunt benedictiones positæ in diuinis scripturis, quę uidentur quidem ad unumquemq; sanctorum, uerbi gratia, ad Sem, uel laphet, aut Ioseph dirigi, non tamen (ut quibusdam uidetur) ita in illos solos diriguntur, ut alius ex his participare non possit: idcirco eas spiritales Apostolus nominauit, ut quicunq; effici potuerit in uirtute & spiritu (uerbi gratia) Sem, uel laphet, uel Ioseph, aut Isaac, aut Iacob, sicut & Ioannes fuit in spiritu & uirtute Heliæ, possit etiam ipse benedictionis illius particeps fieri, cuius uirtutem & spiritũ gesserit. Sed uideamus nũc in Leuitico benedictionũ quod sit exordium. Si, inquit, in præceptis meis ambulaueritis, & mãdata mea custodieritis & feceritis ea.] Tria sunt quæ dicit: in præceptis ambulandum, mandata custodienda, & facienda quæ mandata sunt. Vnde uidetur mihi præceptum esse (uerbi gratia) cum iubetur ut ille qui sabbatum non seruauit, ab omni synagoga lapidetur: aut qui maledixit dominũ ut lapidibus perimat̃, & siqua iubentur huiusmodi. Mandata uerò esse, quibus iubetur (uerbi causa) decimas offerri leuitis, uel ter in anno apparere domino, uel non apparere uacuum in cõspectu domini. Custodire est ergo mandatum, intelligere uel aduertere quæ iubẽtur. Facere aũt mandatũ, est implere quæ iubentur. Sic ergo intelligẽdum puto quod dixit: Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea. Sed uideamus quæ sit prima benedictio ijs qui ea quæ mandantur impleuerint. Dabo, inquit, pluuiam uobis in tempore suo. Igit̃ primo ad Iudæos dicamus, & eos qui simpliciter uel corporaliter hæc intelligenda opinantur: si pluuia hæc tanquam remuneratio pro laboribus datur ijs qui mãdata custodiunt, quomodo & ijs qui mandata nõ seruant, una atq; eadem datur pluuia tẽporibus suis, & uniuersus mundus cõmunibus utitur pluuijs à deo datis? Pluit enim super iustos & iniustos. Quod si iustis & iniustis datur pluuia, nõ erit eximia remuneratio ijs qui mandata seruauerint. Vide ergo quia etiam si Iudæi non adquiescunt uerbis Iesu domini nostri, tu tamẽ qui nomine eius censeris, & Christianus appellaris, debes ei credere dicenti, quia pater suus cœlestis cõmunẽ hanc pluuiã pluit super iustos & iniustos: & non debes putare, quia iustis eximiam separauerit portionem hanc quam cõmunem posuit etiã cum iniustis. Quæramus ergo in scripturis quæ sit pluuia, quæ sanctis tantũmodo datur, & de qua mandatur nubibus ne pluant pluuiam istam super iniustos. Quę ergo sit ista pluuia, ipse nos Moyses horũ legislator edoceat. Ipse em̃ dicit in Deuteronomio: Attẽde cœlũ, & loquar, & audiat terra uerba ex ore meo. expectet̃ sicut pluuia eloquiũ meũ. Nũquid mea uerba sunt ista? Nunquid rhetoricis argumẽtis sensum diuinæ legis uiolenter inflectimus? Nónne Moyses est qui dicit pluuiã esse quod loquitur? Expectetur, inquit, sicut pluuia eloquium meum, & descendant sicut ros uerba mea, sicut imber super gramen, & sicut nix super fœnũ. Intende diligẽter auditor, ne putes nos uim facere scripturæ diuinæ, cum docẽtes ecclesiam dicimus uel aquas, uel imbres, uel alia quæ corporaliter dici uidenť, spiritaliter sentiẽda. Audi Moysen quomodo uerbum legis nunc pluuiam nominat, nunc rorem uocat, nunc imbrem, nunc etiam niuem dicit. Et sicut Moyses uaria & diuersa proloquitur tanquã ex gratia multiformis Dei sapientiæ proloquens, ita & Esaias cum dicit: Audi cœlum, & percipe auribus terra, quoniam dominus locutus est. Sed & unusquisq; prophetarum cum aperuerit os, imbres deducit super faciem terræ, hoc est auribus & cordibus auditorum. Hoc sciens & Apostolus Paulus dicebat. Terra enim uenientem sæpius super se bibens imbrem, & germinãs herbam

Gen. 9. 26. 48. 49

Esa. 1

Heb. 6

herbam opportunã ijs à quibus colitur, accipit benedictiones à deo: quæ autẽ protulerit ſpinas & tribulos, reproba eſt, & maledicto proxima, cuius finis ad exuſtionẽ. Nunquid hæc Apoſtolus de terra hac dixit? Sed nec accipit terra hæc benedictiones à Deo, cum imbres biberit, & fructũ produxerit. Sed neq; ſi ſpinas ac tribulos poſt pluuiã protulerit, conſequetur maledictionem à Deo. Sed noſtra terra id eſt noſtrum cor, ſi ſuſcipiat frequenter uenientem ſuper ſe pluuiam doctrinæ legis, & attulerit fructũ operum, accipit benedictiones à deo. Si uerò non opus ſpiritale, ſed ſpinas & tribulos, id eſt ſollicitudines ſeculi habeat, aut uoluptates, & diuitiarũ cupiditates, reproba eſt, & maledicto proxima, cuius finis erit ad exuſtionem. Propterea unuſquiſq; auditorũ cũ cõuenit ad audiendum, ſuſcipit imbrem uerbi dei: & ſi quidem fructũ attulerit operis boni, benedictionem conſequetur. Si uerò ſuſceptum uerbũ dei cõtempſerit, & frequenter audita neglexerit, ac ſollicitudini ſe rerum ſecularium, libidiniq; ſubiecerit, tanquam qui ſpinis ſuffocauerit uerbum, maledictionẽ pro benedictione conquiret, & benedictionis finẽ, finem exuſtionis inueniet. Dabo ergo, inquit, uobis pluuiam in tempore. Neceſſario addidit & in tempore. Sicut enim imber iſte terrenus ſi importune ueniat, id eſt cum meſſis colligitur, cum frumenta teruntur in areis, obeſſe magis quàm prodeſſe uidebitur: ita & ij quibus pluuia uerbi dei miniſtranda cõmittit, obſeruare debent hoc quod dicit ſcriptura, ut in tempore præbeant, id eſt ne crapulato & ebrio uerbũ dei ingerant, nec occupato in alijs animo, cum attentus eſſe non poteſt: uel cum alicuius uitij languore cõſtrictus eſt, & non doctori, ſed morbo proprio interior præſtat auditus. Prudenter ergo cõſpiciat, ubi poteſt uacare mens, ubi ſobrius, ubi uigilans, ubi intẽtus auditor eſt, & ibi pluuiam miniſtret in tempore: ſicut & tritici menſuram ſeruus fidelis & prudens in Euãgelio conſeruis dare iubetur in tempore. Sed & alio modo poſſumus intelligere hoc, qd mandatur imber dãdus in tempore. Puer eſt aliquis, & paruulus in fide, indiget pluuia,
1 Cor. 3 ſed lactis pluuia. Sic enim dicit ille, qui ſciebat pluuias in tempore diſpenſare: Lac uobis potum dedi, non eſcã, nondum enim poteratis. Profecit poſt hæc in fide, creuit ætate, & ſapientia. Aptus ſine dubio factus eſt, qui ſolidiorẽ percipiat cibum. Infirmatur aliquis, & nõ pro tempore, ſed pro infirmitate capere non poteſt quæ robuſta ſunt: uerbi cauſa, non poteſt plene de caſtitate capere ſermonem, oportet cõpati, & metiri doctrinã pro uirium qualitate, & cõcedi talibus nuptias. Hoc eſt oleribus paſcere infirmũ, & ad huiuſmodi menſuras animæ aptare uelut tenuem & rori ſimilem pluuiã uerbi. Eſt autem alia terra, quæ poteſt ſuſcipere ualidos imbres, ferre etiã flumina uerbi dei, rapidos potare torrentes. De ijs em̃ talibus propheta dicit in pſalmis: Et torrẽte uoluptatis tuæ potũ dabis illis. Dabo ego, inquit, uobis pluuiam in tempore ſuo, & dabit terra natiuitates ſuas. Poſt primã benedictionem pluuiæ, iſta ſecũda eſt qua dicitur terra ſuſcepta pluuia dare
Gen. 26 natiuitates ſuas. Inuenimus quia & Iſaac benedicẽs Iacob dixerit: Det tibi dominus à rore cœli, & ab ubertate terræ plenitudinem frumenti, & uini. Putásne tale frumentum in benedictiõe dabat Iſaac filio ſuo Iacob, quale habẽt & peccatores homines, & quali abundabat etiã impius Pharao? Hæccine erat tanti patriarchæ benedictio? Vis tibi adhuc oſtendam quomodo & alij iniqui habeant multitudinẽ frumenti? Intuere illum in euan
Luc. 12 gelio, cuius ager multos attulit fructus, qui dixit: Deſtruã horrea mea, & maiora reædificabo, & dicã animæ meæ. Anima habes multa bona repoſita in annos multos. Mãduca, bibe, & lætare. Talia ergo credimus eſſe bona, quę diuinis benedictionib. ſanctis quibuſq; & fidelibus tradebãtur? Alios ego terræ fructus aſpicio, & aliter multitudinẽ natiuitatis intueor. Si enim terra mea afferat fructũ, ſi natiuitates ſuas ex domini benedictione producat, intelliget ſenſus meus, & explicare poterit, quæ qualisúe ſit iſta terra, quæ accepta cœleſti pluuia natiuitates proferat rationabilium frugum. Teſtimoniũ de Euangelijs ſume, quomodo exijt qui ſeminat ſeminare, & aliud quidem cecidit ſecus uiam, aliud autem ſuper petram, aliud ſuper ſpinas, aliud autem ſuper terrã bonã. Si ergo ea quæ ceciderint ſuper terram bonam attulerint fructum, dedit terra fructum ſuum, & natiuitates ſuas produxit centeſimum, & ſexageſimũ, & triceſimum. Sed & ligna, inquit, camporum dabunt fructum ſuum. Habemus intra noſmetipſos & ligna camporũ, quæ fructum ſuum producunt. Quæ ſunt iſta ligna camporum, quæ fructum ſuum producũt? Quæ ſunt iſta ligna camporum? Dicet fortaſſis auditor: Quid iterum hic uerbilogus

logus agit? Quid undecunq; uerba conquirit, ut explanationem lectionis effugiat? quo modo intra nos esse ligna docebit, & arbores? Si nõ temere obtrectes, iam nunc audies, quia nõ potest arbor bona malos fructus facere, neq; arbor mala fructus bonos facere. Habemus ergo arbores intra nos siue bonas, siue malas: & quæ bonæ sunt, fructus malos afferre non possunt, sicut quæ malæ sunt, fructus non afferẽt bonos. Vis tibi & arborum ipsarum quæ intra nos sunt uocabula, & appellationes expediam? Non est ficus, neque malus, nec uitis, sed una arbor iustitia uocatur, alia prudẽtia, alia fortitudo, alia temperantia nominatur. Et si uis maiorem adhuc arborum multitudinem discere, quibus fortassis dignius putabitur consitus etiã paradisus dei. Est enim ibi arbor pietatis, est & alia arbor sapientiæ, est & alia disciplinæ, est & alia scientiæ boni & mali. Super omnia uerò est & arbor uitæ. Non tibi uidetur magis quod pater cœlestis agricola huiusmodi arbores in anima tua excolat, & huiusmodi plantaria in tua mente constituat? Sic ergo dicit Saluator: Non potest arbor mala bonos fructus facere, neq; bona fructus malos facere. Hoc est qd̃ docet. Arbor pudicitiæ bona est, nõ potest afferre fructus impudicitiæ. Arbor iustitiæ bona est, & afferre fructus iniustitiæ nõ potest. Sic & ecõtrario si habeas malæ arboris radicem in tua mente plantatam, bonos reddere non potest fructus. Si ẽm sit in te radix malitiæ, fructus non dabit bonos. Si sit intra cor tuũ stultitiæ planta, nunquã proferet sapientiæ florem. Si iniustitiæ, si iniquitatis arbor sit, nũquam huiusmodi ligna gaudere bonis fructibus possunt. Si ergo seruemus mãdata Dei, susceptã pluuia uerbi Dei, de qua superius diximus, etiam arbores quæ in campis animæ nostræ, & cordis nostri latitudine plantatæ sunt, lætum & bonæ suauitatis afferent fructum. Vis autem tibi de scripturis ostendam arbores uel ligna appellari has singulas quasq; uirtutes, quas superius memorauimus? Adhibeo testem sapientissimum Salomonem dicentẽ de sapiẽtia: Lignum uitæ est, inquit, omnibus, qui amplectuntur eam. Si ergo sapientia lignũ uitæ est, sine dubio & aliud lignum est, prudentiæ, & aliud scientiæ, & aliud iustitiæ. Neq; enim consequenter dicitur, ex omnibus uirtutibus solam sapientiã meruisse, quæ lignũ uitæ dicatur, cæteras autẽ uirtutes nequaquam similis sortis suscepisse uocabula. Ligna ergo campi dabunt fructum suum. Hoc credo de se sentiebat & beatus Dauid cum dicebat: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei. Ex quo manifeste ostendit lignũ oliuæ iustum & sanctum hominem dici. Et comprehendet uobis trituratio uindemiam. Si seminatum est in anima semen bonum, & susceptã à deo pluuia creuit, & uenit ad spicã, necessario consequetur & messis: & si messis, consequetur etiã trituratio, in qua frumenta purgent̃. Etenim anima quæ germinat ex uerbo Dei, & cœlesti pluuia rigata germen producit ad messem, necesse est ut ipsa messis quã profert purgetur in area, id est ut sensus quos genuerit anima in medium proferat, & siue cum cæteris doctoribus, siue etiã cum ipsis quæ sentit diuinis uoluminibus conferat: ut si quid in eis inane & superfluum, si quid paleæ simile fuerit aut aristis, flante in se spiritu discretionis excutiat, & purũ frumentum quo solo queat nutrire conseruos, & mensurã tritici in tempore dispensare, retineat. Et consequetur, inquit, trituratio uindemiam. Quia panis (ut scriptura dicit) confortat cor hominis, & uinum lætificat, quæcunq; de cõtinentia, de obseruantijs, & custodia mandatorũ dei dicũtur, hæc possunt uideri frumentũ, ex quo panis efficitur, & auditorum corda confortat. Ea uerò quæ ad scientiam pertinent, & occultorũ explanatione mentes lætificant audientiũ, uino ac uindemiæ uidebunt̃ aptanda. Cordi etenim lætitia tribuitur, cum ea quæ occulta & obscura sunt, explicantur. Et uindemia, inquit, cõprehendet sationem.] Vt si dicamus: primo seminaui quæ legis sunt, & posteaq; seminatũ est, oraui ut daret dominus pluuiam in tempore, & facta est messis. Post hæc nõ maneo otiosus, sed iterum semino, accipio scripturam propheticã, & ex ea semino terras, & noualia auditorum. Post hæc semino & alia de Euangelicis sermonibus. Diuersa sunt quę seminãtur, per totum annũ possumus seminare. Possumus enim & de apostolicis literis multa semina iacere. Semper est quod seminetur, in omni uita nostra otij nullũ tempus est: quamdiu respiramus seminemus. Tantũ est, ut in spiritu seminemus, ut de spiritu metamus uitam æternam. Et manducabitis panem uestrũ in saturitate. Nec hoc ego corporalis esse benedictionis accipio, quasi qui custodiat legem dei, panem istum cõmunẽ in abundantia consequatur. Quid enim? Nónne impij & scelesti panem non solũ in abun

Ioan.6 dantia,ſed & in delitijs comedũt? Magis ergo ſi reſpiciamus ad eum qui dixit, Ego ſum panis uiuus qui de cœlo deſcendi,& qui manducauerit hunc panẽ uiuet in æternum:& aduertamus,quia qui hæc dicebat,uerbũ erat quo animæ paſcũtur:intelligimus de quo pane dictũ ſit in benedictionibus à deo,& manducabitis panẽ ueſtrũ in ſaturitate. Simi
Prouerb.13 lia ijs etiam Salomon in prouerbijs pronunciat deiuſto dicens:Iuſtus manducans replebit animam ſuam:animæ autem impiorũ in egeſtate erunt. Hoc ſi ſecundum literã accipias,quia iuſtus manducans replet animã ſuam,animæ uerò impiorum in egeſtate erũt, falſum uidebitur. Magis enim animæ impiorũ cum auiditate cibum ſumũt, & ſaturitati
1 Cor.4 ſtudent. Iuſti autem interdum & eſuriunt. Denicp Paulus iuſtus erat,& dicebat: Vſcp ad
2 Cor.11 hanc horam eſurimus,& ſitimus,& nudi ſumus,& colaphis cædimur. Et iterum dicit: In fame,& ſiti,in ieiunijs multis. Et quomodo dicit Salomon, quia iuſtus mãducans ſatiat animam ſuam? Sed ſi intuearis quomodo iuſtus ſemper & ſine intermiſſione manducet de pane uiuo,& repleat animam ſuam,ac ſatiet eam cibo cœleſti,qui eſt uerbũ dei,& ſapientia eius:inuenies quomodo ex benedictione dei manducet iuſtus panẽ ſuum in ſatietate. Et habitabitis tuti ſuper terrã ueſtram. Iniquus nunquã tutus eſt,ſed ſemper mouetur & fluctuat,& circumfertur omni uento doctrinæ in fallacia hominũ ad deceptionem erroris. Iuſtus uerò,qui legem dei cuſtodit,tutus habitat ſuper terram ſuam. Senſus
Pſal.118 enim eius firmus eſt dicentis ad deum: Confirma me domine in uerbis tuis. Et confirmatus,& tutus & radicatus habitat ſuper terrã,fundatus in fide, quia ædificium eius nõ eſt ſuper arenam poſitum,neq; radix eius ſuper petrã eſt: ſed domus quidẽ eius fundata ſuper terrã,planta uerò eius radicata eſt in profundo terræ, hoc eſt in interioribus animæ eius. Recte ergo ad huiuſcemodi animã dicitur in benedictionibus: Et habitabitis ſuper terram ueſtrã,& dabo pacem ſuper terrã. Quam pacem dat deus? Iſtam quã habet mun
Ioan.14 dus? Negat ſe iſtam dare Chriſtus. Dicit enim: Meam pacem do uobis, meam pacem relinquo uobis:non ſicut hic mundus dat pacem,ego do uobis. Negat ergo ſe pacem mũ
Matth.10 di dare diſcipulis ſuis,quia & alibi dicit: Quid putatis quia pacem ueni mittere in terrã? non ueni pacem mittere,ſed gladiũ. Vis ergo uidere quam pacem dat deus ſuper terrã noſtram? Si terra ſit bona,illa quæ affert fructum centeſimum,aut ſexageſimũ,aut trice-
Phil.4 ſimum,illam pacẽ ſuſcipiet à deo,quã dicit Apoſtolus: Pax aũt dei,quæ ſuperat omnem mentẽ,cuſtodiat corda ueſtra,& ſenſus ueſtros. Hæc eſt ergo pax, quam dat deus ſuper terram noſtrã. Et dormietis,& nõ erit qui uos exterreat. Et Salomõ in prouerbijs dixit:
Prouerb.3 Si enim ſederis,ſine timore eris:& ſi dormieris,libenter ſomnum capies,& non timebis terrorem ſuperuenientem tibi,neq; impetus impiorũ ſuperuenientes. Hæc ille dixit de iuſto & ſapiente uiro,& hæc in benedictione dicunt. Dormietis,& non erit qui uos exterreat. Si enim iuſtus efficiar,nemo me exterrere poterit: Nihil timeo aliud,ſi deũ time
Prouerb.28 am: Iuſtus enim,inquit,confidit ut leo,& ideo nõ timet leonẽ diabolum,nec draconem Satanã,nec angelos eius,ſed dicit ſecundum Dauid. Non timebo à timore nocturno,à iaculo uolante per diẽ,à negotio perambulãte in tenebris,à ruina,& dæmonio meridia
Pſal.26 no. Addit & illud: Dominus illuminatio mea,& ſalus mea, quẽ timebo? Dominus de-
Ibid. fenſor uitæ meæ,à quo trepidabo? Et iterũ: Si conſiſtant aduerſum me caſtra,nõ timebit cor meum. Vides conſtantiã,& uirtutẽ animæ cuſtodientis mãdata dei, & habẽtis fiduciam libertatis ingenuæ. Poſt hęc,exterminabo,inquit,beſtias malas de terra ueſtra. Beſtiæ,inquit,iſtę corporales,non ſunt malę,neq; bonæ,ſed medium quiddam. Sunt enim muta animalia. Sed illæ beſtiæ malæ ſunt ſpiritales, quas Apoſtolus dicit: Spiritales ne-
Gen.3 quitias in cœleſtibus. Et illa eſt mala beſtia, de qua dicit ſcriptura: Serpens aũt erat ſapiẽtior omnium beſtiarum quæ ſunt ſuper terram. Ipſa ergo eſt hæc mala beſtia,quam promittit Deus exterminaturum ſe de terra noſtra,ſi eius mandata ſeruemus. Vis uidere &
1 Pet.5 aliam beſtiam malam? Aduerſarius ueſter, inquit, diabolus ſicut leo rugiẽs circuit quærens quẽ deuoret,cui reſiſtite fortes in fide. Quod ſi adhuc plures beſtias uis diſcere,do
Eſa.30 cebit te Eſaias ,ppheta,qui ſub uiſione quã attitulauit quadrupedũ in deſerto, talia quæ dã prophetico ſpiritu de beſtijs loquit. In tribulatione,inquit,& anguſtia leo,& catulus leonis:inde & nati aſpidũ uolantiũ,qui portabant ſuper aſinos & camelos diuitias ſuas ad gentem quæ nõ proderit eis. Nunquid ullo modo uideri poſſunt hæc de corporalib. beſtijs dicta etiã ijs,qui ualde amici ſunt literæ? Quomodo enim leo, & catulus leonis,

uel

uel aſpides uolãtes poſſunt ſuper camelos & aſinos portare diuitias ſuas? Sed euidẽter contrarias poteſtates dæmonũ peſſimorũ: propheta ſpiritu ſancto repletus enumerat: eoſq; collocare diuitias deceptionũ ſuarum ſuper animas ſtolidas peruerſaſq;, quas camelis & aſinis per figuram cõparat, deſignauit. Et ijs beſtijs ne traderetur anima deum timens orabat propheta Dauid dicens: Non tradas beſtijs animã confitẽtem tibi. Et ex terminabo, inquit, beſtias malignas de terra ueſtra, & pugna non trãſibit per terram ueſtram. Multæ ſunt pugnæ quæ tranſeũt per terram noſtrã ſi legẽ Dei non cuſtodimus, nec pręcepta eius ſeruamus. Redeat unuſquiſq; ad animã ſuam, & ipſe ſe interna recordatione diſcutiat, & uideat quomodo terra noſtra, id eſt, caro noſtra, nũc ſpiritu fornicationis, nunc iræ & furoris urgetur, nunc auaritiæ iaculis agitatur, nũc telis pulſatur inuidiæ, nunc ſpiculis libidinis terebratur, & in quibuſcunq; cõcupiſcit caro aduerſum ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnẽ, internis pręlijs ſemper agitatur. Quid aũt dicã de cogitationum pugnis, quas cordi noſtro ſuggerit inimicus, ut nos exuat à fide Chriſti, & ab ſpe uocationis noſtræ? Cum enim afflictiones tentationũ, & moleſtiarũ ſeculi ſuſcitauerit nobis, conſequenter iam ſuggerit cogitationi, ſuperfluũ & ineptum eſſe hæc tolerare pro Chriſto, multo eſſe melius ſecuram & ſine perſecutionibus uitã ducere. Hæc ſciens & Apoſtolus Paulus dicebat: Cogitationes deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſum ſcientiam Chriſti. Qui ergo diuina præcepta ſeruauerit, mãdata eius cuſtodierit, & fecerit ea, hanc pugnã, & hæc bella nõ patitur, ſed deus aufert ea de terra eius, & nõ ſinit ea trãſire per animã iuſti. Et perſequemini inimicos ueſtros. Quos inimicos, niſi ipſum diabolum & angelos eius, & ſpiritus malignos, & dæmonia immũda? Perſequemur ea nõ ſolum ut à nobis ipſis effugemus, ſed & ab alijs quos incurſant, ſi diuina præcepta ſeruemus. Perſequemini, inquit, inimicos ueſtros, & cadẽt in cõſpectu ueſtro in morte. Si cõterat Satanã ſub pedibus noſtris uelociter deus, cadent inimici in conſpectu noſtro morte. Cuius morte? Ego arbitror quod noſtra: Si enim nos mortificemus mẽbra noſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicationẽ, immũditiam, ſi hanc mortem inferamus mẽbris noſtris, illi cadent in cõſpectu noſtro. Quomodo cadent in conſpectu noſtro? Si tu iuſtus ſis, cecidit iniuſtitia in conſpectu tuo. Si caſtus, cecidit libido. Si pius, etiã ipſa impietas corruit ante te. Et perſequent̃ ex uobis quinq; cẽtũ, & centum ex uobis perſequentur multa millia. Qui ſunt iſti quinq; qui poſſunt perſequi centum? Quinquenus numerus, & in laudabilib. ponit̃, & in culpabilib. Quinq; ſunt ſapiẽtes uirgines, & quinq; inſipientes. Si ergo & centenarius numerus ad utrãq; partem accipi poteſt. Si itaq; nos ſimus ex quinq; laudabilib. id eſt, ex quinq; ſapientibus, perſequemur inſipientes centum. Si enim ſapiẽter & probabiliter pugnemus in uerbo Dei, ſi prudenter de lege domini diſſeramus, cõuincimus & fugamus infideliũ multitudinẽ. Sicut enim quinquenus numerus, & ſapientes indicat, & inſipiẽtes: ita & centenus numerus, & fideles indicat, & infideles. Nam & ſub cẽtenario annorũ numero Abraham deo credidiſſe, & iuſtificatus eſſe deſcribitur, & peccator qui moritur centũ annorũ maledictus erit. Et hic centum infideles à quinq; ſapientib. effugantur, & rurſum centum fideles, nõ tam numero centum q̃ perfectione ſignati, multa milia infidelium perſequentur. Fugant enim fideles doctores innumeros dæmones, ne animas credẽtium antiqua fraude decipiant. Et cadent inimici ueſtri in cõſpectu ueſtro gladio. Qui ſint inimici ſupra diximus, quo autem gladio dicantur cadere, requiramus. Apoſtolus Paulus nos docet quis ſit hic gladius, cum dicit: Viuus em̃ eſt ſermo dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio utrinq; acuto, pertingẽs quoq; uſq; ad cõpagem animæ ac ſpiritus, mẽbrorum quoq; & medullarũ, & eſt diſcretor cogitationũ, & intentionũ cordis. Hic eſt gladius, cuius acie cadũt inimici noſtri. Sermo nãq; dei eſt qui proſternit omnes inimicos, & ponit eos ſub pedib. ſuis, ut ſubditus fiat om̃is mundus deo. Vis adhuc & de alia epiſtola Pauli diſcere, quia gladius ſermo dei ſit? Audi eũ cum arma præparat militib. Chriſti, quomodo dicit: Et galeam ſalutis accipite, & gladiũ ſpiritus quod eſt uerbum dei per omnem orationem, & obſecrationem: euidẽtiſſime per hæc pronuncians, quia per uerbum dei, quod eſt gladius utrinq; acutus, cadent inimici noſtri in cõſpectu noſtro. Et reſpiciã ſuper uos, & augebo uos. Plenũ beatitudinis eſt hoc ipſum, ſi quẽ reſpiciat deus. Vis uidere ſi reſpiciat deus ad hominẽ, quãta ſit ſalus? Petrus aliquando pene perierat,

Pſal. 74

2 Cor. 10

Rom. 16

Heb. 4

Epheſ. 6

& ex consecratione apostolici numeri diabolo per os ancillæ pontificis inspirante fuerat ereptus: sed ubi respexit ad eũ Iesus tãtũ, ubi ad eũ placidi uultus ora cõuertit, statim reuersus in semetipsum, & prolapsum de præcipitio reuocans pedẽ, fleuit, inquit, amarissime, atq; ita respectus à deo, locũ suũ flendo recepit, quẽ negãdo perdiderat. Respicia ergo, inquit, super uos, & augebo uos. Tanq; si sol respiciat segetẽ & afferat fructus, quã utiq; si nõ respexisset, infructuosa mansisset: ita deus segetẽ cordis nostri respiciẽs, & radijs nos uerbi sui illuminãs, auget nos & multiplicat, ut ultra iam non simus paruuli, sed magni efficiamur: sicut magnus factus est Isaac, & magnus factus est Moyses, & magnus Ioannes. Et statuam testamentũ meũ uobiscum. Vide quãtę benedictiones promittantur si mandata seruemus. Statuam, inquit, testamentũ meum uobiscum, & mãducabitis uetera, & uetera ueterũ, & eijcietis uetera à conspectu nouorũ. Quomodo eijcimus uetera à conspectu nouorũ? Vetera habuimus legẽ & prophetas, uetera aũt ueterum, ea quæ ante legem fuerunt ab initio cum mundus factus est. Venerunt Euangelia noua, uenerũt & apostoli, à cõspectu horũ eijcimus uetera. Quomodo ea eijcimus? Legem secundum literam eijcimus, ut statuamus legem secũdum spiritũ: Possumus & hoc modo dicere. Anteq; ueniret homo de cœlo, & nasceretur homo cœlestis, eramus oẽs terreni, & portabamus imaginẽ terreni. Sed ubi uenit homo nouus, qui secundũ deum creatus est, eijcimus à conspectu eius uetera, deponẽtes ueterẽ hominẽ, & induẽtes nouum, qui secundum interiorem hominẽ renouatur de die in diẽ. Et ponã tabernaculũ meum in uobis. Si hæc habemus in nobis, quæ suprà dicta sunt, si abiecto uetere homine innouatũ est cor nostrum, uenit ad nos deus, & habitat in nobis, qui dixit: Et ponam tabernaculũ meum in uobis, & non abominabitur uos anima mea. Nõ nos abominabitur anima dei, si obseruemus ea quæ scripta sunt. Veruntamen uelim requirere quid est anima dei. Nunquidnam putamus quia deus habeat animã sicut homo? Absurdum est hoc sentire de deo. Ego aũt audeo, & dico quia anima dei Christus est. Sicut eñ uerbũ dei est Christus, & sapientia dei, & uirtus dei, ita & anima dei est. Et hoc modo dicit, ga non uos abominabitur anima mea, id est filius meus: sed ambulabo inter uos. Nõ mihi uidetur quod hoc promittat deus, quia in terra Iudæorũ ambulaturus sit: sed quia si quis meruerit ita puri esse cordis, ut dei capax sit, in eo se dicit ambulare deus. Et uos eritis mihi populus, & ego dñs deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti, cũ essetis serui, & contriui iugum uinculi uestri. Vere eduxit nos deus de domo seruitutis: serui enim eramus peccati, quia omnis qui peccat seruus est peccati. Et contriuit uinculum iugi nostri. Iugi q̃d imposuerat supra ceruices nostras ille qui nos in captiuitatẽ duxerat, & peccatorũ uinculis colligarat. Contriuit ergo peccati uinculum, & iugum nostræ captiuitatis excussit dominus noster Iesus Christus, & suum nobis suaue iugum fidei, & charitatis, & spei, ac totius sanctitatis imposuit. Ipsi gloria in secula seculorum, Amen.

FINIS.

ORIGENIS SVPER NVMEROS HOMILIA

PRIMA. CAPVT PRIMVM.

DIVINIS Numeris non omnes digni sunt, sed certis quibusq; prærogatiuis designantur hi qui intra numerum dei debeant comprehendi. Huius autem rei euidens indicium continet liber hic, qui scribitur Numerorum. In quo refertur quod ex præcepto dei neque mulieres deducantur ad numerum, fœmineæ sine dubio infirmitatis obstaculo, neque seruorum quisquam, utpote uita moribus'que degeneres. Sed ne Aegyptiorum quidem ullus ex ijs qui erant admixti numeratur, profecto ut alienigenæ, & barbari: sed soli numerantur Israelitæ, & isti non omnes, sed à uiginti annis, & suprà. Nec sola ætatis habetur obseruatio, sed quæritur si

& aptum

& aptum bellis robur ostendat: designatur enim per uerbum dei, ut numeret omnis qui procedit in uirtute. Non ergo sola ætas, sed & uirtus in Israelitica plebe requiritur. Puerilis ætas nō numeratur, nec apta diuinis calculis ducitur, nisi forte primogeniti sint, aut sacerdotali uel leuitica stirpe descendant. Isti soli in pueris adducūtur ad numerū. Fœminarum uerò nulla prorsus adducitur. Et quid uidetur? Possunt hęc uacua esse mysteriis? sed hoc solum procurasse creditur spiritus sanctus, qui hæc scribēda dictauit, ut sciremus qui tunc in illo populo numerati sint, & qui sine numero manserint? Et quis dabitur ex hoc profectus ijs qui sacris uoluminibus gestiūt erudiri? Quid enim prodest ista didicisse? Aut quid animæ confertur ad salutē, si sciat quòd pars aliqua populi numerata est in deserto, pars uerò innumerata derelicta est? Si uerò sequentes Pauli sententiam legem spiritalē esse credamus, & spiritaliter quæ cōtinet audiamus, ingens profectus animę in ijs quæ scripta sunt apparebit. Docet enim me præsens lectio, quod si transcendero puerilis ætatis insipientiam, si desiero paruulus esse sensibus, & uir effectus deposuero quæ sunt paruuli, si inquam effectus fuero iuuenis, & talis iuuenis, qui uincā malignū, aptus uidebor ijs, de quibus scriptū est, omnes qui procedūt in uirtute Israel, & dignus diuinis numeris cōputabor. Donec autē ineſt alicui nostrum, uel puerilis & lubricus sensus, uel fœminea & resoluta segnities, uel Aegyptios gerimus & barbaros mores, haberi apud deum in sancto & consecrato numero nō meremur. Innumeri enim apud Salomonem dicuntur esse qui pereunt: numerati aūt omnes illi qui saluantur. Et uis tibi ostendam quia sanctorum numerus habet apud deum? Audi quomodo de astris quidē cœlestibus dicit Dauid: Qui numerat multitudinē stellarū, & omnib. eis nomina uocat. Saluator uerò non solū discipulos suos electos sub numero statuit, uerū & capillos capitis eorū dicit esse numeratos: ait enim: Vestri aūt etiā capilli capitis numerati sunt. In quo utiq; nō illos dicebat capillos esse numeratos, qui uel ferro attōderi & proijci solēt, uel temporis ætate defluere ac perire: sed illi capitis capilli apud deū numerati sunt, qui in Nazaræis erant, quibus inerat uirtus spiritus sancti ad prosternēdos alienigenas. Virtutes ergo animi, & multitudinē sensuū, qui de principali mētis tanq; de capite apostolorū producebantur, capillos capitis appellauit. Sed in hæc per excessum quendā deueni mus, nūc ad propositū reuertamur. Et locutus est, inquit, dominus ad Moysen in deserto Sina. Illa scilicet omnia quæ superius cōpendiosa narratione cōprehēdimus, ubi præcipit numerari à uiginti annis & suprà omnis qui procedit in uirtute Israel. Si quis ergo procedit in uirtute, ipse numeratur, & nō in qualicūq; uirtute, id est nō in Aegyptiorū uirtute: neq; in Assyriorū, neq; in Grecorū, sed uirtute Israel, ipse numerat apud deū. Est enim uirtus animi, quā Grecorū philosophi docēt. Sed hęc nō pertinet ad numerū dei. Non em pro deo, sed pro gloria exercetur humana. Est & Assyriorū uirtus, est Chaldęorum, quæ in astrologiæ studijs prædicat, Sed nō est ista uirtus Israelitica, & ideo nō pertinet ad deū. Est & Aegyptiorum uirtus in ea quā dicunt secreta sapiētia, sed hęc nō adiūgitur ad calculū dei. Sola apud deū uirtus Israelitica numerat. Hæc est illa uirtus, quæ à deo docetur, quæ per scripturas diuinas discitur, quæ per fidem euangelicā & apostolicā traditur. Et ideo dicit ut illi soli numerētur, qui progrediunt in uirtute Israel. Sed & illud consideremus, quid est q̄d non statim ut egressus est de Aegypto populus numeratur. Adhuc enim persequebatur Pharao. Sed nec cū mare rubrum quidem transiens uenit in desertū dicitur numerari. Nondū enim tentati, nōdū ab hoste fuerāt impugnari. Confligunt aduersum Amalech, & uincunt. Sed nec tunc quidem numerantur. Non enim sufficit ad perfectionē tendenti una uictoria. Mannæ accipiūt cibū, & aquę poculum de sequenti hauriunt petra: sed neq; tunc numerātur. Nondū enim in his ea quę numeris apta ducuntur adoleuerant. Tabernaculum testimonij cōstruitur, sed nec in hoc quidē numerādi populi tēpus aduenit. Lex per Moysen dat, sacrificiorū mos traditur, purificationū ritus docetur, sanctificaionum leges & sacramenta conduntur, & tūc ad numerum ex præcepto dei populus adducitur. Describe hæc ô auditor in corde tuo dupliciter, & tripliciter. Vide quanta tibi transeunda sunt, quanta toleranda, quot profectibus, quot tentationibus, quot prælijs pugnandum tibi est & uincendū, ut possis ad diuinum numerum pertinere, ut in computo aliquo habearis apud deū, ut inter sanctas tribus adnumerari dignus habearis, ut uisitari possis, & per dei sacerdotes Aarō & Moysen

Psal. 147

Matt. 10

Num. 1

sen numerorũ censibus adscribi. Suscipiẽda tibi est primo lex dei, lex spiritus sancti, offerenda sacrificia, explendæ purificationes, peragẽda cuncta quæ lex spiritus docet, ut possis aliquãdo ad Israeliticum numerũ pertinere. Ego adhuc amplius aliquid intueor in hoc Numerorum libro mysterij. Ratio enim tribuum, et distincto ordinũ, societas familiarum, atq; ordinatio cuncta castrorum, ingentium mihi sacramentorũ ꝓdit indicia: Apostolo nobis Paulo spiritalis intelligentiæ semina respergẽte. Et agẽ iam quid omnis hæc numerorũ ratio, quid ordinum diuersitas intelligentiæ mysticę cõtineat, uideamus. Expectatio certa nobis est resurrectionis mortuorũ, cũ hi qui uiuunt, qui reliqui sunt, nõ præuenient in aduentu Christi eos qui dormierũt, sed simul cũ eis iuncti et sociati, rapient̃ in nubibus obuiã Christo in aera, terreni scilicet huius loci corruptelã et mortis habitacula deserentes, atq; ad paradisum in unã ex multis quæ apud patrẽ sunt mansionibus transferendi. Diuersitas autem translationis, et gloria ex meritis sine dubio & actibus uniuscuiusq; præstabitur, & erit unusquisq; in eo ordine, quẽ sibi gestorũ merita contulerint: sicut & idem Paulus protestatur dicẽs de resurgẽtibus: Vnusquisq; autẽ in suo ordine. Hinc ergo accidet in resurrectione, ut unusquisq; aut in tribu Ruben spiritalibus indicijs adscribatur, ob hoc profecto, quod aliquid in morib. actibus, aut uita ipsi Ruben simile & cõsanguineum habuit. Alius aũt in tribu Symeon, fortassis pro obaudientia. Alius in tribu Leui, credo qui bene præfuit sacerdotio, uel qui bene ministrans gradum sibi bonum acquisiuit. Alius in tribu Iuda, nõ dubito quod is qui regios spiritus gessit, & bene rexit populum qui intra se est, sensuum scilicet mentis & cogitationũ cordis. Sed & singulis quibusq; tribubus unusquisq; sociabit̃ pro his quę ad unãquanq; earum, uel in actibus cognata uel in moribus habuit. Erũt ergo huiusmodi quidam ordines in resurrectione mortuorũ, sicut designat Apostolus: quorum ordinũ typus in hoc libro & figura præformari mihi uidetur. Sed & illud quod cõsociatione quadam tribuum & cõnexione, castrorũ positio & metationis ordo describitur, pertinet sine dubio ad aliquẽ in resurrectione mortuorũ statum. Quod tres ad orientem collocatæ dicuntur tribus, tres ad occidentem, tres etiam ad meridiem, & tres ultimę ad aquilonem, qui durus dicit̃ uentus: sed & quod tribus Iuda, quæ regalis est, ad oriẽtem statuitur, ex qua ortus est dominus noster, nõ puto otiosum, & quod Isachar huic iungitur, et Zabulon, & quod in quatuor partes trinus iste numerus ordinatur. Quæ quamuis positionum suarũ diuersas habeant qualitates, omnes tamẽ intra trinitatis numerũ cõtinentur. Et quod per totas has quatuor partes in unum numerũ colligitur eadẽ trinitas semper, pro eo sine dubio quod sub uno nomine patris & filij & spiritus sancti censentur omnes, qui ex quatuor orbis partibus uenientes inuocant nomen domini, recumbentes cum Abraham & Isaac & Iacob in regno dei. Hæc à nobis generaliter indicata sint, uolentibus totius sacri huius uoluminis continentiam mysticam breuiter comprehendere, ut ex his intelligentiæ spiritalis occasione suscepta unusquisq; & in reliquis similem, aut etiam sicui amplius deus reuelat, superiorem & excelsiorem persequatur indaginem. Ego enim uere imparem me iudico ad enarranda mysteria, quæ liber hic continet Numerorum: multo autem inferiorem ad illa, quæ Deuteronomij uolumen includit. Et ideo festinandum nobis est peruenire ad Iesum, non illum filium Naue, sed ad Iesum Christum. Prius tamen pædagogo utentes Moyse, & apud eum rudimenta infantiæ deponentes, sic tendamus ad perfectionem Christi. Moyses enim non multa bella compressit. Iesus autem bella quidem uniuersa compescuit, pacem uerò omnibus dedit, ita ut scriptum sit, quia cessauit terra à bellis. Terra repromissionis, terra hereditatis, terra quæ fluit lac & mel, ab Iesu distribuitur. Beati emi mites, quia ipsi per Iesum hæreditabunt terram. Sed & ipsius distributionis inuenies typos & imagines præcessisse. Non enim otiosum est quod alijs ultra Iordanem terra diuiditur, alijs intra Iordanem, et alijs primis, alijs uerò secundis, nonnullis etiam tertijs, & sic per ordinem hæreditas terræ diuiditur: ubi unusquisq; requiescat sub ficu sua, & sub uite sua, & non sit ultra qui exterreat. Quæ cuncta magnificis præsignata mysterijs, ipse dominus Iesus in die aduentus sui non iam per speculum & in ænigmate, sed facie ad faciem in ueritate complebit unicuiq;, secundum quod ipse nouerit merita singulorum, qui cognitor cordis est, cui gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

4. Cor. 15

Matt. 5

De

De ordine & collocatione castrorum. Homilia Secunda. Cap. II

PRIMA Numerorum lectio docuit, quod exercitus dei qui exiuit de terra Aegypti, & iter egit per desertum, uisitatus sit hoc est numeratus per Moysen & Aaron, ac per singulas quasq; tribus sequestratus certo sub numero recensitus sit: quod nos uelut cum tota simul libelli continentia exponentes, formam diximus esse perscriptam, quomodo populus dei egrediens de mundi huius Aegypto, et ad terram repromissionis, id est uel ad uirtutum locum, uel ad regni cœlorum gloriam hæreditatemq; festinans, ordinibus quibusdam, & meritorum gradibus deducatur. Et per hæc ostendimus futurorũ bonorum magnificentiam in legis imaginibus adumbratam. Nunc uerò lectionis huius initium, quæ hodie recitata est, edocet nos qualiter ab his qui deo mancipati sunt, nec implicant se negotijs secularibus, componatur ordo castrorum. Ait enim. Et locutus est dominus ad Moysen, et Aaron dicens: Homo secundum ordinẽ suũ, & secundũ signa sua, & secundũ domus familiarũ suarũ castra collocet, filij Israel ex aduerso in circuitu tabernaculi testimonij cõsidãt.] Moyses dicit: Homo secundũ ordinẽ suum, & secũdum signa sua, & secundũ domos familiarũ suarũ incedat in castris: & Paulus dicit: Omnia honeste & secundũ ordinem fiant. Et nõ tibi uidetur unus esse spiritus dei, qui & in Moyse loquitur, & in Paulo? Secundũ ordinẽ Moyses incedi mandat in castris: secũdum ordinẽ cuncta geri in ecclesia præcipit Paulus. Et Moyses quidẽ, qui legi ministrabat, in castris custodiri ordinẽ iubet: Paulus uerò tanq; Euangelij minister, nõ solũ in actibus, sed in ipso habitu, ordinatũ uult esse Christianũ: & ideo dicit: Mulieres similiter in habitu ornato. Vnde ego arbitror quod nõ solum in officijs & habitu seruari ordinẽ uolunt, sed dant intelligi quod sit aliquis etiã in anima ordo, de quo dicatur quod unusquisq; incedere debeat secundũ ordinem suum. Qui ordo præcipue quidẽ ex operũ fructu indicatur: nihilominus aũt & ex magnificentia sensuum. Nã sæpe accidit, ut is qui humilẽ sensum gerit & abiectũ, & qui terrena sapit, excelsum sacerdotij gradũ, uel cathedrã doctoris obsideat: & ille qui spiritalis est, & à terrena cõuersatione tam liber ut possit examinare omnia, & ipse à nemine iudicari, uel in ferioris ministerij ordinẽ teneat, uel etiã in plebe à multitudine relinquat. Sed hoc est & legis & Euãgelij statuta cõtẽnere, & nihil secundũ ordinẽ gerere. Sed & unusquisq; nostrũ si de cibo & potu sollicitus sit, & omnẽ curam in rebus secularibus gerat, unam uerò aut duas horas ex integro die etiã deo deputet, & ad orationẽ ueniat in ecclesiam, uel in trãsitu uerbũ dei audiat, præcipuã uerò curam erga sollicitudinẽ seculi & uentris expendat: iste nõ cõplet mandatũ quod dicit, ut homo secundũ ordinem suum incedat, uel quod dicit, ut omnia secundum ordinẽ fiãt. Ordo est em̃ statutus à Christo, quærere prius regnum dei & iustitiã eius: & credere secundo loco quod hæc nobis apponãtur. Homo ergo secundum ordinem suum incedat. Putásne qui sacerdotio fungũtur, & in sacerdotali ordine gloriantur, secundũ ordinẽ suum incedunt, & agunt omnia quę illo ordine digna sunt? Similiter autem & diaconi putas secundum ordinẽ ministerij sui incedunt? Et unde est q̃d sæpe audimus blasphemare homines, & dicere, ecce qualis episcopus, aut qualis presbyter, uel qualis diaconus? Nónne hęc dicũtur, ubi uel sacerdos, uel minister dei usus fuerit in aliquo contra ordinẽ suũ uenire, & aliquid cõtra sacerdotalem, uel leuiticum ordinem gerere? Quid aũt & de uirginibus dicam, aut de cõtinẽtibus uel omnib. qui in professione religionis uidentur? Nonne si quid inuerecundũ, uel petulans, si quid proteruum gesserint, arguit eos continuo Moyses & dicit, homo secũdum ordinẽ suum incedat? Agnoscat igitur unusquisq; ordinem suũ, & quid dignũ sit eo ordine quem suscepit, intelligat, & ita libret actus suos, ita etiam sermonẽ, incessum quoq; ipsum & habitũ moderetur, ut cum ordinis sui professione cõueniat, ne audiat dici ad se à deo: Quia propter uos nomen meum blasphematur inter gentes. Quid aũt sit quod dicit & secundũ signa sua, uideamus. Ego puto signa esse ea, quibus uniuscuiusq; proprietas designatur: uerbi gratia, omnes quidẽ homines similes sumus, sed est ppria quædã uniuscuiusq; distinctio, uel in ipso uultu, uel in statura, uel in positione, uel in habitu, per quæ (uerbi gratia) Paulus quia Paulus sit designet̃, & Petrus quia Petrus sit, & nõ sit Paulus. Interdũ aũt etiam nõ uidentibus uniuscuiusq; signi diuersitas datur, ut ex uoce & loquela agnoscat illum esse uel illum qui loquitur; & secundũ suæ proprietatis signum

1.Cor.14

Tit.2

Rom.2

signũ unusquisq; etiã sine corporali uisione cognoscitur. Hoc modo arbitror esse etiam in animis signa diuersa. Et alterius quidẽ animi motus lenior est, mitis, placidus, trãquillus, æqualis: alterius turbidus, elatus, asperior, incitatior, petulãtior. Alius circũspectus, cautus, prouidus, sollicitus, impiger. Alius desidiosus, remissus, negligẽs, incautus. Et in his alius plus, alius minus. Et audeo pronũciare, quia fortassis quãta in specie uultus ineſt diuersitas hominibus, tanta & in animis inuenitur esse differentia. Sicut & sapiẽtissimum Salomonem memini quodã loco dicẽtem. Sicut diuersi sunt uultus uultibus, ita & diuersa sunt corda hominũ. Sed unusquisq; (ut ait Moyses) secundum signa sua incedat, id est ne is cuius humilia, & despecta sunt signa, elatior incedat, uel altior quàm animorũ suorũ signa deposcunt. Et ut adhuc amplius diuersitatis signorum ratio claresçat, addemus etiam hæc. Omnes qui literas norunt, certum est quod xxiiij si Græca, xxiij si Latina literarum elementa didicerint, & ex his omnia quęcunq; scribenda sunt scribũt. Aliud tamẽ signum (uerbi gratia) alpha quod Paulus scripserit, habet, & aliud quod Petrus: & sic per singulos homines, qui literas norunt, diuersa scribẽdi per singulas quasq; literas signa reperies. Vnde & chirographa singulorũ manib. scripta, propriis quibusdã signis & indicijs agnoscuntur: & cũ sint elementa eadẽ, est tamen in ipsa similitudine literarum multa dissimilitudo signorũ. Igitur si integre tibi propositæ rei patuit exẽplũ, ueni nunc ad motus mẽtis & animorum, quibus ad aliquid concitant gerendũ. Intuere singulorum uirorũ chirographa, & uide quomodo (uerbi gratia) animus Pauli proposuit castitatẽ, & animus nihilominus Petri: sed est propria quædam castitas Petri, & alia castitas Pauli, etiã si una eadẽq; uideatur. Denicq; alterius ipsorũ talis castitas est, quæ requirat macerari corpus suũ, & subijcere seruituti, & quæ adhuc dicat, castigo corpus meum, ne forte alijs prædicãs ipse reprobus inueniar: alterius aũt castitas tãlis est, quę istud forte nõ timeat. Similiter & iustitia habet aliquid ꝓprietatis in Paulo, habet & in Petro. Eodem modo & sapientia cæteręq; uirtutes. Quod si etiã in his nominibus quæ exẽpli causa posuimus, potest fieri ut cum unũ sint per spiritũ dei, sit tamẽ aliqua diuersitas in ipsarum proprietate uirtutũ, quãto magis reliqui omnes homines propria quędã signa in motibus animorum, & animæ uirtutib. gerunt? Quæ Moyses mystica ratione perspiciens, scribit in lege, ut unusquisq; secundũ signa sua incedat in castris. Potest aũt fieri, ut æmulatione operum bonorũ ab inferioribus signis, ad meliora & magnificentiora ueniamus. Si enim recte à nobis intellectũ est, hæc omnia quæ in lege scripta sunt, formas esse futurorum bonorũ, & illius seculi quod ex resurrectione mortuorũ speramus, certum est utiq; quod si in præsenti uita habuerimus studium meliorũ, & secundũ Apostoli exemplũ posteriora obliuiscẽtes ad ea quæ in ante sunt extendamur: in resurrectione mortuorum, ubi sicut stella ab stella differt in gloria, ita & uniuscuiusq; merita refulgebunt, poterimus utiq; ab inferioribus ad meliora signa & fulgentiora transferri, & splendidioribus sideribus exęquari. Atq; intãtum potest natura humana in hac uita proficere, ut in resurrectione mortuorum non solum stellarum gloriæ, sed & Solis splẽdori ualeat exæquari: secundum quod scriptum est, quia iusti fulgebũt in regno dei sicut sol. Hinc ergo est, quod & in inferioribus dicit: secundum signa sua, per domos familiarũ suarũ. Quod dicit per domos familiarum suarũ, in Græco idem sermo positus est, quem & ibi Apostolus dicit ubi ait: Huius rei gratia curuo genua mea ad patrem domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominat. Quas ergo hic Paulus paternitates dicit, ibi familias posuit Latinus interpres, sed unus atq; idẽ sermo habetur in Græco. Istæ sunt ergo paternitates, uel familiæ, quas Paulus quidẽ iam ostẽdit in cœlis, Moyses autem sub figuris adhuc legalibus describit in terris: secũdũ quas incedere nos monet, ut possimus cœlestibus paternitatibus sociari. Sunt enim (ut Paulus superius pronunciauit) siue familiæ istæ dicendæ sunt, siue paternitates in cœlo, ex quibus forte est & illa, quam in alio loco nominat idem Paulus ecclesiam primitiuorum adscriptã in cœlis: cui nos eueniet sociari, si secundum ordinem incedamus, & omnia secundum ordinem geramus. Si nihil inordinatum, nihil inquietum, nihil inhonestũ inueniatur in nobis, tunc & sicut firmamentum resplendebimus, & sicut stellæ & sol ipse refulgebimus in regno dei. Per Christum dominum nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

1 Cor. 15

πατριὰ

De suo addidit interpres.

De eo

De eo quod scriptum est. Ego assumpsi Leuitas de medio filiorũ Israel pro omni primogenito qui adaperit uuluam, & reliqua. Homilia III Cap. III

SCRIPTVM est de manna, quia secundũ tẽpus illud si quis id ita assumpsisset ut præceperat deus, nutriretur ex eo: si quis uerò contra præceptum dei, & contra statutum diuinitus modum uoluisset assumere, non frueretur eo ut uitali cibo, sed uermes ebullirent ex eo. Et ita fiebat, ut una atq; eadem species mannæ aliis quidem uermes, & putredines generaret, aliis uerò salubrem cibum conferret, & uitæ necessarium. Igitur & nostrum manna uerbum dei est, & apud nos ergo sermo dei aliis efficitur ad salutem, aliis cedit ad pœnam. Et propter hoc arbitror quod ipse dominus & saluator, qui est uiuum dei uerbum, dicebat: In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut non uidentes uideant, & uidentes cæci fiant. Quanto melius esset nonnullis omnino nec audire uerbũ dei, quàm audire cum malitia, uel audire cum hypocrisi. Melius autem dicimus ad comparationem malorum. Vere autem melius, & uere rectius, ac perfectius est, ut qui audit uerbum dei, audiat corde bono, & simplici, audiat corde recto & parato, ut quasi in terra bona fructificet, & crescat. Hæc in præfatione diximus propter nonnullos eorum qui ad audiendum nón simplici, nec fideli mente conueniunt. De quibusdam dico catechumenis, quibus fortasse nonnulli etiam eorum qui iam baptismum consecuti sunt, sociantur. Non em̃ omnes qui ex Israel, ij sunt Israelitæ: neq; omnes qui loti sunt aqua, continuo etiam sancto spiritu loti sunt: sicut econtrario nõ omnes qui in catechumenis numerant̃ alieni sunt, & expertes spiritus sancti. Inuenio em̃ in scripturis diuinis nõnullos catechumenorũ dignos habitos spiritu sancto, & alios accepto baptismo indignos fuisse sancti spiritus gratia. Cornelius catechumenus erat, & antequã ad aquam ueniret, meruit accipere spiritum sanctum. Simon baptismũ acceperat, sed quoniã cum hypocrisi accessit ad gratiã, repudiatur à dono spiritus sancti. Nolo dubites & nunc esse in populo catechumenorũ aliquos Cornelios, ad quos dici possit, quia misericordiæ & orationes tuæ ascenderũt in cœlũ. Et rursum in populo fideliũ esse aliquos Simones, quibus confidenter dicendũ sit: O plene omni dolo & fallacia, fili diaboli, inimice omnis iustitiæ. Hæc ego ad correptionẽ mei ipsius loquor, nõ solũ audito rum. Vnus enim & ego sum ex ijs, qui audiunt uerbum dei. Sed audiamus iam quid sermo diuinus loquatur ad Moysen. Et locutus est, inquit, dominus ad Moysen dicens: Ecce ego assumpsi Leuitas de medio filiorũ Israel pro oñi primogenito q̃ adaperit uuluam ex filijs Israel, redemptiones eorũ erunt, & erũt mihi Leuitæ. Meũ est em̃ omne primogenitũ. Ex die qua percussi omne primogenitũ in terra Ægyti, sanctificaui mihi omne primogenitũ Israel, ab homine usq; ad pecus meum erit, ego dominus.] Leuitæ assumuntur pro primogenitis, cũ utiq; nõ sint primogeniti. Leui em̃ tertius nascitur ex Lia. Primus nanq; est Ruben: Symeon secundus, tertius Leui: & assumunt̃ in primogenitos ij, qui natura non sunt primogeniti. Nũquid hæc in lege dei otiose scripta esse credendũ est? An illud edocet nos, quod apud deũ nõ illi primogeniti habeant̃, qui corporea natiuitate præcedũt, sed ij quos proposito mentis inspecto, Deus ipse in ordinẽ primitiuorũ iudicat assumendos? Sic em̃ apud deũ Iacob posterior natu primogenitus iudicatus est, et benedictiones primitiuatus procurata diuinitus parẽtis cęcitate suscepit. Ex ppo sito etenim cordis quod deo patuit, etiam priusquam in hoc mundo nascerent̃, aut aliquid agerent boni uel mali, pronunciat dominus de eis, quia Iacob dilexi, Esau aũt odio habui. Filij ergo Leui primogeniti quidẽ nõ sunt secundũ carnẽ, sed pro primogenitis assumũtur: ut sit amplius aliquid pro primogenito assumi, quàm primogenitũ nasci. Ecce, inquit, assumpsi Leuitas ex medio filiorũ Israel. Dic simpliciter, assumpsi Leuitas ex filijs Israel. Quid est quod addis & de medio filiorũ Israel? de q̃ medio? Tertius est Leui (ut suprà diximus) inter filios Israel. De quo ergo medio assumant̃ Leuitæ cuperẽ scire. Inuenio in scripturis beatam illam Sunamitidẽ, quæ aluerat aliquãdo prophetã, respondentem cum fiducia regi Israel uolẽti sibi aliquid conferre beneficij, & dicentem: In medio populi mei ego habito. Amplius aũt, & magnificentius in Euangelio uideo scriptũ de domino & saluatore nostro, dicẽte Ioanne: Medius uestrum stat, quem uos nescitis. Puto ergo eum qui nunquã declinauerit ad dextrã, neq; ad sinistrã, dici posse medium stare, qui peccatũ nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Et ideo ille quidẽ, quia sem

Ioan. 9

Act. 8

Admiscet suã personam

Gen. 26

Esa. 6

Ioan. 1

per ſtat, medius ſtare dicitur. Si quis uerò imitator eius eſt, ſicut omnes ſancti, & illa beata mulier, cuius ſuperius fecimus mentionē, ſtare quidē non dicitur. Nō em̄ poteſt fieri ut non aliquando aut ad dextrā quis inclinatus ſit, aut ad ſiniſtram. Nemo em̄ mūdus à ſorde, nec ſi unius diei fuerit uita eius, Habitare tamē dicitur in medio populi: Et leuitæ ergo aſſumūtur de medio filiorū Iſrael. Leuitæ ſunt enim qui nō cognouerūt dextram, & ſiniſtrā ſuā, ſed ſequentes Moyſen, id eſt legē dei, nō pepercerunt patri nec matri. Et tu ergo ſi ueniēte tentatione, ſi ueniente ira peccati nō inclineris ad dextrā, neq; ad ſiniſtrā, nec præuaricaueris legē dei, ſed ſtes in medio fixus & ſtabilis, & nō inclineris, neq; curues genua tua peccato, nec pecudis caput, id eſt ſtultitię ſequaris imaginē, aſſumeris de medio filiorū Iſrael, & in primitiuorū numero collocaberis. Hęc pro eo q̄d ſcriptum eſt, & aſſumam leuitas de medio filiorū Iſrael. Verū (ſi uidet) recurramus adhuc ad ipſum ordinem hiſtorię, qui refertur in Numeris, & ex ipſo myſteriū primitiuorū, ubi uel quomodo requiri debeat, cōtemplemur. Igitur recenſeamus attentius quō diſtribuuntur duodecim tribus per ternas in quatuor partes, & per ſingulas quaſq; cœli plagas certa ſtatione cōſidunt: & inueniemus Iudam quidē ab oriente ſtatui cum Iſachar & Zabulon: Ruben uerò ab occidente, cū Symeon & Gad: in meridie Effrem cū Beniamin & Manaſſe: in Aquilone uerò Dan cū Neptalim & Aſer. Et his omnibus quaſi per quatuor terræ cardines in circuitu collocatis, in medio eorū utpote deo proximi circa ipſum tabernaculū dei conſtituuntur leuitę. In caſtris quidē Iuda quæ ſunt ab oriente, Moyſes & Aaron: in caſtris uerò Ruben, Gerſon: in caſtris aūt Beniamin, Caath: ubi uerò Dan caſtra cōſtituit, Merari ſcribitur collocatus: & ita in medio filiorū Iſrael ex omni parte, & per circuitum, quaſi inſerti cæteris, & innexi uidentur eſſe filij Leui. Hęc ſunt quę nobis litera legis exponit, ut ex his ſacramentorū ſemina colligētes, tāquam gradibus quibuſdam ab humilibus ad excelſa, & à terrenis ad cœleſtia cōſcendamus. Aſcende ergo nūc ô auditor ſi potes, & à terrenis ſenſibus intuitu mētis & perſpicacia cordis eleuare. Obliuiſcere pauliſper terrena, ſupra nubes & ſupra ipſum cœlū greſſu mētis incede. Ibi require tabernaculū dei, ubi præcurſor pro nobis introiuit Ieſus, et aſſiſtit nūc uultui dei interpellans pro nobis. Ibi inquā require quaternos iſtos ordines, ſtationesq; caſtrorū. Ibi Iſraelitica agmina, et excubias cerne ſanctorū, & ibi illa quæ hic nunc quęrimus primitiuorū ſacramēta rimare. Sed ego nō audeo illuc ſolus aſcēdere, nō audeo me in hos tā ſecretos myſteriorū ſeceſſus ſine auctoritate magni alicuius doctoris immergere. Nō poſſum illuc aſcendere, niſi præcedat me Paulus, & ipſe mihi uiam noui huius & ardui itineris oſtendat. Ipſe ergo apoſtolorū maximus, qui ſciret multas eſſe nō ſolū in terris, ſed & in cœlis eccleſias, ex quib. & ſeptem quaſdam Ioannes enumerat: ipſe tamen Paulus oſtendere uolens eſſe quandam præter eas etiā primitiuorū eccleſiā, dicit ad Hebræos ſcribens: Nō em̄ acceſſiſtis ad ardentem & tractabilem ignem, ſed acceſſiſtis ad mōtem Sion, & ciuitatem dei uiuentis Hieruſalem cœleſtem, & multitudinē angelorum collaudantium, & eccleſiā primitiuorū adſcriptam in cœlis. Igitur Moyſes per quatuor caſtra populū dei diuiſum deſcribit in terris: & Apoſtolus quatuor ordines ſanctos deſcribit in cœlis, ad quorū ſingulos unūquenq; noſtrū dicit accedere. Non em̄ omnes ad omnes accedūt, ſed & alij quidē accedūt ad montē Sion, horū aūt paulo meliores accedunt ad ciuitatē dei uiuentis Hieruſalē cœleſtem. Qui aūt & ijs eminētiores ſunt, accedunt ad multitudinē angelorum collaudātium. Qui autem ſuper iſtos omnes ſunt, accedunt ad eccleſiam primitiuorū adſcriptā in cœlis. Si ergo ex ijs intellexiſti quis ſit ordo primitiuorū, & quod ſit nominis iſtius ſacramētū, præpara te, & enitere quantū uales, ſi forte actibus, uita, moribus, fide, inſtitutiſq; proficias, ut poſſis accedere ad eccleſiā primitiuorum, quę aſcripta eſt in cœlis. Quod ſi non tantū uales, ſed es paulo inferior, accede ad multitudinē angelorū collaudantium. Quod ſi nec ad iſtū ordinē potes aſcendere, ad ciuitatē ſaltem dei uiuētis Hieruſalem cœleſtē properare cōtende. Si uerò nec ad hoc aptus es, ſaltem ad montē contende Sion, ut in monte ſalueris. Tantum ne in terra reſideas, ne in uallibus maneas, ne in demerſis & humilibus perſeueres. Mihi ita intelligendum uidet aſſumi primogenitos filios Leui, qui miniſtrāt deo, & altari eius tabernaculoq; deſeruiūt, excubijs perpetuis miniſteria diuina cōcelebrāt. Sed & quod ait pro omni primogenito, qui adaperit uuluā, nō mihi facile uidetur diſſeri poſſe & explanari.

Apoc. 1

Heb. 12

Neq;

Neq; enim quicunq; adaperit uuluam, cõtinuo dignus sanctificatione primitiuatus habẽdus est, quia & in psalmis legimus, quod alienati sunt peccatores à uulua, errauerũt à uentre, locuti sunt falsa. Quod utiq; stare secundũ literã nullo modo potest. Quõ enim quis errare à uia dei potuit statim ut de uentre matris exiuit? Aut quõ potuit falsa loqui nuper æditus puer, uel qualẽcunq; proferre sermonẽ? Cũ ergo impossibile sit uel errare aliquẽ à uentre, uel loqui falsa, necessariũ erit & uentrẽ, & uuluam talem requiri, cui conuenire possit hoc dictũ quod alienati sunt peccatores ab utero, errauerũt à uẽtre, locuti sunt falsa. Et illa erit uulua, quã adaperit omnis primitiuus, qui sanctificatur deo. Adaperuit aliquando deus uuluã Liæ, quæ erat clausa, & peperit patriarchas. Similiter & Rachel, ut pareret etiã ipsa cuius uisus erat perspicax, & decorus aspectus. Sed & in multis alijs scripturę locis inuenies adaperiri uuluas. Quarũ si singula pro locis cõsideres, inuenies quomodo & errẽt peccatores à uulua, & illi adaperientes uuluam, sanctificentur in ordinẽ primitiuorũ. Et erunt mihi, inquit, leuitæ. meũ est enim omne primitiuũ: ex qua die percussi omne primogenitum in terra Ægypti, mihi sanctificaui omne primogenitum. Notum est quid de ijs historia contineat, quomodo percussa sint primogenita Ægyptiorum, cũ populus Israel educeretur ex Ægypto. Hoc est ergo quod in loco indicatur, quia non prius sanctificati sunt primogeniti Israel quàm percuterentur Ægyptiorum primogeniti: & quasi causam sanctificationis horum, interitum & necem ponit illorũ. Vnde & hic intelligendũ est, esse quosdam primogenitos etiã in Ægyptijs, id est in cõtrarijs potestatibus, quasi electos in malitia & primos inter dæmonas: qui nisi percussi fuerint & extincti, sanctificationẽ percipere Israelitarũ primogeniti omnino non possunt. Quis ergo est iste, qui primogenitos Ægyptiorũ, id est principatus, & potestates dæmonum percussit? Nõne dominus meus Iesus Christus, qui est primogenitus omnis creaturę, qui principatus, & potestates aduersas traduxit, triumphãs eos in cruce? Quos utiq; nisi ille percussisset, et triũphasset, sanctificatio ad nos primitiualis uenire nullatenus potuisset. Vt aũt nobis primogenitorũ benedictiones donaret, efficit prius ipse primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatũ tenẽs, & nos credẽtes resurrectionis suę assumeret pro primitiuis, et in primitiuorũ ordine collocaret, si tamẽ bene dictionum gratiã usq; ad finem firmã retineamus, adiuti misericordia ipsius domini nostri Iesu Christi, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

Gen. 30

De eo quod scriptũ est, Viginti duo milia numero inuentos esse leuitas, primogenitos autem filiorũ Israel xx duo milia ducentos lxxiij. Homilia IIII Cap. III.

NVMERORVM liber est, qui legitur nobis, in quo multæ sunt numerorum differentiæ, quæ conscribuntur de filijs Israel. Sed post filios Israel numerantur etiam leuitæ seorsum. Non enim fuerant recensiti cum filijs Israel, & habetur eorum segregatus quidam, ac præcipuus præ cæteris numerus, quo referuntur omnes simul uiginti duo milia reperti, ita ut neque amplius aliquid neq; minus hoc numero inuentum sit. Post hoc præcepit dominus numerari etiam primogenitos filiorum Israel eodem ordine, quo leuitæ fuerant numerati, id est ab uno mense & suprà, & inueniuntur primogeniti filiorum Israel uiginti duo milia, & ducẽti septuaginta tres. Putásne per hæc solam numeri historiam docere nos uoluit Moyses, & nullum in ijs diuersitatibus numerorum conclusit solito sibi more mysterium? Nihílne uidebitur esse rationis quod ducenti septuaginta tres tãtum abũdare dicuntur in primogenitis Israel, & in leuitis ad uiginti duo milia, neq; abundare quicquam, neq; deesse describitur? Viginti duo quidem numerus in scripturis diuinis si quis obseruet, quod principalibus quibusdam causis adscriptus sit, frequenter inueniet. Nam uiginti duo prima apud Hebræos elementa tradunt esse literarũ. Viginti & duo rursus à protoplasto Adam usq; ad Iacob ex cuius semine initium duodecim tribus sumũt, patres fuisse memorantur. Tradunt etiam omnium creaturarum dei species intra uiginti et duo numerum colligi. Sed & alia multa in scripturis si quis diligentius exequatur sub hoc numero consecrata reperiet. Propter hoc ergo & leuitę, id est qui deseruiunt domino, & primogeniti filiorum Israel admirabili hoc, & sacrato numero titulantur. Quod autem in filijs Israel adduntur ducenti septuaginta tres, neq; otiosum mihi uidetur, neq; absolutionis uiam facile cerno,

nisi dominus uelamẽ istud impositũ à Moyse ijs literis adaperire nobis dignetur, & auferre. Igitur humani generis in carne generatio (sicut asserunt qui in talibus periti sunt) nouem quidem mensibus continetur in uulua, sed nõ prius moueri fertur ad partum q̃ etiam decimi mensis triduum transeat: & ita inuenitur quod numerus iste, id est ducẽti septuaginta tres dies illos indicent, qui ex nouem mensibus, & triduo mẽsis decimi colliguntur, & fiunt simul ducenti septuaginta tres dies isti, quibus humano generi in hũc mundum præbetur ingressus. Et ita in uiginti quidem & duobus numeris, omnium simul creaturarum rationibus mysticis summa colligitur. In his uerò quæ ex abundãti in primogenitis inueniũtur Israel, etiã mysteriũ humanæ generationis exprimit̃. Post hęc cum in tres ordines diuisi essent filij Leui, & ex tribus nominibus principũ singuli quique ordines censerentur, etiam in ipsis diuersitates quędã non sine mysterijs adscribuntur. Nam filiorũ Caath primus ordo describitur, & merito: Ex ipso enim descẽdit Moyses & Aaron, quibus sacerdotij summa committitur. Ex ipso enim nascitur Amram. ex Amram autem Moyses, & Aaron. Secũdus ergo est Gerson, qui primus quidem in natiuitate, sed secũdus habetur in ordine. Sic enim scriptura dicit: Filij autẽ Leui, Gerson, Caath, & Merari. Sed ex filijs Caath duo rursus ordines diriguntur, & ij quidem qui ex Aaron descendunt, sacerdotio mancipantur, pars uerò reliqua ad ministrandũ sacerdotibus ordinatur, & idcirco in quatuor partes Leuitarũ diuiduntur officia, ut sacerdotio quidem fungantur Aaron & filij eius, sancta autem sanctorum ut portent in humeris suis ij qui reliqui sunt ex populo Caath. Quæ autem ad tabernaculum pertinẽt testimonij uel ad atria eius, & pelles, uel etiam uelamẽta, & quæcunq; sunt minus dura, & ad onus leuia, ut procurent filij Gerson. Colũnas uerò tabernaculi, & bases eius, & seras, ut portent filij Merari. Idcirco & in recensendis eis designanter scriptura commemorat, ut recenseatur uirtus Merari: uirtute enim opus est ad portandas huiusmodi sarcinas. Sed redeamus aliquando ad Apostolum Paulum, qui hæc omnia libero iam & reuelato oculo mentis aspiciens, & ueteris testamenti uelamen abijciens, ait, quia prior populus in huiusmodi constructionib. exemplari & umbræ cœlestium deseruierit. Et hęc audiens, considera ne forte isti quatuor ordines castrorum exemplũ sint & umbra illorũ quatuor ordinũ, quos ad Hebræos scribens Paulus enumerauit in cœlis. Et rursus Israeliticis quatuor ordinibus castrorum, quaternos adijce Leuitarum, quæ nos non tam explanare & aperire, quam contigisse tantummodo, & purioribus sensibus (si qui tamen sunt q puros huc & liberos à secularibus cogitationibus sensus detulerint) indicasse, et leuiter perstrinxisse sufficiat. Accipiat, inquit, numerum filiorum Caath. Ecce iterum alius introducitur ordo numerorum. Numerati sunt iam filij Leui ab uno mense & supra, nunc numerantur filij Leui à uicesimo quinto anno, sed non ut in cæteris supra, sed usq; ad quinquagesimum annum, & fit iste pręcipuus numerus et electus. Additur enim ijs. Omnis, inquit, qui procedit ad ministrandũ ad opera tabernaculi testimonij. Isti sunt q numerantur meliore quodam, & pręcipuo numero. Sicut enim in filijs Israel dicebatur, Omnis qui procedit ad præliũ in filijs Israel: ita & hic dicitur, omnis qui procedit ad ministeriũ, ut faciat opera in tabernaculo testimonij. Post hæc dicitur quæ sint opera filiorum Caath in medio filiorũ Leui secundũ plebes suas in tabernaculo testimonij. Introibit, inquit, Aaron & filij eius cum eleuata fuerint castra, & deponent uelum, quo tegun tur sancta, & operiẽt ex ipso uelo arcam testamẽti. Et post hæc septẽ quædã species enumerantur, quæ pręcipiunt̃ operiri. Primo in loco, ut omniũ precioſior ipſa arca testamẽti operiatur uelo quo prius uelabat̃, sed & pelle desuper hyacinthina tegatur. Additur etiam aliud uelamẽ desuper hyacinthinũ. Secũdo in loco mensa operitur. Tertio cãdelabrum. Quarto altare aureũ. Quinto uasa ministerij. Sexto operimentũ altaris cum quibusdam uelamentis apponitur. Septimo in loco operitur & labrum, & nihil horũ omnium nudũ relinquitur, aut reuelatum. Deniq; additur etiã præceptũ huiusmodi. Nolite, inquit, exterminare de tribu sua plebem Caah. Quo scilicet exterminãdos esse se scirẽt, si forte ad hæc mouẽda manus suas mitterẽt, nisi unumquodq; eorum prius à sacerdotibus fuisset obtectum. Nũc ergo redeamus ad istud tabernaculũ ecclesię dei uiuentis, & uideamus quomodo hęc singula obseruari oporteat in ecclesia dei à sacerdotib. Christi. Si quis uerò sacerdos est cui uasa sacra, id est mysteriorũ sapiẽtię secreta commissa sunt,

discat

discat ex ijs, & obseruet quō hæc oporteat intra uelamē cōscientię custodire, nec facile proferre ad publicū. Aut si res poscit proferre, & inferioribus, id est imperitioribus trade re, ne nuda proferat, ne aperta ostendat, & penitus patētia, alioquin homicidiū facit, & exterminat plebē. Exterminatur em̄ omnis qui secreta & ineffabilia sacramēta contige rit, nondū meritis & scientia in sacerdotij ordinē gradūq; translatus. Solis em̄ filijs Aa- ron, sacerdotibus scilicet, ipsam arcā testamenti, & mensam, & candelabrū, & si quid est eorū quę suprà cōprehendimus, nuda ac reuelata uidere concessum est. Alij aūt operta hęc uideāt, imò potius uelata hæc in humeris suis portēt. Et filij quidē Caath, quoniam ipsi licet non sint sacerdotes, sunt proximi sacerdotibus, in humeris suis possunt ista por tare: alij uerò sarcinas suas, & ministeria nec in humeris, sed in plaustris ponunt. Vt em̄ præuenientes lectionē dicamus aliqua etiā de ijs quę locus ammonuit, cum offerrent à singulis quibusq; tribubus plaustra, quatuor ex ijs acceperunt filij Merari, duo aūt Ger son filij. Illi uerò qui horum meliores sunt, plaustra non accipiunt. Intuere ergo nunc cu iusmodi diuisio efficitur in officijs ministerij diuini, & quomodo illa quidem quæ sanc ta sunt, non imponuntur portanda animalib. mutis, sed rationabiles esse debent homi nes, & in humeris suis portare uasa, quibus ministrantur sanctorum. Ea uerò quæ grauiora sunt & duriora, non tam rationabilibus, quàm mutis portanda animalibus impo nuntur. Sed & in ipsis est aliqua differentia. Nam illi qui grauiora & duriora obseruant ministeria, plura habent animalia. Quatuor em̄ plaustra dantur filijs Merari. Filijs autē Gerson quia erant prope filios Caath, duo tantum plaustra sufficiunt, ex quibus osten ditur quod operibus quidē durioribus, & (ut ita dicam) crassioribus, plures sunt qui ue lut animalia inseruiunt: ad ea uerò quæ rationabilibus procurant̄, pauci ex ijs qui in his instructi aut eruditi uidentur, accedunt. Nam ad illa quæ mystica sunt, & in secretis re condita, & solis sacerdotibus patent, non solū nullus animalis homo accedit, sed ne ipsi quidē qui habere aliquid exercitij & eruditionis uidentur, nōdum tamen meritis & uita ad sacerdotalem gratiam conscenderunt: non solum per speculum ea & in ęnigmate uident, sed & operta & uelata suscipiunt, & in humeris portant, quo scilicet magis ea actu operum, quàm scientiæ reuelatione cognoscant. Quia igitur huiusmodi dispēsatio est mysteriorum dei & ministerij quod habetur in sanctis, tales nos exhibere debemus, ut digni efficiamur ordine sacerdotij, ne uelut irrationabilibus nobis onera grauia im ponantur, sed tanquam rationabiles & sancti sacerdotalibus officijs deputemur. Gens 1 Petri 2
enim sancta regale sacerdotium sumus & populus in acquisitionem, tantum ut acceptā gratiā uitæ meritis exequētes, digni habeamur sancto ministerio: ut cum discesserimus de hac uita, mereamur assumi (ut suprà diximus) inter sacerdotes dei, & ministrantes ar cæ testamenti, in arcanis scilicet & reconditis mysterijs, reuelata facie gloriam domini speculemur, & ingrediamur terram sanctam. Cuius hæreditatem nobis præstabit domi nus noster Iesus Christus, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptum est. Nolite exterminare de tribu sua plebem Caath. Homilia Quinta Cap. IIII

RESPONSA dans dominus ad Moysen & Aaron dicit: Nolite exterminare de tribu sua plebē Caath de medio filiorum Leui, sed hoc facite eis & uiuēt & non morientur cum accedent ad sancta sanctorum, & reliqua. Primo in tellígamus ea, quæ secundum literam referunt̄, & ita præstante domino ab intellectu literę ascendemus ad intelligentiā spiritalem. Intellige ergo prius ipsam collocationē tabernaculi testimonij, intellige & sancta sanctorū, quæ interiecto à sanctis uelamine dirimuntur, quæ inspici nō licet ab ullo hominū, nisi à sacerdotib. so lis. Post hæc intellige, quomodo ubi uentum fuerit ut castra moueant filij Israel, soluitur tabernaculum, & Aaron ac filij eius sacerdotes intra sancta sanctorum operiūt singula quęq; operimentis, ac uelaminibus suis, & obtecta ea relinquentes in eodē quo fuerant loco, introducunt filios Caath, qui ad istud officium deputati sunt, & faciunt eos eleua re humeris suis omnia illa quæ manus sacerdotalis obtexerat. Et propter hoc dicit̄ à do mino: Ne exterminetis de tribu sua plebem Caath. quasi in eo exterminandi essent, si sancta sanctorum nuda & patentia contigissent, quę non solum non contingere, sed ne

intueri quidem fas erat non uelata. Si intellexisti quid historiæ ordo contineat, ascende nunc ad splendorē mysterij: & legis spiritalis lumen, si purus tibi est mentis oculus, contuere. Si quis dignus ex ijs qui deo ministrant, diuina capere & uidere mysteria, ad quæ contuenda cæteri minus capaces sunt, hic Aaron, uel filius Aaron esse intelligatur, q̄ ingredi potest ad ea quæ adire alijs fas nō est. Si quis ergo talis est, huic soli reuelata patet arca testamēti, hic uidet urnam intra se habentē manna, hic considerat & intelligit propitiatorium. Hic intuetur & Cherubim utrunq;, & mensam sanctam, & candelabrum luminis, & altare incensi. Iste hæc considerat, & intelligit spiritaliter, id est qui uerbo Dei & sapiētiæ mysterijs operam dat, & deo soli in sanctis uacat. Sciat sane cui hæc reuelantur, & spiritaliter inspicienda creduntur, non sibi tutum esse aperire ea, & pandere quibus nō licet pandi, sed operire debet singula, & operta cęteris minus capacibus tradere portanda in humeris, & ceruicibus imponēda. Cum enim ex uerbis mysticis eruditi, & perfecti quiq; doctores opera populis iniungūt, & plebs agit quidē & implet quę mandantur, non tamen eorum quæ gerūtur intelligit rationem, quid aliud geritur, nisi operta & uelata sancta sanctorum super humeros portantur? Et ut adhuc manifestius quę dicuntur aduertas, exemplis te ex diuinis uoluminibus adhibitis informabimus. Moyses intelligebat sine dubio quę esset uera circuncisio, intelligebat q̄d esset uerū pascha, sciebat quæ essent ueræ neomeniæ, & quæ uera sabbata: & cū hæc omnia intellexisset in spiritu, uerbis tamē ea per rerum corporalium species adūbrationesq; uelabat: & cū sciret uerum pascha immolandū esse Christum, ouem corporalē immolare mādat in pascha. Cumq; sciret diem festum agi debere in azymis synceritatis & ueritatis, tamē de farinæ azymis præcipiebat agi diem festum. Hæc ergo & huiusmodi erāt sancta sanctorū, quæ cum Moyses portanda cæteris traderet, id est, rebus & operib. implēda, cooperta tamē ea & uelata communi sermonum tradebat eloquio. Humeri aūt quod operum indiciū teneant, in multis scripturæ sæpe locis ostendimus. Sed & in ecclesiasticis obseruationibus sunt nonnulla huiusmodi, quæ omnibus quidē facere necesse est, nec tamē ratio eorum omnibus patet. Nā quod (uerbi gratia) genua flectimus orantes, & quod ex omnibus cœli plagis ad solam oriētis partē conuersi orationem fundimus, nō facile cuiq; puto ratione cōpertum. Sed & eucharistiæ siue percipiendæ, siue eo ritu quo geritur explicandæ, uel eorum quę geruntur in baptismo uerborū, gestorumq;, & ordinū, atq; interrogationum ac responsionum, quis facile explicet rationē? Et tamen omnia hęc operta & uelata portamus super humeros nostros, cum ita implemus ea & exequimur, ut à magno pontifice, atq; eius filijs tradita & cōmendata suscepimus. Cuncta hæc ergo & horum similia cum gerimus, nec tamen eorum assequimur rationem, leuamus humeris nostris, & portamus adoperta & obtecta diuina mysteria: nisi quis sit inter nos Aaron, aut filius Aaron, quib. ista cōceditur nuda & reuelata perspicere. Ita tamen concedit, ut sciant sibi uelanda hæc & operienda, ubi cæteris dari ea & in opus proferri ratio poposcerit. Post hæc dicitur de Leuitis, qui operentur à uicesimo quinto anno, & supra usq; ad quinquagesimū annum. Omnis, inquit, qui procedit ad opus operum, & ad opera quæ portātur tabernaculi testimonij. Obserua in his distinctionē sermonū scripturę diuinæ. Vbi de operibus filiorū Israel loquitur, nō dicit opera operum, sed sola opera. Vbi uerò de officijs leuitarum, non dicit sola opera, sed opera operum. Sicut em̄ sunt quædā sancta, sunt aūt & alia sancta sanctorum: ita sunt quædam opera, & alia opera operū. Vnde uidetur mihi quia Moyses ubi sensit esse quædā opera uisibilia quidem, sed quibus inesset interior alia mystica & occulta intelligentia, hæc nō solum opera, sed opera operū dixerit: quæ uerò cōmunia, & præsentis solum temporis opera intellexit, hæc solū opera nominauerit. Sunt ergo quædam opera operū, quæ ego puto esse om̄ia hæc, de quib. uel in præsenti lectione, uel in Exodo & cæteris locis sub occultis prȩcipitur mysterijs, & pro parte in præsenti, pro parte uerò explēdis in futurū. Quæ tamē (ut diximus) opera operum, non cuilibet, sed leuitis solis tradenda mandantur. Et inter Leuitas ipsos nō prius ad hęc opera quisquā uocatur, nisi à uicesimo demū & quinto anno uitæ suæ usq; ad quinquagesimum. Sed non caret sacramēto ne ipse quidē uigintiquinq; & quinquagenta numerus annorū. Nam in uigintiquinq; numero, quinq; sensuū perfectio declaratur, ita ut quinquies quina numerentur. Quod utiq; indicat eū uocari ad opera operum

in myste

in mysterio peragēda, qui ex omni parte multiplicatis & purificatis sensibus inuenitur esse perfectus. Quinquagesimus aūt numerus quod remissionis & indulgentiæ teneat sacramentū, in multis scripturarū locis sæpe & abundanter ostendimus. Nā & quinquagesimus annus est qui & Iubileus dicitur apud Hebræos, in quo & possessionum & seruitutis & debiti fit remissio, & quinquagesimus dies post pascha festus traditur in lege. Leuit.25
Sed & dominus in euangelio cum parabolā remissionis doceret & indulgentię, debitores quos introducit, unū in quinquaginta, & alium in quingētis fuisse denarijs dicit obnoxios. Quinquaginta aūt & quingenti cognatus est numerus. Decadæ enim quinquaginta faciunt quingentos. Sed & ex alia parte numerus iste sacratus fit. Septem enim septimanis si addat̄ unius numeri perfectio, quinquaginta faciūt dies. Similiter & septuaginta septimanis si addat̄ unius decadę cōsummatio, faciūt quingētos. Qd̄ & si abūdantius adhuc sacramēta quinquaginta & quingentorū numeri placet colligere, habemus et in hoc ipso qui in manib. est Numerorū libro, ubi de hostiū spolijs quidā quidem offerunt in dona dei quinquagesimam portionem, qui non processerunt ad bellū, quidam uerò quingentesimā. & utiq; nō inaniter etiam hic quinquagesimus, & quingētesimus numerus habetur. Sed & in Genesi ubi deus tractabat de indulgētia Sodomorū si forte possent ad ueniam peruenire, huiuscemodi mysteriorum conscius patriarcha Abrahā à quinquagesimo numero incipit pro indulgentia Sodomorū dño supplicare, & dicit: Si inuenti fuerint quinquaginta in ciuitate, nō saluabis ꝓpter quinquaginta ciuitatē? Sed ad propositū reuertamur. Oportet ergo operari Leuitas in sanctis usq; ad quinquaginta annos, inferiores quidē opera, meliores uerò opera operū: horū aūt superiores, spiritalibus officijs deseruire, & introire in sancta sanctorū, ibiq; operire quę operiēda sunt, & tradere filijs Caath portanda humeris, & manibus euehēda. Sed & reliquis unicuiq; secundum ea quæ iam superius sępe disserta sunt, ordinātur. Verum ne nimia hęc operimentorum uelamentorumq; cautela desperationem quandam & mœstitiā generet auditoribus, pauca aliqua quæ & nobis pandere tutū sit, & uobis fas sit aspicere, quoniam quidem (ut prius diximus) genus regale & sacerdotiū, gens sancta & populus in acquisitione dicti sumus, aperire tētabimus. Intelligamus ergo tabernaculum testimonij omnes sanctos, qui sub testamento dei censentur: & in hoc tabernaculo esse quosdā cellsiores meritis, & gratia superiores: & ex ijs aliquos quidē candelabrū dici, ipsos forte apostolos, qui illuminant accedētes ad deum. Sed & si qui alij sunt, qui in hoc tabernaculo dei omnibus ingredientibus scientię & doctrinę lumē ostendūt, omnes isti candelabrū mysticum nominentur. Alij sint mēsa sacra, scilicet quicunq; habent panes dei, & reficiunt ac pascūt animas esurientes iustitiā. Alij sint altare incensi, quicunq; orationibus & ieiunijs die ac nocte uacant in templo dei, orantes non solum pro semetipsis, sed & pro uniuerso populo. Ii uerò quibus arcana mysteria credidit deus, & occultorū prouidentiæ suæ iudiciorum secreta cōmisit, arca testamenti dei appellentur. Porrò qui cū omni fiducia per hostias precū, supplicationumq; uictimas deū hominibus repropitiāt, et pro delictis populi interueniūt, propiciatoriū nominētur. At qui meruerint multitudinem scientiæ, & abundātes diuitias in agnitione dei, Cherubim intelligi possunt. Cherubim nanq; in nostra lingua multitudo scientiæ interpretat̄. Sed hos oēs, qui per hæc singula quę suprà enumerata sunt designant̄, portari necesse est, et portari in humeris. Vnde fortassis (ut ego opinor) angeli qui ordinati sunt propter eos, qui hæreditatem capiūt salutis, ipsi sint, qui singulos eorū quos suprà diximus, portant. Cū enim solutū fuerit tabernaculum hoc, & cœpimus ingredi ad illa sancta, & pergere ad locum repromissionis, ij qui uere sancti sunt, & in sanctis sanctorū habentur, angelis sine dubio subuectantibus incedunt, & usquequo requiescat tabernaculum dei portātur in humeris, & extollunt̄ in manibus. Quod prospiciens in spiritu propheta dicebat: Quoniā angelis suis mandauit de te, ut in manibus tollant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Quod quidem dictū putauit diabolus de Saluatore accipiendū, sed cæcatus malitia, nō intellexit eloquia dñi mystica. Neq; enim Saluator meus angelis indigebat, ut non offenderet ad lapidem pedem suum. Neq; enim calumniatur diabolus scripturam diuinā, qui hæc de Saluatore dicta protulerit: nō de illo, sed de omnib. sanctis hoc dicitur, quia angelis suis mandauit deus pro populo suo, ut non offendat ad lapidē pedē suū. Sed & omnia quæ Psal.91

in hoc psalmo scripta sunt, iustis quibusq; magis q̃ Saluatori cõueniunt. Liberat em̃ dominus à ruina, & dæmonio meridiano nõ Saluatorẽ, quod absit à nobis ita intelligere, sed omnem iustum. Iusti enim sunt, qui indigẽt adiutorio angelorũ dei, uti ne à dæmonibus subruantur, & ne corda eorũ sagitta uolãte in tenebris terebrentur. Per ipsos angelos sub eodem mysterio Paulus portãdos esse quosdam cõfirmat in nubibus cum dicit:

1. Thess. 4 Sed & nos qui uiuimus, qui reliqui sumus, simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aera. Rapiunt̃ ergo ab angelis ij qui penitus purgati, & leues effecti sunt à delictis. Portantur uerò ij qui aliquibus adhuc reliquijs prægrauãtur. Portãtur uerò & columnæ tabernaculi à quibusdam, & atria, & cætera quæ à scriptura referuntur. Portant̃ autem non ab Israelitis, sed à leuitis, secundum hunc sensum quẽ in transcursu uidemur breuiter contigisse, relinquẽtes sensibus auditorum, ut si quis de ijs maiore desiderio flagrauerit, accendat sibi lumen scientiæ, & maiora horũ oculo perspicaciore cõijciat. Nobis autem cõcedat dominus, ut à talibus operarijs portati, & subleuati, liberemur & defendamur à sagitta uolãte in tenebris, & à ruina, & dęmonio meridiano, ne forte offendamus ad lapidem pedem nostrum, usquequo perueniamus ad locum repromissionis sanctorum. Per Christum dominũ nostrum, cui est honor in secula seculorum. Amen.

Deo eo q̃d scriptũ est, Exijt Moyses ad populũ, & de septuaginta presbyteris, & de Æthiopissa, quam Moyses accepit uxorẽ. Cap. XI Homilia VI

LVRA nobis simul recitata sunt, & de omnibus ijs dicere, nec temporis breuitas, nec mysteriorum magnitudo permittit. Licebit tamen ex ingentibus campis paucos flosculos legere, et non quantũ ager exuberat, sed quantum odoratui sufficiat carpere. Sicut & cum quis accedit ad fontẽ, non ei tantũ haurire necesse est, quantum uena diues effuderit, sed quantum arentes siti mitiget fauces, ne forte plus iusto sumpta, fiat potanti salubris unda pernicies. Et exijt, inquit, Moyses ad populum, & locutus est ad eum uerba domini. Donec uerba domini audit Moyses & ab ipso docetur, intus est, & in interioribus cõsistit, atq; in intimis secretis habetur. Vbi uerò turbis loquit̃ & populis, ministrat ei qui intus nõ potest stare, exire dicit̃ foras. Quid ergo formę talis cõtinet sermo? Quod omnis doctor, et magister ecclesię si de pfundioribus mysterijs aliquid moueat, si arcanũ quid & recõditũ de dei sapiẽtia proferat inter perfectos, donec in profundis sensibus uersatur, intus esse, & in interioribus cõsistere dicendus est. Cum uerò loquitur ad turbas, & ea profert quæ sufficiãt ijs qui foris sunt, & quæ potest uulgus audire, foras dicitur exisse, & loqui ad populum uerba dñi. Hoc uideo & Paulũ fecisse, & intus quidẽ fuisse cũ diceret:

1 Cor. 2 Sapientiã aũt loquimur inter perfectos, sapientiam aũt non huius mũdi, neq; principũ huius mundi, qui destruent̃. Sed loquimur dei sapientiã in mysterio absconditã, quã nemo principũ huius mũdi cognouit. Vides quõ intus est, & interna atq; arcana diuinæ sapiẽtiæ penetrat Paulus cũ hæc loquitur. Cum aũt procedit ad populũ, audi quid loquitur. Omnis sermo malus de ore uestro nõ procedat, & qui furabat̃, iam non furetur: & unusquisq; uir uxorẽ suã habeat: & unusquisq; proximũ suum sicut seipsum diligat: & unaquæq; mulier uirũ suum habeat. Hæc & si qua huiusmodi sunt, Paulus secundũ Moysis formã foras exiens ad populum loquitur. Sed uideamus & aliud caput, in quo refertur quod septuaginta uiros elegerit Moyses ex senioribus populi, & habuerit eos ante tabernaculũ testimonij, & de spiritu Moysi accipiens deus dederit septuaginta senioribus, & cũ requieuisset, inquit super eos

Num. 11 spiritus prophetauerũt omnes. Quod dixit, quia assumẽs de spiritu Moysi, dedit septuaginta senioribus spiritum, nõ ita intelligas quasi materialem aliquã, corporeamq; substantiam auferens deus à Mose in septuaginta secuerit portiones, et ita unicuiq; seniorũ exiguam particulã dederit. Impiũ est ita intelligere naturã spiritus sancti. Sed hoc modo figurã mystici huius sermonis aduerte, quasi Moses, & spiritus qui erat in Mose, clarissimi cuiusdã luminis fuerit lucerna, ex qua alias septuaginta lucernas accẽderit deus, ad quas ita principalis illius luminis splẽdor peruenerit, ut origo ipsa luminis nihil damni ex cõmercio deriuationis acceperit. Et hoc modo pie intelligitur quod scriptum est, quia abstulit dominus de spiritu Moysi, & dedit septuaginta senioribus. Sed uideamus qd est quod ait in consequentibus. Et requieuit, inquit, super eos spiritus, & prophetarunt

omnes

omnes. Requiescere spiritū non in quibuscūq; hominibus legimus: sed in sanctis & beatis. Requiescit enim spiritus dei in ijs qui mūdo sunt corde, & in ijs qui purificāt animas suas à peccato: sicut ecōtrario nō inhabitat in corpore subdito peccatis, etiā si habitauit aliquando in eo. Nō enim potest spiritus sanctus consortiū pati & societatē spiritus mali. Certum est enim peccati tēpore adesse in corde uniuscuiusq; spiritū malum, & agere partes suas. Cui utiq; cum locus datur, & recipitur à nobis per cogitationes malas, & cōcupiscētias pessimas, contristatus, & (ut ita dicā) coangustatus fugat de nobis spiritus sanctus. Propter quod & Apostolus sciens hęc ita accidere, monebat dicens: Nolite cō tristare spiritū sanctū, in quo signati estis in die redemptionis. Igitur peccantes cōtristamus spiritū sanctum: iuste uerò agētes, & sancte, requiem ei paramus in nobis. Vnde & quod nūc ait de septuaginta presbyteris, quia requieuit in eis spiritus, laudē uitę eorū, & uirtutes exposuit. Deniq; qa pro puritate cordis eorū, & synceritate mentis, atq; intelligentiæ capacitate requieuit spiritus sanctus, cōtinuo & operatur in eis, nec otiū patit ubi operādi materia digna suppeditat. Ait enim scriptura: Et requieuit in eis spiritus, & prophetauerūt. In omnib. ergo qui prophetauerūt requieuit spiritus sanctus, nec tamē in aliquo ipsorū ita requieuit, sicut in Saluatore. Propter qđ & scriptū est de eo, quia exibit uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascēdet, & requiescet super eū spiritus dei, spiritus sapiētiæ & intellectus, spiritus cōsilij & uirtutis, spiritus sciētię & pietatis, & replebit eū spiritus timoris domini. Sed fortasse dicit aliquis: Nihil amplius ostēdisti scriptum de Christo, q̄ de reliquis hominibus. Sicut em̄ de cæteris dictū est, quia requieuit super eos, ita & de Saluatore dictum est, requiescit super eum spiritus dei. Sed uide quia supra nullum aliū spiritus dei requieuisse septemplici hac uirtute describit, per qđ sine dubio ipsa illa diuini spiritus substantia, quę quia uno nomine nō poterat diuersis uocabulis explanat, requiescere super uirgam quæ de stirpe Iesse procederet, prophetat. Habeo & aliud testimoniū quo docere possum in domino & Saluatore meo spiritū sanctū eximio quodam genere, & longe aliter requieuisse, quàm refertur in cæteris. Dicit em̄ Ioānes Baptista de eo: Qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem uideris spiritum descendentem, et manentem in eo, ipse est. Si dixisset spiritū descēdentem, & non addidisset manentem in eo, nihil præcipuum præ cæteris habere uideretur. Nūc autē addidit, & manentē in eo, ut esset hoc signū in Saluatore, quod in nullo alio posset ostendi. De nullo enim scriptū est, quia manserit in eo spiritus sanctus. Et ne quis me putet in hoc derogare prophetis, sciūt ipsi quia nō eis derogo præferens eis dominū meū Iesum Christum. Recolunt enim singuli dicta sua, & inueniūt quod de nullo alio dictū est, quia peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Quia enim solus est sine peccato, qui peccatum nō fecit, idcirco in ipso solo mānsit & permansit spiritus. Si enim ipse est de quo singulare aliquid & eximiū dicitur hoc quod suprà diximus quia peccatum non fecit, cōstat reliquos omnes fuisse sub peccato. Si omnes, necessario & prophetas. Et quomodo cōueniet ut temporé peccati mansisse in eis dicamus spiritum sanctū? Aut si tibi incredibile uidetur prophetas postq; acceperant spiritū potuisse peccare, ad hunc ipsum Moysen quē habemus in manib. reuertamur, qui utiq; maximus est, & eximius prophetarum. Ipse de se scribit, & testimoniū dat de semetipso, quia peccauerit in eo quo dixit: Audite me increduli. Nunquid de petra ista producere uobis poterimus aquam? In ijs enim dictis nō sanctificauit dominum in aqua cōtradictionis: id est nō est fisus in uirtute dei, & nō dixit, quia potens est deus de petra hac educere uobis aquam: sed quasi ex diffidētiæ cuiusdam fragilitate respondit dicēs: Nunquid poterimus uobis de petra hac educere aquam? Quia ergo peccatum ei in ijs uerbis reputatur à deo, certū est quod hæc cum loqueretur, non de spiritu sancto locutus sit, sed de spiritu peccati. Quod si scripturę testimonio tantus propheta Moyses ostendit aliquādo habuisse in se spiritum dei, aliquando uerò non habuisse, peccati scilicet tempore, certū est quia & de reliquis prophetis similis forma tenenda sit. Quid aūt & de Dauid dicam? qui pro spiritu sancto, tanquam qui à se possit auferri, orat ne auferatur, & dicit: Ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctū tuum ne auferas à me. In sequentibus uero tanquā pro culpa ablatum à se munus reposcit, & dicit. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me. Quid uerò etiam de Salomone cōmemorem? quē utiq; nemo dicet,

Eph. 4

Num. 11

Esa. 11

Ioan. 1

Num. 20

Psal. 51

aut sine

aut sine spiritu sancto iudicasse iudicia, uel templũ domino cõstruxisse: aut rursus in sancto spiritu dęmonibus templa fecisse, aut impijs mulieribus flexisse latera sua. Etiam ille propheta, qui in tertio regnorũ libro in Bethel mittebat̃ à domino, in spiritu utiq; dei, uerba dei locutus est: non tamen in spiritu dei præuaricatus esse præceptum domini cre
3 Reg. 13 dendus est, quo iussus fuerat nõ manducare panem in Bethel, propter quod & à leone perimitur. Sed longum est ire per singulos. Ego autem licet non usquequaq; pronunciem, puto tamen quod sint nonnulla etiam communium hominum gesta, quæ quãuis peccato careant, non tamen digna uideantur quibus interesse putemus spiritũ sanctũ. Vt uerbi gratia dixerim, cõnubia quidem legitima carent quidem peccato, nec tamen tẽpore illo quo coniugales actus geruntur prẹsentia sancti spiritus dabitur, etiam si propheta esse uideatur, qui officio generationis obsequitur. Sed & alia plura sunt, in quib. sufficit sola uis humana, & neq; res indiget, neq; decet adesse prẹsentiam spiritus sancti. Sed in hæc per excessum quendã incurrimus, dum ostendere uolumus super solum dominum, & Saluatorem meũ Iesum mansisse semper spiritum dei, in cæteris aũt omnibus sanctis, sicut & in lxx. senioribus, à quibus uerbi huius processit exordium, requieuisse tantum spiritum dei, & operatum esse in tẽpore eo, quo expediebat ijs per quos operabatur, & utile erat ijs, quibus ministrabatur. Sed & in cõsequentibus cõtinet lectio quæ recitata est, quod Moyses Æthiopissam duxerit uxorem, & Maria atq; Aaron detraxerint de Moyse cur Æthiopissam duxerit, & aiunt: Nunquid soli Moysi locutus est dominus? Nónne & nobis locutus est? Et audiuit, inquit, dominus. Et post hæc iubet eos exire ad tabernaculum testimonij, atq; ibi iudicio quodam habito leprosa efficitur Maria usq; ad certũ tempus, & sic reuocatur ad castra. Quod ut cõpendiosius explicemus, Mariam dicimus formã habuisse plebis prioris. Moysen id est legem domini trãsisse ad connubium Æthiopissæ huius, quæ ex gentibus cõgregata est. Hanc ergo Moyses, id est lex spiritalis accepit uxorem: & pro hoc facto Maria, quæ nũc synagoga est, indignatur, & detrahit, una cũ Aaron, cum sacerdotibus scilicet & phariszeis. Derogat ergo usq; in hodiernum Moysi nobiscum posito plebs illa, et turpe ei uidetur quia circumcisionẽ carnis non docet apud nos, nec obseruationẽ sabbati, nec neomeniæ, nec sacrificia sanguinis: sed circumcisionem cordis, & peccandi otiũ, diesq; festos in azymis synceritatis & ueritatis, & sacrificia laudis, & nõ iam pecudum, sed uitiorum cædi uictimas monet. Iudicat ergo de ijs deus, & nuptias Æthiopissæ confirmat: & Moysen quidem libenter cum ea habitare sinit, ac requiescere: Mariam uerò eijcit extra castra, & porrò facit à tabernaculo testimonij, cum qua eijcitur etiam Aaron. Insuper autem & leprosa efficitur Maria. Aspice nunc ad illam plebem, & uide quanta in illa est lepra peccati, quãta intelligentiæ caligo, quanta obseruãtiæ fœditas, quanta turpitudo conspectus. Veruntamẽ hæc lepra non perpetuo permanet, sed ubi septimana compleri cœperit mundi, reuocabitur ad castra. In fine enim mundi cum plenitudo gentium introierit, tunc etiam omnis Israel saluabitur, & tunc est cum cessabit lepra de facie Mariæ. recipiet enim decus fidei, & splendorem Christi agnitionis accipiet, & restituetur uultus eius, cum fiet utercq; unus grex, & unus pastor. In quo uere dicendum est: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, qui ita conclusit omnes sub peccato, ut omnibus misereatur in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

Rursum de Æthiopissa, & de lepra Mariæ quæ superfuerant. Homilia Septima Cap. XII

ICVT Apostolus dicit, hæc omnia in figura contingebant illis, scripta sunt aũt propter commonitionem nostram: quæro quid commonitionis accipia
S mus ex eo quod lectum est nobis, quia detraxerũt Aaron & Maria de Moyse, & propter hoc correpti sunt, Maria uerò etiam leprosa efficitur. Tanta autem fuit cura correptionis huius, ut dum Maria septimanę tempus expleret in lepra, populus dei non ageret iter ad terram repromissionis, ne tabernaculũ testimonij moueret̃. Primo interim moneor, & utiliter ac necessario moneor ex hoc facto ne detrahã fratri, ne male loquar de proximo meo, ne aperiã os meum ad derogandum nõ solũ sanctis, sed & quibuslibet proximis meis. Vides quanta ex hoc indignatio dei fue-

rit

rit,quanta uindicta proceſſerit.Denicꝙ aduerſum peccatū iſtud ſimili indignatione etiā in pſalmis Deum cōmoueri uidemus, & dicere: Sedens aduerſus fratrē tuum detrahebas,& aduerſus filium matris tuę ponebas ſcandalum.Similiter aūt & in alio pſalmo ex perſona iuſti ſcientis hoc deo ꝙ maxime diſplicere dicitur: Detrahentē occulte aduerſus proximū ſuū perſequebar.Ex ijs igitur omnibus diuinę ſcripturę ſermonibus,uelut gladijs quibuſdam utrinꝙ acutis,obtrectādi fratribus,& derogandi ſanctis uitiū reſecemus.Lepra enim conſequitur derogantes & cacologos,id eſt maleloqs.Poſt hæc aūt à moralibus ad intelligētiam myſticam tranſeamus.Quāuis & in ſuperiore tractatu pauca iam dicta ſint,tamen quæ defuiſſe uidētur addemus. Videamus ergo quis eſt qui derogat Moyſi,quis de eo male loquitur.Non ſolū Iudæi,ſed & hæretici,qui non recipiūt legem & prophetas,etiam ipſi detrahūt de Moyſe.Denicꝙ ſolent ei etiam crimē impingere dicentes,quia homicida fuit Moyſes,interfecit enim Ægyptium:& alia multa, uel in ipſum,uel in prophetas blaſphemo ore concinnāt.Iſti ergo quia detrahūt Moyſi,habent lepram in anima ſua,& ſunt in homine interiore leproſi,& ideo habentur extra caſtra eccleſię dei.Siue ergo hęretici ſint qui derogāt Moyſi,ſiue de eccleſia ſint qui detrahunt fratribus,& male loquūtur de proximis ſuis, omnes qui hoc uitio agūtur, dubitandum non eſt quin leproſi ſint in anima ſua.Et Maria quidem interueniente Aaron pōtifice ſeptima die curatur:nos uerò ſi in obtrectationis uitiū inciderimus, in animę leprā, uſcꝙ ad finem ſeptimanæ mūdi,id eſt uſcꝙ ad reſurrectionis tempus leproſi in anima permanemus,& immundi:niſi dum pœnitendi tempus eſt corrigamur, & cōuerſi ad dominum Ieſum,ac ſupplicantes ei per pœnitentiam purgemur ab immunditia leprę noſtrę. Ego autē puto quod nō ſolus ille populus prior,necꝙ ſoli hæretici, de quibus ſuprà memorauimus, detrahunt de Moyſe:ſed & omnis qui ſcripta eius male intelligit,& q ſpiritalem legem carnaliter ſuſcipit,Moyſi derogat:quia de uerbis ſpiritus carnaliter homines docet. Audiſtis quid ſibi iudicij obtrectatores & maleloqui, & quid dānationis adquirant:audite nunc & quantū beneficij conferant ijs,quibus obtrectāt.Nunquā inuenimus tantas laudes deū dixiſſe de Moyſe famulo ſuo,quantas nunc dici uidemus,quādo ab hominibus ei derogatum eſt.Audi ergo in conſequentibus quid referat,et quib. Moyſen laudibus efferat ſpiritus ſanctus. Et deſcēdit,inquit,Dominus in colūna nubis,& ſtetit ad oſtiū tabernaculi teſtimonij.Et uocati ſunt Aaron & Maria, & ſteterunt ambo,& dixit ad eos:Audite uerba mea.Si fuerit propheta quis ueſtrū domini, in uiſionibus ei agnoſcar,& in ſomnis loquar ei,nō ſicut famulo meo Moyſi, qui in tota domo mea fidelis eſt,os ad os loquor ad eū,in ſpecie,& nō in ænigmate, & gloriā dñi uidit.Et quare nō timuiſtis detrahere famulo meo Moyſi? Et ira furoris dñi facta eſt ſuper illos, diſceſſerunt,& nubes diſceſsit à tabernaculo, & ecce Maria facta eſt leproſa ſicut nix.] Videte qd ſibi pœnæ contulerint obtrectatores:quid uerò illi cui obtrectauerāt,quæſierint laudis.Sibi turpitudinem,illi ſplendorem,ſibi leprā,illi gloriā,ſibi opprobriū, illi magnificentiā quæſiuerūt. Veruntamē Moyſes priuſquā acciperet Æthiopiſſam nō eſt ſcriptū quia in ſpecie locutus ſit ei deus,& non in ænigmate: ſed ubi accepit Æthiopiſſam,tunc dicit de eo Deus, quia os ad os loquar ad eum, in ſpecie, & non in ænigmate. Modo enim cum Moyſes uenit ad nos,& cōiunctus eſt huic noſtrę Æthiopiſſę,lex dei iam non in figuris,& in imaginibus ſicut prius,ſed in ipſa ſpecie ueritatis agnoſcitur: & quæ prius in ænigmate deſignabantur,nūc in ſpecie & ueritate complētur. Et ideo ille, qui ſpecies figurarum & ænigmatum diſſerebat, dicit: Scimus autem quoniā patres noſtri omnes ſub nube fuerunt,& omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube & in mari,& omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt,& omnes eundem potum ſpiritalē biberunt.Bibebant aūt de ſpiritali cōſequēti eos petra. Petra autem erat Chriſtus. Vides quomodo ænigmata legis Paulus abſoluit,& ſpecies ænigmatū docet,& dicit qa petra in ænigmate erat apud Moyſem antequā iungeretur huic noſtræ Æthiopiſſæ. Nunc in ſpecie petra Chriſtus eſt.Nūc enim os ad os loquitur per legē Deus.Antea in ęnigmate fuit baptiſmus in nube & in mari,nunc autem in ſpecie regeneratio eſt in aqua & in ſpiritu ſancto.Tūc in ęnigmate erat māna cibus, nūc aūt in ſpecie caro uerbi dei eſt uerus cibus, ſicut & ipſe dicit: Quia caro mea uere eſt cibus , & ſanguis meus uere eſt potus. Sic ergo iā nūc Moyſes apud nos poſitus,& huic Æthiopiſſæ cōiūctus,uel ipſe ad nos,

Pſal.100

1 Cor.10

Ioan.6

uel deus

uel deus ad ipsum nō loquitur in ęnigmate, sed in specie. His autem additur: Et gloriam
Matt. 17 inquit, domini uidit.] Quando uidit Moyses gloriā domini? Ego tunc dico, quādo trās formatus est dominus in monte, & aderat ei Moyses cum Elia, & colloquebantur ei. Et ideo recte in cōsequētibus adiūgit. Et quare nō timuistis detrahere famulo meo Moysi? Quod euidenter utiq; ad eos dictum dirigitur, qui euangelia quidem susципere uidentur, derogant aūt Moysi, & merito arguuntur, quia cum discant per euangeliū quod Moyses una cum Elia uidit gloriā domini, legi & prophetis ausi sunt derogare. Et ideo nos non detrahamus Moysi, nec derogemus legi, sed simus non solū auditores legis, sed & factores, ut cum ipso Moyse conglorificari mereamur. Ego aūt puto quod & illi materiā prę stant ad derogandum Moysi, qui (uerbi causa) cum legit liber Leuitici, uel lectio Numerorum, non ostendunt quomodo hæc quæ in ænigmate scripta sunt, intelligi per speciem debeāt, id est qui nō spiritaliter ea quæ in lege leguntur exponūt. Necessario ēm qui audiunt ritū sacrificiorū, uel sabbatorū obseruantiā, uel cæterorū similiū in ecclesia recitari, offendunt, & dicunt. Quid hoc necesse est in ecclesia legi. Quo nobis prosunt præcepta Iudaica, & spreti populi obseruātiæ? Hæc Iudæorum sunt, & Iudęi de ijs uiderint. Ne ergo huiusmodi offendicula auditoribus accedāt, danda opera est ad scientiā legis, et secundū hoc quod spiritalis est lex, intelligenda & explananda sunt omnia quę legūtur, ne doctorū causa, imò desidia & negligētia, ab imperitis & indoctis deroget Moysi, sed cōuertamur ad dominū, ut auferat à nobis uelamē literę: ut nō nobis deformis uultus Moysi, sed glorioſus ac decorus appareat, ita ut non solum non obtrectemus, sed & pro magnitudine sensuum, laudem ei & gloriam conferamus. Et ira furoris domini facta est super illos, & discesserunt, & nubes recessit à tabernaculo, et ecce Maria facta est leprosa sicut nix.] Ira furoris domini efficitur super eos, qui male loquūtur, & detrahūt. Veruntamē quod dicit, & nubes recessit à tabernaculo, & ecce Maria facta est leprosa sicut nix, considerandum diligentius est, quod prius recedit nubes, & ita lepra repletur; ut ostēdatur quia etiā si est in aliquo gratia sancti spiritus, & obtrectat, & detrahit, recedit ab eo post obtrectationem, & sic lepra repletur anima eius. Nā & populus ille prior habuit in se gratiā dei, sed postq; in uerum Moysen dominum nostrum Iesum Christum extenderūt linguas blasphemiæ suæ, discessit ab Illis nubes, & transiuit ad nos in montem excelsum, cum Saluator noster transformatus est, & nubes refulgēs obumbrauit discipulos eius, & uenit uox de nube, dicēs: Hic est filius meus dilectissimus, in quo mihi bene cōplacui. Post hoc ergo Maria facta est leprosa sicut nix. Donec aderat nubes, Maria non erat leprosa, sed cum discessit. Donec enim uisitatio dei erat in populo illo, non erat leprosus. Vbi uerò discessit, ignominia uultus sui cōtexit eū. Sed & nos timeamus ne forte effugemus à nobis hanc nubē male loquendo, male agendo, male cogitādo, & tunc apparebit in nobis lepra peccati, cū deseruerit nos gratia dei. Et respexit Aaron ad Mariam, et ecce erat leprosa. Et dixit Aaron ad Moysen: Precor domine ne cōtuleris in nos peccatū, quoniā ignorauimus q̄d peccauimus. Ne fiat similis morti, & ut aborsus eiectus de uulua matris. en comedit dimidiū carnis eius.] Vult in hoc ostēdere quod populus ille formatus quidem fuerit in uulua matris suæ synagogæ, nō tamē peruenire potuerit ad perfectū & integrū partū. Sicut enim aborsus imperfectus & incōpositus est partus: ita & ille populus aliquanto quidem tempore intra uuluā matris, hoc est intra synagogę institutionē positus fuit: sed peccatis intercedentibus, formari ad integrū, uiuiſq; cariq; nō potuit: & ideo abiecti sunt uelut aborsus imperfectus, & immaturus, peccato scilicet cōsumente dimidiū (ut ait) carnis eius. Est tamē interdum & aborsus bonus. Bo
Eccles. 6 nus autem aborsus dicitur cum alijs comparatur, sicut & Ecclesiastes ait. Et dixi: Bonus est aborsus magis quàm ille. Qui ille? Qui in uanitate, inquit, incedit, & in tenebris ambulat. Nō ergo absolute bonū dicit aborsum, sed bonum magis quàm uitā, quæ in uanitate ducitur, & in tenebris ignorantiæ. Et fit apud eum quædam cōparatio singulorum. Dicit enim & alibi ipse Ecclesiastes, bonos esse mortuos magis, quàm uiuētes. Quibus rursus si compares aborsum, bonum esse dicat super utrunq;. Si ergo cōsideres qui sunt uiui, & qui sunt mortui, quibus aborsus melior sit pro eo quod ne gustauerit quidē uitæ mundi huius auspicia, inuenies quę sint in cōparatione ista differentiæ. Considera ergo quia nō alios ibi nominat uiuentes, nisi de quibus dicitur in psalmis: Veruntamē uanitas omnis

tas omnis homo uiuens. Omni ergo homine qui in uanitate uiuit. Nō enim omnis uita in uanitate est, sed illa uita quæ secundum carnē est, & secundū errores ac uoluptates seculi, hæc est uita uanitatis, & super hanc est omnis qui huic uitæ mortuus est, & qui dicit: Mihi aūt mundus crucifixus est, & ego mundo. & de quo dicitur: Mortui ergo estis cum Christo. Isti ergo meliores sunt, ꝙ illi uiuentes. Sed super hos esse dicit aborsus, qa licet uenisse uideat in carne, nulla tamē uanitatis uitę huius sumpsit initia. Introducit tñ Ecclesiastes & alium quendā (ut uidetur) etiā isto meliorem, de quo dicit: Et optimus est super hos duos qui nondum natus est. hoc est qui ne ad conclusionem quidē uuluæ carnalis, & corporeæ natiuitatis uenit iniuriā. Sed et hoc ipsum quod dicit Ecclesiastes: Laudaui omnes mortuos magis quàm uiuos, & eos qui uiuunt usq; nunc, quomodo nō euidenter ostendit quod eos dicat meliores qui mortui sunt mūdo, & eos pronūciet inferiores qui uiuunt mundo? Nam si secūdum literā uelis intelligere, quomodo laudādi sunt mortui magis quàm uiuentes? Laudari enim solet quis in eo quod uolūtate bona, & proposito gerit. Mors autem ista cōmunis, nulli ex uoluntate, nec ex proposito uenit. Quomodo ergo dignus laude uidebitur in eo quis quod contra propositum patit? Alioquin laudabitur & Pharao rex Aegypti, qui submersus est in mare, super Mosen, qui de mari uiuus euasit. Laudabūtur & Aegyptij qui mortui sunt in aquis, magis ꝙ populus dei, qui transiuit per siccum in medio mari. Non ergo ita intelligas, sed scito te laudandum esse mortuum cum potueris dicere: Christo concrucifixus sum. Viuo aūt iam non ego, uiuit autem in me Christus. Si renunciasti seculo, si abiecisti uitia, si iam nō moueris ad peccatū, sed mortuus es peccato, melior es quàm ille qui uiuit peccato, & erit in te mors ista laudabilis. Nam pro morte hac cōmuni, quæ lege naturæ unicuiq; uenit, nemo laudatur. Hæc licet per excessum, cōmemorari tamen oportuit in eo loco ubi sermo dei Mariam pro culpa obtrectationis, & pro plaga correptionis aborsum dicit effectam, ut ostenderemus quia est & uituperabilis, est & laudabilis aborsus. Deniq; etiam Apostolus sciens in istis quibus suprà diximus ordinibus esse aliquem laudabilē aborsus ordinem, etiam de semetipso dicit: Nouissime autem omnium tanquā abortiuo uisus est & mihi. super uiuentes se quidem & super mortuos, post eos tamen qui necdum nati sunt, numerans. Fit ergo sicut aborsus Maria. Non enim potuit populus ille ad perfectum formari in lege, sicut & Paulus pronunciat dicens: Neminem enim ad perfectū adduxit lex. Deniq; & idem Apostolus de quibusdam quos à fide delapsos, & uelut in aborsum cōuersos ad pfectæ rursum natiuitatis instituta reparabat, ait: Filioli mei, quos iterum parturio donec formetur Christus in uobis. Et proclamauit Moyses ad dominū dicens: Deus meus precor te sana eam. Et quem oportebat orare ad dominum pro sanitate populi illius, nisi Moysen? Moyses orat pro illis. Et forte hoc erat quod cū domino Iesu Christo colloquebatur, cum in monte transformatus est, petens ab eo, ut cū plenitudo gentium introisset, tūc omnis Israel saluus fieret. Et dixit dominus ad Moysen. Si pater eius expuisset in faciem eius, nónne erubesceret septē diebus? Separetur septē diebus extra castra, & post hæc introibit. Quid est, si pater eius expuisset in faciem eius erubesceret septē diebus? Mariā loco synagoge posuimus, huic expuit pater eius in faciē. Signum repudij est in faciem conspui. Deniq; in lege scriptum est, ubi iubet ut relictæ proximi proximus nubat, si uoluerit proximus repudiare coniugiū, ut discalciatus in faciem conspuatur, & hoc datum est uelut signum repudij. Hinc ergo Maria, id est populus ille cum repudiatur, à deo conspui in faciē dicitur. Habemus & in alio loco significātiam sputi, cum dicit Esaias: Omnes gentes sicut guttæ situlæ, & sicut sputū repudiatæ sunt. Ostenditur ergo in hoc, quod etiā populus ille sicut gentes cæteræ, quæ ut sputum reputantur, abiectus est. Et re uera si consideres honorē illum priorem, cum pōtificalis apud eos ordo florebat, cum insignia sacerdotū, cum leuitica ministeria, cū maiestas tēpli, cum prophetalis splendor, & cum cœlestibus super terrā consortijs utebātur, qs honor fuit ille? quę gloria? Et rursum si nunc aspicias quanto dedecore horrescant, sine tēplo, sine altari, sine sacrificio, sine propheta, sine sacerdotio, sine ulla cœlesti uisitatione, dispersi per omnē terrā, profugiq; uiuētes, quis non euidenter agnoscat quod conspuit pater illius in faciem eius, & perfudit uultū eorum ignominia? Septē ergo diebus separatur extra castra. Diximus etiam in superioribus, quod septem dies isti, septimanā mū-

Gal.6 Col.2.3 Eccl.4 Gal.2 Heb.7 Esa.40

di istius designent. In septimana enim dierũ, creaturæ totius uisibilis substantiæ uidẽtur esse productæ. Tunc enim quæ non erant, facta sunt. In septimana uerò totius mundi, secreta quadã & deo soli cognita dispensatione, quæ tũc producta sunt, explicantur. Interim in hac septimana qua sequestrata est Maria, non mouẽtur castra filiorum Israel, sed stant uno in loco cõclusi, & nullus est eis omnino profectus, donec mũdetur Maria à lepra sua. Et post hæc, inquit, promouit populus ex Aseroth, & cõsederũt in deserto Pharan. Aseroth interpretatur domus perfectæ. Proficiscit̃ ergo populus postq̃ Maria purgata est, à domibus perfectis, & uenit in Pharan, quod interpretatur os uisibile. Mihi uidetur os uisibile posse intelligi quod uerbum caro factum est, & inuisibilis uisibilis effectus: & hoc significari, quod posteaquã finis & perfectio omniũ quę erga illum populũ gerenda fuerant, uenit, tunc transit, & uenit ad eum, quem uerbũ carnem factũ ante nõ
Num.13 credidit. Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Mitte uiros, & considerent terram Chananæorũ, quã ego do filijs Israel in possessionẽ, & reliqua.] In quib. de exploratoribus terræ narratur, qui missi renunciant quod terra quidẽ sit bona, & admirabilis: habitant aũt in ea filij gigantum, in quorũ conspectibus populus dei quasi locustæ uideantur. Et plures quidem desperant se posse saluari à filijs gigantum: Iesus tamen non desperat, sed confirmat populi fidem cum Caleb, qui est de tribu Iuda, & dicunt: Si diligit nos deus, introducat nos in terram hanc. Quæ est ergo terra ista secundum spiritalẽ intellectum, quæ terra quidem sancta est, & terra bona, sed ab impijs habitatur? Qui sunt ergo isti hostes, qui habitant in terra sanctorũ? Et quomodo eijciendi sunt, ut illis eiectis sancti succedant in locum eorum? Redeamus ad euangelia, redeamus ad apostolũ. Euãge
Phil.3 lia sanctis promittũt regna cœlorũ. Apostolus dicit: Nostra aũt cõuersatio in cœlis est. In cœlis ergo est locus hæreditatis, qui promittitur sanctis. Et quid putamus quod nullus nunc aduersarius sit in his locis quæ tibi promittuntur, quẽ tu debeas pugnãdo euin
Matt.11 cere, ut liber ad ea quę tibi promittunt̃ loca euolare possis? Et quomodo dicit dñs à diebus Ioannis baptistę quia regnũ cœlorũ uim patit̃, & uim inferentes rapiunt illud? Nisi enim essent quibus uis fieret, nunquam essent qui inde depelli & extrudi deberent, nũquam diceretur per uim diripiendum esse regnũ cœlorũ. Et nisi essent cũ quibus certa-
Ephes.6 men nobis esset ac præliũ, nunquã diceret Apostolus: Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus, & potestates, aduersus mũdi huius rectores tenebrarũ harum, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. De quibus etiã il-
Esa.34 lud dei dictũ diuinitus per prophetam intelligendũ uidet̃ ubi ait: Et inebriatus est gladius meus in cœlo. Necesse est ergo spiritales nequitias quæ in cœlestibus esse dicunt̃, qui sunt ueri Chananæi, uinci abs te, ut expeditus ad cœlestia regna trãsire possis, ut tu pro illis habites ibi. Scito tñ gigãtes eos esse. Gigas dicitur omnis qui aduersus deũ resistit. Quicunq; ergo aduersat̃ deo, & cõtrarius est ueritati, quod illi principaliter faciũt, merito gigas appellatur. Tibi ergo præstatur ut deuictis gigantibus intres in regnũ q̃d
Esa.40 illi perdiderunt, ut impleatur quod scriptũ est: Quis accipiet à gigante spolia? unde &
Matt.12 dñs dicebat in euangelio. Nemo potest introire in domũ fortis, & diripere uasa eius, nisi prius alligauerit fortem. Qui licet propter superbiã suam à domo cœlesti iam sit eiectus, tu tamen nisi uiceris illũ, nõ introibis in domũ fortis. Nec uinci solũ, uerũ & alligari illũ oportet. Nisi enim alligetur, haud quaq̃ tutum esse poterit iter nostrũ. Nunc ergo quantũ ad cõparationẽ humanæ, & dæmonicæ naturæ, nos locustæ sumus, & illi gigantes: & præcipue si dubia sit fides nostra, et si nos perterreat infidelitas, illi uere gigantes erũt, et nos locustę. Si uerò sequamur Iesum, et credamus uerbis eius, ac fide eius repleamur, tanquã nihil erunt in cõspectu nostro. Audi enim quomodo nos hortatur, et dicit:
Num.13 Si amat nos deus, introducat nos in terrã hãc, quoniã bona est, et fructus eius mirabilis. Typus ergo, et figura quæ præcessit in patribus, cõpletur in nobis. Eiecerũt illi gentes, et cõsecuti sunt hæreditatem eorũ. Consecuti sunt enim omnem terrã Iudææ, et Hierusalem ciuitatẽ, et montem Sion. Hæc in illis impleta sunt, ad te aũt quid dicitur? Non, in
Heb.12 quit, accessistis ad ea quæ uisibilia sunt, sed ad inuisibilia. Accessistis em̃, inquit, ad montem dei uiuentis, et ad ciuitatem cœlestem Hierusalem, et ad multitudinem angelorũ,
Gal.4 Sed et alibi idem Apostolus dicit: Hierusalem autẽ quæ sursum est quæ est mater omnium nostrũ. Si quis uerbis Apostoli dicentis Hierusalẽ esse cœlestem, non accõmodat fi-

dem

dem,poteſt & hæc uerba noſtra recuſare.Si uerò uerbis Pauli fides adhibenda eſt, ſicut & certe adhibenda eſt,& Hieruſalem cœleſtem eſſe credimus ad typũ terrenæ huius,et quæ ſcripta uidentur de hac terrena,ad illã cœleſtẽ rectius ſpiritali intelligentia cõferemus.Acceſſimus ergo(ſicut Paulus dicit)ad cœleſtem Hieruſalẽ,ſine dubio & ad cœleſtẽ Iudæã.& ſicut illi de terreſtri Iudæa eiecerũt Chananęos,& Pherezæos,& Euęos,reliquasq; gentes:ita & nos qui acceſſimus ad montẽ dei,& ad regna cœleſtia,neceſſe eſt ut debellemus cõtrarias poteſtates,& ſpiritalia nequitię in cœleſtibus.& ſicut illi eiecerunt Iebuſæũ de Hieruſalẽ,& quæ prius Iebus uocata fuerat, poſtmodum appellata eſt Hieruſalẽ:ita & nos oportet(ut ita dicã)expellere prius Iebuſæũ de Hieruſalẽ,& ſic hæreditatem eius conſequi.Sed illi quidem hæc faciebant armis uiſibilibus,nos uerò inuiſibilibus.Illi uincebãt corporalib. prælijs,nos aũt ſpiritali certamine ſuperamus.Quod ſi uis audire,Paulus qui nõ ſolum magiſter gentiũ,ſed & militię huius magiſter eſt,quo modo pugnauerit prior,audi qd ipſe de ſe ſcribat,ſicut etiã & ſuprà memorauimus.Nõ eſt,inquit,nobis colluctatio aduerſum carnẽ & ſanguinẽ,ſed aduerſum principatus & poteſtates,aduerſus rectores mũdi huius, tenebrarũ harũ, aduerſus ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus.Propterea & hanc pugnã ſpiritalẽ,atq; inuiſibilem pugnaturis, ſpiritalia arma,& inuiſibilia tela cõponit,& dicit:Induite uos loricam charitatis,& galeã ſalutis, & adſumite ſcutũ fidei,in quo poſſitis omnia tela maligni ignita extinguere.Sed & gladium ſpiritus,inquit,adſumite,quod eſt uerbũ dei.Cũ ergo talibus te armaueris telis ſequens Ieſum ducẽ,nõ uerearis gigantes illos:uidebis enim quomodo eos tibi ſubijciet dominus Ieſus:& ſicut patres calcauerunt ceruices gentium, ita & tu calcabis ſuper ceruices dæmonum.Ipſe enim dicit ijs qui eum fideliter ſequũtur:Ecce dedi uobis poteſtatem calcãdi ſuper ſerpentes,& ſcorpiones,& ſuper omnem uirtutẽ inimici. Vult enim ſemper Ieſus res mirabiles facere,uult de locuſtis uincere gigãtes, & de ijs quæ in terris ſunt,cœleſtes ſuperare nequitias.Et fortaſſe hoc eſt quod dicebat in Euangelijs:qa qui credit in eum,non ſolum faciet illa quæ ipſe fecit,ſed maiora,inquit,horum faciet. Vere eñ maius mihi uidetur quod homo in carne poſitus,fragilis,& caducus fide tantũ Chriſti & uerbo eius armatus,ſuperet gigantes dæmonũ legiones.Quãuis ipſe ſit qui uincit in nobis, plus tamẽ eſſe dicit quod per nos uincit, q̃ quod per ſe uincit. Tantum eſt ut nos armis iſtis ſemper ſimus armati,& cõuerſatio noſtra ſemper in cœlis ſit. Omnis motus noſter,omnis actus,omnis cogitatio,omnis ſermo cœleſtis ſit.Quanto eñ nos illuc ardentius aſcendimus,tanto illi præcipitãtius ruent:& quãto nos magis augemur, tãto illi inferiores fient. Vita noſtra ſi ſancta ſit,ſi ſecundum deum ſit,illis conferet mortem. Si ſegnis & luxurioſa ſit, potentes eos aduerſum nos & gigantes faciet. Quanto ergo nos uirtutibus creſcimus, tanto illi inferiores efficiuntur, & fragiles. Sicut econtrario ſi nos infirmemur, & terrena requiramus, illi fortiores fiunt. Et quanto nos dilatamur in terris, tanto illis ſpatia in cœleſtibus largiora concedimus. Vnde hoc magis agamus,ut nobis augeſcentibus,illi minuantur, nobis ingredientibus,illi pellantur, nobis aſcendentibus,illi cadant: ſicut & ille cecidit, de quo dicit dominus in Euangelio: Ecce uidi Satanam ſicut fulgur cadentem de cœlo: ut illis proiectis, introducat nos illuc dominus noſter Ieſus,& percipere regnum ſuum cœleſte concedat. Ipſi gloria in æterna ſecula ſeculorum,Amen.

Luc.10

Ioan.14

De ijs quę ab exploratoribus renunciantur,& de indignatione domini,ac ſupplicatione Moyſi & Aaron.Homilia VIII. Cap. XIII. XIIII.

DECEM miſſi ſunt inſpectores ex filijs Iſrael ad cõſiderandam terram, quæ eis fuerat repromiſſa.liq; poſt quadraginta dies regreſſi, diuerſa renunciant.Nam decem ex ijs in deſperationem populũ mittunt,ita ut uelint abiecto Moyſe eligere alium ducem,et reuerti in Aegyptum.Alij uerò duo bona nunciant, et cohortantur populum permanere in fide dicentes: Si diligit nos dominus, introducat nos in terram hanc.Sed populus infidelitatis deſperatione præceps agitur, et ad lapidandos eos qui bona nunciant,proſilit. Maieſtas uerò domini protegit eos in nubibus.Et dicit dominus ad Moyſen:Feriam eos morte,et interimam eos,et faciã te,et domum patris tui in nationem magnã,et multo magis q̃ hæc eſt. Fit ergo tanta hæc comminatio à domino,non ut paſſibilis et iracundiæ uitio ſubiacẽs oſtendaẽ diuina natura,

sed ut per hæc & Mosei charitas, quam erga populũ habebat, & dei bonitas, quę super omnem mentem est, innotesceret. Scribitur enim irasci deus, & cõminari interitũ populo, quo doceatur homo tantũ sibi esse apud deum loci, tantumq; fiduciæ, ut etiã si sit aliqua in deo indignatio, obsecrationibus mitigẽt humanis: tantũq; de eo impetrare posse hominem, ut & propria statuta cõuertat. Bonitas em̃, quę subsequitur iracundiam, & Mosei fiduciam ostendit apud deum, & alienam ab iracundiæ uitio diuinã docet esse naturam. Simul & mysteriũ in seculis futuris explendũ continet sermo, per quem promittit deus, quod alium populum hoc abiecto resuscitet. Ait enim: Percutiam eos morte, & perdam eos, & faciã te & domũ patris tui in nationem magnã, multo magis quàm hæc est. Cõminatio ergo hæc, non est iracundia, sed prophetia. Adsumenda nanq; erat alia natio, id est populus iste nationũ, sed non per Moysen. Excusauit nanq; se Moyses. Sciebat enim, quia gens illa magna, quę repromittitur, nõ per Moysen uocãda erat, sed per Iesum Christũ, & non Mosaicus, sed Christianus erat populus appellandus. Idcirco igit̃ plurimũ exorat Moyses pro populo illo. Dominus uerò modũ correptionis librata moderatione dispensat, & dicit. Quia uiri quidem, qui exierunt de Aegypto, & tẽtauerunt me, atq; incredulí permanserunt, cadent in deserto hoc, & non uidebunt, inquit, terram, quam iurauí patribus eorũ: sed filij ipsorũ, qui sunt mecũ hic, quicunq; ignorãt bonũ uel malũ. Sit fortassis aliquid etiam secretioris mysterij in uerbis domini dicẽtis: Filij eorũ, qui sunt mecum hic. Vbi hic? Aut quomodo mecum? Qui habet aures audiendi audiat. Nos interim dicimus, quia patres nostri fuerũt ille populus prior, nos aũt filij ipsorũ sumus. Illi ergo quoniã peccauerunt, abiecti sunt & cediderunt: nos aũt filij ipsorũ pro ipsis surreximus, & erecti sumus, qui nesciebamus bonũ uel malũ. Ex gẽtibus enim sumus, qui neq; bona, quæ ex deo ueniunt, noueramus, neq; mala, quę ex peccato generantur: si tamen succedentes in locum eorum qui abiecti sunt, tãti lapsus timeamus exemplum, audientes commonitionem Pauli dicentem. Vide autem seueritatem, & bonitatem dei, in eos quidẽ qui ceciderũt seueritatẽ, in te aũt bonitatẽ, si tamen permanseris in bonitate. Alioquin & tu excideris, & illi si non permanserint in incredulitate inserentur. Addit aũt post hæc dominus, & dicit: Filij uerò uestri erũt incolæ in deserto quadraginta annis. Et quid haberet mysterij numerus iste, declarat dicens. Secundũ numerum, inquit, dierum quibus considerastis terram quadraginta diebus, pro die per annũ, recipietis peccata uestra quadraginta annis. Timeo ego mysterij huius secreta discutere. Video enim quod peccatorũ in hoc ratio cõprehendit & pœnarũ. Si enim unicuiq; peccatori annus adscribit̃ ad pœnã pro unius diei peccato, & secundum rationem dierum quibus peccatur, annorum totidem numerus in supplicijs cõsumendus est: uereor ne forte nobis, qui quotidie peccamus, & nullum forte uitæ nostrę diem absq; peccato transigimus, ne ipsa forte secula, aut etiam secula seculorũ sufficere possint ad pœnas luendas. In eo enim quod populus ille prior pro quadraginta dierũ delicto quadraginta annis cruciatur in deserto, nec terram sanctam introire permittitur, similitudo quędam futuri iudicij uidetur ostendi, ubi peccatorũ ratio discutienda est: nisi erit aliqua fortasse etiã bonorũ operũ cõpensatio, uel etiam eorũ quæ in uita sua unusquisq; mala recipit, ut Abraham de Lazaro docuit. Sed hæc nullius est ad integrum nosse, nisi illius cui omne iudicium tradidit pater. Quod autem dies peccati in annũ pœnæ reputetur, nõ solũ in hoc libro, in quo nihil omnino est q̃d dubitari possit, ostendit̃, sed & in libello Pastoris, si cui tamen scriptura illa recipienda uidetur, similia designãtur. Sed fortasse aliquis neget bonitati dei cõuenire, ut pro unius diei peccato annũ supplicíorũ repẽdat: quinimmo dicet, etiã si diem pro die reddat, quamuis iustus, non tamẽ clemens uidetur esse aut benignus. Audi ergo ad hæc si forte possimus difficultatem rei exemplis lucidioribus explanare. Si uulnus corpori inflígatur, aut os cõfringatur, aut neruorum iunctura resoluat̃, sub unius horæ spatio huiusmodi uulnera solent corporib. accidere, & plurimis postmodũ cruciatib. ac doloríb. exactis, multo uix tẽpore sanarí: quanti enim tumores in loco, quanta tormẽta generãtur. Iam uerò si accidat, ut in eodem uulnere, uel in eadem fractura iterũ & sæpius quis uulneretur, frequentiusq; frangatur, quantis hoc pœnis curarí, & quãtis potest cruciatibus medicarí? Quanto aũt tempore, si tamen potuerit, ad sanitatem perducitur? & uix aliquando ita curabitur, ut uel debilitatẽ corporis, ue

Rom. 11

Luc. 16

ris,uel fœditatem cicatricis effugiat. Transi nũc ab exemplo corporis ad animæ uulnera. Anima quoties peccat,toties uulneratr. Et ne dubites peccatis eam uelut telis & gladijs uulnerari,audi Apostolum monentẽ ut adsumamus scutũ fidei, in quo possitis, inquit,omnia iacula maligni ignita extinguere. Vides ergo peccata, maligni esse iacula, quæ in animã diriguntur. Patitur autem & anima non solum uulnera iaculorum,sed & fracturas pedum,cũ laquei parantur pedibus eius,& supplantantr gressus eius. Hæc ergo & huiusmodi uulnera quãto tẽpore putas posse curari? O si possemus per unũ quodque peccatũ uidere qũo homo noster interior assidue uulneratur, quomodo sermo malus uulnus infligit. Non legisti: Dicunt quia uulnerant gladij,sed non ita ut lingua? Vulneratur ergo per linguã anima,uulneratur & per cogitationes, & cõcupiscẽtias malas, frangitur autem & cõteritur per opera peccati. Quæ si omnia uidere possemus, & uulneratæ animæ sentire cicatrices, certũ est quod usq; ad mortem resisteremus aduersum peccatũ. Sed nũc sicut ij q uel dæmone repleti,uel mẽte alienati sunt, non sentiũt si uulnerentur,quia naturalib.sensibus carẽt:ita & nos uel cupiditatibus seculi amentes effecti,uel uitijs inebriati,sentire nõ possumus quãta uulnera, quãtas cõtritiões animæ peccando cõquirimus. Et ideo cõsequentissima ratio est, pœnæ, id est curæ ac medicationis,tẽpus extendi,& per unũquodq; uulnus pro qualitate plagæ medendi quoq; spatia propagari. Sic ergo & dei æquitas ac benignitas etiã in ipsis animæ supplicijs euidens fiet:& hæc audiẽs,qui peccauit resipiscat,& ultra nõ peccet. Cõuersio enim in præsenti uita,& pœnitẽtia fructuose gesta,celerẽ cõfert huiusmodi uulneribus medicinã. Quia pœnitentia non solũ uulnus præteritum sanat,sed & ultra animã peccato non sinit uulnerari. Imò & illud adijciam:uerbi causa,si peccator sum,nunquid eadẽ mihi erit pœna si semel peccaui,quæ et si secundo,& tertio,& si frequentius peccem? nõ ita erit:sed pro modo,& numero & mensura peccati,etiã pœnæ quantitas metiẽda est. Deus enim dabit nobis panẽ lachrymarũ,& potabit nos in lachrymis,sed in mensura. Mensura autẽ hæc erit,quam sibi in hac uita unusquisq; uel minus uel amplius peccãdo quæsierit. Sed & calix in manu domini uini meri plenus esse dicitur mixto. Miscebitr ergo sine dubio unicuiq;,& fiet iudiciũ eius non solũ ex malis quæ gessit,sed etiã ex bonis. Et tamẽ cum utraq; misceantur,fex eius,quam ego puto malorũ partẽ dici,non ad integrũ exinanietur. Sed hæc(ut diximus)in manu dei sunt, nostrum aũt est ad emendationẽ citius festinare,ad pœnitentiã sine dissimulatione cõuerti,lugere præterita,cauere futura, inuocare auxiliũ dei. statim enim ut conuersus ingemueris, saluus eris. Inuenies enim aduocatũ,qui pro te interpellat patrẽ,dominũ Iesum Christũ, multo præstantiorem quàm fuit Moyses,qui tamen orauit pro populo illo, & exauditus est. Et fortasse propterea Moyses scribitur interuenisse pro peccatis populi prioris,& impetrasse ueniã, ut multo magis nos confidamus quod aduocatus noster Iesus indubitatam nobis ueniã impetrabit a patre:si tamen conuertamur ad eum,& non recedat retro cor nostrum. Sicut & Ioannes in epistola sua dicit:Hæc autẽ dico filioli,ut nõ peccetis. Quod & si peccauerit aliquis uestrum,habemus aduocatum apud patrem,Iesum iustum, qui interpellat pro peccatis nostris. Ipsi gloria in æterna secula seculorum. Amen.

Ecclef.18

Eph.6

Pſal.80

De batillis Chore, & seditione populi aduersum Moysen, & de uirgis in quibus uirga Aaron germinauit. Homilia IX. Cap. XVI. XVII.

A PVD deum ut intelligi datur nihil est inutile,nihil otiosum,sed & ea quę hominibus alienanda uidentur & abijcienda, aliquid operis necessarij habere inueniuntur. Hunc autem nobis intellectum suggerit prẽsens lectio,quę de batillis Chore, & reliquorum qui cum ipso peccauerunt, commemorat, qũod ne hæc quidem iubet abijci deus, sed fieri ex eis lamínas ductiles, atq; ex ijs altare circumdari. Refert ergo scriptura,quia ex præcepto dei accepit,inquit,Eleazar filius Aaron sacerdotis batilla ærea,quæ obtulerunt ij qui exusti sunt,& fecerunt ex eis circulos, & appo suerunt eos altari ad commemorationem filiorum Israel, ut non accedat quisquam alienigena qui non est ex semine Aaron, imponere incensum coram domino, ne fiat sicut Chore,& conspiratio eius,sicut loquutus est dominus in manu Moysi. Manifeste quodam in loco dominus per prophetam dicit. Nõ sunt cõsilia mea sicut cõsilia uestra, nec

cogitationes meæ ſicut cogitationes ueſtræ. Si apud homines hodie iudicaretur hæc cauſa, & apud eccleſiarũ principes haberetur examen de ijs (uerbi cauſa) qui diuerſa ab eccleſiis docentes diuinæ uindictæ pertulerint ultionem, nónne iudicarent, ut ſi qd locuti ſunt, ſi quid docuerunt, ſi quid etiã ſcriptũ reliquerunt, uniuerſa pariter cũ ipſorũ cineribus deperirent? Sed nõ ſunt iudicia dei ſicut iudicia noſtra. Audi enim quomodo de batillis eorũ, qui cõtra prophetã dei inſurrexerant, iubentur fieri laminæ, & in circuitu altaris affigi. Chore figuram tenet eorum, qui contra eccleſiaſticam fidem, & doctrinam ueritatis inſurgunt. Scriptum eſt ergo de Chore, & de cœtu eius, quod in batillis æreis incenſum obtulerint ignis alieni. Et iubetur quidẽ à deo ignis alienus diſpergi & effundi: Batilla uerò, inquit, quia ſanctificata ſunt, facito ea laminas ductiles, & circunda ex eis altare, quia oblata ſunt corã domino, & ſanctificata ſunt. Hoc ergo mihi per hãc figurã uidetur oſtendi, quod batilla iſta, quæ ſcriptura nominat ærea, figuram teneãt ſcripturę diuinæ. Cui ſcripturæ hæretici ignẽ alienũ imponentes, hoc eſt ſenſum & intelligentiã alienam à deo & ueritati contrariã introducentes, incenſum domino non ſuaue ſed execrabile offerunt. Et ideo forma eccleſiarũ ſacerdotibus datur, ut ſi quando tale aliquid fuerit exortum, ea quidem quæ à ueritate aliena ſunt, ab eccleſia dei penitus abſtrudantur: ſiqua autẽ etiã in ipſis hæreticorũ uerbis ſcripturæ diuinæ ſenſibus inueniuntur inſerta, ne pariter cũ illis quæ fidei & ueritati ſunt cõtraria reſpuantur: ſanctificata ſunt enim quæ de ſcriptura diuina proferũtur, & domino oblata. Poteſt autem & alio adhuc modo intelligi quod de batillis præcipitur peccatorũ, ut iungãtur & ſocientur altari. Et primo hoc ipſum quod ærea dicuntur, nõ otioſum uidebitur. Vbi enim uera fides eſt, & integra uerbi dei prędicatio, aut argẽtea dicũtur, aut aurea: ut fulgor auri declaret fidei puritatem, & argentũ igne probatũ, eloquia examinata ſignificet. Iſta ergo quę dicuntur ærea, in ſono tantũ uocis conſiſtunt, nõ in uirtute ſpiritus, & ſunt (ut Apoſtolus dicit) ut æramentũ ſonans, aut cymbalum tinniens. Iſta ergo batilla ærea, id eſt, hæreticorum uoces, ſi adhibeamus ad altare dei, ubi diuinus ignis eſt, ubi uera fidei prædicatio, melius ipſa ueritas ex falſorũ cõparatione fulgebit. Si enim, ut uerbi gratia dicam, ponã dicta Marcionis, aut Baſilidis, aut alterius cuiuslibet hæretici, & hæc ſermonibus ueritatis, ac ſcripturarũ diuinarũ teſtimonijs uelut diuini altaris igne confutẽ, nónne euidentior eorũ ex ipſa cõparatione apparebit impietas? Nã ſi doctrina eccleſiaſtica ſimplex eſſet, & nullis intrinſecus hæreticorum dogmatũ aſſertionibus cingeretur, non poterat tam clara & tam examinata uideri fides noſtra. Sed idcirco doctrinam catholicam contradicẽtium obſidet oppugnatio, ut fides noſtra nõ otio torpeſcat, ſed exercitijs elimetur. Propter hoc denique & Apoſtolus dicebat: Oportet autẽ & hæreſes eſſe, ut probati quique manifeſti fiant inter uos. Hoc eſt dicere, oportet hæreticorũ batillis altare circumdari, ut certa & manifeſta omnibus fiat fideliũ atque infidelium differẽtia. Cũ enim fides eccleſiaſtica uelut aurũ cœperit refulgere, & prædicatio eius ut argentũ igne probatum intuentibus reſplenduerit, tunc maiore cum turpitudine & dedecore hæreticorum uoces obſcuri æris uilitate ſordebunt. Vis autem ſcire quod quæ bona ſunt, bona eſſe ex deteriorum magis comparatione noſcuntur? Quis ſciret bonam eſſe lucẽ, niſi noctis tenebras ſentiremus? Quis dulcedinem noſceret mellis, niſi guſtũ amaritudinis accepiſſet? Ipſum denique diabolum, & obluctãtes aduerſum nos cõtrarias poteſtates ſi auferas, uirtutes animi ſine obluctante non poterunt enitescere. Sic ergo & ſacerdotum fidelium gloria nõ poterit reſplendere, niſi eam infidelium reprobatio & pœna cõmendet. Sed & ex ijs quæ legimus, ſinguli quique iuſtorũ magis ex cõparatione cæterorum clari uidentur habiti apud deum. Denique de Noe ſcriptum eſt quod eſſet iuſtus & perfectus in generatione ſua. In quo oſtẽditur quod nõ ex integro perfectus, ſed in generatione ſua perfectus fuerit, & ad comparationem cæterorum iuſtus pronũciatus ſit. Simili modo puto etiã de Loth habendum. Quanto enim deteriores quotidie fiebant Sodomitæ, tãto ille iuſtior apparebat. Sed & in hoc ipſo libro quem habemus in manibus, cũ regreſſi eſſent ij qui inſpexerant terram, & decem ex ijs meticuloſis ſermonibus deſperationẽ populo incuſſiſſent, duo uerò reliqui, id eſt Caleb & Iannes, bona nunciarẽt, & hortarẽtur populum permanere in propoſito, immortale eis à domino meritum cõtulit nõ tantum ſua confeſſio, quantum formido ſodalium. Neque enim tam magnifice in eis uirtus

1 Cor. 11

Gen. 6

Num. 14

animi claruisset,nisi reliquorum decem turpis ignauiæ formido patuisset.Hæc aũt dixi mus de batillis eorũ qui condemnati sunt,quæ altari iubentur affigi,quod ex cõparatio ne inferiorum iusti appareãt clariores: simul ut & posteris daretur exemplũ,ne qui præ sumptione superbi spiritus non sibi à deo datũ munus pontificatus inuaderet, sed ut illi cedat,quem non ambitio humana,nõ fauor corruptus asciuerit,nec largitio condẽnan da subrogauerit,sed meritorum conscientia,& dei uoluntas assumpserit.Post hæc refer tur.Et murmurauerunt,inquit,filij Israel aduersum Moysen,& Aaron dicẽtes:Vos oc cidistis populũ domini.Et factũ est cum irrueret synagoga super Moysen & Aaron, in impetu fugerunt ad tabernaculũ testimonij.Illud uerò obtexit nubes, & apparuit maie stas domini,& introiuit Moyses & Aarõ ad faciem tabernaculi testimonij.Nõ legimus antea quia obtexerit nubes tabernaculũ,& apparuerit maiestas domini, & receperit in tra nubem Moysen & Aaron,nisi nunc cũ insurrexit in eos populus,& lapidare eos uo luit.Discamus ex hoc quãta sit utilitas in persecutionibus Christianis,quantũ gratię cõ feratur,quomodo propugnator eis fiat deus,quomodo abundanter sanctus spiritus in fundatur.Tunc enim maxime gratia dei adest,cum hominum sæuitia concitatur:& tũc pacem habemus apud deũ, cum ab hominibus propter iustitiã bella perpetimur. Vbi enim abundauit peccatũ,superabundabit & gratia. Adoperit ergo eos nubes taberna culi,& irruit synagoga super Moysen & Aaron,& apparuit gloria domini. Quãuis ma gni sint uitę merito Moyses & Aaron,quãuis animi uirtutibus polleant,apparere tamẽ eis dei gloria non potuisset,nisi in persecutionibus, in tribulationibus,in periculis,atq; in ipsa pene morte iam positis.Et tu ergo nõ putes tibi dormiẽti & otioso apparere pos se gloriã dei. Aut non & Paulus apostolus in ijs dei gloriã cõsequi meruit? Nõne super 2 Cor.11
oẽs cæteros enumerat se in tribulationibus,in necessitatibus,in carceribus fuisse, ter lapi datũ esse,naufragia pertulisse,pericula maris,pericula fluminum,pericula latronum,pe ricula à falsis fratribus? Quæ quãto magis abundant,tanto amplius ijs qui patienter tu lerint,conferũt gloriam dei.Et locutus est dominus ad Moysen & Aaron,dicẽs:Discedite de medio synagogæ huius,& interimã eos semel: & ceciderunt Moyses & Aaron Gen.18
in faciẽ suã.] In Sodomis quidem quando minus,decem requirebãtur, per quos uix si forte reperti essent,saluari possent ij qui habitabant Pentapolim Sodomorum:nũc aũt etiã duo,si tamẽ inueniantur tales qualis Moyses fuit & Aaron,sufficere possunt,ut gẽs Israelitarum tota saluetur.Quid ergo dicemus amplius esse in ijs duobus? Quæ tãta uir tus,quod meritũ,quo sexcẽta millia & eo amplius liberent ab interitu uastatoris? Ego arbitror quod in Moyse lex significet,quæ docet homines scientiã & amorẽ dei:in Aa ron supplicandi deo,& obsecrandi eum forma consistat.Si ergo accidat aliquando indi gnari nobis uel uniuerso populo deũ,& si iã sententia ultionis procedat à domino, re deat aũt lex dei in cor nostrum cõmonens nos,& docẽs conuerti ad pœnitentiã, satisfa cere pro delictis,supplicare pro culpis:cessabit cõtinuo iracundia, indignatio cõquie scet,propitiabit dñs,quasi Moyse & Aaron intercedẽtibus pro nobis, & pro uniuerso populo supplicantibus.Si uerò aliquãdo oriatur indignatio dei,& ueniat pro peccatis nostris sæua correptio:indurentur autẽ corda nostra ne conuertamur ad dominum,né ue humiliemur in conspectu eius,ut in confessione supplicationũ motus eius & iracun diã mitigemus: sed econtrario dicamus,non est cura deo de uita mortaliũ, nec pertinẽt hæc ad deum,reliquit nos olim,nec ad notitiam eius ista peruenium: si talia cogitemus in cordib.nostris,& hęc de ore nostro procedant,certũ est non esse in nobis Moysen & Aaron,legis scilicet scientiam & fructus pœnitentiæ, per quos interitũ imminentis exi tij possimus euadere.Hoc puto accidisse etiã populo illi qui fuit ante nos, quando om nes declinauerunt,omnes simul inutiles facti sunt,& nõ fuit qui faceret bonitatem,non fuit usq; ad unum.Si eñ fuisset,nunquam utiq; dereliquisset eos deus.Sed & nos timea mus ne forte simile aliquid inueniatur in nobis.Timeo enim illam sentẽtiam,in qua do minus & saluator noster,qui cuncta prænoscit,quasi dubitans dicit: Putas ueniẽs filius Luc.18
hominis inueniet fidem super terrã? Iubentur ergo Moyses & Aaron exire de medio sy nagogæ,ut interimat synagoga de semel. Sed uideamus quid isti faciũt qui sancti sunt: perfecti sunt,& plus magis euãgelij discipuli quàm legis,& ideo diligunt etiã inimicos suos,atq; orant pro persecutoribus suis.Illis eñ sæuientibus ut interficerent eos,isti pro

cidunt in faciē ſuam ſuper terrā. Et ait Moyſes ad Aaron: Aſſume batillum, & impone ſuper illud ignē ab altari, & iniice illi incenſum, & effer uelociter in caſtra, & exora pro ipſis: exijt enim ira à cōſpectu domini, & iā cœpit uaſtare populū. Verū quoniā in hos peruenimus locos, uolo de bonitate dei admonere diſcipulos Chriſti ne quis forte ueſtrū ab hæreticis conturbet ſi quando certamen inciderit, illis dicentibus quoniā deus legis non eſt bonus, ſed iuſtus, & Moyſis lex nō bonitatē cōtinet, ſed iuſtitiā. Videāt ergo qui deū pariter criminantur & legē, qūo Moyſes ipſe & Aaron priores fecerūt hoc, quod poſtmodū Euangeliū docuit. Ecce diligit Moyſes inimicos, & orat pro perſecutoribus ſuis, quod utiq; Chriſtus fieri in Euangelijs docet. Audite em̄ quomodo cadentes in faciem ſuper terram orant pro illis, qui ad interficiendos eos inſurrexerant. Sic ergo inuenitur & euangelij uirtus in lege, & fundamēto legis ſubnixa intelliguntur Euāgelia. Nec uetus teſtamentum nomino ego legem, ſi eam ſpiritaliter intelligam. Illis tantūmodo lex uetus efficitur teſtamentū, qui eam carnaliter intelligere uolunt. Et neceſſario illis uetus effecta eſt, & ſenuit, quia uires ſuas non poteſt obtinere. Nobis autem, qui eā ſpiritaliter & Euāgelico ſenſu intelligimus & exponimus, ſemper noua eſt: & utrūq; nobis nouum teſtamentū eſt, nō tēporis ætate, ſed intelligentiæ nouitate. Aut nō & A-
1 Ioan. 2 poſtolus Ioannes in epiſtola ſua eadem ſentit, cum dicit: Filioli mandatum nouū do uobis, ut inuicē diligatis: cum utiq; ſciret olim datum eſſe mandatū dilectiōis in lege. Sed quoniā charitas nunquam cadit, nec mandatū charitatis aliquādo ueteraſcit, hoc quod nunquam ueteraſcit, ſemper nouū eſſe pronunciat. Semper enim obſeruantes & cuſtodientes in ſe charitatis mandatum, nouos reddit in ſpiritu. Peccatori autem & charitatis fœdera non ſeruanti, etiā Euangelia ueteraſcūt. Nec poteſt ei nouū eſſe teſtamentū, qui non deponit ueterem hominem, & induitur nouum, ac ſecundum deum creatum. Hortatur ergo Moyſes pontificē magnum, ut efferat incenſum in caſtra, & exoret pro populo. Iam em̄, inquit, uaſtari populus cœpit. In ſpiritu uidebat Moyſes quæ gerebant. Vidit uirtutē exiſſe ad caſtra, & uaſtare ac perimere peccatores: & propter hoc hortat pontificē adſumere batillū, ignem de altari imponere, atq; incenſo ſuperiecto exire & ſtare inter medium mortuorum & uiuorum, ne ultra procedat uaſtatio, uel certe ut uerius habet ſe ſcripturæ ſermo, confractio. Sed primo (ſi uidetur) hiſtoriæ ipſius imaginē deſcribamus, ut cū rei geſtæ ſpecies apparuerit, tunc demū etiā ſi quid eſt in hoc loco myſticū requiramus. Intellige ergo populū illum Iſrael in caſtris per ordines tribuū familiarūq; diſpoſitum, uirtutem uerò quandā à deo miſſam, non ſparſim ſed ex prima aliqua parte cœpiſſe populum morte uaſtare, & procedentem per ordinē mortis ſtragē conſidera. Poſt hæc pontificem indutum ueſte pontificali procedere, & portantē batillum, atq; ignem cū incenſo tendere ad illum locum, quo per angelum uaſtantē mors illata peruenerat, & ſtantē in eo loco, ubi mors finē dederat primis, & erat uicina poſtremis. Intuere ſtantem pontificem, & obiectione quadam ſui, uiuentes à mortuis dirimentē: uirtutē uerò repropitiationis eius, & incenſi myſteriū erubuiſſe angelum uaſtatorem, & in hoc mortem quidem finitam, uitam uerò reparatam. Si intellexiſti hiſtoriæ ordinem, & oculis (ut ita dicam) cernere potuiſti pontificem ſtantem medium inter uiuos & mortuos: aſcēde nunc ad uerbi huius celſiora faſtigia, & uide quomodo uerus pōtifex Ieſus Chriſtus aſſumpto batillo carnis humanæ, & ſuperpoſito igni altaris, anima ſine dubio illa magnifica cum qua natus eſt in carne, adiecto etiā incēſo, qui eſt ſpiritus immaculatus, medius inter uiuos, & mortuos ſtetit, & mortē nō fecit ultra graſſari: ſed ſicut Apoſto-
Heb. 2 lus dicit, deſtruxit eum qui habebat mortis imperium, id eſt diabolū, ut qui credit in eū iam non moriatur, ſed uiuat in æternum. Hoc fuit ergo myſterium quod poſtea futurū, iam tunc ille qui populum uaſtabat, expauit. Agnoſcebat enim figurā batilli, & ignis, & incenſi: & qualis offerenda eſſet deo hoſtia ab eo, qui medius mortuorū uiuorumq; cōſtiterat, præuidebat. Et illos quidē tunc imago prefigurata ſaluauit, ad nos aūt ſalutis ueritas ipſa peruenit. Neq; em̄ indumenta pontificis purpura ac lana byſſoq; contexta eruiſſet angelus ille uaſtator, ſed iſta quæ futura erant indumēta magni pontificis intellexit, & ijs ceſſit, quibus utiq; uniuerſa creatura inferior erat. Puto aūt q; non ſolū primo aduentu domini & ſaluatoris noſtri forma iſta completa ſit, ſed eadē fortaſſis ſeruabitur in ſecūdo. Veniet enim iterum filius hominis: & cū uenerit, ſine dubio inueniet quoſ-

dam

dam quidē mortuos, quoſdā aūt uiuentes. Quod poſſumus quidē & ſic intelligere: quia nonnulli adhuc in hoc uitæ ſtatu quo nūc ſumus inueniant, cū multi iam præceſſerint mortui. Poteſt aūt & aliter accipi: ut mortuos, corpora intelligamus: uiuentes autē, animas. Quidā tamē ex iſs, qui ante nos interpretati ſunt locū hūc, memini quod mortuos dixerunt eos, qui nimietate ſcelerū in peccatis ſuis mortui intelligūtur: uiuētes aūt eos, qui in operibus uitæ permanſerint. Verūtamen utrolibet modo ſtabit etiā in futuro magnus hic pontifex & ſaluator noſter medius uiuorū & mortuotū. Sed & tūc forte medius uirorum & mortuorū ſtare dicēdus eſt, cum ſtatuet oues quidē à dextris ſuis, hœdos autem à ſiniſtris. Et dicet iſs qui à dextris ſunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod uobis paratū eſt à cōſtitutione mūdi: &c. Iis aūt qui à ſiniſtris ſunt dicet: Ite in ignē æternū operarij iniquitatis, quē præparauit pater meus diabolo, & angelis eius. quoniam non noui uos. Et ſunt utiq; mortui ij, qui in ignem mittunt æternum: ſunt aūt uiui illi qui mittūtur ad regnum. Et ceſſauit, inquit, uaſtatio uel ut in aliis exemplaribus legi diximus, cōfractio: qđ & magis interpretationis cōuenit ueritati. Cōfractio nanq; eſt, quæ uelut in uaſis fictilibus efficitur. Peccatores ergo uaſa fictilia fiunt: ſicut Hieremias propheta deſignat in Lamentationibus, dicēs: Filij Sion, qui erant honorabiles & in auro elati, quomodo reputati ſunt in uaſa fictilia, opera manuū figuli? Et in domo magna nō ſunt (inquit Apoſtolus) tantūmodo uaſa aurea, & argētea, ſed & lignea & fictilia: & alia quidē ad honorē, alia aūt ad contumeliā. Sunt ergo uaſa fictilia ad contumeliā, quæ & confringi poſſunt. Sed cōſideremus diligētius quid in cōſequentib. Apoſtolus de ipſis uaſis fictilib. dicat. Si quis, inqt, emūdauerit ſemetipſum ab iſs, erit uas ad honorē ſanctificatū, & utile domino ad omne opus bonū paratū. In quo oſtendere uidet, quod & uas ipſum quod fit, & per quem fit, unus atq; idem homo ſit. Intellige ergo propoſitū quidē hominis eſſe quod operatur: reliquam aūt partem hominis ipſum eſſe uas, quod fit uel ad honorē, uel contumeliā. Cum ergo ſenſus noſter quæ bona ſunt eligit, & ad bonam nos cōuerſationē trahit, facit nos uas utile. Cum aūt neglexerit, & deciderit propoſitū noſtrū à bonis, efficimur uas ad cōtumeliā. Si ergo intellectus noſter luteus ſit, & de luto ſemper ac de terrenis cogitet, efficimur uas fictile, & opus manuū figuli. Et forte propter hoc iſte qui talis eſt, increpatur ab Apoſtolo, quaſi qui ſenſum habens luteū & terrenū, de magnis & iſs quæ capere non poteſt, quærat & dicat: Quid ergo adhuc conqueritur? Voluntati enim eius quis reſiſtit? Cui Apoſtolus quaſi luteo reſpondit. Tu quis es ô homo, qui contra reſpondeas deo? Nunquit dicit figmentū ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? Dicit præterea corpus noſtrū uas fictile, ſiue etiā legis litera, in eo quod ait Apoſtolus: Habentes aūt theſaurū hunc in uaſis fictilibus. Vtrunq; eñ in hoc ſermone accipi poteſt: & quod in corpore nobis poſitis theſaurū gratiæ per ſpiritū ſanctū dñs largiatur: & quod in ſermonibus legis, qui uiles & in contemptu habent pro eo quod nulla arte grāmatica expoliti uidentur, reconditus ſit theſaurus ſapientiæ & ſcientiæ dei: ita ut merito dici poſſit, q̄ in ipſis ſint theſauri ſapientiæ, & ſcientię dei abſconditi. Hæc nobis dicta ſint de contractione, quæ ceſſaſſe memoratur: nunc aūt pauca etiā de ſequēti hiſtoria diſſeramus, in qua uirgarū cōmemoratio introducitur. Et locutus eſt dominus ad Moyſen, dicēs: Loquere filijs Iſrael: & accipe ab eis uirgā per domos familiarum ipſorū, ab omnibus principibus ipſorum duodecim uirgas: & uniuſcuiuſq; eorū nomen ſcribe in uirga ſua: & nomen Aaron ſcribe in uirga Leui: etenim uirgā unā per tribū, per domos familiarū ſuarum dabunt tibi. Et pones eas in tabernaculū teſtimonij cōtra arcā: ex quibus agnoſcar tibi inde. Et erit homo quēcunq; elegero, uirga eius germinabit, & auferā à te murmurationē filiorum Iſrael, in quibuſcunq; murmurant ipſi de uobis.] Omnis princeps tribus, & populi habet uirgam. Non eñ poteſt quis regere populum, niſi habeat uirgā. Vnde & Paulus apoſtolus, quia princeps erat populi, idcirco dicebat: Quid uultis? In uirga ueniam ad uos, aut in charitate, ſpirituq; manſuetudinis? Omnis ergo princeps tribuum habeat neceſſe eſt uirgam ſuam, ſed unus ſolus eſt (ſicut ſcriptura refert) pontifex Aaron cuius uirga germinauit. Verum quoniā (ut ſæpe oſtendimus) uerus pontifex Chriſtus eſt, ipſe ſolus eſt, cuius uirga crucis non ſolum germinauit, ſed & floruit, & omnes hos credentium populorum attulit fructus. Quis autem iſte eſt fructus, quem attulit. Nuces inquit, qui fructus, primo quidē indumēto amarus eſt:

Matth. 25

Thren. 4

2 Tim. 2

Rom. 9

2 Cor. 4

1 Cor. 4

sequenti munitur,& tegitur. Tertio sumentem pascit,ac nutrit. Talis ergo est in adiutorio Christi doctrina legis & prophetarum. Prima literæ facies satis amara est, quæ circũcisionem carnis præcipit,quæ de sacrificijs mandat, & cætera quæ per occidentẽ literã demonstrantur. Hæc omnia tanquam amarum nucis corticem proijce. Secundo in loco ad munimenta testæ peruenies,in quo uel moralis doctrina,uel ratio continentię designatur. Quæ necessaria quidem sunt ad custodiam eorum quæ seruantur intrinsecus, frangenda quandoq; tamen & sine dubio dissoluenda sunt. Vt si uerbi gratia dicamus, abstinentia ciborum,& castigatio corporis,donec sumus in corpore isto corruptibili & passibili,sine dubio necessaria est. Cum autem confractum fuerit ac resolutũ, & resurrectionis tempore incorruptibile ex corruptibili redditum,atq; ex animali spiritale: non iam labore afflictionis,nec abstinẽtiæ castigatione,sed qualitate sui, nulla iam corpori corruptela dominabitur. Sic ergo & nũc necessaria abstinẽtiæ ratio uidetur,& postmodũ non quærenda. Tertio aũt loco reconditum in ijs inuenies & secretũ mysteriorũ sapientiæ & scientiæ dei sensum,quo nutriantur & pascantur animæ sanctorũ non solum in præsenti uita,sed etiam in futura. Iste enim est pontificalis fructus,de quo promittitur ijs qui esuriunt & sitiunt iustitiã,quoniam saturabuntur. Hoc igitur modo in scripturis omnibus triplicis huius sacramẽti ratio percurrit. Sic & sapiẽtia monet,ut describamus ea nobis in corde tripliciter,ad respondendum,inquit,uerbũ ueritatis ijs qui proposuerint nobis. Sic tres puteos fodit Isaac patriarcha: quorum solus ille tertius ab eo latitudo uel amplitudo nominatur. Quia autem sacramentũ sacerdotale est uirga nucis, idcirco arbitror etiam Hieremiam,qui erat unus de sacerdotibus ex Anathoth, uidisse uirgam nuceam,& prophetasse de ea,illa quæ scripta sunt uel de uirga nucea,uel de lebete,siue de olla succensa: quasi si ostenderet per hæc in uirga nucea esse uitã,& in lebete succẽso esse mortẽ. Vita enim & mors ponitur ante faciem nostram. Et est uita quidem Christus in sacramẽto nucis: mors aũt diabolus in figura lebetis succensi. Si ergo peccaueris,portionem tuam pones cum lebete succenso: si aũt iuste egeris, efficietur portio tua in uirga nucea cum magno pontifice. Sed & in Canticis canticorum sponsa descẽdere dicit in hortum nucis,ubi etiam pariter cum nucibus sacerdotalium quodammodo pomorũ copiam perscribitur inuenisse. Veruntamen de uirgis (ut dicere cœperamus) unũ promisit deus fructum in uirga,& plures dedit. Sed attendite diligentius, si forte possimus liberalitatem dei largiorem etiam ipsis suis promissionibus edocere: si forte & ex ijs illã ineffabilem bonitatẽ dei quæ in scripturę litera semper tegit,rimari atq; inuestigare potuerimus: cũ eum largiorẽ in præstando,q̃ in promittendo uideamus. Igitur sermo scripturæ de qua nunc loquimur ita habet: Et erit,inquit,homo quemcunq; elegero,uirga eius germinabit. Hoc est solum quod promisit deus,ut uirga eius quem elegerit,germinet. Vbi uerò ad rem uenitur, ut quod promissum est ostendatur impletum: non unum illud quod promissum fuerat effectum dicitur, sed uide quanta addantur. Ait enim: Et ecce germinauit uirga Aaron in domo Leui. Est hoc unũ illud sine dubio quod fuerat repromissum: sed adduntur & alia,& dicitur: Et produxit frondes, & protulit flores,& germinauit nuces.] Cũ ergo de solo germine fuisset promissum,uide quãta largitur deus: ut non solum germẽ produxerit, sed & frondes: & non solum frondes,sed & flores: & germinauerit non solum flores, sed & fructus. Quid igitur est quod ex ijs colligere & contemplari debeamus? Primo omnium resurrectionis ex mortuis sacramentũ. Virga ẽm arida germinat,cum corpus extinctum cœperit reuiuiscere. Quæ sunt aũt quatuor ista quæ resurgenti corpori præstabuntur? Vt seminatum in corruptione surgat in incorruptione: & seminatũ in infirmitate,surgat in uirtute: & seminatum in ignominia, surgat in gloria: & seminatum corpus animale,surgat corpus spiritale. Ista sunt quatuor quæ uirga aridi corporis nostri in resurrectione germinabit. Sed & illud secũdo in loco dicemus: qa sicut in ijs promissionẽ suã deus in quadruplũ dedit,& multo plura & pretiosiora largitus est q̃ promisit: ita multo magis in omnibus scripturæ locis, ubi aliqua dei promissio continetur,si quis tamẽ ad eam peruenire mereatur,in futuro multipliciter præparabitur: & sic uere complebitur illud quod Apostolus dicit,quia oculus nõ uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus ijs qui diligunt eum. Vide ergo quanta sint,& qualia, quæ nõ solum uidere & audire nemini licuit,sed

Gen.26

Hier.1

Cant.6

1 Cor.15

1 Cor.2

ne in

ne in cor quidē,id est ad cogitationem humanam potuit ascēdere. Siue ergo terrā, siue cœlum dixeris,siue solem hunc & fulgorē uisibilis luminis, omnia hæc oculus uidit,& auris audiuit:& non possunt esse ex illis quæ oculus non uidit, nec auris audiuit,nec in cor hominis ascēdit. Transgredere ergo hæc omnia, & transcende omne quicquid uides,quicquid audis,quicquid etiā cogitare potes,& illud scito esse repositū ijs qui diligūt deū,quod nec ad cogitationem cordis tui quiuit ascēdere. Vnde ego arbitror nihil in huiusmodi repromissionibus de rebus corporalibus cogitandū. Ratio ēm materiæ corporalis non usquequaq; sensum humanæ cogitationis effugere potest:sed illa sunt quæ ad nullius sensum,nullius cor possunt ascendere, quæ in sola dei sapientia cōtinentur. Atenim uidebitur hac ratione quòd promissionū bona maiori modo q̄ promissa sunt dan̄:similiter & pœnæ quæ peccatoribus cōminantur,multiplicatis cruciatib.inferēdæ sunt:sicut & in superioribus, ubi annus pro die ad uindictā pon̄,exposuimus: nisi si quis tertiū aliquid posse fieri cogitet,colligens aliqua solatia ex ijs quæ in cōminatione ea,quæ ad Dauid facta est,continentur:ubi triduo pronunciata est mortis futuræ uastatio,& intra sex horas abbreuiatū uidetur tempus esse supplicij. Sed hæc tibi proficere possunt,ubi pœnitentiæ tempus & satisfactionis cōceditur locus. Scribitur tamen deus malis quidē reddens in tertiā & quartam progeniē:bonis autem faciens misericordiam non solum in tertiam &quartam progeniem,sed ut scriptura dicit:in mille generationes. Exod.20

Sed redeamus ad ea quę de uirgis dicere cœperamus. Possumus adhuc etiam sic intelligere eorū quæ in uirga germinauerāt differētias. Omnis qui in Christo credit,primo moritur,& post hoc renascitur:& est etiam hęc figura, quod uirga arida postmodū germinat. Est ergo primum germen prima hominis in Christo cōfessio. Secundo frondescit,ubi renatus donū gratiæ dei ex spiritus sancti purificatione susceperit. Inde affert flores,ubi proficere cœperit,& morum suauitate decorari,ac fragrantiam misericordię & benignitatis effundere. Ad ultimum quoq; affert etiam fructus iustitiæ, quibus non solum ipse uiuat,sed & alijs prębeat uitam. Cum enim ad perfectū uenerit,& protulerit ex se uerbum fidei,uerbum scientiæ dei,& alios lucrifecerit,hoc est attulisse fructus quibus alij nutriātur. Sic ergo singuli quiq; credentiū de uirga Aaron,qui Christus est, germinantur:quorū quatuor istæ differētiæ in alijs scripturæ locis, uelut ætates quatuor designan̄:quas Ioānes apostolus in epistola sua distinctione mystica cōprehendit.ait ēm: Scribo uobis pueri,& scribo uobis adolescētes,& scribo uobis iuuenes,& scribo uobis patres. 1 Ioan.2 In quibus utiq; nō corporales ætates, sed animæ profectuū differentias ponit,ut etiā in hoc sacerdotalis uirgæ germine obseruauimus designari. Habentur ergo hęc omnia non tam in uirga Aaron,quàm in ea uirga quæ exijt de radice Iesse:& flos de radice eius ascēdit,super quem requieuit spiritus dei. In quo nec hoc ipsum uidet̄ otiosum, quod exire dicitur uirga,& flos ascendere. Quamuis enim unus sit Christus per substātiam,singulis tamē diuersus efficitur,prout indiget is in quo operatur. Qui ergo segnior est & negligentior, pro disciplina fit ei Christus uirga, & in uirga nō ascēdere dicit̄, sed exire. Exeundum nanq; est ei qui iners & segnis est, de eo statu in quo non recte cōsistit,& transeūdum ad alium statum,tanquā uirga compulso, id est seueritate doctrinæ rigidioris ammonito. Qui uerò iustus est,quia iustus sicut palma floret,in hoc ascēdere dicit̄ Christus. Sic ergo qui uerberibus indiget,exit ad eum uirga:qui aūt proficit ad iustitiam,ascendit in florem. Ascendet aūt usquequo afferat fructus spiritus,qui sunt charitas,gaudium,pax,patientia,& reliquæ uirtutes,in Christo Iesu domino nostro,cui est honor,& gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

De eo quod scriptum est.Et dixit dominus ad Aaron,Tu & filij tui,& domus patris tui tecum,sumetis peccata sanctorum. Homilia X Cap. XVIII

QVI meliores sunt, inferiorum semper culpas, & peccata suscipiunt. Sic enim & Apostolus dicit: Vos qui firmiores estis,imbecillitates infirmorum sustinete. Rom.15 Israelita si peccet, id est laicus, ipse suum non potest auferre peccatum: sed requirit leuitam, indiget sacerdote, imò potius & adhuc horum aliquid eminentius quærit: pontifice opus est,ut peccatorum remissionem possit accipere. Sacerdos autem si delinquat,aut pontifex,ipse suum potest purgare peccatum: si tamen non

men non peccet in deum. De huiusmodi enim peccatis non facile remissionē aliquā uidemus in legis literis designari. Hæc autē diximus pro ijs quæ recitata sunt nobis. Et dixit, inquit, dñs ad Aaron dicens: Tu & filij tui, & domus patris tui tecum sumetis peccata sanctorum. Potest quidem ita exponi locus iste: ut per ea quæ offert pōtifex pro peccato uniuscuiusq;, & purificat eum pro quo obtulerit, scriptum sit: Tu, & filij tui tecum sumetis peccata sanctorū, Mihi aūt non uidetur otiosum quod sanctorū peccata cōmemorat. In multis etenim scripturæ locis sermo iste repetitur. Vnde requirēdum est, quomodo & sancti dicantur aliqui, & de peccatis eorum scribatur. Non enim (ut putāt quidam) statim ut quis sanctus esse cœperit, peccare iam non potest, & cōtinuo sine peccato putandus est. Si enim sanctus non peccaret, non utiq; scriptum esset: Sumetis peccata sanctorum. Si sanctus sine peccato esset, nō diceret dominus per Ezechielē prophetam ad angelos, quos mittebat peccatores punire: Et à sanctis meis incipietis. Si em̄ sancti sine peccato sunt, quomodo ipsi primi succumbūt in supplicijs peccatorū? Si sancti sine peccato essent, nunc̄ diceret scriptura, qa iustus in principio sermōis sui ipse sui accusator fit. Si sancti sine peccato essent, nunquā Paulus apostolus diceret Romanis scribens: Nolite propter cibū soluere opus dei: quibus in principio epistolæ scripserat: Omnibus qui sunt Romæ dilectis dei, uocatis sanctis. Et iterū idem Apostolus ad Corinthios scribens dicit: Paulus uocatus apostolus Iesu Christi. Et post pauca: Ecclesiæ dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, uocatis sanctis. Istos ergo quos sanctificatos, & sanctos appellat, audi quanta in eis peccata reprehendat. Ait enim in sequentib. Cum enim sint inter uos æmulationes & contentiones, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Et iterum: Iam diuites facti estis, sine nobis regnatis, & utinā regnaretis. Et iterum: Tanquam autem nō uenturo me ad uos inflati sunt quidā. Et paulo post: Omnino auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gētes. In consequentibus uerò: Et uos, inquit, inflati estis, & nō potius luctū habuistis. In quo utiq; nullum reliquit immunem, dum alijs fornicationis, alijs inflationis, & superbię crimen adscribit. Notat eos & in consequentibus etiam de iudicijs, & dicit: Iam quidē omnino delictum est in uobis: quia iudicia habetis inter uos. Arguit eos quos sanctos dixerat, & pro eo quod idolis immolata manducēt, & quasi sententiā inter eos proferens dicit: Sic aūt peccantes inter fratres, & percutientes conscientiā eorum infirmam, in Christum peccatis. Sed & de eo nihilo minus confutat eos, quod nō solū immolati cibū, sed & calicem dæmoniorū præsumant, & dicit: Nō potestis calicem domini bibere, & calicem dæmoniorū: nō potestis mensæ domini participes esse, & mensæ dæmoniorū. Ipsis etiam illud dicit: Quod conuenientibus uobis in ecclesia, audio schismata esse. Et iterū: Vnusquisq; em̄ suam cœnam præsumit ad manducandum: & alius quidem esurit, alius autē ebrius est. Et pro ijs delictis dicit: Propterea inter uos multi infirmi, & ægri, & dormiunt multi. Quod si nos ipsos dijudicaremus, nō utiq; iudicaremur. Post hęc autē non iam delicta moralia, sed fidei in eis crimē exaggerat. Ait em̄: Quomodo dicūt inter uos quidam quod resurrectio mortuorum nō sit? Et iterum: Si autē Christus nō resurrexit, uana est fides uestra. Adhuc em̄ estis in peccatis uestris. Longum porro est, nec præsenti cōueniens tempori, ut plurima de ijs testimonia proferamus, quibus probet quod ij qui sancti dicūtur non cōtinuo etiā sine peccato esse intelligantur: Sed hæc opinentur illi qui scripturis diuinis nō sollicite, nec diligenter intendūt: in quibus multę esse differentiæ sanctorum docentur, sicut à nobis & in alijs tractatibus plenius dictū est. Sed & nunc quantum locus requirit dicemus. Sancti dicūtur ijdēq; & peccatores illi qui se uouerunt quidem deo, & sequestrauerunt à uulgi conuersatione uitam suam ad hoc ut domino seruiant. Huiusmodi ergo homo secundū hoc, quod se cæteris actibus circuncisis domino mācipauit, sanctus dicit: Potest aūt fieri, ut in hoc ipso quod domino deseruit, non ita omnia gerat ut geri cōpetit, sed delinquat in nōnullis, & peccet. Sicut em̄ is qui sequestrat se, & segregat ab omnibus actibus, ut disciplinā, uerbi gratia, medicinæ, aut philosophiæ cōsequatur, nō utiq; cōtinuo ut se huiusmodi tradiderit disciplinis, ita perfectus erit, ut non inueniatur in aliquo peccare: imò potius plurima delinquēdo uix ad perfectionē aliquando perueniet: & tamē statim ut se ad huiusmodi scholas tradidit, certum est eum uel inter medicos, uel inter philosophos numerari: Ita & de sanctis accipiē

Ezech. 9

Prouerb. 18

Rom. 1

1 Cor. 1

dum est

dum est quod statim quidem ut mancipat se quis studijs sanctitatis, secũdum hoc quod proposuit, sanctus appelletur. Secundum hoc uerò quod necesse est eũ in multis delinquere, donec usu & disciplina ac diligentia abscindatur ab eo cõsuetudo peccandi, etiã peccator (ut suprà diximus) appellabit. Ego aũt & amplius addo aliquid: quod nisi sanctum propositum aliquis habeat, & sanctitatis studiũ gerat, cum peccauerit, nescit peccati pœnitudinem gerere, nescit delicti remediũ quærere. Qui non sunt sancti, in peccatis suis moriuntur: qui sancti sunt, pro peccatis pœnitudinẽ gerunt, uulnera sua sentiũt, intelligunt lapsus, requirunt sacerdotem, sanitatem deposcũt, purificationẽ per pontificem quærunt. Idcirco ergo caute & significãter sermo legis designat, quia pontifices & sacerdotes, non quorũcunq;, sed sanctorũ tantũmodo sumant peccata: sanctus enim est qui peccatũ suum per pontificem curat. Sed redeamus ad pontificem nostrũ, pontificẽ magnum qui penetrauit cœlos Iesum dominũ nostrum: & uideamus quomodo ipse cũ filijs suis, apostolis scilicet & martyribus, sumit peccata sanctorũ. Et quidẽ q; dominus noster Iesus Christus uenerit ut tolleret peccatũ mũdi, & morte sua peccata nostra deleuerit, nullus qui Christo credit, ignorat. Quomodo aũt & filij eius auferant peccata sanctorũ, id est apostoli & martyres, si poterimus ex scripturis diuinis probare tentabimus. Audi primo Paulum dicentem: Libenter enim, inquit, expendam, & expendar pro animabus uestris: & in alio loco: Ego eñ iam immolor, inquit, & tẽpus regressionis, siue resolutionis meæ instat. Pro ijs ergo quib. scribebat, expẽdi se, & immolari dicit Apostolus: Hostia aũt cum immolat̃, ad hoc immolatur, ut eorũ pro quibus iugulatur, peccata purgent̃. De martyribus aũt scribit Ioannes apostolus in Apocalypsi, quia animæ eorũ qui iugulati sunt propter nomen domini Iesu, adsistant altari: qui aũt adsistit altari, ostẽditur fungi sacerdotis officio. Sacerdotis autem officiũ est, pro populi supplicare peccatis. Vnde ego uereor, ne forte ex quo martyres nõ fiunt, & hostiæ sanctorum non offeruntur pro peccatis nostris, peccatorũ nostrorum remissionẽ nõ mereamur. Et ideo uereor, ne permanẽtibus in nobis peccatis nostris, accidat nobis illud quod de semetipsis dicunt Iudæi, quia nõ habentes altare, neq; templum, neq; sacerdotiũ, & ob hoc nec hostias offerentes, peccata, inquit, nostra manẽt in nobis: & ideo uenia nulla subsequitur. Et contra, nos dicere debemus, quia hostiæ martyrũ nõ offerũtur pro nobis, idcirco manent in nobis peccata nostra. non enim meremur persecutionem pati propter Christũ, nec mori propter nomen filij dei. Et ideo etiam diabolus, sciẽs per passionẽ martyrij remissionem fieri peccatorũ, non uult nobis publicas gentiliũ persecutiones mouere: scit enim, quia si ad reges, & præsides adducamur propter nomen Christi, ad testimoniũ Iudæis & gentibus, gaudium nobis & exultatio sit, quia merces nostra multa in cœlis est. Hæc non facit inimicus, uel quod ipse gloriæ nostræ inuidet, uel fortassis q̃d ille qui omnia præuidet prenoscit nos nõ esse idoneos ad martyriũ tolerandũ. Scit tamẽ dñs qui sunt eius, & in quib. non sperat̃, habet ille thesauros suos: non eñ sicut homo uidet, ita & deus. Ego non dubito & in hoc conuentu esse aliquos ipsi soli cognitos, qui iã apud eum martyres sint testimonio cõscientię, parati si quis exposcat effundere sanguinẽ suũ pro nomine domini Iesu Christi: non dubito esse aliquos qui tulerint crucẽ suã, & sequãtur eum. Hæc licet per excessum quendã, necessario tamẽ uidentur dicta, ut intelligeremus quomodo per pontificẽ, & filios pontificis fiat in sanctis remissio peccatorũ. Sequitur post hęc. Et tu, inquit, & filij tui accipietis peccata sacerdotij uestri: & fratres tuos tribuum Leui, plebem patris tui adsume ad te, & adiungant̃ tibi, & ministrent tibi: & tu & filij tui tecũ in conspectu tabernaculi testimonij obseruabunt custodias suas, & custodias tabernaculi.] Obseruare diligẽtius, & intendere ijs quæ scripta sunt, cõuenit eos præcipue qui in ordine sacerdotali gloriant̃: ut sciant quid est quod eis lex diuina præcipit obseruandũ. Tu, inquit, & filij tui tecũ in cõspectu tabernaculi testimonij obseruate custodias uestras, & altaris, & tabernaculi. Mandata quidẽ certa sunt & euidẽtia, ut obseruare debeamus custodias tabernaculi, & altaris, & sacerdotij: qs sane sit qui obseruet, et faciat ea quæ sacerdotibus mandata sunt: & quis sit qui utat̃ quidẽ ordine & honore sacerdotij, opera uerò & ministeriũ sacerdotij nõ obseruet: ille solus nosse potest, qui scrutatur corda & renes. Mandantur obseruari nõ solum ea quæ foris sunt, sed & ea, inquit, ut curent sacerdotes præcipue quæ intra uelamen sunt: uelut si diceret: cura sit sacerdoti

2.Cor.12. 2 Tim.4

Apoc.6

bus,euidentia ac manifesta mandata diuinæ legis implere:& mysteria eius abscondita et uelata omi perspicacia cõtueri.Si uerò ad hominẽ uelis referre tabernaculũ testimonij: quoniam quidẽ corpus hominis tabernaculũ Paulus appellat,dicens:Qui em̃ sumus in tabernaculo hoc,gemimus aggrauati:in quo nolumus expoliari,sed superuestiri.Si ergo ad hominẽ tabernaculũ referamus,interiora uelaminis,ubi inaccessibilia cõtegunt, principale cordis dicemus: quod solũ recipere potest mysteria ueritatis, & capax esse arcanorũ dei.Altaria uerò duo,id est interius & exterius, quoniã altare orationis indi-
1 Cor. 14 ciũ est,illud puto significare quod dicit Apostolus:Orabo spiritu,orabo &mente.Cum enim corde orauero,ad altare interius ingredior.Et hoc puto esse quod etiã dñs in Euã
Matt. 6 gelijs dicit:Tu aũt cum oras,intra in cubiculũ tuum,& claude ostium tuũ,& ora patrem tuũ in absconditο.Qui ergo ita orat ut dixi,ingredit ad altare incensi quod est interius. Cum aũt quis clara uoce,& uerbis cum sono prolatis,quasi ut ædificet audientes oratio nem fundit ad deum:hic spiritu orat, & offerre uidetur hostiã in altari quod foris est ad holocautomata populi constitutum.Oportet ergo sacerdotes ea curare præcipue & cu stodire,quæ intra uelamen interius conteguntur:ne quid ibi pollutũ, ne quid inueniat immundum:hoc est interiorẽ hominem,& cordis secreta curare,ut ibi immaculata per maneãt.Cherubim & propitiatorium, sciẽtia intelligẽda est trinitatis:interpretatio em̃ Cherubim multitudinẽ,id est perfectionẽ scientiæ indicat:& quæ est alia perfectio, nisi agnouisse patrem,& filium,& spiritũ sanctũ:Hæc ergo curanda sunt à sacerdotibus, ut incontaminata & illæsa seruentur.Sed & urna habens cœlestẽ cibũ mannæ, thesaurus utiq; est uerbi diuini.Et arca aurea,in qua sunt tabulę testamenti,ut opinor,non aliud q̃ mens nostra esse declaratur,in qua legem dei debemus habere descriptã. Hæc aũt mẽs, aurea debet esse,hoc est pura, & preciosa, in qua legẽ dei descriptã semper habeamus,
2 Cor. 3 sicut Apostolus dicit:Scriptã non atramento, sed spiritu dei uiui:nõ in tabulis lapideis,
Rom. 2 sed in tabulis cordis carnalibus.hoc est em̃ quod & de quibusdam dicitur:qui ostendũt opus legis scriptum in cordibus suis.Quis aũt scripsit in cordibus eorũ, nisi deus digito suo:Legem utiq; naturalem quam dedit deus humano generi, & in cunctorũ mentib. scripsit:unde & initia sumimus, ac semina quædam ad perscrutãdam capimus ueritatẽ: quæ semina si bene excolamus,fructũ uitæ afferent in nobis in Christo Iesu domino no stro,cui est gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

De primitijs offerendis. Homilia Vndecima Cap. XVIII

PRIMITIAS omnium frugum,omniumq; pecudum,sacerdotibus lex mandat offerri:ita ut omnis qui possidet agrum,uel uineam,uel oliuetum, uel etiam hortum,& si quid est quod exercet in terris, sed & si quis peculia cuius cunq; pecoris nutriat,offerat ex ijs deo omne quod primũ est,id est ad sacerdotes deferat.Deo enim offerri dicit quod sacerdotibus datur. Et hoc est quod docemur ex lege, quia nemo licite nec legitime utatur fructibus quos terra produxit, nec animantibus quæ pecudum protulit partus, nisi ex singulis quibusq; deo primitiæ,id est sacerdotib. offerantur.Hanc ergo legem obseruari etiam secundum literam, sicut & alia nonnulla, necessarium puto.Sunt enim aliquanta legis mandata quæ etiam noui testamenti disci puli necessaria obseruatione custodiunt. Et si uidetur prius de ijs ipsis quæ in lege quidem scripta,sed tamen in euangelijs obseruanda sint,sermo moueatur: & cum hæc patuerint,tunc iam quid in ijs etiam spiritaliter sentiri debeat requiremus. Sunt enim qui ita dicant,quia si aliquid domino obseruandum est secundum literam,cur non & cũcta seruentur:Si uerò ad spiritalem intelligentiã quæ lex continet referenda sunt,nihil om nino secundum literam,sed spiritaliter debẽt uniuersa discerni. Nos autẽ utriusq; assertionis insolentiã temperãtes, qualis regula in huiuscemodi legis sermonibus obseruan da sit ex auctoritate diuinarum scripturarum proferre tentabimus.Scriptum est in octa uo decimo psalmo:Lex domini irreprehensibilis conuertens animas,testimoniũ domi ni fidele sapientiã præstans paruulis.Præceptum domini lucidũ illuminans oculos.Ti mor domini castus permanens in seculũ seculi.Iustitiæ domini rectę lætificantes corda, iudicia domini uera,iustificata in semetipsa.Desiderabilia super aurum& lapidẽ precio sum multum, & dulciora super mel & fauum. Nisi ergo essent singula ista à semetipsis

diuersa

diuersa,nunquam utiq; proprias unicuiq; scriptura diuina differẽtias indidisset,ut aliud de lege domini diceret,aliud de mãdato,aliud de iustificationibus, aliud de iudicijs.Est ergo ut ex his ostendimus,aliud lex,aliud præceptũ,aliud testimoniũ,aliud iustificatio, aliud iudicium.Sed & in ipsa lege euidentior horum differentia designatur,ubi dicitur: Hæc est lex,& mãdata,& iustificationes,& præcepta,& testimonia, & iudicia,quę præcepit dominus Moysi.Cum ergo hęc ita se habere,& his à se inuicem differre distinctionibus legis ipsius testimonijs approbentur,diligentius debemus intendere ijs quæ recitantur in lege:quia sicubi scribitur(uerbi gratia)hoc esse mãdatum,non continuo mandatum lex accipienda est:uel sicubi scriptum est, istæ sunt iustificationes,non continuo iustificationes,aut lex,aut mandatum putandæ sunt.Similiter autem & sicubi scriptum est testimonium,aut iudicia,non confuse unum ex cæteris,sed diuersum ab alijs unumquodq; sentiẽdum est.Si ergo scriptũ legimus, quia lex umbram habeat futurorũ bonorum,non continuo etiam mandatum,uel iustitiæ,uel iudicia,de quibus hoc non est scriptum,umbræ esse credendæ sunt futurorũ bonorũ. Deniq;,ut exempli gratia unum ponamus ex multis,nõ est scriptũ,hoc est mandatũ paschæ,sed hæc est lex paschæ. Et quia *Exod.12*
lex umbra est futurorum bonorũ,lex sine dubio paschæ, umbra est futurorũ bonorum. Cum ergo uenio ad locum illũ qui de pascha scriptus est, in agno illo corporali debeo intelligere umbram esse futuri boni,& hoc sentire quod pascha nostrum immolatus est Christus.Simili modo inuenies etiam de azymis, & de cæteris festorũ dierum obseruantijs scriptũ.Quia ergo hæc omnia sub legis titulo scribunt in lege necessaria,quia lex per presentem umbram futura bona designat,requirere debeo quę sint azyma futurorũ bonorum:& inuenio dicentẽ mihi apostolũ, ut diem festũ agamus nõ in fermento ueteri, *1 Cor.5*
neq; in fermento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Sed & de circumcisione scriptum est:Hæc est lex circũcisionis. Quia ergo & circumcisio sub legis *Gen.17*
titulo censetur,lex aũt umbra est,quæro quid circumcisionis umbra bonorũ cõtineat futurorũ,ne forte dicat mihi in umbra circũcisionis posito Paulus,Quia si circũcidamini, *Gal.5*
Christus uobis nihil proderit.& illud:Non eñ quæ in manifesto in carne est circũcisio, *Rom.2*
illa circũcisio est,neq; qui in manifesto in carne Iudæus est,sed qui in occulto Iudęus,& circumcisio cordis in spiritu,nõ litera,cuius laus non ex hominibus,sed ex deo est. Hæc ergo singula quæ nequaquã penitus secũdum literã obseruanda dicit Apostolus,inuenies omnia fere apud Moysen sub legis titulo designari.Iam uerò in eo ubi dicit,Nõ occides, *Rom.13*
nõ adulteriũ facies,non furaberis,& reliqua huiusmodi,nõ inuenies quoniã legis in ijs titulũ præmiserit, sed magis hæc mandata uidentur: & ideo non exinanitur apud discipulos euãgelij scriptura ista,sed adimpletur:quia (ut dixi) non mandatum,sed lex habere dicitur umbram futurorum bonorum.& ideo hæc nobis secundum literã custodienda sunt.Item alibi:Iuste,inquit,sectare quod iustum est.Quid opus est in his allego- *1 Tim.6*
riam quærere,cum ædificet etiam litera?Ostendimus ergo esse quædã quæ omnino nõ sunt seruanda secundum literam legis,& esse quædam quæ allegoria penitus immutare non debet,sed omnimode ita ut scripturæ de ijs continẽt obseruãda sunt:nunc requiro si sunt aliqua quæ & secundũ literã quidem stare possint,necessario tamen in eis etiã allegoriam requirẽdam.Et uide si possumus hæc apostolica & euãgelica auctoritate munire.Scriptũ est in lege.Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ,& adhęrebit uxori *Gen.2*
suæ,& erunt duo in carne una.Hæc quod allegorica mysteria cõtineant,Paulus cum in epistola sua hoc ipsum posuisset exemplũ,pronunciat dicẽs:Mysteriũ hoc magnum est *Eph.5*
ego autem dico in Christo, & in ecclesia. Quod aũt oporteat hoc etiam secundũ literã custodiri,ipse dominus & saluator docet dicens,Scriptũ est,propter hoc relinquet homo patrẽ & matrẽ,& adhærebit uxori suæ,& erunt duo in carne una. Quod ergo deus *Matth.19*
coniunxit,homo non separet.Et ostendit utiq; obseruãda esse hæc etiã secundũ literam cũ adijcit,Quod ergo deus cõiunxit,homo non separet. Sed & in alijs apostolus ubi dicit,quia Abrahã duos filios habuit,unum de ancilla, & unũ de libera, quis dubitat hæc *Gal.4*
secundum literã stare debere?Certum est eñ,quia & Isaac de Sara, & Ismael de Agar si ij fuerint Abrahæ.Addit tamẽ ijs Apostolus,& dicit:Hęc autem sunt allegorica,quęq; in duo testamenta cõuertat,& Saræ quidem sobolem tanq; in libertatẽ gignentis noui testamenti liberos dicit. Agar autem tanq; in seruitutem generantis terrenæ Hierusalẽ

filios nominauit. Ostendimus (ut opinor) auctoritate scripturæ diuinæ, ex ijs quæ in lege scripta sunt aliqua penitus refugienda esse & cauenda, ne secundū literā ab euangelij discipulis obseruentur: quædam uerò omnimode ut scripta sunt obtinēda: alia autē habere quidem secundum literā ueritatē sui, recipere tamen utiliter & necessario etiam allegoricum sensum. Erit ergo iam sapientis scribæ, & edocti de regno dei, qui sciat de thesauris his proferre noua & uetera, scire quō in unoquoq; loco scripturæ, aut abijciat penitus occidentem literā, & spiritū uiuificantē requirat: aut confirmet omnimode, ut utilem ac necessariam probet literæ doctrinam: aut manēte historia, opportune & decēter introducat etiā mysticū sensum. Sicut & in hoc sermone quem habemus in manibus arbitror conuenire: decet em & utile est etiam sacerdotibus euāgelij offerri primitias. Ita enim & dominus disposuit, ut qui euangeliū annunciant, de euāgelio uiuāt, & qui altari deseruiunt, de altari participent. Et sicut hoc dignū & decens est, sic è contrario & indecens & indignū existimo & impium, ut is qui deum colit, & ingreditur ecclesiā dei, qui scit sacerdotes & ministros adsistere altari, & aut uerbo dei aut ministerio ecclesiæ deseruire, ut de fructib. terræ quos dat deus solē suū producēdo, & pluuias suas ministrā do, non offerat primitias sacerdotibus. Non mihi uidetur huiusmodi anima habere memoriam dei, nec cogitare, nec credere quia deus dederit fructus quos cepit, quos ita recōdit quasi alienos à deo. Si em à deo sibi datos crederet, sciret utiq; munerādo sacerdotes honorare deum de datis & muneribus suis, Et adhuc ut amplius hæc obseruāda etiam secundum literam ipsius dei uocibus doceantur, addemus ad hæc. Dominus dicit in
Matt.23 euāgelijs: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentā, hoc est decimā datis mētæ, & cymini, & anethi, & præteritis quę maiora sunt legis. hypocritæ hęc oportet fieri, & illa non omitti. Vide ergo diligentius quomodo sermo domini uult fieri qui dē omnimode quæ maiora sunt legis, non tamen omitti & hæc quæ secundū literam designātur. Quod si dicas, quia hæc ad pharisæos dicebat non ad discipulos, audi iterū ip-
Matt.5 sum dicentem ad discipulos, Nisi abundauerit iustitia uestra plus quàm Pharisęorum & Scribarum, non intrabitis in regnum cœlorum. Quod ergo uult fieri à pharisæis, multo magis & maiore cum abundantia uult à discipulis impleri: quod aūt fieri à discipulis nō uult, nec Pharisæis imperat faciendum. Quomodo aūt plus uelit fieri à discipulis quàm
ibid. faciunt Pharisæi, in eo declarat ubi dicit: Dictum est antiquis nō occides. Hoc obseruāt & Pharisæi. discipulis autem dicit: Ego autem dico uobis, quia si quis iratus fuerit fratri suo, reus erit iudicio. Similiter & de eo quod scriptum est, Nō adulterabis, suorum discipulorū in eo uult amplius abundare iustitiam, ut ne mulierem quidem uideant ad cōcupiscendū. Igit ex his quę protulimus paucis, si qui studiosi sunt in scripturis diuinis, perfacile colligere poterunt etiā cęterorū distinctiones. Sapiens em si audiat, inquit, uerbū non solum laudabit, sed & adijciet ad illud. Quid adijciet? ut discutiat & discernat in singulis quibusq; capitulis legis, ubi fugienda sit legis litera, ubi amplectenda, ubi etiā narratio historiæ cū mystica expositione conueniat. Christus enim nos redemit de maledicto legis: nō nos redemit de maledicto mādati, nec de maledicto testimonij, nec de maledicto iudiciorū, sed de maledicto legis: id est ne subiecti essemus circuncisioni carnis, nec obseruationi sabbatorum, alijsq; horū similibus, quæ non in mādatis, sed in lege dicenda sunt contineri. Quomodo ergo abundat iustitia nostra plus quàm Scribarum & Pharisæorum, si illi de fructibus terræ suæ gustare non audēt priusquam primitias sacerdotibus offerant, & Leuitis decimæ separentur: & ego nihil horū faciens, fructibus terræ ita abutar, ut sacerdos nesciat, Leuites ignoret, diuinum altare nō sentiat? Illud sane necessario cōmonendū est, quod lex dupliciter dicitur. nam generaliter omnia ista, hoc est mādatum, iustificationes, præcepta, testimonia, iudicia lex appellant: specialiter aūt pars aliqua ex ijs quæ in lege scripta sunt lex dicit, ut sunt ista de quibus superius disseruimus. Generalis aūt lex significatur (uerbi gratia) cum de saluatore dicit, quia nō ue-
Rom.13 nit soluere legē, sed adimplere. Et item alibi: Plenitudo ergo legis est dilectio. In quo utiq; omia simul quæ scripta sunt in lege, legē nominauit. Hæc diximus asserētes mandatū de primitijs frugū, uel pecorum, debere etiam secundū literā stare. Nūc autem uideamus quomodo & allegoricum, id est spiritalē recipiat intellectum. Requiramus ergo si cubi in scripturis præter hæc de quibus suprà dictū est, inuenimus primitias nominari:

hic enim

hic enim dixit, omnes primitias olei & uini, & frumẽti, horũ omniũ primitiæ quæ oblatæ fuerint deo, tibi dedi ea. Requiro ergo nũc præter hæc ubi primitiæ nominentur. Si em omnes primitiæ ad pontificem pertinẽt, necessario nobis & pontifex requirẽdus est, ad quẽ pertinere debeant etiã illæ primitiæ quas in alijs scripturæ locis inditas inuenimus. Et primo quidẽ omniũ de ipso domino Christo legimus scriptũ, quia sit primitiæ mortuorũ. Est ergo & ipse aliqua in parte primitiæ. Et iterũ inuenimus de quibusdã dictũ ab Apostolo, quia sunt primitiæ Asiæ, & alij primitiæ Achaiæ. Vnde cõsequens est per singulas ecclesias aliquos credentiũ, quos tamen apostolicus spiritus probauerit, primitias nominari. Ex quibus esse arbitror etiã Cornelium illum qui Cæsarienſis ecclesiæ cũ ijs cum quibus spiritũ sanctum meruit accipere, primitiæ merito dicitur. Et non solũ huius ecclesiæ, sed fortassis & omnium gentiũ primitię Cornelius appellandus est: primus em credidit ex gentibus, & primus sancto spiritu repletus est. Et ideo recte primitię gentiũ appellabitur. Sed requiris fortasse quis istas offerat primitias deo, aut quis est pontifex cuius hæc rationibus cedant. Ego arbitror quod secundũ domini uerbũ ager dicatur hic mundus. Ager aũt non terræ solum, sed corda intelliguntur humana, quem agrũ angeli dei susceperint excolendũ. Culturæ ergo suæ fructus ipsi quidem possident, & habent, eos uidelicet qui sub procuratoribus agunt, & actoribus, & nondũ usq; ad summã ætatem perfectionis uenerunt. si quorũ uerò corda diligẽter exculta, & ad perfectũ perducta sunt, hos tanq; electos & præcipuos ex cæteris primitias offerunt pontifici magno. Deniq; inuenimus ipsum Cornelium antequam doctrinam uerbi dei, uel gratiã baptismi susciperet à Petro, audisse ab angelo, quia orationes eius & eleemosynæ ascẽdissent ad deum, unde & per ipsum angelũ uidetur deo primitiæ oblatus esse Cornelius. Possumus autem dicere etiam de Petro, & Paulo cæterisq; apostolis, quod & ipsi credentium per se primitias offerant, sicut dicit Apostolus, quia ab Hierusalẽ in circuitu usq; ad Illyricum repleuerit euangelium Christi, & ita prædicauerit euangelium non ubi nominatus est Christus, ne super alienum fundamentũ ædificaret. Intuere ergo Paulum, omnes eos quos docuit, quibus prædicauit, qui ex ipso profecerũt in fide, tanq; fructus suos offerentẽ, & quærentem quotidie nouos agros quos excolat, & noua rura quæ seminet, & ob hoc dicentem ad quosdam: Cupio enim uenire ad uos, ut aliquẽ fructum habeam & in uobis, sicut & in cæteris gentibus. Intuere inquã eum ex ijs omnibus fructibus electa quæq; signantem, & dicentẽ de quibusdam (sicut suprà diximus) quia sunt primitiæ Asiæ, & alij primitiæ Achaiæ, & singularum quarumq; ecclesiarum eligere primitias & offerre deo. Habet autem fortassis aliquos & primogenitos. Credo autẽ quod habeat & aliquos inferiores horũ, quos neq; pro primitijs, neq; pro primogenitis, sed pro decimis possit offerre. Sed & unusquisq; doctorũ puto pro eo quod docet & prędicat, & instruit auditores, agrum ecclesiæ illius quam docet, id est credentiũ corda uideatur excolere. Habet ergo & ipse culturæ suæ fructum, & in ijs omnibus fructibus inuenit sine dubio electum aliquem & præcipuum quẽ quasi primitias offerat, inuenit & quos pro primogenitis, & alios pro decimis. Quod si nõ uidet temerariũ audere in talibus, possunt fortasse primogeniti uere illi dici, de quibus scriptum est, quia cum mulieribus se non inquinauerunt, uirgines enim permanserunt, aut etiam de martyribus potest dictum uideri. Et primitiæ nihilominus possunt intelligi ecclesiæ uirgines. Decimæ quoq; ij q post coniugium cõtinenter & caste uixerint. Verum quoniã ex angelorum primitijs sermo sumpsit exordiũ, quas offerri ab ijsdem humani generis cultura dixeramus, atq; ad apostolos sequenti loco, & inde ad unumquemq; doctorũ deducti sumus, redeamus ad originem eorum quæ discutere cœperamus. Igitur unusquisq; angelorum in cõsummatione seculi aderit in iudicio, educẽs eos secũ quibus præfuit, quos adiuuit, quos instruxit, pro quibus semper uidit faciem patris qui in cœlis est. Et puto etiã ibi inquisitionem futuram, non quidem an culturæ hominum angelus defuerit, sed an culturæ angelicæ neq; digne segnitia humana responderit. Quod si ita est, erit ergo etiã inter angelos & homines iudicium dei: & fortassis iudicabuntur aliqui cum Paulo, & conferẽtur laboribus eius, & fructibus qui ex multitudine credẽtium ueniunt: & forte inuenietur in laboribus superior etiam aliquibus angelis, & ideo nimirum dicebat: Aut nescitis quia angelos iudicabimus? Nõ quòd ipse Paulus iudicet angelos, sed quòd opus Pauli quod egit

Rom. 15

Rom. 1

1 Cor. 16

Act. 10

Col. 1

1 Cor. 6

in euangelio,& erga animas credentium,iudicabit aliquos. Non enim oēs,ſed aliquos
1Pet.1 angelorum.Et propterea fortaſſis etiam Petrus ad iſta reſpondens dicebat: In quē con
cupiſcunt etiā angeli proſpicere,quamuis & ipſi apoſtoli angelis utantur adiutorib.ad
explendum prædicationis ſuæ munus,& opus euangelij conſummandū.Sic enim dice
Act.12 batur in Actibus apoſtolorū,quia angelus Petri eſſet qui pulſaret ad oſtiū.Similiter er-
go intelligitur eſſe & alius Pauli angelus,ſicut eſt Petri,& alius alterius apoſtoli,& ſin-
gulorū per ordinē,uel pro meritis,quos utiq; in laboribus & doctrina ſua, ſiue apoſto-
lorū ſiue reliquorum poſt eos doctorū,neceſſe eſt primas partes habere &animarū quę
per eos profecerūt,& fructū una cum ijs per quos operati ſunt ad aream domini cōpor
tare.Erit ergo in cōgregatione fructuū,id eſt in electione credentiū, ille, (uerbi gratia)
qui fuit illius eccleſiæ præcipuus & eximius,primitiæ,& ille etiā hoc ſuperior illius ec-
cleſiæ primogenitus,ab illo(uerbi gratia)angelo oblatus. Et ita omne hoc quod adum
bratū eſt in lege,quoniā lex umbrā habet futurorū bonorū, aliquo modo per angelorū
miniſteria in futurorum bonorum ueritate complebitur:ut quæ præformata ſunt in illo
Iſrael,qui ſecundum carnem Iſrael dicitur,in Iſraelitis ueris & cœleſtibus impleant̄.No
men enim Iſrael peruenit uſq; ad angelicos ordines, niſi quia multo uerius illi appella-
bunt̄ Iſrael,quanto uerius illi ſunt mens uidēs deum.Hoc enim Iſrael interpretat̄. Puto
enim quia ſicut quædam nomina,uel gentium,uel principum,in ſcripturis poſita uide-
mus, quæ abſq; ulla dubitatione ad malos angelos, & ad uirtutes contrarias referant̄:
ſicut,uerbi gratia Pharao rex Ægypti,& Nabuchodonoſor Babylonius & Aſſyrius:ita
etiam ea,quæ de ſanctis uiris & gente religioſa ſcribūtur,ad ſanctos angelos & ad beni
gnas debemus referre uirtutes. Quod autem rex gentis impiæ ad uirtutem aliquā mali
Eſa.10 gnam ab ſcriptura referat̄,audi quomodo Eſaias de Nabuchodonoſor dicat: Et induā,
inquit,gladium ſuper gentem magnam,ſuper principem Aſſyriorum. Ait enim: Virtu
te mea faciam,& ſapientia ſenſus mei deſtruam fines gentium,& uirtutem eorū depræ-
Eſa.14 dabor.Et item alibi quaſi de principe gētis cuiuſdam loquens dicit: Quomodo cecidit
de cœlo Lucifer,qui mane oriebatur? Si ergo hęc omnia ad angelos quoſdā magnæ uir
tutis referri cogit ratio ueritatis,nónne eadem conſequentia etiā quæ de bonis,uel prin
cipibus,uel gentibus conſcribuntur,ad bonarū,ut ſuprà diximus,uirtutum angelos,mi
niſtros q; referentur? Sed & illud quod in Geneſi ſcriptum legimus,deum ad angelos ſi
Gen.11 ne dubio loquentem dicere: Venite confundamus linguas eorum, quid aliud putandū
eſt,niſi quod diuerſi angeli,diuerſas in hominibus linguas operati ſint ac loquelas? Ve
(uerbi gratia)unus aliquis fuerit, qui Babylonicā tūc uni homini impreſſerit linguā,a-
lius qui alij Ægyptiam,& alius qui Græcam,& ſic diuerſarū gentiū ipſi illi fortaſſe prin
cipes fuerint,qui & linguarū ac loquelæ uidebantur auctores:manſerit autē lingua per
Adam primitus data,ut putamus Hebræa,in ea parte hominum, quæ non pars alicuius
angeli,uel principis facta eſt,ſed quæ dei portio permanſit. Interim ut dicere cœperā-
mus,offerunt & angeli primitias,unuſquiſq; credo gentis ſuæ,& rurſum unuſquiſq; ec-
Apoc.2 cleſiæ ſuę. Quibus angelis & Ioannes in Apocalypſi ſcribere uidet̄,uerbi gratia,angelo
eccleſiæ Epheſiorū,uel Smyrnæorum, uel Laodicenſium, aliarumq; quæ ſcriptæ ſunt.
Offert ergo unuſquiſq; angelorum primitias,uel eccleſiæ, uel gentis ſuæ quæ ei diſpen
ſanda commiſſa eſt.Aut forte &alij extrinſecus angeli ſunt, qui ex omnibus gentibus fi
deles quoſq; congregent.Et cōſideremus ne forte ſicut in aliqua(uerbi gratia)ciuitate,
ubi nondū Chriſtiani nati ſunt,ſi accedat aliquis,& docere incipiat,laboret,inſtruat,ad
ducat ad fidem,& ipſe poſtmodū ijs quos docuit princeps & epiſcopus fiat:ita etiā ſan-
cti angeli eorū quos è diuerſis gentibus cōgregauerint, & labore ſuo ac miniſterio pro
ficere fecerint,ipſi eorum etiam in futuro principes fiant:ut Chriſtus non tam rex dicat̄
quàm rex regum,& nō tam dominus,quàm dominus dominantiū. Quippe ſi iſti reges
fiunt eorum quos regunt,& proficere faciunt,ipſi ergo offerunt quoſdā quidem ponti
fici,quoſdam uerò filijs pontificis,id eſt ſuperioribus uirtutibus,& archangelis,quoſdā
etiam Leuitis,id eſt paulo inferioribus,ſi tamen conſequens uideatur tali quadā ſpecie
etiam angelicos ordines,ut Iſraelitici ſunt,eſſe diſtinctos,quando quidē Iſraeliticę um-
bræ,exemplari dicant̄ deſeruire cœleſtiū.Poſſumus ergo dicere,quia forte in futuro cū
omnes fructus congregabūtur ad aream,erunt quidam portio pontificis, ſed illius ueri

pontificis

pontificis Christi. Erunt & alij portio Leuitarũ, sicut iam suprà diximus, uel angelis, uel alijs cœlestibus uirtutibus sequestrata. Puto aũt quòd erunt quidã portio etiã hominũ, eorum duntaxat qui in hac uita prudẽtes ac fideles dispensatores uerbi dei fuerũt. Hoc ẽm arbitror in euãgelijs designari à domino, ubi ait ad eũ, cui crediderat quinq; mnas, & fecerat ex eis decem, esto potestatem habens supra decẽ ciuitates. Cui uerò crediderat unã, & fecerat ex ea quinq;, esto potestatem habens supra quinq; ciuitates. Quæ ẽm hic potestas ciuitatum intelligenda est, nisi gubernatio animarum? Vnde & uidet mihi quod non sine causa etiam inter ipsos angelos alij potestatem & principatũ super alios gerant, alij autem subiaceant, & obtemperẽt, potestati. Sicut ne iste quidẽ cui potestas decem ciuitatũ, uel ille cui quinq; ciuitatũ datur, sine merito, eo quod creditã sibi multiplicauit pecuniã, peruenit ad huiusmodi potestatẽ. Omnia enim apud deum ratione & iudicio fiunt, nec ad gratiã, sed pro merito alius princeps esse multorũ ponitur, alius subiectus esse principatui. Euagati forsitan plixiore uideamur excessu, sed de primitijs exponentibus necessariũ fuit etiã ista discutere, quandoquidem tanti honoris nomen istud in scripturis diuinis habetur, ut etiã ipse Christus primitiæ nominatus sit, & primitiæ dormientiũ. Et sicut rex regum, & dñs dominantiũ, & pastor pastorũ & pontificum pontifex, ita cõsequenter & primitiarũ primitiæ dicetur. Quæ primitię nõ iam põtifici, sed deo oblatæ sunt, secundũ hoc quod seipsum hostiã obtulit deo, & surgẽs à mortuis sedit in dextram dei. Dicitur aũt ipse & primitiæ, & primogenitus totius creaturæ, ꝗd Col. 1
utrum tali modo per singulas quasq; creaturas intelligi debeat, quali inter homines primitiæ dormientiũ dicitur, an intelligitur in aliqua cellsiore & diuiniore intelligentia, nõ est præsentis temporis persequi. Redeamus ergo ad primitiarum rationẽ quas diximus offerri per angelos, quæ colliguntur ex agris huius mundi. Agri autem angelorum, corda nostra sunt. Vnusquisq; ergo eorum ex agro quem colit, offert primitias Deo. Etsi mererer ego hodie magnum aliquem, & summo pontifice dignum sensum proferre, ita ut ex ijs omnibus quæ loquimur & docemus, esset aliquid egregium, quod summo sacerdoti placere deberet, poterat fortasse fieri, ut angelus qui præest ecclesiæ, ex omnib. dictis nostris eligeret aliquid, & loco primitiarũ domino de agello mei cordis offerret. Sed ego me scio nõ mereri, nec cõscius sum mihi, ꝙ talis aliquis sensus inueniat in me, quem dignum iudicet angelus qui nos excolit, offerre pro primitijs, uel pro primogenitis dño. Atq; utinã tale sit quod loquimur & docemus, ut nõ pro uerbis nostris condẽnari mereamur, sufficeret nobis hæc gratia. Offerunt ergo angeli ex nobis primitias, & excolunt unusquisq; eos quos studio & diligentia sua ab erroribus etiam conuertit ad deũ: & est unusquisq; in portione uel cura illius angeli: & sicut ex initio seculi huius cũ dispergeret deus filios Adam, statuit fines gentium secundum numerũ angelorum dei, & unaquæq; gens sub illo angelo facta est: una autẽ fuit & electa gens Israel, quę portio domini fuit, & funiculus hæreditatis eius: ita credo & in fine huius mundi atq; in initio seculi alterius futurũ, ut iterũ diuidat excelsus filios Adam: & qui non potuerint ita mũdi esse corde ut ipsum uideant dominum, & esse portio domini, uideant sanctos angelos, & sint secundũ numerũ angelorũ dei. Sed beatus est qui dignus fuerit in illa uita esse portio dñi, & populus eius Iacob, ac funiculus hæreditatis suæ Israel. Optabile est ergo (ut diximus) ita proficere unumquenq;, ut inter primitias, uel primogenita eligi mereatur, & offerri deo, & esse pars domini. sicut è cũtrario ualde timendũ est ne inueniamur inter illos, de quibus scriptum est: Introibũt in inferiora terræ, tradẽtur in manus gladij, partes uulpium erũt. Vides ergo resurrectionis tempore cũ diuidere cœperit excelsus Psal. 62
gentes, & pro meritis dispergere filios Adam, futuros esse quosdam qui intrẽt in inferiora terræ, & partes uulpiũ, id est partes dæmonũ fiant. Ipsæ enim sunt uulpes exterminantes uineas, ex quib. erat & Herodes, de quo dicit: Ite dicite uulpi huic. Refugiamus er- Matt. 13
go terrenos actus, & intelligentiã terrenã, ne aggrauati terrenis sensib. introire dicamur in inferiora terræ, & partes uulpiũ fieri. Intrant enim & illi in inferiora terræ, qui legem dei & repromissionũ bona, intelligentia terrenæ cogitationis excipiunt, & nõ excitant animas auditorum ad expectationem cœlestium, & intuitum supernorũ: cũ euidenter Apostolus dicat: Si cõsurrexistis cum Christo quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est Col. 3
in dextera dei sedens, nõ quæ sunt super terram: quod utiq; illis dicebat Apostolus, qui

terrena obſeruatione, terrenis ne tetigeritis aiebāt, ne guſtaueritis, ne attaminaueritis. quibus addit: Quæ ſunt omnia in corruptionē ipſo uſu ſecūdū mādata & doctrinas hominum. Addit poſt hæc: Et locutus eſt dñs ad Aaron dicēs: Ecce ego dedi uobis ad cōſeruandum primitias. quamuis in nōnullis exemplaribus Latinorū ad obſeruandū ſcriptū ſit, uerius tamen eſt ad cōſeruandum. Sed requirendum eſt quomodo ſecundū legē primitiæ conſeruent. Non enim ut ſeruent, ſacerdotes accipiūt primitias, ſed ut inſumant. Quomodo ergo dicit: Ecce dedi uobis primitias ad conſeruandū? Vnde cōſtat nō poſſe hoc ad legē literæ, ſed ad legē ſpiritus applicari. Iſtæ em primitiæ quas ſuprà ſpiritaliter expoſuimus cōſeruari poſſunt, illæ nō poſſunt. Sed & ſi Chriſtus eſt ſecundū Apoſtolū primitiæ, uere iſtæ primitiæ ad conſeruandū datæ ſunt nobis. Quid enim tam beatum, quàm ut anima quæ ſuſcepit Chriſtum, ſemper eū conſeruet, & ſemper habeat in ſe manentē? Et talis anima uere primitias ſuſcipit ad conſeruandū. Nā illæ primitię quę offerebantur in lege, cōſumebant per cibos, & ingreſſæ in uentrē, dirigebant, ut euangeliū dicit, in ſeceſſum. Iſtas autem primitias qui manducauerit, & guſtauerit panē qui de cœlo deſcendit, nō morietur, ſed permanet in uitam ęternam. Iſte eſt enim panis, qui cum ſemper comedatur, ſemper permanet, imò ſemper augetur. Eſt ergo, ſicut Apoſtolus dicit, ſpiritalis eſca, quæ quanto magis inſumitur, tanto amplius creſcit. Quanto em amplius uerbum dei ſumpſeris, quanto inſtātius cibum iſtum comederis, tanto in te affluētius abundabit. Hæc dicta ſunt pro eo quod ſcriptum eſt, ad cōſeruādum primitias. Sequitur aūt. Ex omnibus quæ ſanctificant mihi à filijs Iſrael. Nec hoc ſine ſacramento dicitur, nō uult enim deus aliūde accipere primitias, niſi à ſanctificatis Iſrael. Poterat em fieri, ut & apud gētiles inuenirent aliqua opera digna deo. Excoluerūt em & inter illos aliqui uirtutes animi, & philoſophia in nonnullis egit aliquātulū, ſed nō uult iſta offerri in primitijs. Ex illis uult deus benefacta ſuſcipere, quorum mens uidet deū, & qui ſanctificati ſunt deo per fidē. Gentilis autē etiam ſi aliquid honeſtum & probabile habere uideatur in moribus, hoc ipſo quod nō deo adſcribit animi uirtutem, ſed iactantiæ ſuæ deputat, nō eſt ſanctificata huiuſmodi probitas, & ideo nō recipit inter primitias. Quātum autē ad definitionem literæ legis, uidetur etiā proſelytos excludere ab huiuſcemodi munere. Solos enim ſanctificatos ex filijs Iſrael uult offerre primitias. Puto autem Iſraeliten dici poſſe, ex quo licet ei ingredi eccleſiam dei. Scriptum eſt enim: Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus eſt, nec Aegyptiū, quoniā incola fuiſti in terra Aegypti. Filij ſi nati fuerint eis, generatione tertia introibunt eccleſiam dei. Donec ergo fructū nō affert Aegyptius, uel Idumæus, nec fecerit filios primæ & ſecūdæ & tertiæ generationis, nō poteſt introire in eccleſiā domini, ſed filiorum generatio facit eos introire in eccleſiā domini. Obſeruet diligentius qui legit literas diuinas, & non ut libet ſcripturæ uerba pertranſeat, ſed aſpiciat ad unumquenq; ſermonem, quomodo nō dixit, ſi nati fuerint eis filij uel filiæ, ſed filij ſi nati fuerint eis, tertia generatione introibūt in eccleſiā domini. Et conſidera ſi potes ſecundū myſticum ſenſum, cur ſoli filij ſint, non etiā filiæ, qui faciunt introire patres in eccleſiam domini. Deniq; inuenies etiā ſanctos quib. eximium à deo teſtimoniū datur, difficile filias, ſed filios genuiſſe. Abrahā nō genuit filias, Iſaac nec ipſe quidem, ſolus Iacob unam genuit, & ipſam fratribus ac parētibus grauē. Contaminata enim ab Emor filio Sichem, opprobrium generi, & uindictæ furorē fratribus excitauit. Sed & ter in anno apparere domino iubetur omne maſculinū. Fœmina ad apparendū domino nō uocatur. Sic ergo ſi quis ſcripturis diuinis diligenter intēdat, inueniet nō eſſe otioſum quod alibi quidē nominat cū filijs etiā filias, alibi autem filiarū nō facit mentionem. Et hic ergo primitiæ quæ offerūtur, à ſanctificatis filijs Iſrael, non etiam à filiabus iubentur offerri: quæ tamen ſecundū ſpiritalem intellectū, non ad ſexus, ſed animarū diſcretionem referenda ſunt. Tibi enim, inquit, dedi ea in honorem, & filijs tuis poſt te legitimum æternū. Tibi, inquit. Cui? Aaron ſine dubio reſpondebis. Sed ſermo qui ſequitur, magis de uero pōtifice Chriſto, & filijs eius apoſtolis, & doctoribus eccleſiarū ſuadet intelligi. Ait enim legitimū æternum. Quomodo ergo ęternum poteſt eſſe quod uiſibile eſt? cum Apoſtolus dicat: Quæ enim uidentur, tēporalia ſunt, quæ autē non uidentur, æterna ſunt. Si ergo uiſibiles ſunt primitiæ quæ offerūtur Aaron, quæ uiſibilia ſunt, dici æterna nō poſſunt. Similiter & circūciſio uiſibilis, & azyma

uiſibile

Græcus citat latina

Deut. 24

2 Cor. 4

uisibile,& pascha uisibile necesse est æternum nõ esse,sed temporale,quia quæ uidentur, temporalia sunt.Et rursus:si quæ non uidentur, æterna sunt, ergo & inuisibilis circũcisio,quæ est in occulto,æterna est,& azyma synceritatis & ueritatis,& ipsum quia ex ijs est quæ non uidentur,æternũ est.Simili ergo modo & hæc non ei qui in manifesto, sed illi qui in occulto Iudæus est,& qui spiritu non litera legẽ custodit,secundum interiorẽ hominẽ legitima & æterna dicunt.Et hoc sit uobis ex ijs quę sanctificantur sanctis.De sacrificijs aliquoties apud memetipsum ista percurrens requisiui:quænã essent sanctificata sancta,& uidetur mihi quasi ad distinctionẽ eorũ quæ non sanctificata sancta sunt, hic sanctificata sancta dixisse. Puto ergo q̃ sanctus spiritus ita sanctus sit, ut nõ sit sanctificatus.Non enim ei extrinsecus & aliunde accessit sanctificatio,quę ante nõ fuerat, sed semper fuit sanctus,nec initiũ sanctitas eius accepit.Similiq̃ modo de Patre & Filio intelligendum est.Sola enim trinitatis substantia est,quæ non extrinsecus accepta sanctificatiõe,sed sui natura sit sancta. Omnis uerò creatura uel dignatione sancti spiritus, uel meritorũ ratione sanctificata sancta dicẽt.Sic ergo & scriptũ legimus: Sancti estote,quoniã ego sanctus sum,dicit dominus deus. Nõ continuo similitudo sanctitatis in deo,atq̃ hominibus ponenda.De deo enim dicitur quia sanctus est,homines aũt quasi qui non semper fuerint,iubentur ut fiant sancti.Deniq̃ sermo hic in Græco,ubi nos habemus,sancti estote,hoc magis sonat,sancti efficimini.Sed nostri interpretes indifferẽter,estote pro efficimini posuerunt.Vnusquisq̃ ergo nostrum ex quo accedit ad timorem dei,& diuinam recipit in se doctrinam,ex quo se mancipauit deo,si tamen ex animo mancipauit,ex eo sanctus efficitur.Sed hic sanctificatus sanctus dici potest:uere autem & semper sanctus,solus est Deus.Vis autem tibi & de scripturis diuinis huius apicis aperiam differentiã? Audi quomodo Paulus ad Hebræos scribens dicit:Qui eñ sanctificat,& q̃ sanctificãtur,ex uno omnes.Quis ergo sanctificat? Christus sine dubio. & qui sanctificantur? credẽtes in Christo.Manifestũ ergo est quod qui sanctificat,sanctus est,quia semper sanctus est.Qui aũt sanctificantur,non simpliciter sancti,sed sanctificati sancti dicendi sunt. Nec putes huic sensui esse cõtrariũ illud quod de Christo scriptũ legimus: Quem pater sanctificauit,& misit in hunc mundũ.Hic enim qui sanctificatur, secundum carnem Christus est,nõ secundũ spiritum.Nam secundũ spiritum pariter, & secundum carnem Christus dixit:Ego sanctifico meipsum pro eis:ut qui sanctificat,secundum spiritum intelligatur:qui autem sanctificatur pro discipulis, secundum carnẽ: unus tamen atq̃ idem Christus sit, qui nunc in spiritu sanctificat, nunc sanctificatur in carne.Ab omnibus ergo fructibus sanctificatæ sanctę sunt offerendæ primitiæ,sed spiritali pontifici.Ex quibus ergo fructibus spirituales primitias offeremus? Audi quot fructus enumeret Apostolus:Fructus autem spiritus,est charitas,gaudium, pax, patiẽtia, & cætera.Quas igitur primitias ex charitatis fructu,qui primus est fructus spiritus,offeramus uero põtifici? Illas ego puto esse primitias charitatis, ut diligã dominũ deũ meũ ex toto corde meo,& ex tota anima mea,& ex tota mẽte mea.Istæ sunt primitiæ. Quid autem est quod ex isto charitatis fructu secundo loco habere debeam? Vt diligã proximum meum sicut meipsum. Illæ ergo primitiæ charitatis deo offeruntur per pontificẽ, hæc uero quæ in secundo sunt loco,meis usibus relinquuntur. Puto adhuc esse aliquid ex hoc fructu q̃d tertio loco habendũ sit,ut diligam etiam inimicos meos. Vide autem si potes similiter & de cæteris fructibus spiritus similes inuenire primitias. Gaudiũ secundo loco fructus spiritus scribitur.Si ergo in domino gaudeam,& spe gaudeam,& si gaudeam in nomine domini passus iniuriã,in his omnibus,alijsq̃ horũ similibus,primitias gaudij per pontificẽ uerũ deo obtuli.Sed & si rapinã bonorum meorũ cum gaudio sustineam,& si tribulationes,si paupertatẽ, si qualemcunq̃ cõtumeliã gaudens tolerẽ, est mihi & iste secundo in loco ex fructibus spiritus,fructus gaudij.Nã si gaudeã de rebus seculi,de honoribus,de diuitijs,falsa sunt ista gaudia,ex uanitatibus uanitatũ.Si uerò in malis gaudeam,& exultem de aliorũ ruinis,ista iam non solum uana, sed & diabolica gaudia,imò nec gaudia nominãda sunt.Non est gaudere impijs,dicit dominus.Volo adhuc & alium fructum gaudij requirere,imò & alias primitias gaudiorum. Si gaudeam in uerbo domini,si gaudeam de scientia mysteriorũ dei,si gaudeam quod dignus habitus sum sapientię dei secreta & arcana cognoscere,si gaudeã quod relictis omnib. quę sunt

1 Cor. 5

Hic pie loquitur de trinitate

Leuit. 20

Citat latine

Heb. 2

Ioan. 17

Gal. 5

Leuit. 19

Heb. 10

Esa. 57

quæ sunt in hoc mundo, nõ solũ inutilibus, sed & utilibus, non solũ uanis, & sed necessa
riis, soli me uerbo dei atq; eius sapientiæ mãciparim: in ijs omnib. satis, ut puto, acceptæ
deo primitiæ gaudij offerent. Sed & de cæteris fructibus spiritus ex otio unicuiq; quæ
cõpetunt licebit aptare, ne nos sermonẽ iusto longius protrahamus. Et ab omnibus, in-
quit, muneribus eorũ. Munus quis obtulit deo, & rursus ex munere offerendæ sunt pri-
mitiæ pontifici. Hoc in expositione allegorica ita arbitror posse cõstare. Si qs uel egen
tibus distribuat, uel faciat aliquid boni operis, pro mãdato munus obtulit deo. Sed hu-
ius muneris offert primitias, si nõ solũ cibos, uerbi gratia, uel pecuniã largiatur, sed & af
fectũ miserandi habeat, & cõpatiendi. Hoc enim est quod requirit ab homine deus, ut
mens ipsa pijs & misericordibus repleatur & formetur affectibus. Et ab omnib. immola
tionibus eorum. Immolatio spiritalis est illa quã legimus: Immola deo sacrificiũ laudis,
& redde altissimo uota tua. Laudare ergo deũ, & uota orationis offerre, immolare est
deo. Sed huius immolationis primitię ita per pontificem offerent, si nõ solum uerbis &
1 Cor. 14 uoce, sed & mente oremus & corde, secundũ quod & Apostolus monet: Orabo spiritu,
orabo & mente: psalmum dicã spiritu, psalmũ dicã & mente. Assistũt em & nũc angeli
dei cultores & agricolæ cordis nostri, & requirunt si est in aliquo nostrũ huiuscemodi
mens tam sollicita, tam intẽta, quæ uerbũ dei tanq; semen diuinũ tota auiditate susce pe
rit, si fructũ statim ut ad orationẽ surgimus ostẽderit, id est si collectis & cõgregatis in-
tra se sensibus oret deum, si nõ euagetur mente, & cogitationibus euolet, ita ut corpo-
re quidem in oratione curuetur, sensibus aũt per diuersa discurrat. Si quis inquã inten-
tam & directam senserit obsecrationem suam, & ipsis dei conspectibus, atq; ineffabili il
li lumini se intellexerit assistentem, ibiq; orationes, & obsecrationes, postulationesq;,
& gratiarum actiones suas profuderit nullius extrinsecus phantasiæ sollicitatus imagi-
ne: hic se nouerit per angelum qui assistit altari obtulisse immolationis suæ primitias
pontifici magno & uero, Christo Iesu domino nostro, cui est gloria, & imperium in se-
cula seculorum, Amen.

De puteo & cantico eius. Homilia XII. Cap. XXI

LECTIO nobis putei, & cantici quod apud puteum cecinit Israel, ex Nume
rorum libro recitata est. Quã solitis imò forte & amplius solito uidemus re-
dundare mysterijs. Ait enim: Et bibit de puteo populus. Hic est puteus, quẽ
dixit dominus ad Moysen: Congrega populũ, & dabo eis aquam bibere. Sed in ijs di-
ctis non multum mihi iuris uidetur historica litera possidere. Quid est enim quod ma-
gnopere præcepit dominus Moysi populum congregare, ut det eis aquam de puteo bi
bere? quasi uerò nõ etiam sponte populus bibendi gratia cõueniret ad puteũ. Quid er-
go tantopere prophetæ præcipitur, ut proprio studio, & labore congreget populũ ad
hauriendam putei aquam? Vnde utilitas literæ ad preciositatẽ nos spiritalis remittit in-
telligentiæ. Et ideo conueniens puto etiam de alijs scripturæ locis puteorũ congregare
mysteria, ut ex cõparatione plurimorum, si quid præsens sermo obscuritatis continet,
elucescat. Ait ergo spiritus dei per Salomonẽ in prouerbijs: Bibe aquas de tuis uasis &
Prou. 5 de puteorum tuorũ fonte, & non supereffundantur tibi aquæ extra tuum fontẽ. Quam
uis in alijs exemplaribus legerimus: Et effundantur tibi aquæ extra tuum fontẽ. Aquæ
tuæ sint tibi soli, & nemo alienus participet ex eis. Habet ergo (ut in ijs designat) unus-
quisq; nostrũ in semetipso puteum. Imò & aliquid amplius dicemus, unusquisq; nostrũ
habet non puteum unum, sed puteos multos, & non unum uas aquæ, sed uasa multa.
Non em dixit, bibe aquas de tuo uase, sed de tuis uasis: & nõ dixit, & de putei tui fonte,
Gen. 13. 26 sed de puteorũ tuorũ fonte. Legimus habuisse & patriarchas puteos, habuit Abrahã,
habuit & Isaac. Puto autem habuisse & Iacob. Et ab istis puteis sumpto initio, percurre
omnem scripturã, puteos requirens, & peruenì usq; ad euangelia, & ibi inuenies puteũ
Ioan. 4 supra quẽ Saluator noster sedebat requiescens post itineris laborẽ, tunc cũ ueniẽte mu-
liere Samaritana, & uolẽte haurire aquam de puteo, quæ esset in scripturis putei uel pu
teorum uirtus exponitur, & cõparatio fit aquarũ, ubi & diuini mysterij panduntur arca-
na. Dicitur enim quia si quis bibat ex ijs aquis, quas cõtinebat puteus ille terrenus, sitiet
rursum. Qui aũt ex illis biberit, quas dat Iesus, fiet in eo fons aquæ salientis in uitã æter-
nam. In alio aũt euãgelij loco iam nõ fons neq; puteus, sed amplius aliquid dicitur. Qui

credit

credit,inquit,in eũ,ſicut ſcriptura dicit,flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Vides Ioan.7
ergo quia qui credit in eum,non ſolũ puteũ,ſed & puteos,& nõ ſolum fontes,ſed & flumina habet intra ſe. Fontes aũt & flumina, non quæ iſtam mortalem uitam ſolẽtur, ſed quæ æternã conferãt. Igitur ſecundũ ea quæ in prouerbijs ſcripta propoſuimus,ubi putei ſimul cum fonte nominantur, accipiendũ eſt uerbũ dei. Puteus quidem ſi profundi aliquid myſterij tegit,fons aũt ſi ad populos abundat & effluit. Sed non otioſe requirẽdum eſt quomodo poſſimus pluralẽ numerũ de puteis exponere,& ſingularẽ de fonte, quia in prouerbijs dicit Sapientia: Bibe aquas de puteorũ tuorũ fonte. Videamus ergo quorum puteorũ unũ dixerit fontẽ. Ego puto quod ſcientia ingeniti patris,unus poſſit intelligi puteus,ſed & unigeniti filij eius agnitio,alius puteus intelligi debeat. Alius eſt à patre filius,& non idem filius qui & pater,ſicut ipſe in euangelijs dicit: Alius eſt qui et teſtimoniũ de me dicit pater. Et rurſus tertiũ puto uideri puteũ poſſe, cognitionẽ ſpiritus ſancti. Alius enim & ipſe eſt à patre,& filio, ſicut & de ipſo nihilominus in enangelio dicit: Mittet uobis pater alium paracletũ ſpiritũ ueritatis. Eſt ergo hęc triũ diſtinctio Ioan.14
perſonarũ in patre & filio & ſpiritu ſancto, quæ ad pluralem puteorũ numerũ reuocat. *Et hic pie loquitur de trinitate*
Sed horũ puteorũ unus eſt fons. Vna eſt ſubſtãtia eſt,& natura trinitatis. Et hoc modo non ocioſa inuenietur ſcripturæ ſanctæ diſtinctio,quæ dicit,de puteorum tuorũ fonte. Sed obſeruanter myſtica ſignauit eloquia, ut quod pluraliter dictũ eſt perſonis,ſingulariter ſubſtantiæ conueniret. Poſſunt aũt & illi putei uideri,de quorũ ſcientia dicebat ille,qui repletus eſt ſapientia dei. Ipſe enim mihi dedit eorũ quæ ſunt ſcientiã uerã, ut ſcirem ſubſtantiã mũdi,& elementorũ uirtutẽ,initium & finẽ & medietatẽ, temporũ uiciſſitudinem,permutationes & cõmutationes temporum,anni circulos & aſtrorum poſitiones,naturas animalium,& iras beſtiarũ,ſpirituum uiolentias,& cogitationes hominum,differentias uirgultorũ,& uirtutes radicũ. Vides quanti ſunt putei in rerum ſcientia? Puteus eſt, uerbi gratia, ſcientia uirgultorum, & forte uniuſcuiuſq; uirgulti natura habet proprium puteum. Et iterũ,puteus eſt de animalium ſcientia, & forte unaquæq; ſpecies animalium proprium habet puteum. Et iterum puteus eſt de ratione temporũ, & uiciſſitudine,ac permutatione. Et hæc ſingula quoniã altam, profundamq; habẽt ſcientiam,merito figuraliter putei appellantur. Et donec quidẽ abſconditũ fuit myſteriũ Chriſti à ſeculis & generationibus,recte horũ ſcientia putei appellati ſunt: cum autem
ſicut Paulus dicit,credentibus manifeſtauit deus per ſpiritum ſuũ, efficientur hæc omnia fontes,& flumina: ut iam non ita habeatur in occulto horum ſcientia,ſed proferatur ad multos,& riget credẽtes,ac ſatiet. Et ideo credo Saluator dicebat ad diſcipulos ſuos, quia qui credit in eum,& aquã doctrinæ eius biberit, non iam puteus,nec fons,ſed fiẽt in eo flumina aquæ uiuæ. Sicut enim unus iſte puteus, qui eſt ſermo dei, efficitur putei, & fontes,& flumina innumerabilia: ita & anima hominis,quia ad imaginẽ eſt dei,poteſt in ſe habere,& producere ex ſe,& puteos,& fontes,& flumina. Sed & reuera putei qui ſunt in anima noſtra indigent fodiente: debent enim mundari,& omne quod terrenum eſt ab eis debet auferri,ut uenæ illæ rationabilium ſenſuũ,quas ei inſeruit deus, pura ac ſyncera fluenta producant. Donec enim terra contegit aquarũ uenas, & obturat occultum fluenti, non poteſt puri laticis unda profluere. Denicq; propterea ſcriptum eſt quia Gen.26
pueri Abrahã fodiebant puteos,ſed replebãt atq; operiebant eos terra Phyliſtijm. Sed & Iſaac,qui hæreditatem ſuſceperat patris,rurſum fodit puteos,& terram remouit Phyliſtinorũ, quã per inuidiã iniecerant aquis. Sed & illud obſeruauimus in Geneſi, unde & hiſtoria hæc uidetur aſſumpta, quod donec uiueret Abraham,non fuerunt auſi Phyliſtijm replere puteos,aut inijcere eis terrã. Sed cũ exceſſit ex hac uita, tunc inualuerũt Phyliſtijm & inſidiati ſunt puteis eius. Sed reparantur poſtmodũ per Iſaac, & redeunt
in ſtatum ſuum. Præterea & puer Abraham cum pergit uxorem ſpondere, uel deducere Iſaac,apud puteũ inuenit Rebeccã, quæ interpretat patiãtia: hæc efficit uxor Iſaac, Gen.24
non alibi niſi apud puteos. Similiter & Iacob,cũ in Meſopotamiam uenit, habens præ- Gen.29
ceptum patris,ne alieni generis uel extranei ſanguinis cõiugem ſumeret, apud puteos etiam ipſe inuenit Rachel. Et Moyſes Sephorã apud puteos reperit. Si ergo intellexiſti Exod.2
quæ qualesq; ſint uxores ſanctorũ, etiam tu ſi uis patientiã in coniungium tibi adſciſcere,ſi ſapientiam,& ſi quæ aliæ ſunt animæ uirtutes, & dicere quod de ſapiẽtia dictũ eſt:

Hanc

Hanc amaui, hanc quæsiui adducere mihi uxorem: esto frequẽs, esto assiduus circa puteos istos, & ibi reperies huiusmodi cõiugem. Apud aquas enim uiuas, id est apud uiuẽtis uerbi fluenta, certũ est oẽs animi habitare uirtutes. Sunt ergo multi putei, quos diximus esse intra animã. Sunt & alij plurimi, qui in singulis quibusq; scripturarũ sermonibus intelligũtur & sensibus. Est tamẽ eminentior cæteris iste puteus, & eximius, de quo in præsenti loco scriptura dicit, quia foderint eum non quicunq; communes homines, sed principes & adhuc horũ sublimiores, quos reges appellauit. Propter quod & hymnus canitur deo apud hunc eundem puteum. Et ideo scriptum est: Vade, inquit, ad puteum. Hic est puteus quem dixit dominus ad Moysen. Cõgrega populũ, & dabo eis aquã de puteo, dixit dominus. Moyses congregare iubetur populũ, ut conueniat ad puteũ, & bibat aquam. Moysen autem legem accipi debere sæpe ostẽdimus. Lex ergo dei est quę te cõuocat, ut ad puteũ cõuenias. Quẽ puteũ, nisi illũ de quo suprà diximus Iesũ Christum filiũ dei, propria quidem substantia subsistentem, uno tamen cũ patre & spiritu sancto deitatis fonte nominatum? Ad hunc ergo puteũ, id est ad fidem Christi nos conuocat lex. Ipse enim dicit, quia Moyses de me scripsit. Vtquid nos conuocat? Vt bibamus aquam, & cantemus ei canticum: hoc est corde credamus ad iustitiam, & ore cõfiteamur ad salutem. Initiate, inquit, illi puteum. Hic est sensus. Initium ait omniũ, puteũ ponite. sicut & Apostolus dicit: Quia ipse est principium, & primogenitus omnis creaturæ, & in ipso creata sunt omnia. Initiate ergo ei puteum, hoc est, initium omniũ cõfitemini esse puteum. Potest autem & hoc modo intelligi, ut uerba dirigi uideantur ex persona Moysi ad populũ, cohortantis & dicentis: Date initiũ cordi uestro, ut incipiat intelligere quis sit puteus de quo aquæ spiritales hauriendæ sunt, & reficiendus est credentium populus. Initiate ergo ei, hoc est Israeli hunc puteũ: ut sensum mysticum si quis est corde deũ uidens, de profundis possit haurire. Ad istum ergo puteum ut Moyses, id est lex nos cõgreget, nõ frustra dictũ uidetur. Potest enim fieri, ut aliquis uenire ad istũ puteum uideatur, sed nisi per Moysen congregetur, nõ est acceptus deo. Marcion uenisse sibi uidetur ad istum puteũ, & Basilides, & Valentinus, sed quia non uenerunt per Moysen, nec receperunt legem & prophetas, non possunt laudare dominũ deum de fontib. Israel. Non ergo ueniunt qui huiusmodi sunt, ad puteũ quem foderunt principes, & excuderunt reges. Sed uultis ostendã uobis de scripturis, ad quos isti puteos ueniunt? Est uallis quædã salsa, in qua ualle sunt putei bituminis. Omnis ergo hæresis, & omne peccatum in ualle est, & in ualle salsa. Peccatum enim & inquitas non ascendit sursum, sed semper ad ima & inferna descẽdit. Est ergo in ualle positus, & salsus, atq; amarus omnis hæreticus sensus, & omnis actus peccati. Quid eñ dulce, quid suaue potest habere peccatũ? Sed & amplius aliquid habet. Si enim ueneris ad hæreticã sententiã, si ueneris ad amaritudinẽ peccati, ueneristi ad puteos bituminis. Bitumẽ, esca & nutrimentũ ignis est. Si ergo & tu gustaueris aquã de istis puteis, si sumpseris hæreticũ sensum, si peccati amaritudinem ceperis, fomenta in te ignis, & gehennæ incendia præparabis. Et propterea ad eos qui nolunt de illo puteo aquã bibere, quẽ principes foderũt & reges, sed ex istis qui in ualle peccati sunt, & ignis materias alũt, dicitur: Incedite in lumine ignis uestri & flammæ quã uobis accendistis. Quid ergo canitur apud hũc puteum? Initiate ei, inquit, puteum. Foderũ illum principes, excuderũt reges. Possunt quidem principes & reges ijdem uideri: si uerò distingui necesse est, principes prophetas intelligamus. Ipsi eñ sensum & prophetiam de Christo defossam, & demersam in profundo literæ collocarunt, & ideo quidã ex ipsis dicebat: Nisi occulte audieritis plorabit anima uestra. Et itẽ alius propheta dicit ad dominum. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quã abscondisti timentibus te. Isti ergo sunt principes, qui foderunt hunc puteum, reges autẽ qui excuderunt eum. Quod dixit excuderunt, ab excudendo, nõ ab excidendo dictũ est. Excudi enim dicitur, quod in saxo uel cæditur, uel formatur. Principes ergo tanquã aliquantulo inferiores, fodere dicuntur puteũ, hoc est quasi in terræ mollitie altitudinẽ quandã demergere. Isti uerò quos reges appellat, quasi eminẽtiores ac fortiores, nõ solum terræ profundum, sed & saxi duritiã penetrant, ut peruenire possint ad profundiores aquas, & ipsas (si dici potest) in eo uenas abyssi perscrutentẽ, scientes iudicia dei esse abyssum multã. Istos ergo reges, qui tam profunda possunt & tam abscõdita putei perscrutari

Exo. 17

Col. 1

Esa. 50

Psal. 31

Exponit latina.

scrutari, merito apostolos dixerimus, ex quibus aliquis dicebat: Nobis aũt reuelauit deus per spiritũ sanctũ. Spiritus eñ omnia scrutatur, etiã alta dei. Quia ergo per spiritum 1 Cor. 2
possunt etiam ipsi perscrutari alta dei, & alta ac profunda putei penetrare mysteria, idcir co reges esse dicunt, qui puteũ etiam istum in petra excuderint, ac dura & difficilia secreta scientiæ penetrauerint. Quod autẽ reges dici possint etiã apostoli, puto & ex eo facile probari posse, quod de omnibus credentibus dicitur: Vos aũt genus regale, sacer 1 Pet. 2
dotium magnum, gens sancta. Si ergo illos dicunt reges, qui per uerbũ ipsorũ crediderunt, quanto magis ipsi reges habendi sunt, qui faciunt reges? Sed & inde facile colligi tur. Si eñ reges à regendo dicuntur, omnes utiq; qui ecclesias dei regunt, reges merito appellabunt, multo aũt rectius illi, q & illos ipsos dictis atq; scriptis suis regũt, à quibus reguntur ecclesiæ. Et propter hoc, merito dominus rex regum dicitur. Nisi enim isti, & Apoc. 19
cæteri qui eos imitantur, reges fuerint, ille nõ uidebitur rex regum. Sed & ipse Apostolus Paulus Corinthijs scribens, & uelut per quandam ironiã corripiens eos ait: Sine no 1 Cor. 4
bis regnatis, & utinã regnetis, ut & nos uobiscum regnemus. In quo utiq; reges quidẽ esse debere Corinthios, & semetipsum cum ijs regnare uelle pronunciat, sed elationem nondum pro merito assumpti honoris incusat. Fodiunt ergo ij omnes puteũ istum principes, & excudunt eũ reges gentiũ. Apostoli enim præcipue reges sunt gentiũ, qui gentes ad obedientiã fidei cõgregarunt, & Christi sciẽtiam omnibus patefecerunt: in quo sunt thesauri sapientiæ dei, & scientiæ absconditi: secundũ præceptum domini circumeuntes orbẽ terræ, & implentes quod mandatũ est, ut doceant omnes gentes, baptizantes eas in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: & per hæc excuderũt, hoc est patefecerunt scientiam putei, & in notitiã uniuersis gentibus adduxerũt. Sed & hæc quæ nunc habemus in manibus, quę recitata sunt nobis, puteus est, & omnis simul scriptura legis, & prophetarũ: Euangelica quoq; atq; Apostolica scripta simul omnia unus est puteus, quem non possunt fodere, uel excudere, nisi inueniantur reges, & principes. Vere eñ reges, et uere principes habendi sunt, qui possunt auferre terrã de puteo, hoc est amouere superficiem literæ, et de interiore petra ubi Christus est, spiritales sensus uelut aquam uiuã proferre. Hæc ergo facere decet eos solos, qui uel reges sunt, uel principes. Reges ex eo dicti, quod peccati regnum ex corpore suo depulerint, & iustitiæ regnũ paraue. rint in membris suis. Decet enim eum docere cæteros, qui prius fecerit ipsa quæ docet. Sic enim scriptũ est, quia qui fecerit, & docuerit sic homines, hic magnus uocabitur in regno cœlorum. Magnum autem esse in regno, hoc est regem esse. Excuderũt eum, inquit, reges gentiũ in regno suo, dum dominarentur eis. Re enim uera non possunt fodere puteum istum, nec latẽtes aquæ uiuæ uenas aperire, nisi prius dominatum tenuerint gentiũ barbararũ. Omne enim quicquid in eis ferum fuit in actibus, quicquid in moribus barbarũ, si edomuerint, & subiecerint regio sensui, & dominati fuerint eis: ita ut de cętero non gentiliter, sed legitime agant: isti sunt uere reges profunda putei rimãtes, et uerbi dei arcana ac mystica perscrutãtes. Post hęc et à puteo, inquit, profecti sunt in Mathanaim, & à Mathanaim in Nahaliel, & à Nahaliel in Bamoth, & à Bamoth in nemus quod est in cãpo Moab, à uertice montis excelsi qui respicit ad faciem deserti. Nomina hęc quę uident locorũ esse uocabula, ex significãtijs suis quas in lingua ꝓpria designãt, rerum magis mysticarũ cõsequentiam, cꝫ uocabulorũ appellationẽ uidentur ostẽdere. Profecti enim, inquit, à puteo, ueniũt in Mathanaim. Interpretatẽ enim Mathanaim munera ipsorũ. Vides ergo quia si quis de puteo hoc biberit, quẽ foderunt reges & principes, statim ꝓficit ad hoc ut habeat munera quę offerat deo. Quid aũt est ꝙd homo offerat deo? Hoc ipsum quod in lege scriptũ est: Munera mea, hoc est data mea. Ex ijs ergo Num. 15
quæ deus dedit, offerũt nihilominus homines deo. Quid dedit deus homini? Agnitionẽ sui. Quid ergo offert deo? Fidẽ suam & affectũ. Hoc est ꝙd expetit ab homine deus. Denicꝫ ita scriptũ est: Et nũc Israel quid est quod dominus deus tuus poscit abs te, nisi Deut. 5
ut timeas dominum deum tuum, & incedas in uijs eius, & diligas eum, & custodias omnia mãdata eius, & seruias domino deo tuo ex toto corde tuo, & ex tota anima tua? Ista sunt munera, ista dona quæ oportet domino dari. Damus autẽ hæc domino cordis nostri munera posteaquam agnouerimus eũ, & agnitione bonitatis eius de putei eius altitudine biberimus. Obserua tamen quomodo dixerit propheta: Et nũc Israel quid domi

nus deus tuus poſcit abs te? Erubeſcant illi hæc uerba, qui negãt in homine liberum eſſe arbitrium. Quomodo poſceret ab homine deus, niſi haberet homo in ſua poteſtate, q̃d poſcẽti deo deberet offerre? Sunt ergo quę dantur à deo, & ſunt quæ præbent ab homine. Verbi gratia, in homine fuit ut una mna faceret decẽ mnas, aut una mna faceret qnque mnas. Ex deo aũt fuit, ut haberet homo mnam, ex qua facere poſſet decẽ mnas. Cũ autẽ obtulit ex ſe decem mnas, accepit rurſus à deo non iam pecuniã, ſed poteſtatẽ & regnum decem ciuitatũ. Petit iterum deus ab Abraham, ut offerret ei Iſaac filium ſuum, in
Gen.22 montẽ quemcunq; oſtendiſſet ei. Obtulit Abrahã intrepidus unigenitũ, impoſuit ſuper aram, cultrũ eduxit ut iugularet, inhibetur cõtinuo & aries ei pro filio datur ad uictimã. Vides ergo qa quæ deo offerimus, nobis manẽt: ſed ad hoc expetimur, ut in ijs affectus noſter erga deũ probetur & fides. Hæc pro eo quod diximus profectos eſſe filios Iſrael à puteo, & ueniſſe in Mathanaim, quod interpretatur munera eorũ. A Mathanaim autem uenimus in Nahaliel, quod interpretat ex deo. Quid ex deo? Poſteaquã obtulerimus nos quæ ex nobis ſunt, uenimus ad hoc ut conſequamur ea, quæ ex deo ſunt. Cum enim fidem noſtram, et affectum obtulerimus ei, tũc & ipſe largitur nobis diuerſa dona
1 Cor. 12 ſpiritus ſancti, de quibus dicit Apoſtolus: Omnia autem ex deo ſunt. Et à Nahaliel uenimus in Bamoth, quod interpretatur aduentus mortis. Cuius mortis hic intelligimus aduentum, niſi illius, qua Chriſto cõmorimur, ut & cõuiuamus ei? et qua debemus mortificare membra noſtra, quæ ſunt ſuper terrã? Et iterum: Cõſepulti enim illi ſumus per baptiſmũ in morte. Si quis ergo ſalutaris huius uiæ ordinem tenet, per hęc ſingula quę memorauimus iter agere debet, & uenire poſt multa ad hũc locũ, quem diximus ſignificare mortis aduẽtum. Vt autem ex ſcripturis docemur, eſt quædam mors inimica Chriſti,
1 Cor. 15 & quædã amica eius. Non ergo illius mortis dicit inimicę Chriſti, de qua dicitur, Nouiſſimus inimicus deſtruet mors, qui eſt diabolus: ſed huius mortis qua cõmorimur ei, ut & conuiuamus ei: ſecundum quam mortẽ dicit deus: Ego occidam, & uiuere faciã. Oc-
Deut.23 cidit enim ut cõmoriamur Chriſto, & uiuere facit ut cõuiuamus ei. Optandum ergo nobis eſt, ut ueniamus in Bamoth, & promptiſſime ſuſcipiamus beatę huius mortis aduẽtum, ut & uiuificari cũ Chriſto mereamur. Et ex Bamoth, inquit, in nemus, quod eſt in campo Moab, à uertice mõtis excelſi, qui reſpicit ad deſertũ. Si hoc itinere incedamus quod non tam locorũ uocabulis, q̃ animæ profectibus cõſtare ratio explanationis aſſeruit, poſt omnia iſta uenimus in nemus, ſiue (ut in alijs habet exẽplarijs) in Ianan, quod interpretatur aſcenſus, ſiue uertex montis. Per hęc ergo uenitur ad illud famoſiſſimũ diuini paradiſi nemus, & amœnas delicias habitationis antiquæ, uel certe ad uerticẽ perfectionis, & beatitudinis ſummitatẽ: ita ut poſſit etiã ipſe dicere, quia reſuſcitauit nos cũ ipſo, & ſedere fecit in cœleſtib. in Chriſto. Vides quouſq; peruenit à puteo? Vides quibus manſionibus, imò quibus profectibus, iter animę paratur ad cœlũ? Quę ſi diligẽter inſpicias, ipſe apud temetipſum quotidianos profectus tuos diſcutiẽs, quib. in locis ſis, & quàm proximus ad regna cœlorũ habearis aduertes: ſicut & ille, de quo dominus dixit, quia nõ longe es à regno dei. Subſequitur poſt hæc & alia hiſtoria. Ait enim: Et miſit Moyſes, aut (ut habetur in nõnullis exemplaribus) & miſit Iſrael legatos ad Seon regem Amorræorum uerbis pacificis dicens: Tranſibimus per terrã tuam, per uiam tranſibimus, non declinabimus neq; in agrum, neq; in uineam. Non bibemus aquã de lacu tuo, uia regia incedemus uſquequo trãſeamus fines tuos. Et non cõceſſit Seon ut Iſrael tranſiret per fines ſuos. Et collegit Seon omnem populum ſuum, & exijt belligerare ad uerſum Iſrael in deſerto, & uenit in Aſſaar, & congreſſus eſt cum Iſrael, & percuſſit eum Iſrael nece gladij, & dominati ſunt terræ eius.] Hiſtoria quidẽ manifeſta eſt, ſed deprecemur dominũ, ut aliquid dignũ poſſimus interioríb. eius ſenſibus peruidere. Seon duplicem habet interpretationẽ, ſiue arbor infructuoſa, ſiue elatus. Mittit igit Iſrael legatos ad Seon, mittit ad arborem infructuoſam, mittit ad elatũ, & ſuperbũ. Hic aũt Seon, rex eſt Amorræorum, qui & ipſi interpretantur in amaritudinẽ adducẽtes, uel loquentes. Mittit ergo ad Seon regem Amorræorũ Moyſes uerbis pacificis dicẽs: Trãſibimus per terram tuam. Si ſecundum ſpiritalem intelligentiã dixerimus Seon regẽ figuram tenere diaboli, quia ipſe eſt elatus, & infructuoſus: puto quod nõ debeas mirari, quod eũ dixerim regẽ, cum audias etiam ipſum dominũ & Saluatorem noſtrũ in euãgelijs de eo

dicentem

dicentẽ:Ecce nũc uenit princeps huius mundi, & in me non inuenit quicquã. Et iterũ: Ioan.14.12
Ecce nunc princeps huius mũdi mittetur foras. Si ergo totius mũdi princeps esse in Euangelijs dicitur,nõ debet absurdum uideri si Seon regi Amorrẽorũ,uel etiam alijs quibuslibet gentiũ regibus comparetur. Princeps autem dicitur mũdi, non quia creauerit mundum, sed quia multi sunt in hoc mundo peccatores. Peccati aũt quia ipse princeps est,ideo etiã mundi princeps appellatus est:in ijs uidelicet,qui nondũ relinquẽtes mundum,conuertuntur ad patrem.Secundum hoc enim etiã illud dicitur,quia omnis mundus in maligno positus est. Quid eñ nobis prodest dicere qa princeps noster Christus est,si rebus & operibus arguamur, quia diabolus principatũ tenet in nobis? Aut nõ palam est sub quo principe agat impudicus,incestus,& iniustus? Nũquid potest huiusmodi homo dicere,quia sub Christo positus hæc ago, etiam si sub Christi nomine cẽseri uideatur? In quo Christus principatũ gerit,nulla ibi immunditia,nulla iniquitas admittit̃, nec habere aliquem locũ potest iniusta cupiditas. Secundũ hunc itaq; modum recte & Christus uirtutũ princeps, & diabolus malitiæ ac totius iniquitatis dicetur. Mittit igit̃ Israel legatos ad regẽ Amorræorũ,regem in amaritudine prouocantiũ,regẽ infructuosum,regem superbũ. Quomodo superbus,quomodo elatus docebit̃ diabolus? Ipse est qui dixit: Virtute mea faciam,& sapientia intellectus mei auferam fines gentiũ, & fortitudinem eorum deprædabor,& cõmouebo ciuitates quæ inhabitãtur,& uniuersum orbem terræ capiam manu mea sicut nidum.Et iterum dicit elatus hic & superbus: Ascen Esa.14
dam in cœlũ,supra sidera cœli ponam thronum meum.Sedebo in monte excelso,supra montes altos qui sunt ad aquilonẽ,ascendã supra nubes,& ero similis altissimo.Adhuc requiris si ipse sit elatus,& superbus? Imò potius & ipse superbus est & elatus,& ille qui quasi unigenitus eius est, de quo scriptũ est, quia extollit̃ super omne quod dicit̃ deus, 2 Thess.2
aut quod colitur:ita ut in templo dei sedeat,ostentans se tanquã sit deus.Omnis ergo q̃ elatus est & superbus,uel filius est elati huius,uel discipulus & imitator.Et propterea dicit Apostolus de quodam: Ne forte elatus incidat in iudiciũ diaboli:ostendẽs per hoc, 1.Tim.3
quia omnis elatus simili ut diabolus iudicio cõdemnabitur.Nos ergo sumus qui trãsire uolumus per hunc mundũ,ut peruenire possimus ad terrã sanctam,quæ repromissa est sanctis:& mittimus uerbis pacificis ad Seon,,pmittẽtes nõ nos habitaturos in terra eius, nec moraturos cum eo,sed transituros tantummodo, & incessuros uia regali,nec declinaturos usquam,neq; in agrum, neq; in uineam, sed nec de lacu eius aquam bibituros. Videamus ergo quãdo nos ista promisimus,quãdo hæc uerba diabolo denũciauimus. Recordetur unusquisq; fidelium,cum primum uenit ad aquas baptismi,cum signacula fidei prima suscepit,& ad fontem salutaris accessit,quibus ibi tũc usus sit uerbis,& quid denunciauerit diabolo:nõ se usurum põpis eius,neq; operibus eius, neq; ullis omnino seruitijs eius ac uoluptatibus pariturum. Et hoc est quod his legis sermonibus adũbratur, quia nõ declinet Israel,neq; in agrum eius, neq; in uineam eius. Sed neq; aquam de lacu eius pollicetur se esse potaturum.Non enim ultra disciplinę diabolicę,nõ astrologiæ,non magicæ,non ullius omnino doctrinæ, quæ contra dei pietatẽ aliquid doceat, poculum sumet fidelis. Habet enim suos fontes,& bibit de fontib. Israel,bibit de fontibus salutaris:non bibit aquam de lacu Seon,nec relinquens fontem aquæ uiuæ congregat sibi lacus confractos.Sed & uia regali incessurum se profitetur.Quę est uia regalis? Illa sine dubio quæ dicit, ego sum uia,ueritas,& uita. Et merito regalis:ipse est enim,de quo propheta ait:Deus iudicium tuũ regi da. Via ergo regali incedẽdum est, nec declinandum usquam neq; in agrum eius,neq; in uineã eius:id est neq; ad opera,neq; ad sensus diabolicos declinare ultra mẽs fideliũ debet. Quomodo ergo uolumus fines Amorræorum cum pace transire? Amorræi,infidelium qui sunt in hoc mundo pars accipi potest:sed isti interpretãtur (ut suprà diximus) uel in amaritudinẽ adducentes,uel loquentes.Et quomodo quidem in amaritudinem adducant deũ infideles & increduli,exposi tione nõ indiget:quod aũt ait loquentes,ad illã partem trahi potest qua infideles quiq;, & sub principe diabolo agẽtes loqui norunt tantummodo, sed loquunt̃ inania. Verbi causa,ut poetæ eorum,ut astrologi,ut nonnulli etiam philosophorũ,qui inania loquuntur & uana.Fidelium aũt regnum quod à deo est,nõ in sermone est sed in uirtute. Volumus ergo nos pacifice transire per mũdum,sed hoc ipsum magis incitat principẽ mun-

di,quod dicimus nos nolle permanere cũ ipso,nec morari,nec aliquid eius uelle cõtingere:inde magis exacerbatur,inde extollitur,& irascitur,& cõmouet nobis persecutiõnes,pericula suscitat,cruciatus intentat.Et ideo dicit:Congregauit, inquit, Seon omnẽ populum suum,& exijt confligere aduersus Israel.Quis est omnis populus Seon,quem concitat contra Israel?Principes ac iudices mundi,cunctiq; nequitię ministri,qui impugnant semper,et persequũtur populum dei.Sed quid facit Israel?Venit,inquit,in Issaar. Issaar interpretatur mandati adimpletio.Si ergo ueniamus & nos ad locum istum,id est ad expletionẽ mandatorũ, etiam si cum omni exercitu ueniat aduersum nos Seon iste elatus,& superbus diabolus,& confligat aduersum nos,si omnes suos cõtra nos dæmones cõcitet,superamus eum si dei mandata complemus. Complere enim mandata, hoc est diabolum & omnem eius exercitum superare. Et tũc cõplebitur in nobis apostolica
Rom.16 oratio qua ait: Deus autem conteret Satanam sub pedes nostros uelociter. Et illud qđ
Luc.10 dominus ait:Ecce dedi uobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones,& sup omnem uirtutem inimici, & nihil uobis nocebit. Nihil enim nocere nobis poterũt ista omnia si ueniamus in Issaar,id est si mãdata & præcepta domini nostri Iesu Christi seruemus.Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De ijs quæ superfuerunt priori tractatui,& de Balaam,atq; asina eius.
Homilia XIII. Cap. XXII

H ESTERNA die dixeramus quomodo Seon rex Amorræorum, qui est elatus,& arbor infructuosa,cõgressus cũ Israel victus fuerit,de quo & obseruãter scriptura dicit,quia cecidit in nece gladij,uel(ut alibi legimus)in ore gladij.Sed si uis diligentius scire,quo gladio infructuosus iste, & elatus sicut cedrus Libani ceciderit,discamus ab Apostolo Paulo dicente:Viuus enim est sermo dei,& efficax,
Heb.4 & penetrabilior omni gladio.Et item in alijs:Et gladiũ, inquit, spiritus, quod est uerbũ dei.In huius ergo gladij nece cecidit spiritalis Seon,qui est diabolus.Additur post hęc: Et dominati sunt, inquit, filij Israel omni terræ eius. Omnis quidem regio hæc terrena, terra dicitur Seon:sed Christus & ecclesia eius dominatur in omni terra Seon.Et dominati sunt ab Arnon usq; laboc.Arnon & laboc ciuitates erãt regis Seon,sed initiũ regni eius erat Arnon,& finis laboc,& ideo dicitur quia dominati sunt ab Arnon usq; laboc. Interpretatur aũt Arnon maledictiones eorũ. Initiũ enim regni Seon huius elati, & infructuosi,maledictiões sunt.Finis uerò est laboc,quod interpretat luctamẽ.Necesse est enim ut omnis qui uult exire de regno diaboli, & fines eius euadere, luctamen inueniat,& certamina ei à ministris eius & satellitibus suscitent. Sed si luctatus fuerit & uicerit,iã nõ erit laboc ciuitas Seon,sed erit ciuitas Israel.Hoc est eñ nimirũ, quod legimus & de patriarcha Iacob,quoniã cum ueniisset ad locũ quendã,luctamen ei præparatũ est: & ibi tota nocte luctatus cum obtinuisset & inualuisset ad deũ, uocitatũ est nomẽ eius Israel.Et accepit,inq;,Israel oẽs ciuitates istas,& habitauit in omnibus ciuitatib. Amorręorũ.Hic Israel,q; in Christo Israel est,qui nõ in carne Israel,nec in manifesto Iudęus est ipse habitat in omnibus ciuitatibus Amorræorũ, cũ in omni orbe terrarũ Christi ecclesiæ propagant.Sed & unusquisq; nostrũ prius ciuitas fuit regis Seon,regis elati: regnabat eñ in nobis stultitia,superbia,impietas,& omnia quæ sunt ex parte diaboli: sed ubi expugnatus & deuictus est fortis,et uasa eius direpta sunt,effecti sumus ciuitas Israel,et hęreditas sanctorũ:si tamẽ penitus excisa est in nobis potestas illa,quę prius dominabatur nobis,& excisa est arbor infructuosa,& deiectus est rex elatus,et sumus sub eo rege, qui dicit:Discite à me quia mitis sum,& humilis corde.Post hęc sigillatim iã ciuitates superbi & infructuosi regis enumerat, & dicit. In Esebon & in omnibus finib.eius.Quid est hoc,q̃d præcipuã urbem de regno Seon nominauit Esebon? Esebon interpretat cogitatiões.Merito ergo pars maxima regni diabolici, & potestas eius plurima in cogitationib.regnat.Sic eñ dixit & dñs,quia de corde procedunt cogitationes malæ,homicidia,adulteria,furta,falsa testimonia,blasphemię & ista sunt quæ coinquinãt hominẽ.Et ideo necessario incendit̃ ista ciuitas, & igne exurit̃. Quo ignem? Illo profecto, de q̃ dicit
Luc.12 Saluator:Ignẽ ueni mittere in terrã, & q̃d uolo ut accendat̃. Post pauca aũt refert̃ de ipsa ciuitate. Propter hoc, inquit, dicẽt ænigmatistæ: Venite in Esebon, ut ædificetur, &

construatur ciuitas Seon: quoniã ignis processit de Esebon, & flãma de ciuitate Seon, deuorauit usq; Moab. Seon (ut diximus) erat rex, cuius erat ciuitas Esebon. Sic ergo intelligendus est ordo uerborũ, quasi dicant isti ænigmatistæ: Venite ut construat, & ædificetur Esebon, quæ fuit ciuitas Seon. Sed requiramus nũc qui sint isti ænigmatistæ. Ænigma dicit sermo figuratus. Ænigmatistæ ergo dicunt, qui figuraliter loquũtur. Et qs est alius, qui in figuris locutus sit, nisi lex & prophetæ? Audi enim quomõ Dauid dicit: Aperiã in parabolis os meũ, loquar ꝓpositiones ab initio seculi. Sed & Esaias, qa ænigmata sint quæ scripsit, hoc modo declarat: Et erũt, inquit, uerba libri huius sicut uerba libri signati: quẽ si dederint in manus hominis nescientis literas, & dixerint ei, lege, dicet, nõ noui literas. Si aũt dederint scienti literas, dicet, non possum legere, signatus est eñ. Signatus aũt dicit liber pro eo, quod figuris perplexus est, & ænigmatib. inuolutus. Dicunt ergo isti ænigmatistę. Venite in Esebon, ut ędificet. Cecidit illa prima Esebon, imò subuersa est & incẽsa, reædificãda est alia. Sed quomodo hoc fiat, assumpto ostẽdamus exemplo. Si uideas gentilẽ in dedecore uitę positũ, ac religiõis errore, nõ dubites de eo dicere, quod sit hic Esebon ciuitas in regno regis Seon. Regnat enim in cogitationibus eius rex infructuosus & elatus. Ad hũc si accedat Israel, hoc est ecclesiæ filius, & adhibeat iacula uerbi dei, & distringat contra eũ gladiũ spiritus, destruat in eo oẽs munitiones gentiliũ dogmatũ, & elationes argumentorũ eius igne ueritatis exurat, dicito de hoc, quia subuersa est Esebon ciuitas Seon. Sed nõ cõtinuo desertus & destitutus relinquit iste, in quo subuersa sunt gentiliũ dogmata. Non eñ disciplina est filijs Israel destructas relinquere quas destruxerint ciuitates: sed cũ subruerint, & euerterint in homine malas cogitatiões, & impios sensus, reædificabũt rursus in corde eius quẽ destruxerint, bonas cogitationes, pios sensus, doctrinã ueritatis inserẽt, religionis ritũ tradent, ordinẽ uiuendi docebunt, honestatẽ morũ, obseruantiæ statuta monstrabunt. Et tunc uere dicent isti ænigmatistæ ad semetipsos inuicem: Venite & ædificemus Esebon, quę fuit ciuitas Seon. Et ipsi eñ, hoc est filij ecclesiæ, quia figuras legis & ænigmata spiritaliter intelligũt, ænigmatistæ appellantur. Hoc est quod & Hieremias figurali nihilominus sermone de signat, ubi ad eum dicitur à dño: Ecce dedi uerba mea in os tuũ, ecce cõstitui te hodie super gentes et regna, eradicare, et subuertere, et reędificare, & replãtare. Quid eradicat? & quid subuertit? Ciuitatẽ Esebon, quę erat regis Seon. Quid eradicat in ea, & quid subuertit? Cogitationes impias, & impuras. Quid reædificat in ea, & quid replãtat? Cogitationes pias, & castas, ut efficiatur Esebon ciuitas nõ Amorræorũ, sed filiorũ Israel. Sed si uolumus singula persequi, excludemur à dissertione eorũ, quę nobis recitata sunt de Balaam: cuius lectionis tanta difficultas est, ut uix ad historiæ ipsius rationẽ, & consequentiã explanandã peruenire possimus. Quanta ergo iã difficultas nobis erit in explanatione spiritaliũ sensuũ, si prima ipsa literę facies tantis difficultatib. inuoluta est? Sed quamuis rapiat nos desideriũ ad ea quæ magis obscura sunt disserẽda, tamen nõ sunt penitus omittenda etiã hæc, quę media referuntur. Post ea enim q̃ obtinuerunt filij Israel ciuitates Amorræorũ, ascenderũt etiam uiam, quæ ducit in Basan, ubi erat Og rex Basan: sed ad hunc neq; legatos mittere dignantur, neq; petere ab eo, ut per terrã eius transeãt, sed continuo confligunt cum eo, & superant tam ipsum quàm populum ipsius. Videamus ergo quę est Basan. Basan interpretat turpitudo: Merito ergo nec legati mittunt ad istã gentem, nec transitus per terrã eius poscitur. Nullus eñ nobis transitus debet esse, nullus accessus ad turpitudinẽ: sed ab initio statim expugnanda, & omnimode cauẽda est. Og aũt qui rex dicitur esse Basan, intercluſio interpretatur. Potest hic figurã tenere omnium carnaliũ et materialiũ rerũ, quarum amore & desiderio detenta anima excluditur, & separatur à deo. Aduersus Og ergo ita præcipitur bellum gerendum, ut non relinquatis, inquit, ex eo uiuentem. Nullũ enim à filijs Israel oportet relinqui in regno turpitudinis & dedecoris uiuentem. Sed & decet Israeliticã uirtutẽ excidere, & resecare turpia, et pia quęq; in anima reædificare, atq; honesta ac religiosa plantare. De regno Seon non est scriptũ, ut nullus uiuus relinquatur, nec de regno Moab. Forte eñ ex illis opus habemus aliquibus, & nonnullis eorũ pro uitæ huius agonib. & exercitijs indigemus: alioquin debuissemus de hoc mundo exisse. De Basan tamẽ, hoc est de turpitudine, nullo penitus indigemus, nihil ex ea relinquamus: excidẽda omnia, cũcta subuertẽda sunt

opera turpitudinis. In nullo enim potest honestum esse quod turpe est. Et profecti inde filij Israel collocauerũt castra ab occidẽte Moab iuxta Iordanem cõtra Hiericho. Et ut uidit Balach filius Sephor, & reliqua. Omnia iam quæ de Balaam, & asina eius scribunt historia plena negotijs: interior uerò intellectus multo negotiosior, & nescio an facile sit, uel ipsas tantũ historicas explanare sententias. Deo tamẽ donãte, breuiter quę possumus perstringemus. Bellũ tibi imminet ô rex Balach fili Sephor: sexcẽta millia armatorum fines tuos inruũt. Oportebat & te parare arma, exercitũ cõgerere, de cõstructione prælij cogitare, ut hosti adhuc procul posito, armis instructus occurreres. Tu uerò mittis ad Balaam diuinum, & mittis multa munera, ac maiora ꝓmittis, & dicis: Veni maledic mihi populũ, qui exiuit de Ægypto. Sed Balaam (ut scriptura docet) retulit hęc ad deũ, à quo & uenire prohibetur. Sed & iterum rex mittit legatos, & neglectis armis spẽ omnem ponit in Balaã ut ueniat, & uerba deferat, atq; in populũ iaculetur maledicta pro telis, si forte uerbis Balaam uincatur populus, quẽ regis exercitus superare nõ poterat. Hæc historia quid consequentiæ habet? quid consilij tegit? Vbi uel quando auditũ est, quod quis regum imminẽte sibi prælio, omissis armis, exercituq; neglecto, ad diuini alicuius uel aruspicis uerba cõfugerit? Vnde iterum atq; iterũ dei nobis exoranda est gratia, ut hæc nõ fabulosis & Iudaicis narrationibus, sed rationabilib. & dignis diuina lege possimus sensibus explicare. Primo ergo omnium fatendũ est in quibusdam plus posse, & plus ualere uerba quàm corpora. Quia quod exercitus multatũ gentiũ nequiret efficere, ꝗd ferro & armis nõ posset obtineri, hoc uerbis efficit: & non dico sanctis uerbis, uel dei uerbis, sed uerbis quibusdam, quæ inter homines habẽtur, quę quomodo nominem nescio: sunt tamẽ inutili arte cõposita, cuius artis uocabulũ illud sit, quod unicuiq; appellari libet. Est ergo (ut dixi) apud homines opus aliquod, quod uerbis efficit. Qd tamẽ opus tale est, ut quamuis magnis corporis uiribus nõ possit impleri. Verbi gratia, erant in Ægypto incantatores & magi. Quis potest hominũ fortitudine corporis uirgã mutare in serpẽtem, quod ab illis factũ refert? Aut quis potest uiribus corporis aquam in sanguinem uertere? Fecerunt tamen hoc Ægyptiorũ incantatores & magi. Fecerat enim hæc prius Moyses: sed quia sciebat rex Ægypti quod possent hęc arte quadã fieri uerborũ, quæ habetur inter homines, putauit & Moysen nõ hęc dei uirtute, sed magica arte fecisse, & quod humana arte fecerat, id dei factũ uirtute simulare. Conuocat continuo Ægyptiorũ incantatores & magos, inter eũ qui uirtute dei operabatur, & eos qui dæmones inuocabant, facit esse certamen. Efficit tamẽ similiter & cõtraria uirtus uirgã serpentem sicut fecerat uirtus dei: sed serpens qui per uirtutẽ dei factus fuerat, absorbuit & deuorauit omnes illos serpentes, qui arte magica ex uirgis uersi fuerant in serpentes. Nõ enim potuit uirtus dæmoniaca malum quod ex bono fecerat, restituere in bonum. Potuit ex uirga facere serpentem, uirgam uerò reddere ex serpente non potuit: & ideo consumuntur omnes ex ea uirga, quę dei uirtute uersa fuerat in serpentem. Postea uerò per diuinam uirtutem naturæ suæ redditur, ut naturæ dominum fateretur. Fecerunt incantatores Ægyptiorum, ut & aquæ uerterent in sanguinem, sed non potuerũt iterum sanguinem uertere in aquam. Dei autem uirtus non aquam, sed totum fluuiũ uertit in sanguinem: & rursum orante Moyse, lympidis eum, ac naturalibus reddidit fluentis. Et iterum, produxerunt magi Ægyptiorum scnipes, sed nõ potuerunt repellere eas. Moyses uerò produxit scnipes, & repulit. Deus enim noster delere facit, & iterum restituit, contraria autem uirtus male quidem facere aliquid potest, sed restituere in integrũ non potest. Hęc aũt omnia præmisimus, ut opera Balaã, uel uerba eius possimus aduertere. Sunt enim & magorũ nõnullæ differentiæ: alij enim plus, alij minus ualẽt. Hic Balaam famosissimus erat in arte magica, & in carminibus noxijs prępotens. Nõ enim habebat potestatem, uel artem uerborũ ad benedicendum, sed habebat ad maledicendũ. Dęmones enim ad maledicendum inuitantur, nõ ad benedicẽdum. Et ideo quasi expertus in talibus, in opinione erat omnibus, qui erant in oriente. Nisi enim experimẽta eius plurima pręcessissent, quod frequenter maledictis hostẽ uertisset armatũ, nõ utiq; præsumpsisset rex hoc posse fieri sermonibus, quod ferro & acie uix posset impleri. Certus ergo Balach de hoc, & frequenter expertus, omissis omnib. instrumentis, & auxilijs bellicis, mittit ad eũ legatos dicẽs: Ecce populus exiuit de Ægypto & cooperuit faciẽ terræ, & hic sedit

hic sedit iuxta me. Sed & amplius aliquid puto qđ mouerit regem: uidetur ẽm audisse, quia filij Israel solẽt hostes uincere oratione, nõ armis, nec tam ferro, q̃ precibus. Nulla enim Israel aduersum Pharaonẽ arma cõmouit, sed dictum est ei: Dominus pugnabit p uobis, & uos tacebitis. Sed nec contra Amalechitas quidem tantũ uis armorũ, quãtum Moysis ualuit oratio. Vt ẽm eleuasset Moyses manus ad deũ, uincebat Amalech. Remissæ uerò & deiectæ, uinci faciebant Israel. Hæc profecto audierat Balach rex Moab. Scriptum est enim: Audierunt gentes, & iratę sunt: dolores cõprehenderunt habitãtes Phylistijm. Tunc festinauerunt duces Edom, & principes Moabitarũ, apprehendit eos tremor. Vides peruenisse ad eos quod in Cantico prædixerat Moyses quãdo transierãt mare rubrum. Audierat ergo rex Moab, quia populus hic orationibus uincit, et pugnat aduersum hostes ore nõ gladio, & ob hoc sine dubio apud semetipsum cogitauit dicẽs: Quoniam quidẽ orationibus populi huius, & precibus nulla possunt arma cõferri, ideo etiam mihi tales aliquę preces, & talia requirenda sunt arma uerborũ, & orationes tales quæ superare possint orationes istorum. Vt aũt scias tale aliquid cogitasse regẽ, ex scripturæ uerbis intellige, quæ ego à magistro quodã, qui ex Hebræis crediderat, exposita didici. Scriptũ est ergo: Et dixit Moab ad seniores Madiã. Nũc ablinget synagoga hæc omnes qui in circuitu nostro sunt, sicut ablingit uitulus herbã campi. Aiebat ergo magister ille, qui ex Hebręis crediderat: Cur, inquit, tali usus est exemplo dicẽs, sicut ablingit uitulus herbam campi? Ob hoc sine dubio, quia uitulus ore obrũpit herbã de campo, & lingua tãquam falce quæcunq; inuenerit secat. Ita ergo & populus hic, quasi uitulus ore & labijs pugnat, & arma habet in uerbis ac precibus. Hæc igitur sciens rex mittit ad Balaam, ut & ipse deferat uerbis uerba cõtraria, & precibus preces. Nec mireris si est in magica arte tale aliquid. Esse ẽm hanc artẽ designat etiam scriptura, sed uti ea prohibet. Nam & dæmones scriptura esse designat, sed coli eos & exorari uetat. Recte ergo etiã magica uti prohibet, quia magorũ ministri angeli sunt refugę, & spiritus maligni, & dæmonia immunda. Nullus enim sanctorum spirituũ obtemperat mago. Nõ potest inuocare magus Michaelẽ, nõ potest inuocare Rhaphaelẽ, neq; Gabrielẽ: Multo magis magus inuocare non potest omnipotentẽ deum, nec filium eius dominum nostrum Iesum Christum, nec sanctũ spiritum eius. Nos soli accepimus potestatem inuocandi deũ patrem. Nos soli habemus potestatem inuocãdi unigenitum eius Iesum Christũ. Sed illud est quod dico: qui iam potestatem accepit inuocãdi Christũ, non potest iterũ dæmones inuocare: & qui sancti spiritus particeps factus est, ad immũdos ultra spiritus accedere non debet. Si enim inuocauerit immundos spiritus, sanctus ab eo spiritus refugit. Magi sunt qui inuocant Beelzebub. Denicq; sciebat hoc populus ille, & ideo mentiẽtes cõtra dominum meum Iesum, & falsa dicẽtes aiebãt: Hic in Beelzebub principe dæmoniorũ ejicit dæmonia. Saluator autem sciẽs quia uerum est quidem quod princeps quidẽ dæmoniorũ Beelzebub sit, in hoc eos nõ arguit mẽdacij: sed respõdit eis, si ego in Beelzebub ejcio dęmonia, filij uestri in quo ejciunt? Vnde cõstat esse quosdam dęmones malos, qui inuocati à magis, adsunt eis ad malũ, nõ ad bonũ. Parati enim sunt ad malefaciẽdum, bene aũt facere nesciũt. Isti ergo dęmones arte quadam & compositione uerborũ in amicitias (ut ita dicam) cesserant Balaam: quorũ amicitijs fretus, magnus apud homines uidebatur. Ob hoc ergo mittit ad eum rex, & ait: Veni nũc, & maledic mihi populũ hunc, quia fortior est hic q̃ nos, si forte possimus percutere aliquos ex eis, & ejcere eos de terra. Videtur mihi rex hic non ex integro confidere in Balaã diuino, ingenti credo de uirtutibus, quæ in populo dei factę sunt, auditione pterritus: & ideo dicit, si forte uel eousq; prævaleãt maledictiões Balaã, ut aliquos ex ipsis possit percutere, cæteros uerò fugare perterritos, & propria terra depellere. Addit prętera: Quia scio, inquit, q̃ quos benedixeris benedicti erunt, & qs maledixeris maledicti erunt. Ego nõ credo quia sciret rex, quod quibuscunq; benedixisset Balaã benedicti essent, sed uidetur mihi adulandi gratia hæc dicere, ut artem eius efferens & extollens, prõptiorem eũ sibi reddat ad facinus. Ars enim magica nescit benedicere, quia nec dæmones sciũt benefacere. Noscit benedicere Isaac, & Iacob, & omnes sancti: impiorũ nullus scit benedicere. Sed tandem ueniũt ad Balaã legati. Venerũt ergo, inquit, seniores Moab, & seniores Madian, & diuinacula in manibus eorũ. In illis diuinationis artibus quas curiositas humana compo-

Exod. 14. 17

15

Matt. 12

ſuit,ſunt quædam quæ ſcriptura quidem diuinacula nominauit: gentilis aũt cõſuetudo uel tripodas,uel cortinas, uel alijs huiuſmodi uocabulis appellat: quæ quaſi ad hoc ipſum cõſecrata, moueri ab eis & contrectari ſolent.Scriptura ſane diuina Ephod quodã uernaculo ſermone nominat in ꝓphetis, quod indumentũ tradũt eſſe prophetantium. Aliud tamen apud ſcripturas diuinas prophetia,aliud diuinatio habet. Ait enim: Non erit auguratio in Iacob,neq; diuinatio in Iſrael.In tẽpore dicetur ad Iacob & Iſrael,quid facturus ſit deus.Abdicatur ergo penitus diuinatio:opere em̃ & miniſterio dæmonum (ut ſuprà iam diximus)adimpletur.Igitur Balaam diuinaculis acceptis cũ ſolerẽt dęmones ad ipſum uenire,fugatos quidẽ dæmones uidet,ſed adeſſe deum. Et ideo dicit interrogare ſe deum,quia cõſuetos ſibi parere nuſquam dæmones uidet. Venit ergo ipſe ad Balaam,nõ quo dignus eſſet ad quẽ ueniret deus,ſed ut fugarẽtur illi qui ad male dicẽdum, & malefaciendum adeſſe conſueuerant. Iam enim hinc prouidebat deus populo ſuo.Adeſt ergo,& dicit deus ad eũ:Quid homines iſti uenerunt ad te? Et dixit Balaam ad Deum:Balach filius Sephor rex Moab miſit eos ad me dicẽs: Ecce populus exijt de Ægypto,& cooperuit faciẽ terræ,& hic ſedet iuxta me. Veni ergo nunc,& maledic mihi eum,ſi forte poterimus percutere eum,& eijcere.Et dixit deus ad Balaã:Nõ eas cum eis,neq; maledicas populum:eſt enim benedictus. Altior hic exorit quæſtio, & neſcio utrũ conueniat rem tam profundi myſterij denudare & ꝓferre ad turbas, & eas turbas quę ad auditoriũ uerbi dei non niſi paucis diebus aduenĩũt,& continuo diſcedunt,nec in meditatione uerbi dei diutius immorant: tamẽ pro ijs qui ſtudioſi ſunt,& ſciũt audire,poſſuntq; capere ſpiritalẽ ſenſum,pauca aliqua dicemus ex multis.Poteſt ergo obijci tale aliquid.Inuocet licet dæmones Balaam,maledicat populo,inuocati dęmones faciant quod poſſunt:nũquid nõ poteſt deus defendere à dæmonib.populum,uimq; eorum in malefaciẽdo deſtruere? Quid ergo opus erat,ut ipſe ueniret ad Balaã, & cõſuetos dęmones prohiberet accedere, ne uel tentarẽt, aut conarentur lædere populũ ſuũ? Ad hæc ergo licet non omnia quæ poſſunt occurrere,proferẽda ſunt,tamẽ dicemus ex parte,quia nõ uult deus dæmonum genus ante tempus damnare.Sciũt enim & ipſi dæmones,quia tempus eorũ præſens hoc ſeculum continet. Propterea denicq; & dominũ rogabãt,ut nõ torqueret eos ante tempus,neq; in abyſſum mitteret. Et ob hoc neq; diabolum remouit à principatu ſeculi huius, quia adhuc opus eſt opera eius ad perfectionem eorũ,qui coronãdi ſunt,opus eſt adhuc opera eiusad exercitia certaminũ,& uictorias beatorũ.Sic ergo & reliquos dæmones non uult ante tempus à propoſiti ſui intentione uiolenter abſtrahere: & ideo ex initio nõ eis indulſit inuocari per Balaã, ne forte inuocati deſtruerentur ante tempus & perimerent defendente populũ ſuum Deo. Aliud enim eſt ſi expetat dæmon à deo aliquẽ ad tentandũ ſicut Iob, & cum certa diſtinctione poteſtatem eius accipiat. Verbi gratia,ut dicat ei,do tibi oĩa eius in poteſtate, ſed ipſum non cõtingas. Aut iterũ,do tibi in eũ poteſtatem, ſed animã eius cuſtodi. Et aliud eſt ſi mago exigente,& adiuramẽtis quibuſdam extorquente, dæmones ſine ulla obſeruatione deſæuiãt.In quo utiq; ſi eis libertas ſeruetur arbitrij,populũ dei perditum dabunt.Si uerò libertas auferatur arbitrij,hoc erat dãnaſſe rationabilẽ creaturam,& ante tempus intuliſſe iudiciũ, & impediſſe omnibus, qui aduerſum eos in agone certãtes poterant coronari.Si enim dæmonijs auferat libertas arbitrij, nullus ultra impugnabit athletas Chriſti.Nullo autem impugnãte,nec certamẽ aliquod erit: & ſublato certamine,nullũ erit præmiũ,nulla uictoria.Idcirco igitur tali uia utitur Deus,ut & populus adhuc rudis, & qui nuper abſtrahi cœperat à cultu dæmonum, dæmonibus nõ tradat, & inuocante mago reſponſa deferant, & genus dæmonũ non nudetur arbitrij poteſtate. Et ideo præuenit deus, & ire Balaam,atq; inuocare dæmones ad maledicendũ ꝓhibet, ſi tamẽ à cupiditate ceſſaſſet.Sed quia perſiſtit in deſiderio pecunię,indulgẽs deus arbitrij libertati rurſus ire permittit. Verbũ tamen ſuum inijcit in os eius, prohibẽs maledictionem fieri per dęmones,ut benedictionibus locũ daret,& pro maledictis ꝓferat Balaam benedictiones,ac prophetias,quæ poſſunt ædificare nõ ſolũ Iſrael,ſed & reliquas gentes.Si enim à Moyſe prophetię eius ſacris inſertę ſunt uoluminibus,quanto magis deſcriptę ſunt ab ijs,qui habitabant tũc Meſopotamiã,apud quos magnificus habebatur Balaam,quosq; artis eius cõſtat fuiſſe diſcipulos? Ex illo denicq; fertur magorum genus,&

nus,& institutio in partibus orientis uigere:qui descripta habentes apud se omnia quæ prophetauerat Balaam,etiam hoc habuerunt scriptum,quod orietur stella ex Iacob, & exurget homo ex Israel. Hæc scripta habebãt Magi apud semetipsos,& ideo quãdo natus est Iesus,agnouerũt stellam, & intellexerũt adimpleri prophetiam magis ipsi quàm populus Israel,qui sanctorum prophetarũ audire uerba contempsit. Illi ergo ex ijs tantum quę Balaam scripta reliquerat,agnoscentes adesse tempus,uenerunt,& requirẽtes eũ statim adorauerũt: & ut fidem suam magnam esse declararẽt, paruum puerum quasi regem uenerati sunt.Sed redeamus ad propositum.Molestus est Balaã deo, & extorquet propemodũ permitti sibi,ut eat maledicere filijs Israel,& ut inuocet dęmones, ad quem iam uenerat deus.Ascendit asinam,occurrit ei angelus,qui excubabát pro Israel. De quo scriptum est dicente domino ad Moysen:Angelus meus ibit tecum.Petenti ergo ire conceditur, in uia conteritur ab asina. Sed magus dæmones uidet,angelum non uidet,asina tamen uidet. Nõ quod digna esset uidere angelum, sicut nec loqui digna erat,sed ut cõfutaretur Balaam:& ut ait quodam in loco scriptura:Mutum animal humana uoce respondens, arguit prophetæ dementiã. Verum quoniã de historia multa iam dicta sunt,aliqua etiã de allegoria perstringamus in fine. Si uideas contrariam potestatem impugnantem populum dei,intelligis quis sit qui sedeat super asinam.Et si cõsideres homines quomodo à dæmonibus precipitantur,intelligis quę sit asina. Sic eñ & in Euangelio intelliges Iesum mittẽtem discipulos suos ad asinam,quæ alligata erat, & ad pullum eius:ut discipuli eam soluant,& adducant,ut ipse sedeat super eam.Et forte hęc asina,id est ecclesia,prius portabat Balaam,nunc autem Christum,ex quo soluta est à discipulis,& à quibus innexa erat uinculis relaxata:ut filius dei sederet super eam,& cum ipsa ingrederetur sanctam ciuitatẽ Hierusalem cœlestem,et compleretur scriptura,quę dicit:Lætare filia Sion,prædica filia Hierusalem,ecce rex tuus uenit tibi mitis,& sedens super subiugale. Subiugale, id est asinam, credentes sine dubio ex Iudæis dicit:& pullũ nouellum,eos profecto qui sunt ex gentibus credentes in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen. Exod.32 Zach.9

Item de Balaam. Homilia Quartadecima Cap. XXIII

P LVRA sunt, quæ nobis resederunt exponentibus lectionẽ de Balaam, atq; asina eius: & quoniã est temporalis tractatus, qui in ecclesia ædificandi gratia habetur,non habuimus tantũ spatij,ut possemus singula quęq; scripturæ uerba proponere, & ita ut nihil omnino indiscussum remaneret explanationẽ singulis adhibere, quoniã quidem huiusmodi stilus cõmentariorum magis est. Idcirco quæ inquisitione digna uidẽtur,repetimus,eaq; discutientes,qua possumus explanatione disserere,et in mediũ proferre tentabimus.Est aũt adhuc difficile in explanatione historię ipsius,quõ cùm dicatur uenisse deus noctu ad Balaam primo,& interrogasse qui essent homines qui uenissent ad eũ:ac respondisset, quia missi essent à Balach filio Sephor dicente:Veni,& maledic mihi populũ:responderit ei deus: Non ibis cũ eis, neq; maledices populum,est eñ benedictus.Iterum secundo dicitur ad eum noctu uenisse deus, & dixisse,ut iret cum eis:sed hoc obseruaret,ut uerbũ quod daret deus in ore eius, hoc loqueretur. Et rursum tertio eunti ei occurrisse angelum dei,cui intantũ uia eius non elegans nec opportuna uideretur,ut etiam interficere eum uellet,nisi asina uidens angelũ, quem Balaam uidere non potuit, declinasset. Et tamẽ posteaq; culpatur ab angelo cur ire uoluisset,rursus etiam ab ipso ire permittitur:tantũ ut custodiat uerbũ,quod deus dederit in ore eius,ut hoc solum proferat, nec amplius aliquid. Hæc ergo oñia difficilem habẽt explanationem:paucis tamen(ut suprà iam diximus)occasionem intelligẽtię uobis dabimus,quo & uos faciatis quod scriptũ est: Vt ijs auditis sapiens sapientior fiat:et Da occasionẽ sapienti,et sapientior erit.Sed priusquã perueniamus ad rem,ne illud quidem omittemus,quod curiosius intendẽtes in hoc loco obseruauimus.In Hebræorũ literis nomẽ dei,hoc est deus,uel dominus, diuerse scribi dicit̃. Aliter eñ scribitur deus, quicunq; deus:aliter deus ipse,de q̃ dicitur: Audi Israel, dominus deus tuus, deus unus est.Iste ergo deus Israel,deus unus,& creator omniũ, certo quodam literarũ signo scribitur,quod apud illos tetragrãmaton dicitur. Si quãdo ergo sub hoc signo in scripturis Prouerb.9 Deut.7

scribitur

scribitur deus, nulla est dubitatio quin de deo uero, & mūdi creatore dicatur. Si quādō uerò alijs, id est cōmunibus literis scribit̄, incertū habetur utrum de deo uero, an de ali-
1 Cor.8 quo ex illis dicatur, de quibus Apostolus dicit: Tametsi sunt qui dicant̄ dij, siue in cœlo siue in terra: sicut sunt dij multi, & domini multi: nobis tamē unus deus pater, ex q̄ omnia, & nos per ipsum. Aiūt ergo qui Hebraicas literas legunt, in hoc loco deus nō sub signo tetragrāmati esse positū, de quo qui potest, requirat. Sed & quod dixit deus ad Balaam quasi interrogans qui sunt isti homines? requiritur cur ignorare uideatur: & iterū quod ait, non maledices populū, est em̄ benedictus. Sic itaq; potest intelligi, quasi dixerit nō maledices populum meum. Nos interim dicimus dispensatione quadā & sapientia dei, ita omnia in hoc mundo esse dispositā, ut nihil prorsus otiosum sit apud deū, etiā si malum illud sit, etiā si bonum. Sed planius quod dicitur explicemus. Malitiā deus nō fecit: tamen cum ab alijs inuētam possit prohibere, nō prohibet: sed cum ipsis à quibus habet̄, utitur ea ad necessarias causas. Per ipsos em̄ in quibus est malitia, claros & probatos efficit eos, qui ad uirtutū gloriā tendunt. Nam si perimeretur malitia, non esset utiq; qui contrairet uirtutibus. Virtus aūt non habens aliquid contrariū non claresceret, nec splēdidior & examinatior fieret. Nō probata uerò nec examinata uirtus, nec uirtus est. Sed hęc si dicantur sine diuinorū uerborū testimonijs, exquisita magis & humana arte composita, quàm uera atq; indubitata uidebūtur. Requiramus ergo huiusmodi sensus
Gen.37 si etiam uolumina diuina cōtineant. Veniamus ad Ioseph. Tolle malitiam fratrum eius, tolle inuidiam, tolle illud omne parricidale cōmentum quo seuierūt in fratrē usquequo uenderent eum. Si hæc auferas, uide quantā simul peremeris dispensationem dei. Simul enim abscindes cūcta illa, quæ apud Ægyptū per Ioseph pro salute omnium gesta sunt.
Gen.41 Non fuisset interpretatio somnij Pharaonis, si per inuidiā fratrū nō fuisset Ioseph distractus, & uenisset in Ægyptū: nemo intellexisset quæ deus reuelauerat regi, nemo frumēta cōgregasset in Ægypto, nemo necessitatē famis sapiēti prouisione curasset: perijsset Ægyptus, perijssent & finitimę regiōes fame. Interijsset etiā ipse Israel, & semē eius quę rens panem, si Ægyptū nō fuisset ingressum, nec egressi fuissent ex ea filij Israel cum mirabilibus domini. Nusq; plagæ in Ægyptios, neq; uirtutes illæ, quas fecit deus per Mosen & Aaron. Nemo rubrum mare siccis uestigijs incessisset. Cibū mannę mortalis uita nesciisset. Nulla de sequenti petra aquarū fluenta prorupissent. Lex à deo hominibus data nō fuisset: quę in Exodo, quę in Leuitico, in Numeris etiā, & Deuteronomio referūtur, ad humani generis scientiā nō ueniissent: hæreditatem certe paternam, & terram repromissionis nullus intrasset. Et ut ad hæc quę habent̄ in manibus, ueniamus, tolle Balach huius regis pessimi malitiā, qua maledici desiderat Israelem, aufer eius astutiā, qua inuitabat Balaam ad deuotandum populum: pariter abstuleris erga filios Israel dispēsationem dei, & prouidentiæ eius fauorem: nusquam prophetiæ illę erunt, quæ per os Balaam, & filijs Israel, & gentibus prophetātur. Quod si etiam noui testamēti cupis hæc testimonijs confirmari, si auferas malitiā ludæ, proditionem q; eius perimas, abstuleris pariter crucem Christi & passionem eius: & si non sit crux, non exuuntur principatus, & potestates, nec triumphantur in ligno crucis. Si non fuisset mors Christi, utiq; nec resurrectio fuisset, nec extitisset aliquis primogenitus ex mortuis. Quod si nō fuisset primogenitus ex mortuis, nec spes nobis resurrectiōis fuisset. Simili ergo modo & de ipso diabolo ponamus: uerbi gratia, necessitate aliqua cōstrictū fuisse ne peccaret, uel post peccatum ablatam fuisse ab eo malitię uoluntatem: simul utiq; ablatū fuisset nobis certamē aduersum insidias diaboli, nec expectaret̄ corona uictoriæ ei, qui legitime certasset. Si non haberemus qui aduersum nos obsisterent, agones nō essent, nec uictorib. munera ponerentur, nec regnum cœlorum uincentibus pararetur: neq; momentaneum hoc & leue tribulationis nostræ, supra modum pondus gloriæ operaretur nobis in futuro: nec aliquis nostrum pro tribulationū patientia speraret immensam gloriā futurorū. Ex quibus omnibus colligitur, quia deus nō solū bonis utatur ad opus bonum, sed et malis: Et hoc uere mirabile est, quod uasis malis utitur deus ad opus bonū. In magna em̄ hac mū
2. Tim.2 di huius domo non sunt tantummodo uasa aurea, & argētea, sed & lignea, & fictilia: & alia quidem ad honorem, alia aūt ad contumeliam, utraq; tamen necessaria. Verū quoniam uasa hæc quæ dicimus, rationabilia intelligēda sunt, & liberi arbitrij: nō casu, neq;

fortuitu

fortuitu,unusquisq; aut uas honoris efficitur aut uas cõtumelię:sed qui se talem prębue rit,ut electus esse mereatur,uas electũ,& uas honoris efficitur.Qui uerò indignis & de terrimis sensibus uiuit,iste formatur uas contumeliæ,nõ à cõditore,sed à semetipso cau sis contumeliæ suæ datis.Non ergo eos tales esse conditor fecit,sed huiusmodi mentes secundũ propositũ eorũ, prouidentiæ suæ iusta & ineffabili quadam ratione dispensat. Sicut(uerbi gratia)in urbibus magnis,si qui indigniores sunt,& abstrusæ uitæ,ac deter rimæ homines,ultima quæq; opera,& laboriosa cõdemnantur operari,& tamẽ necessa ria sunt ciuitati huiusmodi opera.Verbi causa,aut fornacib. lauacri ad succẽdendos ig- nes deseruiũt,ut tu uel cõmoditate,uel delicijs perfruaris:aut cuniculos purgãt,aut alia huiusmodi gerunt,ut tibi in urbe fiat & delectabilis habitatio.Et illi quidẽ uel agunt ex proposito,uel ex merito patiunt:opus tamen ipsorum proficit ad utilitatẽ eorũ quibus quę bona & utilia sunt,parantur.Ita & hæc de quibus proposuimus,deus quidem mali tiam nõ fecit, inuentam tamen ex propositi intentione eorũ qui declinarũt à uia recta, auferre penitus noluit:prouidens hoc,quod etiã si illi esset inutilis qui ea utebatur, face ret eam tamẽ utilem ijs,aduersum quos exercebatur.Et ideo refugere quidem omnib. modis debemus,ne unq; malitia inueniatur in nobis:in alijs uerò uincere ea,nõ perime re studendũ est:quia & illi,in quibus est malitia,aliquid necessarij operis cõferũt uniuer sitati.Nihil em̃ otiosum, nihil inane est apud deũ. Quia siue bono ,pposito hominis uti tur ad bona,siue malo utitur ad necessaria. Sed beatior eris, si magis ex uirtutib. quæ in te sunt,inueniat̃ boni aliquid ex te uitę huius uniuersitas cõsequi:sicut illi,de quibus di cit Apostolus Petrus: ut sitis sicut luminaria in hoc mundo, uerbũ uitæ cõtinentes. Ad 2 Pet.1
gloriam sunt ergo necessaria luminaria mũdo huic.Et quid tam delectabile,quid tã ma gnificũ,q; opus solis,uel lunę,à quibus illuminat̃ mundus?Opus est tamen ipsi mundo etiam angelis qui sint super bestias,& angelis qui pręsint exercitibus terrenis.Opus est angelis qui præsint animalium natiuitati,uirgultorũ plantationũq;, & cęteris pluralib. incremẽtis.Et rursum angelis opus est,qui pręsint operibus sanctis,qui æternæ lucis in tellectum,& occultorũ dei agnitionem,ac rerũ diuinarũ scientiã doceãt. Vide ergo ne te ipse facias inter eos angelos inueniri,qui bestijs præsunt, si beluinã duxeris uitã: aut inter eos,qui terrenis operibus præsunt,si corporea & terrena dilexeris.Sed satisfage q̃- modo magis adsumaris ad societatẽ Michaelis archangeli,qui orationes sanctorũ sem per offert deo.Adsumeris autem in hunc numerum uel in istud officium,si insistas sem per orationi,& uigiles in ea,& impleas quod apostolus ait:Sine cessatione orãtes. Vel 1 Thess.5
certe ut adsumaris in societatẽ & officiũ Raphaelis, qui medicinæ præest: si cũ uideris aliquem uulneratum peccatis,& sagittis diaboli cõfixum,adhibueris curationũ sermo nem ac uerbi dei contuleris medicinam,ut peccati uulnera per pœnitentiã sanes,& me dicinã cõfessionis ostẽdas.Si quis uerò huiusmodi opera in hoc mundo agit,ipse se prę bet,ut in futuro seculo uas electionis,& utile domino ad omne opus bonum paratum à conditore formetur.Si uerò cõtraria gerat,uas ad cõtumeliam diuinæ semetipsum præ bebit dispẽsationi.Et propterea puto in diuinis uoluminibus scripta esse & bonorũ ge sta,& malorũ,& ex sinistris,& dextris actibus scripturas diuinas esse cõtextas,ut intelli gamus quia apud deum otiosa nõ sunt,nec malorũ opera,nec bonorũ.Verũ nunc post excessum plurimũ quidẽ,sed causę necessarium,redeamus ad propositũ.Balaam hic(ut superius diximus)diuinus erat,dęmonũ scilicet ministerio,& arte magica nonnunq; fu tura pręnoscẽs.Rogatur à Balach rege ad maledicendũ populo Israel,legati ueniũt, di uinacula in manibus ferũt,stant attonitæ gentes,& anxiæ,expectantes quid respõdeat Balaam,de quo persuasum habebãt quod dignus diuinis colloquijs haberet̃.Vide nũc quomodo sapientia dei uas istud ad contumeliã pręparatum proficere fecit ad utilitatẽ non solũ gẽtis unius,sed pene totius mundi:& huic cui solebant uideri dæmones, uide tur deus,prohibens mali operis iter. Stupescit Balaam & miratur prohibẽtis auctorita tem.Non enim solebat malũ dæmonibus displicere.Sed iterum remittit legatos dicẽs, nõ se posse facere,nisi uerbũ q̃d deus dederit in os eius.Redeũt rursus legati,iterum re- quirit,iterũ molestus est, & iterum cupit audire. Non em̃ facile cupidus mercedibus ca ret.Quid ergo audit secũdo à deo?Si uocare te,inquit,uenerũt homines isti surge & ua de cũ eis.In quo uoluntati quidem cupiditatis eius cedit deus,ut cõpleatur illud, quod

scriptum

ſcriptum eſt:Dimiſit eos in deſiderio cordis eorũ,ibunt in uoluptatib.ſuis:ſed tamẽ con
ſilium diuinę diſpenſationis expletur.Dicitur eñ ad eum: Verbũ quodcunq; dedero in
ore tuo,hoc loqueris.Si dignus fuiſſet Balaam,uerbũ ſuũ deus nõ in ore eius,ſed in cor-
de poſuiſſet.Nũc aũt quoniã in corde eius deſiderium mercedis erat,& cupiditas pecu-
niæ,uerbũ dei non in corde,ſed in ore eius ponitur.Agebatur eñ mira & magna diſpẽ-
ſatione,ut quoniã prophetarũ uerba quæ intra aulam continebañ Iſraeliticam, ad gen
tes peruenire non poterant, per Balaam cui fides ab uniuerſis gẽtibus habebatur,inno
teſcerent etiam nationibus ſecreta de Chriſto myſteria, & theſaurum magnũ proferret
ad gentes,nõ tam corde & ſenſu,q̃ ore & ſermone portatum.Sed ne per ſingula immo
remur,non eñ temporis eſt cuncta diſſolui,aſcenſa aſina ſua Balaam ibat per uiã:occur
rit ei angelus,ille ſine dubio,qui aderat filijs Iſrael.Aperit os aſinæ,ut arguaẽ per eã Ba-
laam,& muti pecudis uocibus confutetur is, qui diuinus uidebatur & ſapiens. Verum
poſt hęc conueniens iam uidetur aliqua etiam de allegoria contingere.Balaam hic,qui
interpretatur populus uanus, uideẽ mihi perſonã habere ſcribarũ & phariſęorũ Iudaici
populi.Balach uerò q excluſio uel deuoratio interpretaẽ,& ipſe perſonã habere intelli
gendus eſt unius alicuius ſpirituũ mũdi huius contrarię poteſtatis,quę excludere & de
uorare cupiat Iſrael,non eum qui ſecundum carnẽ eſt, ſed eum qui ſecundum ſpiritum.
Volens ergo poteſtas iſta contraria deleri & penitus extingui ſpiritalem Iſrael, nõ alijs
utitur miniſtris,niſi pontificibus & ſcribis ac phariſæis:ipſos inuitat,ipſis mercedẽ pro-
mittit & præmia.Illi uerò,ſicut iſte Balaã facit, ſimulant ſe cuncta ad deũ referre & zelo
Ioan.7 dei agere.Dicunt eñ:Scrutare ſcripturas,& uide quia propheta à Galilæa nõ ſurgit. Et
iterũ dicũt:Nos legem habemus,& ſecundũ legem debet mori, quia filium dei ſe fecit.
Per quę ſingula uideñ quidẽ ſcribæ & Phariſæi zelũ dei habere,ſed ſimulatũ.Aſina ue
rò,cui ſedebat Balaã,quoniã ſcriptura dicit: Homines & iumẽta ſaluos facies domine,
ea pars credentiũ poteſt intelligi,quæ ſiue pro ſtultitia,ſiue pro innocẽtia,animalib.cõ
1 Cor.1 paratur.Sic eñ & Apoſtolus dicit: Videte aũt uocationẽ ueſtram fratres,quia nõ multi
inter uos ſapientes,nõ multi potentes,nõ multi nobiles,ſed quę ſtulta ſunt mũdi elegit
deus,ut confundat ſapientes. Iſti ergo tales, ſicut Euãgelica quæ in parabolis agebañ
geſta deſignant,ab iſtis peſſimis dominis ſcribis ac phariſęis ſubiecti quodãmodo tene
bañ & uincti,ſed à dño ſoluuntur,nõ quidẽ per ipſum dominũ,ſed per diſcipulos eius.
Matt.21 Dicit enim ipſe ad diſcipulos:Ite in uicũ,qui eſt contra uos:& inuenietis aſinam alliga-
tam,& pullum eius,ſoluentes adducite.Sicut ergo in euãgelio nõ ipſe dominus,ſed di-
ſcipuli ſoluunt aſinam:ita & hic non ab eo ipſo,ſed ab angelo aperitur os aſinæ,& ſicut
in Euangelijs qui non uident arguunt uidentes:ita & hic,qui muti erant arguũt loquẽ-
Matt.11 tes.Et hoc eſt, quod dominus dicebat. Pater gratias ago tibi, quoniam abſcondiſti hæc
ſapientibus & prudentibus,& reuelaſti ea paruulis. Scribæ autem & phariſęi erant qui
ſedebant ſuper aſinam hanc, & tenebant eam uinctã.Ipſis ergo iraſcitur angelus, & ni
ſi quodam futurorum proſpectu, illos quidem peremiſſet,aſinam autẽ ſeruaſſet,quę ui-
dit,& reuerita eſt eum qui uenit ad uineam,& ſtat inter uineas.Compreſſit tamẽ pedes
ſedentis ſuper ſe in maceriã:& ideo forte non poteſt ambulare ille eius ſeſſor antiquus,
Ibid. nec uenire ad eum, qui dicit: Venite ad me oẽs qui laboratis,& onerati eſtis . Aſina ta-
men uenit,adducta à diſcipulis:& cui tunc ſedebat Balaam mercedis cupidus,nũc ei ſe
det Ieſus.Nec mireris ſi eum quem diximus ſcribarum, & doctorum populi formam te
nere,uideas prophetãtem de Chriſto.Hoc enim legimus feciſſe & Caipham, qui dixit:
Ioan.11 Expedit uobis,ut unus homo pereat pro omni populo.Sed hoc,inquit,quia erat ponti
fex anni illius prophetauit. Prophetat ergo & Balaã de Chriſto:& ideo nemo extolla-
tur etiam ſi prophetet, etiam ſi præſcientiam mereatur: ſed redeat ad Apoſtoli dictum,
1 Cor.13 quo ad iſta reſpiciens ait:Siue prophetiæ abolebuntur,ſiue linguæ ceſſabunt,ſiue ſcien
tia deſtruetur.Et quid eſt ergo quod permanet? Fides,inquit,ſpes,& charitas:maior au
tem horum charitas.Et ſola,inquit,charitas eſt, quæ nunquam excidit.Ideo ſuper pro-
phetiam,ſuper ſcientiam,ſuper fidem,ſuper ipſum etiam martyrium (ut Paulus docet)
charitas habenda eſt,& charitas excolenda: quia & deus charitas eſt, & Chriſtus filius
eius charitas eſt,qui nobis perfectionem charitatis donare dignetur.Ipſi gloria, & im-
perium in ſecula ſeculorum. Amen.

De pro-

De prophetia Balaam. Homilia Decimaquinta. Cap. XXIIII

ICET nos ordo lectionum quæ recitantur, de illis dicere magis exigat
L quæ Lector explicuit, tamen quoniam nonnulli fratrum depoſcunt ea potius quæ de prophetia Balaam ſcripta ſunt, ad ſermonem diſputationis adducí, nõ ita ordini lectionum ſatisfacere æquum credidi, ut deſideriis auditorũ. Primo ergo omnium de ipſo Balaam requiramus, cur in ſcripturis nunc uituperabilis, nunc laudabilis ponitur. Nam uituperabilis eſt, cum prohibitus à deo uenire ad regem, perſiſtit ut ueniat, & mercedis cupidus iterum conſulit, iterum requirit à deo, donec relinquatur cupiditatibus ſuis, & eat in uolũtatibus ſuis. Culpabilis eſt, cum ædificat aras, & uictimas imponit dæmoniis, & apparatu magico poſcit diuina cõſulta. Culpabilis eſt, cum conſilium peſſimum dat, ut populus decipiatur per mulieres Madianitidas, & cultũ idolorum. Rurſus laudabilis oſtenditur, cũ uerbũ dei ponitur in ore eius, cũ ſpiritus dei ſit ſuper eum, cum de Chriſto prophetat, cum Iudæis & gentibus de aduentu Chriſti myſteria futura pronunciat, cum pro maledictionibus benedictiones populo largitur, & nomen Iſrael ſupra uiſibilẽ gloriam myſticis extollit eloquiis. Cũ ergo hæc tã diuerſa de eo & tam uaria indicet ſcriptura diuina, ualde mihi difficile uidetur ex definito ſtatuere eius perſonam, cui non ſolum conueniat iſta diuerſitas, uerũ & illud aptari poſſit q̃d ipſe de ſemetipſo uelut prophetans dicit: Moriatur anima mea inter animas iuſtorũ, & fiat ſemen meum ſicut ſemẽ iuſtorũ. Sed & per Michæam prophetã tale de eo dñs teſtimonium perhibet, ubi dicit: Populus meus quid feci tibi? reſponde mihi, quia reuo caui te de terra Aegypti, & ex domo ſeruitutis liberaui te, & miſi ante faciem tuã Moyſen, Aaron, & Mariam. Populus meus memento quid cogitauerit aduerſum te Balach rex Moab, & quid reſpondit ei Balaam filius Beor, à funiculis uſq; in Galgal ut agnoſceretur iuſtitia domini. Oſtẽdit ergo per hęc quia ut iuſtitia domini agnoſceretur propterea illa omnia reſpondit Balaam filius Beor ad regem Balach, quæ ſcripta referuntur in libris. Et quis putas inuenietur talis, qui poſſit ex ipſis reſpõſis Balaam oſtendere quod dei iuſtitia manifeſtet in eis? Reuera em̃ ſi ſermo dei poſitus eſt in ore eius, et ſpiritus dei factus eſt ſuper illũ, & iuſtitia dei ex reſponſis eius agnoſcitur & manifeſtat, omnimode quæ ab eo dicuntur, nõ niſi prophetica & diuina eſſe credenda ſunt. Quamuis difficile alicubi ſcriptum legamus, quia factus eſt ſpiritus dei ſuper aliquem prophetarũ: ſed aut uiſio quam uidit, aut aſſumptio uerbi dei, aut dei uerbũ factum eſt ad illum, uel ad illum, & alia quædã de prophetis legimus. Factum uerò eſſe ſpiritum dei ſuper aliquẽ ꝓphetarũ, legiſſe ad præſens interim non recordor, niſi de Dauid ita ſcriptũ memini. Et apparuit, ſiue illuxit ſpiritus dei ſuper Dauid à die illa, & deinceps: non tamẽ factus eſt ſpiritus dei ſuper Dauid. De Saul uerò ita memini ſcriptũ: Et decidet ſpiritus domini ſuper te, & prophetabis cum ipſis, & cõuerteris in uirum alterum. Et iterum de eodem dicit: Et ſpiritus domini diſceſſit à Saul, obſtupefecit eũ ſpiritus malignus à domino. Et iterum: Et factum eſt cum eſſet ſpiritus malus ad Saul, adſumpſit Dauid pſalteriũ & pſallebat in manibus ſuis, & percutiebat, & erat bonum ei, & diſcedebat ab eo ſpiritus malignus. Hæc pro eo, quod medium poteſt uideri hoc quod ſcriptum eſt: Et factus eſt ſpiritus domini ſuper eũ. Propter quod & nos ſecundũ ea quæ ſuperiore tractatu ſenſeramus, etiam nunc in phariſæorum, & ſcribarum, eiſq; ſimilium perſona hunc ipſum Balaã explicare conabimur. Sed age iam ꝓphetiæ eius uerba, quæ adſumpta parabola ſua dixiſſe ſcribitur, uideamus. Ex Meſopotamia, inquit, uocauit me Balach rex Moab, ex montibus orientis. Meſopotamiã dicit terrã, quę inter flumina Babyloniæ iacet, de quibus ſcriptum eſt: Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, dũ recordaremur Sion. Si quis ergo inter iſta flumina fuerit Babylonis, ſi quis rheumatibus libidinis inundatur, & luxuriæ æſtibus circũluitur, iſte non dicitur ſtare, ſed ſedere: & ideo qui ibi cõprehenſi ſunt dicebãt: Super flumina Babylonis illic ſedimus, & fleuimus, dũ recordaremur Sion. Sed nec flere quidem ante poſſunt, niſi cum recordati fuerint Siõ. Bonorũ nanq; recordatio, malorum cauſas lamẽtabiles facit. Niſi enim quis recordetur Siõ, niſi legem dei, & ſcripturarũ montes aſpiciat, mala ſua flere non incipit. Ex iſtis ergo fluminibus uocatur Balaam, & ab iſtis orientis montibus inuitatur. Montes iſti non ſunt ſancti montes illi, de quibus ſcriptum eſt: Fundamenta eius in montibus ſanctis. Et iterũ:

Mich.6

1 Reg.16

1 Reg.9

1 Reg.16

Pſal.136

Pſal.87

Psal.122 Hierusalē quæ ædificatur ut ciuitas, cuius participatio eius in idipsum. Mōtes in circuitu eius, & dominus in circuitu populi sui. Nō sunt ergo tales Mesopotamiæ mōtes, sed
Hier.51 illi, de quibus dicitur: Montes tenebrosi, & iterum de quo dicitur: Ecce ego ad te mons
2 Cor.10 corrupte. Isti sunt mōtes, in quibus est omnis altitudo extollēs se aduersum scientiā dei. Ab istis ergo montibus accersitur Balaam hic: Quales autem isti sunt montes, talem ha
2 Cor.11 bent & orientem. Habet enim & ortum luminis sui ille, qui cōuertit se sicut angelū lu-
Iob.18 cis. Habet illam lucem, de qua scriptum est: Lux impiorum extinguetur. Et sicut ista lux impiorum, & illa quæ cōuertit se sicut angelū lucis, contraria est illi luci, quæ dicebat:
Ioan.8 Ego sum lux mundi: ita & iste oriens cōtrarius est illi oriēti, de quo scriptū est in Zacha-
Zach.6 ria: Ecce uir, Oriens nomē eius est. Ex illius ergo nō huius orientis finibus ueniebat Balaam, illuminatus sine dubio ab illo Lucifero, de quo dicitur: Quomodo cecidit de cœlo Lucifer, qui mane oriebatur? Sed uideamus qd dicit illi Balach rex Moab, qui accersiuit eū è medio fluminū de montib. oriētis. Veni, inquit, & maledic mihi Iacob, & ueni maledic mihi Israel. In Latinis sermonibus pene superflua uidetur esse repetitio, qua ait: Maledic mihi Iacob, & maledic mihi Israel. Sed est in Grecis literis sub nomine Israel in maledictio præpositionis adiectio, quā nostri uel minus decenter dici credētes, uel nul lam uim dictionis addi ex hoc posse existimantes omiserunt. Nos autem sermonē licet contra consuetudinem fingimus, ut sensum ex integro colligamus. Potest ergo dici, ue ni maledic mihi Iacob, & ueni supermaledic mihi Israel. Per quod ostenditur idcirco ser mo repetitus, ut ampliore ui, maiore intentione maledictionē in Israel, quàm in Iacob
D. Balach uideretur exposcere. Donec enim quis tantum Iacob est, hoc est in actibus solū & operibus positus, inferioribus maledictionibus impugnatur. Vbi autem, profecerit, & interiorem hominem ad uidendum deum reuelato mentis oculo exacuerit, & prouoca re iam cœperit, tūc non solum maledictis ab inimico, sed & supermaledictis, hoc est ue hementioribus maledictorum iaculis impugnabitur. Sed tūc quidem os Balaam male-dictione & amaritudine plenum erat, & sub lingua eius labor & dolor, & sedebat in in sidijs cum diuitibus. Expectabat enim mercedes à diuite rege, ut in occultis interficiat innocentes. Sed deus qui facit semper mirabilia solus, ex inimicis operatur salutē. Inie-cit enim uerbum in os eius, quamuis nondū cor eius capere posset uerbum dei. Adhuc enim erat in corde eius mercedis cupiditas, propter quod etiam post uerbum dei, quod habuit in ore suo, dicebat ad Balach. Veni, & do tibi consilium. & docebat eum quo-modo mitteret scandalum in cōspectu filiorum Israel, ut manducarent idolis immolata & ut fornicarentur. Propter quod & cecidit populus, & plaga magna facta est in eo, do nec Finees perempto Israelita, qui fornicabatur cum Madianitide, sedauit furorem do-mini. Et post hęc, inquit, produxit Finees exercitum contra Madianitas, & interfecerūt duodecim milia uirorum, & Balaam filium Beor in gladio. Sed & hęc ante tempus per excessum quendam introduximus, ut ostenderemus quia Balaā nō in corde, sed in ore tantummodo habuit uerbum dei. Interim quę profert, quę loquitur, ex uerbo dei loqui tur, ideoq; dicit, uerbum dei est. Ait ergo: Quid maledicam, quem non maledicit domi nus? Aut quid supermaledicam, quē nō supermaledixit dominus? Supermaledicit, nos præsumimus secundū Græci sermonis rationē, uim uerbi ostēdere ex præpositionis au gmento cupientes. Quid ergo dicemus? Iacob quidē nō maledicit dominus nec Israel,
Gen.3 sed alij putas alicui maledicit? Legimus scriptū, quia dicit dominus ad serpentē: Male-dictus tu in omnib. bestijs terræ. Et iterum ad Adam: Maledicta terra in opere tuo. Sed
Gen.4 & Cain: Et nunc maledictus tu à terra, quæ aperuit os suū, ut reciperet sanguinē fratris
Deut.27 tui de manib. tuis: Et: maledictus omnis qui facit sculptile, aut fusile. Verū ne putes hæc ueteribus tantūmodo literis contineri, etiam in euangelijs similia inuenies. Scriptū est
Matt.25 eīm quod dicturus sit dominus ijs, qui à sinistris sunt: Discedite à me maledicti in ignem
Matt.23 æternū. Sed & cum dicit: Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, & Væ uobis diuitib. & singula huiusmodi, quid aliud nisi maledictis eos uidetur urgere? Sed quid dicemus
Rom.12 quod mādatum per apostolum datur, ubi dicit: Benedicite, & nolite maledicere? Quid ergo ab hominibus nō uult fieri, hoc ipse facit qui exemplū uitæ hominibus ponit? Nō ita est. Deus enim quibus maledicit, meritum designat eius cui maledicitur, & sententiā promit, utpote quem non fallat, neq; peccati qualitas, neq; peccantis affectus. Homo au-

tem

tem quia hæc nõ potest scire: neq; enim propositũ mentẽq; alterius uidere alius aut cognoscere potest: idcirco etiã si iudicantis, uel sententiam promẽtis iutuitu proferat maledictum, nõ potest esse iusta maledicendi causa, ubi ignoratur peccãtis affectus. maxime cũ humanũ uitium tunc sciat maledicta proferre, cum forte cõuitijs, aut iniurijs prouocatur. Quod uitiũ resecare apostolus uolens, ne maledictis maledicta & cõuitijs cõuitia prouocemus, mãdatũ necessariũ ponit: ut benedicamus & nõ maledicamus: quo conuitiandi uitiũ resecetur, & nõ quo iudicãdi ueritas quę homines latet, & pronũciandi auctoritas perimatur. Et tamẽ quid causæ sit, quod nõ maledicat dominus Iacob, neque Israel, ab ipso nihilominus Balaã, imò à uerbo quod posuit deus in ore eius, diligentius audiamus. Quoniã de uerticibus, inquit, mõtium intuebor eũ, & à collibus intelligam eũ. Quia, inquit, in excelsis montibus & altis collib. positus est Israel, hoc est in edita uita & ardua, ad quam contuendã, & intelligendã nõ facile quis idoneus fiat, nisi ascendat ad eminentẽ & excelsam scientiã, idcirco, inquit, nõ ei maledicit deus. Est eñ uita eius alta & præcelsa, non humilis & dejecta. Quod tamẽ nõ mihi uidetur quia de illo Israel, qui secundũ carnẽ Israel est, dixerit, sed de illo, cuius super terrã ambulantis cõuersatio in cœlis est. Aut si etiã ad illum populũ dicta hæc referẽda sunt, recte cum distinctione dicit, intuebor & intelligam: ut futurum tẽpus significet, illud sine dubio quãdo omnis Israel ad fidem Christi ueniens saluabitur, & à montibus & à collibus intuebit: ab ijs sine dubio, qui excelsam, & cœlestẽ uitam consurgentes cum Christo exercuerint super terras. Sed & quod dixit de Iacob quidem uidebo, de Israel autem intelligam, etiam hoc aptissima distinctione suscipiendum est: ut aliud ad actus uisibiles, aliud ad inuisibilem fidem, atq; intelligibilẽ scientiam conferatur. Aut si ad futurũ seculum ista cõuertimus, id est ad resurrectionis tẽpus: Iacob uidebo, potest de corporibus dictũ intelligi: Israel autem intelligam, spiritum & animã significare resurgentiũ. Ecce, inquit, populus solus habitabit, & in nationibus non reputabitur. Potest quidẽ & secundũ literam stare. Solus enim populus Iacob nõ est permixtus cæteris hominibus, nec inter cæteras gentes reputatus est. Habuit enim certa quæq; priuilegia in obseruationibus & in legitimis suis, ex quibus sequestratus à cæteris gentibus haberet. Sicut enim tribus Leui non est permixta inter cęteras tribus, nec adnumeratur inter eas: hoc pacto & omnis Israel nec miscet cæteris gentibus, nec reputatur inter eas. Hęc quidẽ in illo populo fuerint secundum formã futurorũ bonorũ, uerus autem Iacob, & spiritalis Israel, uere solus habitabit in gentibus. Si eñ accessimus ad Sion montem, & ciuitatẽ dei uiuẽtis Hierusalem cœlestem, & uenimus ad spiritalem Iudæam, quæ est portio dei, & in terris positi ibi habemus conuersationem, uere non reputamur inter cæteras gẽtes, nec reliquarũ nationum fines cum nostris finibus admiscẽtur, etiã si restituatur Sodoma in antiquũ, & Aegyptus in statum suum redeat, & si quid aliud tale in prophetis scriptũ est. Verũtamen illi Iacob & spiritali Israel, cum ad ecclesiam primitiuorũ ascenderint, nullus exæquabitur, nullus admiscebitur, etiam si istæ gentes secũdum dicta prophetica fuerint restitutæ. Nisi enim insertus fuerit ramus oleastri, & socius factus erit radici pinguedinis oliuæ, quomodo potest sociari & cõiungi ad Iacob, uel Israel, cũ sine ista radice nec Iacob quisquam possit appellari, nec Israel? Neq; ergo ex Iacob uel Israel si qs peccat, Iacob dici uel Israel potest, neq; ex gentibus si quis ingressus fuerit ecclesiã domini, inter gentes ultra reputabitur. Quis inuestigabit semen Iacob? & quis dinumerabit plebem Israel? Simile est hoc illi quod scriptum est, quia eduxit deus Abrahã foras, & ait ei: Respice ad cœlum, & dinumera stellas si potes dinumerare eas, & ait: Ita erit semen tuum. Et credidit Abraham deo, & reputatum est illi ad iustitiã. Et Abraham quidem, & alius quilibet hominum aut etiam angelorum, fortassis autem & superiorum uirtutũ nõ poterant numerare stellas nec semen Abraham, de quo scriptum est: Sic erit semen tuum: Deus autem, de quo scriptum est: Qui numerat multitudinẽ stellarum, & omnib. eis nomina uocat, & qui dixit: Ego stellis omnibus mãdaui, potest inuestigare semẽ Iacob, & dinumerare plebem Israel. Ipse eñ scit solus qui uere sit Iacob, & qui uere sit Israel. Non enim ad eum qui in manifesto Iudæus est, respicit, neq; ad eã, quæ manifeste in carne est circuncisio: sed uidet illũ, qui in occulto Iudæus est, & qui circuncisus est corde, nõ carne. Ipse ergo est solus, qui dinumerare potest, & inuestigare, & ipse secũdum ineffabilẽ

Rom. 11

Gen. 15

Psal. 147

& incõprehensibilem sapientiam suam ad illam cœlestem formã, quam ipse solus scire potest, posuit etiã istos numeros, quos habemus in manibus: in quibus præcipit, ut secũdum cognationes suas, & secundum domos familiarum suarum, ex nomine omnes masculi per capita numerentur à uiginti annis & suprà, omnis qui ingreditur in uirtute Israel: & colligitur eorum quidam sacratus numerus, de quo iam superius (prout donauit dominus) diximus. Sed iste numerus tunc demum sacratus est, & placitus deo, cũ ipso præcipiente numeratur. Si autem contra præceptum domini uoluerit aliquis numerare, licet ille Dauid sit, licet magnus propheta, contra legem agit, & arguitur per prophetam, & patitur illa quæ in secundo lib. Regnorum legimus scripta. Solus ergo ipse qui numerat multitudinem stellarum, & qui omnia mensura & numero & põdere produxit, inuestigat semen Iacob, & dinumerat plebem Israel. Post hæc quasi de semetipso quædam prophetare uidetur, cum dicit: Moriatur anima mea inter animas iustorum, & fiat semen meum sicut semen iustorum. Sed hoc quantum ad personam spectat illius Balaam, & illius Israel, nec factum est, nec fieri potuit. non enim inter ipsos, sed ab ipsis mortuus est. Magis enim (ut diximus) ipsorum personæ conueniet: qui licet in præsenti seculo uanus populus habeatur, quia sine gratia est spiritus sancti: in fine tamen seculi cum plenitudo gentium introierit, & omnis ista prophetia quæ de Israel dicitur, in spiritali Israele fuerit impleta, tunc anima eius morietur cum animabus iustorum. Suscipiet enim in se fidem Christi, ita ut & ipsi dicant: Qui in Christo baptizati sumus, in morte ipsius baptizati sumus. Consepulti enim sumus illi per baptismum in morte. Et iterum: Si enim commorimur, & conregnabimus. Et sic uere complebitur intelligi Balaam ut moriatur anima eius inter animas iustorum. Quod autem dicit, ut fiat semen meum sicut semen iustorum, posset quidẽ & de illo Balaam intelligi, secũdũ hoc quod magi illi, qui de oriente ueniẽtes primi adorare uenerunt Iesum, de semine eius esse uideantur, siue per successionem generis, siue per disciplinæ traditionẽ. Euidenter enim constat illos agnouisse stellam, quam prædixerat Balaam orituram in Israel, & sic uenisse, & adorasse regem, qui natus est in Israel. Conueniet tamẽ & populo illi secũdum ea quæ suprà diximus. Non enim tam ipsi, quàm semẽ eorum efficietur sicut semẽ iustorũ. Eorum scilicet, qui credentes in Christo iustificati sunt. Vnde manifestum est, quia sicut apostolus dicit, neq; circuncisio aliquid est, neq; præputium, sed fides, quæ per charitatem operatur. Et ideo nemo aut circũcisionis antiquitate se iactet, aut in pręputij nouitate glorietur. Sed ut Apolus dicit, probet unusquisq; opus suum, & tunc in semetipso tantum gloriam habebit. Sic denicq; propheta dicit: Ecce homo, & opus eius & merces in cõspectu domini esse dicitur, ut reddat unicuicq; secundũ opera sua. in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Rom. 6

2 Tim. 2

Gal. 5

6.

Esa. 40

De prophetia alia Balaam. Homilia Sextadecima Cap. XXIII

PRIORE tractatu inquantum possibile fuit primas partes prophetiæ Balaã explicare tentauimus. Secundum nunc prophetiæ initium sumpsimus, ut si dominus aspirare dignetur, etiam de hac pro uiribus, quæ occurrere potuerint, in medium proferamus. Inconueniens enim mihi uisum est, quamuis hæc difficilia uideantur, interrumpere tractatum eorum, quo minus de singulis quæ comprehendere possumus, explicemus. Igitur Balach rex, ueluti attonitus, & percussus ex ijs, quę cõtra spem dici uidebat à Balaam, benedictionem enim pro maledictionibus audiebat, ultra non ferens interrupit uerba eius & ait. Quid fecisti mihi? Ad maledicendos inimicos meos uocaui te, & ecce benedixisti benedictione. Non tulit rex amarus benedictionum dulcedinẽ, sed maledicta quærit, maledicta deposcit. Est em̃ ex cognatione illius, ad quẽ dixit dominus: Maledictus tu ab omnibus bestijs terræ. Sed quid ad hæc respõdit ei ille, cui uerbũ deus in ore posuerat? Nõne quæcũq; inqt, iniecerit deus in os meũ, hæc obseruabo loqui? Ad hæc Balach putãs quia perterritus esset Balaã populi Israeliti ci multitudine, et idcirco nõ fuisset ausus ,pferre maledicta, mutationẽ sibi loci credidit profuturam, & ait ad eum: Veni adhuc mecum in locum alium, de quo totũ nõ uideas eum, sed partem aliquam eius uideas, omnes autem non uideas, & maledic mihi eũ inde. Demẽs qui Israelitică gratiã loci obiectione crederet posse celari, & qui nescíret qa nõ potest abscondi ciuitas super montẽ posita. Et adsumpsit, inquit, eũ in spelunc̃a agri

in uerticem

in uerticem montis celsi,& cõstruxit ibi septẽ aras,& imposuit uitulũ,& arietẽ super aram & dixit Balaã ad Balach: Adsiste ad sacrificiũ tuũ, ego uerò pergã percũctari deũ. Et occurrit deus ipsi Balaã,& iniecit uerbũ in os eius, & dixit sine dubio deus.Cõuerte re ad Balach,& hæc loqueris.At ille(hoc est Balach) stabat iuxta holocaustomata sua, & omnes principes Moab cũ illo.Et dixit ei Balach:Quid locutus est dñs? Res quidẽ prophanis sacrificijs gerebatur,& diuinatio magica arte requirebatur:uolẽs tñ deus ibi abundare gratiã,ubi superabũdauit peccatũ,adesse dignatur,nec refugit ab ijs, quæ nõ secundum Israeliticã disciplinam,sed secundum gentilium gerebantur errorem. Adest aũt non sacrificijs,sed in occursum ueniẽti, & ibi dat uerbũ suũ, atq; ibi mysteria futura prænunciat,ubi maxime fides & admiratio gentiliũ pẽdet, ut qui nostris nolunt credere prophetis,credant diuinis & uatibus suis.Et adsumẽs,inquit,parabolã suã dixit. Per parabolam ergo dicit Balaã:Surge Balach,& audi,aurib.percipe testis fili Sephor. Nõ sicut homo deus fruſtraꝛ,neq; sicut filius hominis terretur.Ipse cũ dixerit,nõ faciet? loquetur,& nõ permanebit? Ecce ad benedicendũ adsumptus sum,benedicã,& nõ auertam eam.Non erit labor in Iacob,neq; uidebiꝫ dolor in Israel,dominus deus suus cũ ipso,prẽclara principum cũ ipso sunt.Deus qui eduxit eũ ex Aegypto,sicut gloria unicornis eius.Nõ enim erit auguratio in Iacob,neq; diuinatio in Israel. In tẽpore dicẽꝫ Iacob & Israel,quid perficiet deus.Ecce populus sicut catulus leonis exurget,& sicut leo exultabit,nõ dormiet donec comedat prædam,& sanguinẽ uulneratorũ bibat.] Hęc est cõtinentia secũdæ ꝓphetiæ in uerbis Balaam. Videamus ergo primo hoc ipsum quod ait: Exurge Balach,& audi.Si eñ in superioribus non dixisset quia staret iuxta holocaustũ suum,nõ uideretur magnopere requirendũ cur dixerit, exurge Balach. Nunc aũt cum hortetur exurgere eum,quẽ nuper dixerat stare,nõ est otiose prætereundus sermo propheticus.Quod ergo ait in superioribus, quia staret ad holocaustum suum designat eũ non recte stare.Stabat eñ in idololatria positus,& stabat quasi inimicus dei, quod magis esset non stare,sed cadere.Quasi ergo qui illo statu cadere debuerit,imõ & qui ceciderit,ita nunc intellectu prophetico exurgere eũ iubet.Quippe qui per hoc, quod stare in idololatria uisus fuerat,cecidisset.Exurgat ergo q talis est,exurgat animo,exurgat fide,& efficiatur testis:si quidẽ conuertetur,testis fidei:si uerò permanet infidelis, ut sit testis condemnationis suæ.Sed quid est q̃d ei adnunciat,uideamus.Non sicut homo,inquit,deus fruſtraꝛ,neq; sicut filius hominis terretur ipse.Nõ,inquit,habeas talẽ opinionem de deo,ut putes eum esse sicut hominẽ,qui in ijs quæ loquitur,fruſtrari possit. Homines enim multis occasionibus & uitijs impediuntur,ne uerum sit quod loquunt̃.Aut irati eñ loquuntur,& ira cessante fruſtra locuti sunt:aut metus aut cupiditatis aut iactãtiæ gratia,alijsq; horũ similibus,& utiq; fruſtra erit & uanũ oñe quicquid uitio dominãte locuti sunt.Deus aũt,in quo nulla est passio,nulla fragilitas, omne quod dixerit, pro causarũ meritis dicit,& ideo nunq; fruſtrari potest, quia quod ratione profertur, carere non potest ratione.Nõ ergo deus sicut homo,qui fruſtra loquaꝛ:neq; sicut filius hominis terreꝛ,uel(ut in alijs exẽplarib.legimus)neq; sicut filius hominis terret.In hominib. interdũ sententiã mutat terror,deus aũt qui supra omnia est,à quo terreri potest, ut sententiam mutet? Si uere secundũ hoc accipiamus quod in alijs exemplarib. diximus lectum,hoc est neq; sicut filius hominis terret:illud uidebitur dici, quod homines quidẽ interdum pro iactantia terrores faciunt & minas,etiam ijs nonnunq; quibus nocere nõ possunt:deus aũt nõ terret ita homines quasi qui punire non possit,sed & si terret,ratione terret.Terret eñ ut corripiat hominem in auditionis tribulatione,ut uerbo cõminationis deterritus emendet se qui male agit, nec perueniat ad eũ ipsa uindicta male gestorũ suorum.Non ergo ita deus terret ut homo.homo enim(ut diximus)pro iactãtia, Deus uero pro emendatione terret.Post hæc ait:Ipse cum dixerit,nõ faciet? loquetꝛ, & nõ permanebit? Sic legẽdus est locus,quasi interrogãtis affectu dicat,ipse,hoc est,deus quod dicit nónne & faciet? & quæ locutus fuerit nónne permanebit in eis? Cũ utiq; homines non faciant quæ dicunt,& uitio humanæ fragilitatis in ijs non permaneant quæ loquunt̃.mutabilis enim est homo, deus uerò immutabilis. Sed põt aliquis occurrere, & dicere:Quomodo ergo non permansit deus in ijs,quæ locutus est de Niniue,ut post triduum subuerteretur? neq; in ijs quæ locutus est Dauid,ubi trib.diebus promissa fue- Ion.3

rat mors,ut uaſtaret populum,& intra unum diem, & uſq; ad horã prandij ceſſauit? Et uidebitur fortaſſis,quia hęc quæ per interrogationem dicuntur,non penitus pro definito accipienda ſint:ſed talis quædam figura uerbi ſit,quæ medium aliquid uideat oſtẽdere,nõ tamen definitæ & irreuocabilis ſententiæ declaret affectũ: quo tẽperatius aliquid dictũ uideatur in eo quod ſcriptum eſt,ipſe cum dixerit nónne faciet? quàm ſi ſcriptum eſſet,ipſe cũ dixerit omnimode faciet.Sed recẽſeamus & ipſa ſcripturæ loca, quę uel in Iona,uel in Regnorũ libris poſita ſunt,ne forte & ibi(ut moris eſt) ſcripturæ diuinæ ſecreti aliquid habeant.Scriptũ eſt ergo in Iona:Et factũ eſt uerbũ domini ad Ionã filiũ Amati dicens:Surge & uade in Niniuen ciuitatẽ magnam,& prædica in ea,quia aſ- Ion.1
cendit clamor malitiæ eius ad me.Et poſteaquam pręceptũ eſt ceto,& eiecit Ionã in terram,iterum ſcriptum eſt:Et factum eſt uerbũ domini ad Ionã ſecundo dicens. Surge & uade in Niniuen ciuitatem magnam,& prædica in ea ſecundum prædicationem quam Ion.3
ego locutus ſum ad te.Et Ionas quidẽ prædicauit,& dixit:Adhuc tres dies,uel (ut Hebræi habere ſe ſcriptũ dicũt)adhuc quadraginta dies,& Niniue deſtruetur.Viri aũt Niniuitæ crediderunt in deo,& prædicauerunt ieiunium, & induerũt ſe cilicijs, à minore
Ibid. uſq; ad maiorem ipſorum.Et poſt pauca:Et uidit deus,inquit,opera eorum, quia cõuerſi ſunt à uijs ſuis malis,& pœnituit,uel(ut in alijs exemplaribus legimus)deprecatus eſt deus ſuper malitiam quam locutus eſt facere eis,& nõ fecit.Obſerua igitur in ijs quæ aſſumpſimus de propheta quod non inuenitur in ſermonibus dei quibus ad prophetã locutus eſt,dictum,quia adhuc tres dies,& Niniue deſtruetur:ſed Ionas cum ingrederetur inquit ciuitatẽ,quaſi iter dierum trium,ipſe dixit,quia adhuc tres dies,& Niniue ſubuertetur:ut ſermo iſte,qui ſcriptus eſt,& non eſt factus,à Iona potius,quàm à deo prolatus eſſe uideatur.Sed & de ſecũdo libro Regnorũ proferamus quæ ſcripta ſunt,ubi cũ Dauid populum numeraſſet,factum eſt,inquit,uerbum domini ad Gad prophetam uidentem dicens: Vade,& loquere ad Dauid. Hæc dicit dominus. Tria ego leuabo ſuper te, elige tibi ex ijs unum,quod faciã tibi.Et introiuit Gad ad Dauid, & denunciauit ei di-
2 Reg.24 cens:Aut ueniet tibi tribus annis fames ſuper terrã tuã:aut tribus menſib.ut fugias ante inimicos tuos,qui te perſequent:aut triduo mors fiat in terra tua.Nunc ergo ſcito,uide quid reſpõdeam ei, qui me miſit.Et dixit Dauid ad Gad:Anguſtiæ mihi ſunt undiq; ualde.Sed incidã in manus domini magis, quia multæ miſerationes eius ſunt, & in manus hominũ nõ incidã.Et dedit dominus in Iſrael mortem à mane uſq; ad horam prandij,& mortui ſunt de populo à Dan uſq; Berſabee ſeptuaginta milia uirorũ. Et extẽdit angelus dei manum ſuam in Hieruſalẽ ut corrũperet eã,& deprecatus eſt dominus ſuper malitiam,& ait ad angelum,qui exterminabat populũ.Satis eſt,remitte manũ tuam.Obſerua ergo quomodo nec in ijs tribus cõminationibus deus inuenitur de morte dixiſſe trium dierum.In uerbis enim Gad poſitum eſt,non in mandatis domini: & nõ ſemper ea quæ per prophetam dicuntur,quaſi à deo dici ſuſcipiantur.Deniq; & per Moyſen quidem multa locutus eſt deus, aliquanta tñ & Moyſes propria auctoritate mandauit: q̃d dominus in euangelijs euidẽtiſſima diſtinctione ſecernit, cũ dicit de repudio mulieris
Matt.19 interrogatus:qa ad duritiã cordis ueſtri ſcripſit uobis hæc Moyſes,ab initio autẽ nõ fuit ſic.Qui eñ fecit hominẽ,maſculũ et fœminã fecit eos,& benedixit eos,et dixit.Propter hoc relinquet homo patrẽ ſuum,& matrẽ ſuam,& adhærebit uxori ſuæ, & ambo erunt in carne una.Et addit:Quod ergo deus cõiũxit,homo nõ ſeparet.Vides ergo & hic deũ quidẽ nõ præcepiſſe,nec fieri uoluiſſe diuortiũ:Moyſen uerò propter duritiam cordis ludæorũ ſcripſiſſe dandũ eſſe repudium.Oſtendit hæc & Paulus in literis ſuis cum dicit
1 Cor.7 de quibuſdam:Dominus dicit & nõ ego.& de alijs:Hęc aũt ego dico,non dominus.Et iterum in alijs:Pręceptũ domini nõ habeo,cõſilium autem do.Et iterum:Quæ loquor, non loquor ſecundum deum.Vnde ſimiliter etiam in cæteris prophetis aliqua quidem dominus locutus eſt,& nõ prophetæ,alia uerò prophetæ,& nõ dominus.& ſic uidebit obiectio intẽtata diſſolui,cum nõ tam ſua,quàm prophetæ uerba dominus reuocat, ac mutat in melius.Sed magis arbitror abſolutionem priorem totius ſcripturæ ſenſib.conuenire,& illis præcipue dictis,quibus patiens & multæ miſericordiæ,& pœnitẽs ſuper malitias dicitur deus:uel ijs maxime,quæ generaliter ab Hieremia ,pnunciant,in quib. euidenter oſtenditur pro multis miſerationibus,& incõprehenſibili bonitate ſua deus

dicere

dicere,& non facere,loqui,& non permanere. Ait ergo per Hieremiã deus:In finem lo Hier.18
quar,hoc est ex definito loquar super gentem,& super regnum,ut auferã eos, & dis-
dam.Et si conuertatur gens illa à malitijs suis,pœnitebo de omibus malis quæ cogitaui
facere eis,& in finem loquar super gentem,& regnum, ut reædificem eos, & replantẽ:
& si fecerint mala in conspectu meo,ut non audiant uocem meã, pœnitebit me de omi
bus bonis quæ locutus fueram ut facerẽ eis.Quomodo ergo possumus ijs, quæ abso-
te per Hieremiã dicta sunt,præferre illa quæ suspense per Balaam dicuntur:nisi quia ne
gligentibus,& contemptoribus illa cõfirmanda,hæc uerò à perfectioribus secretius ad
uertenda sunt?Sed post hæc Balaam:Ecce,inquit,ad benedicẽdum assumptus sum,be-
nedicam,& nõ auertam eam.Ad benedicendum Balaã assumptus est,non à Balach,sed
à deo,qui iniecit uerbum in os eius, quo populum benediceret, & hanc benedictionẽ
non auertit.Nec enim potest etiã si uelit, uerbum dei humana lingua conuertere. Post
hæc,non erit,inquit,labor in Iacob,neq; uidebitur dolor in Israel. Aperte in istis sermo
nibus futuræ uitæ denunciat statum. Quis enim est,qui hanc uitã sine labore & dolore
transcurrat?Nec si Petrus aliquis,aut si Paulus sit. Quomodo nõ in labore & dolore est
cum ter uirgis cæditur,semel lapidatur,ter naufragiũ facit, in profundo maris die ac no- 2 Cor.11
cte est,aliaq; innumera perpetit,quę de laboribus suis ac doloribus scribit?Sed ibi istud
complebitur,ubi dictum est:Ausugiet dolor,& tristitia,&gemitus.Quod tamen nõ ad
omnes,sed ad eos tantũ,qui meritis Iacob & Israel fuerint,refertur:ut fuit ille pauper La
zarus,qui præsentem quidem uitã in labore ac dolore transegit,ibi aũt dicitur ad diuitẽ:
Memento fili,quia tu recepisti bona in uita tua,& Lazarus similiter mala.Nunc aũt hic Luc.16
requiescit,tu uerò cruciaris.Ille ergo est Israel,& Iacob, in quẽ nõ uenit labor,& dolor.
Diues autem ille erat quidem & ipse secundũ carnem Israel,dicitur enim ei,quia fratres
sui habent leges & prophetas,audiant illos: sed quia nõ erat secũdum spiritũ Israel,ideo
uenit super illum labor & dolor.Dominus deus suus cum ipso, præclara principum cũ
ipso sunt.Nunq; enim Israel suum deserit deus.Quorum autem principũ præclara cum
ipso Israel sint,uideamus.Præclara principum, potestas est,principatus & regnũ. Verũ
quoniã sunt & aliqui principes,qui de principatu suo,uel pellendi,uel iam forte depulsi
sunt,& in locum ac principatum eorum introducendi ij,qui uere Israelitæ sunt,prę clara
illa omnia,quæ habuerunt in cœlis illi principes, qui non seruauerũt principatũ suum,
sed dereliquerũt ęterna domicilia,Israel iste & Iacob,qui colluctatus est & uicit,accipi-
et,& sic cũ ipso erunt præclara principũ.Deus qui eduxit eum ex Ægypto sicut gloria
unicornis eius.Eductus est ille quidem Israel de Ægypto ista terrena, hic autẽ spiritalis
Israel de Ægypto seculi,& de potestate tenebrarum, & est gloria eius tanq; unicornis.
Vnicornis quidem fertur esse animal eo habitu formatũ, quo nominis ipsius designat
indicium.Quod animal frequenter in scripturis diuinis positum legimus,sed prę cipue
apud Iob dei ipsius uocibus potentia eius & uirtus exponitur,in quibus, ut in quãpluri Iob 38
mis,Christus intelligitur designari.Et in scripturis diuinis cornu pro regno positũ sępe
reperimus,sicut & propheta dicit:Quatuor autẽ cornua,quatuor regna sunt.Sub nomi Dan.7
ne itaq; unicornis,in Christo hoc uidetur ostendi, quia omne quod est, unũ eius cornu
est,hoc est unum regnum eius. Omnia enim pater subiecit sub pedibus eius usquequo
& nouissimus inimicus destruatur mors, & tanquã unicornis unum omnium regnũ te
neat Christus.Quia sicut scriptum est,Regni eius non erit finis.Erit ergo,inquit,ei,hoc Luc.1
est Israeli illi spiritali,gloria,sicut est gloriaunicornis. Sic emi & ipse in euangelio domi
nus dicit:Pater,da illis, ut sicut ego & tu unũ sumus,ita & isti in nobis unũ sint. Et ideo Ioan.17
similis gloria dabitur Israeli, sicut est gloria unicornis, maxime cũ trãsformabit corpus
humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ.Non erit auguratio in Iacob,neq; diui
natio in Israel.In tempore dicetur ad Iacob & Israel quid perficiet deus. Igit quoniã ui-
sum est iam nos diligentius de singulis quibusque discutere,non uidebitur absurdum,si
etiam quid sit auguratio,uel diuinatio,quoniam quidem placuit scripturæ cõmemora-
re de ijs,ne quis forte ignoranter in hæc incidat,requiramus. Videtur ergo mihi futuro
rum præscientia quantum ad ipsam rem spectat,medium quiddam esse,id est neq; pro-
prie bonum,neq; proprie malum.Quandoquidem potest interdũ etiam à parte diabo-
li ad hominum notitiam futurorum uenire præscientia:sine dubio autem cum tẽpus &

opportunitas poscit,& uolũtas dei fuerit,daꝛ etiã à deo per prophetas hominibus præ-
scientia.& ideo diximus,quia neq; propriè bonum dici potest,quod aliquando à malo
uenit:neq; propriè malũ,quod aliquãdo à deo descendit.Et quãuis de hoc abundanter
etiã ex scripturis diuinis exẽpla suppeditẽt,sufficere tamẽ credimus si utamur eo,quod
in regnorũ libro scriptũ legimus:ubi arca dei ab Allophylis capta est, & deducta in A-
zotũ:& ibi introduxerunt,inquit,eam in domũ Dagon, & inuẽtus est Dagon cecidisse
1 Reg.5 pronus in terram ante arcã testamẽti domini. Et grauata est manus domini super Azo-
tos,& dissipauit eos,& percussit eos in natib.Post hæc,inquit, ingressa est arca in Acca
ron,& miserũt Accaronienses,& congregauerunt omnes satrapas Allophylorũ,& cõ-
Ibid gregauerũt sacerdotes,& diuinos suos dicentes: Quid faciemus arcæ domini? Indicate
nobis quomodo remittamus eam in locum suum.Responderũt sacerdotes & diuini. Si
remittitis arcã dñi dei Israel,nolite eam dimittere inanem, sed dantes dabitis ei pro deli
cto,& tunc sanabimini,& innotescet uobis. Sinaũt,nõ discedet manus eius à uobis: Et
post pauca:Et nunc,inquit, facite carrũ nouũ, duas uaccas fœtas assumite, quibus iugũ
non est impositũ,& iungite uaccas ad carrum,& fœtus earum retro abducite ad domũ:
& adsumite arcam domini,& imponite eam super carrũ, & uasa aurea quæ obtulistis ei
pro delicto,simul ponite super carrũ,& omnia sancta eius:& dimittite eam, & uadat.&
uidete,si quidem uadit per uiam suã,& ad fines suos ascendit in Bethsamis,ipsa nobis fe
cit mala hæc magna.Si autem nõ uadit illuc, sciemus quia manus eius nõ contigit nos,
sed fortuitu hęc nobis acciderũt.Obserua ergo in ijs quomodo sacerdotes & diuini cau
sam malorum,quæ acciderant Allophylis,utrum ex manu dei, & pro arcæ iniuria uene
rit,an fortuitu acciderit,propositis contemplantur indicijs dicentes: Si per uiam suã ad
fines suos ascendit in Bethsamis,ipsa nobis fecit hæc mala. Denicq; in sequẽtibus referẽ.
Et cum imposuissent,inquit,arcam domini super carrum,direxerunt boues in uia cõtra
uiam quæ ducit Bethsamis,& non declinauerũt ad dextram,aut sinistram.Quis ergo in
his si diligẽter inspiciens,præscientiã hãc quæ de boum directione prædicta est, uel for
tuitam dicat,uel aliqua arte compositam, & non operatione quadã dæmonũ ministra-
tam,qui pertimuerint arcæ domini uirtutẽ:qua non solum affligebantur, & puniebam-
tur Allophyli,uerum & cultus ipse dæmonũ destruebatur,utpote simulacris eorũ tem-
plisq; ad ingressum arcæ domini corruentibus? Est ergo talis quædã in ministerio præ-
scientiæ operatio dæmonũ,quæ artibus quibusdam ab ijs qui se dæmonibus mãcipaue
rint,colligitur:& nunc per eas quas sortes nominant,nunc per ea quę auguria appellãt,
nunc etiã ex contemplatione fibrarũ,quæ extispicia uocant,alijsq; horũ similibus præ-
stigijs comprehendi uidetur,& intelligi.Quę artes in tantũ ad decipiendũ genus homi
4 Reg.21 num profecerunt,ut etiam iustissimi Ezechiæ filius Manasse hoc errore deceptus,ædifi
cauerit(ut scriptura dicit)altare omni exercitui cœli in utraq; domo domini. Hunc aũt
esse arbitror exercitum cœli,quẽ Paulus spiritales nequitias in cœlestibus positas scri-
psit.Nisi ergo multum in ijs artibus & deceptionis esset & erroris, non puto tanti uiri fi
liũ in lege domini educatũ,in illas impietates potuisse corruere,quæ in quarto Regno-
rum libro de eo scriptæ referunt. Ait enim.Et sortiebatur,& augurabaꝛ, & fecit θυγλω,
& transducebat filios suos in igni,& præscios abundare fecit, ut faceret malignũ in con
spectu domini,& exacerbaret eum.Talia ergo erãt quę peccabat,de quibus dici possit,
quia in omni uirtute,signis & prodigijs mendacibus fierẽt,ita ut deciperent etiã electi.
Deceptus est eñ per eum & populus,ut faceret malignũ in cõspectu domini super gen
tes illas,quas exterminauerat deus à facie filiorũ Israel.Sed & in secũdo libro Paralipo-
2 Paral.33 menon similia nihilominus de Manasse scribũtur.Et fecit,inquit,lucos,& adorauit om
nem militiam cœli,& seruiuit eis,& cõstruxit altaria in domo dei,ubi dixit dominus,In
Hierusalẽ erit nomen meũ inæternũ, & ibi instruxit altaria omni magnificentię cœli in
ambabus domibus domini.Et ipse transducebat filios suos in igni in gehennã, & sortie
batur,& maleficia faciebat,& augurabaꝛ,& fecit uentriloquos,& incantatores, & mul
tiplicauit ut faceret malignum in conspectu domini,ut exacerbaret eum.Hæc ergo om
nia,id est siue auguratio,siue extispicium, siue quælibet immolatio, siue etiam sortitio,
aut quicunq; motus auium,uel pecudum,uel inspectio quæcunq; fibrarũ, ut aliquid de
futuris uideantur ostendere,in operatione dæmonum fieri nõ dubito, dirigentium uel

auium

auium uel pecudum, uel fibrarum motus, aut sortium, secūdum ea signa quæ docuerūt
ijdem dęmones obseruari ab ijs, quibus artis huius scientiam tradiderunt. A quibus om
nibus, is qui homo dei est, & in portione dei numeratur, penitus esse debet alienus, nec
aliquid in ijs habere cōmune, quæ occulte machinis dæmones operantᵉ, ne forte rursus
per hæc dæmonibus societur atq; eorum spiritu & uirtute repleatur, & ad idolorū cul-
tum denuo reparetur. Hæc em̄ omnia religio nostra diuina & cœlestis abiurat, in Leuiti
co quidem aperta lege designans, & dicens: Nō diuinabitis, neq; augurabimini. Et post Leuit. 18
pauca: Non sequemini inquit uentriloquos, nec adiungemini ad incantatores, ut cō-
taminemini in eis, ego dñs deus uester. & iterum in Deuteronomio: Si autem tu, inquit, Deut. 18
introieris in terram quam dominus deus tuus dabit tibi, non discas facere secundū abo
minationes gentiū illarum, non inueniatur in te qui lustret filium suū aut filiam suā igni,
neq; diuinās diuinatione, neq; sortiēs sortibus, neq; maleficus, neq; incantator, neq; uē-
triloquus, neq; portentorū inspector, neq; interrogans mortuos. Est enim abominatio
domino, omnis qui facit hæc. Propter istas enim abominationes dñs Deus tuus euertit
gentes istas à conspectu tuo. In quibus omnibus uidetur ostendere, quia omnis qui in
ijs uersatur, nihil aliud faciat nisi mortuos interroget. Mortui sunt enim, quia nō sunt ui
tæ participes. Deus autem, uiuorū Deus est, & non mortuorum. His autem omnibus le
gibus addit etiā illud, ut qui uult esse perfectus, à nullo alio discat, nisi ab eo qui per dei
uirtutem fuerit electus propheta ut ministret populo. Ait ergo: Perfectus esto in cōspe
ctu domini dei tui. gentes enim istæ, quarū tu hæreditatē cepisti, istę audiunt sortilegos
& diuinos, tibi autem non ita dedit dominus deus tuus. Prophetā enim de medio tui ex Ibid.
fratribus tuis suscitabit tibi dñs deus tuus, ipsum audietis per omnia quæcūq; petijsti à
domino deo tuo in Oreb in die ecclesię, cum dixissetis, Non apponemus audire uocem
domini dei nostri, & istum ignem magnum nō uidebimus ultra, ne moriamur. Nō uult
deus auditores nos fieri & discipulos dæmonū, neq; uult ut si qd uolumus discere disca
mus à dæmonibus. Melius est em̄ ignorare, quàm à dæmonibus discere: & melius est à
propheta discere, quā à diuinis inquirere. Diuinatio enim non (ut quidam putant) diui
nitus datur, sed magis (ut mihi uidetur) per antiphrasim, id est ex contrario nomē acce-
pit, quasi quæ per homines dæmonibus repletos fiat. Sed gentilium ritus, diuinū credit
omne, quod per qualemcunq; spiritū proferᵗ. Nos tamen nihil ab ijs discere deus iubet,
ne efficiamur consortes ipsorum, & incurramus in ea, quæ Esaias dicit. Et humiliabunᵗ Esa. 29
in terra uerba tua, & sermones tui in terra demergētur, & erit uox tua sicut loquētis de
terra, & ad solum uox tua infirmabitur. Propter hoc & dominus noster Iesus non digna
tur à dæmonibus accipere testimoniū, sed ait: Obmutesce, & exi ab ea. Quem etiā apo- Mar. 1
stolus suus Paulus imitatus, dolens conuertit se, & ait spiritui Pythonis: Præcipio tibi in Act. 16
nomine Iesu Christi, discede ab ea. In quo requiras fortasse, quid dolēs Paulus increpat
spiritum Pythonis: nūquid aliquid blasphemū dixeratᵉ Mulier enim, inquit, habēs spiri
tum Pythonis sequebatur Paulum, & eos qui cum eo erāt, & clamabat dicens: Isti homi
nes serui sunt summi dei, qui annunciāt uiā salutis, & hoc faciebat per dies multos. Vn-
de ostenditur nō pro blasphemia doluisse Paulū, sed pro eo quod indignū iudicaret ser
moni suo ab spiritu Pythonis testimonium dari. Quod si Paulus testimonium sibi eū da
re non patitur, sed dolet super hoc: quanto magis dolere debemus si quādo decipi uide
mus animas ab ijs, qui uelut diuino alicui spiritui Pythonis, aut uētriloquo, aut diuino,
aut auguri, uel alijs quibuslibet huiusmodi dæmonibus creduntᵉ Propter hoc ergo, nō
erit, inquit, auguratio in Iacob, neq; diuinatio in Israel. Sed quid ijs additurᵉ In tempore,
inquit, dicetur Iacob, & Israeli, quod perficiet deus. Quid est in tēpore diceturᵉ cū opor
tet, & cum expedit, hoc est in tempore. Si ergo expedit prænoscere nos futura, dicētur à
deo per prophetam dei, per spiritum sanctū. Si uerò non dicuntur, neq; denunciantᵉ, sci
to quia non nobis expedit uentura prænoscere. Quod si idcirco nō dicūtur nobis, quia
nobis ea scire non expedit, qui diuersis artibus, & dæmonum inuocationibus gestiūt fu
tura prænoscere, nihil aliud faciunt, nisi ea cupiunt discere, quæ sibi scire non expedit. Ia
cob aūt in ijs dici intelligendus est omnis cui luctamen est aduersus principatus & pote
states, & aduersus huius mūdi rectores. Et Israelē intellige omnē, qui per fidei puritatē,
& munditiā mentis uidet deum. Sed potest aliquis dicere, si à solo deo debemus discere

de futuris

de futuris,& neq; diuinũ neq; augurẽ,neq; aliud quodcũq; horũ recipere, ne iſte quidẽ ipſe Balaã recipiendus eſt à nobis. Vnus enim ex íjs eſt,quos recipi prohibet diuina ſententia.Sed aduerte diligẽtius,& memẽto quid in ſuperioribus legimus, ubi dicit̃ de eo quia iniecit dñs uerbum ſuũ in os eius.Non ergo hæc nunc à Balaã, ſed à uerbo dei, qđ in ore eius eſt poſitũ,diſcimus.Niſi enim uerba dei eſſent,non ea utiq; reuelaſſet famulo ſuo Moyſi,quæ procul poſitus cũ ab eo regi Balach dicerẽtur,certũ eſt quod niſi à deo ſibi reuelata,Moyſes ſcire non potuit. Adhuc aũt ad deſtruẽdam penitus diuinationẽ, uel augurationem,atq; alia huiuſmodi,etiã hoc cõpetẽter addemus, quod oẽs iſti auiũ, uel animalium miniſterio utuntur,ſed talium quæ & immunda ſcribuntur in lege,& humano generi deprehẽdũtur ſemper inſidiantia,ex quo utiq; opportuna, & digna miniſterio dæmonũ iudicata ſunt.Nã Pythonibus dracones, alíq; ſerpẽtes miniſtrare perhibentur.Auguribus & íjs qui ex incidentibus diuinãdi captare putant̃ auſpicia, aut lupi ferunt omina,aut uulpes,aut accipitres,aut corui,aut aquilæ,aut alia huiuſmodi,quæ in lege Moyſes(ut diximus)íjs credo de cauſis notauit immunda.Poſt hæc: Ecce,inquit, populus ſicut catulus leonis exurget, & ſicut leo exultabit.In íjs mihi uidet̃ cõfidentiã populi deſcribere credentis in Chriſto,& libertatẽ quã habet in fide & exultationẽ quã gerit in ſpe.Comparatur enim catulo leonis,cum tendit ad perfectionẽ lætus,& uelox: leoni uerò cõfertur,cum iam obtinet quæ perfecta ſunt. Sicut em̃ leo & catulus leonis nullum animal,nullam beſtiã timent,ſed ſunt eis cũcta ſubiecta:ita & perfecto Chriſtiano,qui tollit crucem ſuã & ſequitur Chriſtũ,qui poteſt dicere,Mihi enim mũdus crucifixus eſt,& ego mundo,cuncta calcantur,cuncta ſubiecta ſunt. Deſpicit enim & contẽnit omnia quæ in hoc mundo ſunt,& imitatur eum,qui leo de tribu Iuda dicitur,& catulus leonis dicitur:quia ſicut lux eſt mũdi,& diſcipulis ſuis dedit ut & ipſi eſſent lux huius mundi,ita & cũ ipſe ſit leo,& catulus leonis,credentibus in ſe nomẽ leonis, & catuli leonis adſcripſit. Vide autẽ q; euidenter nõ de illo qui tunc erat populo, ſed de hoc qui futurus erat,iſta dicuntur. Ait enim:Ecce populus ſicut catulus leonis exurget, & ſicut leo exultabit.Exurrecturum dicit populum,utiq; qui futurus erat. Nam ſi de eo diceret quem uidebat,dixiſſet ſine dubio,ecce populus ſicut catulus leonis exurrexit.Sed certũ eſt quia de illo populo dicat,de quo in pſalmis ſcriptũ eſt: Et annunciabũt cœli iuſtitiã eius populo qui naſcetur,quem fecit dominus. Eſt ergo populus hic catulus leonis,dũ adhuc tanquam nuper geniti infantes,rationabile & ſine dolo lac cupiũt. Leo aũt exultans,cum uir perfectus,quæ paruuli erant depoſuit.Non dormiet donec comedat prædam,& ſanguinẽ uulneratorũ bibat.In his uerbis quis ita erit hiſtoricæ narrationis contentioſus adſertor,imò quis ſic abruptus inuenitur,qui non horreſcens ſonum literę,ad allegoriæ dulcedinẽ ipſa neceſſitate cõfugiat? Quomodo enim iſte populus tam laudabilis,tã magnificus,de quo tanta præconia ſermo dei enumerat,in hoc ſueniet,ut ſanguinem uulneratorũ bibat? cum tam ualidis præceptis cibus ſanguinis interdicat̃ à deo,ut etiam nos qui ex gẽtibus uocati ſumus,neceſſario iubeamur abſtinere, ſicut íjs quę idolis immolãtur,ita & à ſanguine.Dicãt ergo nobis,quis eſt iſte populus, qui in uſu habet ſanguinem bibere. Hæc erant quæ & in Euangelio audientes íj qui ex Iudæis dominũ ſequebantur,ſcandalizati ſunt,& dixerunt. Quis poteſt manducare carnem,& ſanguinem bibere? Sed populus Chriſtianus,populus fidelis audit hæc,& amplectit̃, & ſequitur eum qui dicit: Niſi manducaueritis carnem meam, & biberitis ſanguinem meum, non habebitis uitã in uobis ipſis:quia caro mea uere cibus eſt, & ſanguis meus uere eſt potus.Et utiq; qui hæc dicebat uulneratus eſt pro oĩbus,ipſe enim uulneratus eſt pro peccatis noſtris,ſicut Eſaias dicit.Bibere autem dicimur ſanguinem Chriſti,non ſolum ſacramentorum ritu,ſed & cum ſermones eius recipimus,in quibus uita cõſiſtit.ſicut & ipſe dicit: Verba quæ locutus ſum,ſpiritus & uita eſt.Eſt ergo ipſe uulneratus,cuius nos ſanguinẽ bibimus,id eſt doctrinæ eius uerba ſuſcipimus.Sed & illi nihilominus uulnerati ſunt,qui nobis uerbũ eius prædicarunt,& ipſorũ enim,id eſt apoſtolorũ eius,uerba cum legimus,& uitam ex eis conſequimur,uulneratorũ ſanguinem bibimus. Nõ ergo, inquit,dormiet,donec comedat prædã.Iſte em̃ populus,qui catulo leonis, uel leoni cõparatur,non quieſcet,nec dormiet donec rapiat prædam,id eſt donec rapiat regnũ cœlorum:quia à diebus Ioannis regnũ cœlorũ uim patitur, & uim facientes diripiũt illud.

Vt autem

Vt autem euidentius cognoscas hæc de nostro populo, qui in sacramẽtis Christi cõsæderatus est, scribi, audi quomodo & in alijs Moyses similia pronunciat dicẽs: Butyrũ bo Deut. 32
um, & lac ouium, cum adipe agnorum, & arietũ filiorũ, taurorum & hircorũ, cum adipe renium, frumenti, & sanguinẽ uuæ bibent uinũ. Et hic ergo sanguis qui nominat uuæ, illius uuæ est quę nascitur ex illa uite, de qua Saluator dicit: Ego sum uitis uera, discipuli Ioan. 15
uerò palmites, Pater aũt agricola est, qui purgat eos, ut fructũ plurimũ afferant. Tu ergo es uerus populus Israel, qui scis sanguinem bibere, & nosti carnem uerbi dei comedere, & sanguinẽ bibere, & uuæ sanguinẽ illius quæ est ex uera uite, & illis palmitibus quos pater purgat, haurire. Quorum palmitum fructus, uulneratorum sanguis merito dicit, quem ex uerbis eorum & doctrina bibimus, si tamen simus ut catuli leonis exurgẽtes, & ut leo exultantes. Hæc interim de secunda uisione Balaã dicta sufficiãt. Oremus aũt dominũ ut nobis etiã ad cætera, quæ ab eo ꝓphetata sunt, intelligẽda lucidiores quoscꝫ & ueritati proximos sensus aperire dignetur, ut in spiritu sancto considerantes quę per spiritum scripta sunt, & spiritalibus spiritalia comparãtes, digne Deo, & sancto spiritui, qui hæc inspirauit, quæ scripta sunt explicemus, in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eiusdem tertia prophetia. Homilia XVII Cap. XXIIII

TERTIAM nunc prophetiam ex ijs quę sermo dei per Balaam protulit, habemus in manibus, ut etiã de ipsa (prout dominus dederit) aliqua disseramus. Etenim infelix iste Balach putans quod Balaam diuino ad maledicendum loci opportunitas magis defuerit quàm uolũtas, utilius esse ratus si mutaret locum: Veni, inquit, & educam te in locũ alium (si placet deo) & maledices eum inde, & assumpsit Balach ipsum Balaam in uerticem montis Fogor, qui tendit in desertum. Eos quidem quos deus uocat, imponit eos in uerticem montis Sina: hic autem Balach, qui deo contrarius est, imponit Balaam in uerticem montis Fogor. Fogor autem interpretatur delectatio. In uerticem autem delectationis & libidinis imponit homines iste Balach. Amator enim est uoluptatis magis quàm dei, & idcirco imponit eos in summitatem & uerticem uoluptatis, ut excludat eos à deo. Excludens enim & deuoratio interpretatur Balach. Ideo denicꝫ & in eremũ tendit Fogor, id est ad ea quæ eremia sunt, & deserta deo negotia. Et dixit Balaam ad Balach. Cõstrue mihi hic septem aras, & fac mihi hic septẽ uitulos, & septem arietes: & fecit Balach sicut dixit ei Balaam, & obtulit uitulũ, & arietem super aram. Aperta quidem Apostoli sententia est dicentis: Quæ enim sacrificant gentes, dæmonijs, & non deo sacrificant. Sed & propheta similiter dicit: Sacrificauerũt dæmonijs, & non deo. Tamen quoniam & lex dei de sacrificijs præcipit, & ritum sacrificandi tradit filijs Israel, requiratur fortassis, cur hæc cum dæmonijs dicata uideantur, etiam deo iubeant offerri. Et erit quidem simplex & cita responsio, ut quemadmodũ in alijs ostendimus, quod libellum repudij dari non dei uolũtatis fuit, qui quod coniunxerat noluit separari, sed Moyses hæc proprie ad duritiam cordis Iudæorũ scripsit: ita etiã & de hoc uideri posse, quia Deus (sicut per alium prophetã dicit) nõ manducat carnes taurorum, nec sanguinem hircorum potat. Et item ut alibi scriptum est, Quia non mandaui tibi de sacrificijs, uel uictimis, in die qua eduxi te de terra Ægypti. Sed Moyses hęc ad duritiam cordis eorum pro cõsuetudine pessima qua imbuti fuerant in Ægypto, mãdauit eis: ut qui abstinere se non possent ab immolando, deo saltem, & nõ dæmonijs immolarent. Videndum tamen est, ne forte sit & aliqua sacrificandi Deo occultior ac secretior ratio. Ne forte inquam sacrificia quę deo offeruntur, ad destructionem fiant eorum sacrificiorum quæ dæmonibus immolantur: ut quia per illa uulnerãtur animæ, per ista sanentur: sicut & ij confirmant, qui medicinæ peritiam gerunt. Serpentum nancꝫ uenena depelli medicamentis nihilominus confectis ex serpentibus perhibẽt. Ita ergo & sacrificiorum dæmonicorum uirus per sacrificia deo oblata depellit, sicut & mors Iesu mortem peccati credentibus non sinit dominari. Et quidem donec tempus patiebat, sacrificia sacrificijs opponebantur: ubi uerò uenit perfecta hostia, & agnus immaculatus, qui totius mundi tolleret peccatum, sacrificia illa quę singillatim offerebantur deo, iam superflua uisa sunt, cum una hostia omnis dæmonũ cultura depulsa sit. Verum Balaam iste siue

iſte ſiue ſecundum cordis ſui propoſitū quod non emendauerat: ſiue ſecundum illam figuram, qua diximus eum tenere perſonā doctorum ac Phariſæorū plebis increduleę: inſtaurat adhuc hoſtias, & præparari ſacrificia iubet. In his enim omnē ſpem gerūt ij, quorum cor non recipit fidem Chriſti. Sed quid ſequitur: Et uidens, inquit, Balaā quia bonum eſt in cōſpectu domini benedicere Iſrael, non abijt ex more in occurſum auſpicijs, ſed conuertit faciem ſuam in deſertum: & eleuans Balaam oculos ſuos intuens Iſrael caſtra cōſtituiſſe per tribus, & factus eſt ſuper eum ſpiritus dei, & adſumpta parabola ſua ait. Requiratur fortaſſe unde uidit Balaam quia bonum eſt in cōſpectu domini benedicere Iſrael, & putabit ex ſacrificijs intellexiſſe quæ immolauerat. Vbi enim uidit nullū adeſſe dæmonum, nullam contrariam poteſtatem uictimis ſuis adſiſtere audentē, excluſos eſſe omnis malitiæ miniſtros, quibus uti ad maledicendū ſolebat, potuit ex his intellexiſſe, quia bonū eſſet in conſpectu domini benedicere Iſrael. Ego tamē magis illud intelligo, quod populus ille qui nūc uanus eſt, & illi doctores, qui Chriſto non credētes in uanitate populum detinent, aliquādo uiſuri ſunt, id eſt in nouiſſimis diebus, cum plenitudo gentiū introierit, & omnis Iſrael uenire cœperit ad fidem Chriſti: illi inquā qui nūc oculos habentes non uident, tūc uidebunt. Eleuabūt enim oculos ſuos ad altiores & ſpiritales ſenſus, & uidebunt, & intelligent quia bonū eſt in cōſpectu domini benedicere ſpiritalem Iſrael. Videbūt enim eum diſpoſitū per tribus, & per domos, & per familias, & unumquenq; in ſuo ordine reſurrectionis gloriā adepturum, & adſumpta parabola ſua intelligent quæ in parabolis ſcripta ſunt: quæ nūc propter uelamen quod poſitū eſt ſuper cor eorum, neq; uident, neq; intelligunt. Deniq; nō abijt, inquit, ex more in occurſum auſpicijs. Non enim more ſibi ſolito, ſtultis & inanibus ſenſib. rapietur, in animalibus mutis, & pecudibus, dei conſiderans uolūtatem, ſicut ij, qui ex iſtis talibus auſpicia colligunt: ſed agnoſcet etiā ipſe, quia neq; de bobus cura eſt deo, ſimiliter neq; de ouib. neq; de auibus alijſq; animalibus, ſed ſiqua de his ſcripta ſunt, ꝓpter homines intelliget ſcripta. Sed uideamus iam quæ ſint quę in tertia prophetia proloquatur Balaam. Dixit, inquit, Balaā filius Beor, homo uere uidens, dixit audiens uerba fortis, qui uiſum dei uidit in ſomnis, reuelati oculi eius. Mirū profecto eſt quomodo tātæ laudis dignus habeatur Balaam, qui accepta parabola ſua, hæc de ſemetipſo pronunciat. Quomodo ēm homo uere uidens Balaam ſit, qui diuinationi, & auguriſs operam dederit, qui etiā magicę ſtuduerit (ſicut ſuprà oſtendimus) ualde mirū eſt, niſi forte pro eo, quod ſuprà dictū eſt, quia ſpiritus dei factus fuerit in ipſo, & quia uerbum dei poſitū ſit in ore eius, hæc de eo putentur tam magna conſcripta eſſe præconia. Nec Moyſes enim, nec alius quis ꝓphetarum facile inuenietur tantis laudibus eleuatus. Vnde magis mihi uidet hæc illi populo conuenire eo tempore, quo iam conuerſus ad dominum depoſuit uelamē, quod erat ſuper cor ſuum. Dominus ſpiritus eſt. Idcirco deniq; dicit, reuelati oculi eius, quaſi qui nunc uſq; clauſi fuerint, & nunc per ſpiritum dei, qui ſuper eum factus eſt, ablato uelamine reuelentur. Nunc ergo eſt quando uere uider, & uere audit uerba fortis, & uiſum dei uidet in ſomnis: id eſt ea quæ in ſomnis Danieli prophetæ tempora deſignata ſunt, uidebit impleta: & uiſiones illas quæ in ſomnis ad illū delatæ ſunt, uidebit, hoc eſt intelliget, & agnoſcet oculis reuelatis. Efficiet enim ſimilis ijs, qui dicebant: Nos aūt omnes reuelata facie gloriā domini ſpeculamur eadem imaginatione transformati à gloria in gloriam, tanquam à domini ſpiritu. Velim tamē requirere qui ſunt iſti oculi eius qui reuelati dicuntur. Ne forte ipſi ſint, qui in alijs ſcripturæ locis (ut in quibuſdam exemplaribus legimus) oculi terræ appellātur, & ille, quē Paulus ſenſum carnis dicit, cum ait de quodā, Fruſtra inflatus à ſenſu carnis ſuæ. De iſtis credo oculis etiam ſerpens dixerit ad Euam, Quia ſciebat dominus quod in quacunq; die manducaueritis ex eo, aperientur oculi ueſtri. Et paulo poſt: Et manducauerunt, inquit, & aperti ſunt oculi eorū. Niſi enim eſſent differentiæ oculorū, & alij eſſent qui per præuaricationē aperiuntur, & alij quibus uidebant Adam & Eua antequā iſti aperirentur, nunquā utiq; ſcriptura nondum apertis oculis eorū, illis qui ex præuaricatione patefacti ſunt, diceret. Et uidit mulier quia bonū eſt lignum ad manducandum & gratum oculis ad uidendum, & ſpecioſum eſt ad conſiderandum, & accipiens de ligno manducauit, & dedit uiro ſuo ſecū, & manducauerūt, & aperti ſunt oculi amborum. Quomodo enim ſi nōdum aperti fuerant oculi amborū,

Col. 2
Gen. 3
Ibid.

uidit

uidit mulier quia bonum esset lignũ ad manducandum, & gratum esset oculis ad uiden
dum: quibusq; etiã oculis & speciosum dicitur fuisse ad considerandũ? Sed ego audiẽs
uocem domini mei Iesu Christi, & uirtutem bonitatis eius intelligens, ita aduerto illud
quod dicit: In iudicium ego ueni in hunc mundum, ut non uidentes uideant, & uidẽtes Ioan.9
cæci fiant: quod in peccatoribus nõ uident illi oculi, qui meliores sunt, sed ij, qui sensus
carnis appellantur, & qui consilio serpentis aperti sunt. Opus ergo magnificũ Saluato-
ris nostri domini est, ut ij qui nõ uident melioribus oculis quæ bona sunt, sed illis qui cõ
silio serpentis patefacti sunt, & quæ mala sunt intuentur, cæci fiant: & qui cæci fuerint il
lis oculis, quos persuasio serpẽtis aperuit, uideãt bona domini his oculis, quos Iesus Sal
uator noster uenit aperire. Nisi enim prius malorum uisus claudatur, bonorum nõ pate
bit intuitus. Sic ergo etiam illud boni dei dictum accipio, quod dixit: Quis fecit uiden- Exod.4
tem, & cæcum? Videntem quidem secundũ Christũ, cæcum uero secũdum consiliũ ser-
pentis. Hæc autem cõmonuimus, ut euidentius eluceſceret qui sunt oculi qui claudant
& qui sunt oculi qui reuelentur: simul ut & illud ex his intelligatur quod in ꝓpheta scri Esa.6
ptum est: Videntes uidebitis, & non uidebitis: ut sciamus quibus oculis uident, & quib.
uidentes non uident. Apparet ergo & hunc Balaam pro eo quod reuelati fuerant ocu-
li eius, dicere de semetipso, homo uere uidens: & dicere, dixit audiens uerba fortis. Eo-
dem eñ ordine quo alij oculi claudũtur, & alij aperiuntur, etiam aures aliæ claudẽdę,
& aliæ aperiendæ intelliguntur. Verum si quis hæc etiam secundum historiam uelit di-
cta suscipere, potest dicere, quia in eo quod uidit Balaam quod bonum est in cõspectu
domini benedicere Israel, ostenduntur reuelati oculi eius, & factus esse homo uere ui-
dẽs. Vere eñ uidit quæ futura erãt de Israel, uel Iacob. Audisse quoq; eũ uerba fortis di- Num.22
cit in eo, cum uenit ad eum deus, & dixit ei in somnis: Verbum quod dedero in ore tuo,
hoc obserua ut loquaris: & hoc erat uisum dei, q̃d uidit in somnis. & per hæc reuelatos
esse oculos eius asserit, quia potuit uidere quæ uidit. Hæc quidẽ de ijs quæ in præfatio-
ne sua Balaam in semetipsum uisus est prophetare: nũc iam uideamus quæ sunt, quæ in
consequentibus dicit. Quàm bonæ, inquit, domus tuę Iacob, tabernacula tua Israel? Vt
nemora umbrantia, ut paradisi super flumina, & sicut tabernacula quæ fixit dominus, si
cut cedri iuxta aquas. Bonas quas dicit domus Iacob, nõ puto quod domicilia eorũ col
laudet terrena. neq; enim tale aliquid fuisse apud eos præter gentes cæteras memorat.
Sed uideamus ne forte, quoniã populus per trib. erat diuisus, & una quæq; trib. per ple-
bes, & iterum plebes per cognationes, & cognationes per domos familiarũ, & rursum
domus familiarum per numerum nominum, & per capita numerabãtur: hoc est, omnis
qui erat à uiginti annis & suprà, masculus qui procedere poterat ad bellum: has domus
Balaam in spiritu contuens magnificet, & extollat. Sed non in his solius literæ cõtuen-
da sententia est, quoniam quidẽ quæ loquitur Balaam, adsumpta parabola sua loquit̃.
In parabolis ergo & nos quod dicitur audiamus. Si eñ cõsideres diuisiones illas, & or-
dines populorum qui in resurrectione habebuntur in populo ueri Israel, quando unus- 1 Cor.15
quisq; resurget in suo ordine: si potes intueri tribus illas & plebes, & cognationes, in q̃-
bus non tam carnis & sanguinis est cognatio, quàm mentis & animi: tunc intelliges q̃
bonæ sunt domus Iacob, & quàm bona tabernacula Israel. Quod & si differẽtias domo
rum, & tabernaculorum requiras, & Iacob atq; Israel diuersitatem, etiã de hoc talis quę
dam habenda distinctio est. Domus res est fundata, ac stabilis, & certis terminis septa.
Tabernacula uerò sunt habitacula quædam eorũ, qui semper in uia sunt, & semper am-
bulãt, nec itineris sui terminũ repererunt. Igitur Iacob habendus est in eorum personis,
qui in actibus & opere perfecti sunt: Israel uero illi intelligendi sunt, qui studiũ erga sa-
pientiam ac scientiam gerunt. Quia ergo operum gestorumq; exercitia certo fine clau-
duntur: neq; enim sine fine est operum perfectio: ubi adimpleuerit quis omnia quę face
re debuit, & ad finem perfectionis operum uenerit, perfectio ipsa operũ, bona domus
eius esse dicetur. Eorum uerò qui sapientiæ & scientiæ operam dant, quoniam finis nul
lus est. Quis enim terminus dei sapientiæ erit? ubi quanto amplius quis accesserit, tãto
profundiora inueniet, & quanto magis scrutatus fuerit, tãto ea ineffabiliora & incom-
prehensibiliora deprehendet: incõprehẽsibilis enim & inæstimabilis est dei sapiẽtia. Id
circo eorum qui iter sapientiæ dei incedunt, nõ domos laudat, nõ enim peruenerũt ad

finem,sed tabernacula miratur,in quibus semper ambulant,& semper proficiũt,& quã to magis proficiunt,tanto eis proficiendi uia augetur,& in immensum tenditur:& ideo istos ipsos profectus eorum per spiritum cõtuens,tabernacula ea nominat Israel. Et ue re si quis scientiæ cœpit aliquos profectus, & experimenti aliquid in talibus sumpsit, scit profecto quod ubi ad aliquam uentum fuerit theoriam, & agnitionem mysteriorũ spiritalium,ibi anima quasi in quodam tabernaculo demoratur.Cũ uerò ex his quæ re perit,alia rursus rimaf,& ad alios ꝓficit intellectus,inde quasi eleuato tabernaculo ten dit ad superiora,& ibi collocat animi sedem,sensuum stabilitate cõfixam: & inde iterũ ex ipsis alios inuenit spiritales sensus,quos priorum sine dubio sensum cõsequentia pa tefecerit:& ita semper se ad priora extendens,tabernaculis quibusdã uidetur incedere. Nunquam est enim quando anima sciẽtiæ igniculo succensa otiari possit & quiescere, sed semper à bonis ad meliora,& iterũ ad superiora à melioribus prouocatur.Hoc ergo sapientiæ dei iter grate satis,& cum multo decore descripsit dicens: Vt nemora obum brantia,& ut paradisi super flumina,& sicut tabernacula quæ fixit dominus, sicut cedri iuxta aquas.Qui enim incedunt hac uia,per nemora obumbrantia incedunt. Nemora enim sunt eis obumbrãtia,omnis iustorum cœtus,& sanctorum prophetarum chorus. Sub umbra enim sensuum,quos apud illos scriptos inueniunt,refrigerantur animæ ip sorũ,& in doctrinis eorum quasi incidentes per opaca nemorũ delectantur, & sicut pa radisi super flumina inueniũtur.Isti enim paradisi super flumina,similes & cognati sunt illi paradiso in quo lignũ uitæ est. Flumina uerò possumus uel scripturas Euangelicas atq; apostolicas accipere,uel etiam angelorũ,uel cœlestiũ uirtutũ erga huiusmodi ani mas adiutoria:rigantur enim ab illis & inundantur,atq; ad omnem sciẽtiam & agnitio nem rerum cœlestium nutriuntur.Quamuis & Saluator noster fluuius sit qui lætificat ciuitatem dei:& spiritus sanctus nõ solum ipse fluuius sit,sed & ijs quibus datus fuerit,
Hier.2 flumina de uentre eorum procedant:& deus pater dicat:Me dereliquerunt fontẽ aquę uiuæ,ex quo scilicet fonte flumina ista procedunt.His igitur inũdata fluminibus taber nacula Israel,fiũt tabernacula sicut sunt illa quæ fixit dominus.Sed intentũ fortassis mo uere poterit auditorem,quod duas quasdã species tabernaculorũ præsens sermo cõme morat.Ait enim:Quàm bonæ domus tuę Iacob,tabernacula tua Israel? Vt nemora um brantia,& ut paradisi super flumina.Et rursum tabernacula tabernaculis cõparat,& di cit:Et sicut tabernacula quæ fixit dominus.Potest ergo & alia post illas,quas suprà ꝓtu limus,recipi expositio,ut dicamus domus Iacob esse legem,& tabernacula Israel ꝓphe tas.Nõ em̃ ipsum Iacob,sed domus eius laudat:nec ipsum Israel,sed tabernacula eius.Et tunc ea laudat,cũ reuelati sunt oculi eius.Quãdiu enim uelamen positũ est super lectio nem legis & prophetarũ,non uidenť bona tabernacula,nec laudabiles domus. Vbi aũt ablatum fuerit uelamẽ,& intelligi cœperit lex quia spiritalis est,& propheræ: tũc bonę & admirabiles domos Iacob,& tunc admiranda erunt tabernacula Israel, cũ amota lite ra quæ occidit,uiuificantẽ ex eis percipere spiritũ cœperis. Potest adhuc & alio modo intelligi,ut populi credẽtis & perfecti huius,qui ad Christũ ex gentib.congregatus est, corpora simul laudari uideantur & animæ:& Iacob quidem domus de corporib.dicať, sicut & in libello quodam legitur,quia Iacob domus sit Israel:hoc est corpus eius Iacob dicať,& anima Israel.Similiter ergo & perfectorũ quorũq; corpora laudabiles domus esse dicantur.Iacob est enim corpus laudabile,cum cõtinentia,& castitate,nõnunq; aũt etiam cũ martyrio decorať.Tabernacula uerò ad animas perfectas referri possunt,qui bus & nomen à uidendo deum conuenit Israelis.Ista autẽ tabernacula sunt,inquit,sicut nemora umbrantia,& sicut paradisi super flumina, & sicut tabernacula quæ fixit deus. Alia ergo tabernacula ostẽdit esse quæ fixit Dñs,quibus sint similia tabernacula Israel. Extra hunc mundum me progredi cõuenit,ut uideam quæ sint tabercula quæ fixit do minus.Illa nimirum sunt,quæ ostendit Moysi cum tabernaculum cõstrueret in deserto,
Exod.25 dicens ad eum: Vide,inquit,ut facias omnia secundum typũ,qui ostensus est tibi in mõ te.Ad imitationem ergo istorum tabernaculorũ quæ fixit dominus,Israel iubẽtur face re tabernacula,& unusquisq; nostrum expedire,& fabricare tabernaculum suũ. Vnde mihi uidetur non fortuitu cõtigisse,ut Petrus quidem,& Andreas,& filij Zebedęi,arte piscatores inuenirẽtur,Paulus uerò arte faber tabernaculorũ.Et quia illi uocati ab arte

capien-

capiendorum piſcium, mutantur, & fiunt piſcatores hominum, dicente domino: Venite poſt me, & faciã uos piſcatores hominum: nõ dubiũ quin & Paulus, quia & ipſe per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum uocatus apoſtolus eſt, ſimili artis ſuæ transformatione mutatus ſit: ut ſicut illi ex piſcatoribus piſcium piſcatores hominũ facti ſunt, ita & iſte à faciẽdis tabernaculis terrenis, ad cœleſtia tabernacula cõſtruenda tralatus ſit. Conſtruit enim cœleſtia tabernacula docens unumquenq; uiã ſalutis, & beatarũ in cœleſtibus manſionũ iter oſtendens. Facit tabernacula Paulus & cum ab Hieruſalem in circuitu uſq; ad Illyricũ replet Euangeliũ dei, eccleſias cõſtruendo: & hoc modo facit & ipſe tabernacula ad ſimilitudinem tabernaculorũ cœleſtiũ, quæ oſtendit deus in mõte Moyſi. Sed & unuſquiſq; noſtrũ, ſi quis tñ exiuit de Aegypto, & habitat in deſerto, in tabernaculo debet habitare, & diem feſtũ in tabernaculis agere. Sicut enim cõmemoratio fit egreſſionis ex Aegypto per paſcha & azyma, ita & cõmorationis in deſerto fit memoria per tabernacula. In tabernaculis enim habitauerũt patres noſtri in deſerto. Vnde autem fieri oportet iſta tabernacula, niſi ex uerbis legis & prophetarũ, ex ſermonib. pſalmorũ, & omniũ quæ cõtinentur in lege? Cum enim ex ijs quæ ſcripta ſunt, proficit anima, & ſemper quidẽ ea quæ retro ſunt obliuiſcẽs, ad ea quæ in ante ſunt ſe extẽdit, & de loco inferiore progrediens creſcit, ac proficit ad ſuperiora, ex augmẽto uirtutũ, & ex ipſa immutatione profectuũ, in tabernaculis merito dicetur habitare. Vide autẽ ſi nõ ſunt tabernacula quæ fixit deus, etiam illa quæ Saluator cõmemorat in Euangelio dicẽs: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis recipiant uos in æterna tabernacula. Fixa autẽ dicuntur à deo, quaſi quæ non circũferantur omni uento doctrinæ. Sunt autem & adhuc tabernacula iſta & ſicut cedri iuxta aquas. Cedros hic nõ illas dicit, in quibus culpabilis notatur elatio: ſed cedros dei, quæ ſuſcipiunt uitis illius quæ ex Aegypto tralata eſt, palmites, & in quib requieſcit fructus ille, cuius umbra operuit montes. Si intellexiſti quantam requiem habeat iter ſapientiæ, quantũ gratiæ, quantũq; dulcedinis noli diſſimulare, noli negligere, ſed aggredere hoc iter, nec eremi ſolitudinẽ perhorreſcas. Habitanti enim tibi in huiuſmodi tabernaculis, occurret manna cœleſte, & angelorũ panẽ manducabis. Incipe tantũ, nec te perterreat (ut diximus) ſolitudo deſerti. Cito in conſortiũ tuum etiã angeli uenient, quos ſub ſpecie cedrorũ arbitror indicatos. Sed nunc uideamus quid etiam de Chriſto prophetet. Ipſe eſt enim, de quo dicit: Exibit homo de ſemine eius, & dominabitur gentib. multis, & exaltabitur Gog regnũ eius, & creſcet regnũ eius. Deus deduxit eum ex Aegypto ſicut gloria unicornis. Chriſtus ergo eſt, qui exijt de ſemine Iſrael ſecundum carnem, qui quomodo gẽtibus dominetur, expoſitione nõ indiget, maxime qui legat dictũ ei à patre: Pete à me, & dabo tibi gentes hæreditatẽ tuã, & poſſeſſionem tuam terminos terræ. Quid eſt aũt quod ait, exaltabitur Gog regnũ eius? Gog ſuper tecta interpretatũ: & in loco iſto nõ pro gentis alicuius nomine (ut putat) poſitũ eſt, ſed ut in alijs nõnullis, ipſe ſermo Hebræus non interpretatus relictus eſt, & ob hoc quaſi de gẽte aliqua dictũ uidetur. Eſt ergo ſermonis conſequentia talis: Et exaltabitur ſuper tecta regnũ eius, & creſcet regnũ eius. Exaltari autem ſuper tecta de perfectione credentiũ dicitur: creſcere aũt ad multitudines referẽ. In ijs ergo qui perfecti ſunt ſuper tecta exaltatur regnũ Chriſti, id eſt ſuper eos etiã, qui in ſupernis ſunt, & in ſuperioribus habitant. Sunt enim fortaſſis aliqui etiã in cœleſtib. à quibus plus proficiant & altius exaltẽtur ij, qui in regno Chriſti ſunt. Et ideo etiã (credo) ipſe Saluator dicebat: Qui in tecto eſt, nõ deſcendat tollere aliquid de domo: monens ut ij, qui ad excelſam perfectionẽ uenerũt, nõ iterũ ad mũdi huius, qui nũc domus appellatur, humilia & abiecta deſcẽdant. Sed & illud quod ait: Quod audiſtis in aures, prædicate ſuper tecta, ad hoc nihilominus reſpicit. Sic ergo exaltatur ſuper Gog regnũ eius, & creſcit regnũ eius. Creſcit enim dum multiplicantur eccleſiæ, & fideliũ numerus augetur: & intantũ creſcit regnum Chriſti, uſquequo ponat pater omnes inimicos eius ſub pedibus eius, ſed & nouiſſimũ inimicũ deſtruat mortem. Poſt hæc ſcriptũ eſt adhuc de Chriſto, quia deus deduxit eum ex Aegypto: quod in eo cõpletum uidetur, ubi poſt mortem Herodis reuocatũ de Aegypto, & deſignat Euangeliũ dicens: Ex Aegypto uocaui filium meũ. Qui ſermo quibuſdam ex hoc loco aſſumptus uideẽ, & Euangelijs inſertus, alijs aũt de Oſee propheta. Poteſt aũt & ſecũdũ allegoriã intelligi: quia poſteaq;

Matt. 4

Rom. 15

Matt. 24

Matt. 10

Matt. 2

Oſee 11

uenit ad Aegyptum mundi huius, eduxit eum pater, & assumpsit ad semetipsum, ut uitã faceret ijs, qui de Aegypto mundi huius ascensuri erant ad deum. Et gloria unicornis eius. Omnia enim dęmonum regna deijciens Christus, unum suum regnum, tanquam ueri unicornis, fundauit in gloria. Cornu enim pro regno sæpe docuimus nominari. Edet, inquit, de eodem adhuc dicens, gentes inimicorum suorum, & crassitudines eorum emedullabit. Gentes ait, quas inimici sui possidebant, ipse edet, destructa uirtute inimici. Et crassitudines eorum medullabit, cum omnem de eis sensum crassum, & carnalem extenuat, & conuertit ad intelligentiam spiritalem. Quod autem crassitudo culpabiliter in scripturis habeatur, indicio erit illud quod scriptum est: Incrassatum est cor populi huius. Et alibi: Satiatus est, & incrassatus est, & recalcitrauit dilectus. Edet ergo gentes, & cibum habebit eos, qui credunt in eum, sicut & ipse dicit in Euangelio: Meus cibus est, ut faciẽ uoluntatem eius, qui me misit. Cuius utiq; uoluntas hæc erat, ut gentes conuerterentur ad fidem. Quod si (ut superius docuimus) crassitudo culpabilis habetur, è contrario subtilitas laudabilis habenda est: quia & spiritus sapientiæ, qui intelligibilis, & sanctus, & multiplex dicitur, similiter & subtilis esse perhibetur. Et iaculis suis sagittabit inimicum. Iacula eius, uerba eius sunt, quibus uel diabolum uicit, uel omnes inimicos, & contradicentes sibi etiam nunc superat & confringit. Omnis enim qui peccat, inimicus eius est dum peccat. Si autem audiat uerba dei, & agnoscens peccata sua configatur ex eis & compungatur, atq; ad pœnitentiam conuertatur, ueritatis sermone terebratus, etiam ipse dicetur iaculis eius esse confixus. Sed post hæc etiam de ipsa passionis dispensatione commemorat, & dicit: Recumbens requieuit ut leo, & ut catulus leonis, quis excitabit eum? Requieuit ut leo, cum in cruce positus, principatus & potestates exuit, & triumphauit eas in ligno crucis. Vt catulus autem leonis, cum resurrexit à somno mortis. Quod autem leoni simul & catulo leonis comparatur, potest adhuc & propter hoc intelligi, ut in ijs qui perfecti sunt, leo, in ijs uerò qui incipiẽtes sunt & rudes, catulus leonis nominetur. Quod uerò ait, quis suscitabit eum? idcirco qa nunc à patre dicitur suscitatus, nunc etiam ipse templum corporis sui post triduũ suscitare se dicit: & merito in hoc quasi percontantis designatur affectus. Qui benedicũt tibi benedicti sunt: & qui maledicunt tibi, maledicti sunt. Certum est quod benedicẽtes Christo benedicti sunt, & in cõmunione paternæ benedictionis assumpti. Qui autẽ maledicũt, maledicti sunt. Si enim ad populũ istum respicias, qui maledicit Christo, etiã lachrymabiliter inuenitur esse maledictus. Quid eñ aliud euenire posset ijs qui maledicunt sapiẽtiæ, qui maledicunt ueritati, qui maledicunt uitæ, nisi ut ab ijs omnibus bonis extorres, & exules iaceant? Hæc enim omnia Christus est: & qui maledicit Christo, tanquã ijs, omnibus bonis maledicens, perpetua maledictione damnatus est. Ego tamen puto q̃ nõ ille solum maledicat Christo, qui sermonem aduersum eum maledicum profert: sed & ille, qui sub nomine Christiani male agit, & turpiter cõuersatur, & inhonestis uerbis, uel actibus suis facit nomen eius blasphemari inter gentes: sicut è contrario non ille qui sermonibus solis dominũ benedicit, ipse benedicere putandus est, sed qui actibus, & uita, & moribus suis facit ab omnibus nomen domini benedici. Et in istis magis cõplebitur quod tertia prophetia Balaam designat, quia benedicentes Christo benedicent, & maledicẽtes ei maledicti erunt. Propter quod omnimode caueamus, ne propter actus nostros Christi nomen blasphemetur, sed magis id agamus, ut de benedictionibus eius participes esse mereamur: Ipsi gloria, & benedictio in secula seculorum, Amen.

Rom. 11
Deut. 32
Ioan. 4

De Quarta prophetia. Homilia XVIII Cap. XXIIII

QVARTAM nunc prophetiam ex ijs quæ Balaam in uerbo dei locutus est, in manibus assumimus, uolentes etiam de ipsa quæ deus dederit aperire. Cui tamen prophetiæ similia, ut in superioribus, in præfatione præmissa sunt. Ait enim: Et iratus est Balach aduersum Balaam, & plausum dedit manibus suis. Et dixit Balach ad Balaam: Maledicere inimicum meum uocaui te, & ecce benedicens benedixisti tertio. Nunc ergo fuge in locum tuũ: dixi honorabo te, & nunc fraudauit te dominus honore.] Ostendit in ijs, quia & Balach intellexerit non iam dæmonum ministerio decipi Balaã, sed dei uirtute ad meliora trãsferri, & ideo dicit, dominus fraudauit te honore. Sed hęc quæ plana sunt trãscurrentes, ad sequentia ueniamus. Et dixit Balaam

ad Balach

ad Balach:Nonne & nuncijs tuis,quos misisti ad me,locutus sum dicens:si mihi dederit Balach plenam domum suam argento & auro,non potero transgredi uerbū dñi, facere illud bonum,aut malum apud meipsum? Quæcunq; mihi dixerit deus hæc dicā.Et nunc ecce redeo in locum meum.Sciens Balaam quod non sibi per ministros solitos responsa deferrētur,sed ab eo qui haberet omnium potestatem,recte uidetur protestatus non se posse uerbum domini transgredi,&facere ullum pusillum,aut magnum apud semetipsum.Non enim ille loquebat ei,qui posset sacrificijs & muneribus permutari,sed ille erat apud quem non est transmutatio, nec cōmutationis umbra. Et ideo nō pōt sacerdos mercede mutari,ubi deus muneribus nō mouetur. Discessurus tamen Balaā incipit iterum prophetare,& dicit: Veni,consilium do tibi quid faciet populus hic populo tuo in nouissimis diebus.Et assumpta parabola sua ait. Sed priusquam ad explanationem eorū quæ prophetata sunt,ueniamus,uelim requirere quis iste sensus sit, quis ordo uerborū,quod ait,ueni & consiliū do tibi.Et cōsilij quidē nihil dare uidetur, sed ait, qd facturus sit populus hic populo tuo in nouissimis diebus: cū utiq; conuenientius dictū uideret si diceret,ueni propheto tibi quid facturus sit populus hic populo tuo in nouissimis diebus:& esset utiq; consequentia,ut uideretur Balaam prophetare de ijs,quæ populus Israel facturus esset populo Balach,uel cæteris gentibus:& quod in uirtute faciet ita ut nō relinquat ex urbibus Moab ullum,qui saluus fiat. Sed & prophetia nihilominus quā de Christo cōiungit in consequentibus,& dicit:Orietur stella ex Iacob, & exurget homo ex Israel,& uastabit principes Moab,cōueniēter posita uideretur si scriptū esset,ueni,& propheto tibi.Nunc autem quid dicemus ad hoc quod scriptū est,ueni cō siliū tibi do quid faciet populus hic populo tuo? Requiramus ergo quomodo intelligi debeat quod scriptum est,consiliū tibi do:de quo sæpe apud memetipsum requirēs,nullum potui exitum inuenire sententiæ,si hoc quod ait,consilium tibi do,cōmuni & usitato more dictum putemus.Sed illud magis uidi esse cōueniēs quod ait cōsilium tibi do, ut ita dixisse intelligatur,consiliū diuinū quod in nouissimis diebus implendū est, mihi nunc reuelatū,aperio tibi & manifesto, ut scias quid populus hic faciet populo tuo. Et hoc modo stare mihi uisum est posse quod ait,consilium tibi do quid facturus est populus hic populo tuo:hoc est consilium dei enūcio tibi,& manifesto.Requirenti sane mihi sicubi forte in scripturis diuinis sub hoc sermone simile aliquid dictū posset occurrere,uisum est etiā & illud similiter aduertēdū quod Apostolus ait: Quis enim cognouit sensum domini,aut quis ei cōsiliarius fuit? Hic enim quis, non pro nullo, sed pro raro, uel eximio habet. Quomodo enim nō cognouit sensum dei unigenitus suus, qui dicit: Nemo nouit patrē,nisi filius & cui uoluerit filius reuelare? Quid est ergo aliud scire patrem,nisi scire & consiliū eius,& sensum? Sed & spiritus sanctus qui scrutat etiā alta dei quid ni sensum eius agnoscat? Agnoscit ergo & filius,& spiritus sanctus sensum domini,& ij quibus uoluerit filius reuelare.Quod si agnoscit filius sensum dei,est ergo & cōsiliarius eius.Sed consiliarius non ita accipiendus est,quasi ignoranti ei quid agat cōsilium det filius,aut spiritus sanctus,sed quod consilij,& uoluntatis eius particeps& sciēs sit filius,& spiritus sanctus.Simili ergo modo & Balaā,quia cōsilij quod ei reuelauerat deus,participē faciebat & gnarum Balach,ait: Veni cōsilium tibi do:tāquā qui uere uidens sit,& uere audierit uerba dei,sicut in cōsequentibus dicit.Dixit Balaā filius Beor, homo uere uidens,& audiens sermones dei,sciens scientiam excelsi, & uisionem dei uidens in somnis,reuelati oculi eius.De ijs omnibus iam superius diximus,quia & in prefatione tertiæ prophetiæ eadem scripta sunt.Hoc sanè solum in præsenti uidetur additū quod ait,Sciens scientiam excelsi. Hoc enim in superioribus non est dictum de Balaā: quod quidem nec facile de quoquam omnium sanctorum prophetarum scriptū esse deprehendi. Vnde & ualde miror quomodo hoc de Balaam scriptum est,cui nec hoc cōcessum est dicere,quod ꝓphetis esse in usu solet,hæc dicit dominus:sed ait, dixit Balaā, dixit homo uere uidens. Tum deinde & quomodo dignum erit tantū istud intelligi de Balaam,ut sciat scientiam excelsi:qui etiā Balach regē docuerit quomodo scandalum mitteret coram filijs Israel,ut manducarent immolata,& fornicarētur. Vix enim de sanctis prophetis,aut apostolis inueniet aliquis dictum,quia sciant scientiam excelsi. Quāuis Paulus dixerit audisse se uerba inenarrabilia,quæ non licet homini loqui,tamen nō

Rom.11

Matt.11

2 Cor.12

est professus habere se scientiã excelsi. Propter quod diligentius intendamus si forte di
gnum aliquid nobis deus super hoc sermone reuelare dignabitur. In libro qui apud nos
quidem inter Salomonis uolumina haberi solet, & Ecclesiasticus dici, apud Græcos ue
Eccl. 1 rò sapiẽtia Iesu filij Sirach appellatur, scriptũ est: Omnis sapientia à deo est. Quod fortas-
se possumus ita intelligere, quasi à Deo sit & illa sapientia mundi huius, quæ destruẽda
dicitur, & principũ mundi huius, & si qua alia est per quã falsa sciẽtia cõmendat: nisi in
ipso libello in consequẽtibus diceretur: Non est enim sapientia, malitiæ disciplina. Per
quod utiq; docet, quia omnis disciplina quæ falsi aliquid asserit, etiã si uehemens uidea-
tur, & uerisimilis, & quæ subuerti difficile possit, tamen nequaquam huiusmodi sciẽtia
ad sapientiæ titulum debeat applicari. Quid ergo est quod ait, omnis sapiẽtia à deo est?
Illud mihi sensisse uidetur, quia omnis peritia, quæ uel erga artem aliquam usui huma-
no necessaria habetur, uel cuiuslibet rei sciẽtia, sapientia dicatur à domino data. Deniq;
apud Iob scriptum est: Quis dedit mulieribus texẽdi sapiẽtiam, & uarietatis disciplinã?
Exod. 31 Sed & in Exodo, Locutus est, inquit, dominus ad Mosen dicens: Ecce uocaui nomina-
tim Beselehel filiũ Vri, filij Or, ex tribu Iuda, & repleui eũ spiritu diuino sapientię, & in-
tellectus, & disciplinæ, ut in omni opere intelligat, & sit architectus ad operandũ argen
tum, & aurũ, & æs, & lapides repletionis, & omnia opera fabrilia, & in ligno, ut operet
secundũ omnia opera, ad quæ ego dedi eũ. Sed & Eliab filiũ Achisamach ex tribu Dan.
Et dedi in cor omni prudẽti intellectũ, ut faciãt omnia quæ cõstitui tibi. Cõsidera ergo
ex ijs omnib. quomodo à domino est sapientia fabrilis, siue in auro, siue in argento, siue
in alia quacunq; materia, uel etiã textrini sapiẽtia: & uide quia iure dici de ijs omnib. po
test quod horũ sciẽtia ab excelso sit. Quod si fabrilis scientia ab excello esse declaratur,
quomodo non & geometrica, ex qua utiq; hæc sciẽtia quã scriptura architectonicã no-
Zach. 2 minat, deriuatur? Deniq; & in Zacharia funiculus geometricus dicitur, in quo dimetiẽs
angelus Hierusalem: & ideo non puto absurdũ uideri, si etiã hæc scientia dicatur excel
si. Quid autem dicemus de Musica, cuius omnẽ peritiã ita attigerat sapientissimus Da-
uid, ac totius melodiæ, & rhithmorum collegerat disciplinas, ut ex ijs omnib. inueniret
sonos, quibus posset etiam perturbatum regem uexatũq; ab spiritu maligno psallendo
mitigare? Vnde nõ puto aliquem recti sensus, qui in horũ omnium scientia neget quia
omnis sapientia à domino est. Iam uerò de medicinæ sciẽtia nec dubitari puto. Si em est
ulla scientia à deo, quę magis ab eo erit quã scientia sanitatis, in qua etiam herbarum ui
res, & succorum qualitates, ac differentiæ dignoscũtur? Igitur ex his omnibus colligitur
quod etiam huius Balaam scientia, pro qua accersitus est ex Mesopotamiæ mõtibus ab
oriẽte ut malediceret Iacob, habeat quidẽ initia & originẽ ab excelso, & inde sit ei agni
tio qua didicerit uel naturas animaliũ, uel motus auiũ, uel differẽtias uocum: sed ea quæ
ad scientiã bonorum acceperit, contulisse se ad usum malorum. Quod mihi simile uide-
tur, quasi si is qui medicinã didicerit, & herbarum uires, ac tẽperamẽta cognouerit, me-
dendi sine dubio gratia à deo hominib. data, cõuertere uelit propositũ: & omni sciẽtia
quæ ad salutem corporum præstita est, utat ad malũ, & pro medico uenenarius fiat, pro
remedijs morbos, pro sanitatib. inferat mortes. Vt aũt amplius intelligamus adhuc to-
tius scientiæ sapientiam à deo originẽ trahere: ab hominibus autem mali propositi, uel
etiam à dæmonibus corruptelas quasdam sapiẽtiæ dei ammiscentibus declinari ad ma-
lum: relegamus ea, quæ in Daniele scripta sunt de ipso Daniele & trib. amicis eius, quos
Nabuchodonosor rex tribus annis erudiendos tradidit, uolẽs eos in sua, id est patria &
Dan. 1 Babyloniorum sapientia sciẽtissimos fieri. Ibi ergo scriptum est, quia dedit eis dominus
scientiam & intellectum, & prudẽtiam in omni arte grãmatica, & Danieli dedit intelle
ctum in omni uerbo, & uisione, & somnijs: & erant apud regẽ: & in omni uerbo & pru-
dentia, & disciplina in quibuscunq; quæsiuit ab eis rex, inuenit eos decuplo amplius q̃
erant sophistæ & philosophi, qui erant in omni regno eius. Et hæc quidem in exẽplari-
bus septuaginta interpretum habent: in Hebræorũ uerò codicib. aliquid etiã uehemen
tius reperi, quibus quãuis non utamur, tamen agnoscendi gratia dicemus etiã ibi quæ
legimus. Dedit, inquit, deus intellectum & prudentiam in omni grammatica sapiẽtia,
& Daniel intellexit in omni uisione, & somnijs. Et post pauca: Et steterũt, inquit, in cõ-
spectu regis, & in omni uerbo sapiẽtiæ, & disciplinæ, in quo quæsiuit ab eis rex, inuenit

in eis

in eis decuplo super oēs incantatores & magos, qui erant in omni regno eius. Ex ijs ergo omnibus potest intelligi quō & Balaam dixerit de semetipso, qui scit scientiā excelsi, scilicet ut intelligatur quod origo totius scientię ab ipso acceperit exordiū: uitio aūt humanæ malitiæ, adspirantibus & subripientibus etiam dæmonibus, in perniciē uersa sint quæ pro utilitate concessa sunt. Hæc de eo quod dixit, sciēs scientiā excelsi, à nobis pro uiribus discussa sint. Post hæc ait: Visionem dei uidēs in somnis, reuelati oculi eius. De ijs sufficienter in tertia uisione dissertū est, & eadem repetere otiosum est. Videamus ergo quid est quod in consequentibus dicit: Ostendam ei, & nō modo, Beatificabo, & nō appropinquat. In alijs quidē exemplaribus legimus, uidebo eū, sed non modo. Quod si recipiat, facilius intelligi putabitur: ut Christū de quo in cōsequētibus dicit: Oriet stella ex Iacob, & exurget homo de Israel, uidendum dicat esse, sed nō modo: hoc est, nō eo tempore, quo ista loquebatur. In nouissimis eīm diebus, ubi uenit plenitudo tēporis, mi Gal. 4
sit deus filium suum. Sed si secundū hoc quod nos habemus in exemplaribus, legēdum sit, hoc est: ostendam illa, & nō modo: beatificabo, & nō appropinquat: nō ad hūc Balaam, per quem hæc dicuntur, sed ad illos quorū personam haberi in hoc diximus, referr. Illi enim doctores legis, & scribæ ostēdent Christū in lege & prophetis prophetatum: sed nō modo, hoc est non eo tēpore quo uenit: sed cū plenitudo gentiū introierit, & cū omnis Israel saluari incipiet, tunc eū ostendent, & tunc beatificabūt, quē modo blasphemāt. Sed hoc tēpus in quo hæc futura sunt, nō appropinquat: lōge eīm est, & in ipso secuti fine sperandū. Et ideo ait, ostendā illi, & nō modo. Illi, hoc est populo qui tunc saluabitur. Post hæc, orietur, inquit, stella ex Iacob, & exsurget homo ex Israel. De his & in superioribus diximus, quia euidenter de stella quę magis in oriēte apparuit, prophetet: qua duce uenerunt ad Iudæā, requirentes eum qui natus est rex Israel, & repertū oblatis muneribus adorauerunt. Sed mouet me, quod de ipsa stella posteaq; dictū est in Euāgelio, Matt. 2
quia præcesserit magos usq; in Bethleē, & ueniens stetit suprà ubi puer erat: ultra nō sit dictū, quia uel discesserit inde, uel euanuerit, uel assumpta sit, aut aliquid oīno de hoc narratio Euāgelica designauerit: sed hoc tantū dixerit, quia uenit, & stetit suprà ubi erat puer. Ne forte ergo sicut tēpore baptismi, cū baptizatus Iesus ascēdit de Iordane, aperti Ioan. 1
sunt ei cœli, & uidit Ioānes spiritū dei descendentē quasi columbam, & manentē super eum, & audiuit uocem dicentem de cœlo: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui: ita & stella hæc, quę uenit suprà ubi erat puer, & stetit, in Christo similiter permānsit, sicut & spiritus sanctus in specie columbæ uenisse dicitur, & māsisse in eo. Et sicut uenisse spiritū dei super eū, & mansisse in eo, ita accipimus quod nunq; ab eo recesserit spiritus dei: ita & stella quæ uenit, & stetit super eū, accipiendū puto quod sic steterit super eum, ut nunq; inde mota sit. Et ideo deitatis eius indicium illā stellā fuisse opinor. Vnde & ordo prophetiæ hæc eadem cōsequenter ostēdit, cū de deitate, quidē eius dicit: Orietur stella ex Iacob: de humana uerò natura, Et exurget homo ex Israel: ut in utroq; & secundum deitatem, & secundū humanitatē Christus prophetatus euidēter appareat. Et uastabit principes Moab. Moab quidē gens est, cuius principes nō alios esse, q̄ spiritales nequitias, & principatus illos aduersum quos nobis luctamen est, intelligimus. Hos ergo iste homo ex Israel uastauit, cū exuit principatus & potestates, affigens illos cruci suæ. Neq; eīm poterat saluare Moabitas, & ad dei agnitionē perducere, nisi principes illos, q̄ in eis dominationē impietatis tenuerant, deuastasset. Et prædabit oēs filios Seth. Seth filius est Adā, de quo Eua dixit cū natus esset: Suscitauit eīm mihi deus semē aliud pro Abel quē occidit Cain. Iste est ergo Seth, ex quo oīne humanū in hoc mūdo ducit genus. Nam de Cain qui nati fuerant, diluuio perierunt. Filij ergo sunt Seth oēs homines, qui in hoc mundo sunt. Et cum dicitur, deprædabit oīnes filios Seth, prædam sic accipe, sicut in superioribus interpretati sumus: ubi scriptum est, edet gentes inimicorum suorū: & ubi catulo leonis, & leoni cōparatur. Et hic ergo in prædam accipit oēs filios Seth. Victis aduersarijs dæmonibus, eos qui sub ipsorum dominatione tenebant, Christus quasi prædam uictoriæ suæ ducit, & spolia salutis reportat: sicut & in alijs de eo scriptum est, quia ascendens in altū, captiuam duxit captiuitatē. Captiuitatē scilicet illā humani generis, quam diabolus ad perditionē ceperat, iste rursus captiuā duxit, & à morte reuocauit ad uitam. Vtinam ergo me & captiuū habeat semper Christus Iesus, & me

Ephes.3 ducat in prædã ſuam,& ego tenear eius uinculis alligatus:ut & ego dici merear uinctus Ieſu Chriſti,ſicut Paulus de ſemetipſo gloriatur.Et erit Edom hęreditas eius,Eſau inimicus eius.Edom idem eſt,qui Eſau.Hic ſecundum hiſtoriã quidem inimicus eſt Iſrael,ſed in aduentu,inquit,Chriſti etiã ipſe hęreditas eius erit:hoc eſt recipietur ad fidem,nec excludet ab hæreditate Chriſti.Si uerò ſpiritaliter aduertamus,Edom caro intelligit,quæ aduerſatur ſpiritui,& eſt inimica.In aduẽtu aũt Chriſti cum ſubiecta fuerit caro ſpiritui, per reſurrectionis ſpem etiam ipſa ad hæreditatẽ ueniet. Nõ em̃ ſola anima,ſed & caro, quæ aliquando fuerat inimica,per obedientiã ſpiritus cõſors futuræ hęreditatis exiſtet. Et Iſrael fecit in uirtutẽ.Hoc eſt quod dicit,quia tunc Edom,uel Eſau,hoc eſt carnis natura in hęreditatis ſocietatẽ uocabitur:cum Iſrael,anima uidelicet,facta fuerit in uirtutẽ, & decenter fuerit repleta uirtutibus.Si em̃ anima non ueniat ad uirtutes, ſed in ignauia perſeueret,nec caro ad hæreditatẽ ueniet,ſed ad iudicium illius,qui poteſt animã,& corpus perdere in gehẽnam.Et exurget ex Iacob,& perdet liberatũ de ciuitate.Ille,inquit, qui exſurgit ut ſtella ex Iacob,perdet liberatum de ciuitate. Nõ in hoc ſolum ſed in omni pene prophetico ſtilo quæ dicunt̃,inuoluto ſatis & obſcuro ſermone dicuntur. Non enim placuit ſancto ſpiritui,qui de ijs ſcribi uoluit,ut palam hæc & pedibus(ut ita dicã) imperitorũ conculcãda ponerentur:ſed ita prouidit,ut cum publice haberi uideant̃, ſermonum tamen obſcuritate recondita in arcanis,& in ſecretis obtecta ſeruẽtur. Et nunc ergo quod ait perdet liberatũ de ciuitate, niſi ad conſuetudinẽ propheticã reſpicias, de qua dicitur,omnis prophetia non poteſt propria abſolutione cõſtare, ualde difficilis uidebitur intellectus. Videamus tamẽ ſi forte hoc modo poterit explanari. Ciuitatem hic
Luc.15 mundũ intelligamus,ſicut & in Euangelijs dicitur de luxurioſo filio,qui dilapidauit ſubſtantiam patris:quia acceſſit,inquit,ad quendã primariũ ciuitatis in regione illa. A quo receptus,in agrũ mittit̃ porcos paſcere.Et hęc ergo ciuitas,cuius ille primarius erat,mũdus hic intelligit̃.Igitur de hac ciuitate liberatũ,hoc eſt quẽ liberat Chriſtus de hoc mũ-
Luc.9 do,perdit eum.Dicit enim,quia qui perdet animam ſuam propter me,ſaluã faciet eam. Salutari ergo perditione perdit Ieſus eum,quem de huius mundi ciuitate liberauerit.Et nos itaq; ſi ad ſalutẽ uenire uolumus,& de hoc mũdo liberari,perdere debemus animas noſtras perditione utili,& neceſſaria.Perdit em̃ animã ſecundũ Chriſtum, qui deſideria eius refrenat,q cupiditates eius reſecat,qui luxuriã eius,reſolutionẽq; caſtigat,& in nullo prorſus facit uoluntatẽ ſuam,ſed uoluntatẽ dei:& per hæc perire dicitur anima.Perijt nanq; uita eius prior,& incipit nouam uitam,quæ in Chriſto eſt,ducere:Simile aũt huic
2 Tim.2 dicto etiam illud eſt:Si cõmorimur,& cõuiuemus.Et illud.Si aũt mortui eſtis ab elemẽ
Col.2 tis huius mundi,qũo uelut uiuentes in hoc mundo decernitis? Neceſſarioergo etiam in his declaratur quia perdidit animã ſuã in hoc mundo,qui cũ Chriſto moritur: & qui hic
Col.3 eam perdiderit,inueniet eam ibi ſine dubio,ubi dicit Apoſtolus,quia uita ueſtra abſcõdita eſt cum Chriſto in deo.Cui gloria in æterna ſecula ſeculorum,Amen.

De uiſione Quinta Balaam. Homilia Decimanona Cap. XXIIII

QVINTA hęc nobis,eademq; ultima Balaam uiſio diſcutitur,de qua ſimiliter ut in cæteris dominum deprecemur,quo in fine non deſerat,ut poſſimus huius quoq; uiſionis ſenſum haud procul à ueritate captare. Eſt ergo initium eius in ijs uerbis.Et cum uideret, inquit, Balaam Amalech, aſſumens parabolam ſuam dixit:Initium gentium Amalech,& ſemen eorum peribit. Neceſſarium mihi uidetur requirere in ſcripturis diuinis, quibus in locis uel quo in tempore nomen Amalech ſcriptum ſit,quóue ex genere gens iſta deſcenderit Facilius enim quod quæritur agnoſcẽ ſi ex pluribus locis,quæ de eadem re ſcripta ſunt,proferantur.Igitur in Geneſis lectione
Gen.14 ubi quinq; reges conuenerunt ut expugnarent quatuor reges qui regnabant in Sodomis,poſt aliquanta ita refertur.Et regreſſi, inquit, uenerunt ad fontẽ iudicij, hic eſt Cades,& interfecerũt omẽs principes Amalech,& Amorræos qui habitabant in Sarathẽ. In his primo locis Amalech memini nominatũ.Sed requiratur fortaſſis utrum duæ gentes eiuſdem nominis habeant̃, quoniam quidem & in catalogo filiorũ Eſau, & ducum
Gen.36 qui ex eius genere deſcenderant,refertur Amalech.Ita enim ſcriptũ eſt. Iſtæ ſunt autem generationes Eſau patris Edom,in monte Seir,& hæc nomina filiorum Eſau.Eliphas filius Ada

lius Ada uxoris Esau, & Raguel filius Basemmach uxoris Esau. Fuerunt autem filij Eliphas Theman, Suphar, Gothon, Cenes, Thamnas aũt fuit cõcubina Eliphas filij Esau, & hæc peperit Amalech ipsi Eliphas, & isti sunt filij Ada uxoris Esau. & post pauca: Et ij sunt, inqt, duces ex filijs Esau. Filij Eliphas, qui fuit primogenitus filij Esau. Dux Theman, dux Chomor, dux Suphar, dux Cenes, dux Chore, dux Gothon, dux Amalech. Hic igitur Amalech, filius fuit Eliphas primogeniti Esau, natus ex concubina nomine Thamna. Sed redeamus ad primã de Amalech cõmemorationẽ, ubi ij qui reuersi sunt, & uenerunt ad fontẽ iudicij, qui uocatur Cades, interficiunt oĩes principes Amalech. Cades enim interpretat sanctificatio, uel sanctũ. Amalech uerò interpretatur ablingens populum, uel declinans populum. Igitur ij qui reuertuntur ad sanctum, & conuertũt se ad sanctificationẽ, interficiunt & perimunt Amalech, illum scilicet qui ablingit populũ uel declinat populum. Quis autem alius est qui declinat populum à deo, nisi uirtus contraria, & nequitiæ spiritales? Horũ ergo principes qui sunt? Illi sine dubio principatus, aduersum quos sanctis est colluctatio. Aduersum principatus eĩ & potestates, & mundi huius rectores sunt eis agones. Quos tamen superare non poterunt, nisi conuertant ad sanctimoniam. In ipsa tamẽ sanctimonia, quę est Cades, fons est iudicij. Omnis enim qui se ad sanctimoniam cõuertit, habet semper ante oculos suos fontẽ iudicij. Prospicit enim iudicij diem, & purificato corde tam malorũ pœnas quàm piorũ beatitudines cõtuetur: & hæc faciens omnes Amalechitarum principes prosternit & deijcit. Si quis autem non se conuerterit ad Cades, id est ad sanctimoniam, fontemq; iudicij, neq; futurũ iudicij cogitat diẽ, isti subiecti sunt principibus Amalech. Hunc enim populũ ablingit & consumit, & talem populum declinat à deo. Hæc ad illũ primũ referantur Amalech. Nunc aũt uideamus & istum Amalech filium Eliphas primogeniti Esau, quẽ peperit ei Thamnas cõcubina sua, cuius pater est Eliphas, qui interpretatur deus me dispersit: mater autem Thamnas, quę & ipsa primo quidẽ est degener, deinde interpretatur defectio commota: ut necessario utiq; qui ab his talibus gignitur, hostis sit Israel ablingẽs, uel declinans populũ. Primus enim ipse Hebræos egressos ex Ægypto bello aggressus est in Raphidin, tũc cum Moyses ait ad Iesum: Elige tibi uiros, & exi, & cõflige cũ Amalech crastino, & ecce ego sto in uertice collis, & uirga dei in manu mea erit. Et fecit Iesus sicut dixit ei Moyses, & conflixit cum Amalech: Moyses aũt, & Aaron, & Vr ascenderunt in uerticem collis: & factum est, ut cum leuaret manus Moyses, inualesceret Israel: cum autem deponeret manus suas, inualescebat Amalech. Et post pauca iterũ scriptũ est, quia fugauerit Iesus Amalech, & populum eius gladio deiecerit: tũc enim dominus dixit ad Moysen: Conscribe hæc ad memoriam in libro, & da in auribus Iesu. Quia delẽs delebo memoriã Amalech de sub cœlo. Et ædificauit Moyses altare, & nominauit nomen eius, dominus refugium meum, & ait. Quia in manu occulta dominus expugnat Amalech à generatione in generationẽ. Intellige ex hoc euidẽtius quid debeat intelligi Amalech, quem manu occulta, id est inuisibili, expugnare dicitur deus à generatione in generationem. Sed in Deuteronomio ita scriptum est: Memẽto quãta tibi fecerit Amalech in uia cum exisses de Ægypto, quomodo obstitit tibi in uia, & excidit caudam tuã, omnes qui laborabant post te. Tu autem esuriebas, & laborabas, & non timuisti deum. Obserua ergo & in ijs qũo Amalech obstitit Israel in uia, sed tamen non potuit caput eius abscindere, nisi caudam tantum: id est eos potuit obtinere, qui retro positi erant, qui ultimi sequebantur, nec ea quæ retro erant obliuiscẽtes extẽdebant se ad ea quę in ante sunt. Et ideo puto quia dominus præcipiebat in Euangelijs dicẽs: Nemo mittens manum suã super aratrum, & retro respiciens, aptus est regno dei, & merito. Si eĩm retro quis inuentus fuerit in cauda, ascindet eum Amalech. Sed & aliam adhuc de Amalech historiam proferamus, ut ex pluribus scripturæ locis clarius quod quærimus aduertatur. In primo Regnorum libro ait Samuel ad Saul: Misit me dominus ungere te regem super populũ suũ Israel, & nunc audi uocem uerborũ domini. Hæc dicit dominus uirtutũ. Recogitaui omnia quæ fecit Amalech aduersum Israel, quomodo percussit eum in uia cũ ascẽderet ex Ægypto. Nunc ergo uade, & percute Amalech, & anathematiza omnia quæcunq; habet, & non parcas, sed interfice omnes, à uiro usq; ad mulierem, & paruulos, & lactẽtes & tauros, & greges ouiũ, & camelos, & asinos, & pręcepit Saul populo, & inspexit eos

Eph. 6

Exod. 17

Ibid.

Deut. 25

Luc. 9

1 Reg. 15

in Galaad

in Galaad ducenta milia peditum,& tria milia uirorum ex Iuda,& uenit Saul ad ciuitatẽ Amalech,& insidias posuit in ualle,& ait Saul ad Cineũ. Vade tu, & discede de medio Amalech,ne forte & tu deijciaris cum ipso. Tu enim fecisti misericordiã cum omnib. filijs Israel,cũ ascenderẽt de terra Ægypti. Et discessit Cineus de medio Amalech,& percussit Saul Amalech,ab Eiula usq; Sur,quæ est contra faciem Ægypti, & cepit Agag regem Amalech uiuum,& omnem populum eius anathematizauit in ore gladij,& peper cit Saul & populus regi Agag,& seruauit omne quod bonum erat ex ouibus & bobus, sed & quæ fœcunda erãt ex omnibus pecoribus bonis, & noluerũt ea exterminare, sed omne quod fuit cõtemptibile & despectũ,hoc anathematizauerũt. Et factus est sermo domini ad Samuelem dicens:Pœnitet me,quia unxerim Saul in regem. Et hic ergo ob serua qũo deus per prophetam regi Saul præcipit ut expugnet Amalech, & non parcat cuiquam ex eis:& quoniã pepercit regi Amalech Agag,offensam incurrit inexpiabilẽ, ita ut eousq; permoueret deũ,ut contra q̃s recipit illa natura diceret,pœnitet me q̃ unxi Saul in regem.Nõ ergo expedit nobis parcere illi, qui declinat populũ, uel ablingit,& deuorat:illi scilicet inuisibili Amalech,qui uolentibus ascendere de Ægypto, & de mũ di huius euadere tenebris,atq; ad terram repromissionis ascẽdere,resistit in uia,& impugnat nos:& si inuenerit nos lassos ac defectos, & retro respicientes, atq; in ultimis & in cauda positos,abscindit nos & perimit. Et ideo tẽdendũ semper in ante est, & ad priora festinandũ,imò & in uerticem montis ascendendum,& semper leuandæ sunt in orationibus ad cœlum manus,ut ita demum uincatur Amalech & cadat. Vis autem scire quoniam non transitur ad terram sanctã,neq; peruenitur ad regnũ, nisi prius uincatur Amalech? Dauid cũ multa bella gessisset,& cõtra Allophylos fuissent ei acerrimi frequẽtesq; conflictus,non tamẽ scribitur obtinuisse regnũ,nisi prius edomuisset Amalech. Ait em
2 Reg. 1 scriptura: Et regressus est Dauid posteaquã cecidit Amalech, & suscepit regnum Saul: cum tamẽ ipse Amalech describat multas prius strages fecisse in populo Israel, & urbes eorum incendisse quamplurimas. Vere enim ante aduẽtum ueri Dauid, illius qui natus est ex semine Dauid secundũ carnem,multas strages spiritales Amalechitę,quæ sunt cõ
1 Reg. 30 trariæ uirtutes,fecerunt in populo Israel. Sed & ipsius Dauid captiuarunt, inquit, duas uxores:Iudæum puto primum,& secũdum gentilẽ populũ dici: & Iudæos enim & gentiles omnes constat sub peccato fuisse conclusos. Sed nõ in his rerum exitus mansit. Ad ueniẽs em̃ Dauid audi quid faciat. Et inuenit, inquit, Dauid dispersos Amalechitas mãducantes,& bibentes,& exultãtes pro præda quam abstulerant:& cecidit, inquit,eos à prima nocte usq; uesperam in crastinum. Et post hanc cædem Amalechitarũ, regressus suscepit regnum. Hunc ergo Amalech uidens Balaã filius Beor,homo uere uidẽs,& audiens uerba dei,qui scit scientiã excelsi,& uisiones dei uidet,accepta parabola sua(sicut & in prioribus uisionibus scriptũ est) ait:initium gentiũ Amalech,& semen eorum peribit. Quod ait initium gentium Amalech, certum est quia nullo pacto ad illum qui tũc erat in carne Amalech,referri possit:neq; enim primus erat antiquitatis origine: sed ad inuisibilẽ Amalech melius referẽ,qui à declinando populos à deo,& faciendo gentiles ex dei cultoribus, Amalech nominatur. Et ideo recte initium gentiũ dicitur, quasi talis quædã uirtus contraria,quæ prima initium dederit,ut homines gentiles fierẽt, mutãdo gloriam incorruptibilis dei in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis,& uolucrũ, & pecudũ,& serpentium,& seruiendo creaturæ,potius q̃ creatori. Sicut enim in populo dei scriptum est initium Christus,sic è contrario in populo qui declinat à deo,& gẽtilis efficitur,initium est Amalech. Et semen eorum peribit. Semẽ eorum est persuasio,& doctrina,qua docuerũt homines declinare à deo. Istud ergo semẽ malũ, & doctrina pessima,non ipsi in quibus seminatum est peribunt. Ipsi enim cũ cõuersi ingemuerint,salui erunt. Et uide si nõ talis expositio etiam illis cõuenienter obsistet, qui deum legis uelut duritiæ & crudelitatis accusant,qui non solũ gentẽ Amalech, sed & semẽ eius pronunciet periturum:cum gens quidẽ ad spiritales nequitias referatur,semen uerò eius doctrina superstitionum gentilium,& cultus idolorum,atq; omnis secta quę à deo populũ declinare suadet, exponatur. Commemorat aũt prophetia post Amalech Cineum dicens. Et uidẽs Cineum,assumẽs parabolam suam dixit: Valida habitatio tua, & si posueris in petra nidum tuum,& si fuerit tibi Beor nidus astutiæ,Assyrij captiuũ te ducent. Videt

mihi

mihi quod Cineum nō ualde culpabiliter nominet. Ipse est em̄ cui & in superioribus di cebat Saul: Discede de medio Amalech, & nō percutiā te: quia tu fecisti misericordiam in Israel, cū ascenderet de Ægypto. De hoc ergo & nunc dicit̄, quia ualida sit habitatio eius, si ponat nidum suū in petra. Petra Christus est. Si ergo ponat nidum suū in petra, ua lida est habitatio eius, si tamē nō fiat ei Beor nidus astutiæ. Beor, pater est Balaā, qui po- test accipi in persona hæreticorum: ut hoc dici uideat̄, quod saluus possit esse Cineus, si ponat in petra nidū suū, hoc est si in Christo collocet spem suā, & non eum hæreticorum circundet & circumscribat astutia. Nam si hoc fuerit, nihil ei proderit quod in petra, qui est Christus, collocatus uidetur. Ab Assyrijs enim captiuus ducet̄, malignis scilicet uir- tutibus, quæ eos captiuos ducūt, & in potestatē accipiūt, quos hæreticus error inuolue rit. Videtur sane secundum hanc expositionem quam de Cineo edidimus, & cōiunctio interturbare sensum. Sed sciendum est, quod uernaculū est Hebrææ linguæ, & coniun- ctione frequenter uti, ita ut interdum abundet, & in nō necessarijs, ut in nostra apparet lingua, uideatur inserta: quod utiq; cū uenia accipiēdū est. Habet em̄ una quæq; lingua ali quid proprietatis, quod apud alias linguas uitiosum uideat̄. Et hic ergo, & cōiunctio quasi abundās habenda est, & superflua. Caueat ergo Cineus, qui interpretat̄ possidēs, caueat inquam etiam si possideat, & promereat̄ istam gratiā, ut in ecclesia Christi sit, ne fort e astutia Beor circūueniat eū, & declinet ad dogmata praua, & peruersa, & ob hoc trad atur Assyrijs. Qui em̄ blasphemant in ecclesia positi, traduntur Satanæ, sicut Phyge lus & Hermogenes, de quibus Paulus dicit: Quos tradidi, inquit, Satanæ, ut discant nō 2 Tim. 4
blasphemare. Propterea ergo Assyrijs traditur, qui declinauerit in hęreticā blasphemiā: quia Assyrij interpretantur dirigentes: & ob hoc traduntur eis qui traduntur, non ut pe reant, nec ut penitus intereant, sed ut dirigantur, & corrigātur: & sicut ipse Paulus dicit, ut discant nō blasphemare. Post hæc uerō Balaam prophetiæ suæ sermonem in his con cludit dicens. Et assumpta parabola sua dixit: O quis uiuet, cum fecerit hæc deus? Et exi bunt de manu Cithiorū, & affligēt Assur, & affligent Hebræos, & ipsi pariter peribunt. Quod per singula per parabolā loqui dicitur Balaam, legenti incutit pudorē, ne quid in ijs quæ dicuntur, non quasi in parabola, sed secundū literā dictū putet. Ait ergo: O quis uiuet cū fecerit hæc deus? Hic uitā nō hanc cōmunē, sed illam nominat, quæ secundū de um est: & hoc est quod dicit, quia cum hæc omnia fient, cū orietur astrū ex Iacob, & sur- rexerit homo ex Israel, & deleuerit Amalech, & semē eius perdiderit: hoc est cum adue nerit Christus, & idolorū cultum destruxerit, atq; omniū dæmonū subiecerit potestatē, quis erit ille tam beatus, tā felix qui hęc uideat? hoc est qui sentiat, & intelligat, & credat quòd hæc ita fecerit deus? Et exibūt de manibus Cithiorum, & affligēt Assyrios. Cithij interpretantur plaga finis. Hi ergo qui conuertunt̄ ad deum, & à Christo eruditi, plagā quæ in fine seculi impijs ueniet, effugiūt, ipsi affligent Assyrios: hoc est his qui in agone pietatis positi sunt, conteret Satanā deus sub pedibus, ipsi affligēt Assyrios dæmonū sci licet gentem. Calcabunt nanq; super serpētes, & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici, & affligent eos. Affligent Hebræos, & ipsi pariter peribunt. Hebræi trāseuntes interpretantur. Iste ergo ipse populus etiam Hebræus dicitur, quia transiit de Ægypto ad terram repromissionis, de tenebris ad lucem, de morte ad uitam. Sed quoniā (ut dixi mus) hæc nō sine agone, nec sine magno certamine poterit obtinere, quasi in agone po situs nunc affligit, nunc affligitur, & nunc cædit aduersariū, nunc ipse ab aduersario uer- beratur. Affligent ergo etiam ipsi Assyrij Hebræos, hoc est populū domini, sicut affligū tur ab eis: sed ipsi, id est Assyrij, cum hæc fecerint, & cum uires suas oēs erga Hebræos affligendos effuderint, statim etiam ipsi peribūt. Quod ergo ait, & affligēt Hebræos, & ipsi pariter peribunt: nō ita accipiendum est, quasi pariter cum Hebræis peribunt & As syrij: sed pariter, id est statim ut hæc fecerint, & Hebræos afflixerint, etiam ipsi peribunt. Pariter ergo Græcus sermo pro statim ponit. Hic ergo erit finis omniū, ut & Assur, cui tradebantur hi qui delinquebant ex populo dei, uel in interitū carnis, ut spiritus saluus fieret, uel ut discerent nō blasphemare, peribit etiam ipse ab eo, qui potestatē habet per dere in gehennam. Dicetur enim eis à iusto iudice: Ite in ignē æternū, quē parauit deus Matt. 25
diabolo, & angelis eius. Ibi ergo peribit Assur. Et quidē perijt aliquando & una ouis ex Luc. 15
centum ouibus; sed hanc ouem pastor bonus relictis nonaginta nouē in montibus de-

scendens

ſcendens ad uallem hanc noſtram, uallem lacrymarũ, & requirens inuenit, atq; impoſitam humeris ſuis reportauit, & illi numero qui in ſuperioribus ſaluus manebat, adiũxit. Iſte autem Aſſur qui in fine omnium dicitur periturus, neſcio ſi aliquãdo aut queri poſſit aut inueniri: periit em̃ non errore, ſed iudicio, nec lapſu motus ſed perſeuerantia perduratus. Quod enim̃ ſcriptũ eſt: Ego occidam, & ego uiuere faciam, deducã in infernũ & reducam, neſcio ſi generaliter om̃es aſpiciat, an ad eos tantum quos deceptio diaboli deduci fecit in mortem. Hæc etiã de ultima Balaam prophetia à nobis pro uiribus dicta ſint, quæ pro locorum difficultate explanandi magis, quàm perorandi ſtilo placuit explicari. Quid enim intereſt dummodo omnia ad ædificationẽ dicantur, & omnia ad gloriam dei fiant? qui eſt benedictus in ſecula ſeculorum, Amen.

Deut. 32

De eo qui fornicatus eſt in Madianitide, & quod conſecratus eſt populus Beelphegor. Homilia XX Cap. XXV

LECTIO hodie recitata eſt, primam quidem hiſtoriam continens de fornicatione uiri Iſraelitæ & mulieris Madianitidis, ſecundam uerò de uiſione populi, in qua numerari iterum iubetur ex præcepto domini, in irritum ſcilicet deuocato priore numero, propter peccata quæ cõmiſerant ij, qui prius fuerant ſub numeri definitione cenſiti. Caſſatur ergo & in irritum deducitur ex peccatis numerus qui ſcriptus eſt: & tantum ualent delicta, ut nec hoc proſit quod in numero quis habitus ſit apud deum, cum declinauerit. Sed (ut ſcriptura refert) etiam artus eorum qui receſſerũt à deo, ceciderunt in deſerto. Duæ ergo ſunt hiſtoriæ, quæ recitatæ ſunt: ſed nos de prima interim, quæ fornicationem populi deſcribit, ſi quid orantibus uobis dominus gratię dignabitur præſtare, dicemus. Si uerò ipſe conceſſerit, aliquid etiam de ſecunda contingere audebimus. Et applicuit, inquit, Iſrael ad Sethim, & pollutus eſt populus, & fornicatus eſt in filias Moab, & inuitauerunt eos ad ſacrificia idolorum ſuorum, & manducauit populus de ſacrificijs eorũ, & adorauerunt idola eorum, & conſecratus eſt Beelphegor, & iratus eſt furore dominus cõtra Iſrael.] In his oſtenditur illud, quod ſæpe memorauimus, quia Balaam poſteaq; dei uirtute conſtrictus non eſt permiſſus maledicere Iſrael, uolens tamen placere regi Balach, ait ad eum ſicut ſcriptũ eſt: Veni conſiliũ do tibi. Et quid conſilij dederit, ibi non apparuit, in poſterioribus tamẽ ipſius libri Numerorum ſcriptum refertur. Sed plenius in reuelatione Ioannis, ubi ita continetur: Habes, inquit, ibi doctrinam Balaam, qui docuit Balach, ut mitteret ſcãdalum in cõſpectu filiorum Iſrael, ut manducarent idolis immolata, & fornicarẽtur. Ex hoc ergo apparet quod nequitia uſus ſit Balaam, & conſilium dederit regi, talia quædã dicens ad eum: Populus hic non propriis uiribus, ſed deum colẽdo uincit, & pudicitiam cõſeruando. Si uis eum uincere, primo eorum pudicitiam deij ce, & ſponte uincent. Sed aduerſum hæc nõ uirtute militum, ſed mulierum decore pugnãdum eſt, nec armatorum uigore, ſed mollitie fœminarum. Procul amoue armatorum manum, & electã congrega ſpeciem puellarũ, ludentes pedibus eant, manibusq; plaudentes: forma uincit armatos, ferrũ pulchritudo captiuat, uincẽtur ſpecie qui nõ uincunt prælio. Verũ ubi ſenſerint eos mulieres Moabiti des uel Madianitides manus dediſſe libidini, & peccato inclinaſſe ceruices, nõ prius ſemetipſas cupiẽtibus præbeant, & de ſacrificijs idolorũ acquieuerint deguſtare: ut cogẽte libidine, conſilijs obtemperẽt fœminarũ, & cõſecrentur prius Beelphegor, quod eſt idolum turpitudinis. Hæc fuerũt cõſilia Balaam: quibus acceptis rex Balach parat cõtinuo exercitũ non armis uirilibus ſed fœmineo nitore compoſitũ, nõ furore bellico, ſed libidinis flamma ſuccẽſum. Nullam refrenat pudor, nullam prohibet uerecũdia. Amor patriæ, & uitium gentis cõſpirant pariter in laſciuiam, & ad decipiendum proba exiſtit improbitas. Pro nefas, uix prohibetur libido legum minis, uix gladij terrore reprimit: quid ſceleris non perpetret, ubi facinore ſuo placituram ſe mulier regi credidit, & ſalutẽ patriæ quæſituram? Captiuantur ergo Iſraelitæ, nõ ferro, ſed luxu, nec uirtute, ſed libidine, & fornicant in mulieres Madianitidas, & ira dei inſurgit ſuper eos. Sunt quidẽ in ijs & myſtica quædã, atq; interioris intelligẽtiæ ſecreta: ſed nos primo ipſe hiſtoriæ textus ædificet, ut diſcamus ex hoc, quoniã aduerſus nos militat fornicatio, aduerſus nos iaculantur tela luxuriæ. Sed ſi nobis nõ deſint arma, quibus nos armari iubet Apoſtolus, huiuſmodi

Apoc. 2

iusmodi iacula nos terebrare non poterunt. si sit nobis lorica iustitiæ, si habeamus galeã salutis, & gladium spiritus, & super omnia scutũ fidei, & calceati simus pedes in præparatione Euangelij pacis. Ista sunt arma quæ nos defendunt in huiusmodi bellis. Si aũt talia arma proijcimus, statim locum diabolico uulneri damus, & captiuos nos ducit omis dæmonum chorus: atq; ob hoc ira dei insurgit super nos, & non solũ in præsenti seculo puniemur, uerum etiam in futuro. Quod ergo facit nos uincere in ijs prælijs quæ aduersum nos diabolus cõmouet, pudicitia est, & iustitia, & prudẽtia, & pietas, cęteręq; uirtutes. Quæ aũt faciũt nos uinci, luxuria est, & libido, auaritia, & impietas, omisq; malitia. Hæc ergo sunt, quæ nos historię textus edocuit. Verũ quoniam Ioannes in reuelatione sua, ea quæ in lege secundũ historiã scripta sunt adducit ad mysteria diuina, & sacramenta quædam in ijs edocet cõtineri, necessariũ uidetur etiã secundũ id quod ille sensit, nos quoq; ab illo datã expositionis regulã sequi, & primo memorare ea, quæ ad angelũ ecclesiæ cuiusdam scribens dicit: Habes ibi quosdam, qui tenent doctrinã Balaam, qui docuit Balach mittere scandalũ in cõspectu filiorũ Israel, ut mãducarẽt immolata idolis, et fornicarentur. Ergo temporibus Ioãnis apostoli erãt quidam in ecclesia illa ad quã scribebat, docentes doctrinã Balaam. Putásne ita accipiendũ est quod fuerint in illis dieb. qui dicerẽt se docere ea quæ Balaã docuit, & qui profiterentur se dogmatũ & traditionum illius esse doctores? An illud potius debemus aduertere, qđ si quis faciat opus ꝗd fecit Balaã, is doctrinã Balaã docere uideat? Sicut & de doctrina Iezabel in eadẽ reuelatione memoratã, non quo aliquis ex discipulis Iezabel doceat quæ illa tradiderit, sed ꝙ si quis (uerbi causa) aut ꝓphetas dei persequatur ut illa fecit, aut ad idola aliq̃s decipiat, uel falsis circunscriptionib. perimat innocentes, iste Iezabel dicetur tenere doctrinam. Si ergo aliquis malis cõsilijs scandalũ generet populo dei, & offensionẽ diuinã, atq; iracundiam cœlestẽ prouocet plebi, uel idolorũ sacrificijs cõmunicãdo, uel stupris aut libidini seruiendo, hic doctrinã Balaã tenere dicẽdus est. Est ergo execrabilis corporis etiam fornicatio. Quid em̃ ita execrabile, ꝙ templum dei uiolare, ac tollere mẽbra Christi, & facere mẽbra meretricis? Multo tamẽ magis execrabilis est generalis illa fornicatio, in qua omne genus peccati pariter continet. Generalis aũt fornicatio dicit, cum anima quæ in consortiũ uerbi dei ascita est, & matrimonio eius quodãmodo sociata, ab ullo alieno scilicet, & aduersario illius uiri qui eam sibi despõdit in fide, corrũpitur & uiolat. Est ergo sponsus & uir animæ mundæ & pudicę, uerbũ dei, qui est Christus dñs, sicut et Apostolus dicit: Volo autẽ omnes uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Timeo autẽ ne forte sicut serpens seduxit Euam astutia sua, sic corrũpantur sensus uestri à simplicitate, quæ est in Christo Iesu. Donec igit̃ anima adhæret sponso suo, & audit uerbum eius, & ipsum complectitur, sine dubio ab ipso semen suscipit uerbi: & sicut ille dixit: De timore tuo domine in utero cõcepi, ita & hæc dicit, de uerbo tuo domine in uentre concepi, & parturiui, & spiritũ salutis tuæ feci super terras. Si ergo sic de Christo cõcepit anima, fecit filios pro quib. dicatur ad eã, quia salua erit per filiorũ procreationem, si permanserit in fide, & charitate, & sanctitate, cum sobrietate, etiã si prius sicut Eua seducta fuisse anima uideatur. Est itaq; uere beata soboles, ubi cõcubitus factus fuerit animæ cum uerbo dei, & ubi cõplexus ad inuicem dederint. Inde nascetur generosa progenies, inde pudicitia orieṫ, inde iustitia, inde patientia, inde mansuetudo, & charitas, atq; omniũ uirtutũ proles uenerãda succedet. Quod si infelix anima diuini uerbi dereliquerit sancta connubia, & in adulterinos se cõplexus diaboli, aliorũq; dęmonum illecebris deceptam tradiderit, generabit sine dubio etiã inde filios, sed illos, de quib. scriptum est: Filij autem adulterorũ imperfecti erunt, & ex iniquo concubitu semẽ exterminabitur. Omnia ergo peccata filij sunt adulterij, & filij fornicationis. Vnde & ostẽditur, quod ꝓ singula quæq; quę gerimus, parit anima nostra & generat filios, sensus scilicet & opera quę gerit, Et si quidem secundũ legem est quod gerit, & secundũ uerbum dei, spiritum parit salutis, & propterea saluabitur per filiorum generationẽ, & isti sunt filij, de quibus propheta dicit: Filij tui sicut nouellæ oliuarũ in circuitu mẽsæ tuę. Si uerò qđ agit contra legem est, & peccatũ est, sine dubio ex cõceptione contrarij spiritus malignam sobolem gignit. Parit enim filios peccati. Et istæ sunt maledictę generationes in quibus à nonnullis sanctorum maledicitur etiã dies in quo nati sunt. Nunq̃ est ergo quando nõ

Eph. 6

Apoc. 2

2 Cor. 11

Sap. 3

Psal. 127

pariat anima. Anima ſemper parit, ſemp generat filios. Sed illa quidem benedicta gene
ratio eſt, quæ de uerbo dei cõcepta generatur, & iſta eſt filiorũ generatio, per quã ſalua
fiet. Si autem (ut diximus) ex contrario ſpiritu cõcipiat, certum eſt quia pariat filios irę,
aptos ad interitũ. Et forte ad utraſq; iſtas generationes animæ reſpicit illud, quod dictũ
Rom. 9 eſt: Cum enim nõdũ nati fuiſſent, aut aliquid egiſſent boni uel mali, ut propoſitum dei,
quod ſecundum electionẽ factum eſt, maneat, non ex operibus ſed ex uocante, dictum
eſt, quia maior ſeruiet minori, ſicut ſcriptũ eſt: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Iſtæ
enim tales generationes animæ etiam priuſquã faciãt boni aliquid, ſiquidem ex ſancto
ſpiritu generatæ ſunt, iam diliguntur. Si uerò ex ſpiritu maligno, etiã priuſq; opere im-
pleãt aliquid mali, hoc ipſo tamẽ quod huiuſmodi uoluntatẽ peperit anima, digne in ea
odio habetur malę uoluntatis execrãda cõceptio. Propterea fortaſſis in huius ſacramẽ-
ti figura etiã Chanaan puer anteq; naſceretur maledicitur. Cham nanq; peccauerat pa-
ter eius: & prophetans Noe cũ unicuiq; filiorũ ſuorum optima quæq; ſignaret, ubi ad
Gen. 9 Cham uentum eſt, maledictus, inquit, Chanaan puer. Cham peccauit, & Chanaan pro-
genies eius maledicitur, & maledicta eſt. Et ideo acrius nobis intendendũ eſt, & proſpi
ciendũ, ne forte generet aliquid anima, quod maledicto dignũ ſit, ut etiã ſi nondũ ope-
re impleuerit, in ipſa tamẽ uoluntate & propoſito eius erit huiuſmodi maledicta proge
nies. Quod & ſi forte aliquãdo euenerit, quis eñ inueniet facile qui ab huiuſmodi gene
ratione, id eſt peccandi uoluntate habeatur immunis? Si ergo acciderit tale aliqd, quid
remedij detur, ex diuinis uoluminib. requiramus. Inuenimus ergo in pſalmis de hoc ſcri
Pſal. 137 ptũ: Filia Babylonis miſera, beatus qui retribuit tibi retributionẽ quã retribuiſti nobis.
Beatus qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram. Et ſi nondũ aliquid operis geſſit
Babylonius in nobis iſte conceptus, dũ adhuc paruulus eſt, nõ miſereris eius, nec par-
cas ei, ſed ſtatim interfice. Odibilis eñ eſt, perime, occide elidẽs ad petrã. Petra autẽ eſt
Chriſtus. Quis ergo tantus ac talis eſt, ut non expectet omnino uſquequo creſcat in eo
Babylonię ſoboles, nec augeãtur in eo opera cõfuſionis, ſed in primis ſtatim initijs, ubi
naſci cœperint, & ex uolũtatis motibus coaleſcere, atq; (ut ita dicã) ubi caput cœperint
de uulua animæ proferre pernicioſa deſideria maligni ſpiritus inſperatiõe cõcepta, arri
piat ſtatim & elidat ad petrã: id eſt adducat ad Chriſtum, ut in conſpectu tremendi iudi
cij eius poſita exoleſcãt, & pereant. Hæc dicta ſunt nobis de generali fornicatione, quę
ſpecies habet plurimas: quarum una eſt hęc quæ in cõſuetudine ob corporale ſtuprum
fornicatio nominatur. Ego uerò legens Apoſtolum, cum ueniſſem ad eum locũ in quo
1 Cor. 6 dicit: Qui ſe iungit domino, unus ſpiritus eſt, et qui ſe iungit meretrici unum corpus eſt:
quærebã ſi eſt aliquid aliud medium præter hoc, ut aut domino quis iungatur, aut mere
trici: & pro uiribus meis diſcutiens, profundum ſatis & reconditum in ijs uerbis intue-
bar Apoſtoli ſenſum, qui ita definierit, quod omnis anima aut domino cõiuncta ſit, aut
meretrici: & intellexi quod dominũ quidem dixerit uirtutes quę Chriſtus eſt, id eſt uer
bum, ſapientiam, ueritatem, iuſtitiam, cæteraq; huiuſmodi: meretricẽ uerò omnes econ
Prou. 7 trario malitiæ ſpecies. Hoc etiam apud Salomonẽ dici intelligo in eo quod ait de mere
trice, quia per feneſtras proſpicit in plateas, & ſi quẽ uiderit inſipientium aduleſcentu-
lorum, & inopem ſenſuum tranſeuntem iuxta angulos domus ſuæ, & loquentem in te
nebris ueſpertinis, cum ſilentium fuerit nocturnum, uel caligo noctis: mulier autem oc
currit ei habens ſpeciem meretricis, quæ facit iuuenum euolare corda. Hæc ergo quæ
dicitur meretrix, ipſa eſt malitia: & qui ſe iũxerit huic meretrici, unũ corpus malitię effi
citur. Sicut ergo qui ſe iungit Chriſto domino, iungit ſe ſapientiæ, iungit ſe iuſtitię, iun-
git ſe pietati, & ueritati, & cum his omnibus unus efficitur ſpiritus: ita & qui ſe iungit
huic meretrici, iungit ſe impudicitiæ, impietati, iniquitati, mendacio, & ſimul omnibus
peccatorum malis, cum quibus unum corpus efficitur. Veruntamen applicuit Iſrael in
Sattin. In interpretatiõe Hebraicorum nominum Sattin inuenimus in lingua noſtra re
ſponſionem, uel refutationem dici. Applicuit ergo Iſrael ad reſponſionem, uel refutatio
nem. Non bene applicuit. Vide denic; quid incurrit in hac poſitus manſione. Fornica-
tus eſt cum mulieribus Madianitarum, & refutatus eſt à deo: quia non ſolũ fornicatus,
ſed & idolis gentium cõſecratus eſt, & comedit ex ijs quę fuerant idolis immolata, quæ
2 Cor. 6 utiq; execrabilia ſunt ad deum. Qui enim cõſenſus templo dei cum idolis? Verum ęgo

etiam

etiam de ijs, quæ apostolus ad Corinthios scribit dicens: Si quis autem uiderit sciẽtiam habentẽ in idolio recumbere, nónne cõscientia eius cum sit infirma ædificabit ad manducandum immolata? ualde miratus sum. Videtur enim nõ tam rem ipsam grauem pronunciare, q̃ illius offensam, qui hæc uidẽs simili prouocatur exemplo, cũ non simili scientia muniatur: ita ut ostendat eum qui habens scientiam recumbit in idolio, nõ tam sui q̃ alterius damni effici reum. Sed uide ne forte nõ hoc solum fiebat apud Corinthios, ut in idolio recumberent, & immolata idolis manducarẽt. Sed forte quoniam studiosi literarum Græcarũ homines erãt, & amatores philosophiæ, desiderio adhuc studiorũ ueterum tenebãtur, & philosophorum dogmata, quasi idolis immolata edebant. Quæ tamẽ lędere fortasse non poterant eos, qui plenam scientiã ueritatis acceperant. Hi aũt qui in Christo minus eruditionis habebant, si imitarent eos legẽtes talia, & illis adhuc studijs operam dantes, uulnerari poterãt, & diuersorũ dogmatũ uarijs erroribus implicari. Sic ergo fiebat, ut læderetur alius, unde is qui habebat plenam scientiam ueritatis, lædi non poterat. Sed quoniã charitas non requirit quod sibi utile est, sed quod multis, obseruari oportet talem uerbi capere cibum, qui non solum nos ædificet & delectet, sed & qui uidentes non offendat, aut lædat. Est ergo nõ solum in cibis idolis immolatũ, sed & in uerbis. Ego puto, quia sicut omnis sermo qui pietatem, & iustitiã, & ueritatem docet, deo consecratus est, & deo immolatus: ita & omnis sermo qui ad impudicitiã, uel iniustitiã uel impietatẽ respicit, idolis immolatus sit, & qui eũ recipit, quasi idolis immolata manducet. Manducauit ergo populus de sacrificijs eorum, & adorauerunt idola eorũ. Non solum manducauerunt, sed & adorauerũt. Vide ordinẽ mali: seruos domini prima concupiscẽtia, inde uentris ingluuies, postrema captiuauit impietas. Impietatis aũt merces exoluitur fornicatio. Si relegas quæ scripta sunt de Salomone, inuenies eum, & quidẽ cum esset sapientissimus, multis mulieribus inclinasse latera sua, cum lex dei dicat: Non multiplicabis tibi mulieres, ne forte fornicari te faciãt à deo tuo. Ille ergo cum esset sapientissimus, & ingentis apud deũ meriti, tamẽ quia se tradidit multis mulierib. deceptus est. Ego puto quod multæ mulieres, multa dogmata & multarum gẽtium diuersę philosophiæ nominentur. Quæ cum singula agnoscere, & perscrutari utpote & sciẽtissimus & sapiẽtissimus uoluisset, semetipsum intra legis diuinæ regulam tenere nõ potuit. Decepit eũ Moabitica philosophia, & psuasit ut idolo Moabitico immolaret, similiter & Ammonitarum, sed & reliquarum gentium, quarũ mulieres dicitur recepisse, & ædificasse templa, uel immolasse idolis earũ, grande est ergo & uere opus dei, tam multis dogmatibus quasi mulieribus misceri, nec tamẽ à ueritatis regula declinare, sed constãter dicere: Sexaginta sunt reginæ, & octoginta cõcubinæ, & adulescentulæ quarũ non est numerus. Vna tamen est columba mea, perfecta mea, una est matris suæ, una est genitricis suæ. Sed isti adorauerũt idola, & cõsecrati sunt Beelphegor. Beelphegor idoli nomẽ est, quod apud Madianitas præcipue à mulieribus colebatur. In huius ergo idoli mysterijs consecratus est Israel. Interpretationẽ nominis ipsius cũ requireremus attentius inter Hebræa nomina, hoc tantum inuenimus scriptũ, quia Beelphegor species sit turpitudinis. Noluit tamẽ declarare quæ, uel qualis species, uel cuius esset turpitudinis, honestati credo cõsulẽs, qui interpretatus est, uti ne auditum pollueret audientiũ. Igitur cum multæ sint turpitudinũ species, una quædam ex pluribus turpitudinis species Beelphegor appellatur. Vnde sciendũ est, quod omnis qui aliquid turpe cõmittit, et in aliquam speciem turpitudinis declinat, Beelphegor Madianitarum dæmonio consecrat. Sed et per singula peccata quę cõmittimus, maxime si iam non subreptione aliqua, sed studio affectuq̃ peccamus, illi sine dubio dæmoni, cui peccatum illud quod cõmisimus inoperari curæ est, consecramur. Et fortasse continget nobis tot dæmonibus esse cõsecratos, quot peccata cõmittimus, & in singulis quibusq̃ delictis uelut mysteria illius, aut illius idoli suscipimus. Et fortasse propter hoc dicebat Apostolus. Iam enim mysteriũ iniquitatis operatur. Circumeunt ergo spiritus maligni: & quærunt quomodo unũquenq̃ decipiant, & per illecebram peccati mysterijs cõsecrent, & neq̃ sentientẽ, neq̃ intelligentem (uerbi causa) per fornicationis peccatum introducũt ad dæmonium Madianitarũ, & consecrant Beelphegor, consecrãt turpitudini. Similiter & per alia peccata (ut dixi/mus) alijs dæmonibus homines consecrantur. Sed tu obserua diligentius quod scriptũ

1 Cor. 8

Deut. 17

3 Reg. 11 Cant. 6

est,& sta in uijs,& interroga quæ sint uiæ domini æternæ, & quæ sit uia bona,& incede in ea,& non accedas ad ianuas domus malitię.Sed si senseris malignũ spiritum loqui in corde tuo, ut te ducat ad aliquod opus peccati, intellige quia te ducere uult ut cõsecret te alicui dęmoni.Ducere te uult ut suscipias mysteria diabolica,mysteria iniquitatis.Et
Eph.4 hoc esse puto quod scribit Apostolus:Cum autẽ gentes essetis,idolorum forma euntes prout ducebamini,à quo uel à quibus ducebamini?à spiritib. nępe malignis ducebamini ad opera peccatorum.Hæc audiens uigilans quisq; auditor dicet fortasse:Quid ergo faciemus?si circumeũt spiritus maligni unumquenq; nostrũ,& ducunt, ac pertrahũt ad peccatum:nemo autẽ alius est qui ad iustitiam trahat, qui inuitet & ducat ad pudicitiã, ad pietatẽ:quomodo non uidebitur ad pereundum quidem lata uia patere, ad salutem uerò nusquam ullus aditus dari?Imò uerò aduérte diligentius si potes,& aperto cordis oculo,interiora mecum considera mysteria: & uidebis quanto maior in secretis salutis nostræ cura geratur,quàm facultas ad decipiendũ præbeatur. Adest unicuiq; nostrum, etiã minimis qui sunt in ecclesia dei,angelus bonus,angelus domini qui regat, qui moneat,qui gubernet, qui pro actibus nostris corrigẽdis, & miserationibus expoiscendis,
Matt.18 quotidie uideat faciẽ patris qui in cœlis est:sicut dominus designat in euãgelijs.Et iterũ
Apoc.2 secũdũ ea quę Ioãnes in Apocalypsi scribit,unicuiq; ecclesię generaliter angelus pręest qui uel collaudatur pro bene gestis populi,uel etiã pro delictis eius culpat. In q̃ etiã stupendi mysterij admiratiõe permoueor,quod intantũ deo cura de nobis sit, ut etiã angelos suos culpari pro nobis & cõsutari patiat.Sic em̃ cũ pędagogo traditur puer, si forte minus dignis nec secundũ paternã nobilitatẽ imbutus appareat disciplinis,cõtinuo culpa ad pædagogum refertur,nec ita puer à patre ut pædagogus arguit,nisi durior fuerit, & pædagogi monita spreuerit, atq; in lasciuiã pronus ac proteruiã salutaria eius uerba contẽpserit,illis magis obtẽperans qui luxuriã suadẽt, & ad lasciuiam prouocãt.quid si
Esa.1 at illi animæ prophetæ uocibus disce. Derelinquet,inquit, filia Sion sicut tabernaculũ in uinea,& sicut casa custodiaria in cucumerario,& sicut ciuitas quæ expugnata est. Et iterum:Auferetur maceria eius,& erit in cõculcationẽ,& diripient eã omnes qui transeunt uiam, & singularis ferus depascet eam. Hæc patietur si non acquiescat monitis angeli,qui sibi appositus est ad salutem.Sui nanq; arbitrij est anima,& in quã uoluerit partem est ei liberũ declinare:& ideo iustũ dei iudiciũ est,qa spõte sua siue bonis, siue pessimis monitoribus paret.Vis tibi adhuc amplius aliquid ex scripturis diuinis ostẽdam,q̃ modo maior cura salutis erga homines deo est,quàm diabolo perditionis? Nũquid nõ sufficiebat angelorum diligẽtia aduersus insidias dæmonũ & aduersum eos qui ad peccandum homines trahunt?Ipse unigenitus,ipse inquã filius dei adest,ipse defendit,ipse
Matt.28 custodit,ipse nos ad se trahit. Audi quomodo ipse dicit:Et ecce ego uobiscum sum omnibus diebus usq; ad consummationem seculi. Sed nec sufficit eum esse nobiscum, sed
Ioan.12 quodammodo uim nobis facit,ut nos pertrahat ad salutem.Ait enim in alio loco:Cum autem exaltatus fuero, omnia ad me traham. Vides quomodo non solũ inuitat uolentes,sed & cunctantes trahit.Vis autem audire quomodo trahat etiam cunctãtes? Non concessit illi qui uolebat ire,& sepelire patrem suũ, nec spacium temporis dedit, sed ait
Matt.8 illi:Sine mortuos sepelire mortuos suos,tu autem sequere me.Et alibi dicit:Nemo mir-
Luc.9 tens manum suam super aratrum,& retro respiciens,aptus est regno dei.Quod si amplius adhuc uis de hoc cognoscere sacramento,ostendam tibi de scripturis,quod etiã ipse dominus pater dispensationem salutis nostræ nõ negligit,sed & ipse nos ad salutem nõ
Ioan.6 solum uocat,sed et pertrahit.Sic enim dominus dicit in Euangelio:Nemo uenit ad me, nisi quẽ pater meus cœlestis attraxerit.Sed & paterfamilias, qui mittit seruos suos inuitare amicos ad nuptias filij sui,posteaquam excusauerũt illi qui priores fuerant inuitati,
Matt.22 dicit seruis:Exite ad uias,& angiportus, & quoscũq; inueneritis cogite introire.Sic ergo non solũ inuitamur à deo,sed & trahimur, & cogimur ad salutẽ.Sed nec sanctus qui
Act.13.21 dem spiritus in huiuscemodi dispensationibus deest. ipse em̃ dicit:Segregate mihi Paulum & Barnabã in ministerium, ad quod adsumpsi eos. Et iterum prohibet Paulum ire in Asiam,& rursum cogit eum ire in Hierosolymam, prædicens ei, quia uincula & carceres eum ibi maneant.Quod si angeli domini circundant in circuitu timentium eum, ut eripiant eos:si deus pater,si filius,si spiritus sanctus, non solum hortantur & prouocant

cant,sed & pertrahunt: quomodo non multo maior cura pro nobis geritur ad salutẽ, q̃ ab aduersarijs procuretur ad mortem? Hæc autem dicta sint pro eo quod cõsecratus est populus Beelphegor. Et iratus est,inquit,furore dominus cõtra Israel,et dixit dominus ad Moysen: Assume principes populi, & ostẽta illos domino cõtra solem,& auertetur ira furoris domini ab Israel. Nescio si de his differẽtes,non offendamus aliquos:sed & si offendamus,obedire magis & deseruire oportet uerbo domini, quàm gratiæ hominũ. Peccauit Israel,& dixit dominus ad Moysen,ut assumat oẽs principes,& ostẽtet eos domino cõtra solem. Populus peccat,& principes ostentant̃ contra solẽ. Iidem ad examinandum producuntur,ut arguantur à luce. Vides quæ sit cõditio principũ populi: non solũ pro suis propriis arguunt̃ delictis,sed & pro populi peccatis coguntur reddere rationem:ne ipsorum sit culpa quod populus deliquit, ne forte nõ docuerint, ne forte nõ monuerint,neq; sollicíti fuerint arguere eos qui initiũ culpæ dederint,uti ne cõtagio dispergeretur in plures. Hæc eñ omnia facere principibus imminet & doctoribus. Si enim illis hęc nõ agẽtibus,nec sollicitudinẽ gerẽtibus circa plebem peccauerit populus, ipsi ostentantur,& ipsi ad iudiciũ producuntur. Arguit eñ eos Moyses,id est lex dei, uelut negligentes & desides,& in ipsos cõuertetur iracundia dei,& cessabit à populo. Hęc si cogitarent homines,nunquã cuperent, nec ambirent ad populi principatũ. Sufficit eñ mihi pro meis propriis argui delictis, sufficit mihi pro memetipso & peccatis meis reddere rationẽ. Quid mihi necesse est etiã pro populi peccatis ostẽtari? & ostẽtari contra solẽ,ante quem nihil potest ascõdi,nihil obscurari? Sed fortassis etiã sit aliquis in hoc arcanus & reconditus sensus, qui plus aliquid doceat, q̃ cõmunis hæc habere uidetur expositio. Fortassis enim referri & hoc potest ad illos principes populi,de quib. paulo superius diximus. Veniẽt eñ angeli ad iudiciũ nobiscum, & stabũt pro nobis ante solem iustitiæ,ne forte aliquid etiã ex ipsis causæ fuerit quod nos deliquimus, ne forte minus erga nos operis & laboris expenderint,quo nos à peccatorũ labe reuocarint. Nisi enim esset etiam aliquid in ipsis quod in causa nostri culpandum uideret̃, nunquã diceret sermo scripturæ ad angelum illius,uel illius ecclesiæ,quia habes(uerbi gratia)quosdam tenentes doctrinam Balaam,uel quia dereliquisti charitatẽ tuam pristinam, uel patientiã tuã,uel alia huiusmodi,quæ iam superius memorauimus,pro quibus in Apocalypsi angeli uniuscuiusq; ecclesiæ culpantur. Si enim mercedẽ sperat angelus(uerbi gratia) qui me consignatum accepit à deo,pro ijs quæ bene gessi, certũ est quia & culpari sperabit pro eis,quę à me non bene gesta sunt. Et ideo ostentari dicũtur contra solem, proculdubio ut appareat utrum pro mea inobedientia, an per illius negligentiã peccata cõmissa sint per quæ Beelphegor,siue cuilibet alij idolo ꝓ qualitate scilicet peccãdi cõsecraret. Quod si princeps meus(angelum dico qui mihi est consignatus)non defuit,sed cõmonuit de bonis, & locutus est in corde meo in eo duntaxat in quo me cõscientia reuocabat à peccato,sed ego contemptis eius monitis, & spreto cõsciẽtiæ retinaculo præceps in peccata prorui,duplicabitur mihi pœna,uel pro contemptu monitoris,uel ꝓ facinore cõmissi. Nec mireris sane si angelos dicimus uenire cum hominibus ad iudiciũ, cum scriptura dicat,quia ipse dominus ad iudicium ueniet cum senioribus populi,& cũ principibus eius. Ostẽtant̃ ergo principes, & si in illis culpa est,desinit ira dei à populo. Debet nobis & acrior esse sollicitudo actuũ nostrorũ,scientibus quod non solum nos ante tribunal Dei pro actibus nostris stabimus,sed angeli pro nobis ad iudicium deducẽtur tanquã principes & duces nostri. Propterea enim & scriptura dicit: Obedite prępositis uestris,et obtemperate eis in omnibus. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus uestris reddituri. Post hæc refertur,quia cũ uidisset Finees filius Eleazar filij Aaron sacerdotis Israelitem quendã introisse ad mulierẽ Madianitidẽ, rapto siromaste in manu sua ingressus sit prostibulum,et utrunq; per ipsa pudẽda transfoderit. Et pro hoc,inquit,dixit dominus ad Moysen. Finees filius Eleazar filij Aaron sacerdotis sedauit iracundiam meã. Hęc ædificauerint priorẽ populum: tibi aũt qui à Christo redemptus es, & cui de manib. gladius corporalis ablatus est, & datus est gladius spiritus,arripe hunc gladium: & si uides Israeliticũ sensum cum Madianiticis scortantẽ meretricibus, id est cum diabolicis se cogitationib. uolutantẽ, nolo parcas, nolo dissimules,sed statim percute,statim perime. Ipsam quoq; uuluam, id est secreta naturæ discutiens & penetrans,

Caue

Apoc.2

Heb.12

illum ipsum peccandi fomitem deseca, ne ultra concipiat, ne ultra generet, & maledicta peccatorũ soboles Israelitica castra cõtaminet. Hoc em̃ si facias, cõtinuo sedabis iracundiam domini, præueneristi em̃ iudicij diem, quæ dies irę dicitur & furoris, & exterminato à te fomite peccati, qui nũc uulua Madianitidis mulieris appellat̃, securus uenies ad iudicij diem. Et ideo surgentes oremus, ut inueniamus paratũ semper istum gladium spiritus, per quem exterminẽtur & semina ipsa, & conceptacula peccatorũ, ac propicius fiat nobis deus, per uerum Finees ipsum dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo quod secundo populus numeratus est. Homilia XXI Cap. XXVI

NVMERI sunt & in ijs quos legimus: & priore quidẽ lectione tẽpore excluſi sumus, ne aliquid etiã de secunda dinumeratione diceremus, sed cõueniens est, omissa uel excluſa nunc reddere. Igitur per præceptũ domini primo numeratus est populus, sed quoniã illi, qui primo fuerant adsciti, ceciderũt propter perseuerantiam delictorũ, secundus nunc populus, qui in lapsorum locum rediuiua generatione successit, uocatur ad numerũ, & quod de illis prioribus dictum non fuerat, de ijs dicitur. Postea enim q̃p per tribus & plebes, domosq̃, ac familas collectus est numerus, dicit dominus ad Moysen: Iis distribuetur terra in sortem, ex numero nominum. Plurib. plura dabũtur in sortem, & exiguis exiguã dabis hæreditatẽ. Si de prioribus dictum fuisset, quia ijs distribuetur terra in sortem, falsum utiq; fuisset, quia ceciderunt illi in deserto propter delicta sua. quod ergo primis non est dictum, postremis dicitur, quibus et cũcta quę promittunt̃ impleta sunt. Hęc aũt nolo putes solius historię textu concludi, mysteria sunt quę per legis imaginẽ conscribuntur. Reprobatur em̃ prior populus, qui est in circuncisione: & introducitur secundus, qui congregatur ex gentibus, & ipse est qui hæreditatẽ consequitur paternam. Et à quo consequitur? non ab Moyse, sed ab Iesu. Nã Moyses etiã si dat aliquibus hęreditatem, non dat intra Iordanẽ, nec transit omnino Iordanem, sed extra Iordanẽ dat terram, non fluentẽ lacte & melle, sed pecoribus aptã, & muta animalia, atq; irrationabiles pecudes melius q̃p rationales homines nutrientẽ. Iesus uerò meus secũdo populo terrã quã dat, terra est lacte & melle fluens, imò fauus mellis est præ omni terra. Et Moyses hæreditatẽ nõ dat in clero, nec sorte distribuit, nec potest per plebes, & domos, ac familias, & nomina, & merita singulorũ diuina sorte pensare: hoc solus facit Iesus, cui omne iudicium pater tradidit: ipse scit quõ populũ suum nõ solum per tribus, & familias & domos, uerũ & per nomina unumquenq; digna & cõpetenti mansione dispenset. Sunt tamen aliqui in istis qui conditione sortis supereminẽt, & omnino nec adducuntur ad sortem omnes Leuitæ: id est omnes qui intente & indesinenter permanent in ministerio dei, et peruigiles in seruitio eius excubias gerunt, sortẽ inter cæteros nõ accipiũt: sed nec omnino in terra est sors eorum, sed ipse dominus sors eis & hæreditas esse memoratur. Per hos illi mihi uidentur indicari, qui nullis corporeę naturæ obstaculis hebetati, sed omniũ uisibilium gloriã supergressi, in sola sibi sapiẽtia dei, & uerbo eius uiuẽdi usum, exercitiũq; posuerunt, qui corporeum nihil requirũt, nihil rationis alienũ. Concupierunt enim sapientiam, concupierunt secretorũ dei agnitionem: & ubi est cor eorũ, ibi erit & thesaurus eorum. Isti ergo hæreditatem non habẽt in terris, sed supergrediunt̃ summa cœli fastigia, & ibi semper in domino, semper in uerbo eius, semper in sapiẽtia, & in uoluptate scientiæ eius deliciabunt̃. Hic eis cibus, hoc erit poculum, istæ diuitiæ, hoc erit regnum. Tales ergo erunt, & in ijs erunt illi, quibus hæreditas ipse dñs erit. Qui aũt inferiores sunt, nec in istũ profectuũ uerticẽ peruenerunt, hęreditatẽ terrę accipient, licet sublimioris alicuius, & potentioris. terra em̃ uiuentiũ repromittitur, quæ utiq; idcirco terra uiuentiũ dicitur, quod nesciat mortem. Et isti quidẽ magni, & isti beati: sed beatiores illi qui iam nõ per speculũ, & in ęnigmate, neq; in sub
Caue stantijs corporalibus, sed facie ad faciẽ deũ uidebunt, sapiẽtiæ illuminatione radiati, & ueræ diuinitatis capaces per puritatẽ cordis effecti: portionẽq; suam nõ in creatura, sed in creatore habẽtes, qui est sup omnia benedictus in secula. Ait ergo, ex numero nominum pluribus plura dabunt̃ in sortẽ, & exiguis exiguã dabis hæreditatẽ, unicuiq; sicut recẽsitus est, dabitur hæreditas eius. Historia hoc est quod docet, ut si qua trib. numero

sior

ſior habetur in populis, maiora terræ ſpatia ſortiatur: ſi qua autem minore hominum numero cẽſetur, breuiore poſſeſſione contenta ſit. Sed quoniam terræ huius diuiſionẽ, hæreditatemq; terrenã, ſpeciem dicimus tenere et imaginẽ futurorum bonorũ, ac formam cœleſtis illius, quæ à fidelibus & ſanctis ſperat̃, hæreditatis oſtendere: requiro in illa hęreditate quę ſperãda eſt, qui ſint plures, & q̃ ſint pauci, & inuenio ibi beatiores paucos haberi quàm plures. Nã qui per uiã latam & ſpatioſam, quę ducit ad perditionẽ, egerint iter, multi dicuntur. Qui uerò per arctã & anguſtam uiam perrexerint, quæ ducit ad uitam, pauci appellant̃. Et iterũ in alijs dicitur: Quàm pauci ſunt, qui ſaluantur. Et iterum in alijs: Vbi multiplicat̃ iniquitas, refrigeſcet charitas multorũ, non paucorũ. Sed & in arca, quę à Noe conſtructa eſt, ubi menſuræ cœlitus dantur, in inferioribus trecentorũ cubitorũ ponit̃ lõgitudo, & quinquaginta latitudo. Vbi uerò textus eius ad altiora cõſurgit, in anguſtum cogitur, & paucorũ cubitorũ concluſione colligit̃, ita ut ſummitas eius in unius cubiti ſpaciũ conſummet̃: propterea q̃ in inferioribus quidem, ubi lata & ſpatioſa habebant̃ loca, uel beſtiæ, uel pecudes erãt collocatæ, in ſuperioribus uerò aues: in ſummis autem quę anguſtiora, & altiora erant, ibi homo rationalis collocat̃. Ipſe uerò uertex in unum cubitum colligitur. omnia enim ad monadem redigunt̃. Quæ tamẽ trinitatis ſacramentum in numero trecentorum cubitorũ deſignat, & huic ſacramento proximus ponit̃ homo utpote rationalis, ut dei capax. Sed unde, quæ ſit differẽtia inter paucos & multos, colligamus indicia? Pone omnẽ humani generis numerũ, ex uniuerſis gentibus elige fideles, ſine dubio pauciores erunt, q̃ ſunt uniuerſi. Tũc deinde ex fidelium numero, elige meliores. Certũ eſt quod multo inferior numerus remanebit. Et iterũ ex ipſis quos elegeris, elige rurſum perfectiores, pauciores ,pfecto reperies. Et quanto amplius eligẽdo proceſſeris, tãto magis exiguos & pauciores inuenies uſquequo ultimo uenias ad unum aliquem, qui confidẽter dicat, quia amplius quàm omnes illi laborauí. Hi ergo qui hoc modo plures ſunt, plus terræ, & plus corporeæ hæreditatis accipiunt: pauci aũt exiguum aliquid de terra conſequũtur, qui plus in domino habẽt: ubi autẽ nihil omnino terrenæ hæreditatis accipiant ſi qui digni fuerint ſacerdotes ſunt & miniſtri dei. horũ enim ex integro ipſe dominus hæreditas erit. Et quis ita beatus eſt, ut uel inter paucos exiguũ terræ accipiat, uel inter electos ſacerdotes & miniſtros ſolum deũ capere hęreditatis ſorte mereatur? Licet etiã ipſi propter iumenta ſua accipiant aliquid terræ, ſed illius terræ, quæ urbib. cõtigua eſt, & adhæret ciuitatibus. Poteſt tamẽ adhuc & alio modo intelligi ſermo iſte, qui dicit ut pluribus multiplicet̃ hæreditas. Vnus eñ iuſtus ſecundũ hoc quod acceptũ eſt deo pro pluribus habetur. Denic̃ & ſcriptum eſt: Per unum ſapientem inhabitabitur ciuitas, tribus aũt iniquorum deſolabuntur. Et unus iuſtus pro toto mundo reputatur, iniqui autem, etiã ſi multi ſint, exigui & pro nihilo ducuntur apud deum. Eſt ergo & multitudo laudabilis, ſicut uidemus etiã ad Abraham dictum, cum eduxit eum deus foras, & dixit ad eum: Reſpice ad cœlũ ſi potes dinumerare ſtellas, ita erit ſemẽ tuum. In quo & hoc intuere, quomodo iuſtus intus eſt, & in interioribus ſemper cõſiſtit: quia intus in abſcõdito orat patrẽ, & omnis gloria filię regis, id eſt animę regalis, intrinſecus eſt, ſed tamen deus educit eum foras, cum res poſtulat, & rerũ uiſibiliũ ratio depoſcit. Poteſt ergo & hoc modo multis iſtis, qui ſunt ſicut ſtellæ cœli in multitudine, multiplicari hæreditas. & exiguis illis, uidelicet qui etiam ſi numero multi ſunt, uitæ tamẽ ſuæ indignitate & uilitate exigui habent̃, exigua hęreditas poni. Per ſortẽ, inquit, erit hæreditatis diſtributio. Hoc quidẽ præcipit̃, ſed cũ uenio ad ſcripturas, ui deo ipſum Moyſen, cui iſta mandantur, ſorte non uti in diuiſione hęreditatis Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe. Sed & Ieſus Naue, extra ſortem dat hæreditatem tribui Iuda, & Caleb extra ſortem dat, & tribui Effrem, & dimidiæ tribui Manaſſe: in cæteris ſors mittitur, et prima ſors Beniamin procedit, & inde iam tribuũ reliquarum. Vnde puto quod & in illa regni cœlorũ beata hæreditate erunt aliqui, qui non ueniant ad ſortem, neq; cum cæteris, quãuis ſint ſancti, numerabuntur: ſed erit egregia quædã & eximia eorum hæreditas ſicut fuit Caleb ex tribu Iuda, & Ieſu ipſius filij Naue. Sicut enim (uerbi cauſa) cum poſt prœliũ uictoribus prouincię partiunt̃ ſpolia, egregij quiq; & eximij bellatores non cum cæteris militibus in diuiſione ſpoliorum ducunt̃ ad ſortem, ſed optima quæq; & præcipua eis uirtutũ merito decernunt̃, cæteri uerò utuntur ſorte ſolo

Matt.7
Luc.13
Matt.24
Gen.6
Eccleſ.16
Gen.15
Ioſ.15
Ioſ.14

iure uictoriæ: ita mihi uidetur & dominus meus Iesus Christus facturus. quosdam enim quos scit abundantius quàm cęteros laborasse, & quorũ gesta magnifica sublimesq; uirtutes ipse cognoscit, illis pręcipuos quosq; & eximios, atq; (ut ita audeã dicere) similes sibi honores decernit & glorias. An non tibi uidetur simile aliquid suę beatitudinis charissimis suis cõferre discipulis, cum dicat: Pater uolo ut ubi ego sum, & isti sint mecum? Et cum iterum dicit, quia sedebitis & uos super duodecim thronos iudicãtes duodecim tribus Israel? Et iterum: Sicut tu in me pater, & ego in te, ita & isti in nobis unũ sint? Hęc omnia non sorte decernuntur, sed dilectionis prerogatiua donantur ab eo, qui corda et mentes hominum uidet solus, qui nos quoq; etiam si nõ inter eximios & electos, atq; illos qui supra sortem sunt, in sortem tamen sanctorum dignetur adducere. Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Ioan. 17 Matt. 19 Ioan. 17

De filiabus Salphaat, & de successione Moysi Homilia XXII Cap. XXVII

QVINQVE filiæ fuerunt, quarũ etiam nomina in scriptura cõprehensa sunt, de Salphaat quodam Israelita progenitæ, qui mortuus est in deserto, nulla uirili sobole derelicta. Istæ ergo filiæ Salphaat interpellant Moysen, & sortem paternæ hæreditatis exposcunt dicentes, ne deleatur nomen patris earum de medio plebis suæ, quia non est ei uir filius natus. Refert pro hoc Moyses cõsultationem ad deum. Omnipotentis autem dei clementia non spernit, nec despicit consultationẽ, quę offertur à puellis. & non solum responsa dare dignatur, sed intantum probat, & amplectitur uerba earum, ut ex ipsis ęterna hominibus iura constituat & seculis omnibus obseruanda. Ait enim: Loquens erat dominus ad Moysen. Recte locutæ sunt filiæ Salphaat. Dabis eis possessionem in medio fratrum patris sui, & dabis sortem patris ipsarũ ipsis, & filijs Israel loqueris dicens. Homo si mortuus fuerit, & filius non fuerit ei, dabitis hæreditatem eius filiæ eius. Quod si non fuerint ei filiæ, dabitis hæreditatem fratri eius. Quod si non fuerint ei fratres, dabitis hæreditatem fratri patris eius. Quod si non fuerint ei fratres patris eius, dabitis hæreditatem domestico, qui fuerit propinquior illi ex tribu sua, & capiet hæreditatem eius, & erit hoc filijs Israel iustificatio iudicij, sicut constituit dominus Moysi.] Hęc secundum historiam quid uigoris habeant, omnibus palã est qui sciunt leges istas nõ solum apud filios Israel custodiri, sed apud omnes homines, qui tamen legibus uiuunt. Vnde apparet quod libertas filiarum Salphaat non solum ipsis hęreditatem contulerit, sed & perpetua uiuendi iura seculo dederit. Vides quanta sit etiam historiæ ipsius utilitas in lege Dei. Quis potest leges istas aliquando dissoluere, quibus uniuersus utitur mundus? Sed tamen nos quæramus quomodo etiam spiritaliter ædificemur. Potest enim fieri, ut neq; filiæ mihi sint secundum carnem, neq; aliquid ruris, cuius capi possit hæreditas. Quid ergo? nihil apud eum qui huiusmodi est, ista lex operabitur, & erit alicui ociosum, quod diuina uoce sancitum est? Requiramus ergo etiam apud spiritalem legẽ quæ sint istæ filiæ quinq;, quarũ etiã si pater mortuus fuerit ꝓ aliquo peccato, ipsę tamen hæreditatem ex uerbo Dei capiant. In superioribus, cum de spiritalibus filijs tractaremus, uirtutes animi, & sensus mentis filios dici docuimus. Consequens sine dubio, & conueniens uidetur, etiam filias opera quæ corporis ministerio explentur accipere. Ideo denique & quinarius eis numerus ascribitur. Quinque enim corporei sensus sunt, quibus omne opus expletur in corpore. Istæ ergo quinque filiæ, id est operum perfectio, etiamsi patre orbentur, & remaneant orphanæ, non tamen ejiciuntur ab hæreditate, neq; excluduntur à regno, sed in medio plebis dei portionem hęreditatis accipiũt. Interim uideamus quis est iste pater earum, qui mortuus esse dicitur. Salphaat, inquit. Salphaat autẽ interpretatur umbra in ore eius. Pater operum intellectus est. Sæpe ergo accidit, & non pauci inter fratres nostros sunt, in quibus intellectus altior & profundior nullus, sed est in eis sensus emortuus, sicut de quodam scriptum est: Et emortuum est cor eius in ipso. Iste ergo etiam si ad intelligentiam spiritalem nihil sapit, sed est emortuus, tamẽ si genuerit filias, id est opera ministerij, opera obsequiorũ, opera mandatorum dei, hæreditatem terræ cum plebe domini cõsequitur. Non poterit quidem inter eos numerari, quorũ portio dominus est, quorum hęreditas deus est, non poterit ministrorum & sacerdotum numero suscipi, in plebeio tamen ordine hæreditatem terræ

1 Reg. 25

tem terræ repromissionis accipiet. Multi enim sunt uocati, pauci aũt electi. Ostendit̃ tamen & causa ex ipsius nominis interpretatione, quia iste Salphaat nõ potuerit filios generare, sed filias. Interpretat̃ enim (ut diximus) umbra in ore eius. Vides ergo quoniã si quis umbrã legis habet in ore, & non ipsam imaginem rerũ, hic quia nihil spirituale, nihil ꝑfundi intellectus sentire potest, sed sola umbra legis in ore eius est, sensus uiuos & spirituales non potest generare: generare tamẽ potest opera & actus, quæ sunt simplicioris uitæ ministeria. & ideo ostẽdit in his clementia dei, quod innocentiores quiq; etiã si sensu deficiant, habeant tamẽ opera bona, non excludantur ab hæreditate sanctorũ. Recte ergo locutæ sunt filiæ Salphaat. Post hęc ponitur lex dei de successiõe: ut primo filius, si lia secũdo in loco succedat, tertio frater, quarto patris frater. Quintus uerò gradus certũ aliquẽ non designat, sed quisquis illi ꝓpinquior ex omni familia fuerit, ut ipse succedat. In his tam integer & perfectus est historiæ sensus, ut nihil requirere uideat̃ extrinsecus. Tamẽ si quis bene in spiritalibus legibus eruditus est, & pleniore scientiæ lumine radiatus, ille potest intelligere diuersos istos successionũ gradus, & quomodo primus sit cõsequẽdæ cœlestis hæreditatis gradus, doctrinę & sciẽtiæ merito, qui est masculus filius. Secundus operũ prærogatiua, quæ filia est. Tertius cõpassionis alicuius & imitationis, propter quod & frater nominatur. Sunt enim nõnulli, qui sponte quidẽ sua, & proprio intellectu nihil agunt, positi tamen inter fratres, ex imitatione cæterorũ eadem uident̃ agere quæ & illi agunt, qui intellectu proprio mouent̃. Datur etiam istis tertius hæreditatis sub titulo fratrum nominis gradus. Quartus uerò, quem fratrẽ patris nominat, potest fortassis intelligi ille ordo hominũ, qui audita à patribus, & ueterũ narratione suscepta conantur implere, & nõ tam proprijs sensibus moti, nec pręsentis doctrinę cõmonitionibus excitati, q̃ ueterum uel traditione, uel cõsuetudine sola instituti, boni tamẽ aliquid gerunt. Vltimus uerò gradus scribitur ille, qui quolibet pacto ijs proximus fuerit: quasi si diceret, siue occasione siue ueritate doctrinæ si quis aliquid boni fecerit, nõ peribit boni operis merces, sed largiente domino locũ hæreditatis accipiet. Hæc quidem à nobis audacter fortassis præsumpta, & in mediũ prolata uideantur, non tamẽ erit absurdum si spiritalibus spiritalia proponentes, secretioris eos intelligentię æmulatores, cupidosq; reddamus. Post hęc historia refert̃, & narratiõe mirabilis, & intellectu magnifica. Ponitur enim quõ deus dixerit ad Moysen, ut ascenderet in montẽ, & inde cum prospexisset, & intuitus fuisset omnẽ terrã repromissionis, ibi defungeret̃. Sed ille qui populi curam magis q̃ sui gereret, orat ad deũ, ut prouideat hominẽ qui regat populũ Israel: ne fiat, inquit, synagoga hæc, sicut oues quibus nõ est pastor. Vide ergo primo omniũ quo modo qui perfectus & beatus est, nõ in ualle, nec in aliqua terræ planitie, aut in colle aliquo, sed in monte, id est in alto, & in arduo defungitur loco. Vitæ nanq; eius cõsummatio & perfectio habebatur in excelso. Sed & oculis suis cõtueri iubetur omnem terram repromissionis, & diligenter ex eminẽti statione cuncta perspicere. Oportebat em̃ summam perfectionis consecuturo, nihil incognitum remanere, sed cunctorũ quæ uident̃ & audiuntur habere notitiam: ob hoc credo, ut omnium quæ in carne positus, corporali cœpit aspectu, in spiritu effectus, & nuda mente ad auditoria & discipulatum sapientię properans, uelociter eorũ rationes adsequatur & causas. Nam quid uidebitur utilitatis ut decessuro de seculo, & finem uitæ huius protinus accepturo ostenderentur terræ & loca quorum nec laborem perpessus est, nec gratiam suscepturus? Perterret me sanè sermo qui sequitur, & ad dicẽdum reddit timidũ ac trepidum, quo de magno illo Moyse famulo & amico dei, cui facie ad faciem locutus est deus, per quem signa & uirtutes mirificæ perpetratæ sunt, tam grauia, tam periculosa referuntur. Quid enim ei dicit deus? Et apponeris, inquit, ad populum tuum & tu, sicut appositus est Aaron frater tuus in mõte Or. Et quasi causam mortis exponit dicens: Propter quod transgressi estis uerbum meũ in deserto Syn, cum restitit synagoga ne me sanctificaret. Nõ me sanctificastis in aqua coram eis. Ergóne in culpa est etiam Moyses? Etiam ipse transgressionis crimẽ incurrit, etiam ipse factus est sub peccato. Idcirco credo cum confidentia dicebat Apostolus, quia regnauit mors ab Adã usq; ad Moysen. Accessit em̃ ad Moysen, & nec ipsi pepercit. Et ideo opinor dicebat, quia peccatum introiuit in hunc mundum, & per peccatum mors, in quo omnes peccauerũt. Et iterum: cõclusit deus omnes sub peccato, ut omnibus

Num. 12

Rom. 5

Rom. 11

omnibus misereat. Sed gratias domino Iesu Christo, qui nos liberauit de corpore mortis huius, ut ubi abundauit peccatū superabundaret gratia. Nā Moyses quō aliquem liberare potuisset à peccatis, cum etiā ipsi dicatur, quia transgressi estis uerbū meū in deserto Syn, & non me sanctificastis in aqua coram filijs Israel: ut manifestū sit omnibus ꝙ ille debeat solus requiri, qui solus peccatū nō fecit, nec inuētus est dolus in ore eius. Sed interim uideamus Moysis magnificentiā. Recessurus de seculo orat deū, ut ꝓuideat dūcē populo. Quid agis Moyses? Nūquid filij tibi nō sunt, Gerson & Eleazar? Aut si aliquid de ipsis dubitas, nō sunt filij fratris magni & egregij uiri? Quomodo non oras deū pro ipsis, ut eos cōstituat populo duces? Sed discāt ecclesiarū principes successores sibi nō eos, qui cōsanguinitate generis iuncti sunt, nec qui carnis ꝓpinquitate sociant, testamento signare, neq; hæreditariū tradere ecclesię principatū, sed referre ad iudiciū dei, et nō eligere illū, quē humanus cōmendat affectus, sed dei iudicio totū de successoris electione permittere. Nūquid nō poterat Moyses eligere principē populo, et uero iudicio eligere, & recta iustaq; sententia, ad quē dixerat deus: Elige presbyteros populo ꝙs tu ipse scis presbyteros esse, & elegit tales, in quibus continuo dei spiritus requiesceret, & prophetarēt oēs? Quis ergo ita potuit eligere principē populi, ut Moyses poterat? Sed hoc nō facit, non eligit, nō audet. Cur non audet? Ne posteris præsumptionis relinquat exemplū. Sed ausculta quid dicit: Prouideat, inquit, dñs deus spirituū & omnis carnis, hominē super synagogā hāc, qui egrediatur ante faciem eorū, & qui ingrediatur, & qui producat eos, & qui reducat. Si ergo tantus ille ac talis Moyses non ꝓmittit iudicio suo de eligendo principe populi, de cōstituendo successore, quis erit qui audeat, uel ex plebe quę sæpe clamoribus ad gratiā, aut ad preciū fortasse excitatis moueri solet, uel exipsis etiam sacerdotibus quis erit qui se idoneū ad hoc iudicet, nisi si cui oranti, & petenti à dño reueletur? Sicut & deus dicit ad Moysen: Adsume ad temetipsum Iesum filiū Naue hominem qui habet spiritum dei in semetipso, & impones manus tuas super eum, & statues eum corā Eleazaro sacerdote, & præcepta dato ei in cōspectu totius synagogæ, & præcipe de ipso coram eis, & dabis claritatem tuā super illū, ut audiant illū filij Israel. Audis euidēter ordinationē principis populi tam manifeste ad scripturā, ut penè expositione non egeat. Nulla hic populi acclamatio, nulla cōsanguinitatis ratio, nulla ꝓpinquitatis habita contēplatio est. Propinquis agrorum & prædiorum relinquatur hæreditas: gubernatio populi illi tradat, quē deus elegerit: homini scilicet tali, qui habet (sicut scriptum audistis) in semetipso spiritū dei, & præcepta dei in cōspectu eius sunt, & qui Moysi ualde notus & familiaris sit, id est in quo sit claritas legis & scientia, ut possint eū audire filij Israel. Verū quoniam mysterijs cuncta referta sunt, non possumus quæ pretiosiora sunt omittere, etiam si hæc quæ secundum literā mandantur, necessaria uideantur & utilia. Consideremus ergo quę sit Moysis mors, finis sine dubio legis: sed legis illius quæ secundū literā dicitur. Quis aūt eius finis est? Sacrificiorū scilicet interruptio, & cæterorum quæ simili obseruantia mandantur in lege. Hęc ergo ubi finem accipiunt, Iesus suscipit principatum. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Et sicut
Rom.10
1 Cor.10
de prioribus dictū est, quia omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari: ita & de Iesu dicatur, quia oēs in Iesu baptizati sunt in spiritu sancto & aqua. Iesus nanq; est, qui trāsit aquas Iordanis, & in ipsis quodammodo iam tum populū baptizat: & ipse est qui terram hęreditatis, terrā sanctam partitur uniuersis, nō priori populi sed secundo. Prior enim populus propter pręuaricationem suam cecidit in deserto. De Iesu autem tēporibus dicitur, quia terra quieuit à bellis: quod Moysi tempore dici nō potuit. Sed de Iesu hoc dicit meo domino, non illo Naue. Atq; utinam mea terra cesset à bellis, & cessare posset si ego Iesu principi meo fideliter militarem. Si enim pareā meo domino Iesu, nunquam caro mea insurget aduersus spiritū meum, nec impugnabitur terra mea ab aduersarijs gētibus, diuersis scilicet cōcupiscentijs stimulata. Oremus ergo, ut Iesus regnet super nos, & cesset terra nostra à bellis, cesset ab impugnatiōibus carnalium desideriorū: & cū ista cessauerint tūc unusquisq; requiescet sub uite sua, & sub ficu sua, & sub oliua sua. Sub uelamento enim patris & filij, & spiritus sancti requiescet anima, quę pacem in se recuperauerit carnis, ac spiritus. Ipsi æterno deo gloria in secula seculorum. Amen.
Ioſ.11

De eo

De eo quod scriptum est: Munera mea, data mea, & de diuersitate festi-
uitatum Homilia XXIII Cap. XXVIII

I obseruatio sacrificiorum, & institutа legalia, quæ in typo data sunt populo
S Israel, usq; ad præsens tempus stare potuissent, exclusissent sine dubio euan-
gelij fidem per quam ex aduentu domini nostri Iesu Christi gentes conuer-
tuntur ad deum. Erat enim in illis quæ tunc obseruabantur, magnifica quædam, & toti-
us reuerentiæ plena religio, quę ex ipso etiam primo aspectu obstupefaceret intuentes.
Quis enim uidens illud, quod appellabatur sanctuarium siue sacrarium, & intuens alta
re, adstantes etiam sacerdotes sacrificia consummantes, omnemq; ordinem quo cuncta
illa gerebantur aspiciens, non putaret plenissimũ hunc esse ritũ, quo deus creator omni
um ab humano genere coli deberet? Sed gratias aduẽtui Christi, qui animas nostras a-
uellens ab hoc intuitu, ad considerationẽ cœlestiũ, & contemplationẽ rerũ spiritalium
contulit, & destruxit quidem illa quę magna uidebantur in terris, cultumq; dei à uisibili
bus ad inuisibiia transtulit, & à temporalibus ad æterna. Sed reuera ipse dominus Iesus
Christus & aures requirit quæ hæc audiãt & oculos qui hęc uideant. Vnde & nos nunc
legem datam per Moysen habẽtes in manibus, & uolentes eam ostẽdere legẽ esse spiri
talẽ, aures à uobis & oculos tales requirimus, qui non ad illa quæ sunt destructa respici
ant, sed qui ibi hæc requirãt, ubi Christus est in dextra dei sedẽs, & quæ sursum sunt sapi Col. 3
ant, non quæ sunt supra terras. Sufficiat ergo ista præfationis loco pro ijs quæ dicenda
sunt, à nobis esse præmissa. Nunc aũt ad ea iam, quæ scripta sunt ueniamus. Et locutus
est, inquit, dñs ad Moysen dicẽs. Præcipe filijs Israel, & dices ad eos. Munera mea, data
mea, hostias meas, in odorẽ suauitatis obseruate, ut offeratis mihi in dieb. festis meis, &
dices ad eos. Hæ sunt hostię meæ, quas offeratis domino.] Nemo suũ aliqd offert deo,
sed quod offert domini est, & non tam sua quis offert, q̃ ipsi quæ sua sunt reddit. Propte
rea ergo uolẽs dominus sacrificiorũ, & munerũ offerendorum sibi ab hominibus leges
scribere, primo omniũ ipsorum, quæ offerẽda erãt, aperit rationẽ, & dicit: Munera mea,
data mea, sacrificia mea in odorẽ suauitatis obseruate, ut offeratis mihi in diebus festis
meis. Hæc, inquit, munera de quibus uobis præcepturus sum ut offeratis mihi in diebus
festis meis, data mea sunt, hoc est à me uobis dãtur. A me enim cuncta quæ habet huma
num percipit genus. Ne quis ergo in offerẽdis muneribus beneficij se aliquid conferre
crederet deo, & per hoc impius in eo ipso quo deũ colere uidebaẽ existeret: quid eñ tã
impiũ, nisi si putet homo uelut indigẽti aliquid se prẽstare deo? necessario (ut diximus)
prius edocet hominẽ, quo sciat se quicquid obtulit deo, reddere id ei potius q̃ offerre.
Sed & illud uideamus quomodo ait: Quę offeratis mihi in dieb. festis meis. Habet ergo
deus dies festos suos? Habet. Est enim ei magna festiuitas humana salus. Ego puto q̃
per singulos quosq; credentiũ, per singulos qui conuertunt ad deũ, qui proficiũt in fide
festiuitas oritur domini. Quomodo putas lætificat eam, cum is qui fuerat impudicus, fit
castus, & qui fuerat iniustus iustitiã colit, & qui fuerat impius, efficitur pius? Istæ omnes
singulorũ quorumq; cõuersiones, festiuitates generãt deo. Nec dubium aũt quin & do-
minus noster Iesus Christus, qui pro salute nostra etiam sanguinem suũ fudit, agat festi-
uitatem maximam, cum operæpreciũ uidet esse quod se humiliauit, & formam serui su-
scipiens factus est obediẽs usq; ad mortẽ. Agit festa pariter & spiritus sanctus, ubi plura
sibi uidet in ijs qui conuertuntur ad deum, templa præparata. Nã de angelis quid dicã,
ad quorum festiuitatem lætantiũ dicuntur accedere omnes, qui conuertuntur ad domi
num? Aut non est illis magna festiuitas, cum lætantur in cœlo super uno peccatore pœ-
nitentiam agente magis, quàm super nonaginta nouem iustis, qui non indigent pœni-
tentia? Agunt ergo etiam angeli diem festum, lætantes super ijs, qui refugientes cõsor-
tia dæmonum, per exercitia uirtutum angelicis se festinant sociare cõsortijs. Mirum for
tasse sit, q̃d dicere uolo: Causas (ut uidetur) festiuitatis & lętitię, nos deo & angelis da-
mus: nos occasionem lætitiæ & exultationis in terris positi cœlo præbemus, dum super
terras ambulantes, conuersationem habemus in cœlis & per hoc sine dubio diem festũ
cœlestibus uirtutibus generamus. Sed sicut boni actus nostri, & uirtutũ profectus, læti-
tiam festiuitatemq; deo & angelis gignũt: ita uereor ne mala conuersatio nostra non so
lum terris, sed & cœlo lamentationes inducat & luctus, & fortasse etiam ipsi deo luctũ
incutiant

Gen.6 incutiant humana peccata. Aut nõ lugentis est illa uox cum dicitur: Pœnitet me, quia feci hominẽ super terrã? Sed & illa domini & Saluatoris nostri in euãgelio, ubi dicit: Hierusalem Hierusalẽ, quę lapidas prophetas, & occidis eos missos ad te, quoties uolui cõgregare filios tuos, quemadmodũ gallina cõgregat pullos suos sub alis suis, & noluisti? Et ne putes quia de antiquis tantũmodo dictũ est quod lapidauerint prophetas: & ego hodie si prophetæ uerba nõ audiam, si monita eius spernã, lapido prophetã, & quantũ in me est, occido, cuius scilicet uerba nõ audio, tãquã mortui. Sed & illa humanũ genus
Mich.7 lamẽtantis dei uox est qua dicitur per prophetã: Heu me, quoniam factus sum sicut qui cõgregat stipulam in messe, & sicut racemus in uindemia, quia nõ est spica, nec botrus ad edẽda primogenita. Hei mihi anima, quoniã periit reuertens à terra, & qui corrigat in hominibus non est. Domini sunt istæ uoces, genus humanũ lugentis. Ipse enim uenit ad colligendam messem, & inuenit stipulam pro messe, & uenit ad colligendam uindemiam, sed inuenit racemos paucos pro uindemia, Apostolos scilicet: quos nisi dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, & granum frumenti nisi cecidisset in terram ut fructum plurimũ faceret, sicut Sodoma facti essemus & sicut Gomorra similes fuissemus. Angelis quoq; dei (sicut suprà diximus) fit gaudiũ in cœlo sup uno peccatore pœnitentiam agente. Certum est quod ubi pro bonis gaudia agunt, ibi pro contrarijs lamentetur: si ergo gaudent pro cõuerso, necesse est ut lugeãt pro peccante. Propterea ergo q;
Thren.2 grande peccatũ peccauit Hierusalem, secundũ quod scriptũ est in Lamentatione, in cõmotione facta est, & perierũt omnes festiuitates eius, & dies solennes eius. quoniam in loco sancto, & in die festiuitatis dominũ meum Iesum Christum occiderũt. Et propterea dicit ad eos: Neomenias uestras & sabbata & dies festos uestros odit anima mea. Hic quidẽ, ubi de munerib. mãdat, ubi adhuc nulla peccata sunt, dies festos meos dicit, ubi autem peccatum est, nõ meos, sed uestros dies dicit dominus. Hæc autem omnia in quibus uel lugere, uel gaudere, uel odisse, uel lętari dicitur deus, tropico & humano more accipienda sunt ab scriptura dici. Aliena porro est diuina natura ab omni passionis et permutationis affectu, in illa semper beatitudinis apice immobilis & inconcussa perdurãs. Quia ergo festorum leges habemus in manibus, & inde nũc sermo est, requiramus diligentius qui sit ordo festiuitatũ, ut ex ipsis ordinib. & sacrificiorũ ritu colligere possimus, qualiter unusquisq; ex suis actibus & cõuersationibus sanctis deo festiuitatẽ possit parare. Prima ergo est festiuitas dei, quæ appellatur indesinens, de ijs enim mandat, quæ indesinẽter, & sine ulla prorsus interruptione matutinis & uespertinis sacrificijs offerantur. Mandans igit festiuitatũ ritus, non primo statim uenit ad festiuitatem paschæ, nec ad azymorũ, nec ad scenopegiæ, aliasq; de quibus præcipit, sed hãc primã posuit, in qua sacrificiũ indesinẽs mãdat offerri: quò scilicet agnoscat quisquis ille uult esse perfectus & sanctus, quia non aliquando quidẽ agenda est deo, aliquando uerò nõ agẽda festiuitas, sed semper & indesinenter iustus agere debet diem festum. Sacrificiũ nanq;, quod indesinenter, & in matutinis & in uespertinis mandatur offerri, hoc indicat, ut in lege ac prophetis, quæ matutinũ tempus ostẽdunt, & in euãgelica doctrina, id est enim uespertinũ, quæ uespera mũdi saluatoris ostendit aduentũ, indesinenti intentione persi
Deut.5 stat. Has ergo festiuitates Dñs dicit: Et obseruabitis dies festos meos. Dies ergo festus est dñi, si & sacrificium indesinens offeramus, si sine intermissione oremus, ita ut ascendat oratio nostra sicut incensum in conspectu eius mane, & eleuatio manuũ nostrarum fiat ei sacrificium uespertinũ. Est igitur prima solenitas sacrificij indesinentis, quę à cultoribus euãgelij eo modo quo suprà exposuimus, debet expleri. Sed quoniã (sicut propheticus sermo perdocuit) dies festi peccatorum conuertuntur in luctũ, & cantica eorum in planctum, certum est quia qui peccat, & agit diem peccati, agere non potest diẽ festum: & ideo illis diebus quibus peccat, offerre non potest indesinẽs sacrificium deo. Sed ille offerre potest, qui indesinenter custodit iustitiam, & cõseruat semetipsum à peccato. Qua die autem interruperit, & peccauerit, certũ est quod in illa die nõ offert sacrificium indesinens deo. Vereor aliquid dicere quod ex sermonibus apostolicis intelligi datur, ne forte uidear aliquos contristare. Nam si oratio iusti sicut incensum offert in cõspectu domini, & eleuatio manuũ eius sacrificium est uespertinum. dicit aũt Apostolus
1 Cor.7 ijs qui in coniugijs sunt: Nolite fraudare inuicem, nisi forte ex cõsensu ad tempus, ut uacetis

cetis orationi, & iterum in id ipsum sitis: certum est quia impeditur sacrificiũ indesinens ijs qui cõiugalibus necessitatibus seruiũt. Vnde uidetur mihi quod illius est solius offerre sacrificium indesinens, qui indesinenti & perpetuæ se deuouerit castitati. Sed sunt & alij dies festi ijs, qui forte non possunt indesinẽter immolare sacrificia castitatis. Secũda ergo festiuitas post indesinẽtis sacrificij festiuitatẽ ponitur sabbati, & oportet sanctorũ quenq; & iustum agere etiam sabbati festiuitatem. Quæ est autem festiuitas sabbati nisi illa, de qua Apostolus dicit, relinquet̃ ergo sabbatismus, hoc est sabbati obseruatio populo dei? Relinquẽtes ergo Iudaicas sabbati obseruationes, qualis debeat esse Christiano sabbati obseruatio, uideamus. Die sabbati nihil ex omnibus mundi actibus oportet operari. Si ergo desinas ab omnibus secularibus operibus, & nihil mundanũ geras, sed spiritalibus operibus uaces, ad ecclesiã conuenias, lectionibus diuinis & tractatibus aurem præbeas, & de cœlestibus cogites, de futura spe sollicitudinẽ geras, uenturũ iudiciũ præ oculis habeas, non respicias ad præsentia & uisibilia, sed ad inuisibilia & futura, hęc est obseruatio sabbati Christiani. Sed hæc & Iudæi obseruare deberẽt. Deniq; etiã apud ipsos si faber, si structor, & si quis huiusmodi opificũ fuerit, otiatur in die sabbati. Lector autem legis diuinæ, uel doctor, non desinit ab opere suo, & tamen sabbatum non contaminat: sic enim & dominus meus dicit ad eos: Aut non legistis, quia & sacerdotes in tẽplo sabbatũ uiolant, & sine crimine sunt? Qui ergo cessat ab operibus seculi, & spiritalibus uacat, iste est qui sacrificium sabbati, & diẽ festum agit sabbatorũ. Neq; onera portat in uia. Onus enim est om̃e peccatum, quemadmodum dicit & propheta: Sicut onus graue grauatæ sunt super me. Neq; ignem accendit: illum scilicet ignem, de quo dicitur: Ite in lumine ignis uestri, & in flamma quã accendistis. In sabbato unusquisq; sedet in loco suo, & nõ procedit ex eo. Quis ergo est locus spiritalis animæ? Iustitia est locus eius, & ueritas, sapiẽtia, sanctificatio, & om̃ia quæ Christus est, locus animæ est. Ex quo loco eam non oportet exire, ut uera sabbata custodiat, & diem festum in sacrificijs exigat sabbatorum: sicut & dominus dicebat, Qui in me manet, & ego in illo. Quod aũt diximus uera sabbata, si altius repetamus quæ sint uera sabbata, ultra hũc mundũ est ueri sabbati obseruatio. Quod enim scriptũ est in Genesi, quia requieuit deus in die sabbati ob operibus suis, non uidemus uel tunc factum esse in die septima, uel etiam nũc fieri. Semper enim uidemus deũ operari, & nullum sabbatũ est in quo deus nõ operet̃, in quo nõ producat solẽ suũ super bonos & malos, & pluat super iustos & iniustos, in quo nõ producat in montibus fœnũ, & herbam seruituti hominũ, in quo non percutiat & sanet, deducat in infernũ & reducat, in quo nõ occidat & uiuere faciat. Vnde & dominus in Euangelijs cum Iudæi præscriberẽt sibi de operatione & curatione sabbati, respondit eis: Pater meus usq; modo operatur, & ego operor: ostendẽs per hæc in nullo seculi huius sabbato requiescere Deum à dispensationibus mundi, & à prouisionibus generis humani. Nam creaturam quidem fecit ex initio, & substantias protulit, quãtas sciebat utpote rerum conditor, ad perfectionem mundi posse sufficere, sed usq; ad consummationem seculi ab earum prouisione & dispensatione nõ cessat. Erit ergo uerum sabbatum, in quo requiescet deus ab omnibus operibus suis, seculum futurum, tũc cum aufugiet dolor, & tristitia, & gemitus, & erit omnia & in omnibus deus. In quo sabbato concedat etiã nobis deus diem festum agere secum, & cum sanctis angelis suis festa celebrare, offerẽtes sacrificium laudis, & reddentes altissimo uota nostra, quę hic distinxerunt labia nostra. Tunc fortassis & sacrificiũ indesinens, de quo suprà exposuimus, melius offeretur. Tũc enim melius indesinenter poterit anima adsistere deo, & offerre sacrificiũ laudis per põtificem magnum, qui est sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedech. Tertia festiuitas ponitur neomeniæ dies, in qua offertur & hostia. Neomenia autem dicitur noua luna. Est ergo & ista festiuitas cum Luna innouatur. Noua autẽ dicitur, cum Soli proxima fuerit effecta, & ualde ei coniuncta, ita ut sub claritate eius lateat. Sed mirum fortasse uideatur, imò superfluum lex diuina mandare. Quid enim religioni conducit, Lunæ nouæ, id est cum cõiungitur Soli, & adhæret ei, obseruare festiuitatem? Hæc si secundum literam considerent̃, non tam religiosa quàm superstitiosa uidebuntur: sed sciebat Apostolus Paulus, quia nõ de ijs loquitur lex, nec illum ritum qui à Iudæis obseruari uidetur, spiritus sanctus præcepit: & ideo ad eos qui fidem dei susceperũt dicebat: Nemo

Ioan.7 Psal.38 Esa.50 Ioan.15 Gen.2 Ioan.5

Col.2 ergo uos iudicet in cibo, aut potu, aut parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbato, quæ sunt umbra futurorũ. Si ergo umbra futurorũ est sabbatum, de quo pro uiribus supra explicuimus, & neomenia umbra futurorum est, certum est quòd & cæteræ festiuitates similiter umbræ sunt futurorum. Sed nũc uideamus de neomenia. Diximus quod neomeniæ festiuitas appellatur, cum Luna innouari cœperit, & Soli proxima fuerit, penitusq; coniuncta. Sol iustitiæ Christus est: huic si Luna, id est ecclesia sua, quæ lumine ipsius re
1 Cor.6 pletur, iuncta fuerit, & penitus ei adhæserit, ita ut secundum uerbũ Apostoli, qui se iun
Ephes.4 git domino unus cum eo spiritus fiat, tunc festiuitatem neomeniæ agit: tunc enim noua efficit cum abiecerit ueterem hominẽ, & induta fuerit nouũ, qui secundũ deum creatus est: atq; ita merito innouationis solennitatem, quæ est neomeniæ festiuitas, geret. Tunc denicq; est quando neq; uideri neq; cõprehẽdi humanis aspectibus potest. Anima enim cum tota se sociauerit domino, & splẽdori lucis eius tota cõcesserit, nihilq; omnino terrenum cogitat, nihil mundanum requirit, nec hominibus placere studet, sed totam se sapientiæ, totam lumini, totam calori sancti spiritus mancipauerit, subtilis & spiritalis effecta, quomodo cerni ab hominibus, aut ab humanis potest cõspectibus apprehẽdi? Animalis nanq; homo intelligere & discernere nõ potest spiritalẽ. Et ideo digniſſime diẽ festum aget, & hostiã neomeniæ domino, utpote per ipsum innouata, iugulabit. Quarto in loco ponitur inter festiuitates dei, paschę solennitas, in qua festiuitate agnus occidit. Sed uide tu agnum uerum, agnum dei, agnum qui tollit peccatum mũdi, & dicito, quia pascha nostrum immolatus est Christus. Iudæi carnali sensu comedant carnes agni, nos
Ioan.6 autem comedamus carnem uerbi dei. Ipse enim dixit: Nisi comederitis carnes meas, nõ habebitis uitam in uobis ipsis. Hoc quod modo loquimur, carnes sunt uerbi dei, si tamẽ nõ quasi infirmis holera, aut quasi pueris lactis alimoniã proferamus. Si perfecta loquimur, si robusta, si fortiora, carnes uobis uerbi dei apponimus comedendas. Vbi em̃ mysticus sermo, ubi dogmaticus & trinitatis fide repletus profertur ac solidus, ubi futuri seculi amoto uelamine literæ legis spiritalis sacramenta pandunt̃, ubi spes animæ auulsa de terris iactat̃ in cœlos, & in illis collocat̃, quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderũt, hæc omnia carnes sunt uerbi dei: quibus qui potest perfecto intellectu uesci, & corde purificato, ille uere festiuitatis paschæ immolat sacrificiũ, & diem festum agit cum deo, & angelis eius. Post hanc, imò cõtinuata huic festiuitas sequit̃ azymorum, quam merito celebrabis, si extermines omne fermentũ malitiæ, & nequitię ab anima tua, & azyma synceritatis ueritatisq; custodias. Neq; enim putandũ est omnipotentẽ deum leges homini pro fermẽto scribere, & propterea iubere exterminari animam de populo suo, siqua forte parũ aliquid fermẽti huius ex farina conspersi in domo sua habuisse deprehẽditur: eamq; curam magnopere fuisse diuinę maiestati, qua fermẽti huius causa in tantum se dicat offendi, ut animã, quam ipse ad imaginẽ & similitudinem suã fecit, exterminari pro hoc iubeat, & euerti: non mihi uidetur hęc diuinis legib. digna esse intelligẽtia: sed illud magis est quod horrescit, & merito horrescit deus, si malitiæ, si iræ, si nequitiæ spiritu infermentet̃ anima, & intumescat ad flagitia. Hæc nõ uult esse in anima deus, & tale fermentũ nisi abiecerimus de domo animæ nostræ, merito exterminabimur. Sed ne cõtemnas etiam si paruã uideris intra te fermentari malitiã, quia modicũ fermẽti totam massam corrumpit: & ideo neq; de paruo peccato negligas, quoniam ex uno peccato generatur & aliud. Sicut enim ex iustitia generat̃ iustitia, & ex castitate castitas (Si quis enim primo tenuiter castus esse cœperit, accepto castitatis fermẽto quotidie castior efficit̃) ita & qui semel intra se licet paruũ malitiæ reposuerit fermentum, quotidie semetipso nequior efficitur ac deterior. Et ideo si uis agere azymorũ festiuitatem cum deo, ne paruum quidem malitiæ fermẽtum intra te residere patiaris. Post hanc sequitur sexta festiuitas, quæ dicitur nouorũ, id est cum primitiæ de nouis fructib. offeruntur. Vbi enim seminatus fuerit ager, & diligenter excultus, atq; ad maturitatem peruenerit seges, tunc fructuũ perfectione festiuitas domini geritur. Si ergo & tu uis nouorum diem festũ agere cum domino, uide quomodo semines, aut ubi semines, ut possis tales metere fructus, ex quibus lætari facias deum, & agere diem festum. Quod aliter
Gal.6 implere non poteris, nisi audias Apostolum dicentem: Qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternam. Si sic semines, & sic metas, uere diem festum ages nouorum. Propterea

pterea denicq; & propheta ammonet dicens: Innouate uobis noualia, & nolite seminare super spinas. Qui ergo cor suum, & interiorem hominem renouat de die in diē, iste sibi innouat noualia, & non seminat super spinas, sed super terram bonam, quę reddat ei fructum triceſimum, aut ſexageſimum, aut centeſimum. Iſte ergo eſt, qui in ſpiritu ſeminat, & colligit fructum ſpiritus. Fructus autem ſpiritus primum omniū eſt gaudium. Et merito diem feſtum nouorum fructuum agit, qui gaudiū metit: præcipue ſi ſimul metat & pacem, & patientiam, & bonitatem, & manſuetudinem, alioſq; horum ſimiles fructus ſi colligat, digniſſime nouorum fructuum feſtiuitatem domino aget. Tunc deinde ſequit feſtiuitas ſeptimorum. Sicut enim inter dies ſeptimus quiſq; dies obſeruatur ſabbatū, & eſt feſtiuitas, ita & inter menſes ſeptimus quiſq; menſis ſabbatum eſt menſium. Agitur ergo in eo feſtiuitas, quæ dicitur ſabbata ſabbatorum, & fit in die prima menſis tubarū memoria. Sed quis eſt qui feſtiuitatem gerat memoriæ tubarū, niſi qui poteſt ſcripturas propheticas, & Euangelicas atq; apoſtolicas, quæ ueluti cœleſtis quædā perſonāt tuba, mandare memoriæ & intra theſaurū cordis ſui recōdere? Qui ergo hæc facit, & in lege dei meditatur die ac nocte, iſte feſtiuitatem gerit memoriæ tubarū. Sed & ſi quis poteſt gratias illas ſancti ſpiritus promereri quib. inſpirati ſunt prophetæ, & pſallēs dicere: Canite initiū menſis tuba in die inſignis ſolēnitatis eius, & qui ſcit in pſalmis iubilare ei, digne agit ſolennitatem tubarum. Eſt adhuc & alia feſtiuitas, cum affligūt animas ſuas, & humiliant ſe deo feſta celebrantes. O mira feſtiuitas, dies feſtus uocat afflictio animæ. Hic em̄, inquit, dies eſt propitiationis decima die menſis ſeptimi. Vide ergo ſi uis diē feſtū agere, ſi uis ut lætet deus ſuper te, afflige animam tuā, & humilia eā. Nō ei permittas explere deſideria ſua, nec concedas ei laſciuijs euagari, ſed inquantū fieri poteſt, afflige & humilia eam. Denicq; paſchæ feſtiuitas, & azymorū, panem afflictionis habere dicit. nec poteſt quis agere diem feſtum, niſi afflictionis panem manducauerit, & māducaue
rit paſcha cum amaritudine. Manducabitis enim, inquit, azyma cū amaritudine, ſiue pi Exod.12
erijs. Audis ergo quid eſſent feſtiuitates dei: non recipiunt dulcedinem corporalē, nihil remiſſum, nihil uoluptuoſum aut luxurioſum uolūt, ſed afflictionem animæ & amaritudinem humilitatemq; depoſcunt, quia qui ſe humiliat, ipſe exaltabitur apud deū. Hoc ergo depoſcit & propitiationis dies. Cum enim afflicta fuerit anima, & humiliata in cō ſpectu domini, tūc ei repropitiatur deus, & tunc ad eam uenit ille, quem propoſuit deus propitiatorem per fidem in ſanguine ſuo, Chriſtus Ieſus dñs & redemptor eius. Iā uerò ultimus dies feſtus dei quis ſit quo deus lætat in homine, uideamus. Scenopegia, inqt. Lætatur ergo ſuper te, cum te uiderit in hoc mundo in tabernaculis habitantem, cum te uiderit non habere fixū & fundatū animū ac propoſitum ſuper terras, nec deſiderātem quæ terrena ſunt, nec umbram uitæ huius quaſi poſſeſſionem propriā, & perpetuam deputantem: ſed uelut in tranſitu poſitū, & ad ueram illam patriā unde egreſſus es, paradiſi feſtinantem, ac dicentem: Incola ego ſum & peregrinus, ſicut oēs patres mei. In taber Pſal.29
naculis enim habitauerunt & patres, & Abraham in caſulis, id eſt in tabernaculis habitauit cum Iſaac & Iacob cohæredibus repromiſſionis eiuſdem. Cum ergo incola fueris & peregrinus in terris, & non eſt mens tua fixa & radicata in deſideriſs terrenorum, ſed paratus es ut cito tranſeas, & paratus es extendere te ſemper ad interiora uſquequo peruenias ad terrā fluentem lac & mel, & hæreditatem capias futurorum: ſi te inquā poſitum in his uideat deus, lætatur in te, & diem feſtū agit ſuper te. Hæc quidē in præſenti, in futuro uerò ſi uis conſiderare quomodo agantur dies feſti, erige paululū ſi potes ſenſus tuos à terra, & obliuiſcere pauliſper hęc quę habent in facie. Deſcribe uerò tibi quo
modo cœlum & terra tranſeant, & tranſit omnis hic habitus mundi, cœlū uerò nouum, 1 Cor.7
& terra noua fundetur. Amoue de conſpectibus tuis etiam Solis huius lucem, & da illi Apoc.21
mundo qui uenturus eſt, Solis ſeptuplum lumen. Imò potius ſecundum ſcripturę auctoritatem ipſum ei da dominum lucē. Pone adſtantes angelos gloriæ, pone uirtutes, potestates, ſedes, dominationes, atq; omne nomen clariſſimarum cœleſtium q; uirtutū, nō ſolū quod in præſenti ſeculo nominat, ſed quod etiā in futuro. Inter hos oēs conſidera, & conijce quomodo agi poſſint dies feſti dñi: quæ ibi feſtiuitas, quæ gaudia, quæ lætitiæ magnitudo. Nam de ijs quas ſuprà diximus ſpiritalibus feſtiuitatibus etiā ſi magnæ ſint & ueræ, præcipue cum ſpiritaliter gerunt in anima, magna tamen ex parte ſunt, non ex Eſa.30

integro. Sicut enim dixit Apostolus, quia ex parte scimus, & ex parte prophetamus: ita consequēs est, ut ex parte diem festum geramus. Vt autē scias hæc ita esse, redeamus ad ipsius Pauli sermonem, quē de diebus festis & neomenijs posuit: & uide quomodo ob-
Col.2 seruanter dixit: Nemo ergo, ait, uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi. Attende ergo diligentius quomodo nō dixit in die festo, sed in parte diei festi. Ex parte em̄ & non ex integro diem festū in hoc mundo positi celebramus. Interpellamur enim etiā si nolumus ab onere carnis, pulsamur à cōcupiscentijs eius, curisq; & sollicitudinibus te-
Sap.9 rebramur. Corpus em̄ corruptibile (ut ait ille sapientissimus) aggrauat animā, & deprimit sensum multa cogitantem. Ex parte ergo in hoc mundo sancti agunt diē festū, quia & ex parte sciunt, & ex parte prophetāt. Cum aūt uenerint quæ perfecta sunt, destruentur ista quæ ex parte sunt. Sicut em̄ perfectæ scientiæ cedit ista quæ ex parte est, & perfectæ prophetiæ cedit ista quę ex parte est: ita & perfectę festiuitati cedit ista quę ex parte est festiuitas. Neq; enim quod perfectum est mūdus iste capere potest, ubi (ut diximus) necessitas corporis nunc cibum, nunc potum, nunc somnum suggerit, nunc etiā quantamcunq; necessario uitæ prę sentis sollicitudinem mouet, quæ omnia interrumpūt sine dubio continuationem festiuitatis dei. Cum autē uenerit illud quod dictū est de ijs qui restituuntur in sancta, si tamen & nos ex ijs esse mereamur qui restituendi sunt, qui neq; esurient, neq; sitient, neq; dormitabunt, neq; laborabunt, sed erūt peruigiles, sicut angelorum uita peruigil dicitur: cum in illū ordinem restitui merebimur, tunc erit uera, & incorrupta festiuitas, cuius festiuitatis princeps & sponsus & dominus erit ipse Iesus Christus Saluator noster, cui est gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

De sacrificijs quæ per unam quanq; festiuitatem iubentur offerri, & de uotis quæ uouentur deo. Homilia XXIIII. Cap. XXVIII. XXIX. XXX.

OMNES qui imbuendi sunt eminentioribus disciplinis, tandiu molestum ducunt rudimentorum laborem, donec quis sit & disciplinæ illius ad quam introducuntur finis & fructus ignorāt. Cum uerò imbutos per ordinem perfectio consecuta fuerit disciplinæ, tunc delectabit rudimentorum pertulisse molestias. Sunt ergo & in sanctis, ac diuinis rebus prima quędam rudimenta, quibus inducuntur, ij, qui ad perfectionem beatitudinis tendūt. Quod euidēter famulus dei in cantico Exo-
Exod.15 di designat dicens: Induc, & planta eos in monte hæreditatis tuæ in præparata habitatione tua, quam præparasti domine. Paulus quoq; Apostolus sciens esse quædam prima imbuendi initia, tunc deinde per tempus etiam ad perfectionē ueniri, scribens qui-
Heb.5 busdam dicebat: Etenim cum deberetis iam magistri esse propter tempus, rursum indigetis ut doceamini quæ sint elementa exordij sermonum dei, & facti estis quibus lacte opus sit, non cibo forti. Omnis enim qui lacte alit̄, expers est sermonis iustitię, paruulus enim est. Perfectorū uerò cibus solidus est, qui pro possibilitate sumendi exercitatos habent sensus ad discretionem boni uel mali. Et iterum in alijs, literā legis, omnēq; huiusmodi scripturam elementa mundi esse cōmemorat. Et nūc ergo ea quæ pertinuerūt ad illos, qui primis imbuebantur elementis, molesta nobis primo uidentur auditu. Volēti enim unicuiq; auditorū discere de ijs quæ ad salutē pertinent, cum de sacrificijs arietum & hircorum uitulorumq; recitatur, nihil sibi utilitatis cōferre huiusmodi literas iudicāt, quantū ad ipsum spectat auditū. Si uerò quis inueniatur qui possit uelamen quod est impositū in lectione ueteris testamēti, remouere, atq; inde perquirere quæ sint uera sacrificia, quæ purificēt populū in diebus festis: tūc uidebit quàm mira, & magnifica sunt, quæ per hæc indicantur, quæ superflua ignorantibus ac superstitiosa ducunt̄. Sed hęc quidē Paulus & si qui ei similes sunt, plenius ab ipsa sapiētia & uerbo dei perfectiusq; cognouerint: nos autē quantū ex ipsorū literis colligere possumus, in quibus nobis uelut per umbram & imaginem indicia quædam dederunt, ad ædificationem cōmunē discutere
Num.28 summatim de sacrificiorū ritu aliqua tentabimus. In Paschę festiuitate agnus scribit̄ esse qui purificat populū, in alijs uitulus, in alijs hircus aut aries, uel capra, uel uitula, sicut ex ijs quæ recitata sunt didicistis. Vnus ergo ex ijs animalibus, quę ad purificandū populū sumunt̄, est agnus. Qui agnus ipse esse dicitur dominus & Saluator noster. Sic enim in-
Ioan.1 tellexit Ioannes qui est maior omniū prophetarū, & signauit de ipso dicēs: Ecce agnus dei, ecce

dei,ecce qui tollit peccata mundi. Quod si agnus qui ad purificandum pop ulum datus est,ad personam domini & Saluatoris nostri refertur,consequens uidetur quod etiã cæ tera animalia,quæ eisdẽ purificatiuis usibus deputata sunt, referri debeãt similiter ad ali quas personas,quæ per meritũ sanguinis Christi purificationis aliquid humano generi conferãt. Vide ergo ne forte sicut dominus & saluator noster, quasi agnus ad occisionẽ ductus,& in sacrificium altaris oblatus,peccatorum remissionẽ uniuerso præstitit mun do:ita fortassis & cæterorũ sanctorũ,ac iustorũ sanguis, qui effusus est à sanguine Abel iusti,usq; ad sanguinem Zachariæ prophetæ, qui interfectus est inter ædẽ & altare:alte rius quidem sanguis sicut uitulæ,alterius sicut hirci,aut capræ,aut alicuius horũ fusus est ad expiandum pro parte aliqua populũ. Siue hæc ad iustorũ, prophetarumq; personas, qui in hoc mundo iugulati sunt,uel eorum qui dicũt: Quoniam propter te morte affici *Psal.44* mur tota die,existimati sumus sicut oues occasionis,referenda uideantur: siue etiã ad su periores uirtutes,quibus procuratio humani generis data est:quis facile audeat affirma re? Neq; enim hæc animalia per speciẽ, sed per figurã referri ad illam,uel illam putanda sunt. Nam & ipse dominus Iesus Christus,non ideo agnus dicitur quasi qui mutatus sit, & conuersus sit in speciem agni. Dicitur tamen agnus,quia uolũtas,& bonitas eius qua deum repropitiauit hominibus,& peccatorũ indulgentiã dedit,talis extitit humano ge neri quasi agni hostia immaculata & innocens,qua placari hominibus diuina credũtur. Sic ergo fortassis & si quis est angelorum, cœlestiumq; uirtutũ,aut si quis iustorũ homi num,uel etiam sanctorũ prophetarum,atq; apostolorũ,qui enixius interueniat pro pec catis hominũ:hic pro repropitiatione diuina,uelut aries,aut uitulus aut hircus, oblatus esse sacrificium ob purificationem populo impetrandam accipi potest. An non uidetur ut aries,aut hircus holocaustum se obtulisse Paulus pro populo Israel,cũ dicebat: Opta *Rom.9* bam aũt ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secũ dum carnem? Vis autem scire,quia se hostiam Paulus offerat iugulãdum? Audi eum in alijs dicẽtem:Iam enim ego immolor & tempus resolutionis,uel (ut in Græcis codicib. *2 Tim.4* legimus)reuersionis meæ instat. Sic ergo figuraliter potest uideri,quod alius pro festiui tate nouorum,alius pro festiuitate sabbati,alius pro festiuitate tabernaculorũ, quasi hir cus,aut uitulus,aut aries offeratur ad reconciliãdum hominibus deũ. Donec enim sunt peccata,necesse est requiri & hostias pro peccatis. Nã pone (uerbi gratia) nõ fuisse pec catum:si non fuisset peccatum,nõ necesse fuerat filium dei agnum fieri, nec opus fuerat eum in carne positũ iugulari:sed mansisset hoc quod in principio erat deus uerbũ,uerũ quoniã introijt peccatũ in hunc mundum,peccati autem necessitas propitiationẽ requi rit,& propitiatio non fit nisi per hostiam,necessarium fuit prouideri hostiã pro peccato. Et quoniam peccati ipsius diuersæ & uariæ qualitates fuerunt, diuersorũ animaliũ man dantur hostiæ,proculdubio quæ conuenirent uarietatibus peccatorum. Sic ergo effici tur alius sanctorum,siue angelorum(ut diximus)siue hominum uitulus, qui in illa festi uitate interueniat pro populi delictis:alius autem aries in alia festiuitate:quorũ interces sione fiat purificatio pro peccatis. Quod si purificari potuerint homines à peccatis,& esse puriores,minuuntur & hostiæ. Si enim pro peccatis sunt hostiæ,& pro multitudine peccatorum multiplicatæ sunt,sine dubio & pro exiguitate minuunt. Huius autem rei in præsentibus locis scripturæ habemus indicia,id est in ultima festiuitate Scenopegiæ, cum per octo dies hostiæ iubentur offerri. Et prima quidem die quasi adhuc in abundã tia peccatorum,quatuordecim uituli iubentur offerri. Secunda autem die imminutis ut pote peccatis minuũtur & hostiæ, & tredecim uituli offeruntur. Tertia die duodecim, & post hæc undecim:& ita quasi deficiente per dies multitudine peccatorum,minuitur consequenter etiam numerus hostiarum. Sic etiam per dispensationem totius mũdi ra tio est purificationis & intellectuum. Indigent enim purificatione non solum quę in ter ra sunt,sed quæ in cœlis. Imminet nanq; & cœli perditio, sic enim dicit propheta: Cœli *Psal.101* peribunt,& omnes ut uestimentum ueterascent:& sicut amictum inuolues eos, & mu tabuntur. Intuere igitur totius mundi,id est cœlestiũ, ac terrestrium,& infernorum pu rificationem:uide quantis indigeant ista omnia hostijs,quantos requirant uitulos, quã tos arietis,quantos hircos. Sed & in his omnibus unus est agnus, qui totius mundi po tuit auferre peccatum,& ideo cessauerũt cæteræ hostiæ:quia talis hæc fuit hostia,ut una

sola sufficeret pro totius mundi salute. Cæteri enim precibus peccata, hic solus potestate dimisit. Dicebat enim: Fili remissa sunt tibi peccata tua. Sic ergo imbuitur mundus, primo per diuersas hostias remissionem quęrere peccatorum, donec ueniat ad hostiam perfectam, ad hostiam cõsummatam, agnum anniculum, perfectum, qui tollat peccata totius mundi: per quem festiuitates agat spiritales, non ad satietatẽ carnis, sed ad profectum spiritus sacrificijs spiritalibus purificatione mentis oblatis. Decet enim deo immolari uictimam cordis, & hostiã cõtribulati spiritus, nõ carnis & sanguinis iugulari: quia & si agnouimus Christũ aliquando secundum carnẽ, sed nunc iam nõ nouimus: & ideo in spiritu diẽ festũ agamus, & spiritalia sacrificia iugulemus. Hæc pro uiribus nostris de diuersitate sacrificiorum discussa sint, quorũ ad liquidũ intelligentiam scit ille, cui nuda & reuelata sunt oñia, nec est ulla creatura in cõspectu eius inuisibilis. Post hæc uotorũ lex ponitur, & nouo principio utitur in hac legislatione Moses. Ait enim: Homo homo quicunq; uouerit uotum domino. Quæ est ista repetendi nominis causa? Quasi nõ sufficeret dixisse, Homo qui uouerit uotũ domino. Quid est ergo quod ait, homo homo & quid sibi uelit ingeminata hominis appellatio, non mihi silentio prætereundum uidetur.

Matt. 9

2 Cor. 4

Apostolus docet alium esse interiorem hominẽ, & alium exteriorem: & illũ esse qui renouatur de die in diem secundũ imaginem eius qui creauit eum: hũc uerò esse uisibilẽ, qui corrumpitur. Cum ergo uenitur ad istum iam profectũ ut lex dei suscipiatur, & uota domino offerãtur: uota autem domino offerre nemo potest, nisi qui habet aliquid in semetipso, & in substantia sua quod offerat deo: non sufficit iste exterior homo legẽ dei suscipere, nec uota solus offerre, non eñ potest aliquid dignũ deo habere: sed ille interior est homo qui magis habet in se quod offerat deo. In illo nanq; est habitaculum uirtutũ, in illo omnis intellectus scientiæ, in illo est diuinæ imaginis innouatio. Qui cum speciẽ suam, qua ex initio à deo factus est, recuperauerit, & uirtutũ redintegratione pulchritudinem priorem formæ receperit, tũc iam potest uota offerre deo, & tunc iam nõ homo solum, sed homo homo dicetur. Nam qui interiorem hominem nõ excolit, qui illius curam non gerit, qui uirtutibus eum non instruit, moribus non adornat, diuinis institutionibus non exercet, sapientiam dei non quærit, scientiæ scripturarum operam non impẽdit, hic nõ potest homo homo dici, sed homo tantũ, & homo animalis. Quia ille interior cui uerius & nobilius homo nomen est, sopitus in eo est carnalibus uitijs, & mũdi huius curis ac sollicitudinibus obrutus, ita ut in eo nec nominis eius haberi possit appellatio. Vnde satisagendũ est unicuiq; nostrũ, ut si forte uidet in se interiorẽ hominẽ peccatorũ sordibus & uitiorũ ruderibus oppressum iacere, citius ab eo auferat omnes immũditias, citius eruat eũ ab omni inquinamento carnis & sanguinis, cõuertatur aliquando ad pœnitentiam, reuocet ad se memoriam dei, reuocet spem salutis. Nõ enim hæc extrinsecus aliunde quærenda sunt, sed intra nos est salutis occasio, sicut & dominus dixit: Ecce eñ regnum dei intra uos est. Intra nos nanq; est conuersionis facultas. Cum enim cõuersus ingemueris, saluus eris, & tũc poteris digne altissimo reddere uota tua, & homo homo appellari. Votum aũt est, cum aliquid de nostris offerimus deo. Vult ergo à nobis prius aliquid accipere deus, & ita nobis aliquid ipse largiri, ut dona sua & munera merẽtibus & nõ immeritis largiri uideatur. Quid aũt est quod uult accipere à nobis deus? Audi scripturæ sententiã: Et nũc Israel quid dominus deus tuus poscit à te, nisi ut timeas dominũ deum tuũ, & ambules in omnibus uijs eius, & diligas eum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis? Hæc sunt ergo quæ deus poscit à nobis. Quę si nõ primus offeramus, ab ipso accipiemus nihil. Legimus & in alio loco: Date gloriã deo, & date magnificentiã deo. Si dederitis gloriã, recipietis gloriã. Sic enim dicit ipse deus: Glorificantes me, glorificabo. Ego uerò dico, quod & si offeramus ei iustitiã nostrã, accipiemus ab ipso iustitiã dei. Et si offeramus ei nostrã, id est corporis castitatẽ, accipiemus ab ipso ipsius castitatẽ. Et si offeramus ei sensum nostrũ, accipiemus ab ipso sensum ipsius. Sicut & Apostolus dicebat, nos autem domini Christi sensum habemus. Cum autẽ nos obtulerimus deo quæ in nobis sunt, & ille contulerit in nos quæ sua sunt, tunc uere iam non homo solũ, sed homo homo dicetur. Vterq; enim homo uocabuli sui perfectione de cẽter ornatus est. Ista sunt ergo uota, quæ debet exsoluere is, qui homo homo appellatur. Scio diuersa uota in scripturis referri. Anna quidem uouit deo fructũ uentris sui, & Samuelem

Deut. 6

Hier. 13

1 Reg. 2

1 Cor. 2

Vota.

1 Reg. 1

muelem cõsecrauit in templo. Alius, quodcunq; sibi post victoriã redeunti occurrisset uouit deo, & occurrẽte filia, uota lachrymãda persoluit. Alij uitulos, aut arietes, aut domos, aut alia huiusmodi ratione carentia, uota offerũt deo. Ille uerò qui appellat Nazaræus, semetipsum deuouit deo. Hoc est enim uotum Nazaræi, quod est super omne uotum. Nam filiũ offerre, uel filiam, aut pecus, aut prædiũ, hoc totum extra nos est. Semetipsum deo offerre, & nõ alieno labore, sed proprio placere, hoc est perfectius & eminẽtius omnibus uotis: quod qui facit, imitator est Christi. Ille enim dedit homini terrã, mare, & omnia quæ in eis sunt, ad obsequiũ, dedit & cœlũ, Solem quoq;, & Lunam, ac stellas hominũ ministerio concessit: pluuias, uentos, & omne quicquid in mundo est hominibus largitus est. Sed post hæc omnia semetipsum dedit. Sic enim dilexit deus mundũ, ut filiũ suũ unigenitũ daret pro mũdi huius uita. Quid ergo magnũ faciet homo, si semetipsum offerat deo, cui ipse se prior obtulit deus? Si ergo tollas crucem tuam, & sequaris Christũ, si dicas: Viuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus, si desideret & si tiat anima nostra redire, & esse cum Christo, sicut & Apostolus dicebat, & præsentis seculi nõ delectatur illecebris, & si omnẽ legẽ quę de Nazarẽis data est, spiritaliter impleat, tunc semetipsum, id est animã suam obtulit deo. Qui in castitate uiuit, corpus suũ uouit deo, secundũ eũ qui dixit: Virgo aũt cogitat quomodo sit sancta corpore & spiritu. Nam & hoc ipsum quod dixit sancta, ad hoc respicit: Sancti enim dicũtur illi, qui se uouerunt deo. Vnde & aries (uerbi causa) si uouetur deo, sanctus appellatur, quem tonderi ad cõmunes usus non licet. Sed & uitulus si deuotus fuerit deo, sanctus nihilominus appellatur, nec licet eum iungi in opus cõmune. Ex ijs ergo colligamus quid est homini seipsum uouere deo. Si te uoueris deo, imitãdus tibi est uitulus, quẽ nõ licet humanis operibus deseruire, nihil facere, q̃d ad homines & ad præsentẽ pertineat uitã. Sed quicquid ad animã pertinet, & ad diuini cultus obseruantiã, hoc & agendum & cogitandũ tibi est. Sed interim præsens lectio continet diuersitates quasdã uotorum. Etenim si uir fuerit qui uouit, liber esse dicit in uotis suis, nullicq; subiectus. Mulier aũt si uoueat, si qui dem in domo patris sui sit, uotum eius in patris pendet arbitrio: & si quidẽ ille recusaue rit, liberabitur. Si uerò nõ recusauerit, & ipse & filia tenẽtur obnoxij. Quod si posteaq; non recusauerit pater, non reddiderit uotum filia, peccatum ipsi manet. Similiter autem & erga maritũ decernitur, ut si in domo mariti uxor aliqd uouerit, & audiẽs maritus nõ reculauerit, reus sit uoti pariter cum uxore. Si uerò recusauerit, tã uxor sit libera, quàm maritus. Si uerò tacuerit, uterq; (ut diximus) reus habeatur. Hæc sunt quidẽ quæ scripta sunt: sed orandus est nobis deus, ut intellectũ dare dignetur se dignũ, quo hæc ut decet de Dei uerbis intelligere possimus & aduertere. Omnes qui sub lege dei uiuimus, & in ecclesia eius habemur, aliqd sub patribus, aliquid sub uiris agimus. Et si quidẽ paruula est anima, & initia habet in eruditionib. diuinis, hæc sub patre agere credenda est. Si uerò iam adultior facta est, ita ut uiripotens sit ad concipiendum semẽ uerbi dei, & doctrinæ spiritalis capere secreta, hæc sub uiro posita dicitur. Sic em̃ & Paulus dicebat de Corinthijs: Volo autẽ omnes uos uni uiro uirginẽ castam exhibere Christo. Qui uerò perfectiores sunt & eminentiores horũ, de illis nõ dicitur quòd sub uiro sint, sed audi quomodo de semetipso suiq; similib. pronũciet Paulus: Donec occurramus, inquit, omnes in uirum perfectũ, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Huic ergo animæ, quæ in uirum perfectũ occurrit, nemo dominatur in uotis, sed habet potestatẽ suorũ libertatẽq; uotorum. Si autem fœminei adhuc generis fuerit anima, cui uel uir uel pater dominet in uotis, nõ semper in ipsa est culpa, sed interdum redit ad uiros uel parentes. De quib. applicare difficile sit, tamen quæ domino largiente potuerint, inferemus. Sępe diximus animarũ quæ in ecclesia dei sunt, curam procurationẽq; haberi per angelos, quosq; etiã ad iudicium uenire cum hominibus ostendimus, ut illo diuino cõstet examine, utrũ sua desidia peccauerint homines, an monitorum custodumq; negligẽtia uidetur mihi etiã in hoc loco, etiam sub mysterio designari & ostendi, quod aliæ quidẽ ut filię superis animæ degunt, aliæ ut uxores secundũ ea quæ superius distinximus. Siqua ergo harum offerre aliquid & uouere cupiat deo, si quidem præproperum, & minus aptũ quod uouit est, illius est, utpote custodis & monitoris angeli, retrudere & reprimere uouentis audaciã. Si uerò audiens nõ repressérit, nõ monuerit, anima quidem liberabitur à culpa, ipse

Ioan. 3

Matt. 16

Gal. 2

1 Cor. 7

2 Cor. 11

Eph. 4

Caue

uerò uoti manebit obnoxius. Hoc quidem erga inferiores quaſq; fieri accipiẽdum eſt, perfectiorib. ipſe adeſt deus, ſicut ſcriptũ eſt de populo Iſrael: Dominus ipſe deducebat eos. Poſtea uerò quàm deliquerunt, & inferiores ſemetipſis facti ſunt, angelo tradunt. Exod. 33 Vnde & Moyſes dicebat: Niſi tuipſe ueneris nobiſcum non me educas hinc. Sed & de Pſal. 91 iuſto dicit deus: Cum ipſo ſum in tribulatione. & alio dicit: Non timeas deſcendere in Gen. 36 Aegyptum, quoniam tecum ero. Iuſtis ergo & electis ipſe adeſt dominus: inferioribus uero adſunt angeli, ſecundum ea quæ ſuperius diximus. Sed contendere debemus ut occurramus in uirum perfectum in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti: ut utamur libertate uotorum, & ita adhærere domino feſtinemus, ut cum ipſo unus ſpiritus ſimus, & ipſe in nobis maneat, & nos in ipſo: & nihil in nobis fœmineum, nihil paruulæ ætatis habeatur, ne neceſſe ſit nobis ſub tutoribus & procuratoribus derelinqui à patre: ſed feſtinemus audire illam à domino & ſaluatore noſtro uocem, qua ait, ipſe pater diligit uos: ipſi gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

De ultione quæ in Madianitis facta eſt. Homilia XXV Cap. XXXI

NIſuperioribus fornicati ſunt filij Iſrael cum mulieribus Madianitarum, & hoc fuit ſcandalum filijs Iſrael in quo offenderunt deum, & ad iracundiam prouocauerunt ſanctum Iſrael. Nunc autem poſteaquam pertulit Iſrael quæ pertulit, locutus eſt, inquit, dominus ad Moyſen dicens: Vlciſcere ultionem filiorum Iſrael de Madianitis, & ad ultimum apponeris ad populum tuum. Igitur ſcandala quæ acciderant Iſraelitis, quoniam tergiuerſatione Madianitarum acciderãt: ipſi enim ſubornauerunt mulieres quæ eos deciperent ut peccarent coram domino: illi quidem pro peccato ſuo pertulerunt uindictam, mediocrius tamen & parcius: hi uerò, qui eis fuerunt cauſa peccandi, multo uehementiori ſubiacent ultioni. Vnde edocemur, quia longe ſit grauius alijs cauſam præbere peccati, quàm ipſum unumquemq; peccare. Sicut Matt. 18 & dominus deſignat cum dicit, quia melius fuerat homini illi non naſci, aut molam aſinariam alligari circa collum eius, & præcipitari in profundum maris, quàm ut ſcandalizet unum de puſillis iſtis. Simulq; aduertendum eſt, quoniam quidem nomen ſcandali à nonnullis incompetenter præſumitur. Illud igitur ſcandalum dicitur, ubi recto itinere ambulanti deceptio aliqua inſtruitur ad peccandum, & ſubijcitur cauſa peccati: ſicut & Madianitæ, ambulantibus in lege domini Iſraelitis, & cuſtodientibus caſtitatem, ſub ornarunt mulieres, quæ eos deciperent ad peccandum. Cauſam ergo præbere peccati, hoc eſt ſcandalizare. Veruntamen datur uindicta, ſed multo grauior in eos qui ſcandalizauerunt, & qui cauſam peccati præbuerunt, quàm in eos qui peccauerunt. Simul autem & illud obſerua, quod ijs ſubiecit: Nouiſſime autem, inquit, & tu apponeris ad populum tuum. Siquando nobis cum Samaritis ſermo eſt, quoniam quidem reſurrectionem mortuorum negant, nec recipiunt futuri ſeculi fidem, perurgeamus eos ex ijs uerbis, quibus dominus dicit ad Moyſen, quia apponatur ad populum ſuum. Nemo enim apponitur ad eos, qui non ſunt. Vnde conſtat eſſe aliquem populum, cui Moyſes poſt uitæ huius exitum dicitur applicandus. Quia ergo prophetis non credunt Samaritę, ex quibus poſſet reſurrectionis mortuorum latius fides approbari, ex ijs ſaltem Moſei libris, quos recipiunt, & quorum auctoritatem fatentur, conuincendi ſunt & curandi, ſi tamen oportet Babyloniam curari. Eſt ergo locus hic reſurrectionem mortuorum euidenter oſtendens. Deſignat enim eſſe populum, cui poſt obitum ſuum Moyſes adiungendus ſit, & ad quos pro ſuis meritis trãſferendus. Poſt hæc locutus eſt Moyſes ad populum dicens: Armate ex uobis uiros, & belligerate aduerſum Madian, reddere uindictam in Madian à dño: mille ex tribu, & mille ex tribu, ex omnib. tribubus Iſrael mittite ad belligerandum. Attendite lectioni. Non ſolum enim ad auditum ſermonũ, ſed ad rerũ conſiderationẽ intendendus eſt animus. Recordare præterita, audi præſentia, quę ſequuntur aduerte. Confer priora poſterioribus, & diuinarũ uirtutum magnificentiam contemplare. Filij Iſrael dudum ſexcenta milia fuerãt armatorũ, qui proceſſerant aduerſum Madian, & hi omnes uicti ſunt, quoniam peccatum erat in ipſis. Nũc uerò uictores Madianitæ, qui ſexcenta milia fugauerãt, uincuntur à duodecim milib. ut ſcias quia nõ in multitudine, nec in numero militũ uincit Iſrael, ſed iuſtitia & pietas eſt in eis quæ uincit. Leuit. 26 Propterea denicq; & in benedictionibus eorũ dicitur: quia ſi ſeruauerint legẽ domini, unus

ni, unus ex ipsis persequatur mille, & duo uertant decem milia. Vides ergo, quia multo plus ualet unus sanctus orando, quàm peccatores innumeri prælião. Oratio sancti penetrat cœlum. Quomodo non & hostem uincat in terris? Et ideo omnimode studendũ est quærere primo, & custodire iustitiã dei. Quam si obtinueris, & seruaueris, omnes tibi hostes ipsa subiiciet: si fueris indutus (sicut Apostolus dicit) loricam iustitiæ, & accinctus ueritatem, si galeam salutis acceperis, & gladiũ spiritus, et ante omnia scutum fidei, in quo possis omnia iacula maligni ignita extinguere. Talib. enim instructus armis, uniuersa diabolica castra, omnemq; eius fugabis exercitum, & cum fiducia cãtabis: Si cõsistant aduersum me castra, non timebit cor meum: si insurgat in me prælium, in hoc ego sperabo. Congrediuntur ergo duodecim milia aduersum Madianitas, & interficiũt, inquit, omne masculinũ eorum & reges eorum, & Balaã filium Beor interfecerũt gladio cum reliquis uulneratis eorum. Quod in superioribus quærebamus, quomodo de scripturis probari possit Balaã cõsilio subornatas esse mulieres Madianitarũ, quæ deciperẽt filios Israel ad fornicandum, præsens hic scripturæ locus euidenter ostẽdit, dicẽs eũ peremptum esse gladio uelut auctorem scandali, quod immissum est filiis Israel. Dicit aũt de eo & in sequentibus adhuc euidentius hoc modo. Et ait ad eos Moyses: Cur uiuã reseruastis omnẽ fœminam? Ipsæ enim sunt, quæ filios Israel secundum uerbum Balaã apostatas fecerunt. Interficiuntur autem & reges Madianitarũ, atq; illi qui prius à mulieribus uicti sunt, nunc expiatione habita, & gesta pœnitentia, etiã reges uincunt. Ex hoc intelligamus quantum ualeat conuersio ad deum, quantum prosit emendatio peccatorum. Omne masculinum, omnes reges Madianitarũ uincuntur, et perimuntur ab iis, qui per correptionẽ domini, & per gestorum pœnitentiã correpti sunt, & emẽdati. Quinq; ergo reges Madianitarum referũtur ab Israeliticis militibus superati. Sed & nomina eorum curæ fuit scripturæ diuinæ memorari. Euin, inquit, & Rocon, & Sur, & Vr, & Roboc. Isti sunt qui regnãt apud Madianitas, quos superare, & penitus debent extinguere omnes qui militant deo. Euin nanq; beluinus, uel ferinus interpretatur. Et qũo poteris placere ei qui te probauit, si non abscideris à te, & penitus peremeris beluinos & feros mores? Quomodo poteris ad mansuetorum beatitudinem peruenire, nisi prius interficias Euin, & morti tradas prius iracundiæ feritatem? Ego puto quod nomina hæc scriptura diuina non pro historia narrauerit, sed pro causis & rebus aptauerit. Nã putas fuerit aliquis ita stultus, qui filio suo nomen Beluinus imponeret? Sed hoc arbitror magis, quod instructioni animarũ prospexerit sermo diuinus, uolens nobis ostẽdere quod ad uersum huiusmodi uitia militare debeamus, & de habitaculis ea carnis nostræ depellere, istos reges fugare de regno corporis nostri: quod Apostolus euidentius designat dicens: Non ergo regnet peccatũ in uestro mortali corpore. Vis autem uidere quoniã nõ solũ apud sanctos nomina pro rebus aptãtur, sed etiam apud gentiles, & Barbaros? De sanctis quidẽ notũ est cur Abram Abraham uocitatus sit, & Sarai Sara, & Iacob Israel. Doceamus autem quod mos iste habeatur etiam apud Barbaros. Nónne unus ex filiis Israel à parentibus suis Ioseph nomen acceperat? Cum autem transiit in Aegyptum, & stetit ante Pharaonẽ, cõmutauit nomẽ eius, et de Ioseph cognominauit eũ Psomphthõphanec, quod lingua sua Pharao de secretorum, uel somniorũ reuelatione cõposuit. Et nõ solum Ioseph huic apud Pharaonem ex re nomẽ aptatur, sed & Daniel in Babylonia Baltassar nominat: & Ananias, atq; Azarias, & Misael, Sidrach, Misach, Abdenago uocitantur. Vides ergo quia tam Israeliticorũ, quam etiã barbororũ hominũ nomina non fortuitu, sed pro rebus & causis aptantur in lege. Igitur Madianitarum regẽ Moyses appellauit, prout ipse cẽsuit appellãdum. Beluina, inquit, feritas est, quæ regnat in Madianitis, & non ipsa solũ, sed & alius apud ipsos rex nomine Rocon: quod est in nostra lingua inanitas. Regnat ergo & inanitas in Madianitarũ gente. Est emẽ reuera multa inanitas, & uanitas in hoc mundo, imò & uanitas uanitatum, & omnia uanitas, quã dei miles superare debet & uincere, Vincit autem inanitatẽ, qui nihil inaniter, nihil superflue, & quod ad rẽ nõ pertinet gerit: qui meminit præcepti illius dominici quo ait, quia etiã de uerbo otioso reddent homines rationẽ in die iudicij. In hac aũt uita homines totũ pene otiosum, & totũ inane est, quod loquũtur, quod agũt. Inanis enim dicitur omnis actus. & omnis sermo, in quo non est intrinsecus aliquid pro deo, uel pro mandato dei. Est &

Eph. 6

Psal. 26

Rom. 6

Gen. 41

alius

alius rex Madian Vr, & hic interpretatur irritatio. Vides quales sunt, qui regnent apud Madianitas, quibus hominib. aduersari oportet, imò quos perimi cõuenit ab ijs q̃ deũ sequuntur & interfici. Non enim tam regum, quàm uitiorum nomina, quę regnãt in hominibus, referuntur in lege: & non tam gentium bella, quàm cõcupiscentiarũ carnaliũ, quæ militant aduersus animã, describũtur. Denicq; hi qui in uitijs regnant, quinq; reges esse dicuntur: ut euidentissime doceamur, quia omne uitiũ quod regnat in corpore, ex quinq; sensibus pendet. Isti ergo quinq; sensus perimendi sunt de regno Madianitarũ, ut ultra uitia non regnent super eos, sed iustitia, ne ad scandalum uideant quæ uidẽt, sed ad ædificationem. Apud Madianitas enim sensus isti ad scandalizandum regnabant, ut scandalizarent, & deciperent. Et ideo præcepit dominus, ut si te scãdalizauerit oculus tuus, eruas eũ: si manus aut pes, abscindas eũ. Vides ergo, quia & ipse iubet abscindi, & perimi reges scandalizantiũ. Melius est, inquit, te luscũ introire in regnũ dei, & mancũ, aut claudum, q̃ cum ijs mitti in gehennam. In quibus non utiq; effodiendum præcipit oculum corporis nostri, nec manum, aut pedem abscindẽdũ: sed sensum carnalia sentiẽtem, & concupiscentijs carnalibus lasciuiẽtem mandat abscindi: ut oculi nostri recta uideant, & aures nostræ recta audiant, & gustus noster uerbũ dei gustet, manusq; nostræ palpent, & contingãt de uerbo dei. Et hoc est in quo peremptis regibus Madianitarũ, & scandali affectibus amputatis, regnat in nobis iustitia ipse dominus noster Iesus Christus, qui factus est nobis iustitia à deo, & pax, & redemptio. Igitur ex præcepto domini à filijs Israel aduersum Madianitas bella cõfecta sunt, spolia ex ipsis copiosa referunt, auri atq; argenti cæterorumq; mobiliũ põdus immẽsum, iumentorũ captiuorumq; numerus plurimus. Verum quoniam cuncta hæc apud Israelitas immunda ducũtur, purificatio singulis quibusq; cõpetens adhibetur: & ea quidem, quæ ex metallis constant, ignis purificat: quæ uerò fragiliora sunt & ignem non ferunt, aqua purificari iubẽtur. Fiũt ergo ex omnibus spolijs æquales duæ partes, ut una sit eorum, qui ad bellum processerãt, & alia eorum, qui in castris resederant. Iubentur etiã ex ijs offerre in dona dei: illi quidẽ qui processerant ad bellum, unum caput ex quingentis: illi uero qui in castris manserãt, unum ex quinquaginta: atq; omniũ simul in unũ collectus numerus refertur. Hęc est historiæ cõtinentia. Sed uideamus q̃d in ijs sensus indicet spiritalis. In populo dei sunt quidam (sicut Apostolus dicit) qui militant deo: illi sine dubio, qui se nõ obligãt negotijs 2 Tim. 2 Eph. 6 secularibus: & isti sunt qui procedũt ad bellũ, & pugnat aduersus gentes inimicas, & aduersum spiritales nequitias pro reliquo populo, & pro ijs qui infirmiores sunt siue per ætatẽ, siue per sexũ, siue per propositum. Pugnant autẽ isti orationibus & ieiunijs, iustitia & pietate, mansuetudine & castitate, cunctisq; continentiæ uirtutibus, tanquam armis bellicis cũmuniti: & cum ingressi fuerint ad castra uictores, fruuntur laborib. eorũ etiam imbelles, & ij qui ad pugnã uel non uocãtur, uel exire nõ possunt. Sciendũ tamẽ est quod omnia quæ sumunt ex istis gentibus immũda sunt: & omne fortasse qcquid ex hoc seculo adsumitur, uel prælio capitur, immundũ est, & purificatione indiget: & quædam ex ipsis per ignem transitura sunt, alijs autẽ sufficiet aquæ purificatio. Adsumuntur autẽ ex prelio etiam homines, & iumenta, cũ captiuantur omnes intellectus ad obediẽdum Christo. Ex ijs enim ipsis quos ceperimus, offerimus deo. Nisi eñ pugnauerimus in uerbo dei, nõ poterimus captiuare intellectum eorũ qui diuersa à Christo sentiũt, & perducere eos ad obedientiam Christi. Pauci sunt tñ qui pugnare possint, & prælia ista conficere: de sexcentis milibus & amplius armatorũ, qui uidebantur militare deo, sola duodecim milia eligunt, cæteri relinquunt in castris. Intuere mihi nũc populũ dei, q̃ est in ecclesia, quãti sunt ex ijs qui possint p̃ ueritate pugnare, qui possint resistere ijs qui contradicũt, qui sciant uerbi bella tractare. Beati sunt isti, qui pro oñi populo pugnare possunt & defendere dei plebem, & copiosa de hostibus spolia reportare. Tamẽ & reliqua pars populi, quæ uideť imbellis, si cũ quiete resideat in castris, si in silentio agat, & nõ recedat à Moyse, sed permaneat in lege dei, partem spoliorũ etiã ipsa percipiet. Fiet enim æqua portio, non per numerũ quidem, sed quantũ datur omni populo reliquo, tãtum & illis duodecim milibus quib. uincentibus capta sunt spolia. Quis hæc audiẽs nõ inuitetur ad militiam dei? Quis nõ animeť pugnare pro ecclesia, & resistere aduersum ueritatis inimicos, eos scilicet q̃ uel dogmata ecclesię oppugnare, uel uoluptati & luxu

riæ operam

riæ operam dare homines docent? Qui ergo hos expugnat, & uel in se, uel in proximis suis uitia perimit, hic accipiet spolia multa, quinquagies multiplicata & cæteri. Intantũ nanq; numeri quantitas uidetur augeri, cũ sexcentis milibus duodecim milia cõferunt. Offerre tamen pars utraq; iubetur deo. Et illi quidem qui uicerunt, unum ex quingẽtis: qui aũt domi resederunt, unum ex quinquaginta. Quingentorum aũt & quinquaginta numerum sanctum esse scriptura testatur. Vnde & saluator dicebat in Euangelijs: Homini cuidam fœneratori erant duo debitores: unus ex ipsis debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Nõ habentib. illis unde redderent, donauit utrisq;. Sed & septẽ septimanæ monada, id est uno addito, quinquagesimæ diẽ faciunt, quæ Pẽtecostes festiuitas appellat. Similiter & septuaginta septimanæ, addita unius decadis perfectione, quingentorũ numerũ reddũt. Sed quãto plures sunt septuaginta septimanę & septẽ, tanto præstãtior & perfectior numerus quingentorũ, quàm quinquaginta. Inde denicq; & in parabola Euangelij, quã suprà proposuimus, saluator noster pronunciat, q plus diligat ille, cui quingẽti quos debebat denarij donati sunt, quàm ille cui quinquaginta. Denicq; in præsenti lectione Eleazar sacerdos non scribit ad omnẽ populũ locutus, sed ad eos tantum, qui de prælio redeũt. Ait enim: Et dixit Eleazar sacerdos ad uiros uirtutis, qui reuertebantur de prælio. Vides ergo quomodo ad uiros uirtutis loquit sermo dei. Viri enim uirtutis sunt, qui ad bellum procedunt. Si quis uero pugnare nõ uult, nec militare, si quis non uult habere certamen studiorum diuinorũ & abstinentiæ, hic non uult implere illud quod Apostolus dicit: Qui autẽ in agone contendit, ab omnibus cõ tinens est. Qui ergo non contendit in agone, & ab omnibus nõ est continẽs, neq; exerceri uult in uerbo dei, & in lege domini meditari die ac nocte, hic etiam si uir dicat, uir tamen uirtutis nõ potest appellari. At uerò hic, de quo nũc sermo est scripturæ diuinæ, qui spolia de hostibus refert, uir uirtutis appellatur. Hoc est em̃ laudis eius insigne, q̃d scriptura dicit, quia locutus est Eleazar sacerdos ad uiros uirtutis, q reuertebant à prælio. Quis nostrum ita paratus est, ut procedat ad bellum, & contra aduersarios dimicet, ut & ipse uir possit appellari uirtutis? Sicut autem uita continens, & abstinentiæ labor, atq; agonum certamina, faciunt unumquenq; uirum uirtutis appellari: ita è contrario remissa uita, ac negligens, & ignaua, facit uirum ignauiæ appellari. Si ergo uis uir appellari uirtutis, indue te Christum dominum, qui est dei uirtus, & dei sapientia, & in omnibus adiunge te domino, ita ut unus cũ eo spiritus fias, & tũc uir uirtutis efficieris. Tẽpus igitur belli nobis est in hoc mũdo, pugna aduersus Madianitas est, siue aduersum uitia carnis nostræ, siue aduersum contrarias potestates. Spectat nos angelorũ chorus, uirtutum cœlestiũ pia erga nos pẽdet expectatio, quãdo uel quomodo de hoc prælio reuertamur, quid unusquisq; nostrũ manubiarũ reportet: & intuentur curiosius, ac sollicitius perscrutant quis nostrum auri hinc amplius ferat, quis etiã argenti illud pondus exhibeat, quis ue lapides deferat pretiosos. Requirunt etiam si quis æs deferat aut ferrũ, aut plumbũ, sed & uas ligneũ si forte aliquis, aut fictile, aut aliud huiusmodi magnæ domus usibus necessarium. In magna enim domo nõ sunt tantummodo uasa aurea, & argẽtea, sed & lignea, & fictilia. Requiritur ergo diligenter cũ abierimus illuc, quid unusquisq; nostrũ deferat, & secundũ ea quæ detulerit, secundũ quod labor eius pro contẽplatione exuuiarum probatur, etiam mansionis ei meritum deputabitur. Probãtur tamẽ omnia hæc: quæ per ignem, per ignem: quæ per aquam, per aquam. Vniuscuiusq; em̃ opus quale sit ignis probabit. Propterea ergo ait: Hęc est iustificatio legis, quam cõstituit dominus Moysi: præter aurum, & argentum, & æramentum, & ferrum & plumbũ, & stannum, & omnis res quæ transit per ignem, traducite per ignem, & mundabitur. Sed & in aqua purificationis purificabuntur. Omnia quæcunq; nõ transeunt per ignẽ, transibũt per aquam, & lauabitis uestimenta uestra die septima, & mũdi eritis, & post hæc introibitis in castra.] Vides quõ purificatiõe indiget omnis, qui exierit de prelio uitæ huius. Quod si aliquid est, ut aliq̃d audeam dicere secũdum scripturæ diuinæ auctoritatẽ, omnis qui exierit de hac uita, nõ potest esse mũdus. Considera enim diligẽter quid indicet historię textus. Exierũt isti pugnare pro filijs Israel, interfecerũt Madianitas: interficientes aũt eos quantũ ad historiæ ordinẽ spectat & literam legis, placuerunt deo, uoluntatem nanq; dei impleuerunt: tamẽ hoc ipso quod interfecerũt aduersarios, immũdi dicũtur effecti

Luc. 7

1 Cor. 9

tur effecti & propterea dicitur ad eos. Et lauabitis uestimẽta uestra die septima, & mundi eritis, & post hæc introibitis in castra. Ergo hi qui pugnant, pro eo ipso quod contigerunt hostes immundos, & quod ingressi sunt contra eos, & habuerint cum eis certamen, polluti sunt. Et ego ergo etiã si uincere potuero diabolum, etiã si cogitationes immundas & malas, quas cordi meo suggerit, uel repellere uenientes, uel ingressas necare intra me, ne ad effectum perueniant, quiuero, & si calcare potuero caput draconis, hoc ipso tamen polluí me & inquinari necesse est, quo eum qui pollutus, & inquinatus est contigi: & ero quidẽ beatus, quod eum superare potui, immundus tamẽ sum, & pollutus qui pollutum contigi, & ob hoc purificatione egeo. Idcirco nimirum & scriptura dicit: quia nemo mundus à sorde. Omnes ergo purificatione indigemus, imò purificationibus. Multæ eñ & diuersæ nos manent purificationes. Sed mystica hæc sunt & ineffabilia. Quis enim nobis enarrare poterit quæ sint purificationes quæ parentur Paulo, uel Petro, uel alijs horum similibus, qui tantum pugnauerunt, tot gentes barbaras deleuerunt, tot hostes prostrauerunt tanta spolia, tot triumphos ceperunt, qui cruentis manibus de cæde hostium redeunt, quorum pes tinctus est in sanguine, & manus suas lauerunt in sanguine peccatorum? Interfecerunt quippe in matutinis omnes peccatores terræ, & imaginem eorum exterminauerunt de ciuitate domini. Vicerũt quippe & peremerunt diuersas dæmonũ gentes. Nisi eñ uicissent eas non potuissent capere ex eis captiuos, omnem hunc credentium numerum, & perducere eos ad obedientiam Christi, & subdere eos iugo eius suaui, & imponere eis onus eius leue. Quis ergo ita beatus est, qui succedat eis in his prælijs, & interficiat omnes Madianitas, & iustificetur ex sanguine eorum? Sanguinem enim dęmonum fundere dicitur, qui eripit eos quibus illi dominantur. Lauabitur aũt hoc sanguine, & purificabitur in regno dei, ut purificatus, & mundus effectus, possit ingredi sanctam ciuitatem dei: aperiente sibi ostium Christo Iesu domino nostro, imò qui est ostium ciuitatis ipsius dei. Cui est gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

De summa numeri filiorum Israel. Homilia XXVI Cap. XXXI

D IFFERENTIAS esse profectuum, & meritorum in populo fideliũ, si quis diligentius intendat lectioni, multis in locis diuinis in uoluminibus deprehendet. Non minus autem hæc & ex præsenti lectione colligimus de eo ꝙd scriptum est: Et accesserunt ad Moysen omnes qui constituti erant principes per tribus in exercitu, tribuni, & centuriones, & dixerunt ad Moysen. Nos pueri tui collegimus summam uirorum bellatorum nostrorum, & non dissensit ex nobis quisquam, & obtulimus munus domino, unusquisq; uir quodcunq; inuenit uas aureum, torquem, aut uiriolam, aut anulum, aut dextrale, aut catenulam, ad propitiandum pro nobis coram domino.] Loquuntur ergo ad Moysen electi principes, qui cõstituti sunt super exercitũ, & pro bene gestis rebus munera offerunt deo dicentes. Nos pueri tui sumus, qui accepimus summam bellatorum filiorum Israel. Dicunt autẽ summã bellatorum illorũ duodecim milia uirorum, qui electi sunt ex omnibus tribubus Israel, ut cõfligerent aduersus Madianitas. Sunt ergo in populo dei bellatores multi, sunt & imbelles plurimi: & rursus inter bellatores sunt quidam, qui appellantur summa bellatorũ, eminentiores sine dubio ijs qui bellatores dicuntur, sicut & eminentiores sunt ab imbellibus bellatores. Et rursus sunt aliqui celsiores ab ijs, qui summa bellatorum dicti sunt: ij scilicet q cõstituti sunt super eos principes, & prelati singulis quibusq; milib. electorũ. Est ergo multa diuersitas in eo ordine, q bellatores appellañ. Sed & inter ipsos imbelles est nihilominus aliqua differẽtia. Nec ipsi eñ æqualiter, & uno ordine oñes appellañ imbelles. Quidã enim ita imbelles sunt, ut nunq; possint fieri bellatores, ut est senilis ætas, & omnis fœmineus sexus, sed & cõditio seruilis. Puerilis uero ętas ita imbellis est, ut spẽ gerat aliqñ fieri bellatrix, scilicet cum occurrit in uirum perfectum, in mensuram ætatis, tunc non solum bellatores fieri ex pueris, sed & in summam bellatorum uenire se sperant, & esse electi, & in duodecim milib. numerari, uel etiã præferri, & esse principes electorũ. Cõsidera nũc prẽsentis seculi statũ, & uide omnia bellis repleta, omnẽq; humanã uitã in uisibilib. prælijs, & impugnationibus dæmonũ perurgeri: in populo uero dei esse quosdã ita robustos fide, armatosq; uirtutib. ut aduersum huiusmodi hostes quotidie bella

conficiant

cõficiant,& ſemper in procinctu poſiti nõ ſolum ſemetipſos,ſed cæteros qui uel per ſexum,uel per ætatẽ,uel per ſeruitutis conditionẽ pugnare nõ poſſunt, ab hoſtiũ tueant inſidijs,uerbo doctrinæ eos,exemploq; uitæ,& cõmonitionũ ſedulitate munientes:ſi tamen nõ deſit eis fides.Siue em̃ bellatores,ſiue imbelles,impoſſibile eſt ſaluari ſine fide. Inter ipſos tamẽ bellatores,eos duntaxat qui militant deo,conſidera alios ita eſſe paratos & expeditos ut nullis ſe implicent omnino negotijs ſecularibus, ut placere poſſint ei,cui ſe probauerũt,ſed in lege dei meditari die ac nocte. Iſti ergo qui huiuſmodi ſunt, ſumma bellatorũ appellant.Denicq non eſt dictum de cõmuni numero bellatorũ, quia nemo in eis diſſenſit,ſed de ijs dictũ eſt, qui ſumma bellatorũ nominati ſunt. In iſtis em̃ qui tales ſunt,nulla diſſenſio,nulla diſcordia.Ipſi enim ſunt iſti,de quibus dictũ eſt:Erat aũt credentiũ cor & anima una,nec quiſquã eorũ aliquid propriũ dicebat,ſed erant illis omnia cõmunia.Iſti ſunt ergo ſumma bellatorũ, in quibus nemo diſſenſit. Iſti ſunt qui auri plurimũ pugnando ceperũt, & om̃e aurũ,atq; omne ornamentũ, ſiue capitis, ſiue brachiorũ,ſiue etiã digitorũ,id eſt quicquid in intellectibus,quicquid in operib.habẽt, deo offerunt.Sciunt em̃ quia munera eius data eius ſunt, & ideo non diſſentit in eis nec unus.Nec em̃ poſſent munera offerre deo,poſiti in diſſenſione. Iſtos puto eſſe ſecundũ euangeliũ,qui præceptũ illud diligenter obſeruant,quod mandat dominus & ſaluator: Si aũt offers munus tuũ ad altare,& rememoratus fueris q̃a frater tuus habeat aliq̃d aduerſum te,relinque ibi munus tuum ad altare,& uade prius recõciliari fratri tuo,& tunc ueniens offeres munus tuũ, quò ſcilicet leuet manus ſuas ad deũ ſine ira & diſſenſione. Iſti ſunt ergo qui dicunt,collegimus ſummã uirorũ bellatorũ noſtrorum,& nõ diſſenſit ex nobis quiſq;, & obtulimus munus domino. Diſcenda igitur nobis magnopere eſt cõſonantia diſciplinæ: quia tanquã in muſicis,ſi harmonia chordarũ fuerit cõſonanter aptata,ſonũ ſuauẽ modulati carminis reddit:ſi uerò ſit aliqua in fidibus diſſonantia, ingratiſſimus ſonus reddit,& carminis dulcedo corrũpitur:ita & ij q̃ deo militãt, ſi diſſenſiones & diſcordias inter ſe habeãt,ingrata erũt omia,& nihil acceptũ deo uidebit, etiã ſi multa bella conficiant,etiã ſi ſpolia multa deferãt,& multa munera offerant deo. Dicetur em̃ ad eos,depone munus tuũ ad altare,& uade prius recõciliari fratri tuo,ut poſſis & tu inter eos q̃ ſumma ſunt uirorũ bellatorũ,numerari, & dicere, q̃a nõ diſſenſit ex nobis quiſq;. Ego etiã amplius aliquid dico.Niſi talis fueris, ut in nullo diſſentias à mandatis dei,nec in aliquo diſcrepes ab euãgelicis præceptis, nõ poteris ſuperare inimicũ. In eo em̃ ipſo iã uictus es in quo diſſentis: & per hoc ipſum ſuperaris à diabolo, in quo diſcordas à deo.Si aũt uis uincere inimicũ,& eſſe ſumma bellatorũ,adhære deo,& cõcorda cũ ipſo,ſicut ille qui dicebat:Quis nos ſeparabit à charitate dei? Tribulatio, an angu Rom.8
ſtia,an fames,an nuditas,an periculũ,an gladius? Et iterũ:Neq; uita,neq; mors, neq; inſtantia,neq; futura,neq; altitudo, neq; profundũ, neq; creatura alia poterit nos ſeparare à charitate dei,quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Iſte talis in nullo omnino diſſentit,iſte talis poteſt uincere Madianitas,& interficere oẽs peccatores terrę,& perdere omnẽ imaginẽ eorũ de ciuitate dñi.Et ego ergo debeo de meipſo,& de terra carnis meę perdere peccatores,& interficere fornicationẽ,immũditiã,paſſionẽ,cõcupiſcentiã malã,& auaritiã.Iſti em̃ ſunt peccatores terræ meæ,quos tũc demũ exterminare potero, & interficere,ſi nõ diſſentiã à mãdatis dñi: & tũc uere dignus ero, qui offerã deo munera. Omne uas aureũ,torquẽ,inquit,aut uiriolã, aut anulũ,aut dextrale, aut catenulã. Torquis ornamentũ ſapiẽtiæ eſt.In prouerbijs em̃ de ſapiẽtia dicitur, quod q̃ acquiſierit eã Prou.1
torquẽ aureã ponat circa collum ſuũ. Viriola & anulus,ornamẽta ſunt manuũ, in quib. operum ſignant indicia.Similiter & dextrale.Catenulæ uero, uerbi & doctrinæ cõnexiones declarãt.Ad propitiandũ,inquit,deũ pro nobis.Si dicamus ꝓpter aurũ deũ propitium fieri hominibus,uide q̃ abſurdum imò q̃ impium iudicet.Hoc enim etiã in uiro bono notabile ducitur,ſi accepto auro ab inferioribus placet. Quanto ergo magis hęc de deo ſentire nõ cõuenit? Vnde puto expoſitiõis huius eccleſiaſticæ magis cõſtare rationẽ,quæ per auri ſpecies indicari docet animi uirtutes,& bonorũ operũ geſta,quæ ſola offerri deo ab hominib.dignũ eſt,& ꝓ quib.ſolis propitiũ fieri deũ hominibus decet. Et accepit,inquit,Moyſes,& Eleazar ſacerdos aurum ab omnib.tribunis,& centurionibus,& intulit illud in tabernaculũ teſtimonij, memoriale filijs Iſrael corã domino.]

Vides quia quæ dicuntur,nõ ad conſpectũ uiſibilem,ſed ad mentis memoriã referunt. Beatus em̃ eſt ille qui recordatur ſe boni aliquid operis egiſſe corã domino, & obtuliſſe munera beneplacita deo,animi uirtutes,& ornamẽta pietatis.Poſt hęc ſequitur hiſtoria de hæreditate Ruben,& Gad,& dimidię tribus Manaſſe:de qua proponẽtes aliqua diſſerere,uolumus prius auditorũ diligentiã cõmonere,& animos eorũ ad contemplationẽ ſpiritalis intelligentiæ ſuſcitare. Omnia quæ dicuntur nõ ſolum ex ipſo qui dicit ſermone penſanda ſunt,ſed & perſona dicentis magnopere cõſideranda eſt. Verbi gratia:ſi puer eſt qui loquitur,animos noſtros ad auditũ eloquij pueriles aptamus,nec plus aliquid in ijs quæ dicũtur,niſi inquantũ ſentire puer potuit,expectamus.Si uerò qui loquitur uir eſt,continuo cõtemplamur ſi uiro digna ſunt, quæ dicunt.Et rurſus ſi uir ille eruditus ſit qui dicit,pro eruditionis eius intuitu etiã dicta penſamus. Si uerò uir quidẽ ille eſt,imperitus tñ & idiotes,aliter quæ dicunt accipimus. Sic item ſi ſit ſenior qui loquit̃,& multæ ac probatæ peritiæ,utpote qui in eruditionib. cõſenuerit,lõge maior in eo dictorũ habebitur expectatio.Cur aũt iſta præmiſerimus, hiſtoriã hæreditatis Rubẽ & Gad & dimidiæ trib. Manaſſe exponere uolẽtes,auſculta.Qui hæc geſta narrat quæ legimus,neq; puer eſt,qualem ſupra deſcripſimus,neq; uir talis aliquis,neq; ſenior,nec omnino aliquis homo eſt:& ut amplius aliquid dicam,nec angelorũ aliquis, aut uirtutũ cœleſtiũ eſt,ſed ſicut traditio maiorũ tenet,ſpiritus ſanctus hæc narrat. Vnde em̃ poterat Moyſes,uel quæ ab origine mũdi geſta ſunt,uel quæ in fine eius erãt gerenda narrare,niſi per inſpirationẽ ſpiritus dei? Vnde potuiſſet prophetare de Chriſto,niſi loquẽ
Ioan.5 te ſpiritu ſancto? Sic em̃ & ipſe Chriſtus ei teſtimoniũ reddit,et dicit:Si crederetis Moyſi,crederetis utiq; & mihi.De me enim ille ſcripſit.Si aũt illius literis nõ creditis,quomodo meis uerbis credetis? Conſtat ergo ea per ſpiritum ſanctum dicta,& ideo conueniẽs uidetur hæc ſecundum dignitatem,imò potius ſecundum maieſtatem loquentis intelli
Luc.15 gi.Sed & illud hoc in loco memorare aptiſſimum duco, quod Abrahã cũ audiret illum diuitem poſitum in tormẽtis rogare ſe ut dimitteretur, & ueniens moneret fratres ſuos pie uiuere,ne & ipſi in locum illum deſcenderent tormentorũ,reſpondit ei, quia habẽt Moyſen & prophetas,audiãt illos. Nõ utiq; homines aliquos dicebat in corpore poſitos Moyſen & ꝓphetas,ſed hæc quę per Moyſen ſpiritu dei dictãte ſcripta ſunt, Moyſen ea nominauit.Dicat ergo aliquis:cũ hęc ita ſcripta ſint, ſi Abrahã me ad Moyſis dicta tranſmittat,ut legens ea poſſim illum locũ euadere tormentorũ,quid me iuuabit ad effugiendã gehennam,ſi legã qũo filij Rubẽ,& filij Gad, & dimidia tribus Manaſſe hæreditatẽ capiũt à Moyſe trãs Iordanẽ,quia erãt illis pecora multa præ cæteris tribub. & quia dicit ad eos Moyſes. Videte ne exacerbetis deũ ſicut & illi decẽ q̃ miſſi ſunt cũ Ieſu & Caleb explorare terrã, & dicebãt, ꝙa terra talis,& talis eſt,& nõ poſſumus eã capere:Et quia ad hæc reſponderunt filij Ruben, & cæteri cũ ipſis. Da nobis terrã hanc, & hæreditatẽ eius,& nõ quæremus iam intra Iordanẽ hæreditatis terrã cũ fratrib. noſtris, ſed hic relinquemus iumenta noſtra,& ſarcinas noſtras,& mulieres noſtras,& infantes noſtros. Viri autem noſtri ibunt pariter & trãſibunt Iordanẽ.Et quia poſt hæc Moyſes cõmendat eos Ieſu filio Naue,& Eleazaro ſacerdoti filio Aaron,ſub ea tamen conditione,ut tranſeant cũ filijs Iſrael & pugnent cum eis aduerſus hoſtes qui erant trans Iordanem,donec liberetur ab eis terra,& tũc accipiant terram quã popoſcerunt, regis Seon & regis Og,atq; ipſis ſolis per Moyſen detur hæreditas extra Iordanẽ,cęteris aũt omnibus per Ieſum intra Iordanẽ.Dicet ergo aliquis,quid iſta ꝓſunt ad hoc ꝙd dixit Abrahã habent Moyſen & prophetas,audiant illos? Quo ſcilicet hęc legẽtes & audiẽtes,in locũ illũ nõ deueniãt tormentorũ.Hęc aũt diximus excitãtes animos audientiũ,ut uigilãtius ijs quæ leguntur, uel dicũtur intendant,& in Moſei literis remoto literæ uelamine ita intelligãt quæ ſcripta ſunt,ut ſingulis quibuſq; ea dici inueniãt, quæ ſi intelligant̃ & obſeruentur,poſſit auditores non ad illũ locũ tormenti deduci,quo dies ille,qui audire hæc quæ in ſecreto ſunt ſcripta contempſit, abductus eſt, ſed in ſinum eant Abrahã ubi Lazarus requieſcit.Oremus ergo dominum,ut auferatur uelamen à cordib.noſtris de lectione ueteris teſtamẽti,ut ea quæ abſcõdita ſunt & occulta in Moſei literis, uidere poſſimus,ſecundũ prophetę cõmonitionẽ dicẽtis:Et niſi audieritis occulte,plorabit anima ueſtra.Et quidem quod hæc myſtica ſint, & diuinum aliquẽ ſenſum contineant,

puto

putò quod ex ijs quæ superius asserta sunt, nullus possit ambigere, quãuis sit ille Iudaicis fabulis insatiabiliter deditus: tamen sicut hoc neminem negare, puto, ita quæ sint illa quæ ex istis narrationibus indicentur, & quæ rerũ facies sub hoc uelamine contegat, ad liquidũ scire, ipsius puto esse sancti spiritus qui hæc inscribi inspirauit: & dñi nostri Iesu Christi, qui de Moyse dicebat, de me em ille scripsit: & omnipotẽtis dei, cuius cõsiliũ antiquum humano generi non nudũ, sed uelatum literis indicatur. Nos autẽ oremus ex corde uerbũ dei, qui est unigenitus eius, & qui reuelat patrẽ quibus uult, ut et nobis hęc reuelare dignet: sunt em in his repromissionũ mysteria, quę repromisit diligentibus se: ut sciamus & nos quæ à deo donata sunt nobis. Sed & uos iuuate nos in orationibus, & diligenter intendite, nõ tam nobis dicentibus, cũ domino illuminanti eos, quos illuminatione sua dignos inuenerit. Quorũ cõtẽplatione etiã nobis dare dignet uerbũ in adapertionẽ oris nostri. Sed age iam si corda erexistis ad dominũ, & uerbi eius sancti illustrationẽ petijstis, ad perscrutandũ sensum eorum quæ uidentur latere, ueniamus. Exeũdi de Aegypto figurã duobus modis accipi, & à prioribus nostris & à nobis sæpe iã dictum est. Nam & cũ quis de errorũ tenebris ad agnitionis lumen deducit, & de terrena cõuersatione ad spiritualia instituta cõuertit, de Aegypto uidet exisse, & uenisse ad solitudinẽ: ad illum uidelicet uitæ statum, in quo per silentiũ & quietẽ exerceatur diuinis legibus, & eloquijs cœlestib. imbuatur: per quæ institutus & directus, cũ Iordanẽ transierit properet usq; ad terram repromissionis, id est per gratiã baptismi usq; ad euãgelica instituta perueniat. Sed & illã figuram esse diximus exeũdi de Aegypto, cũ relinquit anima mundi huius tenebras, ac naturæ corporeæ cęcitatẽ, & transfert ad aliud seculũ: quod uel sinus Abrahæ, ut in Lazaro, uel paradisus, ut in latrone qui de cruce credidit, indicatur: uel etiam siqua nouit deus esse alia loca, uel alias mãsiones, per quæ transiens anima deo credens, & peruenies usq; ad flumen illud quod lætificat ciuitatem dei, intra ipsum sortẽ promissæ patribus hæreditatis accipiat. Igit cũ duplici (ut memorauimus) modo egressus designet ex Aegypto, & transitus ad desertũ, atq; inde ingressus ad sanctæ terræ hæreditatẽ, uideamus nunc quid sibi uelit Ruben & Gad, & dimidia trib. Manasse. Hæreditas quę per Moysen traditur, & extra Iordanẽ decernitur, in duodecim tribubus filiorũ Israel, occultis quibusdam & mysticis rationibus totius humani generis figuram complectitur, uel omnium certe hominũ, qui ad agnitionem dei uenerũt. Horũ ergo pars aliqua extra Iordanem hæreditatem consequitur per Moysen, pars uerò trãs Iordanem, & hæreditatẽ suscipit in terra repromissionis per Iesum. Et illi quidem, quib. extra Iordanẽ hæreditas decernitur, primitiui sunt: licet minus nobiles, licet nõ inculpati, primitiui tñ sunt. Ruben enim est primogenitus Iacob: licet contaminauerit thorum patris, primogenitus tamẽ est. Sed & Gad, licet ex ancilla, tamen & ipse primogenitus est. Manasse quoq;, cuius dimidia tribus extra Iordanẽ consequitur, & ipse licet de Aegyptia natus, primogenitus tamen est. Omnes ergo isti primogeniti sunt, & ideo priorem populũ designãt, qui nõ per Iesum dominũ nostrũ, sed per Moysen extra Iordanẽ sortẽ hæreditatis accipiunt. Considera aũt diligentius etiã causam, qua priores & extra Iordanẽ, & sequestrati à cæteris consequunt hæreditatẽ: lumenta, inquiunt, & pecora multa sunt nobis. Hæc ergo causa est, quia prior populus ad hæreditatẽ illius terrę, quę lacte fluit, quæ melle abũdat, quæ fauus mellis est præ omni terra, nõ potuit peruenire, nec uerbũ carnẽ factum potuit agnoscere, quia multa iumẽta habebant, & multa pecora. Animalis enim homo nõ potuit percipere quæ sunt spiritus dei, nec spiritaliter dijudicare. Quia homo in honore cũ esset, nõ intellexit, sed cõparatus est iumẽtis insipientibus, & similis factus est ijs pro quibus hæreditatẽ suam extra Iordanis fluenta percepit, & à terra se sancta fecit alienum. Ille ergo populus accepit hæreditatẽ per Mosen, accepit terrã duorũ regum tantummodo. Non enim amplius potuit Moyses interficere nisi duos reges, quorum terrã diuideret populis multa animalia multaq; pecora habẽtibus. Illis uerò qui Iordanẽ transeunt, Iesus diuidit terram, quãuis habeãt etiam ipsi animalia, habeant pecora, nõ tamen tanta, quæ eos excludant ne Iordanẽ transeant, sed cũ ipsis & mulieribus, & cum infantibus suis contendunt transire Iordanẽ, & ad patrum perue nire promissa. Illi aũt propter pecora & iumenta, & mulieres suas, & infantes non potuerunt transire Iordanẽ, nec ad fidẽ Christi, quæ est terra repromissionis, intrare. Increpat tamen

1 Cor. 2
Psal. 48

pat tamen Moyſes, & dicit ad filios Ruben, & ad filios Gad: Fratres ueſtri pergẽt ad prę lium, & uos ſedebitis hic? Et quare peruertitis corda filiorũ Iſrael, ut nõ tranſeant in ter ram, quam dominus dat eis? Et cum increpuiſſet eos huiuſmodi uerbis, acceſſerunt, inquit, ad eum filij Ruben, & filij Gad, & dicebant: Ouilia ouibus fabricabimus hic, & pecoribus, & ciuitates impedimentis noſtris, & nos armati prima turma incedemus ante filios Iſrael uſquequo perducamus eos in ſuũ locum. Et hæc promittentes mitigauerũt Moyſen, ita ut ipſe eos cõmendaret Ieſu & Eleazaro. Ita enim ſcriptum eſt: Et adhibuit illos Moyſes ad Eleazarum ſacerdotem, & Ieſum filium Naue, & principes familiarum tribuum Iſrael. Et ait ad eos Moyſes. Si tranſierint filij Ruben, & filij Gad uobiſcum Iordanem omnis armatus ad prælium coram domino, & obtinueritis terram in conſpectu ueſtro, dabitis eis terrã Galaad in poſſeſſionem.] Terræ nomen in ſcripturis diuinis poſitũ diuerſis ſignificationibus inuenimus, & primo quidem terra hæc in qua habitamus, nõ ex initio terra uocitata eſt, ſed arida: & poſt hæc quæ prius dicta fuerat arida, terra nomen accepit: ſicut & cœlum iſtud uiſibile, non ab initio cœlũ dictum eſt, ſed prius firmamentum, poſt etiam cœli uocabulo nuncupatum eſt. In principio tamen creaturę cœlum & terram feciſſe dicitur deus, & poſtea aridam, & poſtea firmamẽtum. Vis autẽ
Agg. 2 ſcire quia aliud ſit in ſcripturis arida, aliud terra? Audi Aggeum prophetã dicentẽ: Adhuc ſemel & ego mouebo cœlum & terram & mare & aridã. Vides quomodo prophe ta aliud ponit terram & aliud aridam. Sed & in multis ſcripturæ locis inuenimus terram laudabilem nominari: aridam uerò non facile legimus laudabilem poni. Nam & Adam in hunc locum quaſi culpabilis poſt peccatum detruditur, qui arida nominatus eſt. Antea enim non fuit in arida, ſed in terra. Paradiſus nanq; nõ eſt in arida, ſed in terra. Sed &
Matt. 5 manſuetis quod repromittit dominus in euangelio, nõ eſt arida, ſed terra. Beati enim, inquit, manſueti, quoniam ipſi hæreditabunt terram. Et iterum in euangelio, ſemen quod dat fructum centeſimum, ſexageſimum, & triceſimum, terra dicitur eſſe nõ arida. Et puto quia profectus quidam ſit ab arida ad terram ueniendi, ſicut & profectus quidã fuit ut hæc arida terra uocaretur. Omnes enim nos, donec infructuoſi ſumus, & nullum iuſtitiæ fructum, nullum pudicitiæ, nullum pietatis afferimus, arida ſumus. Si autẽ noſmet ipſos cœperimus excolere, & ad uirtutum frugem deſides animos ſuſcitare, terra efficimur ex arida, quæ uerbi dei ſuſcepto ſemine læta fruge multiplicet. Eſt ergo quædã etiã in regno dei terra, quæ manſuetis repromittitur, & terra quæ uiuentium nominatur, & terra in excelſis poſita de qua ad iuſtũ dicit propheta: Et exaltabit te ut hæreditẽs terrã. Iſtius ergo terræ hæreditatem poſteaquam de mundi huius Aegypto exierit deo credens anima conſequitur: & alibi quidem ij, qui ſub lege uixerunt, alibi autem qui per Ieſu Chriſti fidem & gratiam diſpenſati ſunt. Veruntamen ij qui uidẽtur primi, & per Moſen diſpenſati, non prius conſequẽtur hæreditatem ſibi decretam, quã Moſeo duce meruerunt, niſi & ipſi tranſeant cum ijs quos Ieſus diſpenſat, & pugnent cum eis cõtra inimicos, & collocent eos in ſedibus ſuis, & ita ipſi conſequẽtur hæreditem quam Moſeo duce meruerunt. Sed hæc niſi ex ſcripturis diuinis approbentur, fabulæ uidebũtur. Paulus ergo horum producatur in medium idoneus teſtis, qui in epiſtola ad Hebræos, ubi deſcribit omnes illos patres, & patriarchas, ac prophetas, qui per fidẽ placuerunt deo,
Heb. 11 poſt enumerationẽ cunctorum, in ultima concluſione ſic dicit de eis: Et ij omnes teſtimonio fidei accepto nõ perceperunt repromiſſiones, deo ꝓ nobis melius aliq̃d ꝓuidẽte, uti ne ſine nobis conſummarentẽ. Quaſi dicerent iſtæ nouẽ & ſemis tribus de illis duabus & ſemis tribub. qa ꝓpterea nõ ceperũt promiſſiones terræ illius, quæ eis extra Iordanẽ per Moſen decreta eſt, deo pro nobis aliquid melius prouidente, uti ne ſine nobis conſummarentur. Propterea ergo tranſeunt nobiſcũ armati ad prælium, & iuuant nos ad belligerandum, ad expugnandos inimicos. Sed illi tranſeunt qui armati ſunt, qui uiri fortes ſunt & potẽtes: cęteri uerò, ignaua manus & imbellis, remanẽt extra Iordanẽ. Si qui aũt in ipſis uiri fortes ſunt, relictis animalibus & pecoribus & omnib. impedimẽtis, pugnant aduerſum hoſtem nobiſcum uſquequo uincãtur inimici noſtri, uſquequo hæreditatẽ terræ bonæ, terræ mellis lactiſq; capiamus. Quis enim dubitat quod ſancti quiq; patrũ, & orationibus nos iuuent, & geſtorũ ſuorum confirment atq; hortentur exemplis, ſed & uoluminibus ſuis, per ea quæ nobis ad memoriã ſcripta reliquerunt docẽ

tes nos

tes nos,& instruentes qũo aduersum inimicas potestates dimicandũ sit,& qũo agonum toleranda certamina? Pugnant ergo pro nobis & ipsi, incedunt primi ante nos armati. Ipsos enim nos habentes ad exemplum,& uidentes eorum per spiritum fortia facta,armamur ad prælium spiritale, & aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus dimicamus. Sic denicp qui sub Iesu duce militant, triginta & eo amplius reges perimunt, & terras eorum sorte hæreditatis accipiunt. Depulsis nancp spiritalibus nequitijs de cœlestibus, hæreditatem regni cœlestis à Iesu domino nostro percipiũt. Potest & tertius adhuc expositionis uideri modus,ut in filijs Israel,id est in populo ecclesię intelligantur quidam esse spirituales,& intra Iordanem percipere hæreditatem terræ fluuentis lac & mel: sapiẽtiæ scilicet & scientiæ capientes dulcedinem, quorum terra flumine Dei quod repletum est aquis diuinæ intelligentiæ,circundatur & rigatur. Alij autem sunt carnales, qui iumentis & pecudibus,id est crassis & stolidis sensibus abundant: sicut erant illi de quibus dicebat Apostolus: Ita insensati estis,ut cũ spiritu cœperitis,nunc carne perficiamini:& ô insensati Galatæ quis uos fascinauit ueritati non obedire? Sed & unusquisqp nostrum,nisi se armauerit,& abiectis brutis & beluinis sensibus ad spiritalem intelligentiam properauerit,remanebit extra Iordanem, nec poterit per sapientiæ flumen incedere,quod lætificat ciuitatem dei,id est animam dei capacem: non assequetur eloquiorum domini interiora, quæ sunt dulciora super mel & fauum, sed illam tantummodo consequetur terram,in qua duo reges occisi sunt,ubi dicatur ei: Nihil aliud iudicaui me ipsum scire inter uos nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Qui autem potuerit trãsire Iordanem,& ad interiora penetrare,ibi Iesum dominum nostrum sequens, interficiet triginta,& eo amplius reges,illos fortassis de quibus dicitur,quia adstiterunt reges terræ,& principes congregati sunt in unum,aduersus dominum,& aduersus Christum eius. Depulsisqp ijs regibus & prostratis,agnoscet secretiora mysteria,usquequo ueniat ad illum locum ubi sedes dei est & Hierusalẽ ciuitas dei uiuentis, non ista quæ seruit cũ filijs suis in terris,sed illa cœlestis, quæ libera est, & mater omnium nostrum. Ad cuius nos hæreditatem perducere dignetur dux & dominus noster Iesus Christus. Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De mansionibus filiorum Israel. Homilia XXVII Cap. XXXIII

C VM conderet deus mundum innumeras creauit ciborum differentias, pro diuersitatibus scilicet uel humani desiderij,uel naturæ animalium. Vnde nõ solum homo cum uiderit animaliũ cibum scit eum non pro se,sed pro animalibus creatum,sed & ipsa animalia agnoscunt proprios cibos:& alijs quidem (uerbi causa) utitur leo,alijs ceruus, alijs bos, alijs uerò aues. Sed & inter homines sunt quædam differentiæ in appetendis cibis:& alius quidem qui bene sanus est & habitudine corporis ualens,fortem cibum requirit,& credit confiditqp se edere omnia uelut robustissimi quicp athletarum. Si quis uerò inferiorem se sentit & inualidum,delectatur oleribus, & fortem cibum pro sui infirmitate non recipit. Si uerò sit aliquis paruulus, etiam si uoce indicare non possit,re tñ ipsa nullã aliã quàm lactis requirit alimoniã. Et ita unusquisqp uel pro ætate uel pro uiribus,uel pro corporis ualetudine, aptũ sibi & cõpetentem uiribus suis expetit cibum. Si sufficienter rerum corporalium consideraſtis exemplum, uunc ab ijs ad intelligentiam spiritalium ueniamus. Omnis natura rationabilis propríjs & sibi competentibus nutriri indiget cibis. Cibus autem uerus naturæ rationabilis,sermo dei est. Sed sicut in nutrimentis corporis multas paulo ante dedimus differentias, ita & natura rationabilis,quæ ratione & uerbo dei (ut diximus) pascitur, non omnis uno atque eodem uerbo nutritur. Vnde ad similitudinem corporalis exempli est aliquibus etiam in uerbo dei cibus lactis,apertior scilicet simpliciorqp doctrina, ut de moralibus esse solet,quæ præberi consueuit ijs,qui initia habent in diuinis studijs, & prima editionis rationabilis elementa suscipiunt. His ergo cum recitatur talis aliqua diuinorum uoluminum lectio,in qua non uideatur aliquid obscurum,libẽter accipiunt: uerbi causa,ut est libellus Hester,aut Iudith,uel etiã Thobiæ,aut mãdata Sapiẽtiæ. Si uerò legatur ei liber Leuitici,offendit cõtinuo animus, & quasi non suũ refugit cibũ. Qui eñ uenit ut disceret deũ colere,iustitiæ ac pietatis eius præcepta suscipere,audit mãdata de sacrificijs dari,& immolationum ritus doceri,quomodo non cõtinuo auertit auditũ,&

tanquam nõ ſibi aptum cibum recuſat? Sed & alius cum leguntur euãgelia, uel Apoſtolus, aut pſalmi, lætus ſuſcipit, libenter amplectitur, & uelut remedia quædã infirmitatis ſuæ inde colligens gaudet. Huic ſi legatur Numerorũ liber, & iſta maxime loca quę nũc habemus in manibus, nihil hæc ad utilitatẽ, nihil ad infirmitatis ſuę remediũ, aut animę ſalutem prodeſſe iudicabit: ſed continuo refutabit, & reſpuet tanquam graues & onerоſos cibos, & qui ægrę atq; inualidę non competant animæ. Sed ſicut, uerbi gratia (ut iterum ex corporalibus repetamus exempla) leoni ſi detur intellectus, non cõtinuo culpabit abundantiã herbarum creatam, quia ipſe crudis carnibus ueſcitur, nec dicet illas ſuperfluo à cõditore productas, quia ipſe earum cibo non utitur: nec iterum homo ga pane alijs q; aptis ſibi utitur alimonijs, culpare debet cur fecerit deus ſerpẽtes, quos cibũ uideat prębere ceruis: nec q; ouis, aut bos culpare (uerbi cauſa) quod alijs animalibus carnibus ueſci datum eſt, cum ipſis ad edendũ gramina ſola ſufficiant: Ita ergo & in cibis rationabilib. diuinorũ dico uoluminũ, nõ cõtinuo aut culpanda aut refutanda eſt ſcriptura, quæ difficilior aut obſcurior ad intelligendũ uidetur, uel ea cõtinere, quib. ſiue incipiens & paruulus, ſiue infirmior & minus ad intelligenda omnia ualidus uti nõ poteſt, nec cõferri ſibi ex ijs utilitatis aliquid exiſtimat aut ſalutis: ſed cõſiderare debet, quia ſicut ſerpens, & ouis, & homo, ac fœnũ, dei creatura ſunt omnia, & diuerſitas iſta ad laudem ſpectat & gloriam creatoris, quod competentem & in tempore unicuiq; eorũ pro quibus creata ſunt uel præbeant uel capiant cibum, ita & hæc omnia quæ uerba dei ſunt, & in quibus diuerſus pro captu animarum cibus eſt, unuſquiſq; prout ſanũ ſe & ualidũ ſentit aſſumat. Quamuis & ſi diligentius requiramus (uerbi cauſa) in euãgelij lectione, uel apoſtolica doctrina, in quib. delectari uideris, et in quib. tibi aptiſſimũ et ſuauiſſimũ deputas cibũ, quãta ſunt quæ te latent, ſi diſcutias, & perſcruteris mãdata dñi? Quod ſi ea quæ obſcura uidẽ & difficilia, refugienda ſunt protinus & uitãda, inuenies etiã in illis, in quib. ualde cõfidis, tam multa obſcura & difficilia, ut ſi hanc ſentẽtiã teneas, ſit tibi etiã inde recedendũ. Sunt tñ plurima in illis, quæ apertius & ſimplicius dicta ſunt, q; ut parui ſenſus ædificẽt auditorẽ. Hæc aũt in præfatione præmiſimus, ut ſuſcitemus animos ueſtros, quoniã quidẽ huiuſmodi lectio habetur in manibus, quæ difficilis ad intelligendum & ſuperflua uideatur ad legendũ. Sed nõ poſſumus hoc dicere de ſancti ſpiritus literis, quod aliquid in eis otioſum ſit aut ſuperfluum, etiam ſi aliquibus uidẽ obſcura. Sed hoc potius facere debemus, ut oculos mentis noſtræ, conuertamus ad eum, qui hæc ſcribi iuſſit, & ab ipſo horũ intelligentiã poſtulemus: ut ſiue infirmitas eſt in anima noſtra, ſanet nos ille, qui ſanat omẽs languores eius: ſiue parui ſenſus ſumus, adſit nobis cuſtodiens paruulos dominus, & enutriat nos atq; in mẽſurã ætatis adducat. Vtrũq; enim in nobis eſt, ut ex infirmis ad ſanitatem, & ex paruulis ad ætatem uirilẽ peruenire poſſimus. In nobis ergo eſt hęc à deo poſcere. Dei aũt eſt petentibus dare, & pulſantibus aperire. Sed ſatis ſit iſta præfatio, nunc iam ad lectionis ipſius quæ recitata eſt, ueniamus exordiũ, ut iuuante domino ſenſum quoq; eorum etiam ſi nõ ad liquidũ, ſummatim tñ colligere & explicare poſſimus. Ait ergo: Hę ſunt mãſiones filiorũ Iſrael, ex quo exierunt de terra Aegypti cũ uirtute ſua in manu Moyſi & Aaron. Et ſcripſit Moyſes profectiones eorũ, & manſiones per uerbũ domini. Et cætera. Audiſti quia ſcripſit hæc Moyſes per uerbũ dñi. Et quid uoluit dominus hæc ſcribi? Vt prodeſſet nobis aliquid ſcriptura hæc manſionum quas fecerunt filij Iſrael, aut nihil prodeſſet? Et quis audeat dicere quod ea quæ per uerbũ domini ſcribunt, nihil utilitatis habeãt, nec ſalutis aliquid conferant, ſed ſolam rem geſtam narrent, quæ tunc quidem præterierunt, nunc autẽ nihil ad nos ex eius reuelatiõe perueniat? Impia hæc & aliena à catholica fide ſentẽtia eſt, & eorum tantũmodo, qui legis & euangeliorũ negant unum ſolum ſapientẽ eſſe deum patrẽ domini noſtri Ieſu Chriſti. Quid ergo ex ijs mãſionib. fidelis ſentire debeat intellectus, ſummatim (prout tempus patitur) pertractare tentemus. Superior diſputatio, cũ nobis occaſionem dicendi de profectione filiorũ Iſrael ex Aegypto præbuiſſet, duplici ter diximus uideri poſſe ſpiritaliter exire unumquenq; de Aegypto: uel cũ relinquẽtes gentilem uitam ad agnitionem diuinę legis accedimus, uel cũ anima de corporis huius habitatione diſcedit. Ad utrunq; ergo iſtę mãſiones, quas nunc per uerbũ domini Moyſes deſcribit, aſpiciunt. Nã de illis quidem manſionibus, quas animæ corpore exutæ, in

immò corpore suo rursus indutę habiturę sunt, dominus pronũciauit in euãgelio dicẽs: Multæ mansiones sunt apud patrẽ meũ. Alioquin dicerẽ uobis, uado & præparabo uobis mansionẽ. Sunt ergo illic multæ mansiones, in quibus post seculi huius ærumnas, et Ægyptiã seruitutem fideles animæ requiescant. Sed nos pene immemores præfationis nostræ, subito auditum uestrũ ad alta & excelsa surreximus. Immò uerò redeamus ad ea quæ inter nos & in nobis gerũtur. In Ægypto erant filij Israel, in operibus Pharaonis regis luto ac latere affligebantur, donec ingemiscentes clamarẽt ad dominum, & exaudiens gemitum eorum mitteret eis uerbum suũ per Moysen, & educeret eos de Ægypto. Et nos ergo cum essemus in Ægypto, mundi dico huius erroribus & ignorantiæ tenebris, operantes opera diaboli, & in cõcupiscentijs & uoluptatibus carnis, miseratus est dominus afflictionem nostram: & misit uerbum suum unigenitũ filium, qui nos de ignorantia erroris ereptos, ad lucẽ diuinæ legis adduceret. Sed primo omniũ intuere mysterij rationẽ: quam qui diligenter obseruauerit, in scripturis inueniet in egressione filiorũ Israel de Ægypto quadraginta & duas habitas esse mansiones: & rursum aduẽtus domini & Saluatoris nostri in hunc mundum per quadraginta & duas generationes adducitur. Sic enim Matthæus euangelista commemorat dicens: Ab Abrahã usq; ad Dauid regem generationes quatuordecim. Et à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis generationes quatuordecim. Et à transmigratione Babylonis usq; ad Christũ, generationes quatuordecim. Istas ergo quadraginta & duas generationum mãsiones, quas Christus fecit ascendens in Ægyptum mundi huius, ipso numero quadraginta & duas mansiones faciunt, qui ascendunt de Ægypto. Et bene obseruanter posuit Moyses dicẽs: Ascenderunt filij Israel cum uirtute sua. Quæ est uirtus eorum, nisi ipse Christus, qui est uirtus dei? Qui ergo ascendit, cum ipso ascendit, qui ad nos inde descendit, ut illuc perueniat, unde ille nõ necessitate, sed dignatione descendit, ut uerum sit illud, quod dictũ est, quia qui descẽdit, ipse est & qui ascendit. Igitur in quadraginta duabus mãsionibus peruenium filij Israel usq; ad principium capiendæ hæreditatis. Principium uerò capiendæ hæreditatis fuit ubi Ruben & Gad, & dimidia tribus Manasse, accipiunt terrã Galaad. Constat itaque numerus descensionis Christi per quadraginta & duos patres secundũ carnem, uelut per quadraginta duas mansiones descendentis usq; ad nos, & per totidẽ mansiones ascensus filiorũ Israel usq; ad hæreditatis promissę principium. Quod si intelexisti quantũ sacramenti numerus iste descensionis, ascensionisq; contineat, ueni iã & incipiamus per ea quæ descendit Christus ascẽdere, & primã mansionem istam facere, quam ille nouissimã fecit, scilicet qui natus ex uirgine est: & hæc sit prima nobis mansio de Ægypto exire uolentibus, in qua relicto idolorum cultu, & dæmoniorũ non deorũ ueneratione, credimus Christum natum ex uirgine, & de spiritu sancto, & uerbũ carnẽ factum uenisse in hunc mundũ. Post hæc iam proficere, & ascendere ad singulos quosq; fidei & uirtutum gradus nitamur. Quibus si tandiu immoremur, donec ad perfectũ ueniamus, in singulis uirtutum gradibus mãsionem fecisse dicemur, usquequo ad summũ perueniẽtibus nobis institutionũ profectuumq; fastigium promissa cõpleatur hæreditas. Sed & anima cum de Ægypto uitæ huius proficiscitur, ut tendat ad terrã repromissionis, pergit necessario ad illas, quæ apud patrem ab initio præparatæ sunt mansiones. Quarum credo memor propheta dicebat. Hæc memoratus sum, & effudi super me animam meam, quoniam ingrediar in locũ tabernaculi admirabilis usq; ad domũ dei. Istæ sunt mansiones, & ista tabernacula, de quibus in alio loco dicit: Quàm amabilia sunt tabernacula tua domine uirtutũ: cõcupiscit & deficit anima mea in atria domini. Idcirco & in alio loco idem propheta dicit: Multũ peregrinata est anima mea. Intellige ergo si potes, quæ sint istæ peregrinationes animæ, in quibus cum quodã gemitu ac dolore peregrinari se diutius deflet. Sed hebescit harũ intellectus & obscuratur, donec adhuc peregrinatur: tunc autẽ uerius edocebitur, & uerius intelliget quæ fuerit ratio peregrinationis suæ, cum regressa fuerit ad requiem suam, id est ad patriam suam paradisum. quod sub mysterio intuens propheta dicebat: Conuertere anima mea in requiem tuã, quia dominus benefecit tibi. Sed interim peregrinatur & agit iter & cõficit mãsiones, utilitatis sine dubio alicuius causa per hæc dei promissionibus dispensata, sicut & quodã loco dicit: Afflixi te, & cibaui te manna in deserto, quod nescierũt patres tui, ut dignosceretur

Ioan. 14

Matt. 1

Eph. 4

Psal. 84

Psal. 115

Deut. 8

quid est in corde tuo. Istæ ergo mansiones sunt, quibus iter è terris agitur ad cœlũ. Et qs
ita inuenitur idoneus, & diuinorum cõscius secretorum, qui possit itineris istius & ascẽ
sionis animæ describere mansiones, & uniuscuiusq; loci uel labores explicare uel requi
es? Quomodo enim enarret quod primam & secundam & tertiam mansionem insequa
tur adhuc Pharao, insequantur Ægyptij, & licet non cõprehendant tamen insectentur,
& licet submersi sint, tamẽ insecuti sint? Quomodo enũciet quod saluus effectus dei po
Exod. 15 pulus, post aliquot mansiones primum cantauerit cãticum dicens: Cantemus domino,
gloriose enim glorificatus est, equũ & ascensorem proiecit in mare? Sed hæc ut dixi qui
per singulas mãsiones audeat aperire, & pro contemplatione nominũ qualitates quoq;
conijcere mansionum, nescio si aut sensus dicentis ad mysteriorum pondus sufficiat, aut
auditus capiat audientium. Quomodo enim uel occursus belli explicetur Amalechita
rum, uel diuersæ tentationes, & illi quomodo enarrentur, quorum artus ceciderunt in
deserto, & quod omnino non filij Israel sed filij filiorum Israel ad terram sanctam perue
nire potuerunt, & omnis ille uetus populus cecidit, quibus conuersatio & habitatio fue
rat cum Ægyptijs, solus autẽ nouus peruenit ad regnum qui ignorabat Ægyptios, exce
ptis sacerdotibus & leuitis? Si quis enim potuerit se in sacerdotum & leuitarum ordine
collocare, si quis potuerit nõ habere portionem in terris ullam, nisi solum dominũ, iste
non cadet in deserto, sed peruenit ad terram repromissionis. Vnde & tu si uis non cade
re in deserto, sed peruenire ad terram repromissionis patrum, sortem tuam non habeas
in terra, nec sit tibi aliquid cõmune cum terra. Portio tua sit dominus solus, & nunquam
cades. Agitur ergo ascensio de Ægypto ad terram repromissionis, per quã ut dixi my-
sticis descriptionibus edocemur ascensum animæ ad cœlũ ex resurrectionis ex mortuis
sacramento. Ponuntur autem & nomina mansionibus. Neq; enim conueniens uideba-
tur, ut omnis locus qui sub cœlo, siue montiũ, siue collium, siue camporum nominibus
uteretur: illa uerò ascensio qua anima ascendit ad regnum dei, mansionũ suarum nomi-
na non haberet. Habet nomina mansionum mysticis aptata uocabulis, habet & deducẽ
tem se non Moysen, & ipse enim quo iret ignorabat: sed columnam ignis & nubem: fili
um scilicet dei, & spiritum sanctũ, sicut & in alio loco propheta dicit: Ipse dominus du-
cebat eos. Talis ergo fiet beatæ animæ ascensus, cum submersi fuerint omnes Ægyptij,
& Amalechitæ, atq; uniuersi qui impugnauerant eam: & per singulas quasq; digrediẽs
mansiones, illas scilicet multas quæ dicũtur esse apud patrẽ, illuminatur amplius ex una
ad aliam ueniens, maiora semper illuminationis augmenta conquirit usquequo assueta
sit ipsius ueri luminis quod illuminat omnem hominem intuitum pati, & miræ maiesta-
tis ferre fulgorem. Si uerò ad secundam, de qua superius memorauimus, expositionem
redeamus: & animæ in hac uita positæ per hæc doceri intelligamus profectus, quæ con
uersa de gẽtili uita, non tam Moysen quàm legem dei, nec Aaron, sed sacerdotẽ illũ qui
permanet inæternum sequitur: antequam ad perfectum ueniat, in eremo habitat: ubi sci
licet exerceatur in præceptis domini, & ubi fides eius per tentationes probetur. Vbi cũ
uicerit unam tentationem, & fides eius in ea fuerit probata, inde uenit ad aliam, & quasi
de una mansione ad alteram trãsit, & ibi cum obtinuerit quæ acciderint, & fideliter tule
rit pergit ad aliã: & ita per singula quæq; tentamẽta uitæ ac fidei prosecutus, mansiones
habere dicitur: in quibus per singula uirtutũ quæruntur augmenta: & impletur in ijs il-
Psal. 84 lud quod scriptũ est: Ibunt de uirtute in uirtutem, usquequo perueniatur ad ultimũ, imò
ad summum gradum uirtutum, & transeatur flumen dei, ac promissa suscipiatur hæredi
tas. Duplici igitur expositione utentes, omnem hunc qui recitatus est considerare debe
mus ordinem mansionũ, ut ex utroq; sit animę nostræ profectus, agnoscẽtibus ex ijs uel
hæc uita quæ ex cõuersione erroris legem dei sequit̃, qualiter agi debeat, uel futurę spei
quæ ex resurrectione promittit̃, quanta sit expectatio. Sic enim puto quod in ijs quæ le
guntur, digna sancti spiritus legibus intelligẽtia doceatur. Nam scire in deserto illo qui
dictus sit locus ille, ubi (uerbi gratia) applicuerunt tunc trãseuntes filij Israel, quid mihi
utilitatis affert, aut quid legẽtibus ex hoc profectus, & legem dei die ac nocte meditãti
bus conferatur? maxime cum uideamus tantam fuisse curam domino de istis mansioni-
bus perscribendis, ut descriptio earum secundo iam loco diuinis legibus inderetur. Cõ-
memorata sunt enim nomina ista, licet in nõnullis immutata, iam tunc cum per loca sin

gula

gula eleuasse dicuntur filij Israel de illo loco, & applicuisse: sed & nunc iterū per uerbū domini describi iubētur à Moyse. Vnde & hoc ipsum quod secundo repetit̄ ista descriptio, satis congrue mihi uidetur ad mysteriū expositionis huius quam proposuimus. bis enim repetuntur, ut duas animæ ostenderent uias. Vnā qua in carne posita per legē dei in uirtutibus exercetur, & per gradus quosdā profectuū ascendens pergit (ut diximus) de uirtute in uirtutē, & ipsis profectibus quasi mansionibus utitur. Aliam uerò qua post resurrectionē ascensura ad cœlos nō subito nec importune ad summa cōscendit, sed per multas deducit̄ māsiones, in quibus illuminata per singulas & augmēto semper splēdoris accepto, in unaquaq; mansione illustrata sapiētiæ lumine usq; ad ipsum perueniat luminum patrem. Exierunt ergo, inquit, filij Israel cum uirtute sua. Erat cū illis uirtus illa quæ dixerat: Tecum descendam in Ægypto. & quia erat cum illis ista uirtus, propterea dicit propheta: Et non erat in tribubus eorū infirmans. Exierunt aūt in manu Moysi, & Aaron. Ad exeundū de Ægypto nō sufficit una manus Moysi, quærit̄ & manus Aarō. Moyses indicat scientiā legis, Aaron sacrificandi deo & immolandi peritiā. Opus est ergo, ut exeūtes de Ægypto non solū scientiā legis & fidei, sed operum quibus deo placetur fructus habeamus. Ideo enim & manus cōmemoratur Moysi & Aaron, ut opera per manus intelligas. Etenim si exiens de Ægypto, & conuersus ad deum abiiciam superbiam, per manus Aaron taurum deo sacrificaui. Si petulantiam, lasciuiamq; peremero, hircum domino iugulasse me Aaron manibus credam. Si libidinē uicero, uitulum: si stultitiam, ouem immolasse uidebor. Sic ergo cum animæ uitia purgantur, manus Aarō operatur in nobis: & manus Moysi nobiscū est, cum ad hæc ipsa intelligenda illuminamur ex lege. Et ideo utraq; manus necessaria est de Ægypto exeuntibus, ut inueniatur in eis non solum fidei, & scientiæ, sed & actuum operumq; perfectio: & tamen utræq; hæ non sunt duæ manus, sed una. In manu enim Moysi & Aaron eduxit eos dominus, & non in manibus Moysi & Aaron, unum enim opus utriusq; manus est, atq; una perfectionis expletio. Et scripsit, inquit, Moyses profectiones eorū, & mansiones eorum, per uerbū domini. Scripsit ergo hæc per uerbū domini, ut legentes nos, & uidentes quantæ nobis immineant profectiones ad iter quod ducit ad regnum, præparemus nos ad uitam hāc, & considerantes iter quod nobis immineat nō segniter nec remisse uitæ nostrę tēpus permittamus absumi: ne forte dū in his mūdi uanitatibus immoramur, & singulis quibusq; quæ ad uisum uel auditum, uel etiā quæ ad tactum atq; odoratū gustumq; ueniunt, delectamur, labantur dies, tempus prætereat, & non occurramus omne spatium imminētis itineris explicare, & deficiamus in medio, atq; accidat nobis illud quod de quibusdā refertur, qui peruenire nō potuerūt, sed artus eorū ceciderūt in deserto. Iter ergo agimus, & idcirco deuenimus in hunc mundū, ut transeamus de uirtute ad uirtutem: non ut permaneamus pro terrenis in terra, sicut & ille qui dicebat: Destruā horrea mea, & alia maiora ædificabo, & dicā animæ meę. Anima habes multa bona reposita in annos multos, māduca, & bibe, & lætare, ne forte dicat & nobis dominus, sicut illi: Stulte hac nocte auferet̄ à te anima tua. Nō dixit in hac die, sed in hac nocte. In nocte enim perimit̄ & hic, sicut primogenita Ægyptiorū, tanquam qui dilexerit mundum, & tenebras eius, & particeps fuerit rectorū mundi huius tenebrarū harū. Tenebræ aūt & nox mundus iste appellatur pro ijs qui in ignorantia uiuunt, nec lumen recipiunt ueritatis. Qui autē tales sunt, de Rameſſe non proficiscuntur, nec transeunt ad Sochoth. Videamus tamē prius quando proficiscunt̄ filij Israel ex Rameſſe. Mense, inquit, primo quintadecima die mēsis. Per præceptum domini quartadecima die mensis egerāt pascha in Ægypto, iugulantes agnum pridie quàm proficiscerētur, & initiū quodammodo festiuitatis adhuc in Ægypto positi gerunt. Sequenti ergo die qui est primus dies azymorū, quintadecima die mensis primi proficiscuntur de Rameſſe, & ueniunt in Sochoth, ut ibi faciāt festiuitatis azymorum diem. Quis sapiens & intelliget hæc? sensatus & cognoscet ea? Imò quis est qui hæc uel ex parte cognoscat? sicut Apostolus dicit: Ex parte scimus & ex parte prophetamus. Quis intelligit quomodo ex parte dies festos agimus, ut nemo nos iudicet in parte diei festi, aut neomeniæ, aut sabbati? Omnis nanq; dies festus qui in terris ab hominibus geritur, in parte, nō in integro, neq; perfecto festiuitatis titulo geritur: sed cū exieris de Ægypto ista, tūc erit tibi perfecta festiuitas, tūc azyma synceritatis & ueritatis ad perfectum

Luc. 12

1 Cor. 13

perfectum curabis,tunc pentecostes diem in eremo ages,& tunc forte primũ mannæ ci bum cœlestẽ susc ipies,ac singulas quasq; festiuitates geres,de quibus iã superius(ut po tuimus)dictum est.Scito tamen quoniã post illud pascha quod in Ægypto factũ est,se mel inuenimus in deserto pascha curatum,cũ lex data est,& aliud (sicut obseruauimus in Numeris)post hæc iam nusquã geri, nisi in terra repromissionis. Igit quintadecima die mensis primi,sequenti post pascha die,qui est primus azymorũ dies, profecti sunt fi lij Israel de Rameſſe,in manu,inquit,excelsa, in conspectu omnium Ægyptiorũ. Quæ est manus excelsa? Et alibi enim dicit: Exaltetur manus tua. Vbi non est humanũ opus nec terrenum,sed diuinũ,ibi manus excelsa nominatur. Per manus nãq; opus intelligi, sæpe iam dictum est.In manu ergo excelsa in conspectu omnium Ægyptiorũ profecti sunt.Et Ægyptij,inquit,sepeliebant mortuos suos: uiuentes autem sequebantur domi num deum suum.Post hæc dicitur quia & in dijs eorum fecit dominus uindictã. Sed & in Exodo ita dicit:Et in omnibus dijs Ægyptiorum faciet dominus uindictam.Hic aũt
1 Cor.8 dicit quia fecit in eos dominus uindictam:Sunt quidã qui dicuutur dij siue in cœlo,siue
Psal.96 in terra,Apostolus ait.Sed & in psalmis dicitur:Omnes dij gentiũ dæmonia.Non ergo simulacra,sed dæmones qui simulacris assident,deos dicit in quos fecit dominus uindi ctam.Sed uelim requirere quomodo deus uindictam faciat in dæmones, cũ utiq; uindi ctæ dies & iudicij nondum aduenerit.Sed hanc ego puto in dæmones fieri uindictam, cum is qui ab illis deceptus fuerat ut idola coleret,per uerbum domini conuersus domi num colit:& ex ipso opere cõuersionis,in eum uindicta qui deceperat,datur. Similiter si is qui à dęmonibus deceptus fuerat ad fornicandum,conuertatur ad pudicitiã,diligat castitatem,errasse se defleat, pœnitentiæ ipsius lacrymis uritur & incenditur dæmon & sic uindicta datur in deceptionis auctorẽ.Similiter etiam si quis de superbia ad humilita tem,de profusione ad parsimoniã redeat,per hæc singula dæmones,qui se in hæc dece perant,flagellat & cruciat.Quantis eos putatis agi tormentis, si quem uideãt, secundũ uerbum domini,uendere omnia sua quæ possidet,& dare pauperibus, & tollere crucẽ suam,& sequi Christum? Super omnia uerò eis est tormentorũ genera, & super omnes pœnas,si quem uideant uerbo dei operam dare, scientiam diuinæ legis & mysteria scri pturarum intentis studijs perquirentem:in hoc eorum omnis flamma est, in isto urunt incendio,quoniam quidem ignorantiæ tenebris humanas obscurauerãt mentes, & per hæc obtinuerant,ut Deus quidem ignoraretur,ad ipsos uerò diuini cultus studia trans ferrentur.Quæ putas in illos uindicta datur, quæ infertur eis flamma pœharum cum ui dent hæc lumine ueritatis aperiri,& fraudis suæ nebulas per agnitionem legis diuinæ re serari? Possident enim cunctos qui in ignorantia uiuũt: & non solum illos qui adhuc in ignorantia sunt,sed ingerunt se sæpe etiã ijs qui agnouerunt deum,& rursus in eis opera ignorantiæ conantur operari. Neq; enim sine ipsis consummatur omne peccatũ. Nam cum adulterium quis committit,non est utiq; sine dæmone:uel cum ira immoderata ra ptatur,uel cum diripit aliena:& qui sedens aduersus proximum suum detrahit,& aduer sum filium matris suæ ponit scandalum,non est sine dæmone. Et ideo omnimode agen dum est nobis,ne forte Ægyptiorum primogenita, uel deos eorum quos dominus per cussit & extinxit,resuscitemus in nobis,si eis locum dederimus operãdi in nobis ea quę odit deus.Si aũt ab his omnib.contineamus nos,eo modo quo superius diximus,dedit uindictã in omnibus dijs Ægyptiorũ,pœnasq; ex nostra emẽdatione & cõuersione dæ mones susc ipiũt.Exeũt ergo ex Ægypto filij Israel,& proficiscentes ex Rameſſe ueniũt in Sochoth.Perfectionis hic ordo,& distinctio mansionũ,ualde necessaria,& obseruã da est ijs qui sequunt deũ, & de uirtutũ profectibus cogitãt. De quo ordine memini q iam & in alijs,cũ ædificationis causa aliqua loqueremur, quæ dñs dare dignatus est pro secuti sumus.Sed & nũc paucis iterum cõmonebimus.Fit ergo prima profectio ex Ra meſſe,& siue de hoc mundo anima proficiscens ad futurũ seculum pergit, siue ab erro ribus uitæ ad uiam uirtutis & agnitionis cõuertitur,ex Rameſſe proficiscitur. Rameſſe enim in nostra lingua dicitur commotio turbida,uel commotio tineæ.In quo utiq; ostẽ ditur,quod omnia in hoc mũdo in commotionibus,& perturbationibus posita sunt,& in corruptela.hoc enim tinea indicat.In quibus non oportet residere animam,sed profi ciscì,& uenire in Sochoth.Sochoth autem interpretatur tabernacula.Igitur primus ani

me profe-

mæ profectus est ut auferatur à commotione terrena, & sciat sibi tanquam peregrinãti in tabernaculis habitandũ, quo uelut in procinctu posita aduersus insidiantes expedita occurrere possit & libera. Inde iam ubi se sentit esse pręparatã, proficiscitur ex Sochoth & applicat in Buthan. Buthan conuallis appellatur. Virtutum diximus in his esse profectum. Virtus non nisi exercitijs & labore conquiritur, nec tantũ in prosperis, quantum in aduersis probatur. Venitur ad conuallem. In cõuallibus autẽ & in inferioribus locis certamen habetur aduersus diabolum, & cõtrarias potestates. In conualli ergo agon gerendus est, & in conualli pugnandum est. Denicp & Abraham in ualle Salinarũ pugnauit aduersum barbaros reges, & ibi uictoriam consecutus est. Descendit ergo uiator hic noster ad eos qui in profundis sunt & in imis, nõ ut ibi demoretur, sed ut ibi uictoriã cõsequatur. Profecti sunt aũt ex Buthan, & applicuerunt ad os Iroth. Iroth uicus interpretatur. Nondum enim uenitur ad ciuitatem, nec quæ perfecta sunt iam tenentur, sed interim primo parua quæcp capiuntur. Hic est enim profectus, ut à paruis ad magna ueniat. Venitur ergo ad Iroth, hoc est ad ingressum primum uici, quod est initiũ cõuersationis, & abstinentiæ mediocris. Periculosa est nanch in initijs grandis & immoderata abstinẽtia. Iroth aũt hæc posita est contra Beelsephon, & contra Magdalum, Beelsephon interpretatur ascensio speculæ, siue turris. A paruis ergo ascenditur ad magna, & nondum in ipsa specula, sed contra speculam, id est in cõspectu speculæ posita est. Speculari enim incipit, & prospicere spem futuram & altitudinem profectuũ cõtemplari, & paulatim crescit, dum plus spe nutritur cp laboribus fatigatur. Quæ statio, siue mãsio contra Magdalum est, nondum in ipso Magdalo. Magdalum enim magnificentia dicitur. Habẽs ergo in conspectu & ascensionem speculæ, & magnificẽtiam rerum futurarũ, spebus (ut diximus) ingentibus pascitur & nutritur. In profectibus enim est, non in perfectione iã posita. Post hæc proficiscuntur de Iroth, & transeunt per medium maris rubri, & applicuerunt ad amaritudines. Diximus tempus profectuũ, tempus esse periculorũ: quàm molesta tentatio transire per mediũ mare, uidere fluctus in cumulum crescere, audire undarum insanientium uoces & strepitus: sed tamen si sequaris Moysen, id est legẽ dei, aquæ tibi murus dextra leuacp fiẽt, & iter inuenies per siccũ in medio mari. Sed & illud iter cœleste quod agere dicimus animã, potest fieri ut habeat aliquid aquarũ, potest fieri ut ibi inueniant undæ: est enim ibi pars aliqua aquarũ, & pars aliqua sub cœlo: & nos interim harum quæ sub cœlo sunt aquarũ undas fluctuscp perferimus: deus uiderit si illæ quietę sunt & placidæ, nec aliquibus uentis flantibus excitantur. Sed nos interim cum uenerimus ad transitum maris, etiamsi uideamus Pharaonem & Ægyptios insequentes, nihil trepidemus, nullus de his metus, nulla formido sit. Credamus tantũ in unum uerũ deũ, & quem misit filium suum Iesum Christum. Quod & si dicatur populus deo credidisse & famulo eius Moysi, credimus & nos secũdũ hoc etiã Moysi, id est legi dei, & prophetis. Constans ergo esto, & paulo post uidebis Ægyptios iacentes ad littus maris. Cũ autem uideris eos iacẽtes, tu exurge & canta in cãticis domino, & collauda eum qui equũ & ascensorem demersit in rubrum mare. Applicuerunt ergo ad Amaritudines. Audiẽs amaritudines non paueſcas, necp terrearis. Omnis enim eruditio ad præsens non uidet dulcis esse, sed amara. Postea uerò fructum dulcissimũ, & pacatissimum exercitatis per semetipsam reddit iustitiæ, sicut Apostolus Iacobus docet. Denicp & azyma cũ amaritudine uesci præcipiunt: nec est possibile peruenire ad terrã repromissionis, nisi p amaritudines transeamus. Sicut enim medici amaritudines quasdã medicamẽtis inserũt salutis prospectu, & sanitatis languẽtium: ita & salutis prospectu medicus animarum nostrarum amaritudines nos uitæ huius uoluit pati in diuersis tentationib. sciens quia finis huius amaritudinis animæ nostræ dulcedinẽ salutis adquirat: sicut & è cõtrario finis dulcedinis quæ est in uoluptate corporea, ut diuitis illius exempla docuerunt, amarũ finẽ redit in infernum pœnarũ. Tu ergo qui iter uirtutis incedis, nõ refugias applicare ad amaritudines. Proficiscens eñ & inde, sicut & filij Israel. Profecti sunt, inquit, de Amaritudine, & uenerũt in Helim. Helim est, ubi sunt duodecim fontes aquarũ, & septuagintaduę arbores palmarum. Vides post amaritudines, post asperitates tẽtationum, cp te amœna suscipiunt loca. Non uenisses ad palmas, nisi tentationum amaritudines pertulisses: nec uenisses ad dulcedinem fontium, nisi prius quæ tristia fuerant & aspera superasses. Non

quo iam

quo iam finis sit in his itineris, & perfectio cunctorum: sed dispensator animarū deus in ipso itinere interserit laboribus etiam quędam refrigeria, quibus refota anima & reparata, promptior redeat ad reliquos labores. Helim autem interpretatur arietes. Arietes duces sunt gregū. Qui sunt ergo duces gregis Christi, nisi Apostoli, qui sunt & duodecim fontes? Verum quoniā non solū illos duodecim elegit dominus & Saluator noster, sed & alios septuaginta duos: idcirco nō solum duodecim fontes, sed & septuaginta duę arbores scribuntur esse palmarū, & ipsi enim Apostoli nominantur, sicut & ipse Paulus dicit, cū de resurrectione Saluatoris exponeret. Visus, inquit, est illis undecim, deinde apparuit & omnibus Apostolis. In quo ostendit esse & alios Apostolos, exceptis illis duodecim. Hæc te ergo amœnitas post amaritudinem, hæc te requies post laborem, hæc te gratia post tentamenta suscipiet. Profecti sunt, inquit, de Helim, & applicuerūt iuxta mare rubrum. Obserua quia iam nō intrant in mare rubrum, semel tantum sufficit intrasse: modo iam applicant iuxta mare, ut uideant quidem mare, & undas eius aspiciāt, nequaquam tamen motus ipsius & impetus pertimescant. Et profecti sunt à rubro mari, & applicuerunt in deserto Syn. Syn rubus interpretatur, siue tentatio. Incipit ergo tibi iam arridere bonorum spes. Quæ est autem bonorum spes? De rubo apparuit dominus, & responsa dedit Moysi, & dehinc initium uisitationis factū à domino ad filios est Israel. Sed non otiose Syn etiam tentatio interpretatur. Solet enim in uisionibus esse tentatio. Nā nonnunquam angelus iniquitatis transfigurat se in angelum lucis. Et ideo cauendū est, & sollicite agendum, ut scienter discernas uisionū genus, sicut & Iesus Naue cum uisionem uideret, sciēs esse in hoc tentationē, statim requirit ab eo qui apparuit, & dicit: Noster es, an aduersariorum? Ita ergo & proficiscēs anima ubi aduenerit ut iam incipiat discretionē habere uisionū, inde probabitur spiritalis esse, si scit omnia discernere. Idcirco denicq; & inter dona spiritalia, unū ex donis sancti spiritus esse memorat discretio spirituum. Profecti uerò ex deserto Syn, uenerunt in Raphaca. Raphaca interpretat sanitas. Vides ordinem profectuū, quomodo ubi iam spiritalis efficit anima, & discretionē cœlestium cœperit habere uisionum, peruenit ad sanitatē, ut merito dicat: Benedic anima mea dominum, & omnia interiora mea nomē sanctum eius. Quem dominū? qui sanat, inquit, omnes languores tuos, qui redimit de interitu uitam tuam. Sunt enim multi languores animæ. Auaritia lāguor eius est, & quidē pessimus. Superbia, ira, iactantia, formido, inconstantia, pusillanimitas, & horum similia. Quando me domine Iesu ab his omnibus languoribus curabis? quando sanabis, ut ego dicam, Benedic anima mea dominum qui sanat omnes languores tuos? ut possim & ego mansionem facere in Raphaca, quod est sanitas. Longū est si uelimus ire per singulas mansiones, & ex unaquaq; siqua ex nominum contemplatione suggerūtur, aperire: strictim tamen & breuiter percurremus, ut non tam plenam uobis expositionem, quia minime id tēpus indulget, sed occasiones in eis intelligentiæ præbeamus. Proficiscuntur ergo ex Raphaca, & ueniunt in Halus. Halus labores interpretantur. Nec mireris si sanitatem sequuntur labores. Propterea enim & adipiscitur à domino anima sanitatē, ut labores delectabiliter, & non inuita suscipiat. Dicitur enim ei, Labores fructuum tuorum māducabis, beatus es, & bene tibi erit. Post hęc ueniunt in Raphidin. Interpretatur aūt Raphidin laus iudicij. Iustissime laus sequit post labores: cuius tamen rei laus? iudicij, inquit. Fit ergo laude digna anima quæ recte iudicat, recte discernit, id est quæ spiritaliter dijudicat omnia, & ipsa à nemine dijudicatur. Post hæc peruenitur in desertū Sina. Sina ipse quidē locus est deserti, quē suprà Sin memorauit: sed hic magis locus montis, qui in ipso deserto est, appellatur: qui etiā ipse uocabulo deserti Sina nominatur. Postquā ergo laudabilis iudicij facta est anima, & rectum cœpit habere iudicium, tūc ei datur lex à deo cum capax esse cœperit secretorū diuinorū & cœlestium uisionū. Inde uenitur ad monumenta concupiscētiæ. Quid est monumenta concupiscentiæ? Sine dubio ubi sepultæ sunt & obrutæ concupiscentiæ, ubi extincta est omnis cupiditas, nec ultra concupiscit caro aduersus spiritū, mortificata scilicet morte Christi. Post hæc uenitur in Aseroth, quod interpretatur atria perfecta, uel beatitudo. Intuere diligentius omnis uiator quis sit ordo profectuum: posteaquam sepelieris, & morti tradideris concupiscētias carnis, uenies ad amplitudines atriorū, uenies ad beatitudinem. Beata nanq; est anima quæ nullis iam uitijs carnis urgetur. Inde uenit in Rhatha-

Exod. 3

Psal. 103

in Rhathanim, siue Pharam. Rhathanim uisio cõsummata interpretatur, Pharam uerò uisibile os. Quid? nisi ita crescat anima, ut cũ desierit molestijs carnis urgeri uisiones habeat cõsummatas, perfectamq; rerũ capiat intelligentiã, causas scilicet incarnatiõis uerbi Dei, dispensationumq; eius rationes plenius altiusq; cognoscens? Hinc iam uenit in Remonphares, quod in nostra lingua excelsa intereisio dicitur, hoc est ubi magnarum & cœlestium rerum à terrenis & infimis separatio sit & discretio. Crescente nanq; intellectu animæ, & notitia ei excelsorum prębetur, & iudicium datur, quo sciat à temporalibus æterna intercidere, & à perpetuis caduca separare. Post hæc uenit Lebna, quod interpretatur dealbatio. Scio in alijs dealbationẽ culpabiliter poni, ut cum dicitur paries dealbatus, et monumenta dealbata. Sed hic dealbatio illa est, de qua dicit ppheta: Lauabis me, & super niuem dealbabor. Et iterũ Esaias: Si fuerint peccata uestra sicut phœnicium, ut niuem dealbabo, & ut lanã candidã efficiam. item in psalmo: Niue dealbabuntur in Selmon. Et uetusti dierum capilli dicũtur esse candidi, id est albi sicut lana. Sic igitur dealbatio hæc ex splendore ueræ lucis uenire intelligenda est, & ex uisionũ cœlestium claritate descẽdere. Post hæc mansio fit in Ressa: quod apud nos dici potest uisibilis siue laudabilis tentatio. Quid est hoc, quod quãuis grandes habeat anima profectus, tamen tentationes ab ea nõ auferũtur? Vnde apparet quia uelut custodia quædã, & munimen, ei tentationes adhibent. Sicut enim caro si sale non aspergatur, quamuis sit magna & pręcipua, corrumpitur: ita & anima nisi tentationibus assiduis quodammodo saliatur, continuo resoluitur, ac relaxatur. Vnde constat propter hoc dictũ esse, quòd omne sacrificiũ sale salietur. Inde deniq; est quod & Paulus dicebat. Et ex sublimitate reuelationũ ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus Satanæ, qui me colaphizet. Hęc ergo est uisibilis, uel laudabilis tentatio. Ex hac uenitur ad Macelath, quod est principatus, uel uirga. Ex utroq; uerò potestas indicari uidet, & q; anima eousq; profecerit, ut dominetur corpori, & ipsa in illud uirgam potestatis obtineat: imò nõ solum corpori, sed & uniuerso mundo, cum dicit: Mihi autem mundus crucifixus est, & ego mundo. Inde uenitur in mõtem Sephar, quod tubicinatio appellatur. Tuba signũ belli est. Igitur ubi se tãtis ac talibus uirtutibus anima sentit armatam, necessario procedit ad bellum, quod est ei aduersus principatus, & potestates, & aduersum mũdi rectores: uel certe tuba canit in uerbo dei, prædicationis scilicet & doctrinæ, ut det significãtem uocem per tubam, ut qui audierit, præparare se possit ad bellũ. Post hæc uenitur super Charadath, qd in nostra lingua sonat idoneus effectus: profecto ut & ipse dicat, quia idoneos nos fecit ministros noui testamẽti. Inde mansio habetur apud Maceloth, quod interpretatur ab initio. Cõtemplatur nanq; qui ad contemplationem tendit initium rerum, imò potius cuncta ad eum refert, qui erat in principio, nec ab isto initio aliquãdo discedit. Post hæc fit mansio in Caath, quod est confirmatio, uel patientia. Necesse est enim eum qui uult etiam alijs prodesse, multa pati, & cuncta ferre patienter, sicut de Paulo dictum est: Ego enim ostẽdam ei quanta oporteat eum pro nomine pati meo. Inde uenitur Thara, quod apud nos intelligitur cõtemplatio stuporis. Nõ possumus in Latina lingua uno sermone exprimere uerbum Græcũ, quod illi ἔκστασιν uocãt, id est cum pro alicuius magnę rei admiratione obstupescit animus. Hoc est ergo quod dicit contẽplatio stuporis, cum in agnitione magnarum & admirabiliũ rerum mens attonita stupet. Post hæc uenitur ad Matheca, quod interpretatur mors noua. Quæ est noua mors? Quando Christo commorimur ut & conuiuamus ei. Inde Asenna uenitur, quod os, uel ossa significare dicitur. Virtus per hæc sine dubio, & robur patientiæ declaratur. Iam hinc habet mansio apud Mesaloth, quod significare putatur excludẽs. Quæ excludens est? sine dubio malignas suggestiones cõtrarij spiritus de cogitationibus suis. Sic enim & sapiẽtia dei dicit: Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum tuũ ne dimittas. Tenendus est ergo locus, et excludendus est aduersarius, ne inueniat locũ in corde nostro, sicut apostolus dicit: Nolite locum dare diabolo. Post hæc Banaim uenitur, quod fontes significat, uel excolationes, id est ubi diuinorum uerborũ fontes haurit usquequò excolet eos bibendo. Excolat aũt dicitur hic à colando, non à colendo. Excolat ergo uerbum dei quis, cum ne minimum quidem mandatũ præterierit, imò cũ ne iota quidem unum, uel unus apex de uerbo dei intellectus eius habetur otiosus. Post hæc uenitur in

Esa. 1

Psal. 68

2 Cor. 12

Galgat, quod interpretatur tentamẽtum, siue cõstipatio. Fortitudo quędam (ut uideo) & munimen est animæ, tentamentum. Ita enim uirtutibus admiscetur, ut uideatur absq; his uirtus nec decora esse, nec plena. Et ideo proficientibus ad uirtutem, & uariæ & frequentes mansiones in tentationibus fiunt. Quas cum transieris, applicabis in Tabatha. Tabatha interpretatur bona. Ad bona ergo non nisi post tentamentorum experimẽta uenitur. Inde applicuerũt, inquit, in Ebrona, quod est transitus. Transeunda nanq; sunt omnia: quia etiam si ad bona uenias, oportet te & ad meliora trãsire, usquequo ad illud bonum uenias, in quo semper debeas permanere. Post hęc peruenitur ad Gasiongabis, quod interpretatur consilia uiri. Si quis desiit puer esse sensibus, iste peruenit ad cõsilia
1 Cor. 14 uiri, sicut & ille qui dicebat: Cum autem factus sum uir quæ paruuli erant deposui. Sunt ergo magna cõsilia uiri, sicut & ille ait: Aqua alta, consilium in corde uiri. Hinc iterũ ue-
Exod. 16 nitur Sin. Iterum tẽtatio est Sin. Diximus enim quia nec aliter expedit iter istud incedere: sicut (uerbi gratia) si quis aurifex uas necessarium facere uolens, frequẽter illud igni admoueat, frequenter malleis subdat, rasorijs sępe perstringat, ut & purgatius fiat, & ad illam speciem, quam prospicit artifex, atq; ad illam pulchritudinẽ deducatur. Post hæc applicatur ad Pharãcades, quod est fructificatio sancta. Vides inde quo uenit, uides qa tentationũ sulcos fructificatio sancta subsequitur. Inde applicatur in montem Or, quod interpretatur montanus. Venit enim ad montem dei, ut & ipse fiat mons uber, & mons coagulatus, uel ab eo quod semper in monte dei habitet, montanus dicatur. Subsequit post hæc mansio Selmona: quod interpretatur umbra portionis. Illam puto umbrã dici
Thren. 4 de qua & ꝓpheta dicebat, Spiritus uultus nostri Christus dominus, cui diximus: In umbra eius uiuemus in gentibus. Sed & illa similis huic umbra est, de qua dicitur: Spiritus dñi obumbrabit tibi. Vmbra ergo portionis nostræ, quæ nobis opacitatem prælat ab omni æstu tentationum, Christus dominus est, & spiritus sanctus. Hinc iam uenitur ad Fino, quod interpretari putamus oris parsimoniã. Qui enim intueri potuerit mysteriũ de Christo, & de spiritu sancto, & si uiderit, siue audierit ea quæ non licet hominibus loqui, necessario habebit oris parsimoniã, sciens quibus, uel quãdo, uel quomodo de mysterijs diuinis oporteat loqui. Post hęc uenitur Oboth, cuius nominis quamuis nõ inuenerimus interpretationem, tamen non dubitamus, sicut & in cæteris omnibus, etiam in hoc nomine consequentiam profectuum conseruari. Sequitur post hæc mansio quę appellatur Cai, quod interpretat chaos. Appropiat enim per hos profectus ad sinus Abrahæ, qui dicit ad eos qui in tormentis sunt: Quia inter uos & nos chaos magnũ cõfirmatum est, ut & ipse in sinibus eius, sicut beatus Lazarus requiescat. Inde iterũ uenitur Dibongad, quod significare fertur apiarium tentationũ. O miram diuinę prouidentię cautelam. Ecce iam uiator hic itineris cœlestis, summæ perfectiõi proximus fit successione uirtutum, & tamẽ ei tentamenta non desunt, sed noui generis audio tentamenta. Apiarium, inquit, tẽtationum. Apis laudabile animal in scripturis positum est, ex cuius laboribus reges & mediocres ad sanitatem abutuntur: quod recte de uerbis prophetarũ & apostolorũ, atq; omnium qui sacra uolumina cõscripserunt, accipitur: & istud esse apiarium, id est omnem numerũ scripturarum diuinarũ dignissime intelligi puto. Est ergo ijs qui ad perfectionem tendũt, etiam in hoc apiario, id est in uerbis propheticis & apostolicis, nonnulla tentatio. Vis uidere quia sit in his tentatio nõ minima? In hoc apiario scriptum inuenio. Vide, inquit, ne aspiciens Solem & Lunã, adores ea quæ sequestrauit dominus deus tuus gentibus: Vides quę tentatio de apiario isto procedit? Et iterum cũ
Ioan. 8 dicit: Deos nõ maledices. Et iterũ in noui testamenti apiario, ubi legimus: Quid me uultis occidere hominem qui ueritatem locutus sum uobis? Et iterũ in alijs ipse dñs dicit:
Matt. 13 Propterea in parabolis loquor eis, ut uidentes non uideãt, & audientes non intelligãt,
2 Cor. 4 ne forte conuertantur, & sanem eos. Sed & cum Apostolus dicit: In quibus deus huius seculi excęcauit mentes infidelium: & multa huiusmodi in hoc diuino apiario tentamenta reperies. Atq; necesse est uenire unumquemque sanctorum, ut etiam per hæc, quàm perfecte & pie de deo sentiat, agnoscatur. Post hæc iam uenitur Gelmon Deblathaim, quod interpretatur contemptus ficuum, id est ubi contemnuntur, & despiciuntur penitus terrena. Nisi enim spreta fuerint & contempta ea quæ delectare uidẽtur in terris, ad cœlestia transire non possumus. Sequitur enim post hæc mansio Abarim cõtra Nabau,

quod

quod est transitus. Nabau uerò absessio interpretat. Vbi enim per has omnes uirtutes iter egerit anima, & ad summā perfectionis ascenderit, transit iam de seculo, et abscedit: sicut scriptum est de Enoc: Et non inueniebatur, quia transtulerat eum deus. Quod etsi uideatur esse adhuc in seculo qui huiusmodi est, & in carne habitare, tamen nō inuenietur. In quo non inuenietur? In nullo actu seculari, in nulla re carnali, nullo colloquio uanitatis inuenitur. Trāstulit enim eum deus ab ijs, & esse fecit in regione uirtutū. Vltima mansio est ab occidēte Moab iuxta Iordanem. Omnis nanq; hic cursus propterea agit̄, & propterea curritur, ut perueniat̄ ad flumen dei, ut proximi efficiamur fluentis sapientiæ, & rigemur undis scientiæ diuinæ: ut sic per omnia purificati, terrā repromissionis mereamur intrare. Hæc interim de Israeliticis mansionibus secundum unū exponendi modum in transcursu perstringere, atq; in medium proferre potuimus. Verū ne huiusmodi expositio, quæ per Hebræorum linguam & nominū significantias currit, ignorantibus linguæ illius proprietatē affectata uideatur & uiolenter extorta, dabimus etiā in nostra lingua similitudinem, qua consequentię huius ratio patescat. In literario ludo, ubi pueri prima elementa suscipiunt, abecedarij dicūtur quidam, alij syllabarij, alij nominarij, alij iam calculatores appellantur: & cum audierimus hęc nomina, ex ipsis qui sint in pueris profectus agnoscimus. Similiter & in liberalibus studijs, cum aut locū recitare, aut allocutionem, uel laudem, aliasq; per ordinē materias audierimus, ex materię nomine profectū adolescentis aduertimus. Quomodo ergo & per hæc quæ locorū quasi materiarū nomina memorant̄, non credamus in diuinis eruditionibus profectus indicari posse discentiū? Et sicut illic singulis quibusq; dicendi materijs immorantes quasi mansiones in eis quasdam facere uidentur, & de una ad aliā, ac de alia item ad aliam proficiscī: ita etiā hic mansionum nomen & profectio ab una ad aliam, & ab alia iterum ad aliam, cur nō profectū mentis indicare credatur, & incrementa significare uirtutum? Illam uerò aliā expositionis partē prudentibus quibusq; ex ista conijciendam & contemplandā relinquo. Sapientibus enim sufficit occasionem dedisse: quia nec expedit ut auditorū sensus penitus remaneat otiosus & piger. Ex horum ergo collatione etiam illa meditetur, imò & aliquid perspicacius ac diuinius contempletur. Nō enim ad mensuram dat deus spiritum: sed quia dominus est spiritus, idcirco ubi uult spirat, & optamus ut etiā uobis aspiret, quo meliora horū, atq; altiora in uerbis domini sentiatis, iter agētes per hęc quę pro nostra mediocritate descripsimus: ut & in illa uia superiore, & excelsiore, etiam nos uobiscum possimus incedere: deducente nos ipso domino nostro Iesu Christo, qui est uia, & ueritas, & uita, usquequo perueniamus ad patrem, cum tradiderit regnum deo & patri, & subiecerit ei omnem principatum, & potestatem. Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum. Amen. Ioan. 3

Quæ sit terræ sanctæ descriptio, terminorumq; eius, & finiū quos dominus descripsit. Homilia XXVIII Cap. XXXIIII

VLTIMA in libro Numerorum historia refertur, in qua dominus iubet Moysi præcepta dare filijs Israel, ut cum ingressi fuerint terrā sanctam capere hæreditatem eius, sciant quos in ea terminos finium suorum debeant obseruare: & post iam ipso domino describente dicitur. Ad Aphricum quidem, hoc est ad occidentem illius loci terminus obseruetur, & illius ad orientem: & sic per quatuor cœli plagas, nomina quædam dominus ipse designat, quæ in ludæa ista terrena populus dei debeat custodire. Dicit ergo in ijs simplicior quiq; auditorum, quia possunt hæc necessaria uideri & utilia etiam secundum literam, pro eo ut nemo transgrediatur terminos per præceptum domini constitutos, & fines alterius tribus alia uiolare non audeat. Ecquid faciemus, cum in terris istis non solum inuadēdi alterius fines ludæis, sed qualitercunq; possidendi facultas nulla remanserit? Profugi nanq; ab ea, & extorres exulant, & fines non quos lex diuina statuit nunc possidentes custodiunt, sed quos uictorum iura mandarunt. Quid inquam nos faciemus qui hæc in ecclesia legimus? Si secundum Iudæorum sensum legamus, superflua nobis profecto uidebunt̄ & inania. Sed & ego qui lego de sapientia scriptum: Exi post eam sicut uestigator, uolo exire post eam, et quia in rebus eam corporalibus nō inuenio, insequi eius uestigia cupio: & inuestigare quo eat, ac ui-

ac uidere intellectus meus ad quæ me cubilia pertrahat. Puto enim quòd si diligẽter eã sequi potuero, & inuestigare uias eius, dabit mihi aliquas occasiones ex scripturis, quõ etiã de his locis explicare debeamus, si credimus ijs quę Paulus in mysterio loquitur, ꝙ qui per legem deseruiunt, umbrę & imagini deseruiunt cœlestium. Et si secundũ ipsius nihilominus sententiam, lex cuius pars est hæc lectio quam habemus in manibus, umbram habet futurorum bonorũ, consequens uidetur & necessarium, omnia quæ quasi de rebus terrenis describũtur in lege umbras esse futurorũ bonorũ, omnisq; hæreditas terræ illius, quę in Iudęa terra sancta & terra bona appellat, imago sit bonorũ cœlestiũ: quorum hæc (ut diximus) quæ in terris bona memorantur, umbram atq; imaginem teneant. Sed ut paululum & meus sermo, & uestra intelligẽtia sublimetur, atq; ingressum quendam ad ea quæ dicimus aduertẽda cõcipiat, utamur aliqua similitudine. Nemo dubitat quod in terra Iudæa omnis locus, omnis mõs, omnis ciuitas & uicus, certis quibusque uocabulis designetur: nec est ullus omnino sine nomine locus, sed propriis singula quæq; appellationibus designantur: uerbi gratia quibus aut Chananæi in suis locis, aut Pharesæi nihilominus in suis: Amorrhæiq;, aut Euæi, uel etiam Hebręi nominarunt. Ita ergo secundum sententiam Pauli, qua umbram & exemplar cœlestiũ dicit esse terrena, fortasse & in cœlestibus regionibus erunt locorũ differentiæ non minimæ. Videtis quibus, uel quorum appellationibus, uocabulisq; distinctæ, & nomina non solum plagarũ cœli, sed etiam omnium stellarum siderumq; signata. Qui enim fecit multitudinẽ stellarum (ut ait propheta) omnibus eis nomina uocat. De quibus quidem nominibus plurima in libellis qui appellãtur Enoch, secreta continent, & arcana: sed quia libelli ipsi nõ uidentur apud Hebræos in auctoritate haberi, interim nunc ea quæ ibi nominãtur, ad exemplũ uocare differamus, sed ex his quę habemus in manibus, de quibus dubitari nõ potest, rerum prosequamur indaginem. Describitur ergo uerbis dei in lege diuina terra Iudææ, & hæc referri debere dicitur ad imaginem cœlestiũ. In cœlis autem euidenter esse Hierusalem ciuitas pronũciatur ab Apostolo, & mons Sion. Consequẽs igitur est, ut sicut sunt etiam aliæ ciuitates circa Hierusalem terrenam sitæ, & uici, & diuersę quæque regiones: ita & illa cœlestis Hierusalem secundũ imaginem terrenorum habeat circa se & alias ciuitates, ac uicos, diuersasq; regiões, in quibus populus dei & uerus Israel, per Iesum uerum, cuius ille Iesus Naue ferebat imaginem, collocandus est quandoq;, et hæreditatem sortis distributione, id est meritorum contemplatione, capturus. Sic ergo nunc dominus dicit in distributione terrę (uerbi gratia) terminos tribus illius esse istos, & alterius alios: ne forte quoniã diuersa erunt merita eorũ qui hæreditatem cõsecuturi sunt regni cœlorũ, idcirco etiã in ijs tribubus obseruanter dirimi iubetur ista distinctio terminorum, ut sciamus has esse meritorum differẽtias obseruandas in unoquoq;. Verbi gratia, q ita negligenter uixerit ut pro fide quidẽ sua mereat haberi inter filios Israel, pro negligẽtia uerò uitę, gestorumq; desidia in tribu Ruben aut Gad, aut dimidia tribu Manasse debeat reputari, & nõ intra Iordanem, sed extra eum, sortem hæreditatis accipere. Alius uerò qui se emendatione uitę, & cõuersatione propositi talem reddiderit, ut secundũ quas solus deus nouit rationes, aut in tribu Iuda, aut etiam in ipsa tribu Beniamin, in qua ipsa Hierusalẽ, & templum dei atq; altare consistit, debeat reputari: & alius in alia, atq; alius in alia. Et hoc modo hæc quæ nunc in libro Numerorũ scripta referuntur adumbratio quædam sit futuræ sortis in cœlis, eorum duntaxat qui per Iesum dominum ac Saluatorem nostrum hæreditatem (ut diximus) capient regni cœlorũ. Ibi credo diligenter obseruabunt etiam ista quæ hic adumbrant priuilegia sacerdotum, quibus uicina quęq; urbibus loca, & ipsis mœnibus iuncta segregari mandatur à filijs Israel. Ibi credo & ciuitates istæ erunt, quarum hic figura describitur, quas refugij nominat ciuitates, ad quas confugiant non omnes homicidæ, sed qui ignoranter homicidium cõmiserunt. Sunt enim fortassis aliqua peccata, quæ si proposito ac uoluntate cõmittimus, homicidas nos faciunt: & sunt alia quę si ignoranter admittimus, decernitur nobis, credo, & præparatur ex pręcepto dei aliquis locus, ubi ad certũ tempus habitare debeamus, si qui non uoluntaria peccata cõmisimus: si tamen mundi inueniamur & alieni ab ijs peccatis quæ uoluntate cõmissa sunt. Et ob hoc secernuntur quædã ciuitates ad refugium.

Caue Videtur quibusdam quod singulorũ quoq; siderum positio & cœtus ciuitas dici uel haberi

beri possit in cœlo: Quod ego quidem definire non audeo. Video enim omnẽ creaturam in spe quidem propter eum qui subiecit esse subiectam, expectare tamen libertatẽ in redemptiõe filiorũ dei sine dubio, & præclarius aliquid aut sublimius operiri. Si ergo (ut diximus) umbram habet lex futurorũ bonorum, & exemplari & umbræ deseruiunt cœlestium qui in lege deseruiunt, & nunc per speculum & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem habebitur rerum contemplatio, credo quòd & nunc cõuersationem dicimur habere in cœlis per speculum, & in ænigmate, tunc autem facie ad faciem talẽ conuersationem merebimur habere in cœlis. Si ergo per consequentiã rerum, & promissionum fidem nos transferri de terris oportet ad cœlũ, puto quòd in ipsis cœlestibus locis Iesus dominus noster non absq; meritorũ sorte unumquenq; in illa uel illa cœli parte & habitatione constituat. Sed sicut multa est differẽtia in terris, uerbi gratia, habitare in locis fœcundis & copiosis, ac bonis omnibus abundãtibus, ubi & aeris temperies, & eruditio hominum, ac liberalia instituta nõ desunt: et lõge aliud est habitare, aut in locis infœcundis, & rerũ penuria squalidis, aut æstu torridis, aut frigore geluq; torpentibus, uel certe ubi nullæ leges, sed immanis & sæua barbaries, ubi bella semper & nunquã quies, & hæc non sine occulta quadam dei dispẽsatione, & iudicio eius, & iustitia unicuiq; decernũtur: ita & in illis locis erit aliquid tale, ut in nullo prorsus inanis habeatur in terris umbra cœlestiũ. Erit ergo & ibi (ut diximus) aliqua ciuitas refugij, et erit alia in deserto: sicut Bosor in hæreditate Rubẽ ciuitas esse dicit in deserto. Sed et illa nihilominus cõsequentia capiẽda est: quia sicut cum dispergeret deus filios Adam, statuit fines gẽtium secundum numerum angelorũ dei, uel (ut in alijs exemplaribus legimus) secundum numerum filiorum Israel: in initio mundi ita dispersi sunt filij illius Adam, sicut uel illorum merita, uel ipsius Adæ contemplatio postulabat: quid dicemus futurum, cũ nouissimi Adam (qui non in animam uiuentem, sed in spiritum uiuificãtem factus est) cœperit filios non dispergere, sed dispensare diuina dignatio, nõ in initio, sed in fine mundi: & nõ ut illos qui in Adã omnes mortui sunt, sed ut eos qui in Christo omnes uiuificati sunt? Sine dubio erit quędam diuisio & distributio talis, quę non solũ pro meritis eorum qui dispensantur, sed & pro nouissimi Adam, in quo omnes uiuificandi dicuntur, contẽplatione pensanda sit. Sed quis nostrum talis est, ut ad huiusmodi distributionem, & ad illã cœlestis hæreditatis sortẽ uenire mereatur? Quis ita beatus erit, cuius sors in Hierusalẽ ueniat, ut sit ibi ubi templũ dei est, imò ut ipse sit dei templum? Quis ita beatus est ut ibi dies festos agat, ubi altare diuinũ perpetuis ignibus adoletur? Quis ita beatus est qui sacrificium suũ, & incensum suauitatis supra illum ignem ponat, de quo dicebat Saluator: Ignem ueni mittere in terrã? Quis ita beatus est qui ibi semper agat pascha in loco quẽ elegit dominus suus? Ibi pẽtecostes diem gerat, & festiuitatẽ repropitiationis, & tabernaculorum solennitatẽ, non iam per umbram, sed per ipsam speciem rerumq; ueritatẽ? Quis nostrum dignus habebitur tam beatę sortis electione, cum deus diuidere cœperit filios nouissimi Adam: non cui dicat: Eris super quinq; ciuitates potestatem habẽs, aut *Matt.25* cui dicat: Eris super decem ciuitates potestatem habẽs, nec cui dicat, intra in gaudiũ domini tui: sed cui dicat: Sedete & uos mecum super duodecim thronos, iudicantes & uos *Matt.19* duodecim tribus Israel: de quibus dicat: Pater uolo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum. *Ioan.17* Volo etiam istos esse reges, ut ego sim rex regũ. Volo & istos habere dominationẽ, ut & ego sim dominus dominantium. Beati qui ad hanc perueniẽt beatitudinis summã. Beati qui ad ista conscendere poterunt fastigia meritorũ, et benedictus deus noster qui hæc promisit diligentibus se. Hi sunt ipsi uere sacris numeris numerati apud dominum, imò ipsi sunt quorũ etiam capilli capitis numerati sunt per dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria, et imperiũ in secula seculorũ. Amen.

HOMILIARVM IN NVMEROS FINIS

PROLOGVS SANCTI HIERONYMI PRESBYTERI AD CHROMATIVM EPISCOPVM IN Tractatum Origenis super librum Iesu Naue.

Hæc præfatio inepta & uulgaris, impudēter afficta nomini Hieronymiano, de quo plura in catalogo operum

IN diuinis uoluminibus refertur, quod ad cōstructionem templi unusquisq; pro uiribus obtulerit: potentes quidem, & principes populi auri, argēti, lapides pretiosos, alij æra & ligna, sed imputribilia: quidam etiam coccum, purpuram, & byssum, & linum alij, uestibus hæc quoq; sacerdotum & stolæ pontificis profutura. Pauperiores autem quiq; etiam pelles rubras offerentes, sed et pili caprarum non respuuntur. Idcirco nanq; Beselehel ille repletus dicitur omni sapientia à deo, ut intelligens singula hæc quibus usibus apta sint, nihil ex offerentium deuotione repudiet. Quia ergo & tu ô mi semper uenerabilis pater Chromati iniungis, et præcipis nobis, ut aliquid ad ædificationem & constructionem diuini tabernaculi ex Græcorum opibus & copijs conferamus: Oratiunculas xxvi. in Iesum Naue, quas ex tempore in ecclesia perorauit Adamantius senex, ex græco latine tibi pro uirium mearum paruitate disserui: ut sanè nūc nostri temporis Beselehelis iudicij sit, in ijs quę offerimus, etiam si nihil inuenitur auri puri quod ad altare proficiat, nec argenti quod ecclesię bases efficiat, aut capitella decoret: si nullus ex ijs illis lapidibus qui logio insertus pontificale uestimentum, et uestrum diuinorum conscium pectus exornet: at certe perspicere si uel purpurę aliquis in his, & regij decoris, aut cocci, & mystici cruoris color intexitur: si quid puritatem byssi imitetur, & fortitudinem lini, & dignum aliquid habeat sacerdotalibus indumentis: postremo si uel rubras apud nos pelles, uerecundiam frōtis inuenias: ad ultimū si uel caprarum certe reperias pilos, quibus uel penuriam nostram tegamus, aut si quas incurrimus culpas, pœnitendo purgemus. Totum ergo hoc, de tuo iudicio pendeat. Si quid sane est quod placere potest, hoc sit auctoris: neq; enim quę alijs labore parta sunt diripere, & nostræ laudi applicare iustum putamus. Si uerò uim sensuum, oratio inculti sermonis exasperat, hoc uel mihi, uel (ut cum tua uenia dixerim) tibi ipsi reputato, qui opus quod eruditis debet iniungi, expetis ab indoctis.

PROLOGI FINIS

ORIGENIS ADAMANTII IN LIBRVM IESV NAVE HOMILIA PRIMA

Phil. 2

DONAVIT Deus nomen, quod est super omne nomen, domino & Saluatori nostro Iesu Christo. Est autē nomen quod est super omne nomen Iesus. Et quia est istud nomen super omne nomen, idcirco in nomine Iesu omne genu flectitur cœlestiū, terrestriū, & infernorū. Et quia est hoc nomē super omne nomen: idcirco in multis generationibus à nullo cognominatū est. Scripsit Moyses librū Geneseos, in quo legimus Abrahā, & eos qui ex eo generati sunt, in quibus sunt iusti quàm plurimi, sed nullus ex ipsis Iesus meruit nominari. Neq; Abel Iesus dictus est, neq; ille qui cœpit inuocare nomen domini dei: neque ille qui placuit deo, & translatus est: cuius mors inuenta non est: neq; ille qui in generatione sua solus iustus inuentus est apud deum Noe: sed ne ipse quidem qui repromissiones acceperat testamenti Abrahā: nec ille qui ex eo natus est Isaac: sed nec supplātator Iacob, nec quisquam ex filijs eius. Moyses fidelis erat in omni domo eius, & nondū tamē uocatus est Iesus. Sed Iesu nomē primo inuenio in Exodo: & uolo intueri quādo primo nomen Iesu cognominatur. Ve

Exod. 17

nit, inquit, Amalech, & expugnabat Israel, & dixit Moyses ad Iesum in Raphidim. Hęc est prima appellatio nominis Iesu. Elige, inquit, tibi uiros potētes ex omnib. filijs Israel, & egredere, & confligе cū Amalech crastino. Moses confitetur nō posse se exercitum ducere

ducere,cõfitetur se non posse obtinere, quãuis eum de terra Ægypti eduxerit. Et ideo, inquit,uocauit Iesum,& dixit:Elige tibi uiros,& egredere. Vides cui cesserit bellum gerere aduersum Amalech.In hoc primo nomẽ discimus Iesu,ubi eum primũ uidemus ducem exercitus:nõ cui Moyses iniunxerit principatũ,sed cui cesserit principatũ.Nõ potest Moyses eligere uiros potentes.Tu, inquit, elige tibi uiros potentes ex omnib. filijs Israel.Hic ergo ubi primũ disco nomẽ Iesu,ibi cõtinuo etiam mysterij uideo sacramentum.Ducit eñ exercitum Iesus.Et factũ est cum extolleret manus suas,inualescebat Isra Exod.17
el.Cum aũt deijceret manus suas inualescebat Amalech. Tunc ergo inualescit Iesus magis,& tunc uincit,quãdo Moyses erigit manus suas.Victus aũt est populus ille ab Amalech,quoniam iam nõ erigebat manus suas,sed erant dimissæ deorsum: Illi sunt eñ quibus dicitur:Si crederetis Moysi,crederetis utiq; & mihi. Et ecce me uultis occidere qui Ioan.5
legem non facitis? Cessante nanq; lege apud illos & operibus legis,qui dum suã iustitiã quærunt statuere,iustitiæ dei nõ sunt subiecti,demisse; sunt manus Moysi,inualuit incredulitas,uincit populus.Sed & Nabat, & Abiud,& Eleazar relinquunt in castris, ut iu- Num.10
dicent populum.Derelinquitur etiã Iethro & ipse ut iudicet populũ cum eis.Iesus uerò Exod.18
non derelinquitur, sed sequitur Moysen in montẽ cum quadã adiectione uerbi mirabilis,in eo quod dicit quia assistebat Moysi. Quõ assistebat? non ut secundus,nõ ut inferior,sed ut adiutor protegens.Sed & illud quale est,quod cũ primo nominatus est, nõ est indicatum nomen patris eius,neq; in secundo,neq; in tertio: cum uerò pater eius nominatur Naue,tunc ipse non Iesus, sed Ause dicitur? Inter eos enim qui ad explorandum missi sunt,nomẽ eius Ause scribitur.Et fortassis(ut mihi uidetur) pro exploratoris officio non Iesus,sed Ause dictus est,et Naue filius nominatur.Cũ uerò reddit opere expleto,& perterritis omnibus solus subleuat lapsos,desperationẽq; populi solus erigit,tũc à Moseo Iesus nominatus est:nec Naue filius dicit, sed ille ad quẽ dixerat Moyses: Educ exercitum, & conflige cum Amalech.Illud etiã intuẽtes, magnitudinẽ eius uidemus, quod cũ in transfigurationẽ uultus Moysi omnis filiorũ Israel hebetaret aspectus, nec aliquis posset intueri faciem uultus eius: Iesus non solum faciem contuetur, uerumetiã in interioribus tabernaculi mysteriorũ conscius perseuerat.Quo igitur nobis hæc cuncta prospiciunt? Nempe eo quod liber hic nõ tam gesta nobis filij Naue indicet, q; Iesu mei domini nobis sacramenta depingat. Ipse est enim qui post mortem Moysi suscepit imperiũ,ipse est qui ducit exercitum,& confligit aduersus Amalech: & quod ibi adumbrabatur in monte manibus extensis,affigit cruci suæ triũphans principatus, & potestates in semetipso.Defunctus est igitur Moyses:cessauit eñ lex. Quoniam lex & ꝓphetæ Matt.11
usq; ad Ioannem. Vis autem de scripturis proferam documẽta,quod lex Moyses appellat? Audi quid dicit in Euãgelio:Habẽt Moysen,& prophetas,audiãt illos. Moysen u- Luc.16
tiq; hic sine dubio legẽ nominat.Defunctus est ergo Moyses famulus dei: defuncta est eñ lex,& legalia præcepta iã cessant.Aut si nõ tibi auctoritatis uidetur,cũ à me ista proferuntur,sequere Apostoli auctoritatem dicentis:Quoniã mulier uiuente uiro alligata Rom.7
est legi,& adultera nominabitur si fuerit cũ alio uiro:si uerò mortuus fuerit uir eius, soluta est à lege uiri,ut iam nõ sit adultera si fuerit cum alio uiro. Mulierem sine dubio animam nominat,quæ sub Moysi lege tenebat de qua dicit: Viuente uiro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit uir eius,sine dubio lex,absolutã dicit eam animam quæ uidebatur esse subiecta:idcirco necesse est legẽ mori,ut qui credũt Iesu, nequaquã adulterij crimen incurrant. Iesus igitur dominus & saluator meus,suscepit principatũ: & si uidetur, conferamus gesta Moysi cũ principatu Iesu. Dũ Moyses educeret populũ de terra Ægypti,nullus ordo in populis,nulla in sacerdotibus obseruantia. Transeunt aquã maris, aquam salsam,nec quicquam in se dulcedinis continentẽ,& murus erat eis aqua dextra læuaq;.Hęc Moseo duce gesta cognoscimus.Cum uerò dominus meus ducit exercitũ, quæ sunt quæ iam tunc adũbrantur,uideamus. Sacerdotes præcedunt, arca testamenti portatur in humeris sacerdotũ,nusquã iam mare,nusquã salsus fluctus occurrit, sed duce domino meo Iesu uenio ad Iordanem, & uenio nõ perturbatione fugæ, neq; perterritus metu,sed uenio cum sacerdotibus arcã testamenti domini,in qua dei lex & diuinę literæ seruantur, ceruicibus suis humerisq; portantibus: Ingredior Iordanẽ non cũ furti Ios.4
uo silentio,sed in tubarũ cantibus mysticum quiddam diuinumq; canentibus,ut ad prę-

dicationem tubæ cœlestis incedam. Ibi dictū est quod diuisa est aqua in duas partes, & ex aquis unus murus factus est à dextris, alius à sinistris. Hic uerò qui uenit soluere medium parietem sepis, fecit utraq; unum. ex una enim parte erecta est aqua, alia uerò pars defluxit in mare. Deinde hic ait: Præparate uobis cibos ad uiā. Et hodie si audias, dicit tibi Iesus: si sequeris me, præpara tibi cibos ad uiā. Cibi etenim opera sunt, quæ nos ad futuram uitā, uelut fidele uiaticū comitantur. Videamus tamen quoniā non conuenit negligēter, & quasi in transitu literas legere diuinas, unde eos iubet cibos parare nō habētes frumentū. Manna etenim cibus erat eis. Sed cum iam transierimus fluminis huius ripas defit manna: & ideo si nō unusquisq; pręparauerit sibi cibos, nō poterit sequi Iesum terram repromissionis intrātem. Videamus quos primū in terra repromissionis capiat
Leuit.23 fructus: Tunc, inquit, manducauerunt primum fructum de regione palmarū, & manducauerunt primo azyma. Vides ergo quia primum nobis mundi huius iter digressis, si recte sequamur Iesum, primo occurrit palma uictoriæ, & abiecto fermento malitiæ & nequitiæ, azyma nobis synceritatis & ueritatis parantur. Mittit tamē Iesus noster exploratores ad Hierichontiū regem, & hospitio suscipiūtur à meretrice. Sed illa meretrix quæ ab Iesu missos suscepit exploratores. propterea suscepit ne ultra sit meretrix. Sed & uni uscuiusq; nostrum anima meretrix fuit, donec in desideriis et cupiditatibus uiueret carnis. Suscepit uerò exploratores Iesu, angelos quos misit ante faciē suam, ut præpararēt uiam eius. Quos tamē si ex fide anima unaquæq; suscepit, nō in humilibus locis, neq; in inferioribus collocat, sed in superioribus & excelsis: quia nō humilioribus et terrenis Iesum dominum suscipimus, sed à patre profectū, & de cœlestibus uenientē. Sed nec lini stipulam, in qua exploratores delitescebant, ego absq; sacramētis accipio. Linū nāq; est indumentū sacerdotale, per quod significatur uel iis qui inuitandi erant culmē sacerdo
1Pet.2 tale delatum, sicut Petrus apostolus dicit: Vos autē gens sancta, regnū sacerdotale: uel certe quod in sacramēto legis, ubi de sacerdotib. adnotatur, populi huius qui est ex gentibus, latebat occulta uocatio. Cōtinuo ergo inimicitas suscepit meretrix aduersus Hie
Gal.5 richontium regē. Quid nisi quia caro cōcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus
Ioan.15 carnem? Et iterum ait: Odit uos hic mundus, quia me priorem uestrū odio habuit. Est ergo rex aliquis inimicus meretricis huius qui est princeps huius mūdi, qui insequitur, & occupare cupit exploratores Iesu, sed nō potest obtinere, quia per montes iter faciunt: nō incedunt per humilia, nec uallibus delectātur, sed collinos uertices, & montiū excel
Psal.121 sa sectantur: quia hæc meretrix dicit: Leuaui oculos meos ad mōtes unde ueniet auxilium mihi. Nō potest illuc ascēdere mūdi huius princeps, nec potest per excelsum iter ad
Matt.4 Iesum peruenire: quinimo & si eū tentās collocauerit in excelsis, dicit ei: Mitte te deorsum: quia humilia semp diligit, & caduca, in his regnat, in his sedē suam collocat, in quibus etiā usq; ad infernū descēdat. Moses nō dixit, stet sol, nec maximis imperauit elemē
Ios.10 tis, sicut Iesus fecit. Stet, inquit, sol super Gabaon, & luna super uallē Elom: & ꝓpterea addit scriptura & dicit, quia nunq; sic audiuit deus hominē. Iesus ergo meus solē stare fecit nō tunc solū, sed multo magis modo in aduentu suo. Deniq; dum nos bellū gerimus aduersus inimicos nostros, & colluctamur aduersus principatus, & potestates, & rectores tenebrarū harum, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus, sol nobis iustitię indesinenter assistit, nec deserit unq;, nec festinat occūbere, quia ipse dixit: Ecce ego uobiscū sum omnibus diebus. Non solū aūt duplicato die nobiscū est, sed omnibus diebus nobiscum est usq; ad consummationē seculi, donec & nos obtineamus aduersarios nostros. Sed & illud uideamus, quid est quod repromisit Iesus militib. suis. Omnis, inquit, locus quemcunq; subdideritis uestigiis pedum uestrorū, uester erit. Dixerat hoc illis qui tunc erant, de regionibus Chananęorum, Pherezæorū, Iebusæorum, cæterarumq; gentium, quarū regiões expulsis indignis habitatoribus, ipsi hæreditate ceperūt: sed nobis in his uerbis quid repromittit, uideamus. Sūt quędā aduersariarū potestatū gētes diabolicæ, aduersum quas nobis certamē geritur, et agones in hac uita desudant. Quātascūq; ergo ex his gētes pedibus nostris subdiderimus, quantoscūq; in certamine uicerimus, ipsorū regiones, ipsorū prouincias et regna: Iesu nobis domino distribuente capiemus. Fuerūt enim illi aliquādo angeli, fuerūt in regno dei magnifici. An nō legimus qd Esaias dicit
Esa.14 de uno ex ipsis: Quomodo cecidit Lucifer qui mane oriebat? Lucifer iste sine dubio sedem

dem habebat in cœlis: postea uerò quàm factus est angelus refuga, si eũ uincere potuero, & subijcere pedibus meis, si meruero ut dominus meus Iesus cõterat Satanã sub pedibus meis: cõsequenter locũ Luciferi accipere merebor in cœlis. Sic ergo intelligimus promitti nobis ab Iesu domino nostro, ꝙ omnis locus quẽ subdiderimus uestigijs pedum nostrorũ, noster erit: si nõ putemus quia in hãc hæreditatẽ per otium & negligentiam oscitantes & dormitãtes intrare possimus. Ira suæ gentis angelũ habet. Hãc nisi uiceris in temetipso, & abscideris abs te omnes motus iracundię ac furoris, locũ quem ali quando habuit ille angelus, capere in hęreditate nõ poteris, pro eo quod desidia tua ne quaquã eũ de terra repromissionis expuleris. Similiter & superbiæ, & zeli, & auaritiæ, ac libidinis sunt aliqui incentores angeli, et instinctores horũ malorũ, quorũ nisi uitia in temetipso uiceris, atꝙ ea de tua terra quæ iam per gratiã baptismi sanctificata est exterminaueris, nullo modo plenitudinẽ repromissę hæreditatis accipies. Sub Moseo nõ est dictũ hoc quod sub Iesu dicitur, quia cessauit terra à prælijs. Certũ est quod & terra nostra hæc, in qua agones habemus, & certamina sustinemus, solius Iesu dñi uirtute cessare poterit à prælijs. Intra nos etenim sunt omnes gentes istæ uitiorum, quæ animam iugiter, & indesinenter oppugnant. Intra nos sunt Chananæi, intra nos sunt Pherezęi, hic sunt Iebusæi. Qualiter ergo nobis laborandum est, qualiter uigilandũ, uel quanto tẽpore perseuerandum, ut omnibus istis de nobis uitiorũ gentibus effugatis, tandẽ terra nostra cesset à bellis? Et ideo ꝓpheta cõmonet, ut in lege domini meditemur die ac nocte. *Psal. 1*
Quæ utiq; diuinorũ uerborũ meditatio, uelut tuba quædã est animos tuos ad prælium concitans, ne forte aduersario uigilãte tu dormias. Ideo nec dies ad meditandũ sufficit, sed & nox adiũgitur. Vos uerò quid facietis, qui nõ solũ nocte dormitis, sed & tota die aut occupationibus seculi, aut carnis delitijs deseruitis, & uix raro ad ecclesiã diebus solennibus cõuenitis? Aliqui autem ex uobis, etiam uenientes non ueniunt, quia uenientes nõ uerbo dei sed fabulis uacant. Propter quod dicit ad uos sermo diuinus: Exurge ꝙ dormis, & exurge à mortuis, ut cõtingas Christũ. Exurge enim à mortuis dicitur ijs qui in operibus permanẽt mortuis, in immunditijs suis & sceleribus perdurantes: quę licet hominibus nõ sint manifesta, deo tamẽ sunt cognita. Sed uel ex hoc pœnitudinẽ agite, & cõuertimini ad deũ ex toto corde uestro, uacate orationibus, uacate uerbo dei. Quid prodest si ieiunamus pro peccatis, & iterũ peccata cõmittimus? quid prodest lauisse, & in cœno denuo uolutari? Ieiunasti aliquanto tẽpore, tale est quale si interim ex Ægypto discesseris. Transisti mare rubrum, secutus es Moysen, præcepta scilicet & mãdata legis obseruãs: sed iam te à Moseo suscepit Iesus, qui te etiã circũcidat secũdo, in loco qui dicitur collis prępuitiorũ. Circuncidendus igitur tibi est nõ solũ idolorum cultus, quem in initijs abiecisti, sed denuo tibi etiã auaritia circũcidenda est, qui est idolorũ subtilior cultus. Denicꝙ Iesus secundo circuncisum populum circuncidens sic dixit: Hodie abstuli à uobis opprobrium Ægypti. Donec peccamus, donec regnant in nobis uitia passionum, etiam si relictis simulacris abscessisse uideamur ex Ægypto, opprobriũ tamẽ Ægypti ablatum non est à nobis. Si ergo secundam hanc circũcisionem acceperis uitiorũ & abscideris à te omne uitium iræ, superbiæ, inuidiæ, libidinis, auaritiæ, iniquitatis, cæterorumꝙ similium, tunc à te Ægypti abstergentur opprobria, & translatus in terram repromissionis hæreditatem regni cœlestis accipies, per uerum Iesum, Christum dominum & saluatorem nostrum, cui est gloria in secula seculorum. Amen.

De eo quod scriptũ est, Moses famulus meus defunctus est. Homilia II Cap. I

NISI moriatur Moyses, non poterimus aduertere quomodo regnat Iesus. Si ergo consideres Hierusalem subuersam, altare destitutum, nusquam sacrificia, nec hostias, nec libamina, nusquam sacerdotes, nusquam põtifices, nusquam ministeria Leuitarum, cum hęc omnia uides cessare, dicito quia Moyses famulus dei defunctus est. Si uideris neminẽ ter in anno uenire ante conspectũ domini, nec offerre munera in tẽplo, nec iugulare pascha, nec azyma edere, nec offerre primitias, nec primogenita cõsecrare, cum hæc omnia non uides cõsecrari, dicito quia Moyses famulus dei defunctus est. Cũ uerò uideris introire gẽtes ad fidẽ ecclesiæ, extrui altaria, non cruore pecudum respergi, sed precioso Christi sanguine cõparari: cum

ri:cum uideris ſacerdotes & leuitas nō ſanguinem hircorum,& taurorum, ſed uerbum dei per ſpiritus ſancti gratiam miniſtrātes, tunc dicito quia Ieſus poſt Moyſen ſuſcepit, & obtinuit principatū, nō ille Ieſus filius Naue, ſed Ieſus filius dei.Cū uideris qa pascha noſtrum immolatus eſt Chriſtus, & azyma edimus ſynceritatis, & ueritatis: cū uideris fructus terræ bonæ in eccleſia triceſimos,ſexageſimos,& cēteſimos,id eſt uiduas,& uirgines,& martyres: cū uideris multiplicari ſemē Iſrael ex ijs qui nō ex ſanguinibus, neq; ex uoluntate uiri neq; ex uoluntate carnis,ſed ex deo nati ſunt,& cum uideris filios dei qui diſperſi erant,cōgregari in unum: cum uideris ſabbatizare populum dei, nō otium gerentem à conuerſatione cōmuni,ſed otium gerētem ab operatione peccati:cum hęc omnia uides,dicito qa Moyſes famulus dei defunctus eſt,& Ieſus filius dei obtinet principatum.Deniq; & in libello quodā licet in canone nō habeatur, myſterij tamen huius figura deſcribitur.Refertur enim quia duo Moyſes uidebant:unus uiuus in ſpiritu, alius mortuus in corpore.In quo hoc eſt mirū quod adumbrabatur: quia ſi intuearis literā legis inanē,& uacuā ab ijs omnibus quę ſuperius memorauimus,ipſe eſt Moyſes mortuus in corpore. Si uerò potes remouere legis uelamē, & intelligere quia lex ſpiritalis eſt,iſte eſt Moyſes qui uiuit in ſpiritu. Et dixit, inquit, dñs ad Ieſum filiū Naue miniſtrū Moſei: Moyſes famulus meus defunctus eſt. Nūc ergo exurgens tranſi Iordanē hūc tu & omnis populus hic in terrā quā do uobis. Requires fortaſſe quomodo miniſter Mo-
Gal.4 ſei fuerit etiam dominus noſter Ieſus filius dei. Quia cū ueniſſet plenitudo tēporis, miſit deus filiū ſuum factum ex muliere,factum ſub lege.Per hoc ergo quod factus eſt ſub lege,Moſei miniſter effectus eſt.Dicit autē deus,ut tranſeat in terram, non quam dedit Moyſes, ſed quā, inquit, ego do uobis. Vides ergo quia Moſeo mortuo deus dat terrā
Matt.5 populo per Ieſum.Quā terram?Illam ſine dubio de qua dicit dominus:Beati manſueti, quia ipſi hæreditate poſſidebunt terrā.Omnem,inquit, locum quencunq; aſcenderitis ueſtigijs pedum ueſtrorum,uobis dabo eū. Quæ ſunt loca quæ aſcēdimus ueſtigijs pedum noſtrorū?Legis litera humi poſita eſt, & deorſum iacet.Nuſq; ergo aſcēdit qui legis literā ſequit.Si uerò potueris à litera aſcēdere ad ſpiritū,et ab hiſtoria ad intellectum conſcēdere celſiorē,tunc uere aſcendiſti locū editū & excelſum,quē à deo in hæreditate percipies.Si em in ijs quæ ſcripta ſunt,typos intelligas,& aduertas formas eſſe cœleſtiū,& mēte ac ſenſu quæ ſurſum ſunt quæras,ubi Chriſtus eſt in dextra dei ſedēs:tūc & illū locū in hæreditate percipies,dicēte domino & ſaluatore noſtro:Quia ubi ego ſum, ibi erit & miniſter meus.Si ergo uſq; ad Chriſtū ſedentē in dextra dei peruenerīs fide,uita,puritate,uirtute,& illis ueſtigijs pedū tuorū quæ lauit Ieſus, illum locū inceſſeris,dabit tibi eū deus:dū non ſolū hęres efficieris dei,ſed & cohęres Chriſti.Sicut,inquit, dixi Moyſi,eremum & Antilibanū hunc uſq; ad flumen magnū,flumen Euphraten.Eremū deus ſubiecit Ieſu,id eſt deſerta:de quibus dicit propheta:Lætare eremus ſitiens:& multi filij deſertæ,magis q̄ eius quę habet uirū.Et iterū:nō dixit Libanum, ſed Antilibanū, quē à deo accepit Ieſus. Antilibanus aūt dicitur quaſi pro Libano. Si ergo uideas priorem populum illum ſecundū carnē Iſrael,qui erat uera oliua,ipſum intellige fuiſſe Libanum uerum:ſed cum uideris quia pro incredulitate ſua auferē ab eo regnū,& datur genti facienti fructum eius,iſtum populum qui pro illo expulſo introducitur in regnū: Antilibanū ſenti,quæ eſt eccleſia dei ex gentibus congregata per Ieſum Chriſtū dominum noſtrum,cui eſt gloria, & imperium cum ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum. Amen.

De duabus & ſemis tribubus,id eſt tribu Ruben,& tribu Gad,& ſemitribu Manaſſe,& nouem & ſemis tribubus. Homilia III Cap. II

M OYSES duabus & ſemis tribubus terrā partitur, id eſt tribui Ruben, & tribui Gad, & tribui Manaſſe dimidiæ. Reliquis uerò tribubus, non Moyſes, ſed Ieſus diuidit terram. Pactum tamen initum eſt cum illis duabus & ſemis tribubus quæ trans Iordanem acceperant terram, ut relictis mulieribus, & infantibus ſuis in illa terra trans Iordanem, ipſi cum fratribus ſuis pugnent uſquequo etiam ipſi conſequant hęreditatem. Oportuit igit poſt obitū Moſei,qui pactū iſtud inierat:Ieſum promiſſa depoſcere, & commonere eos auxilium pugnaturis fratribus ferre. Hæc quidem hiſtoria narrat:uerū quia nos forte iam conuerſi ad dominū ſumus,qui aufert uela

fert uelamẽ ex lectione ueteris teſtamẽti, & donat ſeruis ſuis credentibus in ſe, ut reuelata facie gloriã domini ſpeculentur, hæc omnia quæ figuraliter illis accidebant, propter nos ſcripta eſſe ſentiamus, in quos fines ſeculorũ deuenerunt. Et ideo (ſicut ante iam diximus) aſcẽdere tentemus à litera ad ſpiritũ, à figuris ad ueritatem: & cõſideremus quã formam teneant iſtæ duę & ſemis tribus, quæ per Moyſen terrã hæreditatis accipiũt: & quam formam teneãt reliquæ nouem & ſemis tribus, quæ per Ieſum repromiſſionẽ terræ ſanctæ ſuſcipiũt. Et primo omniũ puto ꝙ impoſſibile fuerit fortuitu accidiſſe, ut hi qui per Moyſen accipiũt portionẽ, omẽs primogeniti eſſent. Ruben nanq; primogenitus eſt ex Lia, Gad primogenitus ex Gelfa, et Manaſſes primogenitus ex Aſſenech Ægyptia filia Putipharis ſacerdotis Heliopoleos, quã accepit Ioſeph. Nunq; ego mihi perſuadeo ut fortuitu acciderit primogenitos eſſe oẽs quibus per Moyſen decernebat hæreditas, ſed magis hoc arbitror ꝙ in ijs iam tunc duorũ adumbrabatur forma populorũ unius quidẽ qui primogenitus per naturæ ordinẽ uideret: alterius qui per fidẽ & gratiam, benedictionẽ acciperet hæreditatis. Nec prius illis qui per Moyſen accipiũt hęreditatẽ, id eſt qui per legẽ placuerunt deo, requies datur, niſi adiuuẽt in pręlijs fratres ſuos. Mulieres tantũ, & infantes accipiunt quietẽ per Moyſen: cæteri aũt nõ requieſcũt, ſed exeunt ad auxiliũ fratrũ ſuorũ. Vide mihi hodie laborãti in agone uitæ huius, & habẽti certamen aduerſus inimicos, id eſt cõtrarias poteſtates, quomodo in auxiliũ ueniũt illi qui ante aduentũ Ieſu Chriſti domini mei in lege iuſtificati ſunt. Vide quomodo Eſaias mihi præſtat auxiliũ, cum me ſermonibus ſuæ lectionis illuminat. Vide accinctũ, & expeditũ uenientem Hieremiã ad auxilium noſtrũ, & uoluminis ſui iaculis hoſtes acerrimos, & cordis mei tenebras effugantẽ. Accingitur & Daniel ad auxilium noſtrũ, cum nos de Chriſti præſentia ac regno, & de Antichriſti futura fraude inſtruit & prẽmonet. Adeſt & Ezechiel ſacramenta nobis cœleſtia in quadriformib. rotarũ circulis ſignãs, et rotam cõcludens in rota. Ducit & Oſee biſſenas ꝓphetici agminis turmas, & procedũt omnes ſuccincti lumbos in ueritate quam prædicant ad auxiliũ fratrũ ſuorũ, ut eorũ uoluminib. inſtructi, diabolicas non ignoremus aſtutias. Iſti ergo qui uiri fortes ſunt, armati & præcincti lũbos in ueritate exeunt in auxiliũ noſtrũ, & pugnant nobiſcum. Infantes aũt, & mulieres non exeunt ad prælium noſtrum. Nec mirum, infans enim dicit̃ qui non loquit̃. Quid me ergo adiuuare potuit ille qui nihil locutus eſt? cuius nihil inuenio quod legam? cuius ſermo nõ inſtruit? Mulierẽ uerò dicit Apoſtolus infirmum uas eſſe. 1 Pet. 3
Vnde & conſequenter, infirmũ uas ad cõflictum non uenit, ne confringatur & pereat. Sic nanq; et de Ieſu domino in Euangelijs dicit̃, quia calamũ quaſſatum non confregit. Eſa. 42
Quia ergo mulieres à uiris ſuis domi doceri iubẽtur, & magis in diſcipulorũ quam docentiũ perſona ponuntur, ad auxiliũ meum nõ uenit qui docere me nõ poteſt, & cuius nihil inuenio quod imitari debeam, uel tenere. Videamus ergo quid dicũt ad Ieſum iſti qui ueniunt ex illa terra quam diſtribuit Moyſes: Sicut audiuimus (aiunt) Moyſen, ita audiemus & te. Nihil tam uerũ, quam quod omnis qui audit Moyſen, audiat & Ieſum dominũ noſtrũ. De Ieſu em̃ ille ſcripſit. Vnde & dñs in Euangelio arguens eos, quia ex eo quod ſibi nõ credunt, nec Moſeo credant, dicit: Si crederetis Moyſi, crederetis utiq; Ioan. 5
& mihi. De me em̃ ille ſcripſit. Mihi tamen nec hoc otioſum uidetur, quod nõ tres integræ tribus ſunt iſtæ quę per Moyſen diſpenſant̃, & illæ integræ nouẽ quæ per Ieſum hęreditatem potiuntur, ſed duæ & ſemis hic, & ibi nouẽ & ſemis, & iſta una tribus diuiditur in duas partes, per quã neq; hic tertius numerus integer adimplet̃, neq; ibi decimus perfecte & integre conſummat̃. In quo arbitror illud indicari, quod & illi priores qui p legem habebantur, cõtigerint quidem ſcientiam trinitatis, nõ tamẽ integre et perfecte, ſed ex parte. Deerat enim illis in trinitate, etiam de unigeniti incarnatione cognoſcere. Nam licet de aduentu eius crederẽt, & de reliquis eius diſpenſationibus nõ ſolũ crederent, ſed etiam prædicarent: non tamẽ etiã uidere, & adipiſci ea quæ crediderãt, potuerunt: ſicut & dominus diſcipulis ſuis dicit de eis: Quia multi prophetæ & iuſti cupierũt Matt. 13
uidere quæ uos uidetis, & nõ uiderũt: & audire quæ uos auditis, & nõ audierũt. Erat em̃ fides eorũ nõ integra, pro eo quod nondũ in Chriſto fuerat diſpẽſatio carnis impleta: & quod nos factum iam credimus & impletum, illi tantummodo futurũ credebãt. Propterea ergo tribus illæ neq; duæ ſunt, ne patres extra fidem & ſalutẽ ſint trinitatis: neq;

tres

tres integræ & pfectæ,ne beatæ trinitatis in illis iam sacramentũ uideretur expletũ.Sed contigerũt quidem tertium numerũ, & sicut dixit dominus, cupierunt uidere quæ uidemus,& audire quæ audimus:sed minime potuerũt,quia nõdum filius hominis fuerat exaltatus,nec tẽporum iam uenerat plenitudo.Hic me etiam aliquid amplius mouet.Ego puto quod fortasse nec in aduẽtu Iesu, & incarnatione eius adhuc quod perfectũ est & integrum discimus:sed nec si ad crucem ducatur iam,& consummetur in omnibus, nec si à mortuis resurrexerit,cũcta nobis per semetipsum quę perfecta sunt,pandet.Alio ad huc opus habemus qui nobis aperiat, & reuelet uniuersa. Audi ipsum dominũ in Euan
Ioan.16 gelijs dicentẽ:Multa adhuc habeo uobis loqui,sed nõ potestis illa modo audire. Veniet aũt spiritus ueritatis qui à patre procedit,& de meo accipiet,& ille uobis indicabit omnia. Vides quia nõ solũ apud Moysen iste tertius numerus nõ demonstrat impletus, sed adhuc & Iesus dicit discipulis suis: Nondũ potestis audire,nisi ille paracletus ueniat spiritus ueritatis:quia per ipsum,& in ipso adimplet perfectio trinitatis. Nã & quod nouem & semis tribus sunt quę sub Iesu duce agunt,& nõ integrę decẽ,qui numerus in omnibus cõsummatus dicitur & perfectus, eadẽ sine dubio ratio inuenit, ut hoc quod à domino Iesu reseruari dicit spiritui sancto,semiplenum uideatur ac medium.Quamuis enim per dominũ & saluatorem pœnitẽtia prædicetur, & cõuersio à malis ad bona, & detur omnibus credentibus remissio peccatorũ, & omnia quæ ad perfectionẽ decadæ uidentur tendere,compleantur: tamen perfectio & summa cunctorũ bonorũ in eo cõsistit,si post hæc omia sancti spiritus quis gratiã mereat accipere.Alioqui nihil in eo perfectum putabit,cui sanctus spiritus deest,per quẽ mysteriũ beatæ trinitatis implet. Vis ut adhuc tibi euidẽtius probem,apud priorẽ populũ illum, quẽ Moyses in duabus & semis tribubus adumbrabat,non fuisse omia integra,nec perfecta? declarat etiã illa historia quę in hoc ipso libello Iesu Naue scripta est,cũ dicit quia altare quidẽ uerũ erat in illa terra quam Iesus dispensabat,isti tamẽ qui erant trans Iordanẽ,id est Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse,fecerũt sibi altare,sed nõ uerũ altare,sed quod typũ haberet, & formam ueri altaris quod erat apud Iesum.Nihil ergo mireris si nõ integrã scientiã trinitatis acceperant illi,qui nec integrum nec uerũ altare cõstruxerãt.Ideo denicp nec multi hostes,necp plures reges contrariarũ uirtutũ ab illis dicũtur esse deiecti. Seon, inquit, tantummodo regem Ammorræorũ, & Og regẽ Basan, & Amalechitas deiecerũt trãs Iordanem.Iesus uerò ubi ducit exercitum,nunc quincp reges simul cadunt qui confugerant in speluncas:& non solũ cadunt,sed & suspenduntur in ligno:nunc uigintinouem pariter iugulant, & immensæ multitudines aduersi exercitus prosternunt, & exterminantur omnes qui sanctã terram in immunditijs possidẽt, qui terram fluentẽ lac & mel in amaritudine malitiæ detinẽt.Interea mittũtur ab Iesu exploratores in Hiericho, & suscipiuntur à meretrice Raab.Exploratores isti qui mittunt ante faciem Iesu, possunt & angeli dei putari,sicut scriptũ est:Ecce mitto angelum meum ante faciẽ tuam qui prępararet uias tuas. Quod per alios quidẽ inuisibiliter,per Ioannẽ uerò uisibiliter cõplebatur: de quo & hoc scriptũ est. Denicp de Ioannis baptismo dicitur à domino:quia Scribę & Pharisæi non crediderunt ei,meretrices autem et publicani credẽtes baptizati sunt.Sic ergo etiam in hoc cõpletur quod meretrix Iesu exploratores susceperit, per quos & de interitu totius inimicę gẽtis refertur erepta.Sed uideamus quidẽ quæ est meretrix.Raab dicitur.Raab interpretatur latitudo.Quę est ergo latitudo,nisi ecclesia hæc Christi, quę ex peccatoribus uelut ex meretricatiõe collecta est?Et dicit:Angustus mihi est locus,fac mihi locum ubi habitem.Hos aũt mihi quis enutriuit?Et iterum ad quam dicit: Dilata pedes tuos,& extende tentoria tua.Ista ergo latitudo est quæ susceperit explorato
3 Reg.3 res Iesu. Scio me aliquando in quadam ecclesia disputãtem de duabus meretricibus,de quibus scriptum est in tertio lib.Regnorum,quæ ad iudicium uenerãt Solomonis, quarum una uiuum,alia mortuum habebat infantẽ,discussisse diligẽtius, & dixisse quia illa meretrix hæc esset cui Solomon non ille, sed hic qui pacem uenit facere eorum quæ in cœlis sunt & quæ in terris,reddi uiuũ iussit infantem:illa uerò alia quæ mortuum habebat infantẽ,uel illius esset prioris populi synagoga,uel eorũ qui in hęresim declinarunt.
Osee 1 Est et alia meretrix quam in Osee iubetur accipere propheta,in figura sine dubio huius quę ex gentibus congregata est.Talis ergo & hęc meretrix esse dicit quę exploratores

susceperit

ſuſcepit Ieſu: ſed hæc ſuſceptos eos in ſuperioribꝫ collocat, atq; in editis & excelſis fidei conſtituit ſacramentis. Nemo enim qui ab Ieſu mittitur, inuenitur deorſum & humi iacens, ſed in ſuperioribus permanet: & nō ſolum ipſe in ſuperioribus permanet & excelſis, ſed & iſta meretrix quæ eos ſuſcepit, ex meretrice efficitur iam propheta, dicit enim: Scio quia dominus deus ueſter tradidit uobis terram hanc. Vides quomodo illa quæ aliquando erat meretrix & impia & immunda, nūc iam ſpiritu ſancto repleta eſt, & de præteritis quidem confitetur, de præſentibus uerò credit, prophetat autē & prænunciat de futuris. Sic ergo Raab, quæ latitudo interpretatur, dilatatur & proficit, uſquequo in omnem terram exeat ſonus eius. Sed & Iaphet ſimiliter dilatatio interpretatur: qui utiq; & ipſe formā populi huius ferebat, qui ſaluatur ex gentibus, & Chanaan puer ſeruus ei ſub ijcitur à patre, & fratri ſuo Sem, qui formā gerit eorum qui ex circunciſione ſaluātur. in quo admirāda eſt benignitas & prouidētia dei, qui uolens peccatori Chanaan præſtare remedium, & conferre ei ſalutē, ſeruū eum fecit fratribus ſuis, ſicut Eſau factus eſt, ut ſeruiret fratri ſuo Iacob: nō utiq; ut periret, ſed ut ſalutē meliorib. obediēdo cōquireret. Præſtatur em̄ malis plurimum, & peccatoribus qui ſemetipſos recte gerere neſciunt, ut non ſibimetipſis cōmittantur, ſed ut ſerui fiant ſanctorū, & ſubiaceant melioribus, ut nō ſuo ſenſu malo, ſed illorum bono regantur. Videtis q̄ multa benignitas dei: quā abſcondit, & occultat ab auribus uulgi, & quam uerbis aſperioribus tegit, ne forte ſeruus malus & ingratus cōtemptor efficiatur, cū nimiā domini ſui intellexerit bonitatē. Sed uideamus quid egit cū exploratoribus iſta ſapiens meretrix. Conſilium eis dat myſticū & cœleſte, nihil habens terrenum. Per montana, inquit, abite. nolite per ualles incedere, humilia & deiecta refugite, quæ excelſa ſunt & ſublimia prædicate. Ipſa autē ſignum coccineū ponit in domo ſua, per quod ſaluari de excidio debeat ciuitatis. Aliud nullū fuit ſignū qđ acciperet, niſi coccineū, quod ſanguinis formā gerebat. Sciebat etem̄ quia nulli eſſet ſalus, niſi in ſanguine Chriſti. Datur etiam hoc mandatū huic, quæ quondā meretrix fuit: Omnes, inquit, qui inuenti fuerint in domo tua ſaluabuntur. Qui aūt exierint de domo, impunes ſumus nos ab hoc iuramento tuo. Si quis ergo ſaluari uult, ueniat in hāc domū huius quæ quondam meretrix fuit. Etiā ſi de illo populo uult aliquis ſaluari, ad hāc domum ueniat, ut ſalutē conſequi poſſit. Ad hanc ueniat domū, in qua Chriſti ſanguis in ſigno redemptionis eſt. Nam apud illos qui dixerunt: Sanguis eius ſuper nos, & ſuper filios noſtros, Chriſti ſanguis in condēnatione eſt. Poſitus em̄ fuerat Ieſus in ruina, & reſurrectione multorū, & ideo cōtradicētibus ſigno eius, efficitur ſanguis eius ad pœnā, credētibus ad ſalutē. Nemo ergo ſibi perſuadeat, nemo ſemetipſum decipiat: extra hāc domum, id eſt extra eccleſiā nemo ſaluatur. Nam ſi quis foras exierit, mortis ſuæ ipſe fit reus. Hic ſanguis eſt ſignū, quia hic eſt purificatio, quæ per ſanguinē conſtat. Quod aūt in feneſtra dependet hoc ſignum, illud arbitror indicari, quia feneſtra eſt quæ illuminat domum, & per quā non integrum, ſed tantum quātum oculis & uiſui noſtro ſufficiat lumis capimus. Quia ergo & incarnatio ſaluatoris non nobis merum ingeſſit & integrum deitatis aſpectū, ſed tanq; per feneſtras fecit nos per incarnationē ſuā lumē deitatis aſpicere, idcirco mihi uidetur ſignum ſalutis per feneſtrā datum: quo ſigno, ſalutē cōſequantur oēs, qui in domo eius quæ aliquando erat meretrix, fuerint inuēti, mūdati in aqua & ſpiritu ſancto, & in ſanguine domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti; cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen. Matt. 27

De eo quod Iordanem tranſit arca teſtamenti domini, cum ſacerdotibus & leuitis & populo, ubi dicit̄ ad Ieſum: In die hac incipio exaltare te. Vbi præcipit̄ populo, ut longe ſit ab arca teſtamenti duo milia cubita. Homilia IIII. Cap. III

PECCATORI quidem omnis creatura hoſtis eſt, ſicut de Ægyptijs ſcriptum eſt: Terra eos impugnabat, fluuius impugnabat, aer ipſe impugnabat. Iuſto uerò etiam quæ inacceſſibilia uidentur, plana efficiuntur & procliuia. Mare rubrum iuſtus tanquam per aridam tranſit: Ægyptius uerò ſi trāſire uoluerit ſubmergetur, nec fiet ei aqua murus dextra, læuaq;. Iuſtus etiam ſi eremum horribilem ingrediatur & uaſtam, cibus ei miniſtratur è cœlis. Ita ergo & in Iordanem arca teſtamenti duxerat populum dei. Conſiſtit ordo ſacerdotalis & leuiticus, & aquæ uelut reuerentiā quan-

dam dei mysteriis referẽtes, cursum suũ refrenant, & coaceruãtur in cumulũ, iter dei populo innoxium concedentes. Et ne mireris cum hæc gesta tibi erga priorem populum referuntur, tibi Christiane, qui per baptismi sacramentum Iordanis fluenta digressus es, diuinus sermo maiora multo & celsiora promittit, iter tibi per aera ipsum & transitum
1 Thes. 4 pollicetur. Audi etenim Paulum dicentem de iustis: Rapiemur, inquit, obuiam Christo in aera, & ita semper cum domino erimus. Nihil omnino est quod metuat iustus, omnis ei creatura famulatur. Audi deniq; quomodo etiam per prophetam repromittit deus dicens:
Esa. 43 Si transeas per ignem flamma non aduret te, quoniam ego dominus deus tuus. Omnis igitur locus suscipit iustum, & omnis creatura exhibet debitum famulatum. Et ne existimes quod hæc in prioribus quidem gesta sunt, in te uerò qui nunc auditor horum es nihil tale geratur: omnia complentur in te secundum mysticam rationem. Etẽ tu qui nuper cupis idololatriæ tenebris derelictis ad audientiam diuinæ legis accedere, nunc primum Ægyptum derelinquis. Cum catechumenorum aggregatus es numero, & præceptis ecclesiasticis parere cœpisti, digressus es mare rubrum, & in deserti stationibus, positus ad audiendã dei legem, & intuendũ Mosei uultũ per gloriam dñi reuelatum quotidie uacas. Si uerò ad mysticum baptismi ueneris fontem, & consistente sacerdotali & leuitico ordine initiatus fueris uenerandis illis magnificisq; sacramentis, quæ norunt illi quibus nosse fas est, tunc etiam sacerdotum ministeriis Iordane digresso terram repromissionis intrabis, in qua te post Moysen suscepit Iesus & ipse tibi efficitur no ui itineris dux. Tu uerò tantarum ac talium uirtutũ dei memor, quod tibi mare diuisum
Psal. 114 est, & quod aqua fluminis stetit, conuersus ad ea dices: Quid tibi est mare quod fugisti? & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum? Montes quia exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium? Sed respondebit tibi sermo diuinus & dicet: A facie domini commota est terra, à facie dei Iacob. Qui conuertit petram in stagnum aquæ, & rupem in fontes aquarum. Quanta ante gesta sunt. Mare rubrum pedibus trãsitum est, manna de cœlo datum est, fontes in eremo disrupti sunt, Lex per Moysen data est, signa & prodigia multa in eremo gesta sunt, & nusq; dicit exaltatus esse Iesus. Vbi uerò Iordanis transit, ibi dicit ad Iesum: In hac die incipio exaltare te in cõspectu populi. Neq; enim ante mysterium baptismi exaltatur Iesus, sed exaltatio eius, & exaltatio in cõspectu populi, inde sumit exordiũ. Si enim omnes qui baptizantur, in morte ipsius baptizantur, mors autẽ Iesu in crucis exaltatione cõpletur, merito unicuiq; fidelium tũc primũ Iesus exaltatur,
Phil. 2 cum ad mysterium baptismi peruenerit quia sic & scriptum est, quod exaltauit illum deus, & donauit ei nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestiũ & terrestrium & infernorũ. Veruntamen per sacerdotes deducitur populus, & iter agit ad terram repromissionis magisterio sacerdotũ. Et quis hodie in sacerdotibus tantus ac talis est, qui in illo ordine mereat ascribi? Si enim sit aliqs talis, cedent ei flumina Iordanis, & ipsa elemẽta uerebunt, pars aquarũ fluminis retrorsum resiliet, ac post tergum frænabitur, pars uerò in mare salsum rapido lapsu diffugiet. Quod tamẽ nec ipsum absq; mysterij ratione arbitror scriptũ, quod pars aquarum Iordanis mergat in mare, atq; in amaritudinẽ profluat, pars uerò in dulcedine perseueret. Si enim omes qui baptizantur acceptæ cœlestis gratiæ dulcedinẽ custodirent, & nullus in peccatorũ amaritudinẽ uerteretur, non utiq; esset scriptum quia pars fluminis salsi maris gurgitib. fuisset immersa. Ideo mihi uidet in his uerbis baptizatorũ uarietas designari, quã quidẽ nos (quod cũ dolore cõmemoro) sæpe uidemus accidere, ut hi qui secundum baptisma cõsequuntur, cum se rursum ad negotia seculi, & illecebras libidinis tradunt, & cũ auaritiæ salsum poculum bibunt, in ea aquarũ parte firmẽtur, quæ in mare profluit, atq; in salsis fluctibus diffluit: pars uerò illa quæ cũ stabilitate permanet, & dulcedinẽ suam seruat, designet eos qui acceptũ dei munus indeclinabiliter tenent. Et recte una pars est eorum qui saluantur, quia & panis unus est, qui de cœlo descendit, & dat huic mũdo uitam, & fides una est, & unum baptisma, & unus spiritus quo omnes potant in baptismo & unus deus pater omnium. Interea sacerdotalis ordo est, & leuiticus, qui iter ostendat populo dei, qui exijt de Ægypto. Ipsi enim sunt qui edocent populũ exire de Ægypto, de erroribus scilicet mundi, & transire per eremum uastam, id est tentationũ genera diuersa transcurrere, neq; noceri à serpentibus, qui sunt morsus dæmonũ, & malarũ sug-

gestionum

gestionum uenena uitare. Quod si aliquis forte percussus fuerit in eremo à serpente, ut ostendãt ei æreum serpentẽ in cruce suspẽsum: quẽ qui uiderit, id est qui crediderit in eũ cuius figuram serpens ille mõstrabat, diabolica per hoc uenena diffugiet. Sacerdotalis & leuiticus ordo est, qui adsistit arcę testamẽti domini, in qua lex dei portat̃ sine dubio, & ipsi illuminant populum de mãdatis dei, sicut propheta dicit: Lucerna pedibus meis uerbũ tuum domine, & lumẽ semitis meis. Hoc lumẽ per sacerdotes accenditur & leuitas. Quod si alius forte quis ex hoc ordine accensam lucernã posuerit sub modio, & nõ super cãdelabrũ, ut luceat omnib. qui in domo sunt: uideat quid sibi agendũ sit cum domino lucis reddere cœperit rationẽ pro ijs qui nihil illuminationis à sacerdotibus capi entes in tenebris ambulãt, & peccatorũ obscuritate cæcant̃. Vide denicꝙ quid dicit: Populus, inquit, ut longe sit ab arca testamẽti duo millia cubitorũ. Sacerdotes uerò, & leuitæ proximi, & satis proximi, ita ut humeris ipsorũ arca domini, & legislatio diuina portetur. Beati qui merent̃ proximi esse deo. Sed memento quod scriptũ est: Qui approximant mihi, approximant igni. Si aurũ uel argentũ fueris, & igni approximaueris, multo per ignẽ splẽdidior & rutilantior effulgebis. Si uerò supra fundamentũ in te fidei positũ conscius tibi es superædificasse te ligna, fœnũ, stipulã, cum tali ędificatione si igni approximaueris, cõsumeris. Beati igitur qui proximi sunt, & qui ita proximi sunt, ut ignis eos illuminet, non adurat. Saluabit̃ tamen & Israel, sed longe positus saluabitur, & iter aget nõ sua uirtute, sed adminiculis & prouidentia sacerdotum. Quando autẽ? Ad transitum Iordanis. notaui enim & hoc non sine causa esse signatum ut & tempus distingueretur. Decima, inquit, mensis primi. Ista ipsa est dies, in qua & agni mysteriũ præcipiebatur in Ægypto. Decima die mensis primi terrã repromissionis incedunt: quod mihi ualde beatum uidetur, ut eadem ipsa die qua errores quis subterfugerit seculi, etiam terram repromissionis ingredi mereatur, id est in hac die qua in hoc seculo uiuimus. Oms enim uita nostra præsens in uno die designatur. Et ideo edocemur per istud mysterium, ne actus nostros, & opera iustitiæ in crastinũ differamus, sed hodie, id est donec uiuimus, donec in hoc mundo demoramur, omnia quæ ad perfectionẽ pertinẽt, festinemus implere, & ita demum poterimus decima die mẽsis primi terram repromissionis, id est beatitudinẽ perfectionis intrare. Sed & alia quamplurima si diligenter obserues, in hanc diẽ recapitulari scripturarum relatione deprehendes de libris singulis. Vti ne nunc sermo nobis plus ꝙ uolumus dilatetur, hoc sentiendum est de eo, quod sæpius dies iste repetit̃: quia licet generalis nobis sit una perfectio, tamen unãquanꝙ speciem uirtutum quam aggredimur explicare, si eam potuerimus integre perfectęꝙ complere, est ipsius uirtutis sua quoꝙ perfectio. Verbi causa, si is qui iracundus est, uirtutem mãsuetudinis cupiat adipisci, sine dubio primo offendit in multis, donec longa meditatiõe usum multi tẽporis in naturam cõuertat. Et cum obtinuerit quod proposuit, adipiscitur quidem perfectionẽ mansuetudinis, nõ tamen ex hoc etiam perfectionẽ uirtutũ omnium possidet. Sic ergo per singulas uirtutes inueniunt̃ multæ perfectiões. Perfectio uerò generalis illa est, quę omnium in se perfectionũ continet summam. Propterea ergo multa in hac die gesta recapitulantur, ut multas perfectiones ad unum tendere significẽt finem, sicut & prophe ta dicit: Multum peregrinata est anima mea. Et iterũ: Dum dicũt mihi per singulos dies ubi est deus tuus, hæc rememoratus sum, & effudi in me animã meam: quia pertranseam in loco tabernaculi usꝙ ad domũ dei, in uoce exultationis, & confessionis sonus epulantis. Post labores eñ & tentationes quas in huius mundi eremo pertulerimus, post transitum rubri maris, post fluenta Iordanis, si digni fuerimus terrã repromissionis intrare, cũ lætitia & exultatione perueniemus, sequẽtes sacerdotes domini Christi & saluatoris nostri, cui est gloria & potestas in secula seculorum, Amen.

De duabus & semis tribubus, quæ transierunt Iordanẽ. Et de Iesu qũo exaltauit eum dominus in conspectu filiorum Israel. Et quomodo populum circuncidit cultris petrinis secundo. Homilia V Cap. IIII & V

E ijs quidem qui mare rubrum transierunt, apostolus dicit, quia oẽs in Moy 1 Cor. 10
D se baptizati sunt in nube, & in mari. De ijs uerò qui Iordanẽ transeunt, possumus etiam nos simili modo pronũciare, quia omnes in Iesu baptizati sunt in

Iordane: ita ut ea quæ in Iordane gesta referunt, formã teneant sacramenti, quod per baptismum celebratur. Illud uerò quod scriptũ est: Et festinauit populus & trãsiit Iordanẽ, & factum est cum pertransisset omnis populus, transiit & arca testamenti domini: non mihi otiose additum uidetur à spiritu sancto quod dixit quia festinauit populus trãsire. Vnde & ego arbitror, quia nobis quoq; uenientibus ad baptismũ salutare, & suscipiẽtibus sacramenta uerbi dei, nõ otiose, nec segniter res gerenda est, sed festinandum est, & perurgendum, usquequo omnia trãseamus. Transire em̃ omnia, implere est omnia quæ
Matt. 5 mandantur. Festinemus ergo trãsire, id est adimplere primo quod scriptũ est, Beati pauperes spiritu: ut deposita omni arrogãtia, & Christi humilitate suscepta peruenire ad repromissam beatitudinẽ mereamur. Sed & cũ hæc impleuerimus, non nobis standũ est, neq; cessandũ, sed transeunda sunt & cætera quæ sequunt̃, ut esuriamus & sitiamus iustitiam. Transeundum nobis est & quod sequitur, ut in hoc mũdo lugeamus. Cito etiã reliqua transeunda sunt, ut mãsueti efficiamur, & ut pacifici maneamus, ut per hoc filij dei uocari possimus. Festinandũ quoq; nobis est, ut persecutionũ pondus uirtute patientiæ transeamus. Cumq; hæc singula quę ad uirtutis gloriã spectãt, non segniter nec remisse, sed cum omni instantia & celeritate cõquirimus, hoc mihi uidetur esse cum festinatiõe trãsire Iordanẽ. Cũ uerò transierimus, & obtinere potuerimus quæ obtinere debemus, rursum nobis diligentiæ & cautelæ cura succedit, ne forte negligẽtius incedẽtes, impro
Psal. 73 uiso aliquo lapsu effundant̃ gressus nostri, sicut & ꝓpheta dicit: Paulominus effusi sunt gressus mei. Nec remissior nobis sollicitudo in cõseruandis, q̃ in cõquirendis debet esse uirtutibus. An nõ hæc tibi designari uidẽtur in eo quod dicitur, quia quadraginta milia uirorum accincti, uel expediti transierunt ad pugnã in conspectu domini ad expugnandũ Hiericho ciuitatẽ? requiramus q̃ isti sunt, quos scriptura dicit accinctos uel expeditos. Ego ex meipso præsumere aliquid, & pronũciare nõ audeo: Apostoli magis literis doceamur in talibus, qui sunt isti accincti. Paulo exponẽte discamus. Audi ipse quid dicit: Estote ergo accincti lumbos uestros in ueritate. Vides ergo quia Paulus accinctos nouit eos, qui præcincti sunt cingulo ueritatis. Igitur etiã nostrũ esse cingulũ ueritas debet, si tamẽ seruauerimus militiæ huius & cinguli sacramentũ. Si em̃ ueritas est cingulũ nostrum quo ad Christi militiam cingimur, siquando falsum loquimur, & mendaciũ de ore nostro procedit, discingimur à militia Christi, & balteo ueritatis exoluimur. Ergo si in ueritate sumus, sumus cincti: si uerò in falsitate, discincti. Sed nos imitemur potius istos quadraginta milia uirorũ accinctorũ procedentiũ ad bellũ in cõspectu domini, & semper simus in ueritate succincti. Sed ne illud quidẽ otiose prætereo quod addidit scriptura, quia accincti in conspectu domini. Non em̃ sufficit te apud homines uideri seruare ueritatẽ. Possibile nanq; est fallere homines, & ueracẽ uideri, sed nõ ex eo in ueritate succinctus es, nisi & in cõspectu domini seruaueris ueritatẽ, id est nõ solũ quæ uoce homines audiũt, sed & ea quę in corde perspicit deus, ut nihil sit falsum in lingua, nihil sit in
Psal. 28 corde fucatũ, secundũ quod propheta dicit de talibus: Qui loquunt̃ pacẽ cũ proximo suo, mala aũt sunt in cordibus eorũ. Absq; his ergo om̃ibus esse debet qui uult accinctus in conspectu dñi procedere ad expugnandũ Hiericho, quia transeuntes Iordanẽ fluuiũ ad pugnas & bella transimus. Vis iterum discere quæ nos pugnæ post baptismum quæ bella suscipiunt? Noli à me, sed ab ipso rursus disce Apostolo Paulo, ipse te docet dicẽs:
Eph. 6 Non em̃ nobis pugna est aduersus carnẽ & sanguinẽ, sed aduersus principatus, & aduersus potestates, aduersus huius mundi rectores tenebrarũ harũ, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Formæ sunt & figuræ quæ scripta sunt. Ita em̃ dicit apostolus: Hæc em̃ omnia in figura cõtingebant illis: scripta sunt aũt propter nos, in quos fines seculorũ deuenerunt. Si ergo propter nos scripta sunt, age quid cessas? Exeamus ad bellũ, ut oppugnetur à nobis ciuitas prima huius mundi malitia, & peccati superba mœnia destruãtur. Circumspicis forte quo tibi itinere progrediendum sit, qui campus certaminis expetendus. Nouum tibi fortasse uidebitur quod dicturus sum, sed tamen uerũ est, præter temetipsum extrinsecus nihil requiras. Intra te est prælium quod gesturus es: intrinsecus est mala ædificatio, quæ subruenda est: hostis tuus de tuo corde procedit. Nõ mea uox ista, sed Christi est. Audi em̃ ipsum dicẽtẽ: De corde em̃ procedũt cogitatiões malæ, homicidia,
Matt. 15 adulteria, fornicatiões, furta, falsa testimonita, blasphemiæ. Vides quãtus & qualis exercitus ho-

citus hostium tuorum aduersum te de tuo corde procedit? Isti nobis prima strage fundē di sunt, isti prima acie prosternēdi. Horū si subruere mœnia, ipsosq; ad internitionē cædere poterimus ita ut non relinquamus ex eis qui renūciet, uel respiret, si iam nullus ex ijs prorsus in nostris cogitationibus rediuiuus eruperit, tūc nobis per Iesum dabitur illa requies, ut unusquisq; requiescat sub uinea sua, & sub ficu sua, cum iam nō sit qui exterreat filios Israel. Veruntamen transeunt Iordanem quadraginta milia uirorum armatorū accincti in cōspectu domini ad bellū, & tunc dicit scriptura, quia in die illa exaltauit dominus Iesum in conspectu totius generis filiorum Israel. Fuerit quidē exaltatio filio Naue, ut dux populi illius apud eos quos regebat magnificus haberet: noster uerò Iesus dominus meus, dux & rector populi huius, quomodo exaltat in cōspectu omnis gentis filiorum Israel, uideamus. Ego arbitror, quia ipse semper apud patrem exaltatus est, & excelsus. Sed hoc opus est, ut in cōspectu nostro exaltet illum deus. Exaltatur aūt in cōspectu meo, cum mihi sublimitas & celsitudo diuinitatis eius aperit. Quādo ergo mihi excelsa diuinitas reuelata est? tunc profecto cum Iordanem ttansierim, & uarijs sacramētorum munimētis futura armarer ad prælia. Et timuerūt, inquit, Iesum, sicut timuerāt Moysen. Omnis q sub lege est, timet Moysen: cū uerò ad euangeliū ex lege transierit mutata obseruantia, mutatur & timor, sicut apostolus dicit: Ego aūt per legē, legi mortuus sum, ut deo uiuam, cum Christo crucifixus sum. Viuo aūt iam nō ego, uiuit uerò in me Christus. Post hæc iubetur filius Naue facere cultros ex petra, & sedens circuncidere filios Israel secundo. Velim ergo in hoc loco percōtari à Iudæis, quomodo potest quis secūdo circuncidi circuncisione carnali. Semel enim circuncisus quis ultra nō habet quod secūdo possit auferri. A nobis uerò quibus dicit quia lex spiritalis est, uide q̄ digne & cōuenienter ista soluant. Dicimus em̄ quia ille q in lege eruditus est, & per Moysen edoctus abiecit idololatrię errores, simulacrorū superstitionē cultumq; deposuit, hæc est circūcisio prima per legē. Si uerò is ueniat à lege & prophetis ad euangelicā fidē, tunc accipit etiam secundam circuncisionē per petram, qui est Christus, & complet hoc quod dixit dominus ad Iesum: Hodie abstuli opprobriū Ægypti à filijs Israel. Sicut autem dixit apostolus, Bibebant autem de spiritali sequenti eos petra, petra uerò erat Christus: ita etiam nos in hoc loco cōpetenter possumus dicere: circūcisi sunt aūt de spiritali sequēti petra, petra uerò erat Christus. Nisi em̄ quis fuerit per euangelium secunda circuncisione purgatus, non potest opprobriū Ægypti, id est illecebras corporaliū deponere uitiorū. Videamus tamen quale sit hoc ipsum quod dicitur, quia hodie abstuli opprobriū à filijs Israel. Om̄es homines etiam si ex lege ueniant, etiā si per Moysen eruditi sint, habēt tamē opprobrium peccatorum. Quis erit similis Paulo etiam secūdum legis obseruantiam? Audi deniq; ipsum dicentē: Secundū iustitiam quæ in lege est, cōuersatus sine querela. Ipse aūt pronunciat, & dicit: Fuimus enim & nos aliquādo insipiētes, increduli, errātes desiderijs & uoluptatibus uarijs, in malitia, inuidia, odibiles, odiētes inuicem. Nō tibi uidētur hæc opprobria esse, & opprobria Ægypti? Sed ex quo uenit Christus, & dedit nobis secundā circūcisionē per baptismum regenerationis, & purgauit animas nostras, abiecimus hæc omnia, & pro ijs assumpsimus cōscientiæ bonæ adstipulationē in deū. Tūc per secundā circūcisionē ablata sunt nobis opprobria Ægypti, & purgata sunt uitia peccatorū. Nemo ergo si integre cōuersus est, si ex corde pœnituit, si fideliter Iordanis fluēta digressus est, si secūda per euāgeliū circuncisione purgatus est, præteritorū metuat opprobria delictorū. Audis quia hodie abstulit à te opprobriū Ægypti. Hoc & in euāgelijs significat cū dn̄s dicit: Remissa sunt tibi peccata tua, sed iā noli peccare, ne quid deterius tibi accidat. Si em̄ post remissionē peccatorū ultra nō pecces, uere ablatū est à te opprobrium Ægypti. Si uerò iterum peccaueris, iterū in te uetera reuoluūtur opprobria, eo magis quo multo maioris criminis est filium dei conculcare, & sanguinem testamēti pollutū ducere, q̄ legem Mosei negligere. Multo enim maioris opprobrij est, qui post euangelium, quàm ille qui sub lege positus fornicatur, quia iste tollēs membra Christi, facit mēbra meretricis. Vides ergo quàm grauiora & cumulatiora in te opprobria si neglexeris, reuoluantur. Deniq; iam nemo te reū stupri arguit, sed sacrilegij scelere cōdemnat, quia dicitur ad te: An nescitis quia corpora uestra templū dei est? Si quis aūt templū dei uiolauerit, disperdet illū deus. Hæc etiā si prius ignorabas, nūc tn̄ ex quo in auribus

Gal. 2

1 Cor. 10

Phil. 3

Tit. 3

Ioan. 5

1 Cor. 3

tuis ista uerba dicuntur, & in cor tuũ huiuscemodi doctrina trãsfunditur, scito te his auditis templũ dei, & membrũ Christi esse iam factũ. Vide quantũ profeceris ex homũculo terreno. In templũ dei progressus es sine dubio, in quo habitare debet deus: & qui caro & sanguis eras, profecisti ut membrũ Christi sis. Sed sicut magnus est iste profectus, ita & discessus terribilis, atq; irremediabilis pene lapsus. Iã tibi em̃ non licet tẽplo dei uti, nisi in sanctitate, nec membra Christi ad indignũ reuocare negotiũ. Et ideo si quando te malæ concupiscentiæ pulsat illecebra, memor horũ quæ nunc audis, hosti illi occurre, q̃ de te ipso, hoc est de tuo corde procedit, & resiste ei in talib. uerbis, & dic, quia nõ sum meus. Emptus enim sum precio sanguinis Christi, & membrum ipsius effectus sum. Nõ licet mihi tollere membrum Christi, & facere membrum meretricis. Dic ei, quia templũ dei effectus sum, nõ mihi licet immũdum aliquid illuc inducere, nec fas est mihi uiolare templũ dei: sed & illud adde, q̃m qui fornicatur, in corpus suum peccat. Nõ istud corpus solum, quod templũ dei effectum est, sed & illud quod dicitur, quia omnis ecclesia corpus Christi est: & in omnẽ ecclesiã uidetur delinquere, qui corpus suũ maculauerit, quia per unum membrũ, macula in om̃e corpus diffunditur. Est & illud opprobriũ Ægypti, quod si neglexeris, etiam post Iordanis transitum, & post baptismi secundam circũcisionem, uetustæ consuetudinis inustione suggeritur, obseruare auguria, requirere stellarũ cursus, & euentus ex ijs futurorũ rimari, seruare somnia cæterisq; huiusmodi superstitionibus implicari. Idololatriæ nãq; mater est Ægyptus, ex qua certũ est huiusmodi opprobria pullulare: quæ si transito iam Iordane susceperis, & ijs te rursus laqueis illigaueris, tecũ sine dubio opprobria Ægypti trahis. Sed si quando te talis curiositas interpellat & de corde tuo huiusmodi hostis erumpit, dic ei, Quia Iesum ducẽ sequor in cuius potestate sunt quæ furura sunt. Quid mihi scire quæ futura sunt? Quæcunq; ille uult, hæc futura sunt. Ideo ergo ut in nobis uere secunda circumcisio compleatur, per quam uetera Ægypti opprobria deponamus ab his omnibus segregati prorsus esse debemus, ut purificati corpore & corde puras etiã manus leuemus ad deũ, puro quoq; ore, & purgatis labijs, ac mente syncera prece & actibus glorificemus deũ in Christo Iesu domino nostro, cui est potestas, & imperium in secula seculorum, Amen.

1 Cor. 6

De Pascha quod fecerũt filij Israel in Galgala, & quomodo fructus terræ ceperunt è regione palmarum. De principe uirtutum militiæ domini, ubi dicitur ad Iesum: Solue calciamentum de pedibus tuis. Locus enim in quo stas terra sancta est. Homilia Sexta Cap. V

QVI non obedientes fuerunt mandatis domini, incircuncisi dicuntur. Ex quo intelligitur illos appellari incircuncisos, qui nõ obediunt mandatis domini. Sed tamen & circuncisos, & incircuncisos, quia omnem animã diligit deus, non penitus derelinquit. Misit enim Iesum, qui om̃es simul dignos circumcideret & indignos, & non filium Naue Iesum, non enim uera & perfecta circuncisione ille populum circumcidit, sed Iesum Christum dominum & saluatorem nostrũ. Hic enim est, qui uere à nobis pollutionem abstulit carnis, & abscidit, & à corde atq; anima nostra peccatorum inquinamenta purgauit. Deniq; audi quid dicit scriptura de ijs qui per Naue filium præfigurabant̃. Circuncisi autem (inquit) filij Israel requieuerunt in eodem loco, sedẽtes in castris usq; dum sanarent̃, & tunc dixit dominus ad Iesum: Hodierno die abstuli opprobrium Ægypti à uobis. Non em̃ sufficit nobis circuncidi, sed & post circumcisionem sanari, id est usquequo etiam cicatricem ipsam circũcisionis uulnus obducat. Quãdo ergo cicatrix in uulnere nostræ circũcisionis obducitur? Ego ita arbitror, quod circũcidi per Iesum nostrũ, hoc est uitijs carere, malas cõsuetudines, & pessima instituta deponere, fœdos & incõditos mores, & quicqd ab honestatis & pietatis regula abhorret abscindere. Sed hoc cũ in initijs facimus, ipla nouitatis quodãmodo difficultate constringimur, & quasi cum labore quodã & dolore animi, ueteris cõsuetudinis culpas nouella institutione mutamus. Et ideo est (ut dixi) quædã difficultas in initijs, ut uix ægre amputare possimus prima, & secunda suscipere. Hoc ergo mihi uideť tempus esse, quo uelut in dolore circũcisionis nostræ dicimur residere, usquequo obducta cicatrice sanemur. Obducimur aũt cicatrice, cum iam noua instituta absq; difficultate cõplemus, & in

usum

usum nobis uertitur, quod prius quasi insolitũ difficile uidebatur. Et tunc uere iam sancti dicimur, cum uitijs carentes uirtutes nouo usu uertimus in naturam. Et ita demũ merito ad nos dicit sermo diuinus ea quæ sequuntur: Hodierna die abstuli opprobriũ Aegypti à uobis. Quia posteaq; ablatum est opprobrium Aegypti, tunc dicitur: Et fecerũt filij Israel pascha quartadecima die mensis primi. Non enim ante circũcisionẽ pascha facere poterant, sed neq; statim post circumcisionem carnes agni comedere anteq; sanarentur. Sed posteaq; sanati sunt, dicitur quia fecerũt pascha filij Israel quartadecima die mensis. Vides ergo quia nemo immũdus facit pascha, nemo incircumcisus, sed quicũq; mundus fuerit & circũcisus, sicut & Apostolus interpretatur dicens: Etenim pascha nostrum immolatus est Christus. Itaq; diem festum celebremus, nõ in fermẽto ueteri, neq; in fermento malitiæ & malignitatis, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Sed & tũc qdem quando exijt populus de terra Aegypti, portauit sparsum in uestimentis suis. Cum autẽ defecisset sparsum, & panes non haberent, pluit illis deus manna. Cũ aũt uenerunt ad terram sanctam, & fructus perceperũt prouinciæ palmarũ, defecit eis manna, & tũc edere cœperunt de fructibus terræ. Itaq; tres species ciborum generaliter describunt. Vnum quidem quo uescimur exeuntes de terra Aegypti, sed hoc ad paruũ tẽpus sufficit. Post hoc autẽ manna succedit. Tertium uerò iam de terra sancta capimus fructũ. In quibus differentijs (ut meæ paruitatis intellectus assequitur) illud arbitror indicari, q̃ primus cibus est quẽ de Aegypto exeuntes nobiscum portauimus, parua hæc eruditio secularis, aut etiam si quis forte attigit liberaliũ literarum cognitionẽ, quę exiguũ aliqd iuuare nos potest. In eremo uerò positi, id est in hoc in quo nunc sumus uitę statu, manna uescimur, per hoc q̃ diuinæ legis instructionibus erudimur. Qui uerò meruerit terrã repromissionis intrare, id est ea quæ à saluatore repromissa sunt consequi, ille edit fructus è regione palmarũ. Vere enim fructũ palmæ inueniet, qui deuicto hoste ad ꝓmissa peruenerit. Certũ nanq; est, quod quantacunq; illa sunt, quæ nũc in lege dei, uel diuinis literis intelligere possumus aut sentire, multo sublimiora & excelsiora erũt illa, quæ cessante ænigmate facie ad faciẽ sancti quiq; uidere merebũtur: quia quæ oculus nõ uidit, nec auris audiuit, uec in cor hominis ascendit, hæc præparauit deus ijs qui diligunt eũ. Quod si secundũ literã solã intelligẽda sit lex, inueniũtur sine dubio filij Israel, cũ melioribus uterent (Manna quippe de cœlo capiebant) ex repromissione deteriora accepisse, quibus prius Aegyptiacis deficientibus cibis melior utiq; successerat cibus mãna de cœlo. Et qũo tũc putabit meliore cibo cessante succesisse deterior, nisi qa maior, & uerior ratio in spiritali intelligentia, q̃ in textu literæ deprehendit? Sed interim posteaquam introduxit Iesus populum in terram sanctã, tunc expurgatis omnibus celebrat pascha. Et factum est, inquit, cum esset Iesus in Hiericho, respiciens oculis uidit hominem stantem cõtra se, & gladius euaginatus erat in manu eius. Et accedens Iesus dixit ei: Noster es, an aduersariorũ? At ille dixit: Ego sum princeps militiæ uirtutis domini. Respiciẽs ergo oculis uidet principem militię uirtutis dñi, tanquã qui prius nõ respexerit, sed tunc cum principẽ militiæ domini uisurus esset. Quem tamen cum uidisset Iesus, nõ eũ uelut cõmunem hominem uidit, sed intellexit uirtutem esse quãdam. Nondum tamen certus est ex diuinis uirtutibus, an ex cõtrarijs una sit quæ uidetur, & ideo interrogat, & perquirit dicens: Noster es, an aduersariorũ? At ille ait: Ego sum princeps militiæ uirtutis domini, nũc aduẽni. Et cũ hoc audisset adorauit Iesus, & dixit: Domine qd præcipis seruo tuo? Quid est quod nos per hoc edocet Iesus? Illud sine dubio quod dicit Apostolus. Nolite omni spiritui credere, sed ꝓbate spiritus si ex deo sunt. Cognouit ergo Iesus nõ solũ q̃ ex deo est, sed quia deus est. Nõ eñ adorasset, nisi agnouisset deũ. Quis enim alius est princeps militiæ uirtutũ domini, nisi dñs noster Iesus Christus? Omnis nanq; cœli militia, siue angeli, siue archangeli, siue uirtutes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia hæc quæ per ipsum facta sunt, sub ipso principe militãt, q̃ est principũ princeps, & qui largit principibus principatũ. Ipse est enim qui dicit in Euãgelio: Esto potestatem habens supra decem ciuitates. Et alij: Esto tu potestatẽ habẽs supra quinq; ciuitates. Hic est qui accepto regno regressus est. Sed interim uideamus quę prę sens lectio suggerit. In Hiericho est Iesus, adhuc hostes obtinent ciuitatẽ, nondum uicti sunt, & iam tamẽ dicit ad Iesum: Solue calceamentũ de pedibus tuis, locus enim in quo stas terra

1 Cor. 5

Exod. 16

1 Cor. 2

1 Ioan. 4

Matt. 25

Exod. 3

stas terra sancta est. Et quomodo Hiericho terra sancta est, quæ ab hostibus retinetur? Sed ne forte hoc sit quod indicatur, quia quocunq; uenerit princeps militiæ uirtutis domini, sanctificat locum. quia nec ipsa Hiericho locus erat sanctus: sed quia princeps militiæ domini uenit illuc, locus dicitur sanctus. Ego etiã amplius aliquid audeo & dico, quia etiam Moses ubi stabat, per seipsum non erat locus sanctus, sed quia dominus stabat cum Mose, præsentia domini sanctificauerat locum. & ideo dicitur ad eum: Solue corrigiam calceamenti tui, locus enim in quo stas terra sancta est. Vnde & nos si uita & meritis accedamus ad deum, & digni efficiamur ut adsistat nobis deus, dicitur etiam ad nos ut soluamus à pedibus animæ nostræ, si quid in eis uinculi mortalis annexum est. Ioan. 13 Isti enim sunt pedes, quos lauat Iesus, quos nisi lauerit, non habebimus partem cum eo. Quod si ergo ab anima nostra & sensibus omne uinculum curę mortalis absoluimus, continuo libenter etiam nobis aderit, & adsistet deus. Quæ autem sunt in consequentibus uideamus. Circumdatur Hiericho, expugnari eam necesse est. Quomodo ergo expugnatur Hiericho? Gladius non educitur aduersus eam, aries non dirigitur, nec tela uibrantur, tubæ solummodo sacerdotales adhibentur, & his Hiericho muri subruuntur. In figura enim mundi poni Hiericho in scripturis frequenter inuenimus. Nam & in euangelio Luc. 10 quod dicitur homo de Hierusalem in Hiericho descendisse, & in latrones incurrisse, forma sine dubio erat illius Adæ qui de paradiso in huius mundi exilium trusus est. Matt. 20 Sed & cæci qui erant in Hiericho, ad quos uenit Iesus ut faceret eos uidere, formam gerebant eorum qui in hoc mundo cæcitate ignorantię premebantur, ad quos uenit filius dei. Hæc ergo Hiericho, id est mundus hic, casurus est. Consummatio etenim seculi iamdudũ sanctis uoluminib. peruulgata est. Quomodo ergo ei cõsummatio dabitur? quibus organis? Vocibus, inquit, tubarum. Quarum tubarũ? Paulus tibi secreti 1 Thess. 4 huius prodat arcanũ. Audi ipse quid dicit: Canet, inquit, tuba, & mortui qui in Christo sunt resurgent incorrupti, & ipse dominus in iussu in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo. Tunc ergo dominus Iesus noster cũ tubis uincet Hiericho, & prosternet eam, ita ut ex ea meretrix sola saluetur, & omnis domus eius. Veniet, inquit, dominus noster Iesus, & in tubarũ uoce ueniet. Sed iam nũc oremus ut ueniat & destruat mũdum, qui in maligno positus est, & omnia quæ in mũdo sunt: quia omne quod in mũdo est cõcupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum. Ista destruat, ista iamiamq; dissoluat, saluet aũt hãc solã quæ exploratores eius suscepit, quæ Apostolos eius in fide & obedientia receptos, in superioribus collocauit, & adiungat & societ meretricem hanc cum domo Israel. Sed iam non repetamus nec reputemus ei ueterem culpã. Aliquando meretrix fuit, nunc aũt uni uiro casto, uirgo casta copulata est Christo. Audi Apostolũ dicentem de ea: Statui aũt hoc ipsum, uni uiro uirginẽ castam exhibere Christo. Ex ipsa Tit. 3 erat & ille ipse qui dicebat: Fuimus eñ & nos aliquando insipientes, increduli, errãtes, seruientes desideriis & uoluptatibus uariis. Vis adhuc copiosius discere quomodo me 1 Cor. 6 retrix iam nõ sit meretrix? Audi adhuc Paulũ dicentem: Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Vt enim posset euadere, ne cum Hiericho interiret, ualidissimũ ab exploratoribus signum salutis accepit, spartum coccineum. Per Christi etenim sanguinẽ ecclesia hæc uniuersa saluatur, in ipso Iesu Christo domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De Hiericho quomodo capta est. Et uti prȩcepit Iesus filiis Israel, ut de anathemate non sumerent. Et Raab quomodo saluata est. Et de eo qui furatus est ex anathemate linguam auream, & dextralia pura. Cap. VI. Homilia VII

IERICHO tubis subruitur sacerdotum. Statim enim ut tubarum clangor
H increpuit, murorum deiectus est ambitus. Dixeramus iam & prius, quòd Hiericho formam seculi præsentis obtineat, cuius robur & munimenta sacerdotalibus tubis uidemus esse destructa. Firmitas nanque & munimenta quibus uelut muris mundus iste nitebatur, idolorum cultus erat, diuinationum fallacia arte dæmonum ministrata, augurum atque aruspicum magorumq; commenta, quibus omnibus uelut muris ualidissimis ambiebatur hic mundus. Insuper etiam diuersis philosophorum dogmatibus, & eminentissimis assertionibus ac disputationibus, uelut pceris quibusdã & robustis turribus firmabatur. Veniẽs uerò dominus noster Iesus Christus,

cuius

cuius ille prior filius Naue designabat aduentum, mittit sacerdotes Apostolos suos portantes tubas ductiles, prædicationis magnificã cœlestẽq; doctrinã. Sacerdotali tuba primus in Euangelio suo Mattheus increpuit. Marcus quoq;: Lucas & Ioannes suis singuli tubis sacerdotalibus cecinerũt. Petrus etiam duabus epistolarum suarum personat tubis. Iacobus quoq; & Iudas. Addit nihilominus adhuc & Ioãnes tuba canere per epistolas suas & Apocalypsim, & Lucas Apostolorũ gesta describens. Nouissime aũt ille ueniens q̃ dixit: Puto aũt nos deus nouissimos Apostolos ostẽdit, & in quatuordecim epistolarũ suarũ fulminans tubis, muros Hiericho, & omnes idololatriæ machinas, & philosophorũ dogmata usq; ad fundamẽta deiecit. Mouet me sanè etiam illud quod historia refert, quia non solum sacerdotes tubis cecinerunt, ut caderent muri Hiericho, sed & audita uoce tubæ, dicitur uniuersus populus ululasse ululatu magno, uel sicut in alijs exemplaribus habetur, iubilasse iubilo magno. Et quãuis iste sermo improprie translatus esse uideatur ἀλαλαγμὸς enim in Græco scriptũ est, quod neq; iubilum, neq; ululatũ, proprie significat, sed illam magis ostendit uocem, qua belli tẽpore exercitus clamorẽ consonum tollẽs, unanimiter sese cohortari ad prælium solet: tamen hic sermo in scripturis iubilatio magis quàm ululatio consueuit inscribi, ut ibi: Iubilate domino omnis terra. Et iterũ: Beatus populus qui scit iubilationem. Quod etiam me permouet dictũ, quid istud tantum sit operis quod beatum populum faciat. Non dixit, quia beatus populus qui operatur iustitiam, uel beatus populus qui scit mysteria, uel qui scit cœli ac terræ & siderum rationẽ: sed beatus (inquit) populus qui scit iubilationẽ. In alijs timor dei beatum facit, sed unum tãtummodo hominem facit beatum. Sic enim dicit: Beatus uir qui timet dominum. Alibi etiam plures fiunt beati, sicut pauperes spiritu, uel mansueti, uel pacifici, uel mundi corde. Hic autem beatitudo profusa est, & tanta hic nescio quæ causa beatitudinis indicatur, ut uniuersum pariter populum faciat beatum, qui tamẽ scierit iubilationem. Vnde mihi uidetur iubilatio indicare quendam concordiæ & unanimitatis affectũ. Qui si incidat in duos uel tres Christi discipulos, omnia quæcunq; petierint in nomine saluatoris, præstat eis pater cœlestis. Si uerò tanta fuerit beatitudo, ut uniuersus populus concors & unanimis maneat, ut eadem dicant omnes in eodem sensu atq; in eadem sententia permanentes, isto tali populo uocem unanimiter eleuante, fiet illud quod scriptum est in Actibus Apostolorũ, quia terræmotus factus est magnus, ubi tũc unanimes orabant Apostoli cũ mulieribus & Maria matre Iesu: & terræmotu facto destruentur, & cadent omnia quæ terrena sunt, ac mundus ipse subuertetur. Audi denicq; dominũ & Saluatorem nostrum ad hoc ipsum suos milites cohortãtem, quomodo dicit: Confidite, ego uici mundũ. Illo ergo duce iam nobis uictus est mundus, & muri eius conlapsi sunt, quibus homines seculi nitebantur. Sed & unusquisq; nostrum debet in semetipso ista complere. Habes in te Iesum ducẽ per fidem, fac tibi tubas ductiles ex scripturis sanctis, inde duc sensus, inde sermones, propterea enim tubę ductiles appellantẽ. In ipsis cane, id est in psalmis & hymnis, in cãticis spiritalibus cane, in propheticis sacramẽtis, in mysterijs legis, in apostolicis dogmatibus cane. Et si in talibus cecineris tubis, & septies arcã testamenti circumtuleris, id est si legis mystica præcepta, ab euãgelicis nõ separes tubis: si etiam iubilationis consensum de temetipso exigas, id est cogitationũ et sensuum tuorum populus qui intra te est, concordem semper & cõsonam proferat uocem, & non aliquãdo uerum dicas, aliquando personæ potentis adulatus mendacio maculeris, si nõ te aliquando blandum remissio faciat, aliquando iracundia truculentum, si non arrogans erga modicos, & apud superbos humilis inueniaris, denicq; si non pugnat intra te geritur, dum cõcupiscit caro aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ: si hęc intra te iam consonant & concordant, uocem iubilationis emitte, quoniam tibi destructus & deiectus est mundus. Talis (pinor) erat ille qui confidenter dicebat: Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce domini mei Iesu Christi, per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Adhuc me tamẽ mouet aliquid in loco, parum mihi sensisse uideor de iubilatione, humilia dixisse de magnis. In aduentu Iesu muri Hiericho subuersi sunt, in aduentu mei domini Iesu mũdus uincitur. Quomodo tamen uincitur mũdus, scire uelim manifestius, & lucidius intelligere quæ dicuntur. Volo ego ipse qui doceo uobiscũ pariter discere. Paulũ nobis cõmuniter adhibeamus magistrũ. Ipse est enim minister Christi, qui

1 Cor. 4

Acclamꝫ populi.

Psal. 100

Psal. 89

Psal. 111

Act. 1

Ioan. 16

Tubæ ductiles.

Gal. 6

sti, qui nobis possit indicare quomodo Christus uicerit mundum. Audi ergo ipsum dicentē: Quod erat contrariū nobis, tulit illud de medio affigēs illud cruci suæ, & exuēs principatus & potestates transduxit, libere triumphans eos in ligno crucis. Ex his ergo uerbis illud intelligo, ꝙ uidētes pugnā Iesu cœlestes uirtutes, principatus & protestates cōtrarias exutas potestatib. suis, alligatū fortē, & uasa eius diripi, increpuerunt tubis suis cœlestibus, quia alligato principe huius mūdi uictus est mundus, & uocē iubilationis in triumpho Christi cœlestis exercitus dedit. Vere ergo beatus est populus gentiū, qui nouit talem hāc iubilationem cœlestis exercitus, & qui mysteria agnoscit & credit. Sed uideamus quid est quod in sequentib. indicatur. Dicit enim Iesus: Custodite uos ab anathemate, ne forte cōcupiscatis & tollatis ab anathemate, & faciatis castra filiorū Israel anathema, & cōteratis nos, & omnē synagogā domini. Tale est quod indicat̄ in his uerbis: Videte ne quid in uobis seculare habeatis, ne seculares mores, ne uitia, ne tergiuersationē de seculo uobiscū ad ecclesiam deferatis. Sed anathema sit uobis omnis conuersatio secularis. Nolite diuinis mūdana miscere, nolite negocia seculi ecclesię secretis
1 Ioan. 2 inserere. Hoc est, q̄d & Ioannes epistolæ suæ personat tuba dicens: Nolite diligere mū-
Rom. 12 dū, neq; ea quæ in mundo sunt. Et Paulus similiter: Nolite (inquit) cōformari huic mundo. Qui enim hæc faciunt, accipiūt de anathemate. Sed & illi qui (uerbi causa) cū Christiani sint, solennitates gentiliū celebrant, anathemata in ecclesias introducūt. Qui de astrorum cursibus uitas hominū & gesta perquirūt, qui uolatus auium, & cætera huiusmodi quæ in seculo prius obseruabantur, inquirūt, de Hiericho anathema inferūt in ecclesiā, & polluūt castra dñi, & uinci faciunt populū dei. Sed & multa alia peccata sunt, per quæ anathema de Hiericho introducitur, & prosternitur ab inimicis. Aut nō & A-
1 Cor. 5 postolus hæc eadē præcipit, quum dicit: Modicū fermentū totam massam corrumpit. Sed uideamus iam nunc quæ sequuntur. Subuersa Hiericho, Raab meretrix saluatur sola. Sic enim scriptum est de ea: Et Raab meretricem & omnem domū patris eius uiuificauit Iesus, & adiecta est ad Israel usq; in hodiernum diem. Vellem requirere à Iudæis, et ab ijs qui Christiani quidem dicuntur, sed in scripturis adhuc sensum Iudaicū seruant, quomodo exponant Raab meretricem adiectam esse domui Israel usq; in hodiernum diem. Quomodo Raab usq; in hodiernum diem adiecta esse dicitur? Hoc enim scripturæ sanctæ moris est dicere de ijs quæ usq; ad finem uel uitæ uel seculi permanent. Verbi causa, ut ait: Hic pater est Moabitarum usq; in hodiernum diem, quod significat usq; in
Matt. 27 finem seculi. Et iterum dicitur in Euangelio, quia diffamatus est sermo hic apud Iudæos usq; in hodiernum diem, id est usquequo seculum stat. Raab uerò meretrix quomodo adiecta dicitur domui Israel usq; in hodiernum diem? Nunquid matri successio posteritatis adscribitur, ut uideatur in sobolis reparatione seruari? An illud magis intelligēdū est, quod uero Israeli adiuncta ac sociata est usq; in hodiernum diem? Et si uis manifesti us uidere quomodo Raab adiungitur Israeli, intuere quomodo ramus oleasti inseritur
Rom. 11 in radicē bonæ oliuæ, & intelliges quomodo ij qui inserti sunt fidei Abrahæ & Isaac & Iacob, recte appositi dicuntur & adiecti ad Israel usq; in hodiernum diem: quia in illorū radices nos rami oleastri ex gentibus adsumpti, qui aliquando meretricabamur, lignū & lapidem pro deo colentes, appositi sumus usq; in hodiernum diem: & facti sumus ꝓpter fidem Christi nos sursum, ille aūt populus qui permāsit in incredulitate, deorsum, secundum Deuteronomij prophetiam. Si quis ergo habet in se Christum, qui est omnium caput, hic efficitur in caput. Illi enim negauerunt Christum Iesum, & effecti sunt in caudā, & qui erant primi, facti sunt nouissimi. Sed & illud nō ociose transcurrēdum est, quod uno peccante ira super omnem populū uenit. Hoc modo accidit, quādo sacerdotes qui populo præsunt, erga delinquentes benigni uolunt uideri, & uerētes peccantiū linguas ne forte male de eis loquant̄, sacerdotalis seueritatis immemores, nolūt implere quod scriptū est: Peccantē coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeāt. & iterum:
1 Tim. 5 Auferte malum ex uobis ipsis. Nec zelo dei succincti imitātur Apostolū dicentē: Tra-
1 Cor. 5 didi huiusmodi hominem satanæ in interitū carnis, ut spiritus saluus fiat. Neq; illud euāgelicum implere student, ut si uiderint peccantem, primo secrete conueniant, post etiā duobus uel tribus arbitris. Quod si cōtēpserit, & post hæc ecclesię correptione nō fuerit emendatus, de ecclesia pulsum uelut gentilem habeant ac publicanū. Et dum uni par

cūnt

cunt,uniuersæ ecclesiæ moliuntur interitū. Quæ ista bonitas? quæ ista misericordia est, uni parcere,& omnes in discrimē adducere? Polluit enim ex uno peccatore populus, sicut ex una oue morbida grex uniuersus inficitur,sic etiam uno uel fornicāte, uel aliud quodcunq; sceleris committente,plebs uniuersa polluitur. Et ideo obseruemus nos in uicē,& uniuscuiusq; cōuersatio nota sit, maxime sacerdotibus & ministris. Nec putent se recte dicere,quid hoc ad me spectat si alius male agit? Hoc est dicere caput ad pedes, quid ad me pertinet si dolēt? Si male habent pedes mei,nō mea interest,dum modo caput in sanitate perduret. Aut si dicat oculus manui,nō indigeo opera tua, qd ad me pertinet si doles? si uulnerata es? Nunquid ego oculus conturbabor ex ægritudine manus? Tale ergo est quod agunt ij qui ecclesiis prę sunt,nō cogitantes quia unū corpus sumus omnes qui credimus,unum deū habentes, qui nos in unitate cōstringit & cōtinet Christus,cuius corporis tu qui ecclesiæ præsides,oculus es,propterea utiq; ut omnia circumspicias,omnia circumlustres,etiam uētura præuideas. Pastor es, uides ouiculas domini ignaras periculi ferri ad præcipitia,& per prę rupta pendere,nō occurris? non reuocas? non saltē uoce cohibes,& correptionis clamore deterres? Sic memor es dominici sacramenti,ut quū ille derelictis nonagintanouem in cœlestibus,propter unam ouiculā quæ errauerat,ad terras descenderit,& inuentā uectauerit humeris suis ad cœlum,nos in nullo prorsus in curandis ouiculis magistri pastoris sequamur exēplum? Hæc nō ideo dicimus,ut pro leui culpa aliquis abscindatur: sed si forte cōmonitus quis & correptus pro delicto semel & iterū ac tertio,nihil emendationis ostēderit,utamur medici disciplina. Si oleo perunximus,si emplastris mitigauimus,si malagmate molliuimus,nec tamē cedit medicamentis tumoris duritia,solū supereſt remedium desecādi. Sic enim dominus dicit: Si dextera manus scandalizauerit te,abscinde eam, & proijce abs te. Nunquidnā manus corporis nostri aliquādo scandalizat nos? an de hac manu corporis Euangeliū dicit: Abscinde eā & proijce abs te? Hoc est quod dicit,ut ego q uideor tibi manus esse dextera,& presbyter nominor,& uerbum dei uideor prædicare, si aliquid cōtra ecclesiasticam disciplinam,& Euāgelij regulam gessero, ita ut scandalum tibi ecclesiæ faciā, in uno consensu ecclesia uniuersa conspirans excidat me dexteram suā,& proijciat à se. Expedit enim tibi ecclesiæ absq; me manu tua,quæ male agendo scandalum feci,introire in regnum cœlorum,quàm mecum ire in gehennam. Hęc idcirco diximus,quia uidemus in scripturis sanctis referri,quod propter unum peccātem anathema facti sunt filij Israel,ita ut uincerentur ab hostibus. Sed uideamus & ipsum peccatū eius quale sit: Furatus est (inquit) linguā auream,& posuit eam in tabernaculo suo. Non puto in illo furto parui auri tantā uim fuisse peccati,ut tā numerosam domini ecclesiā macularet. Sed uideamus ne forte interioris intelligētiæ sit tanta & tā grauis acerbitas ista peccati. Multus decor est in uerbis,& multa in philosophorum uel rhetorum sermonibus pulchritudo,qui omnes de ciuitate sunt Hiericho,id est huius mundi homines. Si ergo inuenias apud philosophos peruersa dogmata luculenti sermonis assertionibus decorata,ista est lingua aurea. Sed uide ne te decipiat fulgor operis,ne te rapiat sermonis aurei pulchritudo: memento,qa Iesus anathema iussit esse omne aurū quod in Hiericho fuerit inuentū. Si poetā legeris modulatis uersibus,& præfulgido carmine deos deasq; texentē, ne delecteris eloquētiæ suauitate. Lingua aurea est: si eam sustuleris & posueris in tabernaculo tuo: si introduxeris in cor tuum ea quę ab illis asserūtur,pollues omnem ecclesiam domini. Hoc fecit infelix Valentinus & Basilides,hoc fecit & Marcion hæretici,furati sunt isti linguas aureas de Hiericho,& philosophorum nobis non rectas in ecclesias introducere conati sunt sectas,& polluere omnē ecclesiā domini. Sed nos prę cedēs patrū sequamur exemplum,discutiamus diligētius ne quis absconditā in tabernaculo suo habeat Hierichontiam linguam,& abijciamus malum ex nobis ipsis, quia etiā si nos cessamus,arguet deus,ita ut ipse sponte confiteatur & dicat: Furatus sum linguam auream, & dextralia pura. Vides cuiusmodi furatus est furtum? linguam furatur & dextralia pura. Pura autem dextralia sunt opera in quibus diuinum nihil miscetur,sed totum secundum hominem geritur. Deniq; & nostris in disputationibus moris est dicere,quia Christum non purum hominem dicimus,sed deum & hominem confitemur. Illud aūt quod de Hiericho furatur,purū esse dicitur,id est sine deo,quæ utiq; furanti extitit causa peccati

Luc.15

Matt.5

cati. Et ideo nos nihil purum & humanum de Christo sentiamus, sed deum pariter atq; hominem fateamur, quia & sapientia dei multiplex dicitur, uti per hæc mereamur participium sumere sapientiæ dei, qui est Christus Iesus dominus noster, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De ijs quæ in euersione Hay gesta sunt, & de ligno gemino, & de rege eius, uel quomodo eam incendio dederit Iesus, ut non habiteť in æternũ. Cap. VIII. Homilia VIII

D EPRECAMVR uos ô auditores sacrorum uoluminum, non cum tędio, uel fastidio ea quæ leguntur audire, pro eo quod minus delectabilis eorum uidetur esse narratio. Scire etenim debetis, digna quidem esse sancti spiritus eloquio quę leguntur: sed ad explananda ea indigemus gratia spiritus sancti, illa quam dicit Apostolus: Alij autem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum. Ista igitur etiam nos in locis præsentibus indigemus, in quibus refertur quod Iesus successit Moseo, & ipse populum ducit: & adumbratur in præsenti lectione talis quædam historia. Qui habitabant Hay ciuitatem, primum quidem uisi sunt uincere & uertere filios Israel propter peccatũ quod admiserant. Postea uerò quã ablatum est malum de medio ipsorum, iubetur à deo dux populi Iesus in duas partes diuidere populum, ut pars simulet fugam, pars autem subsistat in insidijs quib. decipiatur Hay cum præceperit Iesus. Quibus ita dispositis, rex Hay uidens Iesum & filios Israel eminus, concitatur aduersum eos in prælium. Illis uerò simulantibus fugam, isti acrius insectantur, & uelut spolia ducturi de hostibus, omnes simul ex urbe procedunt, ita ut (sicut scriptura dicit) relinquerent uacuã ciuitatem. Sed posteaquam in constitutũ progressi sunt locum, conuersus Iesus signum dedit, ut exurgerent qui in insidijs erant, & dorsa hostium cæderent: & ita illi nouissimi, & isti primi medios hostes conclusos interimunt uniuersos. Et hoc modo uictis ijs qui habitabant Hay, regem ipsorum suspenderunt in ligno gemino. His auditis ueresimile est auditores dicere, quo mihi hæc? quid mihi confert si cognoscam quod uicti sunt ij qui habitabant Hay, quasi non similia, aut etiam potentiora bella, uel gesta sint, uel gerantur? Hæc fuit cura spiritus sancti, ut relictis tot & tantarum nobilium excidijs urbium, prælium ciuitatis Hay inscriptum sacris uoluminibus mandaretur? Temerarium fortasse sit quod facimus, tam ardua, & tam difficilia scripturæ sanctæ loca explanare conantes: sed si nos orationibus uestris iuuetis, non solum culpam effugiemus audaciæ, uerum & deuotionem nostram amplexus pater uerbi deus dabit uerbum in adapertione oris nostri, quo & uos ædificemini, & nos non indeuoti pareamus. Orantes ergo, & intentis animis audite. Primo propter peccata uicti sumus, & ij qui habitabant Hay, quamplurimos ex nobis interfecerunt. Hay interpretatur Chaos. Chaos autem locum uel habitaculum esse nouimus contrariarũ uirtutum, quarũ rex & princeps diabolus est. Aduersus hunc ueniens Iesus in duas partes diuidit populum, & alios quidem in primis statuit, alios in posterioribus, qui ex insperato post terga ueniant inimicorum. Et uide si non prima pars populi illa de qua dicit:

Matt. 15 Non ueni nisi ad oues perditas domus Israel: & de qua dicit apostolus: Gratia aũt & pax

Rom. 2 omni homini operãti bonũ: ludęo primum, tunc etiã & Greco, id est gentili posteriori. Iste ergo populus est qui in primis statuitur, & quasi fugiẽs cum Iesu. Posterior uerò populus est, qui ex gentibus cõgregatur: quiq; ex insperato uenientes (quis enim speraret gentes saluari) acrius post tergũ aduersarios cędunt: & sic uterq; populus mediã turmã dęmonum conclusam sternit & uincit. Sed fortasse dicas mihi, quomodo ergo quasi fugiens ponitur populus prior? Valde cõsequenter. Fugere etenim uisi sunt qui sequunť Iesum, à legalibus onerib. & præceptis, ab obseruatione sabbati, à circũcisione carnis, à iugulatione hostiarũ. Sed iterum non fugit qui secutus est Christum, perfectionẽ & plenitudinem legis. Post omnia autẽ, etiã rex Hay in ligno gemino dicitur esse suspensus. Hoc in loco mysteriũ tegitur quamplurimos latens: sed orantib. uobis tentabimus hęc nõ nostris opinionib. sed diuinę scripturæ testimonijs aperire. In superioribus diximus regẽ Hay diabolo posse cõferri, hic quomodo in ligno gemino crucifixus sit, operæpretium est noscere. Crux domini nostri Iesu Christi gemina fuit. Mirus tibi sermo fortasse & nouus uidetur, quod dico crux gemina fuit: hoc est gemina ratione cõstat & duplici. Quia uisibiliter quidẽ filius dei in carne crucifixus est: inuisibiliter uerò in ea cruce diabolus

bolus cum principatibus suis & potestatibus affixus est cruci. Non tibi hoc uidebit̃ uerum, si tibi horũ testem produxero Apostolũ Paulũ? Audi ergo de ijs quid ipse pronunciat: Quod erat, inquit, contrarium nobis, tulit illud de medio, affigens cruci suæ, exuẽs principatus & potestates traduxit, libere triumphãs eas in ligno crucis. licet in alijs exẽplaribus habeatur triumphãs in semetipso, sed apud Græcos habetur in ligno. Ergo duplex ratio dominicæ crucis: Vna illa qua dicit Apostolus Petrus, quod Christus crucifixus nobis reliquit exemplũ: & hæc secunda qua crux illa trophæũ diaboli fuit, in quo et crucifixus est & triumphatus. Ideo denique & apostolus Paulus dicebat: Mihi autẽ absit gloriari, nisi in cruce dñi mei Iesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. Vides quia & hic Paulus duplicem crucis prodidit rationem. Duo enim sibi cõtraria dicit esse crucifixa, se sanctum & peccatorem mundum, ad illam formã sine dubio quam superius diximus Christi & diaboli. Nos enim mundo crucifigimur, tunc quũ ueniens princeps huius mundi, in nobis non inuenit quicquã. Et nobis mũdus crucifigit̃, quum peccati concupiscentias nõ recipimus. Sed si quis forte est attentior auditorũ, potest dicere: Forma quidem rerũ gestarũ uidet̃ esse cõueniẽs, sed adhuc illud me mouet, quod diabolus & exercitus suus quantũ ad historiæ figurã ostẽditur, interemptus est: & qũo uidemus adhuc & diabolũ, & cõtrarias potestates intantũ ualere aduersum seruos dei, ut etiã apostolus Petrus cũ ingenti cautela præmoneat, & dicat obseruandum esse, quia aduersarius noster diabolus sicut leo rugiens circuit, quẽrẽs quẽ transuoret. Videamus ergo si & in hoc dignũ aliquid sancti spiritus eloquijs possimus inuenire. Aduẽtus Christi unus quidẽ in humilitate cõpletus est, alius uerò speratur in gloria: & hic primus aduẽtus in carne, mystico quodam sermone in scripturis sanctis umbra eius appellat̃, sicut & Hieremias propheta denũciat dicẽs: Spiritus uultus nostri Christus dominus, cui nos diximus, in umbra eius uiuimus in gentibus. Sed & Gabriel quũ euangelizaret Mariam, de natiuitate eius dicit: Virtus altissimi obumbrabit tibi. Propter qd̃ intelligimus quàmplurima primo hoc aduẽtu eius adumbrari, quorũ adimpletio atq; perfectio in secundo consummetur aduentu. Et Apostolus Paulus dicit, quia resuscitauit nos cũ eo, si mulq; sedere fecit in cœlestibus. Et utiq; nõdum uidemus credẽtes, aut resuscitatos esse iam aut in cœlestibus consedisse: sed adumbrata sunt quidem hæc nunc per fidem, quia mente & spe à terrenis & mortuis operibus eleuamur, & quotidie cor nostrũ erigimus ad cœlestia & æterna: implebitur autẽ hoc in secundo eius aduentu, ut ea quæ nunc fide & spe præsumpsimus, tunc etiã rerum effectu corporaliter teneamus. Ita ergo & de diabolo intelligendum est, quòd uictus quidẽ & crucifixus est, sed ijs qui cũ Christo crucifixi sunt, omnibus autẽ credentibus, & uniuersis pariter populis tũc erit crucifixus, cum complebitur illud quod dicit Apostolus: quia sicut in Adam oẽs moriunt̃, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Est in hoc etiam resurrectionis futuræ mysteriũ. Nam & tũc diuidetur populus in duas partes, erunt & tunc quidam primi, & alij postremi, quicũq; ad Iesum in unum conspirauerint. Iam tunc ultra omnino nõ erit diabolus, quia iam nõ erit mors, Vis tibi etiam hæc de diuinis testimonijs cõprobemus? Audi Apostolũ dicẽtẽ: Hoc enim dicimus uobis in uerbo domini, quia nos qui uiuimus, qui reliqui sumus, in aduẽtu dñi non præueniemus eos qui dormierũt, quia ipse dñs in iussu & in uoce archangeli, & in tuba dei descendet de cœlo, & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui uiuimus, q̃ reliqui sumus, simul rapiemur cũ illis in nubibus obuiã Christo in aera, & sic semper cum domino erimus. De diabolo autẽ dicens ait: Nouissimus inimicus destruetur mors. Quia uere tũc uincetur mors, cũ mortale hoc absorbebitur à uita. Sed uideamus quæ in posterioribus cõsequunt̃: Et incendit, inquit, Iesus Hay, & effecta est urbs quæ non habitetur in æternũ. Vides quia hæc quæ consequuntur, magis ad mysteriũ q̃ ad historiæ pertinent ueritatem. Non enim tam ille locus terræ inhabitabilis est in æternum, q̃ locus dæmonum inhabitabilis erit, tunc cum iam nemo peccabit, neq; regnabit in aliquo peccatum, quum diabolus & angeli eius igni tradentur eterno, domino nostro Iesu Christo sedente rege & iudice, & dicẽte ijs qui priores & posteriores uicerũt: Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratũ est ab origine mundi. Alijs aũt dicet: Ite in ignem æternum, quem præparauit deus diabolo et angelis eius, donec omni animæ quib. ipse nouit remedijs cõsulat, & omnis Israel saluus fiat. Sed

Col.2

Gal.6

Luc.1

Eph.2

1 Cor.15

Caue

1 Thes.4

Matt.25

fiat. Sed & aliud mihi occurrit in loco cõsideranti Iesum fugientẽ à facie exercitus Hay. Quid putas est quod Iesus fugiẽs designabat? Videamus ne forte sit aliquid quod fugiẽdo uincamus, & est aliqua perfecta uirtus in fuga. Paulus nos Apostolus docet dicẽs: Fugite fornicationẽ. Vides ergo esse quẽdã spiritũ fornicationis quẽ fugere debemus, qui cunctꝫ caste & pie in Christo ac pudice uolumus permanere. Ista ergo fuga est quę habet salutem, ista fuga uirtutis est, ista beatitudinẽ confert. Et non solũ fornicationis spiritus fugiẽdus est, sed simili modo sicut dictũ est, fugite fornicationem, audiamus dici ad nos, fugite iram, fugite auaritiã, fugite inuidiã & liuorem, fugite detractiones & malelo quia. quæ tñ nescio si qs effugiat, nescio si quis euadat. Iste talis erat exercitus Hay, quẽ Iesus fugiendum docebat milites suos, & de ijs fortasse mandat discipulis suis dicens: Si uos persequũtur in hac ciuitate, fugite in aliam. Vult enim nos fugere ab huiusmodi hostibus, uult nos longe effici ab huiusmodi malis: & si potuerimus interim euadere horũ malorum fugienda contagia, tunc uidentes deuotionẽ, & propositũ mentis nostræ sanctæ quæcꝫ uirtutes, illæ fortasse de quibus dicit Apostolus: Nonne omnes sunt ministeriales spiritus in ministeriũ missi propter eos qui hæreditatẽ capiũt salutis? Qui fortasse sint sancti angeli: qui uidẽtes nos insectationem dæmonum pati, insurgũt aduersus eos qui nos insectantur, & omnes eos post tergum cędentes interimunt. Iesus enim est cum ijs qui insectationes patiuntur, magis quàm cum illis qui persequuntur. Et merito: quia delectatur esse Iesus cum ijs qui fugiunt superbiam, qui fugiunt dolum, & qui fugiunt mendacium. Si ergo ita intelligamus ea quæ scripta sunt, digna fortasse uidebitur lectio stilo spiritus sancti. Nam quid mihi prodest, si sciã quod in gemino ligno rex Hay suspẽsus est? Si autem sciam duplicem esse uirtutem crucis, in qua & Christus in carne suspenditur, & diabolus cum suo exercitu triumphatur, ex intelligentia sacramenti ædificabit anima mea. Et ut magis fortasse adhuc excelsius amplitudinẽ mysterij dilatemus, in hoc ligno intelligitur esse scientia boni & mali, in quo & bonus Christus, & diabolus malus pependit: sed malus quidem ut interiret, bonus uerò ut uiueret ex uirtute: sicut & Apostolus dicit de Christo, quia & si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Imò non solum ut uiuat, sed ut uiuificet, quia ipse est nouissimus Adam in spiritu uiuificãte. Sed hęc tropice dici intelligenda sunt. Christus enim ipse dicitur arbor uitę. Sed sicut in alijs ipse esse ostenditur & sacerdos, & hostia & altare, & nõ ex altera intelligentia impeditur altera, sed tropice de ipso in suis locis unumquodcꝫ sentitur: ita etiam nunc in figuris sacramentorum nõ impediet de uno atcꝫ eodem sumpta diuersitas personarum. Sed uideamus quid etiam in consequentibus scribitur: Et percusserunt, inquit, eos in ore gladij, usquequo non relinqueretur ex eis qui saluus fieret, necꝫ qui effugeret. Hæc cum legunt ludæi, crudeles efficiuntur, & humanum sanguinem sitientes, putantes quia & sancti ita percusserunt eos qui habitabãt Hay, ut non relinqueretur ab ijs qui saluus fieret, necꝫ qui effugeret: nõ intelligẽtes in ijs uerbis adumbrari mysteria, & hoc nobis magis indicari, quod ex ijs quorum chaos est habitaculum, & qui regnarunt in abysso dęmonibus, nullum penitus relinquere debemus, sed omnes interimere. Interimimus autem dęmones, non ipsam eorum substantiam perimentes: sed quia opus eorum ac studiũ hoc est, ut peccare homines faciãt, & hæc est illorum uita si nos peccemus, sine dubio interitus eorum est si nõ peccemus. Interficiũt ergo habitatores Hay sancti quicꝫ, & perimũt, & non dimittunt ex eis ullum: hi sine dubio qui cum omni diligentia seruant suum cor, ne de eo cogitationes malæ procedant: sed & qui obseruant os suũ, ut omnis sermo malus non procedat ex ore eorum, hoc est non relinquere ullum qui effugiat, cum eos nec sermo effugit malus. Agite ergo & uos, præparemus nos ad huiusmodi prælia, percutiamus Hay in ore gladij, & extinguamus omnes habitãtes chaos, omnes contrarias uirtutes. Vtinam & ego modo dum loquor ad uos uerbũ dei, cor peccatoris pulsare possim. Quod si fecero, certum est quod gladio oris mei percutiã fornicationẽ, percutiam malitiam, reprimam furorẽ, & si qua alia sunt mala in ore gladij: id est oris mei sermone restinguam, & non relinquam ex eis qui saluus fiat, necꝫ qui effugiat. Si enim omnes hos hostes nostros extinxerimus, tũc uere diem festum celebrabimus deo, & deuictis aduersarijs læta solennitate gaudebimus. Tale aliquid mihi uidetur etiã à sancto propheta in psalmis designari, ubi dicit de se: quia in matutinis interficiebam oẽs peccatores terræ, ut disper-

1 Cor. 6

Matt. 10

Heb. 1

2 Cor. 13

1 Cor. 15

Gen. 2

Psal. 101

ut disperdam de ciuitate domini omnes qui operãtur iniquitatem. Siue enim ciuitas domini ecclesia dei uiuentis accipitur, eiiciunt doctores de ecclesia, & interficiunt eos qui operantur iniquitatem, cõtrarios dæmones aduersariasq; uirtutes qui cogunt homines ad peccatum, docendo, instituẽdo, & occultata in diuinis literis ex locis talibus in quali bus nunc sumus, mysteria reserando: Siue ciuitatem domini uniuscuiusq; nostrũ animã intelligamus, quæ ædificat à domino ex lapidib. uiuis, id est ex uirtutibus uariis & diuersis: de ipsa quoq; ciuitate sanctus quisq; & diligens eiicit peccatores: id est cogitationes pessimas, & cupiditates prauas interficit in matutino. Iustus em̃ dicit: In matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus. Quod est istud matutinũ, nisi dñs noster Iesus Christus, qui est lux uera, & exoriens in cordib. nostris, atq; illuminãs ignorãtię nostræ tenebras, & huiusmodi nobis mysteria reuelans, facit nos in lumine suo lumẽ uidere? Siquãdo ergo legis in scripturis sanctis iustorũ pugnas, cædes ac strages interemptorũ, & qa sancti nulli penitus hostiũ parcũt, quinimmo & si pepercerint, reputari eis in peccatũ, sicut reputatũ est Sauli, qui uiuũ reseruauerat Agag regẽ Amalech, hoc modo quo suprà exposuimus, intellige bella iustorũ, quia hæc bella ab eis aduersum peccatũ gerũt. Quo modo aũt manebũt iusti, si uel parũ aliquid peccati in semetipsis reseruauerint? Et ideo dicitur de eis, quia non reliquerunt nec unũ qui saluus fieret, nec effugeret. Fortasse nõ mihi credes, quod aduersum peccatũ nobis iniungit pugna: Paulo crede dicenti: Nõdũ usq; ad sanguinẽ restitistis aduersum peccatũ. Vides tibi aduersum peccatũ pugnã proponi, & usq; ad sanguinis profusionẽ istud tibi præliũ consummandũ? Aut nõ euidẽter hæc indicat scriptura diuina, & in ijs in quib. moris est ei dicere, sanctificate bellũ, & expugnabitis pugnã domini? Quid em̃ aliud est sanctificare bellũ, nisi interemptis omnibus animæ nostræ hostibus, q̃ sunt uitia peccatorũ, & mortificatis membris quæ sunt super terrã, atq; omnibus malis cupiditatibus amputatis, effici sanctũ corpore & spiritu, et fortiter facientẽ uenire ad conspectũ dei uiuentis, & pro palma uictoriæ uirtutis merito coronari à Christo Iesu dño nostro? Cui est gloria & imperiũ in secula seculorũ, Amen.

Pſal.63 *1 Reg.15* *Heb.12*

De altari quod ædificauit Iesus. Vbi scripsit in lapidibus altaris Deuteronomium. Et quomodo relegit Iesus Deuteronomium in auribus totius populi stantis in Garizin & Gebal: ubi conuenerunt reges Amorræorum aduersum Iesum. Cap. VIII. IX Homilia IX

POSTEAQVAM subuertit Iesus Hay, id est Chaos, & omnes habitatores eius exemit, oportebat eum dignum aliquod tali tantaq; uictoria excelso omnium munus offerre. Quid ergo istud est quod agit post uictoriã, uideamus: Ædificauit, inquit, Iesus altare domino deo Israel in mõte Gebal, & fecit illud sicut præcepit Moyses famulus domini filijs Israel. Scriptum est autem in lege Mosei, altare fieri ex lapidibus integris, in quibus non est iniectum ferrum. Et posteaquam fecit altare Iesus, imposuit ibi holocausta domino, & immolauit sacrificium salutaris, & post sacrificium scripsit in lapidibus Iesus Deuteronomium, legem Moysi, & scripsit eam coram filijs Israel: & omnes seniores Israel, & iudices, & scribæ eorum præcedebãt hinc & illinc arcã testamenti domini. Videamus ergo quid in his omnibus indicat, & quid præsens lectio nobis ædificationis adquirat. Omẽs q̃ in Iesum Christũ credimus, lapides uiui esse dicimur, secundum quod scriptura pronunciat dicens: Vos autem estis lapides uiui, ædificati domus spiritalis in sacerdotio sancto, ut offeratis spirituales hostias, acceptabiles deo per Iesum Christũ. Sicut aũt in istis terrenis lapidibus obseruari nouimus, ut hi qui dem lapides qui ualidiores sunt & potentiores, primi in fundamenta iacianẽ, ut ipsis credi & superponi possit totius ædificij pondus: alij uerò q̃ sequentes sunt, id est paulo illis inferiores, proximi illis qui in fundamẽto sunt, ordinẽtur: qui uerò plus inferiores sunt, paulo superius à fundamẽtis: tum deinde in cõparatione lapidum qui infirmiores sunt in superioribus, & prope ipsa iam tecti fastigia collocentur: ita nunc intellige etiã de lapidibus uiuis esse aliquos in fundamentis huius spiritalis ædificij. Qui autẽ sunt isti qui in fundamentis collocantur? Apostoli & prophetæ. Sic enim dicit Paulus, hæc ipsa docens: Ædificati, inquit, supra fundamentum Apostolorum & prophetarum, ipso angulari lapide Christo Iesu domino nostro. Vt autem promptiorẽ te præpares ô auditor ad

1 Pet.2 *Eph.2*

huius ædificij cõstructionẽ, ut lapis aliquis inueniaris uicinior fundamẽto, dísce quia & ipse Christus huius quod nũc descripsimus, ędificij fundamentũ est. Sic enim dicit Apo
1 Cor. 3 stolus: Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id quod positũ est, qui est Christus Iesus. Beati ergo qui supra illud tam nobile fundamentum ædificia religiosa & sancta cõstruxerint. Sed in hoc ædificio ecclesiæ oportet esse & altare. Vnde ego arbitror, quod quicũq; ex uobis lapidibus uiuis apti sunt in hoc & prompti, ut orationib. uacent, & ut die noctuq; obsecrationes offerant deo, & supplicationũ uictimas immolẽt, ipsi sunt ex quibus Iesus ædificat altare. Sed intuere quid laudis ipsis lapidibus altaris adscribit. Sicut dixit, inquit, legislator Moyses, ædificari altare ex lapidibus integris quib. ferrum non est iniectum. Qui putas sunt isti integri lapides? Nouit uniuscuiusq; cõsciẽtia quis sit integer, qs sit incorruptus, impollutus, immaculatus in carne & in spiritu: qs sit ille cui ferrum iniectum nõ est, id est qui iacula maligni ignita concupiscentiæ non recepit, sed scuto ea fidei extinxit & repulit: uel quis est ille qui ferrum pugnæ, ferrũ belli, ferrum litium nũquã recepit, sed semper pacificus fuit, semper quietus & mitis, & Christi humilitati cõformatus. Isti sunt ergo lapides uiui, ex quibus Iesus dominus noster altare construxit ex lapidibus integris, quibus ferrum non est iniectũ, ut offerat super eos holocausta, & sacrificium salutis. Ego puto quod forte isti tales lapides integri & incõtaminati, sancti Apostoli esse possint, omnes simul altare unum faciẽtes propter unanimitatem atq; concordiam. Sic enim referuntur omnes simul unanimiter orantes, & aperiẽ
Act. 1 tes os suum dixisse: Tu domine qui corda omniũ nosti. Isti ergo qui poterãt unanimes, una uoce, atq; uno spiritu orare, ipsi fortasse digni sunt qui debeant omnes simul unũ altare construere, super quod Iesus sacrificium offerat patri. Tamen & nos tentemus dare operam, ut eadem dicamus omnes unanimiter unũ sentientes: nihil per contentionem, neq; per inanem gloriã gerentes, sed in uno sensu, atq; in eadem sententia permanẽtes, si forte possimus etiam nos apti effici lapides ad altare. Nõ enim deserit nos Iesus dominus noster: sed quamuis nos uacantes orationi, quid oremus secundũ quod oportet nesciamus, ipse tamen spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Dominus autem spiritus est. Si ergo orationes nostras spiritus adiuuet, & offerat eas patri omniũ deo gemitibus quibus nos explicare non possumus, certũ est quia & altaris constructionem sollicite requirat à nobis. Sed nondum plenus altaris ornatus est, etiã si ex integris lapidibus cõstruat, etiã si ferrum eis & iaculum maligni non inueniatur iniectũ, sed adhuc deest aliquid, & adhuc est quod his oĩbus adĵciat Iesus. Quid illud est? Scripsit, inquit, Iesus super lapides altaris Deuteronomium legem Mosei, & scripsit eam in cõspectu filiorũ Israel. Scripserit quomodo potuerit tũc filius Naue super lapides altaris legẽ describere, & prout ualuit adumbrauerit typos, nos interim uideamus qũo noster Iesus in lapidibus uiuis & integris scripsit Deuteronomium, quod quasi secũda legislatio dicitur. Si ergo uis uidere quomodo prima lege infirmata secundã legẽ scribat Iesus, audi
Matt. 5 eum in Euangelijs dicentem: Dictum est antiquis, non occides. Ego autem dico uobis, quia oĩs qui irascitur fratri suo, homicida est. Et iterũ: Dictum est antiquis nõ mœchaberis. Ego aũt dico uobis, si quis aspexerit mulierẽ ad concupiscendũ eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Et dictum est antiquis, non periurabis. Ego aũt dico uobis: Nolite iurare omnino. Vides Deuteronomiũ quod scripsit Iesus in lapidibus uiuis & integris nõ in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, non atramẽto, sed spiritu dei uiui. Si aũt uis euidẽtius noscere in quibus cordibus Iesus scripserit legem, & in quib. nõ scripserit, etiã hoc tibi ex scripturarũ autoritate patefaciã, ut consolationẽ capias tu qui ex gentibus uocatus es, nec uereris eorum iactantiã, qui legem Mosei tabulis uel chartulis scriptam se accepisse gloriantur. Audi ergo in quorũ cordibus dominus Iesus scripserit legem. Paulus dicit: Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ le
Rom. 2 gis sunt faciunt, huiusmodi nõ habentes legem, ipsi sibi sunt lex. Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimoniũ reddente eis cõscientia. Si ergo uideas gentes ad Iesum uenire & credere ei, & opus legis implere, quod illi qui legẽ acceperãt, implere non possunt, nõ dubites de eis dicere, quia Iesus in istis lapidibus integris Deuteronomiũ scripsit. Mouet me sanè, quod addidit in cõsequẽtibus scriptura: Et scripsit, inquit, Iesus, super lapides Deuteronomiũ corã filijs Israel. Quomodo potuerit tam magnũ li-

brum

brum,uel adsistentibus & permanentibus ibi filijs Israel describere, ita ut nõ discederẽt usquequo scriptura tot uersuũ finiret: uel etiã quomodo potuerint lapides altaris ferre tam magni libri continentiã: dicãt mihi isti adsertores literæ Iudæi, qui spiritũ legis ignorant: quomodo in hoc historiæ ueritas demonstratur? Sed apud illos usq; in hodiernũ diẽ, cum legit Moyses, uelamen est positum super cor eorum. Nobis uerò conuersis ad dominũ Iesum, aufertur uelamẽ. Quia ubi spiritus domini, ibi libertas intelligẽtiæ. Noster ergo Iesus dominus non indiget multo tempore ut Deuteronomiũ scribat, ut secundã legem in cordibus credentiũ figat, atq; in eorum mentibus qui ad altaris constructionẽ digni sunt eligi, legem spiritus signet. Statim nanq; ut quis crediderit Iesu Christo, & lex Euangelij in eius corde descripta est, & in cõspectu filiorũ Israel descripta. Aderãt enim tunc cum tibi sacramentũ fidei tradebatur cœlestes uirtutes, ministeria angelorũ, ecclesia primitiuorum. Si enim recte intelligamus Israelem dici mentem deum uidentem, rectissime hoc de ministris angelis magis dicitur: secundum domini sententiã dicentis de infantibus, quod & tu fuisti infans in baptismo, quia angeli eorũ semper uident faciẽ patris mei qui in cœlis est. Corã istis igitur filijs Israel, qui aderant illo in tempore cum tibi fidei sacramenta tradebantur, uidentibus faciem dei, Iesus in corde tuo Deuteronomiũ scripsit. Vis tibi adhuc euidẽtius hæc de scripturis sanctis probemus, qa corã filijs Israel legem secundam scribat Iesus? Apostolus ad Hebræos manifeste designat dicens: Non enim accessistis ad sonum tubę, & ad montem ardentẽ, sed accessistis ad montem Sion, & ciuitatem dei uiuentis Hierusalem cœlestem, & ecclesiam primitiuorũ adscriptã in cœlis, & multitudinem angelorum collaudantium deum. Vides ergo, quia corã ijs omnibus, qui ex eo quod semper deum uident, & merito filij Israel appellantur, Iesus legem suam in cordibus credentium scribit? Sed & nunc per hęc quæ loquimur, Iesus Deuteronomium scribit in eorũ cordibus qui integra fide, & toto animo quæ dicuntur accipiũt, qui integro auditu, atq; integro corde, & non corrupto sensu, ac reprobo circa fidem, audiunt & retinent quæ dicũtur, quia necesse est Deuteronomiũ in integris lapidibus scribi. Post hæc dicit: Et omnis, inquit, Israel & presbyteri & iudices, & scribæ præcedebãt hinc & illinc arcã testamenti domini. Arca testamẽti domini est, in qua tabulæ legis manu dei scriptæ seruantur. Et circa hanc arcam testamẽti omnis qui uere Israel est, incedit, & non est longe ab ea. Leuitæ uerò & sacerdotes etiam in humeris suis eam portãt. Etenim quicunq; sacerdotali religione & sanctitate uiuunt, non solum ij qui sedere uidentur in consessu sacerdotali, sed ij magis qui sacerdotaliter agũt, quorũ pars est dominus, nec ulla eis portio habetur in terris, ipsi sunt uere sacerdotes & leuitæ domini, qui in humeris suis legẽ dei portant, agendo uidelicet, & implẽdo per opus ea quæ scripta sunt in lege. Sed & proselytus, inquit, & indigena simul, & erunt dimidij iuxta montẽ Garizin, & dimidij iuxta montẽ Gebal. Quomodo etiã ista explicabimus? Vere adiutorio dei opus est, ut possimus uerbis nostris uerba diuina disserere, & explanare q̃ sunt dimidij qui incedebãt iuxta montẽ Garizin, & qui sunt dimidij qui licet & ipsi saluentur, nõ tamẽ potuerunt iuxta montẽ Garizin incedere, sed incedũt iuxta montẽ Gebal. Mons Garizin benedictiones habet, mons autem Gebal maledictiones, quæ peccatoribus imminẽt. Statuerunt etenim (sicut scriptũ est in Deuteronomio) sex tribus ad benedicendũ in mõte Garizin, & ipsas tribus quæ nobiliores sunt & eximiæ, id est Simeõ, Leui, Iuda, Isachar, Ioseph & Beniamin. Alias uerò sex ignobiliores ad maledicendũ: in quibus & Ruben, qui ascendit cubile patris, & thorum maculauit paternũ, & Zabulon, qui est ultimus filius. Hæc quidem ueterũ historiæ referunt gesta, sed quomodo nos hanc historiæ narrationem ad mysticã intelligentiã referemus, ut ostendamus qui sint isti qui incedũt iuxta montem Garizin, & qui sint isti qui incedunt iuxta mõtem Gebal? Ego sic uideo, duas esse species eorum qui per fidem festinant & properant ad salutem. Vnam eorũ qui promissionum cœlestiũ cupiditate succensi, summo studio diligentiaq; nituntur, ne una saltem minima eos beatitudo prætereat, habentes desiderium nõ solum benedictionis capiendæ, & effici in parte sortis sanctorum, sed etiam adsistere in cõspectu dei, & semper esse cum domino. Alij uerò sunt qui & ipsi tendunt ad salutem, sed non tam amore benedictionum uel promissionum ipsarum, quàm hoc magis habentes in prospectu, & dicẽtes, sufficit mihi non ire in gehennam, sufficit mihi non mitti in ignẽ æternũ, sufficit non

2 Cor. 3

Heb. 12

expelli in tenebras exteriores. Cum ergo in singulis quibusq; fidelium talis sit propositi uarietas, hoc mihi designari uidetur in hoc loco, quod dimidij illi qui iuxta montem Garizin incedũt, illũ qui ad benedictiones electus est, istos singulariter indicẽt, qui nõ metu pœnæ, sed benedictionũ & repromissionũ desiderio ueniunt ad salutẽ. Illi uerò dimidij, qui iuxta montẽ Gebal incedunt, in quo maledictiones prolatæ sunt, istos alios indicent, qui malorũ metu & suppliciorũ timore complentes quæ in lege scripta sunt, perueniunt ad salutẽ. Hic iam dei solius est nosse ex omnibus nobis filijs Israel, quis est qui boni ipsius desiderio succensus facit quod bonũ est, quiue nostrum metu gehennæ, & æterni ignis terrore tendit ad bonum, & studet ac festinat implere quæ scripta sunt. Certũ est enim nobiliores esse illos, qui boni ipsius desiderio & benedictionũ amore, quod bonũ est agunt, quàm illos qui pro mali metu bonum sectãtur. Solus ergo Iesus est, qui potest ex omni populo huiuscemodi mẽtes animosq; discernere, & alios quidẽ statuere in montem Garizin ad benedictiões, alios uerò statuere in montẽ Gebal ad maledictiones, nõ ut maledictiones accipiant, sed ut intuentes præscriptas maledictiones, & pœnas peccatoribus constitutas, incurrere caueant eas. Post hæc refertur quia legit Iesus omnia uerba legis, id est benedictiones & maledictiones, secundũ omnia quæ scripta sunt in libro legis, nec fuit ullum uerbum ex omnibus quæ mãdauit Moyses, quod non legerit Iesus coram omni ecclesia filiorũ Israel. Facilis quidẽ est explanatio historiæ quomodo filius Naue legerit omnia uerba quæ scripsit Moyses, coram omni ecclesia filiorum Israel: nos ter uerò dominus Iesus quomodo hoc populo suo faciat, ostendere nõ mihi uidet otio sum. Et ego quidem arbitror quod siquando nobis legitur Moyses, & per gratiã domini uelamẽ literæ amouetur, & incipimus intelligere quia lex spiritalis est, & quia (uerbi
1 Cor. 9 causa) dicẽs lex, nõ infrenabis os boui trituranti, non de bobus hæc, sed de Apostolis di
Gal. 4 xerit: & rursum cum in lege dicitur, quia Abraham duos filios habuit, unũ de ancilla, & unum de libera, ego in ijs intelligo esse duo testamenta, & duos populos: istam nobis legem quæ sic intelligitur (quã spiritalem nominat Paulus) Iesus dominus legit, & ipse est qui hæc in auribus totius populi recitat, præcipiẽs nobis ne sequamur occidentem literam, sed teneamus spiritum uiuificãtem. Legit ergo nobis Iesus legem, cum nobis legis reuelat arcana. Non enim nos qui de ecclesia catholica sumus, spernimus lgem Moisi, sed suscipimus eam, si tamen Iesus eam nobis legerit. Sic enim recte poterimus intellige re legem si eam nobis legat Iesus, ut ipso legente nos sensum eius & intelligentiã capia-
1 Cor. 2 mus. Aut non est putandum quod inde conceperat sensum ille, qui dicebat: Nos autem sensum Christi habemus, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis, quæ & loquimur? Et
Luc. 24 illi qui dicebãt: Nónne ardens erat in nobis cor nostrũ cum nobis aperiret scripturas in uia? quãdo incipiẽs à lege Moysi usq; ad prophetas legit eis omnia, & reuelauit quæ de ipso scripta sunt. Mira tamen figura sermonis ostenditur in ijs quæ scripta sunt cũ dicit,
Ios. 11 non erat sermo ex omnibus quæ mandauit Moyses, quem nõ legerit Iesus in auribus totius ecclesiæ Israel. Et primo legisse in auribus, uideamus quid dicit: Vereor ne forte aliquos auditorum sermo noster offendat: sed tamen dicẽdum est quod scriptũ docemus, quia sermo hic arguit nos, quod non omnes qui audimus legem, de ecclesia sumus filiorum Israel, sed non continuo si est aliqua differentia inter auditores legis, & ecclesiam filiorum Israel, auditor excluditur à salute. Attendite ergo diligentius uerbis scripturæ dicentis, non erat ullum uerbum ex omnibus quæ mandauit Moyses, quod nõ legerit Iesus in auribus totius ecclesiæ filiorum Israel. Et addit etiam mulieribus & infantibus, & proselytis. Nouit dominus noster Iesus esse alias aures præter istas carnales, quas ad audientiam uerborum suorum, & ad audientiam legis inquirit. Vnde & in Euangelio po-
Matt. 13 steaq; de singulis quæ oportebat, edocuit, addit & dicit: Qui habet aures audiendi audiat. Quod utiq; si de auribus dixisset carnalibus, superfluũ uideret. Nemo enim nõ habẽs aures ad uerba eius audiẽda cõuenerat. Sed quoniam sciebat in auribus interioris hominis, id est intellectu cordis recipi debere quę dicta sunt: quia nihil prodest audire sermonem si nõ retineatur, & seruetur in corde: idcirco aures ab auditoribus exposcebat. Hoc ergo etiam nunc, uel cum scripturæ in ecclesia leguntur, uel cum sermo explanationis profertur ad populum, scripturæ auctoritatem sequẽtes dicimus, uidete ne legantur quidem ab Iesu uerba legis, sed quamplurimis non legantur: quia Iesus illis legit legem, qui

aures

aures habuerint audiendi. Sed & quod adiūxit ad ecclesiam domini etiam mulieres, & infantes, & proselytos, si quidem separatim intelligamus mulieres & infantes & proselytos, & eos uelut sequelam quādam esse sentiamus ecclesiæ, quoniā in domo magna nō sunt tantūmodo uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: dicimus uiris quidē fortibus fortem traditum cibum, illis uidelicet, de quibus Apostolus dicit: Perfectorū autem est solidus cibus, ex quibus ipse sibi præparat ecclesiam non habentem maculā, aut rugam, aut aliquid horum: eos uerò quos in mulierum, uel infantum, uel proselytorū appellatiōe secernit, intelligimus illos esse, qui adhuc lacte indigēt, aut etiā uelut infirmi, ut sunt mulieres, holeribus uescuntur. Si uerò simul omnis accipiatur ecclesia, uiri qdē intelligunt illi, qui in oīibus perfecti stare norunt armati aduersus astutias diaboli: mulieres uerò illi, qui nondum ex semetipsis quæ utilia sunt gerunt, sed imitādo meliores, & eorum exempla sectando. Ex quibus & caput habere dicūtur: Caput enim mulieris uir. Infantes uerò erūt, qui fide nuper suscepta, lacte euangelico nutriunt. Proselyti aūt catechumeni uidebuntur, uel ij qui iam sociari fidelibus studēt. De quibus singulis similia etiā Ioānes sentiēs in Epistola sua scribit, & singulis quibusq; ætatibus propria quęq; gesta decernit. Veruntamen Iesu nobis recitante legē, & reuelante cordibus nostris intelligentiam spiritalem, neq; proselyti, id est catechumeni diutius catechumeni maneatis, sed festinate ad percipiendam gratiam dei, ut & uos in ecclesia filiorum Israel annumeremini: & uos infantes nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sensib. autē estote perfecti, sicut & Apostolus ad Hebræos dicit, relinquētes principiorū Christi sermonem, ad perfectionem feramur. Sed & uos, qui sub mulierum appellatione infirmi & remissi & lāguidi estis, cōmonemini, ut remissas manus, & dissoluta genua erigatis, id est negligentes & desides animos suscitetis, & uirilem constantiam in explendis præceptis legalibus & euangelicis assumatis, atq; ad uirorum fortium perfectionē celeriter properetis. Non enim nouit scriptura diuina secundū sexū separationē uirorū ac mulierū facere. Etenim apud deū sexus nulla discretio est, sed pro animi diuersitate, uel uir, uel mulier designatur. Quantæ ex mulierum sexu apud deum in uiris fortib. numerantur? & quanti ex uiris inter remissas & languidas mulieres reputātur? An non tibi uidetur inter mulieres existimādus ille uir, qui dicit: non possum obseruare quæ scripta sunt, uendere quæ habeo & dare pauperibus non possum, percutienti maxillā præbere alteram non possum, maledicentem benedicere non possum, blasphematus deprecari nō possum, persecutionem pati & sustinere nō possum: cętera similia quę mandant qui dicit implere nō possum, quid tibi uidet aliud, quàm mulieres, quæ nihil uirile possunt, esse numerandus? Sed uideamus quid post hæc scriptū est. Et audierunt, inquit, omnes reges Amorræorum, & qui trans Iordanem, & qui in montanis, & qui in campis, & qui super ora maris magni, & qui erant in Antilibano, & Cethæi, & Amorræi & Chananęi & Pherezęi & Euæi & Gergezæi & Iebusæi, & conuenerunt in unum, ut expugnarent Iesum & Israel simul. Historia rerum gestarum manifesta est, nec explanatione indiget quod euidenter expletum est: ex ijs tamen quę gesta sunt uisibilibus, nostri domini Iesu saluatoris bella ac triumphos quos egerit, contemplemur, quamuis etiā in ipso hæc uisibiliter cernamus expleta. Conuenerunt enim reges terræ. Senatus Populusq; & principes Romani, ut expugnarēt nomē Iesu, & Israel simul. Decreuerunt enim legibus suis, ut non sint Christiani. Omnis ciuitas, omnis ordo Christianorum nomen impugnat. Sed sicut tunc omnes illi reges cōuenientes contra Iesum nihil facere potuerunt, ita uel principes, uel potestates istæ contrariæ, ut non Christianorum genus latius ac profusius propagetur, obtinere non ualebunt. Scriptum nanq; est, quia quanto magis eos humiliabant, tanto magis plures fiebant, et inualescebant ualde. Confidimus autē, quia nō solum non nos poterunt obtinere uisibiles inimici, & aduersarij nostri, uerumetiam uelociter Iesu domino nostro uincente conteretur Satanas sub pedibus seruorum eius. Illo etenim duce semper uincent milites sui, ita ut nos dicamus sicut in Esdra scriptum est, quia à te domine est uictoria, & ego seruus tuus, benedictus es deus ueritatis. Quem semper & nos inuocemus, ut det nobis uictoriam in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Heb. 5
1 Cor. 3
1 Cor. 11
1 Cor. 14
Heb. 6
Exod. 1
3 Esdræ 4

De dolo Gabaonitarum, ubi dicunt, Audiuimus quanta fecit dominus uobiscum per mare rubrum Homilia Decima Cap. IX

Ioan.14 N domo patris mei mansiones multæ sunt, dicit uerbum dei. Sed & resurre
1 Cor.15 I ctio mortuorum non habebit æqualem resurgentium gloriam, sed alia caro uolucrũ, alia piscium: & corpora cœlestia, & corpora terrestria, sed alia quidem cœlestium gloria, alia uerò terrestrium. Alia gloria solis, alia gloria lunæ, alia gloria stellarum. Stella ab stella differt in gloria, ita & resurrectio mortuorum. Multæ ergo eorum qui ad salutem ueniunt differentiæ designantur. Vnde & nũc Gabaonitas istos, quorum historia recitanda est, arbitror portiunculam quandam esse eorum, qui saluandi sunt, ita tamen ut non absq; alicuius notæ inustione saluentur. Vides nanq; quomodo ligni cæsores, uel aquæ gestatores fieri condemnantur, ad obsequium populi, & altaris dei ministerium, quoniam quidem cum dolo & calliditate accesserũt ad filios Israel, pannis calciamentisq; ueteribus induti, & cibum uetusti panis ferentes. Isti ergo ueniũt ad Iesum cum omnibus uetustatibus suis, & orant ab hoc tantum ut saluentur. In quorum figura tale mihi aliquid uidetur ostendi. Sunt quidam in ecclesia credentes quidem, & habentes fidem in deum, & acquiescentes in omnibus diuinis præceptis: quicq; etiam erga seruos dei religiosi sunt, & seruire eis cupiũt, sed & ad ornatum ecclesiæ, uel ministerium satis prompti, paratiq; sunt: in actibus uerò suis & cõuersatione propria, obscœnitatibus & uitijs inuoluti, nec omnino deponentes ueterem hominem cũ actibus suis, sed inuoluti uetustis uitijs & obscœnitatibus suis, sicut & isti pannis & calciamẽtis ueteribus obtecti, præter hoc quod in deum credunt, & erga seruos dei uel ecclesiæ cultum uidentur esse deuoti, nihil adhibent emendationis, uel innouationis in mores. Istis ergo Iesus dominus noster salutẽ quidem cõcedit, sed quodãmodo salus ipsa eorum non tam non euadit infamiæ. Similis quoq; etiam in libello qui appellatur Pastoris, de his figura describit. Ait enim, quia est arbor quædam, quæ ulmus appellat, quæ fructũ nõ affert, portat tñ uitem quæ affert plurimum fructum, & ex eo q; adminiculo est uiti, quæ eius uiribus nitẽs, uel afferre, uel seruare potest plurimũ fructum, etiam ulmus, quæ infructuosa est, necessaria uidetur & utilis ex hoc ipso quod frugiferæ deseruiat uiti. Tale aliquid intellige etiam in Gabaonitis qui non deposuerunt quidem ueterẽ hominẽ cũ actibus suis, ministrant tamen sanctis & seruiunt, & aliquid utilitatis impendunt, & tali quodã ordine ab Iesu salutẽ cũ iuramẽti interpositione suscipiunt. Ego nolebã in Gabaonitarum ordine consequi, nec in ligni cæsoribus, uel aquæ gestatorib. numerari, sed inter Israelitas cuperem hæreditatem terræ repromissionis accipere. Obseruãdum sane est, quod solent hæretici legentes hunc locum calumniam facere, ij qui testamentũ uetus non recipiunt, & dicũt. Vide quomodo nihil humanitatis habuit Iesus filius Naue, ut hominibus qui ad se supplices uenerant salutem concedens, notam eis infamiæ, & iugum seruitutis infligeret. Hæc si anima audiat minus instructa in scripturis diuinis, infirmari continuo & periclitari potest, ita ut refugiat catholicam fidem. Non enim intelligũt eorum subreptiones. Iesus enim secundũ mensurã fidei ipsorũ, competens erga eos iudiciũ tenuit. Porrò autem Raab meretrix, quæ fide integra credidit cum omni domo sua, & exploratores Israeliticos plenissima deuotione suscepit, ex integro in consortiũ populi, societatemq; suscepta est, & scriptũ est de ea, quia apposita est ad filios Israel usq; in hodiernũ diẽ. Isti uerò qui non tam Israeliticæ gentis consortia dilexerunt, quàm suæ perditionis metu perterriti, cum calliditate & fraude accesserũt ad Iesum, quomodo poterant libertatẽ uitæ & regni consortium dolis seruilibus promereri? Denicq; uis nosse quia digna erga eos ab Iesu mentis eorum ignobilitate conditio dispensata est? Ipsi dicunt quia audiuimus quãta fecit dominus uobis per mare rubrum, & in deserto. Et cũ hæc dicerent, & audisse se, & scire de diuinis mirabilibus faterentur, nihil tamen fide dignum, nihil tantarũ uirtutum admiratione gesserunt. Et ideo uidens Iesus angustum eorum exiguumq; in fide propositum, moderationem erga eos iustissimam seruat ut salutem mererentur, qui parum licet fidei detulerant, nec tamen summam regni uel libertatis acciperent, pro eo quod fides eorum nullo operum nobilitaretur accessu, quoniã fi
Iacob 2 dem sine operibus mortuam haberi pronunciat Apostolus Iacobus. Verumtamen sciendum est quantum ex huiuscemodi figurarũ adumbrationibus edocemur, quod si qui ta

les sunt

les sunt in nobis, quorum fides hoc tãtummodo habet, ut ad ecclesiam ueniant, & inclinent caput suum sacerdotibus, officia exhibeant, seruos dei honorent, ad ornatũ quoq; altaris uel ecclesiæ aliquid conferant, nõ tamen adhibent studium, ut etiam mores suos excolant, actus emendent, uitia deponant, castitatem colant, iracundiam mitigent, auaritiam reprimant, rapacitatẽ refrenent, maleloquia & stultiloquia uel scurrilitatẽ & obtrectationum uenena ex ore suo non adimant: sciant sibi qui tales sunt, qui emendare se nolunt, sed in his usq; in senectutem ultimam perseuerant, partẽ sortemq; ab Iesu domino cũ Gabaonitis esse tribuendã. Sed potius deprecamur uos fratres, uerbi dei legatione fungentes, ut dum potestatẽ adhuc habemus emendandi, demus operam, & festinemus abijcientes antiquas sordes, & pannos ueteres uitiorum, coniungi ac sociari Israeliticæ libertati. Vis autem uidere Israelitarum quanta libertas sit? In lege præcipitur ne liceat Hebrẽũ puerũ si forte in seruitutẽ deuenerit, amplius quàm sex annis seruire, septimo uerò anno dimitti eum lex liberum iubet. Tanta apud eos libertatis est cura. Quæ utiq; si ad spiritalem intelligentiam reuocemus, etiam si Hebræus puer es tu, qui in seruitium decidisti. Puer enim est, qui facilitate animi in seruitiũ decidit. Quale seruitium? Scriptura dicit: Qui autem peccat, seruus est peccati. In hoc seruitium non uirilis, & perfectus animus decidit, sed puerilis, & facilis. Igitur etiam si Hebræus puer es, id est fidelis etiam & baptisma in ecclesia cõsecutus, & post hoc in peccati seruitium decidisti, sufficiat tibi sex annis seruitus, in septimo anno obserua ne seruias, sed festina ad libertatẽ tuam. Septenarius numerus legem significat mandatorum. Senarius uerò numerus, mũdi huius tenet figuram. Donec ergo quę huius mũdi sunt sapis, etiã ijs exerceri secundũ carnẽ cogitas, necesse est te seruire peccato. Cũ uerò ad septenarium numerũ, id est ad legis scientiam ueneris, tunc require libertatem tuam, & redi ad nobilitatẽ paternã, ne si permanseris in malis tuis, & perseueraueris in peccatis, defixa in aure nota, uelut qui cõmonentis te dei, & ad libertatem pristinam reuocantis uerba non audias, eris peccati seruus in æternum. Tum deinde require abs te si libenter uelis ex patrefamiliâs, & nobili uiro in hoc mundo seruus effici: abnuis sine dubio, quippe cum etiam ex conditione seruili uideamus quamplurimos ad libertatem festinare, & inquantũ possunt cupere etiam diuites fieri, & honoribus undecunq; quæsitis uilitatem genuinæ ignobilitatis obtegere. Si ergo in hac uita nemo esse uult seruus, sed quantum fieri potest & liber esse & diues & nobilis cupit, ut non solũ sibi sufficiat, sed & alijs largiatur, in illis æternis rebus, ac nullo fine mutãdis indifferenter tolerabimus seruitutem, & parum nobis uidetur si in ligni cæsoribus, & aquę gestatoribus deputemur? Propterea ergo dum dies est, operemur quod bonum est, & emendationi nostrę operam demus, ut ex actibus & cõuersatione nostra ac moribus nobilitari mereamur, ut digni efficiamur spiritũ accipere adoptionis, ut inter dei potius filios habeamur, per unicum filium eius Iesum Christum dominum nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Exod. 21

De auxilijs Iesu quibus iuuit Gabaonitas. Homilia XI Cap. IX

IS qui sociauerint se ad filios Israel, omnes qui prius amici erãt, post amicitias & familiaritatem filiorum Israel, inimici fiunt. Gabaonitas, qui à filijs Israel fœdus pacis acceperant, Iebusæus rex Hierusalem inuitatis secum alijs quatuor regibus, aggreditur expugnare. Sed Gabaonitæ uidentes quinq; reges aduersum se in prælium conspirasse, nequaquam proprijs uiribus copijsq; confidunt, sed mittunt ad Iesum auxilia postulantes. At ille diuino permissu adest Gabaonitis, laturus auxilium. Hic autem mirabilia cœlitus ostenduntur. Dominus desuper saxa grandinis pluit, & quinq; regum qui aduersum Iesum pugnabant exercitum uastat. Tunc uerò Iesus uidens diuinam secum dexteram præliantem, & prosperis successibus cũcta procedere, nouam quandam & miram orationem extollit ad cœlũ dicens: Stet sol super Gabaon & luna super uallẽ Elom, donec expugnẽ populũ istum. Et stetit sol & luna in loco suo, donec peruinceret dñs inimicos eorum. Et stetit sol in medio cœlo, & nõ est progressus ad occasum in finẽ unius diei. Nõ fuit dies talis ante hoc, nec ita exaudiuit deus hominem, quia dominus pugnabat pro Israel. Et fugerunt illi quinq; reges, & abscõderunt se in spelunca in Mageda.] Hęc secũdum historiam gesta, miracula diuinę uirtutis

uniuersis

uniuersis seculis prædicant,nec interpretatione extrinsecus indigent in quib.gestorum lumen coruscat.Quid tamen in ijs spiritalis intellectus contineat,requiramus.Cum anima humana uerbo dei se sociauerit, dubitare nō debet statim se inimicos habituram,& eos quos habuerat ante amicos,in aduersarios esse uertēdos: idq; non solū pati se ab hominibus speret,uerumetiā de contrarijs uirtutibus & spiritalibus nequitijs id sibi immi nere pro certo sciat. Et ita fit, ut qui amicitias expetit Iesu,multorū sibi sciat inimicitias tolerandas. Omnes qui pie uolunt uiuere in Christo , persecutionē patiūtur.Sed & Sa-
2 Thes.3 Eccl.2 lomon similia dicit:Fili,inquit,accedens ad seruitutem domini, præpara animam tuam ad tentationem.Oppugnantur ergo etiam nunc Gabaonitæ cuiuscunq; modi sint propter amicitias Iesu,& ligni licet sint cæsores, & aquæ gestatores,id est licet ultimi meriti sis in ecclesia tñ hoc ipso quia ad Iesum pertines, impugnaberis à quinq; regibus. Sed tamen nec Gabaonitæ derelinquuntur,uel spernuntur ab Iesu,uel ab ducibus, ac presbyteris Israelitarum,sed infirmitati eorū auxilium ferunt. An nō tibi uidetur hoc agere
1 Thes.5 Rom.14 illud Apostoli mandatum quo dicit:Consolamini pusillamines,sustinete infirmos, patientes estote ad omnes?Et iterum:Vos aūt potentiores,imbecillitates infirmorū sustinete.Hoc ergo modo Iesus cū ducibus & principibus suis adest ijs qui pro nomine suo à cōtrarijs uirtutibus oppugnantur,& nō solū auxiliū præstat in bello, uerum & producit tempus diei,& spacia lucis protelans aduentum discutit noctis. Volumus si possūmus ostēdere quomodo dominus noster Iesus protelauerit lucem,& maiorē fecerit diē uel pro salute hominum,uel pro interitu contrariarum uirtutum.Ex quo aduenit Salua
Matt.4 tor,finis erat iam mundi.Denicq; ipse dicebat:Pœnitentiam agite, appropinquabit em̄ regnum cœlorum.Sed retinuit & repressit diē cōsummationis, & adesse prohibuit. Vi-
Psal.2 dens enim deus pater salutem gentium per ipsum solum posse cōstare,dicit ad eū : Pete à me,& dabo tibi gentes hæreditatem tuam,& possessionem tuam terminos terræ. Donec ergo paterna pollicitatio cōpleatur,& ecclesiæ ex diuersis nationib.crescāt,atq; introeat tota gentium plenitudo,& tunc demum omnis Israel saluetur, dies producit̄,differtur occasus,nec unquam sol occumbit,sed semper exoritur , dum credentiū cordib. sol iustitiæ lumen ueritatis infundit.Cum uerò repleta fuerit mensura credentiū,& deterior iam aç decolor ætas ultimæ generationis aduenerit,cum increscēte iniquitate refrigescet charitas multorū,& perpauci remanserint in quibus fides inueniat̄,tunc iam abbreuiabunt̄ dies.Idē igitur atq; ipse dominus nouit & extendere diē cū salutis est tēpus, & breuiare diem cū tribulationis & perditionis est tempus . Nos tamen dum habemus diem,& producit̄ nobis spatiū lucis,sicut in die honeste ambulemus,& opera lucis operemur.Sed & illud uideamus qd est quod dicit, quinq; reges fuisse, & hos in speluncas fugisse.Sæpe diximus duplicem esse Christianorū pugnam . Perfectis quidē & talibus
Eph.2 qualis erat Paulus & Ephesii,sicut ipse Paulus dicit, nō erat pugna aduersus carnem & sanguinem,sed aduersus principatus & potestates,aduersum mundi huius rectores tenebrarum harum,& spiritalia nequitiæ in cœlestibus.Inferioribus uerò & nondū perfectis pugna adhuc aduersus carnē & sanguinem geritur, ijs qui adhuc carnalibus uitijs & fragilitatibus impugnantur.quod etiam in hoc loco indicari puto.Etenim Gabaonitis indictum esse à quinq; regibus diximus bellum,quorum figurā dixi esse in ijs, qui imperfecti sunt.Isti ergo à quinq; regibus impugnātur. Quinq; autem reges quinq; sensus corporeos indicant,uisum,auditum,gustum,tactum,& odoratum. Per aliquem em̄ horum unumquemq; necesse est decidere in peccatū.Qui quinq; sensus illis quinq; regib. cōparantur,qui Gabaonitas,id est qui carnales homines expugnant. Quod aūt dicunt̄ in speluncas cōfugisse,potest hoc fortasse indicari,quia spelunca locus est in profundū terræ defossus.Igitur etiam isti quos suprà diximus sensus,cum se terrenis actibus in corpore positi demerserint,& nihil ad opus dei sed totū ad ministeriū corporis egerint, in speluncas confugisse dicuntur.Sciendū tamen quod ista ipsa regna, quorum nūc reges uincuntur ab Iesu,& confugiunt ad speluncas, postmodum in sortē ueniunt sanctorū, & pars domini appellātur,sicut regnū Hierusalem,uel Lachis,uel Chebron.In quo hoc arbitror indicari, ꝙ etiam isti quinq; sensus,quos suprà exposuimus, in corpore positi, cum per Iesum fuerint deuicti, ita ut infidelitas ab eis & incredulitas depellat̄,& cū moriunt̄ peccato in eo quod desinūt à ministerio peccati:istis ipsis postmodū ministris utetur anima

tur anima ad operandam iustitiam. & ita fit, ut Hierusalem in qua prius rex nequam regnabat & pessimus, postmodum in ea regnet Dauid potens manu, uel pacificus Salomon. Assident etenim etiam his ipsis, quos diximus, corporalibus sensibus hominum malignæ uirtutes, quæ eas ad malas concupiscentias, & fœda ministeria animæ prębenda sollicitent. Quas malignas uirtutes cum fides Christi superauerit, & in ligno crucis eius fuerint suspensæ, ut & de ipsis triumphet in ligno crucis suę, interēptis ijs, regnoq; depulsis, tunc efficitur anima in parte dei, tunc Hierusalem regnum dei efficitur, & tēplum in ea domino construetur. An non hoc de semetipso sentiebat ille qui dicebat, quia eramus aliquando & nos insensati, increduli, errantes, seruientes desiderijs & uoluptatibus uarijs? Non enim aliud est hoc quod Hierusalem aliquando fuisse sub rege Adonibeie scribitur, uel aliæ ciuitates sub alijs. Sed interim Iesus interfecit inimicos, nō *Iudic. 1* crudelitatem docens per hoc, sicut hæretici putant, sed futura sacramenta designans de ijs quæ gerebantur: ut cum interemerit eos reges, qui regnum peccati tenent in nobis, possimus illud implere quod dixit Apostolus: Sicut exhibuimus membra nostra seruire iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibeamus membra nostra seruire iustitiæ in sanctificationē. *Rom. 6* Quid ergo est, quod ab eis hoc loco uelut crudele culpatur? Hoc, inquit, quod scriptum est, ponite pedes uestros super collum eorum, & interficite eos. Quid quod hæc non crudelitas, sed humanitas & benignitas inuenitur? Vtinam & tu talis essēs, qui poneres pedes tuos super serpētes, & scorpiones, & supra omnem uirtutem inimici, & conculcares draconem & basiliscum, id est regulum, qui aliquando regnauit in te, & tenuit in te regnum peccati: ut illis omnibus interemptis, qui in te regnabant opere peccati, solus in te regnet Christus Iesus dominus noster, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen. *Psal. 91*

De eo quod spiritaliter intelligi debeant bella quæ gessit Iesus. Homilia XII Cap. IX.

I ea quæ per Moysen de tabernaculo, uel sacrificijs & omni illo cultu adum
S brabantur, typus & umbra & dicuntur esse cœlestiū, sine dubio & bella quæ per Iesum geruntur, & regum atq; hostiū strages, cœlestium umbra & typus esse dicenda sunt, eorum duntaxat bellorum, quæ dominus noster Iesus cum suo exercitu, & magistratibus, id est credentium populis, atq; eorum ducibus contra diabolum, et eius angelos prælietur. Ipse enim est, qui in Paulo, & in Ephesijs pugnat aduersus prin- *Eph. 6* cipatus & potestates & rectores tenebrarum harum, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Et uide ingrate hæretice, quō ex integro ueterib. noua concordant. Promissum est ueteribus regnū terræ sanctæ, terrę fluentis lac & mel, quæ terra tūc à peccatoribus & pessimis incolis ac regibus tenebatur. Venit in istam terram Iesus cum exercitu domini, & Israeliticis ducibus, expugnat omnes, interimit, obtinet, & ob uictoriæ meritum accipit eorum regna quos uicit. Tibi per euangelia non promittuntur regna terrę, sed promittuntur regna cœlorum. Sed hęc regna non sunt uacua, nec inania, habent habitatores suos peccatores & nequā spiritus, angelos refugas. Ibi habitant illi, aduersum quos te Apostolica personans tuba Paulus cohortatur ad prælium. & sicut ibi dicebat Iesus, quia bellum erit uobis aduersum Amorrēos & Pherezēos & Euæos & Iebusēos: similiter tibi etiam hic Paulus denunciat dicens, non erit uobis pugna aduersus carnem & sanguinem: id est non sic pugnabimus sicut pugnauerunt antiqui, nec in terris nobis aduersus homines habenda sunt prælia, sed aduersus principatus, & aduersus potestates, aduersus mundi huius rectores tenebrarum. Iam utiq; intelligis in quibus locis huiusemodi sint tibi mouenda certamina. Aut si tibi nō sufficit intellectus, nisi etiam loca manifesta tibi uoce signentur, audi in consequentibus: Aduersum spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Audisti qui sint illi, qui tibi bello & de cœlestibus expellendi sunt, ut tu possis loca illa regni cœlorum hæreditatis sorte suscipere. Sed & dominus in euāgelio nōne euidenter hæc indicat quum dicit: A diebus Ioannis regnum cœlorum uim patitur, *Matt. 11* & uim facientes diripiunt illud? Quid ergo cessas ô hæretice etiam Domino & Saluatori nostro calumniam facere, qui regnum cœlorum, quod credentibus in se promiserat, per uim diripi iubet? Et utiq; si adhibenda uis est, certum est quod possidentib. adhibenda est. Vim enim facere, hoc est expellere possidētem, possessionemq; diripere. Dicite ergo, quid aliud est quod accusatis fecisse Iesum successorem Mosei? Atq; utinā di-

gni

gni essemus quibus dominus Iesus sapientiæ suę aulam panderet, et introduceret nos in tra thesauros scientiæ suæ, & ea de quibus nunc pedetentim conamur tanquam per speculum & in ænigmate aliqua ex parte cõtueri & inspicere figuras, plenius nobis reserare, & perfectius dignaretur aperire: uideres quomodo nobis clarescceret cuius potissimum ex spiritalibus hostibus, ijs qui nunc impugnant Israel spiritalem, figuram tenuit iste princeps de Mageda, & ille de Lachis, & ille de Lebna: aut cuius intra temetipsum uitij, uel erroris quibus anima implicatur, formam tenent singuli quiq; horum, quos Iesu duce interfecit populus domini, ij uidelicet qui audiunt mandata eius, & præcepta custodiunt, quibus ipse tribuit facultatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem potestatem inimici. Oremus ergo ut & nostri pedes tales sint, tam speciosi, tam ualidi, qui possint calcare ceruices inimicorũ, qui possint ita caput calcare serpentis, ut calcaneum nostrm mordere non possit. Qui enim pugnat sub Iesu duce aduersum contrarias potestates, debet etiam illud promereri, quod de prioribus bellatoribus scribitur: Et reuersus est, inquit, uniuersus populus ad Iesum incolumis, & non mutiuit quisquam de filijs Israel in lingua sua. Vides ergo quia qui sub Iesu militat, incolumis debet redire de prælio: nec usquam debet ex iaculis maligni ignitis uulnus accipere, non in corde pollui, non in cogitatione maculari, non per iram, non per cupiditatem, non per aliam quãlibet occasionem, dæmoniacis uulneribus locum dare. Quod autem addidit, quia nullus mutiuit in lingua sua, hoc mihi uidetur ostendi, quia de uictoria nemo se iactat, nemo suę uirtuti quia superauit ascribit: sed scientes quia Iesus est qui uictoriam tribuit, ipsi in lingua sua non mutiunt. Quod bene intelligẽs Apostolus Paulus dicit: Non autem ego, sed gratia dei, quæ in me est. Puto autem quia ad hoc respicit & illud domini mandatum quo ait: Cum autem feceritis omnia hæc, dicite quia serui inutiles sumus, quod debuimus facere fecimus. Et in hoc enim simili modo rerum prospere gestarum uidetur prohibere iactantiam. Sed Marcion, & Valentinus, ac Basilides, cæteriq; cum ipsis hæretici, dum hæc nolunt sicut sancto spiritu dignũ est intelligere, declinauerunt à fide, & inseruerunt se impietatibus multis, alium deũ legis, & mundi creatorem ac iudicem proferentes, uelut per hæc quæ scripta sunt, crudelitatẽ quandam docentem, quod calcare hostium ceruices iubentur, atq; in ligno suspendere reges terręjllius, quam uiolenter inuadunt. Atq; utinã dominus meus Iesus filius dei mihi istud concedat, & iubeat me pedibus meis conculcare spiritũ fornicationis, & calcare super ceruices spiritus iracundiæ & furoris, calcare auaritiæ dæmonẽ, calcare iactantiam, cõtere re pedibus superbiæ spiritum: & cum hæc fecero, operis gesti summam, nõ mihi, sed cruci eius appendere, sequenti Paulum dicentẽ, quia per ipsum mihi mũdus crucifixus est, & ea quæ iam superius memorauimus quòd ait: Nõ autẽ ego, sed gratia dei, quæ in me est. Quod si ita facere meruero, beatus ero, & dicetur etiã mihi, quod dicit antiquis Iesus: Viriliter agite, & confortamini, non timeatis, nec uereamini à facie eorũ, quia dominus deus tradidit uobis oẽs inimicos uestros in manus. Hæc si spiritaliter intelligamus & huiuscemodi bella spiritaliter pcuremus, et expellamus omnia illa spiritalia nequitię de cœlestibus, demũ ipsorum ita poterimus etiam loca & regna ab Iesu hæreditatis forte susçipere, præstante domino & saluatore nostro Iesu Christo, cui est gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

1 Cor. 15
Luc. 17

Gal. 6

De Lachis, & Lebna, & de Chebron ciuitatibus, quas receperunt filij Israel. Homilia Tertiadecima Cap. X

HAEC omnia, quæ figuraliter accidebãt illis, scripta sunt autẽ propter nos in quos fines seculorũ deuenerunt, cum legit is qui in manifesto ludæus est, & qui manifestam habet in carne circumcisionem, nescíens quid sit in occulto esse ludęum in circumcisione cordis, nihil aliud putat esse nisi bella descripta, & interitus hostium, & Israelitas duce Iesu uincentes, & diripientes gentium regna. Qui uerò in occulto ludæus est, id est Christianus, qui Iesum non tam filium Naue, sed filium dei sequitur, hæc omnia mysteria intelligit esse regni cœlorum, & dicit quia etiam nunc dominus meus Iesus Christus bellat aduersum uirtutes contrarias, & eíjcit eas de ciuitatibus quas possidebant, id est de animabus nostris: & interficit reges, qui regnabãt in animabus nostris, ne ultra regnet in nobis peccatũ: ut posteaquã interemerit regem peccati de

cati de ciuitate animæ nostræ, fiat anima nostra ciuitas dei, & regnet in ea deus, & dicat ad nos, quia ecce regnū dei intra uos est. Est ergo opus summæ misericordię hoc q̄d hæretici crudelitatis accusāt, quod dñs Iesus adumbratum prius à filio Naue per singulas quasq; ciuitates, nunc in ueritate per singulas quasq; animas credentiū complet: ut quæ possidebant à malis & pessimis regibus secundū principē aeris mundi huius, spiritus q̄ nunc operat in filios diffidentiæ, expulsis ijs & peremptis, facere eas dignet habitaculū fidei, & sancti spiritus tēplū: ut mēbra quæ seruierāt sub rege iniquo iniquitati ad immūditiam, nunc seruiant iustitiæ ad sanctificationē. Sic ergo intellige quod interfecit Iesus regē Hiericho, & regem Hay, & regē Lebna, & regem Lachis, et regē Chebron, ut istæ omnes animæ quę ante sub regibus pessimis peccati legē colebāt, nunc sub dei legibus agāt. Sed de ipsis interpretationibus nominū, si curiosius ac diligētius perscrutemur, in uenietis significantia nominū nunc ad mali regni nunc etiā ad boni intelligentiam posse conferri. Vtputa Lebna candor interpretat. Candor aūt diuerse intelligit. Est em̄ candor lepræ, est & candor lucis. Possibile ergo est etiā nominis ipsius interpretatiōe, utriusq; status differētias indicare, ut candorē quidē leprę habuerit Lebna sub regib. malis: q̄ destructo atq; euerso, cū ad Israeliticū regnū peruenit Lebna, candorē lucis acceperit, quia candor in scripturis & laudabilis & culpabilis ponitur. Et iterū Lachis interpretat iter. Iter aūt & laudabile & culpabile in scripturis habetur. Quod difficile nō est ꝓbare, sicut dicit in psalmis: Et iter impiorū peribit. & alibi econtrario: Iter rectū facite pedib. uestris. Potest ergo intelligi etiā hic, quod iter impiorū fuerit primo ciuitas Lachis: quo destructo, atq; subuerso, postmodū Israelitis regnātibus ad iter perducta sit rectū. Similiter aūt & Chebron, quā interpretari dicūt coniunctionē, uel coniugiū. Coniunctio uerò animæ nostræ fuit primo cū malo uiro, & marito pessimo diabolo: quo destructo, & extincto liberata est à lege prioris & pessimi uiri, & cōiuncta est uiro bono & legitimo illi de q̄ dicit apostolus Paulus: Statui autē uos uni uiro uirginē castā exhibere Christo. 2 Cor. 11
Sic ergo etiā nominū ipsorū intelligentia ad geminū hunc uniuscuiusq; ciuitatis cōsonat statū. Ego puto quod sic melius est intelligi bella Israelitica, & quod sic melius prę-liari Iesus putetur, & destruere urbes, ac regna subuertere. Sic em̄ & illud dictū religiosius & clementius apparebit, quod dicit ita subuertisse & uastasse singulas quasq; urbes, ut nihil in eis relinqueretur quod spiraret, neq; qui saluus fieret, neq; qui effugeret. Vtinā enim dominus de animabus credentib. sibi, & quas suo uēdicat regno, & de mea ipsius anima ita ejiciat et extinguat omnia priora mala, ut nullus in me malitię sensus ultra respiret, nullus iræ, nullus cōcupiscētię alicuius malę in me saluet affectus, nullus supersit q̄ effugiat sermo malus de ore meo. Sic em̄ potero Iesu duce purgatus ab omnib. prioribus malis, effici in ciuitatibus filiorum Israel, de quibus scriptum est: Ædificabunt ciuitates ludæ, & habitabunt in eis. Amos. 9
Etem̄ nunc uniuscuiusq; nostrum animā Iesus destruit, & ædificat. & sicut dicebamus tūc cum Hieremiā disserebamus, qui acceperat uerba in os suum quibus subuerteret & ædificaret, euelleret & plantaret: ita etiam nūc in ijs quæ habemus in manibus intelligēdum puto, non secundū hæreticos, uel secundū Iudæos: sed sicut ibi ad Hieremiā dictū est: Ecce constitui te hodie super gētes, & regna, eradicare, & subuertere, & perditū dare, & post hæc ædificare, & plantare: ita & de ijs quæ per Iesum scribuntur gesta credendū est, imò potius de ijs quæ per nostrū dominū Iesum etiam nunc geruntur in nobis. Hier. 1
Primū nanq; opus uerbi dei est, eradicare præcedentia mala, spinas ac tribulos uitiorum. Dum enim istæ malæ radices occupatam detinent terrā, non potest semina bona & sancta suscipere. Necessarium ergo et primū hoc opus uerbi dei est, plantā eradicare peccati, & omnem plantā quam non plantauit pater cœlestis, euellere, igniq; consumere. Secūdi iam operis est plantare. Quid est quod plātat Deus? Moyses dicit quia paradisum plantauit deus, & quotidie plantat in animabus credētiū, Gen. 2
In anima enim de qua excidit iram, mansuetudinē plantat: & de qua excidit superbiam, plantat humilitatē: & de qua eradicat lasciuiā, pudicitiā plantat: & de qua extirpat ignorantiam, inserit scientiam. Non tibi uidetur talis esse debere plantatio quā plantat deus, magis quàm insensibilium terrenorumq; lignorū? Est item in primis opus uerbi dei destruere ædificia diabolica, quę in anima construxit humana. Ille etem̄ turres superbię in unoquoq; nostrū, & muros elationis extruxit: hæc sermo dei subuertit & subruit, ut me

Eph.2 rito secũdum Apostolũ efficiamur dei cultura,& dei ædificatio, supra fundamentũ apostolorum,& prophetarũ,posito ipso summo angulari lapide Christo Iesu,ex quo iũctura ædificij crescat in templũ dei in spiritu,& ita demum effici mereamur in hęreditatem terræ sanctæ in parte Israelitica, extinctis omnibus & peremptis hostibus nostris:ita ut nõ relinquatur ex eis qui respiret in nobis,sed solus in nobis respiret spiritus Christi per ora,& sermones,& intelligentiam spiritalem, secundum doctrinam Iesu Christi domini nostri,cuius est uirtus & potestas in secula seculorum. Amen.

De Iabin rege Asor,& de cæteris regibus,qui congregati sunt aduersum Israel. Homilia XIIII Cap. XI

HAS easdem scripturas ante aduentũ quidem domini nostri Iesu Christi cum legeret Israel ille qui secundum carnem est,nihil aliud in ijs nisi bella,& effusionem sanguinis intelligebat, ex quo etiã ad nimiam ferocitatem acuebantur animi eorum,& semper bellis ac seditionibus pascebantur. Postea uerò quàm præsentia domini mei Iesu Christi humanis cordibus placidum scientiæ lumẽ infudit, quip
Eph.2 pe cum secundum Apostolũ ipse sit pax nostra, pacem nos docet ex ipsa lectione bellorum.Pax eñ redditur animæ,si ab ea hostes sui peccata ac uitia propellantur. Et ideo secundũ traditionẽ domini nostri Iesu Christi,cum nos legimus ista,armamur etiã nos,& conciramur ad prælium,sed aduersus illos hostes qui de nostro corde procedunt,cogitationes scilicet malas,furta,falsa testimonia,blasphemias, cæterosq; ijs similes aduersarios animę nostrę:de qua conamur,secundũ quod hęc scriptura refert,si fieri potest nõ relinquere ullum qui saluus fiat,neq; qui respiret.Si enim hos hostes obtinuerimus, cõpetenter obtinebimus aerias potestates, & regno suo eas, q̃d intra nos supra uitiorũ sedes collocauerãt,depellemus.In prioribus lectionibus rex Hierusalẽ cõgregauerat secũ alios quatuor reges aduersum Iesum et aduersum filios Israel,nunc aũt iam nõ unus quatuor cõgregat,aut quinq;,sed uide unus quantã multitudinẽ cõgregat. Vt aũt audiuit,inquit, Iabin rex Asor, misit ad Iobab regẽ Amorræorũ, & ad regẽ Symeon, & ad regem Zif,& ad reges qui erant circa Sidonẽ magnã,& per mõtana,& in Araba,quę est cõtra Ceneroth,et ad cãpos,& in Faneandor,& ad Chananęos,qui erãt in maritimis ab oriẽte,& ad Amorræos qui erant in maritimis,& ad Cethæos,& ad Pherezæos,& ad Iebusæos,qui erant in montanis,& Euæos,qui erãt sub deserto Masecma,& exierunt ipsi & reges eorũ cum ipsis,sicut est arena maris in multitudine,& equi,& quadrigę multę nimis.Et cõuenerunt omnes reges isti,& coierunt in unum ad aquã Maron pugnare cõtra Israel.Dixit aũt dominus ad Iesum:Nõ uereris à facie illorũ,quia crastina die ad hãc horam ego tradã eos sauciatos ante faciẽ Israel. Equos eorũ subneruabis,& currus eorũ igni exures.Et uenit Iesus,& omnis populus bellatorũ cũ eo super ipsos ad aquam Maron,& subito irruit super eos in mõte,& tradidit eos dominus in manus Israel,& cædentes eos persecuti sunt usq; ad Sidonem magnã,& usq; in Masefoth ad aquam, & usq; ad campos Masfre contra orientem, & trucidauerunt eos usquequo non supereſſet ex eis qui euaderet.Et fecit eis Iesus sicut præcepit ei dominus,& equos eorũ subneruauit,& currus eorũ exussit igni.Et conuersus est Iesus in ipso tempore,& occupauit Asor,& regem eius interfecit gladio.Vides quanta aduersum Iesum,& Israeliticũ exercitũ,contrariarum uirtutum,& pessimorũ dæmonum examina concitentur? Isti omnes dæmones ante aduentũ domini & saluatoris nostri,quieti & securi humanas animas possidentes, in earum mentibus corporibusq; regnabãt. Sed ut in terris apparuit gratia & misericordia saluatoris nostri dei,edocens nos ut pie & sancte in hoc mũdo,& segregati ab omni contagione peccati uiuamus,ut libertatẽ suam,atq; imaginẽ dei, in qua ex initio creata est,anima unaquæq; recipiat,ista de causa ab illis iniquis ueterib. possessoribus earũ pugnę exoriuntur & prędia.Et si opprimant primi,multo plures exurgunt postmodũ atq; in unũ coeunt,& conspirant in malũ,qui semper dissidẽt à bono.Et si secundo uicti fuerint,iterum tertio aliæ uirtutes nequiores exurgunt.Et fortassis quãto magis augeẽ populus dei,& multo plus crescit & multiplicatur, tanto illi plures ad oppugnandũ cõspirãt.Sed tẽpus est,prout deus dederit,discutere singulos quosq; aduersi exercitus reges, & pro significantijs nominũ uniuscuiusq; etiam opus quod gerit in malitia contẽplari.

Primus

Primus omniũ, qui & auctor belli huius nominatus est, congregans cæteros, & ad cõiurationem sceleris inuitans, Iabin nominatur, qui erat rex Asor. Ipse em̃ est qui dicitur eti am cæteros cõuocasse. Iabin aũt interpretat̃ sensus, siue prudẽtia. Quis ergo est iste sensus, siue prudentia, nisi ille quem dicit Esaias propheta sensum magnũ? Ait enim: Et in ducam super Sensum magnum principẽ Assyriorum, qui dixit: mea uirtute faciam, & sapientia sensus mei auferã fines gentiũ, & uirtutem eorũ deprædabor. Iste ergo est qui ibi quidem dicitur sensus magnus rex Assyriorũ, hic aũt Iabin, sensus uel prudẽtia. Etenim serpens fuisse in paradiso scribitur prudẽtior omniũ bestiarũ quæ erant super terrã. Sed & uillicus iniquitatis prudenter fecisse dicitur illa quæ fecit. Hic igitur Iabin, rex est Asor. Interpretatur aũt Asor aula. Est ergo omnis terra aula huius regis, qui totius terrę uelut aulæ unius obtinet principatũ, qui est diabolus. Vis aũt uidere quoniam aula ipsius est terra? In Euãgeliis scriptũ est, quia fortis in aula sua securus dormit, usquequo ueniat fortior qui & ipsum alliget, & quę possidet auferat. est ergo rex aulę, princeps mundi huius: iste mittit ad Iobab: ipse est enim qui mittit ad omnes gẽtes, & inuitat ad prælium. Mittit & ad regẽ Maron. Iobab quidẽ interpretatur inimicitiæ: Maron aũt amaritudines. Mittit ergo diabolus ad aliã uirtutẽ inimicã ex angelis sine dubio refugis, quę uirtus amaritudinũ rex est: quo auctore scilicet operã dante, omes quæ in hoc mũdo amaritudines & asperitates miseris mortalibus infiguntur, eueniunt. Sunt aũt ista diuersa genera peccati. Neq; enim aliquid amarius potest esse peccato, etiam si quædã dulcia uidentur in primis, sicut Salomon scribit: Sed in nouissimis, inquit, amarius felle inuenies quod dulce in initijs uidebat̃, & acutius acie gladij. Iustitiæ uerò natura contraria est, in initijs uidetur amarior, in nouissimis uerò melle dulcior inuenitur, cũ uirtus fructus attulerit. Misit igit̃ diabolus ad Iobab inimicũ amaritudinis regẽ. Mittit aũt etiã ad regem Symeon, qui interpretatur exauditio. Sed duplex uidetur esse exauditio. Aliquãdo quidem cum exaudiuit hominẽ deus, secundũ quod et Symeon unus ex patriarchis nomẽ accepit, quoniã quidem exaudierat deus precẽ matris eius. Dicitur etiã exauditio, qua quis exaudiuit præceptũ diaboli. Solet em̃ dicere diabolus, si procidens adoraueris me, tibi dabo hæc omnia. Sed tu si Iesum sequeris, dicis ei, dominũ Deũ adorabo, & ipsi soli seruiam. Audiunt aũt illum, qui sunt ex parte eius, sicut & nunc fecit iste Symeon, illum audiens uenit ad pugnam contra Iesum. Mittit aũt & ad regẽ Zif. Zif autem interpretatur quomodo fluit, uelut admirãti sermone: quia & reuera mirandũ est, quomodo fluunt omnia quæ sunt huius mundi carnalia, & quomodo fluxa sunt & caduca, quę apud infideles homines permanentia deputantur & perpetua. Qui aũt rerum cõsiderat rationem, & uitæ huius quæ putantur bona, contuetur, quomodo semper mutent̃ & transeant, iste dicit quomodo fluit. Vocat aũt contra filios Israel diabolus etiã eos qui circa Sidonem magnã sunt. Ego quidẽ cum in locis Sidonis aliquoties demoratus sim, nunq; comperi duas esse Sidonas, unam magnã, & aliam paruam, quantũ ad terrenũ pertinet locum. Sed si ad interpretationẽ nominis redeam, quod significat uenatricem, uel uenatores, uideo quod aduersariarũ uirtutũ, in quibus multæ sunt differentiæ, quidã sunt uenatores & in paruis, et quidã uenatores in magnis: id est quod alij per parua peccata animas, alij per magna decipiũt. Verbi gratia, cum in uoluptatibus seculi, & carnis delicijs anima decipitur, in paruo capta dicẽda est. Cum uerò aut prouidentiã negat, aut dæmones quasi deum colit, hæc in magno putãda est esse decepta. Et ideo nũc mittit ad Sidonem, qui quasi ad uenationẽ magnam conueniant contra filios Israel. Mittit & ad montana. Montana intelligẽda sunt omnis sensus qui extollit & erigit aduersus scientiã dei. Mittit & in Araba. Interpretat̃ aũt Araba insidię. Inuitat ergo uirtutes insidiatrices, quę humanas animas non ui, nec apertis expugnationibus, sed improuisis insidijs callidisq; decipiãt: forte quales sunt et illi, de quib. propheta dicit: Insidiat̃ in occulto sicut leo in cubili suo, insidiatur ut rapiat pauperẽ. Sed si quis talis est qualis Paulus, confidẽter dicit: Nõ em̃ ignoramus astutias eius. Mittit & in Ceneroth. Interpretatur aũt Ceneroth quasi lucernæ. Non lucernę, sed quasi lucernæ. Aliud est enim lucerna, aliud quasi lucerna. Ioãnes lucerna erat ardẽs, quia erat angelus lucis. Quasi lucerna aũt est ille, qui trãsfigurat se in angelũ lucis. Et si uis adhuc euidentius noscere differẽtias lucernarũ, & quasi lucernarum, quę in Ceneroth sunt, audi Saluatorem dicẽtem ad discipulos suos: Sint lumbi

Esa.10

Matt.12

Prou.5

2 Cor.2

Ioan.5

Luc.12

lumbi uestri præcincti,& lucernę uestræ ardentes.Sunt ergo eorum qui in ecclesia fidē catholicā docent,& plebem dei uerbo ueritatis illumināt,lucernæ ardentes.Ii uerò qui hæretica dogmata ex scripturæ sanctæ testimoniis falsis assertionib.docēt,pro eo quod scripturas legunt,uidentur accendere lucernas:sed quia falsis assertionibus utuntur,nō sunt lucernæ,sed quasi lucernæ.Misit etiam ad campos.Necesse enim erat, ut in societatem suam uocaret etiam eos qui in campis sunt,& humilia sapiūt ac terrena. Misit & in Faneandor,qui interpretatur conuersio.Et cōuersio duplex intelligitur. Est enim conuersio,qua quis ad deum conuertitur,uel à deo est conuersus ad bona.Est aūt & illa cōuersio,qua rex Iabin,id est diabolus,ad se animas cōuertit,sicut et de Symeone suprà ex posuimus:qualis putanda est & illa cōuersio,quę Galatis acciderat,de qua dicit apostolus.Currebatis bene, quis uos impediuit,hoc est cōuertit à cursu bono & itinere recto? Mittit & ad eos,qui erant in maritimis locis,ad uicinos fluctuum Chananęos,qui interpretātur uelut commotio, id est qui semper in motionibus et fluctibus permanēt,& ad maritimos Amorræos.Amorręi interpretantur amarescētes,qui sunt similes illis, de quibus superius disseruimus. Talis igitur est catalogus totius militiæ inuisibiliū hostiū qui congregātur per regem Iabin,ut expugnent nos,qui sequimur ducem Iesum, & Saluatorem nostrum. Sed quid dicit dominus? Ne uerearis, inquit, à facie eorū, quia crastina die hac hora tradam eos in manus tuas. Video quod hodie non possumus illos oēs opprimere,nec cunctos interficere,sed crastino perimentur,id est post consummationem huius seculi. Tunc etenim omnis uirtus contraria destruetur, & tunc penitus uincetur, cum uideris ijs qui à sinistris sunt dici:Ite in ignem æternum,quem præparauit deus diabolo,& angelis eius.Tunc enim & nos si uicerimus,& obtinere poterimus, sequentes Iesum ducem, percipiemus regnum quod præparauit deus pater sanctis suis, & ijs qui mandata eius & iustitias impleuerunt, per ipsum dominum nostrum Iesum Christum, cui est gloria,& imperium in secula seculorum. Amen.

Gal.5

Ioſ.11

Matth.25

In ea quæ consequuntur post Iabin. Et fecit Iesus, inquit,sicut præceperat ei dominus. Homilia XV Cap. XI

NISI bella ista carnalia figuram bellorum spiritalium gererent,nunquam (opinor) Iudaicarum historiarū libri discipulis Christi,qui uenit pacem docere,legēdi in ecclesiis fuissent ab apostolis traditi. Quo enim eis bellorū proficeret ista descriptio,quibus dicitur ab Iesu: Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis? Et quibus per Apostolum iubetur & dicitur, non uosmetipsos uindicantes,& magis iniuriam accipite,& magis fraudem patimini? Vnde denique sciens apostolus nulla nobis iam ultra bella esse carnaliter peragenda,sed animæ certamina cōtra spiritales aduersarios desudanda, uelut magister militiæ præceptum dat militibus Christi dicēs:Induite uos arma dei,ut possitis stare aduersus astutias diaboli.Et ut horum spiritalium bellorū ex ueterū gestis habere possimus exempla, istas nobis rerum gestarum narrationes in ecclesia uoluit recitari,ut nos si spiritales sumus,audientes quia lex spiritalis est, in ijs quæ audiuimus spiritalibus spiritalia comparemus, & contemplemur ex ijs gentibus quæ carnalem Israel uisibiliter oppugnarūt,quantæ sint gentes contrariarū uirtutum ex spiritalibus, quæ dicuntur spiritales nequitiæ in cœlestibus, quæ aduersus ecclesiam domini quæ est uerus Israel,suscitent bella.Moabitæ ueniunt & Ammanitę, & omnes illi reges,& gētes inuisibiles,quas superius memorauimus,aduersum nos ueniūt pugnaturi, ad hoc ut peccare nos faciant. Quia sicut corpus accepto ferri uulnere moritur,ita & anima accepto peccati uulnere moritur.Et puto quod eadem frequētius dicere nobis quidē pigrum esse nō debeat, uobis tamen necessariū sit. Vtinā enim uel frequentius dicta hæc animis uestris crebro inculcata teneatis,ut nō hęc legētes,uel Iudaicū in ijs sensum teneatis,uel hæreticū. Sed posteaquę generaliter cōmonuimus, nō erit superfluū etiam speciatim de ijs quæ lecta sunt,pauca disserere.Repetentes igitur ea quæ in superiorib. omissa fuerant,disseramus:Et fecit,inquit,eis Iesus sicut præceperat ei dns.Equos eorū subneruauit,& currus eorum exussit igni. Et conuersus Iesus in illo tēpore occupauit Asor & regem eius occidit gladio, & interfecit omnē qui spirabat in ea, ore gladij,& exterminati sunt oēs,ita ut nō relinqueret in ea qui respiraret. Māda

tum di-

tum dicitur à deo datum ad Iesum, ut posteaq; expugnasset hostes superius memoratos nulli parceret, sed equos eorũ subneruaret. Vnde uelut mãdatũ dei implens Iesus, fecit sicut præcepit ei dñs. In quo primo omnium dicimus ad eos, qui uolunt secundũ literã tantum hæc intelligi, quia siquidẽ superfuissent aliqui ex hostibus, consequens uidebat equos subneruari, ne uti eis quis posset ad fugam. Nũc uerò cum dicatur nullus relictus esse qui spiraret in hostibus, cur etiam equi subneruari iubẽtur, qui utiq; usui ac ministerio poterãt esse uictoribus? Vis aũt scire quia soleãt Israelitæ huius rei & utilitatis habere curã, & deuictis hostibus ad suos usus reseruare iumẽta? In Numeris legimus scriptũ, quia cũ ex pręcepto dei processissent pugnare aduersum Madianitas, deuictis hostibus aliquot milia asinorum de pręda hostiũ reseruarunt suis usibus profuturos, nec omnino refertur ibi quia interfecerint asinos hostibus superatis. Nos ergo scripturã sanctam sibi metipsi cõferentes, & spiritalibus spiritalia comparantes, requiramus quid est q̃d de asinis quidem nõ est scriptũ quia subneruati sunt, nec Madianitarũ spolia uel animalia interempta dicãtur, sed profuisse Israeliticis usibus: de istis aũt qui non habebãt asinos, sed equos, præcepit ipse dominus, & dixit, equos eorum subneruabitis: quod & Iesus sicut à dño mandatur, expleuit. Putamus hæc accidisse fortuitu, ut equi hostiles interimerentur, & asini seruarentur, & in præceptis dei fortuita aliqua arbitramur incidere? An dignius uidetur ut putemus magis in ijs scripturã mysticum aliquid indicare? Denicq; & filij Israel nunquã equis usi esse referũtur, & lex nihil de equis, sed de asinis mandat, utpote de animalibus quæ ad humanos labores iuuandos, & ad onera eorũ portanda uidentur existere, equi uerò magis ad hominũ perditionẽ: hoc enim est, quod per eos in præliis geritur. Lasciui motus animal, & superbæ ceruicis accipitur. Sunt ergo asini frequẽter à scriptura in typo gentiũ positi: sicut & Saluator ostendit supra asinum sedens, nunquam aũt equo sedens refertur. Sed & cum discipulos mittit ad soluendã asinam, & pullum asinæ, dicit eis: Si quis uos interrogauerit, dicite quia dominus eis opus habet. Et sedens super eum ingredit Hierusalẽ, & nunc̃q; equo sedens ingressus esse dicitur. Sed & propheta de ipso ita prænunciauerat, quod sedẽs asino ueniret ad Hierusalẽ, dicens: Ecce rex tuus mãsuetus sedens super subiugalem & pullum asinæ nouellũ. Et exterminabit currus Effrem, & equum ex Hierusalẽ. Vides ergo quomodo secundũ prophetę sentẽtiam qui super asinum sedet exterminabit currus Effrem, & equus de Hierusalem. Et ideo uidentur mihi asini quidem (ut diximus) figuram seruare eorum qui ex gentib. credunt, super quibus sedisse scribitur dominus: equi uerò q exterminantur, & currus, figuram tenere illorum, qui in cœlestibus positi, per lasciuiam & superbiã deciderunt, quando uel ad filias hominũ concupiscendas semetipsos incestatores præbuerunt, uel secuti sunt illum, qui dixit: Ponam super nubes sedem meã, & ero similis altissimo. Inde fortasis est quod propheta dicit, falsus equus ad salutẽ. Et iterũ dicit de ijs qui in dæmonibus confidebant: Ii in curribus, & ij in equis, nos aũt in nomine dei nostri magnificabimur. Nec̃q enim currus & equos deo contulisset quantũ ad inuocandũ spectat: sed utiq; hoc ostendit, quia sicut nos inuocamus deũ uerũ, ita illi inuocant currus & equos, id est dæmones, quos inuocabant gentes illæ, quæ aduersus Israel bellum gerebant. Sed & Ægyptiorum equos cõmemorat scriptura, & istos ipsos quos nũc interimi iubet. Vnde hoc intelligatur, quod in typo quidem asinorum gẽtes quæ ad credulitatem ueniũt, merito reseruantur: in typo uerò equorum, & curruum, dæmones qui humanæ saluti aduersarij sunt, et inimici, merito perimunt. Sed & si passiones corporis, id est libidinẽ, lasciuiã, uel superbiam, ac leuitatẽ, quibus infelix anima uelut equitãs uectatur, & fertur ad præcipitia, equos nunc dici & currus intelligamus, & ipsos esse qui ex pręcepto dei subneruari iubent, non erit rationi nostræ contraria intelligentia. Subneruatur equus quippe quando ieiunijs & uigilijs, et omni abstinentię afflictione corpus humiliatur. Et currus igni exuruntur, cum in nobis cõpletur sermo domini dicentis: Ignẽ ueni mittere in terram, & quàm uolo ut accendatur. Quo igne iam se illi ardere confessi sunt, qui dicebãt: Nónne cor nostrum erat ardens intra nos, cũ adaperiret nobis scripturas? Ideo ergo & falsus equus dicitur ad salutem, si motus corporis nostri fieri permittamus infrenes, nec abstinẽtiæ iugo lasciuiã carnis et superba colla subdamus. Sed et nũc si quis forte ex his quæ dicimus dei uerbis stimulatur atq; cõpungitur, & is qui hesterno die pronus & ser

Num.31

Matt.21

Zach.9

Esa.14

Psal.19

Luc.24

uidus tanquam equus in libidinem ferebatur, hodie si his auditis pœnitet, conuertit, ac secundum prophetam à timore dei confixus refrenat se, & reuocat à peccato, & pudicã dehinc castamq; diligit uitã, uidebimur etiã nos gladio uerbi dei euaginato subneruasse equos: & magis per hoc digne impletur præceptum dei, q̃ si animalia quis equini generis de spoliis hostium capta subneruet. Quorum aũt equi subneruantur? Est etiã hoc operęprecium quærere. Equos, inquit, labin subneruandos. Iabin autem prudẽtia interpretatur, uel sensus. Quæ est ista prudentia, uel quis sensus, cuius subneruandus est cur-
Col.2 rus? Illius nimirũ, de qua dicit apostolus, quia prudẽtia carnis inimica est deo: & ille sensus, de quo dicit, inflati sensu carnis suæ. Iabin uerò rex Asor. Asor autem aula interpretatur. Hæc est Asor quæ omniũ horũ regnorum obtinere dicitur principatũ: qui intelligitur princeps huius mũdi regnans in aula, id est super terram, uel quod maius est, in uitijs carnis. Sed & omniũ illorum regum, quorum uim secundũ nominum suorum interpretationem iam ante exposuimus, equi ab Iesu dicuntur interfici. Quorum nos si recte sub Iesu duce militamus, debemus in nobismetipsis abscindere uitia, et accepto spirituali gladio subneruare omnem istum equitatum pessimum uitiorũ. Sed & currus debemus incendere, id est omnem à nobis arrogantiæ, & elationis spiritũ resecare, ut ultra non in equis neq; armis, sed in nomine domini dei nostri inuocemus. Quomodo aũt in nobismetipsis complebimus & hoc quod dicit, ut nõ remittatur ullus qui respiret? Videndũ est quis sit qui nec respirare quidẽ per præceptum domini iubetur. Verbi causa, si ira ascenderit in cor meum, potest fieri ut opera quidem iracundię non impleã, uel metu deterritus, uel etiã futuri iudicij timore cohibitus: sed non, inquit, hoc sufficit, agendũ tibi potius est, quatenus ne ipsa quidem commotio iracundiæ locum habeat intra te. Si em̃ efferuescit animus, & conturbatur, etiam si non impleuerit opus, ipsa tamẽ perturbatio indecens est ei qui sub Iesu militat duce. Similiter & de concupiscentię uitio, & de tristitiæ, cæterisq; omnibus sentiendũ est. De quibus cunctis ita agendum est discipulo Iesu, ut nihil omnino horum in eius corde respiret: ne forte si parui alicuius uitij aut cõsuetudo aut cogitatio relinquatur in corde, processu tẽporis conualescat, et paulatim uires latitando cõquirat, atq; ad ultimum reuocet nos ad uomitũ nostrũ, & fiant hominis illius cui hoc acciderit, nouissima peiora prioribus. Hoc erat quod & propheta prospiciens
Psal.136 in psalmis præmonet dicens: Beatus qui tenet & allidit paruulos suos ad petram: Babylonis scilicet paruulos, qui nulli alij intelligunt̃, nisi cogitationes malæ quæ cor nostrũ cõfundunt & conturbãt. Hoc em̃ interpretatur Babylon. Quæ cogitationes dũ adhuc paruulæ sunt, & initia habẽt, tenendæ sunt, & allidẽdæ ad petrã, qui est Christus, & ipso iubente iugulandæ, ut nihil in nobis resideat quod respiret. Sic ergo ibi beatũ est, Babylonis paruulos tenere, & allidere ad petrã, et cogitationes malas statim in initijs necare: ita & hic beatũ intelligendũ est & perfectum, si nihil relinquatur in nobis quod possit gentiliter respirare. Et omnes, inquit, reges eorum interfecit Iesus in ore gladij. In omnibus nobis regnauit peccatum, & in omnibus nobis uitia regnauerũt, & fuit in nobis omnibus regnũ generale peccati, sicut & apostolus dicit: omẽs em̃ peccauerunt, & egẽt gloria dei. Vnusquisq; tamẽ habuit in se aliquem specialem regẽ, qui in eo regnabat, & dominabatur ei. Verbi causa, in alio regnũ tenebat auaritia, in alio superbia, in alio mendacium regnabat, in alio libido dominabatur, & alius regẽ patiebatur furorẽ. Quòd autem hæc ita sint, & in unoquoq; nostrum regnet peccatũ, apostolo Paulo crede dicenti.
Rom.6 Ait enim: Non ergo regnet peccatũ in uestro mortali corpore ad obediendũ ei. Erat ergo regnum peccati in unoquoq; nostrum antequã crederemus. Postea uerò q̃ uenit Iesus, & occidit omnes reges, qui in nobis tenebant regna peccati, præcepit nobis interficere omnes istos reges, et nullum ex eis relinquere. Si quis em̃ aliquem horũ in semetipso seruauerit uiuũ, in exercitu Iesu esse nõ poterit. Si ergo regnet in te auaritia, si iactantia, si superbia, si libido, non eris Israeliticus miles, nec imples præceptũ quod dedit dominus ad Iesum. Sicut cõstituit, inquit, ei Moyses puer domini. Hic puer domini Moyses, sermo legis appellat̃, sicut & in Euãgelio dicit: Habẽt Moysen, & prophetas, audiãt illos. Lex ergo præcepit nobis interficere oẽs reges peccati, qui nos prouocãt ad peccatũ. Sic fecit Iesus, & non est transgressus quicq; ab omnibus quæ cõstituit ei Moyses. Diximus quidẽ secundũ prioris expositionis ordinem, quia quæcunq; lex dei, qui nũc

Moyses

Moyſes appellat, cõſtituit, implet Ieſus in nobis: & ipſe eſt qui interimit in nobis uitia, & nequiſſima peccati regna ſubuertit. Poteſt autem etiam de ipſo domino et Saluatore noſtro dici, quia quæ præcepit Moyſes in lege, fecit Ieſus, & nõ eſt trãſgreſſus quicquã: quoniam quidẽ dicit Apoſtolus, quia cum ueniſſet plenitudo tẽporis miſit deus filium ſuũ factum ex muliere, factũ ſub lege. Si ergo factus eſt ſub lege, cum ſub lege nõ eſſet, Gal. 4
omnia quæ lex mandabat impleuit, ut nos redimeret à maledicto legis. Sed & ipſe de ſe dicit, quia non ueni legem ſoluere, ſed adimplere. Et accepit, inquit, Ieſus omnes in bel lo, quia per dominum factum eſt ut confortaretur cor eorum, & occurrerent in prælio contra Iſrael. Nõ dixit quia aliquos accepit Ieſus in bello, & aliquos non accepit, ſed o- mnes accepit, id eſt cepit omnes, peremit omnes. Etẽ ſpecies peccati purgauit domi- nus Ieſus, omnesq; deſtruxit. Cuncti nanq; eramus inſenſati, increduli, errantes, ſeruien tes deſideriis uariis, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicẽ, & omne qd cunq; illud eſt peccati genus, quod inuenit in hominibus antequam credant. Bene er- go dicit, quia omnes occidit Ieſus qui exierunt ad bellũ. Nulla enim ſpecies peccati tãta eſt, qua nõ ſit ſuperior Ieſus, qui eſt uerbum & ſapiẽtia dei. Omnia em ſuperat & uincit. An non ita credimus, quia omne genus peccati cum ad ſalutare lauacrũ uenimus aufer tur? Hoc enim & Apoſtolus Paulus deſignat: qui cum uniuerſa peccatorum genera di numeraſſet, addit poſt omnia, & dicit: Et hæc quidem fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſancti- 1 Cor. 6
ficati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Hoc ergo modo om nes cepiſſe in prælio dicitur, & omnes peremiſſe, quia per dominum factũ eſt ut inuale ſceret cor eorum, & occurrerent in prẽliũ contra Iſrael, ut exterminarentur. Dum enim non ueniũt inimicæ uirtutes, quæ peccata operantur in nobis, nec prouocãt nos ad pec candum, nec laceſſunt ad dimicãdum, interfici non poſſunt, nec exterminari. Ideo ergo deus dicitur permittere, imò & incitare propemodum aduerſarias uirtutes exire aduer ſum nos in prælium, ut & nos uictoriam capiamus, & illæ interitum conſequant. Vnde mihi uidetur eſſe infinitus quidam numerus contrariarũ uirtutũ, pro eo quod per ſingu los penè homines ſunt ſpiritus aliqui, diuerſa in iis peccatorũ genera molientes. Verbi cauſa, eſt aliquis fornicatiõis ſpiritus, eſt iræ ſpiritus alius: eſt auaritiæ ſpiritus, alius uerò ſuperbiæ. Et ſi eueniat eſſe aliquem hominẽ, qui his omnibus malis, aut etiã plurib. agi- tetur, omnes hos, uel etiã plures in ſe habere inimicos putãdus eſt ſpiritus. Vnde & per ſingulos plures eſſe credẽdi ſunt, quia nõ ſingula ſinguli homines habent uitia, uel pec cata cõmittũt, ſed plura ab unoquoq; uidentur admitti. Et iterũ nõ eſt putandum quod unus fornicationis ſpiritus ſeducat eũ qui (uerbi gratia) in Britanniis fornicatur, & illũ qui in India, & in aliis locis, neq; unũ eſſe iræ ſpiritũ, qui diuerſis in locis diuerſos homi- nes agitet: ſed puto magis principem quidem fornicationis ſpiritũ unũ eſſe, innumeros uerò eſſe qui in hoc ei officio pareãt, et per ſingulos quoſq; homines diuerſi ſpiritus ſub eo principe militãtes, ad huiuſcemodi eos peccata ſollicitent. Similiter & iracundiæ ſpi ritũ principem unũ eſſe arbitror, innumeros uerò eſſe ſub ipſo agẽtes, qui per ſingulos quoſq; homines huiuſmodi uitij peccata ſuccendant. Similiter & auaritiæ unũ eſſe prin cipem, ſic & ſuperbiæ, & cæterorũ malorũ. Et ideo non unus principatus dicitur in con trariis uirtutibus ab Apoſtolo, ſed plures, aduerſum quos pugnã ſibi eſſe & nobis omni bus ſcribit. Tamẽ reor omniũ principem, uelut eminentiorem quendam in nequitia, & in ſcelere celſiorem, qui totũ mundũ, quem iſti ad peccata ſinguli quiq; per peccatorũ ſpecies pro parte ſollicitant, ſolus uelut omnium principum dux, & totius nefandę mili tiæ magiſter, exagitet: cuius figurã cum Iabin diſcuteremus, pro paruo intelligentię no ſtræ captu in ſuperioribus patefecimus. Puto ſanè quia ſancti quiq; repugnãtes aduerſus iſtos incentores peccatorum ſpiritus, & uincentes eos, atq; eorũ unumquemq; ſuperan tes, imminuant exercitum dęmonum, & uelut quàm plurimos eorum interimãt. Verbi cauſa, ut is qui caſte pudiceq; uiuendo fornicationis ſpiritum ſuperauerit, nõ ultra fas ſit illum ſpiritum qui ab illo ſancto uictus eſt, impugnare iterum aliũ hominem: ſed ſicut illi ſpiritus, qui rogabant Ieſum ne in abyſſum mitterent, quod nũc interim dominus p- Matt. 8
præſenti diſpenſatione cõceſſit: ita conſequens uidetur, quod ſinguli quiq; nequã ſpiri tus cum uincuntur à ſanctis, uel in abyſſum, uel in exteriores tenebras, uel quo quiſquis ille locus eis dignus eſt, abducant à iuſto iudice Chriſto, agõis huius uitę mortaliũ prę-

ſide. Et inde eſt quod plurimo dæmonum numero iam uicto, ad credulitatem gẽtes uenire relaxantur: qui utiq; nullatenus finirentur, ſi integræ eorũ, ſicut prius fuerant, ſubſiſterent legiones. Quod ſi alicui difficile uidetur eſſe quod dicimus, per ſingulos quoſq; peccantium multa uacare dæmonia, aut fabuloſum hoc putat, redeat ad Euãgelij auctoritatem, & inueniet illũ qui in ſepulchris habitat dæmonem patiens, cum interrogare-
Luc.8 tur à Saluatore, quod tibi nomen eſt, reſpondiſſe, legio. Multa enim, inquit, dęmonia ſumus. Quid ergo mirum uidetur, ſi per ſingula genera peccatorũ ſinguli dæmones aſcribantur, cum ſcriptum ſit in uno homine integram fuiſſe dęmonum legionem? Memini autem ſimilia me dixiſſe etiam in ijs locis, in quibus exponebamus uerſiculũ pſalmi, in quo ſcriptum eſt: In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ, ut diſperdã de ciuitate domini omnes qui operantur iniquitatem. Ita deniq; etiam in manu iuſtorum gladij ancipites eſſe dicuntur, ſine dubio qui cõtrarias uirtutes perimãt. Puto autem quod uehementior ad hęc probanda quę diximus Apoſtoli Pauli illa proferri poſſit aſſertio,
Rom.16 cum dicit: Deus autem pacis cõterat Satanam ſub pedibus ueſtris uelociter. Si enim unus eſt Satanas, quomodo poteſt ipſe cõtritus eſſe ſub pedibus ſeruorum dei, & iterum operari? Si enim contritus eſt, & à deo cõtritus, operari ultra non poteſt. Ne forte ergo tanti eſſe putandi ſint Satanæ, quanti ſunt illi, qui operantur opera Satanæ. Hoc enim mihi uidetur indicare & in Sapientia, ubi dicitur, quia impius maledicens Satanã, ipſe maledicit animam ſuam. Sed & in alio quodam libello, qui appellatur Tẽtamentũ duodecim patriarcharum, quamuis non habeatur in canone, talem tamẽ quendam ſenſum inuenimus, quod per ſingulos peccantes ſinguli Satanæ intelligi debeant. Euidentius autem & ipſa nominis eius interpretatio (ſicut ſtudioſi Hebræorum tradunt) hoc idem ſignificare uidetur. Satanas nanq; aduerſarius dicitur. Omnes ergo qui aduerſantur dei uoluntati, Satanæ poſſunt dici. Hæc ergo diximus pro eo quod ſcriptum eſt, quia cõfortauit dominus corda eorum ut exirent ad pręlium cõtra Iſrael, ut exterminarentur. Beatus ergo eſt qui indeſinenter ſpiritalem machæram tenens, nõ aufert eam à ceruicibus horum hoſtium, de quibus ſuperius memorauimus, ſicut & Hieremias propheta dicit:
Hier. 48 Maledictus homo qui facit opera domini negligenter, & aufert machæram ſuam à ſanguine inimicorum. Hoc ſi ſecundum literam intellígamus, neceſſe erit non indeſinẽter ſanguinem fundere. Quod Iudæi putantes qui ex integro caro ſunt & ſanguis, crudeles & implacabiles fiunt, dicentes maledictionem poſitam eſſe ijs, qui à ſanguine effundẽdo ceſſauerint, & ideo pedes eorum ueloces ſunt ad effundendum ſanguinem. Sed illis huiuſcemodi intelligentia, quia caro & ſanguis ſunt, uideatur: mihi autem pręſtet dominus nunquam negligere opera domini, nec auferre ſpiritalem gladiũ uerbi dei à ſanguine cõtrariarum uirtutum, & mortificare eas in unoquoq; auditorum. Interficiuntur autem in uobis ita demum, ſi his auditis earum opera non agatis. Dicitur autem in conſequentibus, quia cepit Ieſus omnem terrã, ſicut mãdauit dominus Moyſi. Ille Ieſus filius Naue, non uideo quod ceperit omnem terram. Quantum enim terrę cepit, qui Iudęam tenuit ſolam? Noſter autem dominus Ieſus ipſe uere cepit omnem terrã, in eo quod ex omni terra, atq; ex omnibus nationibus ad eum concurrit gẽtium multitudo. Additur etiam poſt hæc, poſteaquam omnem terrã cepit Ieſus: & requieuit, inquit, terra à bellis. Hoc quomodo uere uidebit dici de filio Naue, quia ceſſauit terra à bellis, quæ nunquã ferè temporibus eius ceſſauit à bellis? Sed hoc cõpletur in ſolo domino meo Ieſu Chriſto. Si enim conſideres te qui ueniſti ad Ieſum, & ab eo per baptiſmi gratiam, remiſſionem conſecutus es peccatorum, & iam in te non pugnat caro aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, ceſſabit terra tua à bellis: ſi tamen mortem Ieſu Chriſti in corpore tuo circumferas, ita ut ceſſantibus in te omnibus prælijs efficiaris pacificus, & filius dei uoceris. Sed hoc fiet poſteaquam bella tranſegeris, & aduerſarios uiceris. Tũc tibi dabitur requies, ut requieſcas ſub uite tua, qui eſt Chriſtus Ieſus, & ſub ficu tua, qui eſt ſpiritus ſanctus, ut ita gratias referas deo patri omnipotenti in ipſo Chriſto Ieſu domino noſtro: cui eſt gloria, & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

De eo

De eo quod scriptum est, & Iesus erat presbyter, hoc est senior, & prouectus in diebus suis. Homilia XVI Cap. XIII

ETIAM ante nos quidam obseruantes notarunt in scripturis, quia presbyteri, uel seniores non ex eo appellantur, quod longæuam duxerint uitam, sed pro maturitate sensus, & grauitate uitæ ueneranda hac appellatione decorentur, maxime cum additur ad presbyterum sermo iste qui sequitur, plenus dierum. Si enim æui prolixitate appellandus, qui presbyter, uel senior uideretur, quem magis oportebat alium hoc nomine censeri, quàm primum Adam, uel certe Matusalem, aut Noe, qui utriq; pluribus quàm cæteri annis in hoc mundo uixisse declarantur? Sed nūc uideamus quod ex illis quidem nullus refertur à scriptura presbyter aut senior appellatus, sed is qui longe breuioris temporis uitam duxit, primus in scripturis sanctis Abraham presbyter, uel senior appellatur. Dictum est etiam ad Moysen à domino: Elige tibi ab omni populo presbyteros, quos tu nosti quia presbyteri sunt. Sed obserua etiam tu ô auditor in omni scriptura, sicubi inuenire potes appellationem hanc senior & plenus dierum, positā super aliquo peccatore. Nunc ergo sancti spiritus uox est pronuncians Iesum presbyterum, uel seniorem, & prouectum in diebus. Ita enim dicit: Iesus ēm erat, inquit, presbyter, uel senior & prouectus dierum. Quod utiq; de peccatore dici nō poterat, quia peccator non est prouectus dierum. Non enim se extendit ad ea quæ in ante sunt, obliuiscens ea quæ retrorsum sunt, sed semper retro conuertitur, & ad uomitum suum redit, & ideo non aptus est regno cœlorum. Qui autem ad priora extenditur, & ad perfectionem fertur, iste prouectus est in diebus tuis. Et nunc ergo dicit dominus ad Iesum: Tu prouectus es in diebus tuis. Nescio ego si in hoc loco illud potest uideri, quia hoc dicebat dominus ad Iesum, quod de ætate eius senili omnes uidebant, & omnes nouerant. Et quæ sunt tam magna responsa ista diuina, quæ hominibus deferuntur, ut dicant seni homini, quia senex es, quod omnes uidebant, & omnes nouerant? Sed mihi uidetur magnum aliquod testimonium à domino per hæc dari filio Naue, cū ei dicitur, quia prouectus dierum es. Et quantum quidem proloqui nobis, uel aperire de diuinis mysterijs fas est, ego arbitror quod sicut sol iste dies facit mundo huic, ita & sol iustitiæ faciat aliquos dies spirituales, qui fulgore ueritatis & lampade sapientiæ illustrentur. Si quis ergo in præceptis Dei uitam hanc præsentem, quæ (sicut Iacob dicebat) paucorum & malorum dierum est, transegerit, & immaculatum se ab hoc mundo custodierit, atque omnes aduersarios, & hostes suos subegerit spiritales, ab istis paucis & malis diebus prouehitur & promouetur ad illos dies æternos & bonos, æterni Solis luce signatos. Tali ergo quodam ordine intelligendus est & Iesus ex diuinis responsis prouectus dierum pronunciari. Verum quoniam instituimus quæ de Iesu dicuntur etiam & ad Dominum & saluatorem nostrum referre, quis ita presbyter & senior prouectus dierum intelligitur, sicut ipse qui est principium, primogenitus omnis creaturæ? Ideo fortassis ipse solus uere & integre presbyter dicitur, ante quem nemo est. Igitur tametsi sunt qui dicantur in scripturis presbyteri uel seniores, uel pontifices, tamen dominus Iesus sicut in pontificibus pontificum princeps est, & sicut in pastoribus princeps pastorum est, ita & in presbyteris uel senioribus princeps presbyterorum putādus est, & in episcopis princeps episcoporū, & omne quodcunq; honorabile nomen est, primum in hoc, & principem esse credendum est saluatorē, quia ipse est omniū caput. Addit autē adhuc responsum diuinū & dicit: Tu prouectus es in diebus, & terra relicta est multa ualde. In superioribus dicebatur (sicut obseruauimus) quia cessauit terra à bellis, & qa Iesus cepit omnem terrā: & hic modo dictū est, quia terra relicta est multa ualde. Putásne cōtraria sibi scriptura contineat? Hoc ne leuiter suspicandū est. Sed redeamus ad intelligentiam spiritalem, & in ea nihil inuenies esse contrariū. Intuere domini & saluatoris nostri primo quidem aduentu cum uenit seminare uerbum suū in orbem terræ, quomodo cepit omnem terram solo seminis iactu, & quō aduersarias potestates ex ea & angelos refugas, qui gentiliū mentes obsederāt, effugauit, & interim seminauit uerbum atq; ecclesias propagauit. Hæc est prima eius totius terræ possessio. Sequere autē me ô auditor per subtiles lineas uerbi, & ostendam tibi quomodo etiam secūdo capiat terram

Exod. 18

Ioſ. 13

terram hanc, quæ nunc dicitur ad Iesum multa esse derelicta. Audi de eo Paulum dicen
1 Cor. 15 tem: Oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos scabellum pedum suorum. Hæc ergo est terra, quæ nũc multa dicitur esse derelicta, donec omnes omnino subdãtur sub pedibus eius, & per hæc hæreditate capiat uniuersos. Et hęc est, inquit, terra, quæ derelicta est, omnes fines Phylistijm, & alia quamplurima quæ sequũtur. Multa adhuc supersunt quantum ad nostra tẽpora spectat, quæ uidemus nondũ pedibus Iesu esse subiecta, quę necesse est utiq; omnia obtinere. Neq; enim finis esse poterit rerũ, nisi fuerint ei prius cuncta subiecta. Sic enim & propheta dicit, quia omnes gẽtes seruiẽt ei, & à finibus fluminum usq; ad fines orbis terrarum, in conspectu eius procident Æthiopes, & de transripas fluminũ Æthiopię offerent sacrificia. Vnde constat quod in secundo aduentu hanc terram multam quæ supereſt, obtinebit Iesus: sed beati sunt illi, qui in primo eius aduentu obtẽti sunt. Isti enim uere grati erũt, qui multis aduersarijs resistentibus, & multis hostibus impugnantibus, bello & armis hæreditatẽ terræ repromissionis accipiunt. Cum uerò ex necessitate quis fuerit subiectus, tunc quando etiã nouissimũ inimicum destrui necesse est, scilicet mortẽ, non erit iam gratia ijs qui subijciuntur. Post hæc cũ enumerasset plurimas gentes, de Sidonijs solis dixit: Et oẽs Sidonios ego exterminabo à facie filiorum Israel. Nominati sunt Chananæi, nominati sunt & ij qui contra faciem Ægypti sunt, & ij qui sunt ex finibus Accaron, & à sinistris partibus fluminum, & aliæ quamplurimę gẽtes, & de solis Sidonijs dicit dominus quod eos euersurus sit. Sidonij dicuntur autem (sicut ante iam diximus) uenatores. Qui ergo intelligũtur isti mali uenatores quos dominus exterminat, nisi illæ uirtutes cõtrariæ, de quibus dicit ꝓpheta: quia laqueos parauerũt pedibus meis? quibus scilicet uenẽtur & decipiãt animas ad peccatum. Istos ergo dominus exterminat: quia si isti tales interierint uenatores, cũ iam nemo fuerit qui laqueos tendat & retia, ut decipiat animas in peccato, tunc requiescet unusquisq; sub uite sua, & sub ficu sua. Sed & illud nobis hodie lectũ est, quia Moyses dederit hæreditatem quibusdam: post hæc uerò legitur, quia & Iesus secũdum prȩceptum domini distribuit hæreditatem. Primus argo Moyses hæreditatẽ distribuit, secũdus aũt Iesus. Nũc Moysen legem intellige. hi ergo qui secundum legem uixerunt, primi acceperunt hæreditatem, sed extra terram repromissionis. Tum deinde cum accepissent terram hæreditatis, non eã possident neq; diuidunt inter se, sed expectãt usquequo eis per Iesum distribuatur in sorte. Nónne euidẽter hoc est quod Apostolus dicit ad Hebræos, scribẽs de prioribus patribus, quos dixit fide placuisse deo? Et addidit dicens: Ii autem omnes testimonium habentes per fidem nõdum cõsecuti sunt repromissiones, deo pro nobis aliquid prouidẽte, uti ne sine nobis perfecti efficerent. Habent igitur iam repromissionem suam, & requieuerunt, & digni iudicati sunt per Moysen capere hęreditatẽ: ueruntamen adhuc & ipsi pugnant, & in certamine sunt pro ijs qui sub Iesu militãt. Sed requiris qui sint isti qui pugnant, & quę est illa pugna quam illi gerunt. Ego sic arbitror quod omnes illi qui dormierunt ante nos patres, pugnent nobiscum & adiuuent nos orationibus suis. Ita nanq; etiam quendam de senioribus magistris audiui dicentem in eo loco, in quo scriptum est in Numeris, quia ablinget synagoga illa hanc synagogam, sicut ablingit uitulus herbam uiridem in campo. Dicebat ergo: Quare huiusmodi similitudo assumpta est, nisi quia hoc est quod intelligendum est in hoc loco, quod synagoga domini, quæ nos præcessit in sanctis, ore & lingua consumit aduersariam synagogã, id est orationibus & precibus aduersarios nostros absumit? Nõ ergo armis pugnandũ est nobis aduersum hostes nostros inuisibiles, sed orationibus, & uerbi dei meditationibus, & operibus, ac sensibus rectis. Sic enim armabantur & patres, fide & operibus uin
Exod. 14. 15 centes. Vide denique quia sic scriptum est de eis: Crediderũt, inquit, deo, & Moysi famulo eius. Et tunc cantauit Moyses canticum hoc & dixit: Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est. Ita ergo & nos fide plena opera perfecta, indefinẽtes orationes, meditationem uerbi diuini, intelligentiam spiritalem colentes, & in his omnibus uelut armis dei muniti, stemus aduersus astutias diaboli, inuocantes deum adiutorem nostrũ in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

De eo

De eo quod Leuitæ non acceperunt hæreditatem terram.

Homilia XVII Cap. XIII

ICVT umbræ,& exemplari deseruiunt cœlestiũ ij,qui legem suscipiũt,quę
S est illius ueræ legis umbra,ita exemplar & umbrã sequuntur diuisionis cœlestis ij,qui in ludæa hæreditate diuidunt terram. Erat ergo in cœlis ueritas, umbra uerò & exemplar ueritatis in terris. Et donec umbra hæc cõstabat in terris, erat Hierusalem terrestris,erat templum,erat altare,erat & uisibilis cultus, erant pontifices & sacerdotes,constabant etiam ciuitates & uici ludææ, & omnia hæc quæ nunc in hoc libro descripta recitantur. Cũ uerò in aduentu Saluatoris nostri dei è cœlis descendens ueritas de terra orta est,& iustitia de cœlo prospexit, umbræ & exemplaria ceciderunt. Cecidit enim Hierusalem,cecidit templum,altare sublatũ est, uti iam neq; in monte Garizin neq; in Hierosolymis sit locus ubi oportet adorare,sed ueri adoratores qui adorãt patrem in spiritu & ueritate adorent. Sic ergo præsente ueritate, typus & umbra cessauit:& cum adesset templum illud,quod per spiritũ dei, & uirtutẽ altissimi in utero uirginis fabricatum est,dirutũ est templũ ex lapidibus fabricatum. Aderat pontifex futurorum bonorum,cessauerunt põtifices taurorum & hircorum. Venit agnus dei,qui tollit peccatũ mundi,destitit agnus ex pecudibus assumptus. Igitur si hæc omnia quæ in umbra prioribus data fuerãt, præsente & assistente ueritate cessarũt, cõsequens sine dubio erat,ut hæreditate regni cœlorum patefacta,hæreditas terrena cessaret. Ratio autẽ qua hæc cuncta desinerẽt,illa est,ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mũdus deo, ne qui forte ex incredulo populo occasiones suę infidelitatis acciperent,& habẽtes umbras antiquitus sibi traditas,uel templi,uel altaris,uel põtificij, uel sacerdotij, uiderent sibi permanente antiqui cultus statu præuaricari religionis ordinẽ si transirent ad fidẽ. Propterea ergo auferri hæc omnia quæ in terris dudum fuerant adũbrata, diuina prouidentia dispensauit, ut uiam quodãmodo accipiant requirendæ ueritatis cessantibus typis. Si ergo ueniẽs ad Hierusalẽ ciuitatem terrenam ô ludæe, inuenies eam subuersam, & in cineres ac fauillas redactam,noli flere, sicut nũc facitis tanquã pueri sensibus, noli lamentari, sed pro terrena require cœlestem. Sursum respice, & ibi inuenies Hierusalẽ Gal.4
cœlestem,quæ est omniũ mater. Si altare uideris destitutũ, nolo cõtristeris. Si pontificẽ
nõ inuenias, nolo desperes. Est in cœlis altare, & assistit ei pontifex futurorũ bonorũ se Heb.5
cundum ordinẽ Melchisedech electus à deo. Sic ergo uobis pietate & misericordia dei etiã hęreditas terrena sublata est,ut hæreditatẽ quęratis in cœlis. Veruntamẽ uideamus quid est quod per umbram describit, quia in umbra legis ueritas reformatur. Refertur ergo prima & secũda hęreditatis facta diuisio. Prima quidem per Moysen:secũda uerò, quæ potentior est,per Iesum facta describitur. Et Moyses trãs Iordanẽ tribui Ruben,& tribui Gad, & dimidiæ tribui Manasse possessionẽ decernit, cæteri uerò oẽs per Iesum suscipiunt hæreditatẽ. Diximus de his iam prius, quomodo ij qui per legem placuerũt deo,precedentes tempore eos qui per fidem Iesu ad repromissionẽ ueniunt,nõ per illã quæ perfecta sunt cõsequuntur,expectantes eos qui posteriores diuerso quidẽ tempore sed una fide placebũt(sicut apostolus dicit)uti ne sine nobis perfectionẽ cõsequerentur. Interea Leuitis neq; Moyses dedit hęreditatẽ,neq; Iesus,quia dominus deus ipse est hæreditas eorũ. In qua re quid aliud sentiendũ est, nisi quod sint in ecclesia domini quidam,qui uirtute animi & meritorum gratia cæteros omnes præcedunt,quibus ipse dñs hæreditas esse dicitur? Et si fas est audere in talibus,& arcani recõditi aliquid aperire,uideamus ne forte illud sit,quod sacerdotũ uel leuitarũ figurã latenter ostendit,quia in omni populo(eorũ dico qui saluant)maior sine dubio pars est,& lõge numerosior eorũ, qui simpliciter credẽtes in timore dei,per opera bona,& per honestos mores, & actus probabiles domino placent. Pauci uerò sunt,& ualde rari,qui sapiẽtię ac scientię operã dantes,& mentẽ suã mundã puramq; seruantes, atq; omnibus præclaris uirtutibus suas animas excolentes,cæteris simplicioribus per doctrinæ gratiã illuminant iter quo gradiuntur,& ueniunt ad salutẽ. Si fortassis nũc sub leuitarũ & sacerdotũ nomine designantur,quorũ hæreditas ipse dominus,qui est sapiẽtia,quã præ cæteris omnibus dilexerũt, esse perhibeẽ. Inuenio tamen aliquam differentiam in ijs quę Moyses distribuit,& in ijs quæ

quæ Iesus. Moyses nanq; duabus & semis tribubus terram distribuēs ultra Iordanē, non dedit Leuitis habitaculi portionem quæ eos cōtingebat: Iesus autem dedit, nō solum in ijs tribubus quas ipse dispensat, uerū & in illis quæ à Moyse trans Iordanem fuerant collocatę. Habitacula etenim Leuitis in singulis tribubus decernunt, ut per hoc multo magnificētius mysterium cerneremus. Iste enim ordo Leuiticus uel sacerdotalis, qui dei sapientię & scientiæ operā impendit, nō potuit à Moyse sortē habitationis accipere: quia non erat Moyses ueritatis, sed umbrę & exēplaris minister. Iesus uerò dominus noster, qui erat sapientia dei, ipse habitacula sapientibus præbet. Nō enim potuit dicere Moyses, uade uende omnia tua quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurū in cœlo, & ueni sequere me. Hoc est enim partem dare Leuitis. Nec potuit dicere Moyses, qa qui non renūciauerit omnibus quę possidet, non potest esse meus discipulus. Nec potuit dicere Moyses, omnis qui nō oderit patrem uel matrem & fratres & sorores & filios, insuper etiam & animam suam, non potest meus esse discipulus. Hoc Moyses dicere nō potuit, idcirco ipsa habitacula sacerdotum & Leuitarum dispēsare nō potuit. Beatus ergo est qui se talem exhibet, & in istis omnibus quę præcepit Iesus, inuenitur esse perfectus, ut ab Iesu sortem cœlestis mansionis accipiat in futuro. De quo dicit ipse dns Iesus: Pa-
Ioan.17 ter uolo ut ubi ego sum, & isti sint mecum: & sicut ego in te, & tu in me unum sumus, ut & isti in nobis unum sint. Quod si quis audiens perfectorum & eminentiorum hæreditatem dominum dici, ignoras & ambigis quid illud sit quod sub hoc nomine designat, audi quia dominus sapientia est. Cui ergo dicitur hæreditas dominus, istæ hæreditatem sapiētiæ capiet. Dominus iustitia dicitur. Cui ergo hæreditas dominus est, iste hæreditatem iustitiæ consequetur. Dominus pax est, dominus redemptio est, dns salus est, in domino sunt thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hæc omnia in hæreditatem percipiet, cuius hereditas dominus fuerit, Veruntamen & isti quibus sapiētia dei, & uerbum dei & ueritas & iustitia hæreditas esse dicitur, habitationem interim cum illis accipiūt, quorum hęreditas habetur in terris: ut ex ipsorum consortio ij, qui per semetipsos nondum ualent, per illos participes efficiant sapiētiæ & scientiæ dei, & ueritatis eius ac uerbi. Et ita etiam ad minimos quosq; dispensatio diuina pertendit, ut qui principaliter nō possunt diuinæ gratiæ capaces existere, illuminari existorū consortio mereantur, et cōpleatur illud, quod scriptum est: Qui multum, non abundauit: & qui minimum, non minoratus est. Sed & illud quod apostolus ad Corinthios dicit de sanctis Hierosolymitis:
2 Cor.8 Vt uestra, inquit, abundantia fiat ad illorū inopiam, & illorum abundantia fiat ad uestrā inopiam. Ita ergo & nunc cohabitare iubent leuita & sacerdos qui non habent terram, Israelita qui habet terram, ut percipiat à sacerdote et leuita cœlestia & diuina quę nō habet. Lex enim dei sacerdotibus cōmissa est & leuitis, ut huic soli operam tribuāt, & uerbo dei absq; ulla sollicitudine uacent. Sed interim ut uacare possint, laicorū uti ministerijs debent. Si enim laicus quæ necessaria sunt non præbuerit sacerdotibus & leuitis, occupati illi in talibus, id est corporalibus curis, minus legi dei uacabunt. Illis autem nō uacantibus, neq; operam dantibus legi dei, tu periclitaris. Obscurabitur enim lux scientię, quæ in illis est, te non subministrante oleum lucernæ, et culpa tua illud eueniet, quod di-
Matt.6.7 xit dominus, quia si cæcus cæco ducatum præbēs, ambo in foueam cadent. Sed & illud in te complebitur quod dominus dixit: Si enim lux quæ in te est, tenebræ sunt, ipsę tenebræ quantæ sunt? Vt ergo lux scientię in sacerdotibus fulgeat, & lucerna eorum sit semper accensa, tu imple officium tuum, comple mandatum dei erga obsequia sacerdotū. Quod si forte susceptis à te quæ necessaria sunt, & sic non quasi auaritiam sed quasi benedictionē, illi neglexerint eruditioni operā dare, & uerbo dei uacare, & in lege dei meditari die ac nocte, ipsi uidebūt quomodo pro animabus uestris reddant domino rationem. Sed deprecemur potius dei omnipotētis misericordiam, ut suo lumine, sua ueritate, suo splendore, omnes nos illuminare dignetur & dare lucernam pedibus nostris uerbum suum, & lumen semitis nostris, ipsum dominum nostrum Iesum Christum, qui est uera lux mundi, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

De initio

De initio diuisionis terræ, quæ diuisa est ab Iesu, & quomodo accessit ad Iesum Caleph, & petijt ab eo Hebron. Homilia XVIII Cap. XIIII

ISCAMVS ex lege quàm necessarie descripta est terræ diuisio, quæ primo
D per Mosen, secundo per Iesum dicitur facta, non ut utranq; seruemus, sed rationem utriusque discentes illam solam teneamus, quæ ab Iesu nostro domino traditur. Igitur illam terram, quæ est trans Iordanem, Moyses destribuit: hanc autem quæ est terra sancta & bona, distribuit Iesus & principes tribuum Israel. Vides ergo quia cum cœperit uera illa hæreditas terræ sanctæ à saluatore distribui, assumuntur etiam principes tribuum ueri & spiritalis Israel. Quos autẽ putamus esse principes tribuum nostrarũ, uel ecclesię principes, nisi sanctos Apostolos, ad quos dicit Saluator, quia sedebitis & uos super duodecim thronos, iudicantes duodecim tribus Israel? Assumitur tñ ad diuisionem etiam sacerdos, qui est arcanus & mysticus sermo dei. Sic enim dicit, quia cõuenerit Iesus & Eleazar simul ad diuidendam terrã. Et uideamus quis est, qui primũ cepit hæreditatem ab Iesu. Caleph, inquit, filius Iephone. Hic enim primus petit, & petit certis quibusdã rationibus & uerbis, quæ descripta sunt, quæ uerba etiã possunt nos instruere ad salutem. Primo omniũ Caleph interpretatur quasi cor. Quis ergo est quasi cor, nisi is qui in omnib. intellectui operã tribuit, qui nõ aliquod membrũ corporis ecclesię esse dicitur, nisi illud quod est in nobis præclarius cor: id est qui omnia cũ ratione & prudentia gerit, & ita cuncta dispensat quasi non sit aliud, nisi cor? Interpretatur aũt & Iephone pater eius cõuersio. Hic ergo Caleph filius est conuersionis. Quid nisi quia ad deũ cõuersus, talem ex se fructũ proferret, ut cor filium generaret? Est ergo omnis qui diuinis sensibus uacat, & prudenter cũcta ac rationabiliter agit, Caleph. Hic primo qdẽ eruditus est à Mose, secũdo uerò ab Iesu, cui assistebat, cui & dicit: Tu nosti uerbum quod locutus est dñs ad Mosen hominem dei. Tu scis uerbũ qd locutus est dominus. Quis enim alius nosse potest uerbum quod locutus est dominus ad Mosen, nisi Iesus solus? Nemo sic intellexit legẽ sicut docuit Iesus. Ipse enim omnia docuit, & aperuit, ipse reuelauit Paulo, qa lex spiritalis est. Sicut locutus est, inquit, de me & de te. De me, inquit, & de te locutus est Moses. De te quidẽ, hoc est quod dixit dominus: quia si crederetis Mosi, crederetis utiq; & mihi. de me eĩ ille scripsit. De me uerò quod dixit, hoc est Caleph, qui cor est, certũ est qa de corde scripserit Moses, quippe qui omnia prudenter, sapienterq; cõscripsit. Ait ergo: Hodie ualeo sicut ualebam tunc. Sanctus quippe similiter ualet & in præsentibus & in præteritis, & in nouis & in ueteris. & in Euangelijs & in lege. Hoc est ergo quod dicit, ualere se hodie sub Iesu sicut tunc sub Mose, quia in utriusq; testamenti mysterijs cor uigilans ualet. Sed uideamus etiã petitionẽ eius quam primam poposcit ab Iesu Caleph filius Iephone. Peto à te montẽ hunc, inquit, sicut dixit dominus in die illa. Nihil humile, uel deiectũ sanctus requirit, nihil quod in demersis cõuallibus iaceat, sed montẽ quærit excelsum, sed montem in quo ciuitates magnæ, & munitæ sunt. Scriptum est enim, quia ibi sunt Machi ciuitates magnæ & munitæ. Et hęc poscebat, quia nouerat belligerari, sicut scriptũ est: Ciuitates munitas occupabit sapiẽs, & destruet munitionem in qua cõfidebant impij. Putas cũ hæc diceret Salomon, hoc nos uolebat docere, quia sapiẽs caperet ciuitates & munitiones destrueret ex lapidibus cõstructas? an illud potius indicat, quòd ciuitates & muri sunt impiorum dogmata, & syllogismi philosophorũ, quibus astruunt impia quæq; & diuinę legi contraria, quæ apud paganos, uel barbaros obseruãtur? Sed & illa in his deputanda sunt & ciuitates munitę esse, atq; in montib. collocatæ, quæ hęretici in scripturarum assertionibus, ueluti in altis montibus, collocant. Istas ergo ciuitates sapiens quisq; uerbũ prædicans destruit, & urbes mẽdacij ueritatis ariete subuertit, sicut Apostolus Paulus dicebat: Cogitationes de 2 Cor. 10
structuentes, & omnem altitudinem quæ se extollit aduersus scientiã dei. Ita ergo etiã nũc hic sapientissimus Caleph assistit ante Iesum, & promittit ualere se ad bellum, & promptum esse ad prælium: & ideo deposcit permitti sibi uelut disputandi facultatem, ut congrediatur cum dialecticis seculi, cum ijs qui pro ueris falsa confirmant, ut eos cõfutet & superet, ut subuertat omnia, quæ illi falsis assertionibus construxerũt. Ideo denicq; uidẽs alacritatem eius, benedicit, inquit, eum, scilicet quod talia deposcat, & audeat. Sed & tu si uis dare operam studijs, & legem dei prudẽter meditari & effici cor in lege dei, potes

istas magnas & munitas urbes, id est assertiões subuertere falsitatis, ut & tu merearis benedici ab Iesu, & accipere ab eo Chebron. Interpretatur autem Chebron cõiunctio, uel coniugium. Per quod potest fortasse illud ostendi, quod spelunca duplex comparata ab Abraham patriarcha in ea est, in qua coniugia patrum & reliquiæ eorum iacent, id est Abraham cum Sara, Isaac cum Rebecca, Iacob cum Lia. Meruit ergo Caleph patrũ reliquias in hæreditatem suscipere, sine dubio quia per sapientiam quæ in eo erat, qua uigebat & sub Mose & sub Iesu, intellexerat coniunctionis ipsius rationẽ, & perspexerat quid esset causæ, quod cum Abraham sola Sara ibi iaceret, & neq; Agar, neq; Cethura ei meruisset adiungi: uel quid esset causæ quod cum Iacob sola Lia iacere uideretur, & neq; Rachel, quæ amplius fuerat dilecta, neq; aliqua ex concubinis in sepulchro ei fuerat copulata. Ipse ergo in memorijs patrum hæreditatem capit prudens & sapiens Caleph: Ipsi Iesus Enachitarum gentis Metropolim tribuit Chebron, & efficitur ei sors usque in hodiernum diem. Vtinam & mihi daretur sors Abraham & Isaac & Iacob, & efficeretur deus meus, sicut effectus est deus Abrahã, & deus Isaac & deus Iacob, in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De finibus hæreditatis tribus Iudæ. Homilia XIX Cap. XIIII. XV

D ISTRIBVIT Moses hæreditatem, distribuit hæreditatẽ & Iesus. Sed non est scriptum in distributione hæreditatis Mosi, quia cessauit terra à bellis: in distributione uerò Iesu ipsa uerbi præfatio incipit: Et cessauit, inquit, terra à bellis. Si ergo & tu dignus uis effici qui hæreditatem consequaris ab Iesu, & sumere ab eo portionem, oportet te prius omnia bella finire, & in pace consistere, ut etiam de tuæ carnis terra dicatur, quia cessauit terra à bellis. Tunc deinde cum consuetudo sit sanctæ scripturæ quatuor partes orbis terræ, quas uel axes, uel plagas nominat, appellare, in descriptione finium tribus Iudæ duæ tantummodo nominantur, duæ reticentur. Scriptum enim sic est: Et facti sunt fines tribus filiorum Iuda secundum plebes eorum, à finibus Idumææ, à deserto Sin, ad occidentem. Et cum descripsisset fines ab occidente, tunc deinde dicit: & ab oriente omne, inquit, mare salsum: & alias duas partes reticuit, id est septentrionis, uel meridiani. Vide ergo si non repleta sunt ista mysterijs. Licet nos singula uel sentire, uel explicare nequeamus, tamen prout dominus præbere dignatur, & nos capere ualemus, discutere singula quæq; tentabimus. Facti sunt, inquit, fines Iuda secundum plebes eorum à finibus Idumææ à deserto Sin ad occidentem. Igitur fines Iudææ proximi sunt finibus Idumææ. Idumæa uerò (sicut sæpe iam diximus) interpretatur terrena. Post terrenam ergo statim consequuntur fines Iudææ. Sed & à deserto, inquit, Sin. Interpretatur autem Sin, tentationes. Post tentationes ergo consequuntur fines hæreditatis Iudææ. Occidens & oriens nominatur, & uicina loca ea quæ suprà dixi mus, imò confinia. Sed uallis Aegypti uicina occidentalibus partib. designatur, quæ est à deserto ad occidentem: ab oriente uerò cinguntur fines mari salso. Post hoc, à collib. inquit, qui tenduntur ad occidentem, & inde ascẽditur ab occidente usq; Cades Barne, & sic pertenditur ab occidente ad occidentem Cades. & hi sunt fines eorum ab Africo, & inde perrexit usq; ad uallem Aegypti. Vides quomodo in occidentis partibus & Africũ & Aegyptũ nominat & occasum? Sine dubio, ut hæc omnia sciat sibi unusquisq; euadenda esse & transeunda, ut ita demum possit ad tribum regiam peruenire, de qua
Heb. 5 dicit Apostolus. Certum est autem quod ex Iuda ortus est dominus noster. A finibus autem Idumææ est desertum. Paulo ante diximus de deserto Sin, quod tentationes significaret, & ideo necesse est nos transire eremum tẽtationum, ut sic possimus peruenire in hæreditatem filiorum Iuda. Sed & ascendere nos oportet ascensum collium Acabrin, quod interpretatur scorpiones. Transeundi ergo nobis sunt & calcandi etiam scorpiones, illi sine dubio de quibus Saluator ait: Ecce dedi uobis potestatem calcãdi super ser-
Luc. 10 pentes, & scorpiones. Qui ergo uult, & desiderat ingredi in hæreditatem tribus Iudæ, oportet eũ ascendere ascensiones istas, & calcare atq; euadere scorpiones qui obsistũt.
Ezech. 2 Vnde arbitror quod istud iter agenti Ezechieli prophetæ dicebat dominus: Fili hominis in medio scorpionũ tu habitas. Et sunt, inquit, fines usq; Cades. Cades interpretatur sanctum uel sanctificatio. Fines ergo Iudæ usq; ad sanctificationem perueniunt. Sed uideamus

deamus etiam qui sint fines ex partibus orientis. Non quo uelim nunc locorum catalogum facere, sed ut mysteriorum quæ per hæc significãtur, contueantur imagines. Dicitur ergo ab orientis partibus tribus Iudæ mare esse salsum, & post hoc in parte eius nominatur fons solis, & ciuitas solis, & in eadem tribu esse etiam ciuitas literarum. Oportet igitur omnem qui uult introire in partem filiorum Iuda, transire prius mare salsum, uitæ scilicet huius undas & turbines superare, & euadere omnia quæ in hoc mundo pro incerto sui & lubrico marinis fluctibus comparantur, ut possit ad Iudæ terram peruenire, & ad fontem solis accedere. Quis autẽ est fons solis, uel cuius solis? illius sine dubio, de quo scriptum est: Timentibus autem nomen meum orietur sol iustitiæ. Huius ergo solis, si prius euaseris mare salsum, fontem inuenies in terra Iudæ. Quem fontem? Illum profecto, de quo dicebat Iesus: Qui autem biberit de aqua quem ego do ei, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Huius igitur solis cum talem qualem diximus inueneris fontem, inuenies etiam ciuitatem eius. Est enim, inquit, ibi & ciuitas solis. Dicitur & in Aegypto ciuitas solis. Sed ista ciuitas quæ in Aegypto est, huius solis nomẽ accepit, quem pater cœlestis iubet oriri super bonos & malos. Illa uerò ciuitas quæ in Iudæa est, sanctorũ tãtummodo efficitur, quia ciuitas Dei est. Et fons ille de quo superius diximus, fluuius effectus est lætificans ciuitatem Dei. Sed & tu si ex omni parte munitus sis, & continentiæ muro circundatus, si sapientiæ & magnanimitatis turribus confirmatus es, etiam tu efficieris ciuitas dei. Si uerò ad hæc omnia adieceris tibi scientiæ lumen, sicut dixit Esaias: Illuminate uobis lumen scientiæ, & sol te iustitiæ radiauerit, efficieris etiam tu ciuitas solis, uel ciuitatem solis sorte hæreditatis accipies. Sed & si te tradideris legi dei, & in ipsa meditaberis die ac nocte, ut non recedat liber legis de manu tua, sicut dicitur ad Iesum, & si memor sis præcepti Saluatoris: si ergo talibus te studijs mancipaueris, & eruditionem legis diuinę, uel legendo, uel audiendo obtinueris, tuę portionis efficitur ciuitas literarum. Et hæc quidem nos pro possibilitate sensus nostri, uel etiam pro uestri auditus capacitate discussimus: summa uerò scientię, & profundior ac lucidior horum intelligentia apud illos erit, qui ueram hæreditatem ueri & unigeniti filij dei, quæ repromissa est ijs, qui eum perfecte dilexerint consequi merebuntur, in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Malac. 4

Ioan. 4

De difficultate intelligentiæ, & de Caleph quomodo accepit Hebron, & de filiabus eius Homilia XX Cap. XV.

1 Si quibus possibile est ascendere ad terram sanctam, & bonam terram uiuentium, in qua mors non est, si quis per spiritum meruit ad hęc uidenda cõscendere, ille potest uerius nosse hæreditatem, & locorum & appellationum quæ in his locis scriptæ sunt, differentias. Verum quia difficile est ita eruditam, uel gratia spiritus repletam inuenire animam, conabimur nos consolationis communis causa, ne forte tædio efficiatur auditoribus sermo diuinus & lectio, si nihil explanationis accipiat, orantibus uobis, & domino donante hęc interim de huiuscemodi lectionibus perstringere, quæ ędificare possint animas nostras. Si qua autem sunt, quę nos ad pręsens sentire non possumus, uel uos nondum potestis audire, ex his tamen quæ differimus correctiores atque emendatiores redditi, etiam illa quæ nunc capere non possumus, meliores effecti comprehensuros nos sperare debemus. Et quidem optimum erit hæc assequi, dum in hac uita sumus, ubi laboris præmium iustum est: si minus, post obitum fortasse innotescent ijs, qui merebuntur. Veruntamen etiam illud admoneo, non parũ ex hoc ipso utilitatis animæ conferri, quod aures nostras licet obscura uideantur, penetrant. Si enim creditum est à gentibus, quod quædam carmina, quas pręcantationes appellant, quibus istud artis est insusurrãtes, nominibus quibusdam cõpellatis, quæ nec illi quidem qui inuocant, norunt, ex solo uocis sono uel sopiantur serpentes, uel etiã de cauernis protrahãtur abstrusi: sæpe autem & in corporibus humanis tumores, aut alia huiuscemodi uoce sola reprimere dicuntur, interdum etiam animę stuporem quendã sensus infligere, ubi tamen Christi non restiterit fides: quanto magis totius pręcantationis, & carminis ualidiorem & potentiorẽ ducendã credimus quamcunq; illã scripturæ sanctæ, uel sermonum, uel nominum appellationem? Sicut enim apud infideles cõtrariæ

uirtutes audientes illa uel illa nomina in carminibus,uel prẽcantationibus,adsunt & exhibent famulatum,& dant operam in hoc, ad quod inuocari se ex illo uel ex illo nomine senserint,officij sui rem quodãmodo ac ministerij cui semetipsos mancipauerint dependentes:eo magis utiq; cœlestes uirtutes & angeli dei,qui nobiscũ sunt, sicut & dñs de paruulis ecclesiæ dicit,quia angeli eorũ semper assistant in conspectu domini, uidẽtes faciem eius,libenter & grate accipiunt,si semper uerba scripturæ,& horum nominũ appellationes uelut carmina quædã & præcantationes ex nostro ore promamus.Quia etsi nos non intelligimus quæ de ore proferimus, illæ tamen uirtutes quæ nobis adsunt intelligunt,& uelut carmine quodam inuitatæ adesse nobis, & ferre auxiliũ delectant. Quia autem sunt non solã circa nos multæ diuinæ uirtutes, sed etiam intra nos,indicat
Psal.104 propheta cũ dicit in psalmis:Benedic anima mea dominũ, & omnia interiora mea nomen sanctum eius.Hoc est omnia quæ intra me sunt. Constat ergo multas esse uirtutes intra nos,quibus uel animarum nostrarum,uel corporũ cura permissa est,quæ utique si sanctæ scripturæ leguntur à nobis delectantur,& ualidiores erga nostri diligentiã fiunt si linguis loquamur,& spiritus noster oret, sensus autem noster sine fructu sit.Dixit eñ
1 Cor.14 & hoc sanctus Apostolus,& mirum quodammodo mysterium humanis auribus ꝓtulit,dicẽs aliquãdo fieri posse,ut spiritus qui in nobis est oret, & sensus noster sine fructu sit.Intellige ergo ex hoc,quia sit aliquando noster quidẽ sensus sine fructu: spiritus aũt, id est uirtutes illæ, quæ animæ nostræ in adiutorium datæ sunt, pascunt & reficiunt ex auditu scripturæ sanctæ,uelut ex diuinis & rationabilibus cibis. Quid dico quia diuinę uirtutes pascantur & epulent in nobis,si nos uerba diuinæ scripturæ ꝓferamus ex ore? Ipse dominus noster Iesus Christus si nos inueniat his uacantes, & huiuscemodi studijs & exercitijs operã dantes, non solũ pasci & refici dignatur in nobis, uerumetiam si has epulas apud nos uiderit apparatas,patrem secum dignatur adducere. Sed hæ quia satis magna,& supra hominem uidentur,non meis tibi,sed ipsius domini & saluatoris sermo
Ioan.14 nibus comprobentur dicentis: Amen dico uobis quia ego & pater ueniemus,& mãsionem faciemus,& cœnabimus apud eum.Quem illum profecto qui sua mandata custodit.Sed sicut diximus,quia sicut ex huiuscemodi meditationibus,diuinarũ erga nos uirtutum consortia & officia prouocamus:ita è contrario malignarũ uirtutum insidias, & pessimorum dæmonum incursiones,ex huiuscemodi sermonum,& nominum appellationibus effugamus. Verbi gratia,ut si quis uestrum aliquando perspexit præcantationibus sopitũ serpentem portari in manibus,uel protrahi de cauernis nihil ualentẽ nocere uenenis, utpote incantationis uirtute torpentibus:ita etiam lectionis diuinę uirtute, si quis intra nos est contrarię potestatis serpens,si quis ad insidiandũ coluber latet,si patienter feras,si non tędio fatigatus auertas auditũ,scripturæ carminibus & diuini sermonis assiduitate depellitur.Si ergo uides ô auditor aliquando legis scripturã in aurib.tuis quam non intelligis,& sensus eius tibi uidetur obscurus,interim hanc primã susci pe utilitatem,quod solo auditu uelut præcantatione quadam,noxiarum uirtutũ,quæ te obsident & quæ tibi insidiãtur,uirus depellitur & fugatur. Obserua tantũ ne efficiaris sicut aspides surdæ,& obturantes aures suas,ne audiant uocẽ incantationis, & ueneficij, ꝙd incantatur à sapiente. Verbi causa,est carmen quod præcãtatur à sapiente Mose, & ꝙd præcantatur & canitur à sapiente Iesu Naue,& quod præcantatur & canitur à sapientibus omnibus prophetis.Hęc autem idcirco diximus,ne fastidiũ capiamus audiẽtes scripturas,etiam si non intelligimus,sed fiat nobis secundũ fidem nostrã, credentibus quia omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est.Si ergo diuinitus inspirata est & utilis, etiã si non sentiamus utilitatem,credere tamen debemus quia utilis est. Solent medici præbere interdũ cibum aliquẽ,interdũ etiã potũ dare, uerbi gratia ad discutiendam caliginem uisus:nec tamen in edendo ipso cibo,uel in potando sentimus quia utile est,& prodest oculis:sed cum transierit uisum cibi illius aut poculi uirtus, paulatim purgat aspectum,& tunc demũ sentire incipimus,quia cibus ille uel potus profuit oculis.Sed & in alijs similiter corporis partibus eadem fieri solent.Hoc ergo modo credendum est etiã de scriptura sancta,quia utilis est,& animæ prodest,etiam si sensus noster ad præsens intelligentiam non capit,quoniam(ut diximus)& bonæ uirtutes quę nobis adsunt,reficiuntur in his sermonibus& pascuntur,& cõtrarię torpescunt his meditationibus,& effu

gantur

gantur. Sed fortasse dicitur ab auditoribus: Hæc nobis idcirco dicis, ut te ab officio disputationis excuses, & in ijs finias, neq; quicquam prorsus uel ex ijs quibus possibile est, consolationis exhibeas, neq; ut dominum deprecer is præstare gratiam suã ad reuelanda ea quæ lecta sunt, ut paruum saltem cibum ex occultorum & secretorum explanatione sumamus. Nõ ista de causa hæc diximus, nec excusantes nos ista protulimus, sed ut ostenderemus in scripturis sanctis esse uim quandam, quæ legenti etiã sine explanatione sufficiat. Nũc uerò, quoniam non nobis sufficit tẽpus ut de omnibus quæ dicta sunt disseramus, uel pauca saltem, prout dominus donauerit, perstringemus. Initiũ distribuendæ hæreditatis quam Iesus distribuit, incipit à Caleph. Data est enim huic Caleph portionis suæ sors priusquã tribus sua, quæ est filiorum Iuda, perciperet: & datur ei nõ in extremis aliquibus partibus, sed in medio filiorũ Iuda: & data est ei portio nõ per sortẽ, sed per præceptũ domini, & datur ei ciuitas integra. Quem alium dignum erat talem consequi hæreditatem, & talem percipere portionem, nisi Caleph, qui solus saluus effectus est cum Iesu Naue, ex sexcentis milibus armatorũ, qui exierãt de Aegypto? Ipsum oportet accipere Metropolim. Et ideo scriptum est: Dedit ei Iesus ciuitatem Arboc Metropolim Enach, quæ erat Chebron, & exterminauit inde tres filios Enach. Quid putas nobis uolens ostendere etiam hoc designauit, quod Caleph accepta portione hæreditatis suæ, & tres filios Enach exterminauit, & nomina eorũ descripsit, id est Susi, Achimach, & Thalami generationes Enach? Videamus ergo quid est quod nec sufficit ei dicere filios Enach, sed & nomina ipsorum addidit, & super omnia adiecit, istæ erant generationes Enach. Sed & in consequentib. refert, quod accepta hæreditatis sorte Caleph ascendit ad eos, qui habitabant Dabir. Nomen autem Dabir erat prius ciuitas literarum. Videndum ergo est quid est quod prius erat ciuitas literarũ, & postea facta est Dabir. Præterea refertur, quia & filiã habens Caleph proposuerit talẽ quandam conditionẽ dicẽs: Quicunq; excindere potuerit ciuitatẽ literarũ, & obtinuerit eam, dabo ei Axam filiam meam uxorem. Cumq; ille hoc proposuisset, Gothoniel filius Chenner frater Caleph iunior cepit ciuitatem literarum. Sed & ipsum quæstionis locũ scriptura sancta posuerit, si tamen (ut diximus) nihil otiose in uerbis prætereundum, quod Gothoniel frater esse dicitur Caleph, & Caleph filius scribitur Iessone, & Gothoniel filius Chenner. Quomodo ergo uidebitur frater esse Caleph, qui non est filius Iessone, sed ille dicitur filius Iessone, iste autem filius Chenner, qui dicitur cepisse ciuitatem literarũ? De quo additur, qa & iunior erat, & per conditionẽ uirtutis merito acceperit Axam filiã Caleph uxorem, quia excidit & perdidit ciuitatem literarũ. Exiens autem de domo patris sui Axa, quæ ei ex certa conditione nuptum tradita est, sedens super asinum dicebat uiro suo: Petã à patre meo portionem agri. Et exclamauit de mõte, & dixit ei Caleph, quid est tibi? & dixit ei: Da mihi benedictionem, quia in terra austri nuptum me tradidisti. Et accepit Gonetlam superiorem, & Gonetlam inferiorem. Et concluſit scriptura dicens. Hęc est hæreditas tribus Iuda. Videtis qa uere auxilio dei opus est, ut hæc explanari queãt? Impossibile prorsus est ullum hominum de ijs differere, nisi illuminatus per dei gratiã fuerit. Ideo ergo iuuate me orationibus, & mecum pariter laborate, ut dominus in his tam obscuris & absconditis locis lucem ueritatis nobis dignetur ostẽdere, ut & nos uobis possimus aperire quomodo hæc uera & utilia & diuina sunt, sed pro fragilitate humanæ naturæ obtecta sacramẽtis et inuoluta mysterijs. Primo ergo discutiamus quare Metropolim accepit Caleph, & illam quę prima inter cæteras omnes in terra repromissionis Metropolis nominat, & Metropolim Enach. Enach interpretatur humilitas inanis uel responsio inanis. Accepit ergo Caleph Metropolim humilitatis inanis. Duas humilitates esse certum est. Vnam laudabilem, de qua dicit saluator: Discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiẽ animab. uestris. Et de hac humilitate dictũ est, quia omnis q se humiliat exaltabit. Et alibi: Humiliamini sub potẽtissima manu dei. Est aũt & alia humilitas culpabilis peccatorũ, sicut illa quam de illicito coitu dicit scriptura, qa humiliauit illã, quod de Ammon scriptum est, quia humiliauit Thamar sororem suam. 2 Reg. 13
Est ergo humilitas inanis quæ descẽdit ex peccato. Huius igitur humilitatis inanis Metropolim cepit uel excidit Caleph, & interemit tres filios Enach, qui erãt filij inanis humilitatis, & illis interfectis ipse habitabat ciuitatem, & facit quæ in cõsequentibus scripta. Qui

pta. Qui aũt sunt isti filij inanis humilitatis quos exterminauit Caleph? Primus Susui q̃ interpretat̃ extra me, hoc est extra sanctũ, quia extra sanctũ est filius inanis humilitatis, imò & extra deũ. Est & alius Achiman, qui interpretat̃ frater meus extra consiliũ, uelut si dicamus frater sine cõsilio. Omnes etenim fratres qui de humilitate inani nascunt̃, certum est quia & extra cõsilium sunt. Tertius Thalami, qui interpretatur pręcipitium uel suspensio: q̃d designat nihil in eo stabilitatis, sed uaga omnia & in præceps ruentia. Istos ergo tres filios Enach exterminauit & interfecit Caleph, et post istos descẽdit in Dabir. Nomen erat Dabir prius ciuitas literarum. Dabir interpretatur loquela. Sed nomẽ Dabir, prius ciuitas literarum. Igitur ciuitatem literarũ intellige omne testamẽti ueteris instrumentum: id est & hanc ipsam quam nũc differere conamur scripturã, intelligamus esse ciuitatẽ literarũ, quæ postmodum efficiãtur Dabir, quod est loquela. Hæc etenim quæ prius in literis erat, & secundum literã intelligebatur, modo in ecclesiis Christo reuelante domino, loquela effecta est, loquentibus & differentibus primo sanctis apostolis, & remouentibus superficiẽ literæ, proferentibus uerò de ea spiritalem loquelã. Sed & singuli quiq; doctores ecclesiarum literam legis loquelã, & disputationem Euãgeli cam faciunt. Qui autem sunt tres filij Enach, quos Caleph, in cuius persona uirtutem legis ascripseramus, interimit? Inanis humilitas accipienda est illa, quam omnes huius seculi poetæ uel philosophi de diuinitate senserunt, quia & humilia & deo indigna sunt quæ senserũt. Quid em̃ tã humile & q̃d tam inaniter humile quàm ligna & lapides deos astruere? Huius ergo inanis humilitatis filius primus est Susui, q̃ dicit̃ extra me, hoc est primus sensus eorum & extra ueritatem & extra deum est. Secundus uerò Achiman, id est frater sine consilio. Rectum est uerò, quia & iste frater sit illius erroris qui sine consilio geritur. Quid enim tam sine consilio est, quàm relinquere deũ qui nos fecit, & sequi eos quos nos fecimus? Tertius erroris sensus est Thalami, quod est præcipitiũ uel suspẽsio. Nouissima nanq; huius erroris tẽdunt in præcipitium & in profundũ inferni. Ergo hos gentilitatis sensus tanquam filios Enach uetusti erroris abscidit lex, quæ etiã secundum literam deum uerum & creatorem omnium prædicat. Sed nunc ascendit Caleph ad istam ciuitatem literarum, & dixit: Quicunq; exciderit ciuitatem istam literarum, & obtinuerit eã, dabo ei Axam filiã meã uxorem. Et cepit eam Gothoniel filius Chenner. Gothoniel autem qui accepit ciuitatẽ literarũ, interpretatur responsio dei. Respõsio autem dei dici potest, cui respondet deus, hoc est cui reuelat secreta, & pandit arcana. Iste ergo est qui potest accipere ciuitatem literarũ, & ueteris instrumẽti excindere literã occidentem. Frater Caleph iunior. Ego autẽ sum de ecclesia frater Caleph iunior, qui excisa ac discussa legis litera, sensum in ea spiritalem requiro. Excindo autem literam, cum iam non secundum carnem circumcidor, neq; secundum carnem azyma mãduco, neq; pascha cum ludæis obseruo, neq; sabbatũ secundum literã curo. Promissum nanq; mihi est, quia si excidero ciuitatem literarum, accepturus sim filiam fratris mei maioris. Erã nanq; prius filius Chenner, qui interpretatur spretio literarum, sicut nos gentes alienati à conuersatione Israel, spem non habentes, & sine deo in hoc mundo. Nam prior ille frater meus, cuius nunc accipio filiam pro eo quod excidi ciuitatẽ literarũ, ille filius Iephone fuit, qui interpretatur conuersio. Dat mihi ergo filiam suam, id est scientiã dei sui, uel intelligentiam minori fratri dat lex, secũdum quod scriptũ est: Auferetur à uobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Sciendũ tamen ast aliud esse legem, cuius nũc personam dedimus Caleph, aliud literam ueteris testamenti, quam ciuitatẽ figuraliter diximus literarum. Accepta ergo filia eius ego frater eius iunior educo eã de domo patris sui. Quæ cum uenerit mecum sedens super asinum (super quem asinũ? illum sine dubio quem soluerant discipuli saluatoris) dicit ad patrẽ suum. Da mihi benedictionẽ pater. Et accepit Gonetlam superiorẽ, & Gonetlam inferiorem. Quod euidentius Apo-
1 Thes. 4 stolus dicit: Pollicitationem habens uitæ eius quę nũc est & futurę. Et ut saluator repro-
Matth. 19 mittit ijs qui uerbi sui perfectionem sequuntur, quia accipiant cẽtuplum in præsenti seculo, in futuro autem uitam æternam cõsequãtur. Hoc est ergo accepisse in benedictione Gonetlam superiorem, & Gonetlam inferiorem. Quam benedictionẽ oremus ut & nos consequi mereamur, per Christum dominum nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De filijs

De filijs Iuda, qui non potuerunt disperdere Iebusæos de Hierusalem.

Cap. XV Homilia XXI

ILII Iuda uolebant disperdere uel interimere Iebusæos de Hierusalē, & nō
F potuerunt, propter quod habitarūt Iebusæi cum filijs Iuda in Hierusalē usq; in hodiernum diem. Volumus à litera incipientes inquirere ab ijs qui putāt hæc secundum literam stare posse, quid dicitur usq; in hodiernum diem: quod uerbum semper scriptura pro eo ponit, ut æternitatem seculi per hoc significet, sicut & dicit: Nolite recedere à domino in hodierno die, id est, donec seculum stat. Ostendat ergo mihi quomodo Iebusæus donec seculū stat, habitet cum filijs Iuda in Hierusalem, quippe cū ne ipsi quidem filij Iuda habitent in Hiersalem. Ideo ergo nec istud uerum esse poterit, quod Iebusæi cum Iudæis habitent in Hierusalem, quandoquidem ne ipsi quidem habitant in ea. Sed nos intelligamus hæc spiritaliter, assumentes euangelij parabolam quæ dicit de zizanijs: Sinite utraq; crescere, ne forte cum uultis eradicare zizania, eradicetis Matt. 13
simul cum ipsis etiam triticum. Sicut ergo in euāgelio permittuntur zizania simul cum tritico crescere: eodem modo etiam hic in Hierusalem, id est in ecclesia sunt quidā Iebusæi, isti qui ignobilem & degenerē uitam ducunt, qui & fide & actibus, & omni cōuersatione sua peruersi sunt. Neq; enim possibile est ad liquidū purgari ecclesiā dum in terris est, ita ut neq; impius in ea quisquā, neq; peccator residere uideatur, sed sint in ea omnes sancti & beati, & in quibus nulla prorsus peccati macula deprehendatur. Sed sicut dicitur de zizanijs, ne forte eradicantes zizania simul cum illis eradicetis & triticum: ita etiam super ijs dici potest, in quibus uel dubia uel occulta peccata sunt. Neque enim dicimus de ijs qui manifeste & euidenter criminosi sunt, ut non de ecclesia expellantur. Audi ergo scripturam dicentem, quia non potuerunt filij Iuda disperdere Iebusæos, sed habitauerunt cum ipsis in Hierusalem usq; in hodiernum diem. Vnde deprecor uos qui fideles estis, ut ita uitam uestram & cōuersationem seruetis, ne in aliquo uel ipsi scandalū patiamini, uel alijs scandalū faciatis, sed sit uobis summi studij, summæq; cautelæ ne quis in hanc sanctam congregationē uestram pollutus introeat, ne quis Iebusæus habitet uobiscum. Vides ergo quia dicit scriptura, quod non potuerunt eijcere filij Iuda Iebusæos de Hierusalem. Iebusæus autem interpretatur conculcatio. Ergo quia non possumus eijcere istos qui nos cōculcant, eos saltem quos possumus, quorū peccata manifesta sunt. Vbi enim peccatum non est euidens, eijcere de ecclesia neminē possumus, ne forte eradicantes zizania, eradicemus simul cum ipsis etiam triticum. Mouet me tamen quod dixit, quia non potuerunt eijcere Iebusæos, id est eos qui interpretantur conculcatio. Et ideo uideamus qui sunt in ecclesia conculcātes. Illi sine dubio de quibus dicit dominus in euāgelijs: Nolite mittere sanctū canibus, neq; margaritas uestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis, & conuersi elidant uos. Iste est ergo Iebusæus, conculcatio, qui indigni audiūt uerbum dei, & cum audierint neq; ut infideles discedūt, neq; permanent ut fideles, sed percepta mysteriorum notitia, fidei nostrę secretioribus scrutatis, conuersi postmodum impugnant nos, & contradictionibus suis corda nostra dirumpūt conculcātes uerbi dominici margaritas, & ornamenta fidei maculātes. De istis ergo dicitur, quia non potuerunt filij Iudæ eijcere Iebusæum de Hierusalem usq; in hodiernum diem. Simile autem aliquid scriptum est & de Effrem, ait enim scriptura: & non disperdidit Effrem Chananæū qui habitabat in Gazer, & habitauit Chananæus in Effrē usq; in hodiernum diem. Effrē autem interpretatur fructificatio. Qui ergo fructificat & crescit in fide, non potest exterminare Chananæum semen pessimum, semen maledictum, semen semper mobile, semen incertum. Hoc enim interpretatur Chananæus. Et certum est, quia cum eo qui fructificat & crescit, semper habitat Chananæus. Nunquam enim tentationum motus cessant ab eo. Sed tu si uere fructificas in deo, & uides talē aliquem inquietum, turbidū, mobilem, scito quia Chananæus est. Si nō potes eū eijcere de ecclesia, quia nō potuerunt filij Effrē disperdere Chananæos, illud obserua quod Apostolus cōmendat dicēs: Subtrahite uos ab oīni fratre inquiete ambulāte, Sed quoniā Salomon 2 Thess. 3
suadet hæc quæ legimus describi in corde tripliciter, etiā illud præter illa quę diximus, Prou. 22.
qđ cordi meo occurrit, ad aures uestras proferā: & uos facite quod scriptū est, ut uno dicente oēs examinent. Me ergo dicente quod sentio, uos discernite & examinate si quid

rectū est aut minus rectū. De Hierusalē frequenter diximus q̄ uisio pacis interpretat̄. Si ergo in corde nostro Hierusalē ædificata, hoc est si uisio pacis in corde nostro fundata est, & Christū semper qui est pax nostra, intuemur & seruamus in corde: siquidē ita fixi & stabiles sumus in hac uisione pacis, ut nunquā prorsus ulla cogitatio mala, uel alicuius peccati consiliū ascēdat in cor nostrū: si hoc ita fieri possit, poterimus dicere, quia in Hierusalē sumus, & nullus alius habitat nobiscū, nisi soli illi qui sancti sunt. Nunc uerò cū etiā ad grandē profectū ueniamus, & summis nosmetipsos studijs excolamus, tñ non puto cuiquā tantū in corde puritatis euenire, ut nunquā aduersæ cogitationis cōtagione maculet̄: certū est etiā Iebusæos habitare cum filijs Iuda in Hierusalē. Non tamen ideo hæc diximus, quod negligamus quantū fieri potest eijcere eos, sed satis agendum nobis est, & tentandū quotidie eos eijcere de Hierusalē: sed sicut scriptum est, nō possumus simul oēs eijcere. Hoc idem aūt etiam in ijs qui fructificāt sentiendū est, qui Effrem filij nominātur, qui & ipsi Chananæos, id est uagas, & lubricas cogitationes semper debēt eijcere de animabus suis. Potens est aūt deus, qui & Iebusæos & Chananæos subijci at nobis, sicut scriptū est: Subiecit aūt Chananæos filijs Effrem. Ipsum ergo dominū deprecemur, ut eijciens à nobis malas cogitationes, bonas inferat, dignas Hierusalē ciuitate cœlesti, in quibus nihil pollutum inueniatur & sordidū, quod nos in die iudicij ex cōscientiæ cogitationibus arguat, sed inueniatur in nobis puritas cordis in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De tribu Effrem & de Chananæis. Cap. XVI Homilia XXII

C HANANAEI tertio dicti sunt in filijs esse Effrem: sed obseruemus qui sit in singulis ordo dictorum, id est, quid continet primus sermo qui dicit Chananæos esse cum filijs Effrem, & quid secundus & tertius. Si enim diligentius obseruemus qūo tertio dicantur esse Chananæi cum filijs Effrem, & domino præstante poterimus inuestigare ordinē dictionum, quid ex hoc primo, quid in secundo, quid in tertio factum refertur: puto quod non erimus increduli, quia uere hęc non ut sola nobis rerum gestarum narratio traderetur, scripta sunt, sed sacramentis diuinis deoq̄ dignis repleta. Primo ergo dictum est, quia nō perdidit Effrem Chananæum qui habitat in Gazer, sed habitabat Chananæus in Effrem usq̄ in hodiernū diem, & factus est sub tributo seruus usquequo ascēdit Pharao rex Ægypti & accepit ciuitatem, & incendit eam igni, & Chananæos & Pherezæos & qui habitabant in Gazer trucidauit, & dedit eam Pharao in dotem filiæ suæ. Secundo: Et factū est (inquit) quoniā inualuerunt filij Israel, & fecerunt Chananæos subiectos, exterminatione autē non exterminauerunt eos. Tertio, quando contradixerunt uiri de tribu Effrem Iesu, uolētes secundū numerositatē suam, quia plus erant & ualidi, maiorem accipere etiā hæreditatis sortem: & iubentur ascendere in saltum, & sibi ipsis ampliorē locū capere: & ut possint latiora spatia occupare, iubētur exterminare Chananæum. Videamus ergo nunc quid sibi uelit hæc de Chananæis tripartita narratio. Primo Chananęus nobiscū est quidem, & sub tributo est, nō est tamē obediens nobis, neq̄ seruus. Secundo etiam seruus efficitur & obediēs. Chananæū hic carnem nostram accipiamus, uel ea quæ carnis sunt. Hæc primo nobiscū est, hoc est animæ iuncta est, sed non obediens, nisi tantū quod tributa dependet: id est ministeriū quidem agendi aliquid exhibet, uel mouendi, cōcupiscit tamen aduersus spiritum & nō est obediēs animæ, sed suis desiderijs cedit. Si uerò aliquantū profecerimus, efficitur nobis caro seruus, & obediēs ac parens animæ uoluntati. Et iste est secūdus animæ profectus, cum sibi carnem & seruire fecerit & obedire. Tertiū uerò est, quod perfectū est. Si enim iam ueuiamus ad perfectum, etiā exterminandus nobis dicitur Chananæus, & morti tradendus. Quomodo aūt hoc in nostra carne completur, audi apostolum Paulū dicentē:
Col. 3 Rom. 8 Mortificate membra uestra quæ sunt super terrā, fornicationē, immunditiam, & cætera quæ sequuntur. Et iterum dicit: Qui aūt sunt Christi, carnē suam crucifixerūt cum uitijs & concupiscentijs. Sic ergo tertio, hoc est cum ad perfectionē uenimus, & membra nostra mortificamus, ac mortem Christi in corpore nostro circūferimus, exterminari à nobis dicitur Chananæus. Sed & illud nō otiosē prætereundū est, quod dicitur Pharao uenisse & accepisse ciuitatē Gazer, in qua Chananæus habitabat cū Effrem, & dedisse eam

in dotem

in dotem filiæ suæ. Gazer aũt interpretatur constructio. Si ergo corpus & anima in una atq; eadem constructione habitent, id est cõiunctæ sibi inuicẽ & sociæ, ita ut anima carnaliter uiuat, & non festinet anima uelocius sibi obedientẽ & subditam facere carnẽ, uerendum est ne ueniat Pharao ex Ægypto, & captiuã ducat infelicẽ animam, ita ut in dotem eam tradat filiæ suæ. Si em̃ cõsideres illud quod dixit Apostolus, exurgere aliã legẽ in mẽbris nostris, & captiuos nos ducere in lege peccati, inuenies qũo ille Pharao, qui est auctor & rex peccati, filiæ suæ, quæ est lex peccati, animam quæ carnaliter uixerit, in dotem conscribit. Post hæc etiam hoc uidendum est, quod filij Ioseph quæstionẽ mouent de hæreditate, maiorẽ sortem requirunt, dicẽtes ad Iesum: Quare nobis dedisti hæreditatis sortem unam, & pedaturam unam? Ego aũt populus multus sum, & dominus benedixit mi. Si ergo & nos populus simus multus, & benedicat nos dominus, audiemus ab Iesu: Populus multus es, ascende in saltum, & munda tibi ipsi, & para locũ in terra. Expurga Pherezæos & Raphaim. Necesse est ergo nos eijcere Pherezæos. Inuenimus aũt Pherezæos interpretari fructificationẽ. Sed (sicut sæpe iam diximus de alijs nominibus) in hoc duplex est interpretatio. Est enim fructificatio bona & fructificatio mala, sicut in euãgelijs designat: quia arbor bona, bonos fructus facit, & arbor mala, malos fructus facit. Oportet ergo nos expellere omne quicquid non bene fructificat, & abscindere fructũ peccati, & expurgare fructus iniustitiæ. Sed & Raphaim (inqt) expelle, uel potius expurga de te. Raphaim inuenimus interpretatũ resolutæ matres. Est in anima nostra uirtus quædã, quæ parit sensus, & uelut mater est eorũ sensuum uel intellectuũ, qui procedunt è nobis, secũdum quod dicitur de anima quasi de muliere: Salua aũt erit per filiorum generationẽ, si permanserit in fide & ueritate. Istæ ergo matres, hoc est ista uirtus animæ, illis in quib. fortis est & ualida ac robusta, generat sensus ualidos & potentes, & qui superari à contradicẽte non possint. In alijs quidẽ uirtus ista resoluta est & remissa, quod indicatur ex sensibus cum languidi quidã proferũtur & inepti, & nihil in se fortitudinis cõtinẽtes. Hoc ergo significat sub nomine Raphaim, ut huiuscemodi de nobis matres remissas, quæ sensus inerudos & inutiles pariunt, expurgemus. Et bene seruauit spiritalis intelligẽtiæ proprietatẽ. Non em̃ dixit exterminãdos Raphaim, sed expurgandos. Non em̃ ipsos naturalis animæ motus euertere atq; exterminare præcipit, sed expurgare, id est sordes & immũditias, quæ eis ex nostra negligẽtia aduenerũt, purgare atq; depellere, ut naturalis eius uigor proprię atq; ingenitæ uirtutis effulgeat. Post hæc addunt adhuc filij Effrẽ, & dicũt: Nõ sufficit nobis mons, & equus electus, & ferrũ Chananæo est qui habitat in meridie. Nunquã inuenies qui equum habeat Israelitã, sed Chananæus habet illũ equũ, qui falsus est ad salutẽ. Habet & ferrũ bellicũ Chananæus. Sed quid respondit illis Iesus? Si populus multus es tu, & uirtutẽ habẽs, nõ erit tibi sors una, quia saltus est tibi, & emundabis eum. Vides quid ad nos per spiritalẽ intelligentiã dicitur, ut emundemus syluam quæ in nobis est, & excidẽtes inutiles & infructuosas ex nobismetipsis arbores, faciamus ibi noualia quæ semper innouemus, & ex quibus fructũ capiamus triceſimũ & sexageſimũ & centeſimũ? An non eadem nobis euãgelij sermo denũciat dicens: Ecce iam securis posita est ad radicem arboris? Omnis ergo arbor quæ non affert fructum, excidetur, & in ignem mittetur. Hæc prioribus nostris Naue filius præcepit Iesus de infructuosis arboribus excidẽdis, hęc nobis dominus Iesus in euãgelijs mandata describit: & quomodo nõ uerum est quod umbra præcessit, & ueritas secuta est? Quid autem est quod addidit Iesus: si emundaueris (inquit) syluam, erit tibi cũ exterminaueris Chananæũ? Diximus iam superius quomodo nobiscũ positus Chananæus, primo tantũ tributa dependet, secũdo obediens efficitur & subiectus, tertio uerò in membrorum nostrorum mortificatione etiã exterminari dicitur. Quæ si recte intelligimus, & donauit nobis dominus per gratiã suã ita hæc intelligere, sit aliquid operæpreciũ hęc de secretis & absconditis in publicũ produxisse, & uenisse ad agnitionẽ nostram, quæ seruabantur obtecta: & conemur secundũ hæc quæ diximus, Chananæum qui nobiscum est, citius subijcere nobis, & obedientẽ facere, post hęc etiam exterminare: quia si dimittimus eum, & negligimus, ueniet Pharao ex Ægypto, & incipiet locum nostrũ in dotẽ dare filiæ suæ, & captiuos nos tradere legi peccati. Sed absit hoc ab Israelitica nobilitate, ut seruiat filiæ Pharaonis Israelita, quẽ iam deus eduxit de terra Ægypti, iterum

1 Tim. 2

Matt. 3

seruiat

seruiat illi, q in mari rubro submersus est, Pharaoni. Obseruemus ergo sicut & hic dicit Iesus, ut prævaleamus nos cõtra Chananæos: ne si forte illi invaluerint super nos, & obtinuerint nos, de Israeliticis Chananæos nos faciant, sicut & ille effectus est, quẽ superaue
Dan. 12 rat carnis illecebra, cui dicit à propheta: Semẽ Chanaan, & non Iuda, species seduxit te. Non eveniat ergo nobis audire semen Chanaan, quia maledictus Chanaan puer seruus erit fratribus suis. Nobis autẽ præstet dominus, ut filij simus Abrahã, & Isaac, & Iacob, secundum promissionem hæredes, & ob hoc ex lapidibus suscitati, ut simus filij Abrahã à Christo Iesu domino nostro, cui est gloria, & imperium in secula seculorum, Amen.

De ratione sortiũ ubi septẽ tribus capiunt hæreditatẽ. Cap. XVIII. Homilia XXIII

IN consuetudine hominum cum aliquid sorte diuiditur, fortuitu uidetur sors illa ad illum cadere: in scriptura autem sancta non ita est. Aliquoties quærebam apud memetipsum, si de tãtis, ac talibus patres sancti sortibus iudicium commisissent, quod si esset hoc apud sanctos ita gestum, iam de alijs hominibus uel gentibus nihil mirum uideretur, si nihil haberetur eximium in ijs, quæ à sanctis sorte dicuntur diuisa. Sed uideamus si forte in scripturis inuenimus aliquid positum, quod nobis quid uirtutis contineatur in sortibus manifestet. Incipiamus ergo à Leuitico, ubi scri-
Leuit. 16 ptum est: Et accipient (inquit) duas sortes. Sors una domino, & sors una Apopompęo, hoc est transmissori. Et super quemcunq; uenerit sors Apopompæi accipiet hircum, illum, & adducet illum in eremum uiuum, & dimittet illum ibi in dimissione sua. Alium uerò hircum immolabunt domino. & reliqua, quæ ibi sunt. quæ utiq; sciunt qui legunt. Et iterũ ubi Moyses sorte diuisit tribui Rubẽ, & tribui Gad, & dimidiæ tribui Manasse, quæ poposcerant trans Iordanem accipere terram illam, quam acceperũt filij Israel. Dedit autem etiam Iesus secundum præceptum dei Caleph filio Ieffone tribus Iudæ sortẽ. Dedit autem & tribui Effrem, & illi quæ supererat, dimidiæ tribui Manasse. Et post hæc congregauit (inquit) ecclesiam filiorum Israel, & dixit: Mittam sortem, & proferã in cõspectu domini sortem, si prius describẽtes terrã, attuleritis descriptionẽ eius. Et ita post hæc sortibus missis hæreditas populo dei distribuitur, & agitat̃ sors ista nõ fortuitu, sed secundum hoc, quod prædestinatũ est à deo. Deniq; tribus Beniamin prima ibi accepit sortem ubi erat Hierusalem, post hanc tribus Simeon secunda, post hãc Isachar, deinde Zabulon, deinde Asser, post etiã Neptalim, inde Dan. In quibus nouissime ueniũt tres illæ tribus, quæ ex cõcubinis descenderãt Iacob. Quæ ergo sit ratio sortiũ apud memetipsum requirebam, ut ex multis testimonijs scripturæ quod latebat agnoscerẽ. Inueniebam sane in scripturis etiã gentiles homines usos esse sortibus, tunc cũ nauigaret Ionas, & tempestas urgeret. Aiunt nãq; ij qui nauigabant: Mittamus sortẽ, & uideamus cuius causa hæc tanta malitia est, quasi sors tantũ ualeret, ut prodere posset, cuius causa periculum nauigãtibus immineret. Et q̃uis gentiles essent, & alieni à cognitione dei, nõ tamẽ in hac opinione fallũtur, sed quod uerũ erat, prodit eis sors. Deniq; uenit (inquit) sors super Ionam. Quærens ergo de ijs, inuenio & Salomonem in prouerbijs dicẽtem: Cõtradictiones cohibet sors, & inter potentes definit, ueluti cessare ostendẽs cõtradictiones, ubi mittitur sors. Sed cum hæc in testamento ueteri nõ pauca referri de sortibus inuenirem, conuerti me etiam ad nouum testamentum, ut uiderem si forte uel ibi cõtemnunt̃ sortes. At ne ibi quidem earum usus abijcitur, & inuenio quod aliquãdo cum deesset numero apostolorum unus apostolus, & esset necessarium in loco Iudæ aliũ subrogari, cõueniẽtes apostoli, qui utiq; multo sapientiores erãt q̃ ij qui nũc episcopos uel presbyteros uel diaconos ordinãt, elegerũt duos, & statuerunt in medio: nec tamẽ de eis sibimet ipsis iudicium permiserunt, ut illum facerent quẽ ipsi uolebant, sed orantes (inquit) miserunt sortem, ut ex illis duobus quos statuerant in cõspectu dei, id est Ioseph, qui uocaba
Act. 1 tur Barsabas, qui cognominatus est iustus, & Matthiã. Et cecidit (inquit) sors super Matthiam, & annumeratus est cum undecim apostolis. Præcedente nanq; oratione, nõ iam casu sed prouidentia, sors diuinum iudiciũ deferebat. Sed adhuc quærebã in nouo testamento, sicubi sors in Christo uel in ecclesia nominat̃, uel in rebus mysticis, & quę ad ani
Eph. 1 mam pertinere uideãtur. Inuenio Paulum ad Ephesios scribentem dicere de Christo: In qua (inquit) sorte uocati sumus, prædestinati secundum propositũ eius, qui omnia operatur

ratur secundum cõsilium uoluntatis suæ, ut simus in laudẽ gloriæ eius qui ante sperauimus in Christo. Sed & ad Colossences hæc scribentem: Gratias agẽtes deo patri qui ido Col. 1
neos nos fecit in parte sortis sanctorum in lumine. Tam multis igitur ex scripturis sanctis de cõmemoratione sortium testimoniis congregatis, quo ex multorum locorũ cõsideratione uirtutem rei possimus diligentius apprehẽdere, mihi quidem ex ijs omnib. uel euidens adhuc sensus ad liquidum patere non potuit, uel etiã de re tanta enunciandi & proferendi arcani metus insedit. Illud tamen inquantũ res patitur contigisse sufficiat, qd̃ nobis ab apostolis sors ducta designat, quia ubi ex fide integra & oratione præmissa sors ducit̃, ea quæ dei uolũtas cõtinet in occulto, sors hominibus declarat in manifesto. Secũdum interiorem uerò intellectũ, sicut Paulus uidetur indicare quum dicit in parte sortis sanctorũ, & sorte uocati in Christo, uidendum est ne forte non solum in hominib. sed & in supernis uirtutibus sors agatur, & præsideat aliqua uirtus huic officio, quæ (uerbi causa) Iesu filio Naue nunc sorte hæreditatẽ distribuenti nõ ad aliquam gratiã, sed secundum quod scit deo placere, ducatum præbeat: & illi quidẽ faciat euenire quę prima sunt, quem scit apud deum primũ locũ tenere: quo hoc quod in occultis habetur apud deum, sortis gubernatione etiam hominibus demonstraret̃: alium uerò facere secũdi loci, & alium tertij. Quod ita gestum esse non solum in terris arbitror, uerũetiã in cœlestibus, & huiusmodi sortem quæ apud deum meritorũ contemplatione distinguitur, etiã
illo tempore habitam cum diuideret & cõstitueret excelsus gẽtes, & disseminaret filios Deut. 32
Adam, & constitueret fines gentium secundum numerum angelorũ dei: & facta est portio dei Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel. Vides em̃ quia & hic partem & funiculũ Israel domino dicit esse sortitum. Non ergo fortuitu arbitrãdum est per sortẽ uenisse ad liquidum angelo illam gentem suscipere, uerbi causa, Ægyptiorum, alij autem Idumæorum, & alij Moabitarum, & alij Indiam, & unamquamq; nationẽ earum quæ sunt super terram: sed & ibi etiam si secundum numerum angelorum dei dicant̃ sorte gentes esse diuisæ, tamẽ illa sors (sicut in hominibus diximus) quia dei iudiciũ quod in occulto est, sors pandit in publico, talis etiã ibi fuisse credenda est: quia & merito & uirtute sua unusquisq; angelus illam uel illam gentem in diuisione susciperet. Et quid dico de magnis et de generalibus rebus? cum ne per singulos quidem nostrum absq; huiusmodi sorte quę dei iudicio dispensatur, euenire dicendum est (uerbi causa) ut alius nostrũ talem, uel talem uitam statim à natiuitate sortiat̃: uel certe illud quod erga homines geri ex scripturis sanctis sæpe docuimus, quod & boni angeli adsunt hominibus, & cõtrarij: quod nõ utiq; fortuitu & absq; iudicio ille angelus illius animæ, uerbi causa, Petri custos esse sortitus sit, & alius Pauli, uel alius unius infantis de ecclesia, de quorũ angelis dicit dominus quia semper uideant faciem patris sui qui in cœlis est. de quibus utiq; dubitandũ nõ est, quod iudicio dei qui illorum dignitatem, uel nostræ animæ ad liquidum perspicit qualitatem, uniuscuiusq; nostrum custodiam sortiant̃ sorte quadam mystica Christi dispensatione directa. Ego aũt quantum ad opinionem meam spectat, puto audenter dicendũ etiam de ijs uirtutibus quæ mũdi huius ministeria susceperũt, quod nõ fortuitu uel casu illa uirtus terræ uel arborum germinationibus præsit, illa fontiũ ac fluminũ sufficiat ac sufficienter exhibeat, alia imbriũ, alia uentorũ, alia marinis, alia autẽ terrestribus animalibus, uel singulis quibusq; è terra gignẽtibus præsit: & esse in his singulis sacramẽta ineffabilia diuinæ dispensationis, ut ordine suo cuncta, & competẽti per unãquanq; uirtutem dirimãtur officio. Sic em̃ & apostolus Paulus dicit: Nónne omnes sunt ministri spi- Heb. 1
ritus in ministerium missi, propter eos qui hæreditatem capiunt salutis? Ad horũ igitur imitationem credendum est etiam hic scripturã referre sortes duci per Iesum, & hæreditatem per unamquãq; tribum diuina dispensatione decerni, & per ineffabilem prouidẽtiam dei, ac præsentiam in his sortibus adumbrari futuræ in cœlis hæreditatis exẽplar. Quoniam quidem lex umbrã dicitur habere futurorum bonorũ, & sicuti dicit Apostolus de ijs qui ad dominũ Iesum Christum uenerunt: qui accessistis ad Sion montẽ, & ad ciuitatem dei uiuentis Hierusalem cœlestem: est aliqua in cœlis ciuitas quæ dicit̃ Hieru- Heb. 10. 12
salem & mons Sion: nõ est utiq; sine causa quod Beniamin in sorte sua accepit Hierusalem & mõtem Sion: nisi quia cœlestis illius Hierusalem ratio sine dubio hoc exigebat, ut aliqua Beniamin dari deberet Hierusalẽ terrestris, quæ illius cœlestis figurã seruat ac

formam

formam. Similiter autem de Bethlehem dicendum est, quod non sine certa quadã ratione in ludæ sorte decernit, uel Hebron uel aliæ singulæ ciuitates singulis quibusq; tribubus conscribunt, nisi quia (ut diximus) illa cœlestia loca, in quibus & Hierusalẽ & Sion esse nominatur, sine dubio & cętera quæ ijs uicina uel coniuncta sunt loca, hoc in se cautæ & rationis cõtinebant in cœlis, quod sorte distributa gubernabãtur in terris. Hinc ergo est quod dispensauit diuina sapiẽtia nomina quædam locorũ scribi in scripturis, quæ mysticam quandam interpretationẽ cõtineant, per quæ indicetur nobis, quia hęc certis quibusq; rationibus, & nõ casu uel fortuitu fieri dispensent. Sicut em̃ nõ est putandum q; fortuitu accideret (uerbi causa) ut ille angelus Michael uocaret, alius autẽ Gabriel, alius uerò Raphael: & ut ad humana descendã, sicut nõ fuit fortuitu ut ille patriarcha Abrahã uocaret, & ille Isaac, & alius Israel: sed ne in fœminis quidẽ casu accidit, sed certa & diuina ratione, ut illa Sara uocaretur ex Sarai, uel ille Israel ex Iacob, uel ille Abrahã ex Abram: & ut certum est quod unusquisq; uel angelorũ, uel hominũ ex ijs quæ sibi iunguntur officijs, & actibus etiã nomina sortiantur: ita consequens est etiã loca quædã esse cœlestia & ciuitates, sicut Hierusalẽ cœlestis dicitur & Sion: esse etiã alias quarum typum & imaginẽ istæ quæ in terris sunt continent, quæ nũc in hac scriptura mystice nobis per Iesum filium Naue designantur. Et de ipsis puto ciuitatibus dictũ: Ædificabũtur ciuitates Iuda, & inhabitabunt ibi, & hæreditabunt eam. De ipsis etiã dominus & saluator dicit, quia multæ mansiones sunt apud patrẽ. Et de ipsis credẽdum ciuitatibus seruo illi qui bene negociatus fuerat dominũ dicere, quia potestatẽ habebis super decẽ ciuitates, & alij super quinq; ciuitates. Hæc de diuisiõe sortium terræ ludę proferre ad uos inquantum fas fuit, ausi sumus scriptura prouocante quæ Hierusalẽ dicit cœlestẽ: & montem Sion, & cætera quæ similiter scripta sunt, esse dicit in cœlis: quæ nobis occasionẽ derũt sentire de his omnibus, quod mysteria in ijs cœlestia describant. Et ideo dicimus, ne cũ fastidio hæc legatis, & putetis uilem aliquã esse scripturam, pro eo quod est multis nominum appellationibus consita: quin potius scitote ineffabilia per hæc mysteria cõtineri, maiora q; potest uel humanus sermo proferre, uel auditus mortalis audire: quæ (ut ego arbitror) digne & integre explanari non solum à me minimo nõ possunt, sed nec ab ipsis quidẽ qui me multo meliores sunt. Nescio aũt si uel ab ipsis sanctis apostolis plene & integre proferuntur. Non dixi quod non plene sciantur, sed non plene proferantur. Certum est em̃ cognita esse hæc, & integre apprehẽsa illi qui raptus est usq; ad tertiũ cœlum, qui utiq; in cœlo positus uidit cœlestia, uidit Hierusalẽ ueram ciuitatẽ dei, uidit ibi & Sion montem quocunq; loci est, uidit & Hebron, uidit & omnia ista quæ cõscribuntur sorte diuisa: & nõ solum uidit, sed & rationes eorũ in spiritu cõprehẽdit, quia ipse cõfitetur se audisse uerba & traditiones. Sed quæ uerba? Ineffabilia (inquit) & quę nõ licet homini loqui. Vides ergo quia sic omnia Paulus cõprehẽdit in spiritu, sed nõ licebat ei hominibus ista proferre. Quibus hominibus? Illis sine dubio de quib. culpabiliter dicebat: Nónne homines estis, & secũdum hominẽ ambulatis? Sed dicebat fortassis illis qui iam nõ secũdũ hominẽ ambulabãt. Dicebat hæc Timotheo, dicebat Lucæ & cæteris discipulis quos sciebat capaces esse ineffabiliũ sacramẽtorũ. De quib. & in ministerio tale aliquid Timotheũ cõmonebat dicẽs: Memor esto uerborũ quæ à me audisti, quæ cõmẽda fidelibus hominib. & ijs qui idonei sunt alios docere. Sic ergo diuina hæc esse credẽtes & mystica, dignos nos & aptos ad eorũ capacitatẽ uitę actib. ac meritis pręparemus, ut cum digne à nobis fuerint intellecta, etiã hęreditate ea in cœlis cõsequi mereamur, in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Ioan. 14

1 Cor. 1

2 Tim. 2

De Amorræis quomodo habitauerunt cum Effrem, & de Iesu quomodo accepit ciuitatem à filijs Israel. Cap. XIX Homilia XXIIII

E Iebusæis qui habitabant Hierusalem, dudum dictum est, quomodo eos
D exterminare non potuerunt filij Iuda, sed & de Chananæis quos non potuerunt exterminare filij Effrem, habitantes in medio sui. Quibus similia etiam præsens lectio refert de Amorræis dicens: quia permansit Amorræus habitare in Elom & in Salamis, & grauis effecta est manus Effrem super eos. Amorræus interpretatur amarus uel amaritudo. Habitantes ergo in Elom, quę interpretatur arietantes, uel in Salamis,

in Salamis, quod interpretatur pacifici, permanent & habitant amaritudines in arietantibus & pacificis. Arietantes sunt ij qui in agonibus positi, expugnare diabolicas ædes structurasq; conantur. Pacifici uerò qui carnalibus cõcupiscentijs superatis pacem animæ gerunt. In utrisq; tamen perseuerat & contendit contraria uirtus amaritudo persiste re. In quo tale aliquid intelligere possumus, quia dicit, permansit habitare Amorræus in ipsis. Verbi gratia, si inimica uirtus dæmonis ex amaritudinis turma ueniẽs obsideat alicuius corpus, perturbet ac decipiat mentem, adhibeãtur autem multæ orationes, multa ieiunia, multæ exorcistarũ inuocationes, & ad hæc omnia surdus dæmon in obsesso corpore permaneat & persistat, tolerabilius ferens exorcistarum pœnas, & adhibita sibi ex dei nominis inuocatione tormenta, quàm discedere ab homine quem impudenter obsidet & nequiter: ita etiam hic intelligendum est in istis qui dicũtur Amorræi, qui permanent & persistunt habitare in Elom & in Salamin. Et ut uere ostenderet scriptura, quia perferẽtes pœnas & flagella persistunt, dicit: Et grauis effecta est super eos manus Effrẽ. Quomodo autem grauis efficitur manus Effrem super Amorræos? Vel exorcistarũ (ut diximus) manus impositione uehementius imposita grauari dicitur super immũdos spiritus manus Effrem, uel quia boni actus uel bona opera grauant & affligunt dæmonum genus, contrariasq; uirtutes. Quanto eñ nos meliora egerimus, & quãto in optimis cõuersamur, tanto illis molesta hæc efficiunt & grauia. Gratum uerò illis est & acceptum, & uoluptates eis quodãmodo exhibet, qui in turpitudine & flagitijs uiuit. Qui uerò in bonis actibus manum suam grauauerit super eos, etiã si penitus eos expellere nõ potuerit, certe tributarios eos faciet & subiectos. Et abierunt filij Effrem peragrare terrã secũdum fines suos. Et cum enarrasset illam historiã, in sequentibus quantam mansuetudinẽ & humilitatem habeat Iesus, qui uere dignus erat ferre nomen domini Iesu & saluatoris nostri declarat. Ait enim: Dederunt (inquit) filij Israel sortem Iesu filio Naue ex semetipsis per præceptum domini, & dederunt ei ciuitatem quam petiuit Thannasac quæ est in monte Effrem, & ædificauit ibi ciuitatẽ, & habitauit in ea. Ipse est qui dedit hæreditatẽ oñibus filijs Iuda, qui dedit Effrem, & dimidiæ tribui Manasse: ipse dedit & magnifico illi Caleph filio Iephone hæreditatẽ: ipse misit ternos per singulas tribus, qui uniuersam terram peragrarent, atq; describerent in libro, & redirent, & ostenderent: ipse misit oñibus sortes, & se in nouissimis reseruauit. Quare putas uoluit esse omnium nouissimus? sine dubio ut esset omnium primus. Et nec ipse sibi hæreditatẽ sorte præsumpsit, sed à populo accepit, & illi dat populus hæreditatẽ à quo ipse acceperat. Sic enim scriptũ est: Et dederunt filij Israel sortẽ Iesu filio Naue. Sed & hæc figuraliter cõtingebant illis, quę nobis proponerẽtur ad formam, ut & nos seruemus præceptũ illud quod iste operè implet, quod dicitur: Quãto magnus es tanto magis humilia te, & ante dominum inuenies gratiam. Et iterum quod scriptũ est: Si te ducẽ ordinauerint ne extollaris, sed esto inter eos quasi unus ex ipsis. Vide ergo quomodo dux erat populi, ipse qui eos introduxerat in terrã sanctam, in terrã repromissionis: ipse erat successor Moysi, & nõ ipse sibi permittit sumere sortem terræ, sed expectat ut accipiat portiunculã à populo, populi dux: & accepta portiuncula sua Iesus, dignus hoc nomine, ædificat locum ipsum quem accepit, & constituit, ut eum uere faciat dignũ munere dei, & hæreditate diuina. Sed quoniã ad dominum, & saluatorem nostrum ea quę de Iesu scribuntur, referre consueuimus, fortassis etiam noster oñis hic populus dat partem aliquam meo domino Iesu, & uelut locũ quẽdam habitationi eius tribuit. Sed ne iniuriosum esse uideat quod dicit, requiramus quomodo ei damus nos serui eius habitationis locum. Ego si possem bonus fieri, darẽ locũ filio dei in me, & acceptum locum à me in anima mea dominus Iesus ædificaret eum, & adornaret, & faceret in eo muros inexpugnabiles, & turres excelsas, & ædificaret in me mansionẽ, si mererer, dignam se & patre, & ita adornaret animã meam, & capacem eam suæ sapientiæ & scientiæ, & totius sanctitatis efficeret, intantum ut etiam faceret deum patrem secum intrare, & in ea facere mansionem, & cœnare etiam apud talem animam cibos quos ipse donaret. Quod ut consequi mereamur, præparemus in nobis cor mũdũ quo libenter & grate mundũ cordis nostri introire dignetur hospitium: cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De ciuitatibus quæ datæ sunt Leuitis & sortibus eorum.

Cap. XXI Homilia XXV

OMNES filij Israel acceperũt sortes suas in terra, Leuitis autẽ in hæreditate sõlus sufficit deus. Verum quoniã accipiũt Leuitæ decimas ac primitias de fructibus à filijs Israel per præceptum domini, oportebat etiã de terra (ut ita dicam) & de habitaculis decimas accipere, hoc est enim ab omnibus decimas accepisse. Et ideo accedentes primarij uiri qui erant in filijs Leui, ad Eleazarum sacerdotem, & ad Iesum filium Naue, & ad principes tribuũ filiorum Israel, in Selon in terra Chanaan, dixerunt: Dominus præcepit in manu Moysi dari nobis ciuitates ad habitandũ, & suburbana earum animalibus nostris. Oportebat etiã de suburbanis & de ciuitatibus sortem fieri, ne forte indiscrete & fortuitu inter Leuitas celebrata diuisio uideret. Sicut ergo distributio sortis quæ facta est in filijs Israel, habuit rationẽ qua quis prima sorte dignus haberet, & alius secũda, de qua (prout potuimus) iam ante tractauimus: sed & de ijs q per Moysen ultra Iordanẽ, & ab Iesu in terra accipiũt repromissionis, ubi prima sors cecidit ad Beniamin, & postmodũ ad cæteros in quib. fuit ultimus Dan: ita necesse est esse & alia quã rationẽ etiã in ordine sacerdotalis & leuiticæ sortis, ut alij prima, alij secũda, alij tertia sors ducatur, per quas illa, uel illa loca unicuiq; decernant. Dicũtur aũt filij esse Leui, Gerson & Chaat & Merari: & ostendit primas partes tenuisse in honore Chaat, quia filij Chaat fuerunt Amran, Moyses, Aaron & Maria. Igit de Chaat pars quidẽ plebis effecta est sacerdotalis, quæ est Aaron & filij eius. Moyses aũt aut in sacerdotali ordine, aut si quid etiã plus à sacerdotali esse potest, habẽdus est. Alia uerò est ratio de filijs eius. Cæteri aũt ex filijs Chaat secundũ ordinẽ tenuerunt in tribu Leui, qui sunt ex Isaar & Chebron & Odiel. Tũc deinde post hos accipiũt partẽ post Chaat ex filijs Leui Gerson tertio loco, nouissimus uerò omniũ Merari. Hęc est aũt differentia primi ordinis, & secũdi & tertij uel quarti quã primo omniũ obseruauimus in Numeris. Postea em̃ q̃ ordinatæ fuerant duodecim tribus per quatuor orbis terræ partes circa arcã testamẽti domini ex cubias agere, & statutæ sunt tres quidẽ tribus ab oriẽte, tres aũt ab Africo uel à meridiano, tres aũt ad mare quod est ad occidentẽ, tres uerò ad aquilonẽ, qui est septẽtrio, ibi etiam isti per quatuor orbis terræ partes eodẽ ordine deputant. Et ab oriente quidẽ ubi erat tribus Iuda, quæ erat inter cæteras prima, Aarõ atq; eius filij collocant: Chaat uerò filijs qui erãt reliqui, arcã testamẽti domini leuare in humeris, & tubis canere statuit, ita ut cum prima tuba cecinissent, mouerent castra ij qui erant ab oriente: cũ uerò secũda cecinissent, ij qui erant à meridiano cõsurgerent: tertia ab occidẽte, quarta ab aquilone. Vides quantus ordo, & quanta in scripturis sanctis rerum cõsequentia custodit: qũo nihil nisi modo & ratione & ordine geritur? Intuere diligentius, & in oñi scriptura hæc ita inuenies ordinata. Sed si tibi difficile est per oẽs libros uigilantem cordis oculũ ducere, in hoc saltem loco diligentius quæ referunt aduerte. Prima (inqt) sors exijt Chaat, & facta est filijs Aaron sacerdotis qui erat in Leuitis. Cuius primã sortẽ exire decebat? cui oportebat primatus dari, nisi Aaron primo pontifici, primo in uitæ meritis, primo in honoribus & uirtute? Certũ est apud te nunc saltẽ quod nõ sit sors ista fortuita, sed adsit uirtus superna, gubernans eam secundũ diuinæ prouidentiæ iudiciũ. Vbi ergo filijs Aarõ prima habitacula sors hæc iusta decernit? In tribu (inqt) Iudæ, in tribu Symeon, & in tribu Beniamin, per sortes ciuitates tredecim. Vides qũo electis uiris in electis tribubus habitacula dispensantur. Quos autem oportuit secũdam sortem suscipere? Filios (inquit) Chaat, qui reliqui erant post filios Aaron. Et quas tribus isti accipiunt? In tribu (inquit) Effrem, & in tribu Dan, & dimidia tribu Manasse, ciuitates decem per sortem. Qui sunt autem tertij? Filij Gerson. Et in quibus tribubus sortiuntur? Isachar (inquit) & Aser & Neptalim, & in dimidia tribu Manasse, quæ est in Basan, itidẽ ciuitates decem. Qui sunt autẽ ultimi in Leuitis? Filij (inquit) Merari. Isti nouissimi in quibus accipiant tribubus, uideamus. Ex tribu (inquit) Ruben trans Iordanem & Gad, qui erat cum ipso trans Iordanem, & de tribu Zabulon, qui & ipse ultimus est inter filios Liæ, accipiũt in sorte ciuitates duodecim. Sed nondum ea quæ magis obseruanda sunt in locis contingimus: de quibus etiã si pandere profundiora nõ possumus, saltẽ summa quæq; perstringere nõ pigeat, ut ex ijs unusquisq; auditorũ occasionẽ capiat intelligẽtiæ altioris & mystic̃ pquirendæ

rendæ. Cum quatuor partes sint orbis terrę, Chaat accepit sortem primus inter filios Leui à parte orientis cũ illis tribubus quæ ipsæ primatũ omniũ tenent. Vide ergo quomodo uniuersa conueniunt. In quatuor orbis partibus certũ est orientalem plagã nobiliorem uideri, in qua & nobilior omniũ reliquarũ Iudæ tribus habebat: & filij Chaat sacerdotis primam ducunt in primis & tribubus & orbis partibus sortẽ, cũ Gerson & Merari qui erant primi inter filios Leui. Sic ergo tres filij primi Leui accipiũt orientalẽ. Occidẽtem uerò ubi erat Ruben & Symeon & Gad, sortitur secunda sorte Chaat ex tribu Symeonis. Merari uerò primũ sortitur Ruben, & iterũ Merari tertius in Numeris ab oriente accepit Zabulon, ut iustitia seruetur, ut sorte ea quæ secundũ dominũ dicitur, & credentium mentes ad mysteria futuri seculi dirigat cõtuenda. Post hęc eorum qui ad mare erant, id est Effrem & Beniamin & Manasse, Chaat cũ suscepisset secunda sorte Beniamin, cæteri ex familia eius sortiti sunt Effrem. Post hoc eos qui erant ex media tribu Manasse quæ fuit in terra sancta sortitur Gerson, & iterũ ipse Gerson sortitur etiam aliam dimidiam tribum Manasse. Sed quia oportebat eos qui erãt in Aquilone aliquid sacerdotalis gratię cõsequi, ne penitus nudari donis cœlestib. uiderent, in ijs quorũ nouissimus ordo erat in Aquilone de Dan, Neptalim, Aser, rursum Chaat nõ qdẽ inter sacerdotes, sed inter cæteros primã tamen accepit sortẽ in Dan, secundam uerò Gerson in Aser, & tertiam idem Gerson in Neptalim. Quis potest assequi hæc omnia & comprehendere? Quis meminisse saltem & obseruare ordinem ipsum ministeriorum ualet? Quod si secũdum literã solũ difficile textus ipse narrationis explicari potest, & permixtio uel locorũ uel personarũ, quæ in historia continentur, euolui: quid dicimus de ijs sacramentis, quæ per hæc describuntur, & in quibus distributiones futuræ hęreditatis adumbrãtur, & per quæ sanctæ terræ quam mansueti hæreditate suscipient, diuisio celebrabit? Quis castrorum sedes diuersas explicet, quomodo hæc in resurrectione per singulos quosq; sanctorum sacerdotali uel leuitico ordine habẽda sit distributio, ut quẽadmodum dicit apostolus, in resurrectione non confuse agãtur omnia, sed ueniat unusquisq; in suo ordine, initium Christus, deinde ij qui sunt Christi, qui in aduẽtu eius crediderunt, cũ tradiderit regnum deo & patri, cum subiecerit ei omnẽ principatũ, & potestatẽ? Ibi sine dubio tales quædam castrorum obseruationes, & sacerdotales distributiones, & ordines, ac tubarũ significationes erunt, fortassis eñ sicut ordinauit deus stellas cœli, & rationibus eas quibusdã mirãdis, & ineffabilibus collocauit, & alias quidem ipsarũ statuit in axe aquilõis, alias in partibus orientis, alias uerò in australi parte cõuexa, atq; alias in occasu: ita credo quod & eos qui ex resurrectione mortuorum tales erũt, sicut stellæ cœli in multitudine & claritate, uenientes scilicet ex semine Abraham, ordinabit deus in regno cœlorum secundum ordinem stellarum & partium cœli: & dabit alijs sortẽ ad orientem, alijs ad occidentem, ad austrum alijs, & quos ipse nouit statuet ad aquilonẽ: quoniam quidẽ multi ueniẽt ab oriente & occidente, ex quatuor orbis partibus, & recumbent cũ Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum, per gratiã domini nostri Iesu Christi, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen. Matt. 8

De eo quod sepultæ sunt petrinæ machæræ, & de ara quam extruxerunt duæ & semis tribus, quæ sunt trans Iordanem. Cap. XXII Homilia XXVI

IN superioribus quidẽ dictũ est, quia filij Israel dederunt sortem Iesu in monte Effrem, & quia accepta sorte Iesus ædificauerit ibi ciuitatem, & inhabitauerit in ea. Nunc autem eadem denuo repetit scriptura, ut addat hoc quod machæras petrinas, id est cultros è saxo quibus circumcidit Iesus filios Israel in eremo, recondiderit in ea ciuitate quam ædificauerat, & in qua habitabat. Vnde denuo & nobis repetenda expositio est, & quod adiectum est explanandum, ut deo donante sensus scripturæ integer expleatur. Diximus etenim in superioribus, quia & dominus noster Iesus petat à nobis locum quem ædificet, & in quo habitet, & quia debemus tales effici, tam mundi corde, tam simplices mente, tam sancti corpore & spiritu, ut & in anima nostra locum dignetur accipere, & ædificare illam, & habitare in ea. Et qui putas sunt in omni populo ita acceptabiles deo, q ad hoc eligi digni sunt? aut forte nec singuli ad hoc capaces esse possunt, sed uniuersus populus & cuncta simul ecclesia uix capax esse potest, ut re-

test,ut recipiat in se dominũ Iesum,& habitet in ea? Videamus ergo quis sit iste locus in quo habitare debet Iesus. In mõte (inquit) Effrẽ,hoc est in monte fructifero. Qui putas sunt in nobis montes fructiferi in quibus habitet Iesus? Illi profecto in quib. sunt fructus spiritus,gaudiũ,pax,patiẽtia,charitas,& cętera. Isti ergo sunt mõtes fructiferi,qui fructũ Christi afferunt,& mẽte ac spe semper excelsi sunt. Et licet pauci esse possint tales,tamẽ si uel pauci fuerint,in ipsis habitãs dominus deus,qui est lux uera,mittet radios lucis sue etiã super reliquos omnes,quos non dignos suo habitaculo principaliter iudicarit. Nũc autẽ uidemus quæ sunt machæræ petrinæ,quibus circuncidit Iesus filios Israel. Si oretis pro nobis ut sermo noster uiuens sit & efficacior & acutior super omnẽ machærã, præstabit & nobis dominus Iesus,ut uerbũ dei quod loquitur ad uos, circuncidat omnẽ immunditiã,resecet impuritates,abscindat uitia de auditoribus, & amputet omne quo uis mẽtis & efficacia naturalis obtegitur: & sic per uerbum dei quod nũc machæra petrina dicitur,circuncidemini, & uos ab Iesu audietis,quia abstulit opprobriũ Ægypti à uobis hodie. Quid eñ nobis prodest exisse de Ægypto, & nobiscũ opprobria Ægypti circunferre? Quid prodest ambulare per eremum,hoc est quid nos iuuat in baptismo seculo renunciasse,& morum nostrorum pristinas sordes ac uitiorum carnaliũ immunditias retinere? Oportet ergo post digressionem rubri maris,id est,post gratiã baptismi, auferri à
Heb.u nobis etiam carnalia ueteris cõsuetudinis uitia per Iesum Christum dominum nostrum, ut ita demũ Ægyptiacis carere possimus opprobrijs. Ponunt ergo illæ machæræ petrinæ & cultri lapidei quibus secundo circuncisi sumus ab Iesu, in eo loco quem petit & accipit. In loco quẽ possidet in anima iusti,in ipso recondit & machæras. Sæpe ostẽdimus machæram uerbum dei dictũ, quo uerbo abscinduntur & purgãtur peccata de animis audientiũ. Hæc ergo uirtus uerbi diuini recondit in eo loco cui dat sermo sciẽtię & sermo sapiẽtiæ,ut opportuno tẽpore anima illa quæ per donũ spiritus repleta est uerbo sapientiæ,uerbo sciẽtiæ,proferat istas machæras in ecclesia,& circuncidat secũdo eos qui secũda indigẽt circũcisione. Quod aũt dicit petrinas machæras,hoc est è saxo cultros, & nõ è ferro artificis opere fabricatos: illud ostendit quod sermo hic dei qui circumcidere de animis auditorũ immunditias potest,non ex arte grãmatica uel rhetorica ueniens,neq; doctorum malleis edomitus,aut studiorum incudibus elimatus,sed ex illa petra descendens,quæ de monte sine manibus abscissa est,& orbem terræ cõpleuit, ac dona spiritalia credentibus tribuit. Post hęc Iesus conuocat filios Ruben & filios Gad,& dimidiam tribum Manasse,qui secũ militauerunt ad hostes Israeliticos superandos: & dimittit eos ad hæreditatem suam,datis ijs etiam muneribus quibusdam,sicut scriptum est. In quo uidetur illud indicare mysterium,quod cum plenitudo gentiũ introierit,& quæ repromissa sunt eis à domino Iesu perceperint illi qui per Moysen eruditi & instructi fuerãt,& q nobis in certamine positis auxilia orationibus & precibus detulerunt, quia nondum repromissiones cõsecuti sunt,expectãtes ut etiã uocatio nostra cõpleret (sicut dicit Apostolus) nunc demum perfectionẽ quæ ab eis dilata fuerat consequãtur cum muneribus quæ accipiunt ab Iesu,ut unusquisq; habitet in pace, oñi bello atq; omni impugnatiõe cessante. Post hæc lectũ est nobis,quia filij Ruben,& filij Gad,& dimidia tribus Manasse qui erant trans Iordanẽ,ædificassent aram ingentem: filij uerò Israel reliqui ignorãtes quare hæc ara fuisset extructa,mittunt Phineem filiũ Eleazari filij Aaron, cũ decem uiris de singulis tribub. electis: si forte tanq; discedẽtes à deo hoc fecissent, uel apostatici effecti,& cõtra mandatũ dei gerẽtes expugnarent à reliquis filijs Israel: sin aliter,ut cognoscerent causam. Alij uerò satisfaciunt de ara,& dicunt: Scimus quia altare uerũ est apud uos,ubi Iesus habitat: nos aũt fecimus hoc altare ad similitudinẽ illius altaris,quod apud uos extructũ est,ut & apud nos figura & imago ueri altaris habeat,ne forte crastino (inquit) placeat uobis dicere,qa Iordanis finitimus est inter nos & uos,& ipse determinat, & ideo nõ habetis portionẽ in altari nostro. Hæc illi respõsa miserũt. Sed uideamus nos quid facti huius contineat sacramentũ. Prior populus circũcisionis in Ruben qui fuerat primogenitus designat,sed & in Gad, qui & ipse primogenitus est ex Lia, & Manasse nihilominus primogenitus. Quod aũt dico primogenitos,secundũ tẽpus loquor. Hæc ergo dicunt,ne inter nos & illos qui ante aduentũ Christi fuerunt iusti,diuisio aliqua ac separatio uideretur,sed ut ostẽderent,se etiã si ante aduentũ Christi fuerant,fratres tamẽ

nostros

nostros esse. Licet em̃ habuerint altare tunc ante aduentũ saluatoris nostri, sciebãt tamẽ & sentiebant, quia nõ esset illud altare uerum, sed quia forma & figura erat futuri & ueri huius altaris. Nouerant illi hæc, quia ueræ hostiæ, & quæ possent auferre peccata, nõ in illo altari offerebantur, qd̃ habebat primogenitus populus, sed in isto ubi erat Iesus, hic cœlestes hostiæ, hic uera sacrificia consummãtur. Fit ergo unus grex & unus pastor, illi priores iusti & qui nunc sunt Christiani. Volo aũt ad horũ probationẽ memoriã facere etiã historiæ cuiusdã, si tamen dns donare dignetur, ut explanationẽ ipsius spiritalẽ inuenire possimus. Cadebat aliquando populus in deserto & moriebaṫ. Venit Aaron pontifex, & stetit in medio eorum qui moriebantur, & eorũ qui uiuebant, ne ulterius uastatio mortis proficeret iam in cæteros. Venit & nũc uerus pontifex meus dominus, & intercessit medius inter morientes & uiuos, id est inter eos qui ex Iudæis suã præsentiã susceperunt, & inter eos qui nõ solum non susceperunt, sed semetipsos magis q̃ illũ occiderunt dicẽtes: Sanguis illius super nos & super filios nostros. Vnde & omis sanguis iustus qui effusus est super terrã à sanguine Abel iusti usq; ad sanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quem occiderũt inter ædem & altare, requiretur à generatione illa quæ dixit: Sanguis eius super nos & super filios nostros. Sũt ergo populi pars mortui, qa neq; azyma, neq; dies festos cõpetenter agunt, sed cõuersi sunt dies festi eorũ in luctũ, & cantica eorum in lamentationem: qui etiã si uelint non poterunt diem festum celebrare in eo loco quem elegit dominus deus. Et nos quidẽ nõ diximus ad illos, quia nõ erit uobis pars in hoc altari, uel in hæreditate domini, sed ipsi sponte sua altare uerũ & cœlestẽ pontificem refutarunt, & eo usq; infelicitatis adducti sunt, ut & imaginẽ perderent, & nõ susciperẽt ueritatem, & ideo dicitur ad eos: Ecce relinquetur uobis domus uestra deserta. Trãslata est enim ad gentes gratia spiritus sancti, translatę sunt solennitates ad nos, quia trãsiit ad nos & pontifex non imaginarius, sed uerus secundũ ordinem Melchisedech electus: & necesse est eum ueras hostias, id est spiritales offerre apud nos, ubi ædificaṫ templũ dei ex lapidibus uiuis, quæ est ecclesia dei uiuentis, & ubi est uerus Israel, in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria, & imperium in secula seculorum, Amen. Num.16 Matt.23 Matt.27

Finis tractatus Origenis super Iesum Naue.

ORIGENIS IN LIBRVM IVDICVM CAPVT SECVNDVM

HOMILIA PRIMA.

De eo quod scriptum est: Et seruiuit populus domino omnibus diebus Iesu, & seniorum qui uiderunt omnia opera domini magna quæ fecit cum Israel.

LECTOR quidẽ præsentis lectionis ita legebat: Et timuit populus dominum omnibus diebus Iesu. Nos autem habemus: Et seruiuit populus domino omnibus diebus Iesu, & omnibus diebus seniorum eorum qui longiorum dierum fuerunt post Iesum. Oportet ergo scire quia unusquisq; nostrum ipse sibi præstat, ut in bonis diebus sit aut in malis, dies habeat Iesu, id est dies iustorum, aut dies habeat impiorũ. Si enim intelligamus lumen uerum quod illuminat omnem hominẽ uenientem in hunc mundum, & præbeamus ei ad illuminandum animas nostras, aut si oriatur nobis sol iustitiæ & mundum animæ nostrum habemus hospitium, habemus & nos dies Iesu Christi, dies salutis. Si quis uerò animam suam præbuerit ad recipiendam lucem illam quæ extinguetur, lucem contrariam ueritati, & ab ea fuerit illuminatus, habebit & ipse dies sed malos, & non erit in diebus Iesu, sed erit in diebus Manasse, uel in diebus Pharaonis, uel in alterius cuiuscunq; diebus pessimis. Propterea denique in diebus Achab regis iniqui & pessimi non potuit Esaias uidere uisum, nõ potuit uidere dominum

Esa.5 minum sabaoth sedentem super thronum excelsum & eleuatum. Sed ex quo mortuus est rex nequam, cuius erat dies mali, tum potuit uidere propheta uisionē dei. Et uis nosse quia dies isti cum dicunt in scripturis illius, uel illius, nō significent tempus uitę illius de quo dicit, uel præsentiæ corporalis? Audi quid de diebus domini nostri Iesu Christi
Psal.72 propheta prædixerit: Exorietur, inquit, in diebus eius iustitia, & abundātia pacis, usque quo extollatur luna. Hoc si ita accipiamus, quod diebus quibus saluator demorabat in terris, dies erant iustitiæ, & dies pacis, quō probabimus dies iustitiæ exortos esse ijs, qui eum crucifixerunt, & qui aduentum eius non receperunt? Aut quomodo multitudo pacis in diebus eius fuisse uidebitur apud eos, qui eum in mortem falsis criminationibus tradiderunt? Quomodo istis uidebuntur dies iustitiæ & dies pacis exorti, in quorum mentibus iniquitatis & furoris tenebræ uersabantur? & rursum si ad illos dies quos Saluator exegit in carne, referatur hoc quod scriptum est: Orietur in diebus eius iustitia, & multitudo pacis, nunc quoniam non sunt illi dies, ergo non orietur iustitia eius, nec multitudo pacis Christi apud fideles & religiosos inuenitur. Magis uerò unusquisq; pro actibus suis & conuersatione uitæ, dies sibi uel iniquitatis & belli, uel iustitiæ & pacis acqui
Malac.4 rit. Audi denicq; prophetam dicentem: Timentibus, inquit, nomē tuum, orietur sol iustitiæ, sine dubio ut faciat eis dies iustitiæ, dies Iesu. De impijs dicit, quia occidet eis sol iustitiæ, sine dubio illis in quib. iustitia dormit in eis, & tenebræ eis iniquitatis exortę sunt. Vis autem similiter à propheta discere qui sint qui habeāt multitudinē pacis? Audi quo
Psal.119 modo dicit in psalmis: Pax multa diligentibus nomen tuum, & non est illis scandalum. Dies ergo iustitiæ & multitudo pacis exorietur diligentibus nomen domini. Sed habēt & impij lucem suam, ex qua sine dubio exoriūtur eis dies mali. Vis autem & hoc tibi de
Prou.24 scripturis probari? Audi quid scriptum est: Lux, inquit, iustis semper, lux autem impiorum extinguetur. Vides ergo quia est propria quędam lux impiorum, quæ extinguitur, & lux iustorum, quæ permanet in æternum. Et nescio si tam inepte quis intelligat, ut putet esse aliquam substantialē lucem, aliam quæ impiorū dicatur, & aliam quæ iustorum. Quod uticq; nullo modo fieri potest. Vna enim est lux mundi à Deo facti, quæ omnibus communiter & æqualiter lucet. Sed hoc modo quod superius exposuimus, intelligendum est, quod anima nostra aut uero lumine illuminatur, quod nunquam extinguetur, qui est Christus: aut si non habet in se istud lumen quod æternum est, temporali sine dubio & extinguibili lumine illuminatur ab illo qui transfigurat se in angelū lucis, & falsa luce illuminat cor peccatoris, ut uideantur ei illa esse bona, & præclara, quæ sunt præsentia & caduca. Isto lumine illuminantur illi, qui summum bonum uoluptatem putāt. Isto lumine illuminantur illi, qui diuitias & honores seculi & terrenam gloriam, quasi ęterni tatis memoriam quærunt. Sunt ergo isti in diebus lucis eius, quæ extinguetur. Omnia hæc quæ agunt & quæ desiderant & cupiūt, extinguuntur. Hoc lumine illuminātur & hæretici, falsi nominis scientiam prædicantes. Hinc Marcion illuminatus, Deū legis iustum, sed non bonū, dicit. Si ergo recte intelleximus qui sint qui à Domino nostro Iesu Christo uero lumine illuminantur, & qui sint dies qui ab illo illuminātur qui se trāsfigurat in angelum lucis, & cuius lumē extinguitur, competenter intellígere possumus etiā istos Iesu domini, quibus dicitur quod seruiuit populus Domino omnibus diebus Iesu. certū nanq; est quod qui habet in se dies Iesu, seruiat domino: nec fieri potest, ut habens in se aliquis dies Iesu & lumen Christi seruiat Zabulo, aut seruiat auaritiæ: nec potest fieri ut illuminet quis lumine ueritatis & seruiat mendacio: nec potest illuminatus lumine
2 Cor.6 sanctificationis, libidini & immunditiæ deseruire. Denique sic & Apostolus dicit: Quæ enim participatio est iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? quæ autem consonantia Christo cum Belial? aut quæ pars fideli cū infideli? Oremus ergo ut semper in nobis Christus qui est lux uera, faciat dies bonos, nec unquam de Zabulo nos
Eph.5 illuminati habeamus in nobis dies malos, de quibus dicit apostolus: Redimentes tempus, quoniam dies mali sunt. Dies enim malos habemus, quando carnalia pro spiritab. quærimus, terrena pro cœlestibus, pro æternis caduca, præsentia pro futuris. Siquando ergo huiuscemodi in te desideria uideris exoriri, scito te in diebus malis & pessimis posi
Gal.1 tum: & ideo insiste orationib. ut libereris à die illo, & (sicut dicit Apostolus) eripiaris de

præsen

præsenti seculo malo: hoc enim modo (quod superius diximus) non solum dies fiũt mali sed & seculum efficitur malum. Seruiuit ergo populus domino omnibus diebus Iesu & omnibus seniorum diebus qui fuerant post Iesum. Beatus est qui in diebus Iesu seruit domino, qui uerbo & sapientia eius illuminatur, qui ex doctrina eius accipit lumẽ scięẽtiæ. Secũdo autem loco & ille post hunc est beatus, qui in diebus seniorum qui fuerunt post Iesum, domino seruit. Seniores qui uel cum Iesu, uel post Iesum fuerunt, qui sunt nisi Apostoli, qui & ipsi scriptis, & præceptis suis illuminant corda nostra, & faciunt etiã ipsi dies quosdam in nobis ex illa luce quam ipsi ex uera luce participati sunt ueniẽtes? Qui ergo illuminatur & instruitur ex Apostolorũ præceptis, & ad seruitiũ domini apostolicis regulis instruitur, iste est qui seruire dicitur domino in diebus seniorũ qui fuerũt post Iesum. Vis autem uidere quia sicut Saluator erat lux uera quæ illuminat omnẽ hominem uenientem in hunc mundum, ita & Apostoli lux erant mũdi. In Euangelio scriptum est, dicente domino ad eos: Vos estis lux mundi. Quod si etiam Apostoli lux sunt mundi, sine dubio per præcepta & mandata sua illuminãt nobis dies, in quibus domino seruiamus. Quod autem dixit omnibus diebus seniorum qui longiorum dierum fuerũt post Iesum, nec hoc mihi otiose dictum uidetur, quod longæui uel longorum dierum dicuntur esse seniores qui post Iesum fuerũt. Et quidem dei est solius nosse post Iesum qui fuerit inter seniores qui longiorem diem fecerit, id est qui maiorem ex se emiserit lucẽ, utrum Petrus, an Paulus: Bartholomæus, an Ioannes: ueruntamen longiorum dicũtur dierũ sancti. Econtrario uerò tunc, quando iste mundus malis replebitur, quando increscente iniquitate refrigescet charitas multorum, & quando ueniens filius hominis difficile fidem inueniet super terrã, tunc non dicuntur futuri longi dies, sed magis abbreuiari dicuntur, sicut dixit dominus, quia nisi abbreuiati fuissent dies illi, non fieret salua ulla caro. Mali ergo dies breuiari dicuntur: longæui aũt sunt, & multi temporis & grandis quodãmodo spatij dies boni, in quibus domino seruimus. Vide tamen quia & hoc designauit in Euangelio, quod propter electos breuiabuntur dies illi. Electis ergo breuiabuntur dies mali, dies iniquitatis & scandali: & ut ego arbitror, cũ semel electis dies mali cœperint breuiari, semper breuiant & minuuntur, usq; dum ad nihilũ redigant, & penitus exolescant atq; ad ultimũ pereãt. Ex quib. unus puto erat & ille q dicebat: Pereat illa dies in qua natus sum. Sic ergo electis dies mali breuiantur & pereunt: dies uerò seniorũ sanctorũ, lõgæui sunt & prolixi. Sed & illud quod dicentib. nobis occurrit, & uti nã dño suggerente occurreret, prætereundum nõ est, quod dixit quia seruiuit populus domino omnibus diebus Iesu. nõ dixit unũ diẽ fuisse Iesu, sed multi sunt dies Iesu. Quos ergo multos ponimus dies secundũ hunc ordinẽ quem exposuimus? Ego sic arbitror, quod dies unus ipsius est iustitia, alius sanctificatio, alius prudẽtia, alius misericordia, & sic per singula uirtutũ dona dies cõputantur Iesu, in quibus domino seruitur, quia in his uirtutibus animi dño placetur. Sed & patientiã cõputato diem, & mansuetudinem, & pietatem et bonitatem, et omne quod ad uirtutem pertinet, ipsius dicito diem. Et sic in omnibus diebus Iesu domino seruies, id est in omnib. his uirtutibus: Non enim uult scripturæ sanctæ institutio, ut aliquas ex his uirtutibus habeas in te, & alias negligas, sed ut omnibus his uirtutibus adornatus, & in earũ actibus positus seruias domino. Eodẽ modo quis etiam seniorũ dies habet in se, & in diebus eorũ seruit domino, implẽs illud q̃d dicit Apostolus Paulus: Imitatores mei estote sicut & ego Christi. In diebus, inquit, seniorũ eorũ qui cognouerũt omnia opera domini. Quis est qui cognoscit omnia opera dñi, nisi qui facit ea? Sicut enim dictũ est de filijs Heli, quia essent filij pestilentiæ nesciẽtes dominũ, nõ quod ignorarent dominum, qui utiq; & doctores erant cæterorum, sed quia sic agebant ut agunt illi, qui nesciunt dominum: Hoc modo etiã hic sentiẽdum est quod dicit, qui cognouit omne opus. Et non solum, inquit, cognouerũt opus domini, sed addidit, qui omne opus cognouerũt domini: id est qui cognouerũt & iustitiæ opus domini, & sanctificationis opus & patientiæ & mãsuetudinis & pietatis. Et omne quic quid ex mandatis dei uenit, opus domini dicit. Sed sicut est opus domini, est sine dubio huic contrariũ opus Zabuli. Certũ est enim, quia sicut iustitia est opus dei, ita & iniustitia opus Zabuli: & sicut mãsuetudo opus dei est, ita & ira & furor opus sit Zabuli. Cog-

Matt. 5

Matt. 24

Iob 3

1 Cor. 4

1 Reg. 2

nouisse ergo dicuntur opus dei illi qui faciũt opus eius. Vt autẽ hoc amplius ex scriptu rarũ auctoritate clarescat, quomodo soleat dicere scriptura, cognoscere, uel nescire, ui-
Eccl.8 de quomodo etiam alibi scriptum est: Qui custodit, inquit, mãdatum nesciet uerbũ ma lum. Qui autem mandatum custodit, potest fieri ut nesciat uerba mala? Scit quidem, sed nescire pro eo dicit, quod ea cauet & uitat. Sed de eodem ipso domino & saluatore q̃d dictum est, quia non nouit peccatum, certum est quia ignorasse dicitur peccatũ pro eo quod nõ egit opus peccati. Hoc ergo modo & ille dicit cognoscere opera domini, qui opera domini facit. Ignorat autẽ opus dei, qui nõ agit opus dei. Sed & illud quomodo præterimus q̃d addidit, qui cognouerit opera domini magna, quæ fecit in Israel? Quid enim? sunt aliqua opera domini parua, ad quorum distinctionẽ hęc magna dicant? ego arbitror quod omne quidem dei opus est magnum, sed pro capacitate eorũ qui operan tur, si sibi inuicem comparentur, uel magna opera domini dicũtur esse, uel parua. Verbi causa, eduxit filios Israel de Aegypto in manu forti & brachio excelso, Aegypto prodi gijs cœlestibus uerberata, uiam fecit in mari, mãna in deserto populo dedit, de cœlo lo-cutus est ad Mosen, legem cõscriptam in tabulis lapideis dedit. Nónne hęc magna sunt opera dei? Sed si illud his compares, quod ita dilexit deus hunc mundum, ut filium suũ unigenitũ daret pro salute mũdi, inuenies omnia illa parua esse ad huius operis magni-tudinem. Quod opus etiã nos & cognoscere debemus, & credere, & operari opera do mini. Non ergo negligenter, sed fideliter & attente, ut inueniamur & nos in diebus Ie-su Christi, & in diebus sanctorum seniorum eius Apostolorum, cum quibus & societa-tem cœlestis hæreditatis mereamur accipere, per ipsum dominum nostrum Iesum Chri stum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod scriptum est: Et defunctus est Iesus filius Naue. Homilia II. Cap. II.

RECITATVS est nobis etiam Iesu obitus. Et ille quidẽ filius Naue quod de-functus est, nihil mirum. Naturæ nanq; quod debebatur exoluit. Verũ quo-niam instituerámus hæc quæ de filio Naue legebantur, ad dominũ nostrum Iesum Christum referre, uidendum est quomodo etiã de ipso dici cõueniat quia defun-ctus est Iesus. Ego arbitror secundum scripturæ auctoritatem hoc loquens, quod in qui
Phil.1 busdam uiuit Iesus, in quibusdam uerò defunctus est. In Paulo uiuit Iesus & in Petro & in illis omnibus qui merito possunt dicere, uiuo autem iam non ego, uiuit uerò in me Christus. Et iterum dicit: Mihi autem uiuere Christus est, & mori lucrum. In istis ergo talibus Iesus uiuere merito dicitur. In quibus autem defunctus est Iesus? In illis sine du-
Heb.6 bio, qui sæpe pœnitendo, & iterum delinquendo, uelut insultare morti Iesu dicuntur. De quibus scribens ad Hebræos dicit Apostolus: Rursum crucifigentes sibimetipsis fi lium dei, & ostentui habentes. Vides ergo quia in peccantibus non solum defungi dici tur Iesus, uerum & crucifigi ab eis asseritur & illudi. Sed & tu ipse considera apud te, si quãdo de auaritia cogitas & cupis aliena diripere, nũquid potes dicere, quia uiuit Chri stus in me? Aut si de stupro cogitas, si furore exagitaris, si liuore succẽderis, si inuidia sti mularis, si temulentia debaccharis, si superbia extolleris, si crudelitate grassaris nũquid potes in his omnibus dicere, quia Christus uiuit in me? Sic ergo in peccãtibus defungi-tur Christus, pro eo q̃ nihil in eis iustitia, nihil patientia, nihil ueritas & omnia illa quę Christus est, operantur. A sanctis uerò quæcunq; fiunt, Christus ea dicitur operari, sicut
Phil.4 & Apostolus dicit: Omnia possum in eo qui me confortat Christus. Sed & ipse domi-
Matt.10 nus in Euangelijs de hoc distinctionem pulcherrimam dedit, cum dicit: Quicunq; con fessus in me fuerit corã hominibus, confitebor & ego eum corã patre meo qui est in cœ lis. Qui autem negauerit me coram hominibus, & ego negabo eum corã patre meo. Vi disti quia cõfitentes in semetipso dixit cõfiteri, & quasi qui ipse in eis uiuat & operetur opera uitæ. In ijs aũt qui negant, non tenuit eãdem uerbi similitudinem, ut diceret quia qui negauerit in me, & ego negabo in eũ: sed qui negauerit me corã hominibus & ego negabo eum coram patre meo, ut ostenderet q̃ qui negat quidẽ se, extra ipsum est, qui autem cõfitetur, in ipso est. Propterea ergo & hic scriptura dicit, quia cũ defunctus esset Iesus, exurrexit generatio alia post eos, qui nõ scierũt Iesum, & opera quæ fecit in Israel.

Et fece-

Et fecerũt filij Israel malum ante deũ. Omnipotẽs dominator deus nunc̃ accidat nobis, ut Iesus Christus posteac̃ resurrexit à mortuis, rursum moriatur in nobis. Quid enim mihi prodest si in alijs uiuat ex uirtute, & in me moriat̃ ex infirmitate peccati? Quid mihi prodest si in me, & in meo corde nõ uiuit, & si in me opera uitæ non perficit? Quid mihi prodest si apud aliũ ex bonis studijs, ex bona fide, ex bonis operib. pascitur & perficit̃: apud me aũt & in meo corde per multas cogitationes & desideria nefanda, per studia pessima suffocatur quodammodo & necatur? Vide enim quid addit scriptura. Quia surrexit, inquit, generatio alia quæ nõ cognouit Iesum, & opera quæ fecit magna. Generatio illa quæ nõ cognouit dñm Iesum, ista est malarum cogitationum, & pessimarũ cupiditatũ, quæ procedit ex corde. Ista est generatio quæ nõ recognoscit dominũ Iesum, neque opus magnũ quod fecit in Israel. Vides qa peccatores eousc̃ perueniũt, ut & opus illud magnũ & præclarũ quod fecit dñs, obliuiscant̃, q̃ crucifixus est pro peccatis nostris, & resurrexit propter iustificationem nostrã. Vnde credo quod propter hanc obliuionem metuens Apostolus dicebat discipulo suo Timotheo, quẽ præcipuũ habebat: 2 Tim. 2
Memor esto Christũ Iesum resurrexisse à mortuis. Sciebat em̃ quia huius tam magni operis q̃ surrexit à mortuis, fieri posset obliuio, si generatio peccatrix oriretur in corde. Fecit ergo malignũ corã deo generatio adultera, quę nescivit Iesum, nec̃ presbyteros, & seruiuit, inquit, Baalim, & dereliquerũt dñm deũ patrũ suorũ. Hæc quidẽ fecerũt antiqui: sed quoniã quæ scripta sunt, nõ propter illos, sed propter nos scripta dicuntur, in quos fines seculorum deuenerunt, uideamus ne maiore, ex parte de nobis hæc c̃ de illis dicta uideant̃. quamuis uerũ est quia non per me, sed per Apostolũ de nobis esse ista exponũtur. Audi ipse quid dicat: In Helia autẽ quid dicit scriptura? quomodo interpellat deum aduersum Israel? Domine prophetas tuos occiderũt, altaria tua demoliti sunt, & ego relictus sum solus & quærunt animã meã. Sed quid dicit illi responsum diuinũ? Reliqui mihi septẽ milia uirorũ, qui non curuauerunt genua Baalim, & addit: Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquiæ secundũ electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. Vides ergo quia illos qui curuauerũt genua Baalim, & qui non curuauerunt, in reliquijs credentiũ, & in multitudine nõ credentiũ interpretatur. Quod hoc ostendit, quia illi qui in tẽpore Saluatoris increduli extiterunt & impij, genua curuauerũt Baalim, & adorauerũt simulacra. Hi uerò qui credunt, & implent opera fidei, non curuauerunt genua Baalim. Nec̃ enim usquã referẽ in historijs, uel in Euangelicis, uel in alijs quibuslibet scripturis quod aliquis tempore Saluatoris genua flexerit simulachris, sed de illis utic̃ hoc dicit̃, qui peccatis suis astricti, uelut cõpediti tenebant̃. Vnde cõstat quia & nos quotiescũc̃ peccamus, quod captiui ducimur in lege peccati, genua nostra curuamus Baalim. Sed non in hoc uocati sumus, nec ad hoc credidimus, ut iterũ seruiamus peccato, & iterũ genua flectamus diabolo, sed ut flectamus genua in nomine dñi Iesu: quia in nomine Iesu omne genu flectit̃ cœlestium & terrestriũ & infernorũ: & ut flectamus genua ad patrẽ domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlo & in terra nominat̃. Sed qd mihi prodest si genua corporis mei ad orationẽ ueniens flectã deo, & genua cordis mei flectam diabolo? Si enim nõ stetero firmus aduersum astutias diaboli, flexi genua mea diabolo. Et si nõ cõstanter stetero aduersum iram, flexi genua mea iræ. Similiter & si nõ cõstanter libidini restitero, flexi libidini genua mei cordis. Et in singulis quibusc̃ quæ cõtraria sunt deo, hoc facere uidebor nisi cõstãter & fortiter stetero. sicut & illi fecerũt, qui coluerũt Baalim, & dereliquerunt deũ patrum suorũ, qui eduxit illos de terra Aegypti. Non igitur putemus, quia uidemur simulacra nõ colere, propterea hæc nõ & ad nostrum aliquos pertinere. Vnusquisc̃ quod prę cæteris colit, quod super omnia mirat̃ & diligit, hoc ei deus est. Denic̃ hoc est quod ante omnia, & super omnia per mandatum suũ deus deposcit ab homine. Diliges, inquit, dominũ deũ tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis. præoccupare quodammodo erga se cupiens totos humanæ mẽtis affectus, & sciens quia quod ex toto corde dilexerit quis, & ex tota anima, atc̃ uiribus totis, hoc ei deus est. Discutiat nunc unusquisc̃ semetipsum, & tacitus ex suo corde recenseat, quę in eo potissimũ & super cætera omnia flamma amoris exæstuet, quis sibi ardentior cæteris foueatur affectus. Vos ipsi de his habetote iudiciũ, & in statera hæc uestri exãminis appẽdite, & si quid est quod in dilectiõis lance prępõderat

derat,hoc tibi deus est.Sed uereor ne apud quãplurimos præpõderet amor auri,& aua
Matt.6 ritiæ pondus pressa satis lance deuergat.Et utiq; dicitur ad hunc:Non potes deo & mãmonæ,id est auaritiæ,seruire. Vereor & in alijs ne libidinis & uoluptatis amor intantũ præpõderet,ut usq; ad terrã deuergat,in alijs amor gloriæ secularis & humanę dignitatis cupiditas super omnia prægrauet:& ualde paucos esse arbitror,qui intra semetipsos scientes affectus suos,& in stateræ eos æqualitate pensantes inueniẽt q; dilectionis dei pondus super omnia cætera quę sunt humana pręponderet.Scio ego eum,qui & apud semetipsum summa examinatione pensauerat,& cũ inuenisset quia oẽs qui intra se erãt affectus in illã partem ubi dei erat charitas uergerent, cum omni confidentia dicebat:
Rom.8 Quia neq; mors,neq; uita,neq; angeli,neq; uirtutes,neq; pręsentia,neq; futura,neq; altitudo,neq; profundum,neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.Sed Paulus hic est qui hæc ita potuit dicere,quia neq; præsentia,neq; futura,neq; creatura alia eum separare potest à charitate dei:nos aũt atq; utinam uel hoc dicamus,quia neq; aurum,neq; argẽtum, neq; uoluptas carnis,neq; gloria seculi,& caduca & temporalis dignitas,uel delitię corporales,neq; liberorũ uel cõiugis gratia poterit nos separare à charitate dei.Certe uel illud liceat à nobis cõfidẽter dici,qa neq; secularis literaturæ amor, neq; philosophorum sophismata, neq; mathematicorũ deceptiones & astrorum simulati cursus,neq; diuinationes subreptiua dæmonum fallacia commendatæ, neq; ullus omnino præscientiæ amor per ea quæ non licet inquisitæ poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino nostro.An non totius gentilitatis error hinc accepit exordium,dum ea quæ multũ diligũt homines,deos esse uolunt,& humanis quibusq; uitijs & cupiditatibus diuinum nomen ascribũt:Pecuniæ nanq; cupidi & auaritiæ amore flagrantes Mammonem quidem apud Syros Deũ cupiditatis istius dicũt,libidinis uoluptatis amatores Venerẽ deam sibi uitij huius quo agitantur ascribunt.Similiter & in cæteris uitijs hunc ipsum quo urgentur affectũ deũ si
Col.3 bi fecerunt. Vnde & Apostolus eadem dicit.ait enim: Et auaritia quod est idolorũ cultus.Vides ergo quia non solum adorare simulacrum,sed quia auaritiæ studere, idolorũ cultus & seruitus reputat. Sic ergo & nos cum aliquibus uitijs ita dediti sumus,ut ea ex toto corde,& ex tota anima,atq; ex totis uiribus diligamus,adorare idola & abijsse post deos alienos dicimur.Et adorauerunt, inquit, deos alienos, deos gentium, quæ in circuitu ipsorum erant,& ad iracundiam concitauerunt deum. Vides quãtum faciant peccata,ut peccantes illum in quo non solũ iræ nullus affectus est,sed nec alius quidẽ passibilis motus,nos ad iracundiam prouocare dicamur.Verum ille permanet immutabilis in sua natura,nec unquam iræ turbatur affectibus: ego autem per ea quæ delinquo,irã
Rom.2 mihi ipse consciſco,sicut dicit Apostolus & ita edocens: Secundum duritiã tuam autẽ, & cor impœnitens thesaurizas,inquit,tibijpsi irã in die iræ reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera sua.Irritauerunt ergo dominum ad iracundiam,et dereliquerunt dominum,coluerunt Baalim & Astarten,& iratus est furore dominus in Israel,& tradidit eos in manus diripientiũ.Quamdiu quis deo seruit,non traditur in manus diripientium.Cum autem dereliquerunt dominũ & seruire cœperunt passionibus
Rom.1 suis,tũc dicitur de eis,quia tradidit eos deus in passiones ignominiæ. Et iterũ. Tradidit eos deus in reprobũ sensum,ut faciant ea quæ nõ cõueniunt.Quare? Quia repleti sunt, inquit,omni iniquitate,nequitia,fornicatione,auaritia. & cæteris omnib. quæ dicunt, sicut & hic modo.Qui seruierunt,inquit,& adorauerũt Baalim, & Astarten, tradidit illos deus in manus diripientium,& facti sunt in manibus inimicorum suorum. Hæc em (ut sæpe iam dixi)Iudæi tanquam historias rerum gestarum & præteritarum legũt.Nos autẽ propter quos hæc scripta dicuntur,scire debemus, quia si peccauerimus domino, & animi nostri uoluptates, ac desideria carnis uelut deum colamus, tradimur etiã nos, & Apostolica autoritate in manus Zabuli concedimur. Audi denicq; ipsum dicentẽ de
1 Cor.5 eo qui peccauerat: Tradidi,inquit,huiusmodi hominem Satanę in interitũ carnis,ut spiritus saluus fiat. Vides ergo,quia non solũ per Apostolos suos deus tradidit delinquentes in manus inimicorum,sed & per eos qui ecclesiæ præsident,& potestatem habẽt nõ solum soluendi sed & ligandi,tradũtur peccatores in interitum carnis,cum pro delictis suis à Christi corpore separantur. Et (ut mihi uidetur) dupliciter etiam nunc traduntur homi-

homines de ecclesia in potestatem Zabuli. Vno modo quo superius diximus, cum delictum eius manifestū fit ecclesiæ, & per sacerdotes de ecclesia pellitur, ut notatus ab omnibus erubescat, & conuerso eueniat illi quod sequitur, ut spiritus saluus fiat in die domini nostri Iesu Christi. Alio autem modo quis traditur Zabulo, cum peccatū eius manifestum non fit hominibus, Deus autem qui uidet in occulto, perspiciens eius mentē, & animam uitijs ac passionibus seruientem, & in corde eius nō solū amorē seculi, sed aut auaritiam, aut libidinem, aut iactantiam, uel alia huiusmodi, istum talem ipse dominus tradit Satanæ. Quomodo eum tradit Satanæ? Discedit à mente eius, & auertit se, & refugit à cogitationibus eius malis, & desiderijs indignis, & derelinquit domum cordis eius uacuam. Et tunc complebitur in illo homine quod scriptum est: Cum autem im- Matt. 12
mundus spiritus exierit ab homine, circuit loca arida: & si non inuenerit requiem, redit ad domum suam: & inueniens eam uacantem & mundatam, assumit secum septem alios spiritus nequiores se, & intrans habitat in domo: & tunc fient hominis illius nouissima peiora prioribus. Hoc ergo modo intelligendum est deum tradere quos tradit, nō quia ipse tradat aliquem, sed ex eo quod derelinquit, indignos eos scilicet iudicans, qui se non ita excolunt & à uitijs purgant, ut libenter in eis habitet deus. Ipso refugiente, atque auertente se ab anima, quæ in immunditia ac uitijs posita est, tradita dicitur ex eo quod deo uacua inuenitur & inuaditur ab spiritu nequam. Et ideo nos summo studio uigilemus, & festinemus purgari à uitijs, & concupiscentijs malis, ut deū intra nos tenere possimus, & ut habitare dignetur in nobis, dum delectatur & actibus & sermonibus & cogitationibus nostris, si secūdum ipsius uoluntatem geramus cuncta quę gerimus, ut siue manducamus, siue bibimus, siue aliud quid facimus, omnia in nomine faciamus dñi nostri Iesu Christi, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

De eo quod traditi sunt filij Israel in manus inimicorum, & de Gothoniele, & Aioth. Homilia III Cap. II. III

QVANDO fecerunt filij Israel malignum in conspectu dei, & oblíti sunt domini dei sui, ac relinquentes eum seruierunt Baalim, & lucis gentium, tūc thesaurizantes sibij ipsis iram traditi sunt iusto dei iudicio in manus inimicorum, secundum hæc quæ præsens lectio declarauit, in manus Chusarsaton regis Mesopotamiæ, Interpretatur Chusarsaton humiliatio eorum. Traditi sunt ergo in manus eius, qui humiliaret eos. Et quia ipsi in excelsis montium impie agebant in altissimum, propterea ab ipso in humilitatē tradūtur. Sed nolo putes quia erga antiquos solummodo erat hæc diuina prouidentia, ut eos qui impie exaltabantur, traderet humiliandos, ut salubri medicinæ ratione, contraria contrarijs curarentur. Nam & nunc omnipotenti Deo erga ecclesiam suam de huiusmodi salubritate prouidentia est. Etiam nunc est Chusarsaton rex Mesopotamiæ, cui traduntur humiliandæ & affligendæ animæ, quæ Christiana humilitate contempta in superbiam se atq; arrogātiam dederunt. Odiosum satis est in conspectu dei superbiæ uitium: quia, sicut scriptura dicit, initium discedendi à deo, superbia. Et iterum alibi scriptura dicit: Deus superbis resistit, humilibus autem dat gra- 1 pet. 5
tiam. Si quis igitur Christi humilitate cōtempta, qui propter nos cū deus esset, homo factus est, & humiliauit se usq; ad mortem, extollitur & effertur & ad potestates & dignitates seculi prosilit: & artes quibus hæc assequi nititur, etiam si contra fidem & religionem sint, non refugit, nec horrescit, dummodo quod cupit obtineat, faciatq; malignum in conspectu domini: postquā indeptus fuerit summas insulas potestatum, & ad ipsa superbiæ fastigia summa conscenderit, inde deiectus traditur huic Chusarsaton uni scilicet ex aereis principibus, ut humiliet eū qui nimis fuerat exaltatus, ut affligat, ut conterat, donec resipiscat & quærat dominum: quia cum esset in superbia & elatione constitutus ignorabat dominum. Nunc ergo ij qui traduntur pro peccato, in tribulatione positi uideamus quid faciunt. Illud profecto quod scriptum est: Et clamauerunt ad domi- Psal. 107
num cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris & umbra mortis, & uincula eorum dirupit. Sed unusquisq; nostrū etiam si paruus sit, & etiam si minimus, etiam si nulla sit usus in ecclesia dignitate, potest per superbię uitium laborare: & nihil reperias tam fœdū, neq; execrabile, sicut scriptura dicit, quā pau- Eccl. 25
perem

perem ſuperbum,& diuitem mendacem. Nonnunquam autē morbus iſte ſuperbiæ penetrat non ſolum pauperes plebis, uerumetiam ipſum ſacerdotalem & leuiticū ordinē pulſat. Inuenies interdum etiam in nobis aliquos, qui ad exemplū humilitatis poſiti ſumus,& in altaris circulo uelut ſpecula,in quibus arrogantię uitium fœtet,& de altari domini,quod deberet incenſi ſuauitate fragrare,odor teterrimus ſuperbiæ & elationis renidet. Sed abiiciatur, quęſo,ab omni hac ſancta eccleſia,& pręcipue ab iis qui miniſtrāt
2 Cor. 4 in ſanctis,odor iſte teterrimus: ut poſſimus,ſicut Paulus dicebat,effici bonus odor Chriſti: ne forte iraſcatur dominus,& ad iracundiam prouocemus ſanctum Iſrael, & tradat nos in manus Chuſarſaton,& humilitatem quàm in ſcientia Chriſti docere debuimus, in correptionis noſtræ tribulatione diſcamus. Sed uide benignum dominū, miſericordiam cū ſeueritate miſcentem, & ipſius pœnæ modū iuſta & clementi libratione pēſantē. Nō in perpetuū tradit delinquentes, ſed quanto tēpore erraſſe te noſti, quāto tēpore deliquiſti, tanto nihilominus tēpore humilia teipſum deo,& ſatisfacito ei in cōfeſſione pœnitentiæ. Non expectes ut humiliet te Chuſarſaton, & inuito neceſſitas extorqueat pœnitentiam, ſed ipſe præueni tortoris iſtius manus: quia ſi te ipſe emēdaueris, ſi te ipſe correxeris, pius eſt deus,& miſericors, qui uindictā temperet ab eo, qui illā pœnitendo præuenit. Sed illud conſideremus, quia donec ſeruirent Chuſarſaton ij qui traditi fuerāt pro delictis, & non clamauerunt ad dominū, nemo ſuſcitatus eſt qui ſaluare eos poſſet. Cū autē clamauerūt ad dominū, tunc ſuſcitatuit dñs ſaluatorē Iſrael, & ſaluauit eos. Saluatorem aūt dicit Gothoniel, qui interpretatur tempus mihi deus. Per hūc ergo Gothoniel prior ille populus de ſeruitute humilitatis ereptus eſt, & reddita eſt pax populo, quā ſuperbia dudum,& diuerſa plebis facinora fugauere. Verū quoniā diximus ſpiritalem quendam intelligi poſſe Chuſarſaton regem,& unū de aduerſarijs & aereis poteſtatibus principem: ita conſequens mihi uidetur etiam Gothonielem iſtum, qui ad liberandum populum ſuſcitatus eſt, eſſe unum aliquem de militia cœleſti,& archangelicis turmis, qui ad adminiculum mittūtur eorum, qui hæreditatē capiunt ſalutis, & ſunt angeli Saluatoris, qui uel Gothonielis, uel Aioth ſpecie deſignanē: qa, ſicut ſæpe oſtendimus, non ſolum à cōtrarijs uirtutibus impugnamur, ſed & diuinæ bonæq; uirtutes ad auxilium noſtrū mittuntur à domino. Videamus tamen quis fuerit iſte Gothoniel, cuius familiæ, cuius nobilitatis. Filius, inquit, Ceneth frater Caleph: illius laudabilis & admirandi uiri Caleph, qui fuit comes, & ſocius Ieſu Naue: de quo, prout potuimus, in ſuis locis, quæ uiſa ſunt, diſſeruimus. Quid ergo dicit ſcriptura de iſto Gothoniel? Poſteaq; dixit quia clamauerunt filij Iſrael ad dominū, factus eſt, inquit, ſpiritus domini ſuper Gothonielem, & iudicauit Iſrael. Putas eſt in nobis aliquis, qui ita ualidum, & ita iuſtū clamorem mittat ad dominū, ut dignus ſit exaudiri, & mereatur populus accipere iudicem quem ſpiritus dei repleat, & poſſit rectum tenere iudicium. Vnde & liber ipſe Iudicum dicitur, & deſcribuntur in eo iudices, qui iudicauerunt populū. Sicut enim alij libri Regum dicūtur, uel Regnorum, in quibus deſcribitur unuſquiſq; regum quomodo regna uerit, uel quid egerit: ita & in hoc libello geſta Iudicum referuntur, & deſcribitur nō ſolum ſi quid ab eis recte & humiliter geſtū eſt, uerum & ſi quid culpabiliter emiſſum eſt. Cur tamen utrunq; deſcriptum ſit ſi requiris, profecto ut nunc eccleſiæ principes uel iudices peruidentes ea quæ ab eis laudabiliter geſta ſunt, priorum ſequātur exēpla: ſiqua uerò in illis culpantur, ut iſti caueant & declinent. Magna ergo laus primi huius iudicis Gothoniel refertur, quod ſpiritus dei factus eſt ſuper eum, & per ſpiritū domini iudicabat Iſrael: quod ego de alio quouis dictum non ualde memini. Sunt ergo omniū hodie eccleſiarum quæ ſunt ſub cœlo, quàm plurimi iudices, quibus iudiciū non ſolum rerum geſtarum datum eſt, ſed & animarum. Verum neſcio ſi quis talis eccleſiæ iudex eſt, quē dignum faciat Deus ſpiritu ſancto replere, ut ſicut Gothoniel iſte teſtimonio ſcripturę decoratus eſt, ita etiam ipſi de quibus hoc optamus, dei teſtimonium mereātur. Ait ergo: Et factus eſt ſuper eum ſpiritus domini, & iudicauit Iſrael, & exijt ad bellum, & tradidit dominus in manus eius Chuſarſaton regē. Quare hoc? Quia ſpiritus domini erat in eo, & cōfortata eſt manus eius per Chuſarſaton regē. Et poſt hæc dicit, quia quieuit terra ſub eo iudice quadraginta annis. Vides quā larga eſt diuina clemētia. Octo annis filij Iſrael ſeruierāt pro multorum delictis, quadraginta annis per unius iuſtitiā in pace

perdurant

perdurant. Sed quid dicitur post hęc? Et defunctus est, inquit, Gothoniel filius Ceneth. Rē uideo periculosam. Defunctus est Gothoniel, quia iam indignus erat populus, qui haberet iudicē talem. Denicę in consequentibus dicit. Illo defuncto adiecerūt, inqt, filij Israel facere malignū in conspectu domini: & cōfortauit dñs Eglon regē Moab aduersum Israel. Considera quia pro eo quod indigni erant iam habere principē talem, propterea aufertur ab eis bonus iudex. Et fecerūt filij Israel malignū in cōspectu domini, & excitatur eis hostis pessimus Eglō rex Moab. Vides quia peccata uires hostib. prębēt, & quando nos facimus malignū in conspectu domini, & delinquimus, tunc confortantur à domino inimici nostri, tunc uires contrarijs uirtutibus dantur. Hoc siue secundū literā quęras, ita inuenias, quia nō inualescerent nisi eis delicta nostra uires cōferrent: siue in spiritalibus cōsideres, similiter contrariæ uirtutes nō inualescerēt aduersum nos, nec ipse Zabulus in nobis aliquid prævaleret, nisi ei uires ex nostris uitijs pręberemus: valde infirmus esset aduersum nos, nisi nos eum fortē peccādo faceremus, nisi per peccata nostra locū introeundi & dominandi inueniret in nobis. Propterea et apostolus denicę præmonet dicēs: Nolite locū dare Zabulo: sicut & hic modo legimus, quia postea quā fecerūt filij Israel malignū in conspectu domini, locum dederunt Zabulo. Confortauit enim dominus Eglon regem Moab, & adiunxit ei omnes filios Ammon, & Amalech. Non solum, inquit, ipse confortatus est ex peccatis filiorum Israel, sed adiungunt ei socij nequā ex filijs Ammon, & Amalech, qui cum ipso pariter impugnēt Israel. Et seruierunt, inquit, filij Israel Eglon regi Moab, decē & octo annis. Obserua quia etiā mensuras pœnæ indicat scriptura diuina, cum ante octo annos, & hic decē & octo dicit: Certum est aūt quod secundū peccati modū, & conuersionis nostræ morā, etiā castigationis tempora temperantur. Transierunt enim & isti decē & octo anni seruitutis, & non refertur quia clamauerūt ad dominū, uel cōuersi sunt à malitia sua: sed post decē & octo annos iterū dixit, quia clamauerunt filij Israel ad dominū, et suscitauit eis dominus deus saluatorē Aioth filiū Gera, filij Gemini, uirū ambidextrū. Ecce qualis est iste qui suscitatur ad saluandū Israel: nihil habet in se sinistrū, sed utrāq; manū dextrā habet. Hoc est em quod dicit ambidexter. Dignus uerò populi princeps, & ecclesiæ iudex, qui nihil agat sinistrū, cuius qđ agit dextera, nesciat sinistra sua, in utraq; parte dexter est, in fide dexter est, in actibus dexter est, nihil habet de illis qui collocantur à sinistris, quibus dicit: Discedite à me operarij iniquitatis, nescio uos, ite in ignem ęternū quē prępараuit deus Zabulo et angelis eius. Quod si licet in talibus ex simili præsumere, puto quod secundū spiritalem intelligentiā, & sancti omnes ambidextri dicātur: & econtrario Zabulus, & princeps eius, si dici potest, ambisinistri dicuntur. Totū enim quod agunt sinistrū est, totum peruersum, totum igni æterno cū ijs qui à sinistris sunt, deputatum. Sed uideamus quid agit hic ambidexter iudex. Miserūt, inquit, filij Israel munera ad Eglon regē Moabitarum per manum Aioth: & fecit sibi Aioth gladium ex utraq; parte acutū, palmę extensę longitudine, & alligauit sibi eum Aioth ad femur dextrū. Vides quia dextrum est omne quod agit Aioth hic ambidexter, & manibus dexter est, & in pedibus dexter est. In femore enim dextro gladiū portat, ut ueniat ad regem, et interficiat eum. Dixeramus in superioribus quod isti quos ad salutē populi, & ad liberandos filios Israel suscitare dicitur deus saluatores, uel iudices, imaginē ferant aliquorū principum ex cœlesti militia & supernarum uirtutum, quas ad subsidium deus emittat eorū, qui ad se toto corde clamauerint, & per conuersionem pœnitentiæ diuinā erga se clementiā flexerint. Sed hoc ut ne præsumptum apud auditores uideat à nobis, debemus ex scripturarū auctoritate firmare. Scriptum est in Exodo, quia patres nostri filij Israel cum multo tēpore Ægyptijs & Pharaoni regi durissimo in luti & lateris cōfectione seruissent, clamauerūt ad dominum, inquit, ita ut ipse dominus diceret: Clamor filiorū Israel ascendit ad me: et missō quidē Moseo uisibiliter eduxit eos. Refert aūt scriptura q̄ angelus exterminator missus sit, qui uastaret quidem omnia primogenita Ægyptiorum: Israelitarum uerò neminem tangeret. Et sic declarat uirtutem fuisse cœlestem, quæ uastatis Ægyptijs & prostratis, filios Israel de iugo seruitutis eduxit. Simile quoq; etiā illud refertur in historijs, quod sub rege Assyriorū Sennacherib, angelus domini mittit, qui cæsis sub una nocte & prostratis centum octogintaquinq; milibus hostiū, & urbem de obsidione, & popu-

Exod. 3. 7

4 Reg. 19

lum de imminenti liberaret interitu. Ita ergo etiã nunc eadem cõsequentia debemus ad uertere, ut siquando pro peccatis nostris in captiuitatẽ tradimur, clamemus ad dominũ. Clamemus autem nõ ore, sed mente, ita ut dolor cordis fontẽ lachrymarũ producat ex
Psal.6 oculis, sicut ille qui dicebat: Lauabo per singulas noctes lectũ meũ, lachrymis meis stratum meum rigabo. Si ita conuertimur à malis, ut ultra non contingamus mala, si ita desinamus à superbia, ut ultra nihil superbũ, nihil arrogans sapiamus, mittet etiã dominus uirtutẽ suã cœlestẽ, per quã liberemur à iugo seruitutis Zabolicę: quę uirtus omnia pro nobis agat dextra & prospera, quæ faciat nos relinquere uitam sinistrã, quæ ducit in per
Ioan.14 ditionem, & reuocet nos ad ueram uitã, illum qui dicit: Ego sum uia, & ueritas, & uita, Iesum Christum dominũ nostrũ, cui est gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

De Semegad, & Iabin, & Sisara, & cæteris iudicib. Homilia IIII Cap. III. IIII

ONIVNGITVR principatui Aioth ambidextri, principatus Semegadi.

C Sed uideamus qualiter Aioth qui interpretatur laus, concluserit principatũ suum. Historia nos edocuit ea quæ de Eglon rege scripta sunt, quõ sapiẽtissimus hic Aioth arte quadam, &, ut ita dicam, callida, sed laudabili usus deceptione interemerit Eglon tyrannum, qui interpretatur rotatus uel orbita. Oportet ergo tales esse & nostri populi iudices, qualis fuit Aioth iste qui interpretatur laus, ut omnes uolubiles motus, & orbitas mali itineris excidant, & perimant Madianitarũ regem. Madianitæ autem interpretantur fluxus, uel effusio. Huius igitur fluxæ, & dissolutæ gentis princeps uel dux qui potest uideri alius, uel intelligi, nisi sermo illius philosophi, qui summum bonum iudicat uoluptatem? quem interficiat, & perimat Euangelicus sermo, qui gladio comparatur: & sermo propheticus ipse in uẽtre eorũ, atq; in imis præcordijs ambidextri doctoris disputationib. concludatur: ut ueritatis assertione eos concludẽs, extinguat omnem praui dogmatis & crassæ intelligentiæ sensum, qui se extollit, & erigit aduersum spiritalem scientiam Christi: ut hęc ita faciens, & in uerbo dei dimicans unus-
Matt.25 quisq; ecclesiæ iudex, fiat etiam ipse laudabilis Aioth, de quo dicat dñs: Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam. Verum breuiter istis à nobis de priori lectione, id est de Aioth fine repetitis, uideamus nũc quale sit etiã principiũ Semegad, qui interpretatur ibi aduena. Verũ est enim, quia omnes qui sunt
Psal.119 homines dei, aduenæ sunt in hoc mũdo, & incolæ in terra, sicut & ille qui dicebat: Quoniam incola ego sum apud te in terra, & peregrinus sicut oẽs patres mei. Et hunc ergo Semegad sanctus spiritus ibi incolã dicit, id est hic. Quod eñ sancto spiritui qui in cœlis est, ibi est, nobis hic est. Quid ergo dicit de Semegad? Percussit, inquit, Allophylos in sexcẽtis uiris, in stiua, uel pede aratri. Aliud genus laudis in Semegad uideo. Iste in aratro pugnat, Aioth pugnabat in gladio. Iste in aratro uincit. Vincit tamen & hic, & superat, & prosternit Allophylos. Potest ergo fieri, ut ecclesiæ iudex nõ semper gladiũ proferat, id est non semper austeritate uerbi, & acumine correptionis utatur: sed aliquando etiam imitetur agricolam, & uelut aratro sulcans animæ terrã, ac sæpius eam clementi cõmotione rescindens, aptã eam suscipiendis seminibus paret. Interficient ergo etiam sic Allophyli, cum non argumentis & acumine cõtra aduersarios utimur, sed agresti & simplici cõmonitione de animis auditorũ uitia & peccata propellimus. Sed & tu ipse ô auditor esto agricola animę tuę, utere hoc aratro quo utitur Semegad. Sed cum miseris
Luc.9 manum tuã in aratro, noli retro respicere: id est postq; tuleris crucẽ tuã, & sequutus fueris Christum, postq; seculo renunciasti & ijs quę in seculo sunt, noli retro respicere, noli requirere quæ propter Christũ duxeras ut stercora: quia si in isto aratro manũ semp habueris, ita ut confidenter dicas: Mihi autẽ absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu
Gal.6 Christi, per quẽ mihi mundus crucifixus est, & ego mundo, hæc tibi dicenti cadent à dextris tuis decem milia, & à sinistris tuis mille, ad te uerò nõ appropinquabũt. Sed & hoc
Psal.91 ipsum quod dixit, in sexcẽtis uiris Allophylos percussisse Semegad, nõ mihi uidet otiose dictũ. Quid eñ opus erat designare etiam numerũ? nisi forte euidẽtius in ipso numero ea de quib. superius diximus, indicauit. Nanq; senarius numerus, qui multiplicatus uenit in sexcentos, mũdi huius figuram tenet, qui in sex diebus dicitur consummatus. Sexcẽtos ergo in aratro dicitur percussisse ille, qui per crucẽ domini crucifixus est mundo. Sed

do. Sed quid post hæc addit? Et adiecerũt, inquit, filij Israel facere malignũ in cõspectu domini, & Aioth mortuus est. Seruatur nimirũ in his etiã illa obseruatio, quã in superioribus designauimus, quia pro peccatis populi morit bonus populi dux. Cũ em indigni fuerint effecti, & fecerint malignũ in cõspectu domini, auferet ab eis homo dei. Sed dicit fortasse populus noster: Quãdo ecclesia dei sine iudice est? Etiã si prior defecerit, alter adhibet. Audacter fortassis aliquid dicimus, tamen qd scriptũ est dicimus. Nõ semper princeps populi, & ecclesiæ iudex per dei arbitriũ datur, sed prout merita nostra deposcũt. Si mali sunt actus nostri, & operamur malignum in cõspectu dñi, dantur nobis principes secundũ cor nostrũ. Et hoc tibi de scripturis probabo. Audi nanq; qd dominus dixit: Fecerũt sibi regẽ, & nõ per me, & principem, & nõ per consiliũ meũ. Et hoc dictum uidetur de Saul illo, quẽ utiq; ipse dñs elegerat, & regẽ fieri iusserat: sed quoniam non secundũ uoluntatẽ dei, sed secundũ peccatoris populi meritũ fuerat electus, negat eum cũ sua uoluntate, uel consilio cõstitutũ. Tale ergo aliquid intelligamus etiã in ecclesiis fieri, quia pro meritis populi, aut in uerbo & opere potẽs à deo tribuit rector ecclesię, aut si malignũ faciat populus in cõspectu domini, talis ecclesię iudex dat, sub quo famem & sitim populus patiatur, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed famẽ audiendi uerbũ domini. Ita ergo nos agamus, & ita oremus, ne unq; nos diuina indignatio in uerbi fame condẽnet ac siti, ne unquã auferat à nobis, qui nos uerbo & opere instruat, qui in moribus, & honestate, qui patientiæ ac mansuetudinis perfectũ de se populis prębet exẽplum. Nã si nos fecerimus malignũ in cõspectu domini, id est si male egerimus, si uoluntatẽ nostrã & nõ dei facimus, moritur & nobis Aioth, aufertur & Semegad, & obscuratur laus nostra, tradimur in manus Iabin regis Chanaan. Iabin aũt interpretat sensus siue prudentia. Si ergo nos nõ probauerimus deũ habere in notitia, tradit nos deus in reprobũ sensum, repletos iniquitate, nequitia, fornicatione, auaritia, plenos inuidia, homicidijs, cõtentione, dolo, susurratores, detractores, deo odibiles, contumelioſos, superbos, elatos, parentib. non obedientes, incõpositos, sine affectu, sine misericordia. Vides qui sint & quales qui traduntur in reprobũ sensum, qui traduntur Iabin principi Chananæorũ. Et princeps, inquit, militię Iabin erat Sisara, & ipse habitabat in Arisoth gentium, et erat ei nongenti currus ferrei. Et clamauerũt ad dñm filij Israel. Etiã et in hoc similiter illa quã superius designauimus, obseruatio custodit, quia nesciunt clamare ad dominũ filij Israel nisi cũ traditi fuerint in manus Iabin, uel cũ afflicti per eius militiæ principem Sisarã, cui erat, inquit, nongenti currus ferrei, quib. scilicet affligeret populus duręceruicis. Sisara aũt interpretat uisio equi. Iste est em animalis nõ spiritalis, q nõ uidet nisi ea quę animalis sunt. Ipse est eius uisio, ipse semper intuitus. Et ideo semper animalis homo, & is qui secundũ carnẽ est, persequitur eum qui secundũ spiritũ est, donec spiritalis intelligat, & examinet omnia, & intelligat unde sibi sit auxiliũ deposcendum, & clamet ad dominũ: donec animæ illi quæ clamauerit ad dominũ, suscitetur prophetia quæ est in figura Debborę, & secundum prophetiæ gratiã, & intelligentiam, uel ecclesię populus gubernetur, uel etiã sensus uniuscuiusq; mentis & animæ regatur, per Iesum Christum dominum nostrum, cui est gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

Osee 8

Rom. 1

1 Cor. 2

De Debbora, & Barach, & Iahel, & Sisara. Homilia V Cap. IIII

D E quæstionibus ad quæstiones, & de sacramentis ad sacramẽta transimus: et cum uix ac difficulter prima quæq; explanamus, difficilibus difficiliora succedunt, quæ non tam ingenij facundia indigeant, cũ diuinæ gratiæ aspiratione requirant. Sine dubio enim requirit auditorem, quoniam quidem sententia est Apostoli Pauli, quæ dicit omnis scriptura diuinitus inspirata utilis est ad docendum, ad increpandum, ad doctrinam quæ est in iustitia. Quid ergo habeat in sese ista scriptura, quam sine dubio & ipsam inspiratam diuinitus confitemur, quod nobis ad doctrinam cedat, quod ad increpationem, quod ad disciplinã, quod ad iustitiã, diligẽtius est inquirendum. Quid em nobis ex hoc confertur si legamus hoc quod recitatũ est, id est quod Debbora, inquit, mulier prophetissa uxor Laphidoth, ipsa iudicabat Israel illo tẽpore, & ipsa, inquit, Debbora sedebat sub palma inter mediũ Rama, et inter mediũ Bethel, in monte Effrem, & ascendebãt ad eam filij Israel, ut iudicarẽtur? Tum deinde quid nobis

2. Tim. 3

eruditionis,aut doctrinæ,aut iustitiæ ea cõferũt quæ sequuntur,uel de Barach, uel de Iahel,uel etiã de Sisara duce militię Iabin? Videamus ergo ne forte per hęc dignũ aliquid sicut & ex scripturis cæteris,de sacramentis secretioribus doceamur.Primo hoc ipsum, quod cum plurimi iudices uiri in Israel fuisse referũtur, de nullo illorũ dicitur quia prophęta fuerit,nisi de Debbora muliere. Præstat & in hoc non minimã consolationẽ mulierum sexui etiã prima ipsius literę facies,& prouocat eas uti nequaquã pro infirmitate sexus desperent etiã prophetiæ gratiæ capaces se fieri posse, sed intelligãt, & credant ꝙ meretur hanc gratiã puritas mentis,nõ diuersitas sexus. Sed uideamus quid etiã interioris intelligentiæ respirat arcanũ.Debbora apis interpretatur siue loquela.Sed iam & in superioribus diximus quod Debbora in prophetiæ forma accipiẽda sit, quæ est apis.Certũ nanq; est quod omnis prophetia suaues cœlestis doctrinę fauos, & dulcia diuini elo
Psal.119.18 quij mella cõponat. Vnde & Dauid canebat dicens: Quàm dulcia faucibus meis eloqa tua,super mel & fauũ ori meo.Et iterũ alibi dicit,iudicia dei preciosa esse sup aurũ,& lapidẽ precioſum multũ,& dulciora super mel & fauũ.Sed & illud cõsideremus, ubi residere dicitur prophetia,& ubi locus eius esse describitur.Sub palma,inquit, inter mediũ Rama,& inter mediũ Bethel.Sub palma sedẽ habet prophetia,quia iustus (inquit Dauid) sicut palma florebit, per hoc quod suis institutionibus eruditũ prophetia perducit ad palmã supernę uocatiõis dei,in Christo Iesu dño nostro.Inter mediũ aũt Rama, & inter mediũ Bethel sedere dicit. Rama interpretatur excelsa: Bethel domus dei. Videte in quibus locis residere dicit prophetia,inter excelsa & domũ dei. Nihil em̃ humile, nihil deiectũ,nihil uile erga prophetiæ sedẽ reperiri potest:sicut & Salomon nihilominus sapientię sedẽ describẽs,dicit de ea,quod uel in portis ciuitatũ adsistat,uel in murorũ mœnib.habitet,uel in altis turribus libere agat.Hoc ergo modo ꝓphetia, quæ nũc in Deb-
Col.3 bora describitur,inter domũ dei,& inter excelsa dicit habitare.Nõ enim nos docet quę super terrã sunt quęrere,sed quę in cœlis sunt & in excelsis,ubi Christus est in dextra dei sedẽs:illuc nos prophetia hortat ascendere,illuc discipulos molit imponere. Hæc ergo primo omniũ,inquit,misit,& uocauit ad se Barach.Barach interpretat coruscatio. Coruscatio uerò est quæ habet quidẽ lucem,sed non permanentẽ. Ad modicũ em̃ temporis resplendet, & desinit. Hic ergo Barach mihi uidet formã gerere populi prioris, qui primo omniũ per prophetiã uocatus est,& inuitat ad audiẽda eloquia dei,& diuinæ legis munera capienda,qui refulsit quidẽ, & ad legis splendorẽ ad breue tempus coruscauit,sed non diu permansit,nec continuũ lucis potuit obtinere fulgorẽ.Cũ ergo dixisset Debbora ad Barach,id est prophetia ad priorẽ populũ,quia tibi pręcepit dominus deus Israel:& tu ascẽde in montẽ Thabor,et accipe duodecim milia uirorũ,& reliqua quę scripta sunt,quid responderit Barach ex persona populi ad prophetiã uideamus:Nõ,inquit, ascendã nisi tu ascenderis mecũ, quia nescio diem in qua mittet dñs angelum suũ mecũ. Vides ergo quomodo illis prioribus ꝓphetia detulit eloquia dei,& illis dicit data esse precepta ut ascẽdant in montẽ:sed excusant & dicũt,nõ ascendã,nisi ascẽderis & tu mecũ.Et de excusatione quidẽ uerũ est,sed de repromissione falsum est.quod em̃ nõ ascenderunt in montẽ dei uerũ est: quod aũt pollicentur se ascensuros cũ prophetia falsum est.Non enim sequuti sunt prophetiã, ut crederẽt ei de quo omnis prophetia præscripta est Christo. Propterea ergo dicit ad eum Debbora: Ibo tecũ. Veruntamẽ scito, quia nõ erit primatus tuus in uia hac quã incedis, sed in manu mulieris tradet dominus Sisarã. Euidenter ostendit quia non erit apud illum populũ primatus, nec permanebit apud eũ uictoriæ palma,sed in manus mulieris,cui nomen Iahel,tradetur Sisara. Describitur aũt quod secundũ commonitionẽ Debborę, id est prophetię, insequeret Barach principem Allophylorũ Sisarã: & ipse quidem eum cõprehendere non potuit, sed occurrit ei fugienti mulier alienigena Iahel, quæ mulier prius cũ eo amicitiarũ fœdus habuerat.Ad quã ille cũ declinasset latendi gratia, & aquã popoſcit ut biberet, ab illa lacte potatus est.Et cũ eũ in latebris collocasset, ac pellibus adoperuisset,post hęc palum malleo adactũ per eius malas uel maxillas defixit. Et tunc occurrens insectanti Barach mortuũ iam & prostratũ ostendit Sisarã.Quid ergo nobis sacramenti omnis iste historiæ textus ostendit? Iahel mulier ista alienigena, de qua prophetia dixit,ꝙ in manu mulieris fiet uictoria,figurã tenet ecclesię, quę ex alienis gẽtibus congregata est. Interpre-

tatur

tatur aũt Iahel aſcenſio: quia reuera nõ eſt alia aſcenſio qua aſcendatur ad cœlũ, niſi per eccleſiam multiformis ſapiẽtiæ dei. Ipſa eſt ergo, quæ dum à corporalibus ad ſpiritalia, & à terrenis aſcendit ad cœleſtia, interfecit Siſaram, de quo iam ſuperius diximus, quod carnalium uitiorum, & animalis, uel ſtolidi hominis tenet figurã, quia Siſara uiſio equi interpretatur. De quo ſcriptura dicit: Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus nõ eſt intellectus. Palo ergo eum interfecit, id eſt ligni crucis acumine, & uirtute eũ proſternit. Et nõ ſine cauſa maxillam eius palo tranſuerberaſſe deſcribitur. Illud enim os, quod de carnalibus loquebatur, & illa doctrina quæ carnis gloriã præferebat, quia in delicijs, & uoluptate uiuendũ ſapientibus ſeculi perſuadebat, & humanum genus luxuriæ adulatione deceperat: illud inquam os ligno crucis confoditur & terebrat, quia illam uiam, quam philoſophia latam & ſpatioſam prædicauerat uoluptatis, hanc Chriſtus arctã & anguſtam nobis uiam ſalutis oſtendit. Sic ergo Iahel, id eſt eccleſia, uitiorum principem Siſaram obtectũ pellibus, id eſt membrorum mortificatiõe ſopitum, æterno tradit ſomno. Occurrit tamen Iahel, id eſt eccleſia poſt hoc & priori populo inſectanti Siſaram. Inſectabatur enim Iſrael legem iuſtitiæ, ſed in legem non peruenit. Occurrit ergo eccleſia etiam ipſi, & oſtendit ei opus ſuum, oſtendit uictoriam conſummatã, atq; in ſocietatem eum proſtrati hoſtis inuitat. Verum eſt enim illud, quod Apoſtolus in nouiſſimo tẽpore dicit futurum, quia cum plenitudo gentiũ ſubintroierit, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. *Pſal.32* *Rom.11*
Fit ergo quidem primatus in manus mulieris alienigenæ, non tamen excluditur à conſortio gloriæ etiam Barach, qui prior quidem cœperat, ſed nouiſſimus peruenit ad finem. Imõ dum ille peruenit, Iahel alienigena prætereũtem quodammodo uictoriã rapit. Eadem forma præceſſit etiam in Eſau, et Iacob fratribus. Dum enim Eſau ſectatur agreſtia, dum moratur in ſaltibus, præueniens Iacob, et mulieris conſilijs, id eſt matris, cõpoſitos patri offerens cibos, benedictionis primatus accepit. Sic & in Euangelio pergẽte domino ad filiam principis ſynagogæ ſuſcitandam, præueniẽs mulier quæ fluxu ſanguinis laborabat, fideli tactu prior conſequitur ſanitatem. Quod ſi etiã inde requirẽdum aliquid uidetur à diligentibus auditoribus, quod lacte eum potaſſe dicitur, cum ille aquã popoſciſſet, uideamus ne forte ſecundum myſticas uel allegoricas legis interpretationes, tale aliquid etiã de hoc poſſit oſtendi. Lactis cibus eſſe dicit in ſcripturis ſanctis, prima hæc moralis inſtitutio, quę incipientibus uelut paruulis traditur. Nõ enim in initijs ſtatim diſcipulis de profundis & ſecretioribus tradendum eſt ſacramẽtis, ſed morum correptio, emendatio diſciplinæ, religioſæ conuerſationis, & ſimplicis fidei prima eis elemẽta traduntur. Iſtud eſt eccleſiæ lac, hæc incipientibus paruulorũ prima ſunt elemẽta. Sed iſte cibus ijs quidem qui ad bonum proficiendi propoſitum gerũt, uitam tribuit & ſalutem: ijs uerò quibus cõtraria placent, quibus luxuria, libido, auaritia, & omnis impietas cordi eſt, huiuſmodi doctrina necẽ & interitũ præſtat. Sic ergo fit, ut ex his, atq; ijſdem cibis quibus aluntur boni, ſuffocẽtur mali: & in quo pijs uita eſt, ibi ſit impijs mors. Denicq; ut exemplo res quam dicimus planior fiat, uinum ſanos & cõmode degentes iuuat, & (ſicut ſcriptura dicit) cor hominis duntaxat lętificat. Febricitãtibus uerò ſi ſumpſerint, pernicie continuo et interitum parit. Ita fit ut eadem res eodem modo ſumpta, uni quidẽ uitam, alij autem conferat mortem. Sic ergo intelligendum eſt & Siſarã iſtum animalẽ hominem, & uitiorum principem, per doctrinam eccleſię, quã non ex fide ſuſcepit, extinctum. Sed & unaquæq; anima ſatis agat lacte iſto Euangelico atq; apoſtolico ſopire in ſemetipſo & extinguere Siſaram. Si enim per hæc edoctus quis mortificauerit membra ſua quę ſunt ſuper terram, auaritiam, fornicationem, & cætera quæ ſanctus Apoſtolus enumerat: Siſaram in ſemetipſo uidebitur peremiſſe, ut hęc nõ ſolum in perſona eccleſiæ conſummari, uerumetiam unuſquiſq; in ſua anima oſtendat impleri. Quia (ſicut diximus) cœptus eſt quidem Siſara inſectari à populo priori, interemptus autem à mulliere ac eccleſia gentium, & in manu eius data eſt palma uictoriæ. In cõſummatione omnium, id eſt in fine ſeculi, etiam canticum domino cantabitur per Debboram, in quo primatus quidem dabitur Iahel eccleſiæ gentium: nec tamen Debboræ laus ſilebitur: ſed & primis & nouiſſimis uictoriæ præmium dabitur, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, cui eſt gloria, & imperium in ſecula ſeculorum. Amen. *Col.3* *1 Cor.3*

De cantico quod cantauit Debbora. Homília VI Cap. V

ISARA cũ exercitu ſuo, & curribus ferreis quibus impugnat populũ dei ſuperatus eſt, quod ita futurũ prophetia præcecinit per Debborã. Et poſteaq; in manu mulieris facta uictoria eſt, canticum iſtud Debbora, uelut uictoriæ ipſius laudem, cecinisſe præſcribitur. Verum ſi meminimus eorum quæ in ſuperioribus dicta ſunt ſecundum myſticam formam, quæ eſt figura Debboræ, quæ etiam Barach, quid imaginis teneat Iahel mulier, quæ aduerſarium populi dei ſola deiecit, quæ etiam imago ſit Siſarę ipſius, qui à muliere alienigena ligni uirtute proſtratus eſt: intelligimus hæc omnia ſacramenta eſſe, quæ in nouiſſimis temporibus, & in fine ſeculi per eccleſiã conſummantur, & in cantico hoc uelut epinicia eius, id eſt uictoriæ laudem eſſe deſcriptam, illius ſcilicet temporis cum nouiſſimus inimicus deſtruetur mors. Tunc em̃ exultabit Debbora, id eſt exultabit gloria prophetiæ, quia quę prædixit, impleta ſunt. Tunc itaq; eccleſia hoſtem communem omnium ſuperabit: & poſteaquam plenitudo gentium introierit, tunc & Barach, id eſt reliquus Iſrael ſaluus fiet, & in ſocietatem uictoriæ recipietur. Tunc ergo, ſi digni fuerimus, etiam nos cantabimus canticum iſtud refertũ myſticis & propheticis ſacramentis, ex quibus per ſingula diſcutere cuncta temporis non eſt. Breuitatẽ nanq; auditores eccleſiæ diligunt. Pauca tamen uel de principijs eius diſſerẽtes, uel ſparſim ex eo floſculos eligentes, conſolationis aliquid auditorib. afferre tentabimus, uel noſmetipſos exercere, & meditari ut apti efficiamur ad Debborę canticũ decantandũ. In incipiẽdo principes in Iſrael, in uoluntatibus populi benedicite dn̄m. Benedictio, inquit, qua benedicimus dominũ, ſit in exordio principũ in Iſrael, tũ deinde & in uoluntatibus populi. Verbi gratia: cum primũ incipimus uenire ad dei cultũ, cũ initiũ uerbi dei & doctrinę cœleſtis accipimus, à principib. Iſrael iſta nobis initia capeſſenda ſunt. Principes aũt Iſrael, id eſt populi Chriſtiani, angelos accipiẽdos puto, q̃s adeſſe dn̄s dicit unicuiq; minimo in eccleſia, qui etiã ſemper uidere dicunt̃ faciẽ patris, qui in cœlis eſt. Ipſi ergo ſunt principes, & ab ipſis nobis ſunt ſumenda principia. Verbi gratia: ſi eat quis puer ad ſcholas, à magiſtro quidẽ ſuſcipitur, et efficitur illius doctoris diſcipulus, ſed nõ ſtatim diſcendi ab ipſo præceptore ſumit exordiũ: ſed cum ab eo prima tãtum elementa ſuſceperit, traditur alijs erudiẽdus (ut ita dicã) ſcholæ ipſius principibus: ut cum ab illis quantũ in illis eſt fuerit edoctus, & cum prima apud eos depoſuerit rudimenta, tum demum ipſius doctoris perfectiora præcepta ſuſcipiat. Ita ergo etiã nũc inſtitutionũ noſtrarũ initia repetens prophetia dicit, quod cũ à principibus, uel principes cœperint operari in nobis, deinde nos uolũtate & propoſito ſubſequamur, & aucti profectibus, ſic ad benedicendũ iam ipſum dominũ ueniamus. Sed uideamus quid dicit: In incipiendo, inquit, principes in Iſrael. Initia iuuari à principibus dicunt̃: poſt hęc uerò iã uoluntate propria, & propoſito nitendũ eſt, ut benedicere dominũ mereamur. Nam & populus Iſrael cũ inciperet exire de Ægypto, & trãſire mare rubrũ, nihil ipſius proprio labore, ſed totũ per principes, id eſt per angelos agebat̃. Deniq; ſic dicit Moyſes ad populũ: Vos, inquit, tacebitis, & dominus pugnabit pro uobis. Aperte em̃ angelus uaſtator pro eis pugnaſſe deſcribitur, qui Ægyptiorũ quidem primogenita interemit: Iſraelitarum uerò nec pecus quidem mutire fecit. Verum nõ ſemper expectandum eſt ut angeli pro nobis pugnent, ſed in incipiẽdo tantummodo, id eſt in initijs noſtris, à principibus angelis adiuuamur. Cæterũ proceſſu temporis oportet etiam nos ipſos exire armatos ad prælia. Ante enim quàm bella diſcamus, antequã pugnas domini pugnare meditemur, à principibus angelis ſubleuamur: antequam panis cœleſtis conſequamur annonam, & carnibus agni immaculati ſatiemur, antequam ueræ uitis quæ aſcẽdit de radice Dauid ſanguine inebriemur, donec paruuli ſumus, & lacte alimur, & initiorum Chriſti ſermonem tenemus, tãquam paruuli ſub procuratoribus agimus, & actoribus angelis. Vbi uerò iam militiæ cœleſtis ſacramenta guſtauimus, & pane uitæ refecti ſumus, audi quomodo per apoſtolicam tubam ſuſcitamur ad prelia. Ingenti nanq; uoce Paulus clamat ad nos dicens: Induite uos arma dei, ut poſſitis ſtare aduerſus aſtutiam diaboli. Nõ nos ultra patitur latitare, inuitat nos ad certaminum campos: Induite, inquit, uos loricã charitatis, & galeam nihilominus ſalutis accipite, ſed & gladiũ, inquit, ſpiritus, & ſuper omnia ſcutũ fidei, in q̃ poſſitis (ait) omnia iacula maligni ignea extinguere. Vides ergo quomo-

Exod. 12. 14

Eph. 6

quomodo omnia per ordinem fiunt, & nihil confusum in populo dei, nihil incompositum, aut prępostertū geritur. In incipiendo principes iuuant: cū adiutus fueris, & à principibus eruditus, iam tibi ipse sponte & uoluntate tua, quæ didicisti à principibus, gere. Recte enim decoctis principijs, depositisq; rudimentis nostræ cōmittemur uoluntati, ut uel laus meriti sit, quæ nostra uirtute quęsita est, uel culpa iure sit nostra, quæ per nostrā uenit ignauiā. Hæc pro eo quod scriptū est: In incipiēdo principes in Israel, in uolūtatibus populi benedicite dominū. Post hęc autem dicit: Audite reges, & auribus percipite satrapæ. Domino cantabo, psallam deo Israel. Audite, inquit, reges. Reges appellat eos qui conuocantur ad audiendū uerbum dei. Exulta populę dei, audiēs tuę nobilitatis insignia. Tu uocaris ad audiendū uerbū dei, & nō ut plebs, sed ut rex uocaris. Tibi enim dictum est: Genus regale, & sacerdotale, populus in aquisitionem. Ideo qa uos reges estis, merito rex noster Christus dominus rex dicit regū, & dominus dominantium. Apoc. 19
Sed sicut exultatis de nobilitatis uestrę titulo, ita discere debetis quid agēdo unusquisq; uestrum fiat rex. Quod uobis ita breuiter definiam. Regem te omniū esse facit, si regnet Christus in te. Rex nanq; à regendo dictus est. Si ergo & in te animus regnat, & corpus obtemperat, si concupiscentias carnis sub iugum imperij tui mittas, si uitiorum gētes sobrietatis tuæ frenis arctiorib. premas, merito rex diceris, qui te recte regere noueris. Cū ergo talis fueris effectus, digne ut rex ad audiēda diuina uerba uocaberis. Hoc uerò q̄d subsequitur, magis corporeū aliquid indicat, quod dicit: Auribus percipite omnes satrapæ. Sicut enim inferiores sunt regibus satrapæ, ita & auribus percipere inferius uidetur esse q̄ audire. Audire nāq; ad interiorē pertinet hominē, sicut & dominus dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. Auribus uerò percipere, ad exteriorē & corporalem pertinet auditum. Ideo ergo & hic illi qui audire deberēt reges dicunt, qui uerò auribus percipere, satrapæ appellantur: Ego domino cantabo, psallam deo Israel. Beati sunt qui possunt cantare canticū domino. Cum redimus ad scripturas, multa cantica sacris mandata uoluminibus inuenimus. Habemus integrum uolumē de canticis canticorum scriptū. Ecce & in hoc libro Iudicū habemus cāticum, & in Numeris canticum scriptum est, & in Deutoronomio, & in Exodo, et in primo Regnorum libro. In primo etiam Paralipomenon, & in alijs multis locis inuenies cantica diuina esse descripta. Ait ergo hæc uox iusti: Ego domino cantabo, psallā deo Israel. Quis putas ita canorę uocis est, & ita spiritus puræ mentis, qui syncere canat, ut cantilena eius diuinū delectare possit auditū? Ille profecto est, qui nullū raucū habet in se peccati sonū, qui nihil offensionis in lingua, nihil crassitudinis in spiritu gerit, ille potest recte dicere: Ego domino cantabo, psallā deo Israel. Verum quia continuationē cantici per singula non occurrimus explicare, interpolādo saltem seriem lectionis, uideamus quid est quod dicit: Cor meū ad ea quæ disposita sunt huic Israel. Hoc modo uidetur quod dicit: Cor meū, & animus meus, & sensus meus, & tota mens mea ad illud intendit, & illud prospicit, quod dispositū est, & quod præparatum est Israel: illud tota mente prospicio quod futurum est. Si eā ad illud intēdero animum, oīa quę in hoc mundo sunt, ducā ut stercora, ut Christum lucrifaciam, Phil. 3
q̄ prępararit illa omnia quę oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, ijs qui diligunt eum. Cor ergo, inquit, meū ad illa extendit. Non enim adhuc humanum cor gero, neq; quæ cogito, secundū hominem cogito: sed quia secundum scripturam ij ad qs sermo dei fit, dij sunt, nec ego hęc humana, sed diuina mente prospicio. Potentes populi benedicite dominum, qui ascenditis super iumenta. Quid est ascēdisse super iumentū? Corpus hoc meum iumentū est: ad adiumentum enim, & ad ministerium datum est: ego autem sum, id est interior homo, qui ascendi super iumentum hoc, cui dicitur ut benedicam dominum. Si ergo uere ascēdisti supra corpus, & superior effectus corporalibus desideriis, & motus corporis tui freno mētis & interioris hominis moderamine gubernantur, de te dicitur quia ascēdisti super iumentū hoc, cui dicitur ut benedicas dominum. Quid autem est, quod sequitur? Super uehicula, inquit, sedētes, & sup asinas refulgentes. Quid sibi uidentur esse asinę refulgentes? Dicit enim scriptura, quia oporteat benedicere dominū eos, qui sedent super uehicula, & super asinas refulgētes. Mihi uelut in locis ita difficilibus tale aliquid uidet: cū iumentū hoc, id est corpus meū, sub iugo uenerit uerbi dei, tūc uehiculū corporis mei resplēdere incipiet: & asina hæc,

id est caro mea tunc refulgere dicetur, cum castitatis ac pudicitię fuerit splẽdore decorata. Et ita recte dicitur anima sedens super asinã resplendentẽ dominũ benedicere, & in medio lætantium laudare deũ. Ibi dabunt iustitias domino. Sacrificiũ dño illud est acceptabile, quod in iustitia offertur domino & æquitate. Et ideo dicitur: Iusti cõfortati sunt in Israel. In alijs quidẽ gentibus, qui corporis robore fortiores sunt, illi potentes dicunt in prælio: In Israel uerò qui iustiores sunt, ipsi potẽtiores dicunt in bellis: quia iustitia etiam si uiribus infirma sit, uincit: iniustitia uerò etsi multos & ualidos pugnatores habeat, superatur. Sic igitur in hac gẽte nostra, id est in populo dei, aut per iustitiam superamus, aut per iniustitiã uincimur. Exurge Debbora, exurge & suscita dena milia populi. Prophetia quãdo exurgit? Profecto in aduentu domini: & nõ solum ipsa exurgit, sed & populos suscitat ad credendũ. Captiuã ducito captiuitatẽ fili Abinoem. Abinoem responsio patris interpretatur. Huius filius est Barach. Captiuitatẽ de hostibus capiet, qui cœlestis patris responsa seruauerit. Domine humilia mihi fortiores me. Vox ista fideliũ est confitentiũ simpliciter fortiores esse inimicos suos, aduersum quos nobis pugna & certamen est: quia non est nobis pugna aduersus carnẽ & sanguinẽ. Alioquin non esset nobis fortior aduersarius. Sed quoniam aduersum principatus, & potestates, & aduersum mundi huius rectores tenebrarũ, & aduersum spiritalia nequitiæ est luctamẽ, idcirco dicit propheta: Domine humilia mihi fortiores me. Quomodo enim non hæc tanta spiritus uis, longe sit humana fragilitate uehementior? Sed in eo deus adiuuat infirmitatẽ nostram, in quo dicit Apostolus: Omnia possum in eo qui me confortat, Christo. Sunt istæ quidem uirtutes fortiores nobis: sed iterum qui in nobis est Christus, & confortat nos, est omnium fortior: cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Eph.6

Phil.4

De eo quod trãslati sunt filij Israel in manus Madian. Cap. VI. Homilia VII

QVIESCIT terra donec quiescit peccatũ. Moueri autẽ dicitur terra, hoc est ij qui habitant terram, cum animas hominum mouere cœperint, & perturbare peccata. Et ideo scriptum est hoc quod nunc præsens lectio continet. Et quieuit, inquit, terra quadraginta annis. Et fecerunt filij Israel malignũ in conspectu domini, & tradidit eos in manus Madian annis septẽ, & inualuit Madian super Israel. Dũ esset ergo iustitia in terra, id est in ijs qui habitãt terram, quieuisse dicitur terra. Cum uerò increuerit iniquitas, & fecerint malignum in cõspectu domini, tunc tradidit, inquit, eos dominus in manus Madian annis septem. Nec dicuntur inualuisse Madianitæ super populum domini, donec præcepta domini populus custodiuit. Cum uerò negligere cœpit mãdata diuina, robustior & ualidior effecta est aduersus eum hostium manus. Et aduersum quidem illum priorem populum corporales insurgebãt hostes, cum deliquisset: aduersum nos autem, qui Israel sumus secundũ spiritum, spiritalis sine dubio hostis insurgit: & cum mandata dei negligimus, cum Christum contemnimus, ualidior aduersum nos manus dæmonum efficitur: & tradimur etiã nos inimicis, cum deserimur à gratia. Sed uideamus quid accidit eis, qui traditi sunt pro peccatis suis. Et fugerunt, inquit, filij Israel à facie Madian per septa in mõtibus, & in speluncis, & in munitionibus: & efficiebat cum seminasset uir Israel, ascendebant Madian & Amalech & filij orientis super eos, & superueniebãt eis, et exterminabant oẽs fructus terrę usquequo peruenire tur in Gazam. Hæc quidem patiebatur ille, qui erat secundũ carnem Israel. Seminabat terram, sed quoniam pro peccatis suis traditus erat insurgentibus inimicis, pro frugib. corruptionem metebat. Nobis uerò qui secundũ spiritũ Israel nominamur, quid tale accidere potest consideremus. Est quando seminamus, & non possunt inimici corrũpere semina quæ seminamus, non possunt apri insidiari culturæ nostræ: est autem quando seminamus, et corrumpuntur quę seminamus. Paulus nos Apostolus de hac seminãdi doceat differentia. Audi ergo ipse quid dicit: Qui seminat, inquit, in carne, de carne metet corruptionẽ. Et qui seminat in spiritu, de spiritu metet uitam æternã. Isti sunt ergo, quorum semina Madianitæ corrumpunt, qui in carne seminant. Isti sunt quorum fructus exterminantur, & pereunt. Illa autem semina, quæ in spiritu seminantur, nõ possunt Madianitæ corrumpere. Nõ enim possunt aduersariæ potestates ascendere ad spiritales campos, & noualia spiritus temerare eorum qui non seminãt super spinas, sed innouant sibi noualia

Gal.6

noualia. Sed & illud addẽdum est: uolo enim & meipsum uobiscũ pariter commonere de cautela seminum, & spiritalium fructuũ diligẽtia. Frequẽter accidit, ut aliquis in opere spiritali multum desudans, fructus quãplurimos fecerit, & repleuerit horrea sua iustitiæ frugibus, & multa bona opera recondiderit in conscientiæ suæ conclaui: postea uerò si negligat, & post laborem procliuius ad uoluptates & luxurias uergat, omnia ei bonorum semina, & fructus sancti operis dominante libidine corrumpunt. Cum enim subintroierit peccatum, & captiuauerit hominis sensum, ut iam non respiciat ad mãdata dei, nec arduam uirtutis uiam libenter ascendat, depereunt omnia quę prius fuerãt in horreo conscientiæ congregata. Propterea ergo scripturæ sanctæ nobis seruãda cõmonitio est dicentis: Omni custodia serua tuũ cor. Custodiendum est igitur cor ab omni peccato, et *Prou.4*
præcipue in tempore persecutionis. Sicui enim accidat, ut in aliquo quidẽ tempore congreget fructus iustitiæ, conquirat opera uirtutum, & omnibus se probatissimis excolat disciplinis, in persecutionis uerò tẽpore deneget fidẽ, iste condita omnia euacuauit, ex omnibus facultatib. suis nudus repente & inanis effectus est, quia diu quæsitus, & multo uix labore collectus, subito omnis effusus est labor: & sicut dicit propheta, omnes iu *Ezech.3*
stitię eius quas fecit, nõ cõmemorabuntur. Propterea ergo fratres deprecemur dominũ confitentes ei infirmitatẽ nostram, ne nos tradat in manus Madian, ne tradat bestijs animam confitentem sibi, ne nos tradat in manus potentũ eorũ qui dicunt, quando ueniet tempus ut detur nobis potestas aduersus Christianos, quãdo tradẽtur in manus nostras isti qui se dicũt habere, uel nosse deum? Quod & si tradamur, & acceperint potestatem nostri, oremus accipere à deo uirtutẽ, ut sustinere possimus: ut & fides nostra in pressuris & tribulationibus clarior fiat, ut per patientiã nostram illorũ superẽt impudentia, & (sicut dixit dominus) in nostra patiẽtia acquiramus animas nostras: quia tribulatio pa- *Rom.5*
tientiã operatur, patientia uerò probationẽ, probatio aũt spẽ. Pertendit eñ nostra probatio nõ usq; ad uerbera solũ, sed usq; ad profusionem sanguinis peruenit: quia & Christus quem sequimur, pro redẽptione nostra effudit sanguinẽ suum, ut inde exeamus loti sanguine nostro. Baptisma eñ sanguinis solũ est quod nos puriores reddat, cũ aquę baptismus reddidit. Et hoc ego non præsumo, sed scriptura refert, dicente domino ad discipulos: Baptismum habeo baptizare quod uos nescitis. Et quõ urgeor ut perficiat? Vi- *Luc.12*
des ergo quia profusionem sanguinis sui baptisma nominauit. Et ne ista dicẽs, offendã, uereor ne istud baptisma eminentius sit illo baptismate quod per aquã traditur. Illo eñ accepto, ualde pauci sunt ita beati, qui id immaculatũ usq; ad exitum uitæ seruare potuerint. Hoc uerò baptismo qui baptizatus fuerit, peccare iam ultra nõ potest. Et si temeriũ nõ est in rebus talibus audere aliquid, possumus dicere, quod per illud baptisma præterita peccata purgantur: per istud uerò etiã futura perimunt. Ibi peccata dimissa sunt, hic exclusa. Mihi si cõcederet deus ut proprio sanguine diluerer, ut baptismũ secundũ, morte pro Christo suscepta perciperem, securus ex isto seculo discederẽ: ut ueniens ad animam meam de hac uita exeuntem princeps huius mundi nõ inueniret quicq;, quin potius, et sanguinis mei profusione sopiret, nec auderet in aliquo criminari animã cruore suo dilutã, morte sua clarificatã, sanguine suo lotam. Post istud baptisma nec Madianitę ultra irruerent ad disperdẽdos & exterminandos animæ fructus. Quis enim sequi possit animã martyris, quę supergressa omnes aerias potestates, ad cœleste tẽdit altare? Ibi enim sub altare dei animæ martyrũ positæ dicuntur diebus ac noctibus proclamare dicentes: Quousq; domine qui iustus & uerus es, non uindicas sanguinem nostrũ de ijs *Apoc.5*
qui habitãt terram? Ibi enim positæ diuinis adsistũt sacrificijs. Sed beati sunt qui hæc mentem rentur. Beati sunt quorum cor cum de seculo recedunt, non trepidat pro peccato, quos pergentes ad dominum delictorum formido nõ terret. Beata illa anima quę occurrentes sibi aerias dęmonũ turmas profusi in martyrio sanguinis cruore deturbat. Beatus est de quo eunte ad cœlũ dicunt angeli illam prophetică uocẽ: Quis est iste qui ascẽdit ex *Esa.63*
Bosor, hoc est qui de carne ad cœlũ ascẽdit? Quis est iste qui ascẽdit ex Bosor, rubor uestimentorũ eius: in rubore uestimentorũ cruorem sanguinis designans. Beatę sunt ergo animæ quæ sic Christum sequuntur, quomodo eas Christus præcessit. Et ideo quia sic sequuntur, usq; ad ipsum dei altare perueniunt. ubi est ipse dominus Iesus Christus pontifex futurorum bonorum, cui est gloria & potestas in secula seculorum. Amen.

Defi-

De filijs Orientis, & de Gedeon ex parte. Cap. VI Homilia VIII

STO, conuenerint aduersum Israel Madianitæ, qui interpretantur extra iudicium. Esto, isti conuenerint aduersum Israel, qui extra iudicium dei sunt, & qui extra legem peccauerunt, & extra legem peribunt. Esto, conuenerit & Amalech, qui & ipse interpretatur populus ablingēs. Esto, & hæc natio terrena, & uentri, & gulæ dedita, impugnare uenerint Israel carnalem. Quid est hoc quod etiā filij Orientis his admiscentur, & cum ipsis ad impugnandū Israel uenire dicuntur? Dic enim mihi adiutor. Si scriptum esset quia filij occidētis conuenerunt cum ipsis, nihil quærerem: diceres enim mihi allegoricis sensibus: quia filij occidentis sunt filij tenebrarum & ipsi iunguntur illis gentibus, uel quæ extra iudicium Dei sunt, uel quæ uentri deditæ impugnant eos qui mente deum uidere contendunt. Nunc autem cum dicatur quia filij orientis uenerunt cum Madianitis, & Amalech, quomodo hæc possunt competenter exponi? Videamus ergo si possumus in tam difficilibus locis scripturæ dignum aliquem in his sensum diuinis paginis inuenire. Omnis qui super se quoquo modo nomen susci-
Zach. 6 pit Christi, filius efficitur orientis. Sic enim scriptū est de Christo: Ecce uir Oriēs nomē est illi. Quisquis ergo Christi suscipit nomē, filius esse dicitur orientis: sed nō semper qui nomen Christi accipiunt, etiam in ecclesia permanent Christi. Si ergo uideas hæreticos Christi quidem nomine censeri: expugnare autem ecclesiam Christi, & arma conferre aduersum Christi fidem, & impugnare populū domini, bella suscitare aduersum catholicam fidem: nolo dubites de ijs dicere, quod isti sunt quidem filij orientis, sed cum Madianitis, & cum Amalech expugnare ueniunt populum dei, quia cū paganis & cum Iudeis ecclesiam dei etiā hæretici persequuntur. Et ipsos esse opinor, qui designantur in filijs orientis. Omnes ergo, inquit, Madianitæ, & Amalech, & filij orientis cōuenerūt simul, & ascenderunt, & superuenerūt eis, et castra posuerūt in ualle Iezrahel. Isti qui impugnare uolunt populū dei, castra in uallibus collocāt, in deiectis & humilibus locis, in ualle, inquit, Iezrahel. Inuenimus autem interpretari Iezrahel, semē dei. Vides ubi collocant castra aduersarij? Non sunt ausi ire illuc, ubi uidentur iam nati esse fructus spiritus, sed ubi adhuc semen dei iacet, ubi nondum fructus ascendit. Qui enim exijt seminare semen, seminat super omnem locū. Sed audi ipsum dominum dicentē quid pati soleat se-
Matt. 13 men dei. Aliud, inquit, cecidit secus uiam, & ueniētes aues cœli diripiūt illud. Quod ipse in posterioribus interpretatus dixit: Qui autem secus uiā seminati sunt, ij sunt qui audiunt uerbū, & cum lætitia accipiunt: uenit autem Zabulus, & tollit de corde eorū qd seminatū est. Sic ergo & isti tunc ueniunt ad semē dei, & uolūt illud tollere de corde eorum in quibus seminatum est, quia inueniunt eos in uallib. positos, & ima quæq; sectantes. De illis sunt eī qui humiliter & indigne & (ut ita dicā) Iudaico intellectu suscipiūt uerbum dei, & ideo possunt illud rapere dæmones de corde eorū. Qui aūt ab humilitate literæ ad spiritus excelsa conscendit, & intelligentiam refugiēs carnalē, sectatur in altioribus quę sunt spiritus dei, de isto nihil possunt rapere Madianitę, neq; Amalechitę, sed ne ipsi quidem orientis filij deprædari eū potuerunt, in excelso intelligentię spiritalis uertice constitutū. Illi ergo castra in uallibus collocant. Sed spiritus, inquit, dei cōfortauit Gedeon, & tuba cecinit, & uocauit post se Abiezer. Continentia quidē explanationis alium ordinem requirebat, uerū quia nos nō tam scripturas commentantes nūc loquimur, quàm populum de ijs quæ recitata sunt, cōsolantes, sparsim quæ occurrūt de singulis quibusq; tractamus. Vocauit, inquit, post se Abiezer: qui utiq; nusquam erat. Interpretatur autem Abiezer patris mei auxilium. Nō ergo humilem aliquem, sed patris sui Gedeon inuocasse uidetur auxilium. Mittit interea, & auxilia conuocat. Cōueniunt populi, & omnes ad Gedeon exercitus congregantur, Et tunc, inquit, Gedeon dixit ad deum: Si saluum facis in manu mea Israel, quemadmodum locutus es, ecce ego sumam, & ponam uellus lanæ in area: & si quidem ros ceciderit super uellus, & super omnē terram siccitas fuerit, agnoscam quoniam saluū facies in manu mea Israel, sicut locutus es. Et factū est sic. Cum tam multa sint & innumera signa, uel prodigia, quæ petere potuisset à deo Gedeon ad cōfirmandam pollicitationē dei, quid ei uisum est post angelicam uocem ac pollicitationem cœlestem petere istud tam nouum signum à deo? Ait eī: Ponam uellus lanæ in area, & si fuerit supra uellus solummodo ros, & super omnē terram siccitas

ſiccitas,ero cõfidens quoniam tu ſaluum facias Iſrael in manu mea. Et cum poposciſſet Gedeon à deo ſignum iſtud,meruit effectum. Sed eſto impetraueris hoc ô Gedeon:qd & accipis uellus lanæ in area,& exprimis in peluim? Quid te permouit hoc facere? Sed eſto,impetraueris primum ſignum, quid ut ſecundũ etiã ſignum permutato ac peruerſo ordine poſceres? Fortaſſis enim dicit aliquis ex ijs,qui attentius audiunt quę leguntur, quia nõ uidentur cõuenire hæc ad illud quod ſcriptum eſt: Non tẽtabis dominum deũ tuũ,quod lex præcepit. Deut.6

Non: 1. qã deus nõ derogat mandatis ſuis aduersum 2. qã miſterium

Sed exitus rei docet non eſſe contra mandatum factum. Neque enim exaudiret deus petitionem contra legem aliquid depoſcentẽ. Nunc autem cũ uideamus quia & in primo ſigno ros cecidit ſuper uellus lanæ,in omni autẽ terra facta eſt ſiccitas,& in ſecundo ſuper omnem terram cecidit ros,ſiccitas aũt fuit in uellere,in quo & fiduciam accipit Gedeon quia dominus in manu eius ſaluum faciat Iſrael, uidẽda eſt huius myſterij ratio. de qua memini etiam quendã ex prędeceſſoribus noſtris in libellis ſuis uellus lanæ populum dixiſſe Iſrael,reliquam autem terrã reliquas gẽtes poſuiſſe: & ros qui cecidit ſuper uellus,uerbũ dei eſſe, quod illi ſoli populo cœlitus fuiſſet indultũ. Supra ſolũ nanq; Iſrael ros diuinę legis aduenerat. Siccitatem aũt habebãt omnes gentes: quia nullus eis humor diuini infundebatur eloquij. Secũdi uerò ratio ſigni in cõtrarium permutatur,in quo ait: ut ſupra omnem terram ros deſcendat, ſupra uellus aũt maneat ſiccitas. cuius rei talis quædam ratio deprehenditur. Vide omnẽ hunc populũ qui per omnem terrã ex gentibus congregatus eſt, habentem nunc in ſe rorem diuinũ. Vide eum Moyſi rore infundi, prophetarũ literis irrorari. Vide eum etiam in Euangelico & apoſtolico humore uiridantem. Illud aũt uellus,id eſt Iudaicum populum,ſiccitatem & ariditatem uerbi dei patientem,ſecundum quod ſcriptũ eſt,quia erunt filij Iſrael multo tempore ſine rege,ſine principe,ſine propheta,nõ erit altare,neq; hoſtia, neq; ſacrificiũ. Intueris quãta apud illos ſiccitas permanet, quanta eis ariditas diuini ſermonis euenit. Hæc quidẽ nobis(ſicut fateri decet)ex maiorũ labore collata ſunt,uerum quoniam etiam nos audito uerbo à ſapientibus(ſicut ſcriptũ eſt)collaudare debemus,& adijcere ad illud,uideamus quid etiam ſuperædificare poſſimus in talibus. Cũ ſeptuageſimũ primum pſalmũ apud memetipſum ſæpe diſcuterẽ, mouit me in hanc rem, quod cum aduentum Chriſti in eo deſcriberet,in ipſo etiam hoc aſſerit euenturum. Et deſcendet,inquit,ſicut pluuia in uellus, & ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuper terrã. Vellus hic nominatur, uellus & in Pſalmis deſcribit. Deſcẽdit enim ſicut pluuia,inquit,ſuper uellus. Deſcẽdit ergo in illud uellus populi circũciſionis,& ſicut ſtillicidia ſtillãtia ſuper terrã: hoc eſt ſuper reliquã terra deſcendit dominus noſter Ieſus Chriſtus,ſtillans etiã ſuper nos, & guttas nobis quoq; afferens roris cœleſtis,ut & nos bibamus qui eramus ſuper omnẽ terrã iugi ariditate ſiccati. Hũc igitur myſterij ordinẽ Gedeon ſanctus prophetico ſpiritu cõtuens, non ſolũ primũ ſignum poposcit à deo, ſed & ſecundũ conuerſo ordine repetit. Pſal.71

Vellus, Gedeonis qd

Ros, Terra,

Sciebat enim rorem diuinũ,qui eſt aduentus filij dei,non ſolum Iudęis,ſed & poſtmodum etiã gentibus eſſe uenturũ,quoniã quidẽ ex incredulitate Iſrael ſalus fit gentibus. Et hoc eſt quod pro ariditate uelleris uniuerſa terra gratia diuini roris infundit. Sed & illud in hoc facto uiri fideliſſimi Gedeõis prętereundũ minime puto,quod nobis ad formã poteſt cautelæ ſpiritalis accedere. Angelũ uidit,ſed uir eruditus & habẽs iã Ieſu præceſſoris exemplum, cautius agit. Sciebat em̃ poſſibile eſſe etiã angelos tenebrarũ trãsfigurare ſe in angelos lucis: & ideo examinatiõe cautiſſima,uolo,inquit, probare ſpiritũ ſi à deo eſt,quia ſpiritalis examinat omnia. Sic nãq; & pręceſſor eius fecerat Ieſus Naue, cum principẽ militiæ cœleſtis uidiſſet: inquirit & diſcutit, ſi noſter ſit, an aduerſariorũ. Hoc modo etiã ſanctiſſimus Gedeõ diſcutit angelicã uiſionẽ,diuerſitate & immutatione ſignorũ. Sed & illud quod ait Gedeon,ponã uellus nõ ubicunq;,nõ in cãpo, neq; in ſaltu, ſed in area,quale tibi uidetur? In area ubi meſſis eſt. Meſſis quidẽ multa, operarij aũt pauci. Ponã,inquit, uellus ubi meſſis eſt. Quid mouerat ſanctum uirũ Gedeon, uel quid ei uiſum fuerat ut hoc faceret? præuidebat em̃ per ſpiritũ, quia Chriſtus in areã ſuã populũ ſuum cõgregat & ibi eum expurgat,tenẽs uentilabrũ in manu ſua,& ibi paleas ſeparat à frumẽto. Non ergo ſine cauſa uir tantus & talis,cuius & ſanctus Apoſtolus ad Hebræos ſcribẽs facit in prophetarũ catalogo mentionẽ,areã elegit ad uellus ponẽdũ: nec ſine cauſa expreſſit uellus in peluim,quãdo & repleuit eã aqua. Requiramus & de

Ros diuinus eſt aduentus

2 Cor.11

Matt.9

Matt.3

Heb.11

hoc in

hoc in scripturis sanctis, si quæ nobis etiã huius intelligẽtiæ præstat occasio. Veniamus ad euãgeliũ. Inuenimus ibi dñm & saluatorem nostrũ exuentẽ uestimẽta sua, & lintheo pręcinctũ mittere aquã in peluim, lauare pedes discipulorũ suorum. Vides ergo qa hęc adumbrabãt prophetę, quę erãt in nouissimis tẽporibus implẽda per dominũ. Illa ergo aqua quã mittebat Iesus in peluim, ros erat gratię cœlestis ex quo lauabat pedes discipu
Ioan. 13 lorũ suorũ. Vnde et merito dicebat ad eos: Vos aũt mũdi estis propter uerbũ quod locu
15 tus sum ad uos. Sed hoc nos modo si præbeamus pedes nostros, paratus est dominus Iesus lauare pedes animę nostræ, & purgare eos rore cœlestis gratiæ spiritus sancti, uerbo doctrinæ. Non em̃ solus apostolos mundos esse uoluit, sed omnes qui credunt per uer-
13 bũ illius. Et omnibus credẽtibus dicit illud quod & Petro dixit: Nisi lauero te, nõ habebis partẽ mecum. Certum est em̃ quia nemo habet partem cũ Christo, nisi fuerit lotus et mundus. Veni precor domine Iesu fili Dauid, exue te uestimẽta quę tu domine induisti propter me, & accingere propter me, & mitte aquã in peluim, & laua pedes seruorum tuorum & dilue sordes filiorum & filiarũ tuarũ. Laua pedes animæ nostræ, ut nos te imitantes & sectantes exuamus nos uetera uestimẽta, & dicamus: Noctu exui me uestimẽtũ meũ, quõ iuduã illud? Et iterũ dicamus. Laui pedes meos, quomodo sordidabo eos? Statim nãq; ut laueris pedes meos, etiã recũbere me facias tecũ ut audiã abs te: Vos uocatis me magister & domine, & recte dicitis. Sum etem̃. Si ergo ego dñs & magister laui pedes uestros, & uos alterutrũ pedes lauate. Volo ergo & ego lauare pedes fratrum meorũ, lauare pedes cõdiscipulorũ meorũ. Et propterea accipio aquã & haurio de fontibus Israel, quã exprimo de Israelitico uellere. Exprimo em̃ modo aquam è uellere libri Iudicũ, & alio tẽpore aquã de uellere Regnorũ, & aquã de uellere Esaiæ, uel Hieremię: & mitto eam in peluim animæ, cõcipiens sensum in corde meo: & accipio pedes eorũ qui se prębẽt & pręparant ad sanandũ, & inquantũ prævaleo lauare cupio pedes fratrũ meorũ & cõplere mandatũ domini: ut in uerbo doctrinę purgentur auditores à sordib. peccatorum, & abiiciant à se omnẽ immunditiã uitiorũ, & mundos habeãt pedes quibus recte ingrediant ad præparationẽ euãgelij pacis: ut oẽs simul in Christo Iesu puriſi cati per uerbum, non abiiciamur de thalamo sponsi pro sordidis indumentis: sed candidis uestibus, lotis pedibus, mundi corde, recumbamus in conuiuio sponsi ipsius domini nostri Iesu Christi, cui est gloria, & imperium in secula seculorum. Amen.

De prælio quod Gedeon cũ trecẽtis uiris electis gessit. Cap. VII Homilia IX

INGENS erat multitudo quę aduersum Israel fuerat cõgregata, ita ut locustis
1 præ multitudine cõferrent. Et cameli, inquit, eorũ sicut arena quę est ad orã maris innumerabilis. Quomodo ergo hęc potuerit tã innumera multitudo hostium superari uideamus: Exierunt, inquit, duo & triginta milia armatorũ ex filijs Isel cum Gedeone aduersus omnẽ istam multitudinẽ pugnare. Et deus responsa dedit ad Gedeon dicens: Grandis multitudo est tecum. Et quid si grandis est multitudo? nónne in bellis numerosior exercitus præstat & est tutior ad subsidia? Nequaquam, inquit, qa non sunt humana prelia, non em̃ sicut humana, ita & diuina prælia peraguntur. Nõ efficitur clarum diuinæ uirtutis opus, si humanis adminiculis fulciatur, quia non fit saluus rex in multitudine uirtutis suæ. Ne forte ergo gloriaret Israel & iactantia uictoriæ partem præsumeret, propterea dicit dñs ad Gedeon: Multus est populus tecũ. Nõ tradam Madian in manus eorũ, ne forte exultet aduersum me Israel dicẽs, quia manus mea saluum me fecit. Propterea loquere in auribus populi dicẽs. Qui timidus est & formidolosus corde, reuertat. Et reuersi sunt de mõte Galaad de populo uiginti duo milia uiri, & remãserunt decẽ milia. Videamus ergo primo quid est qd dicit, timidus & formidolosus corde. duo em̃ dicta sunt humanę fragilitatis indicia, quib. arguit humana fragilitas, id est timidi et formidolosi corde. Timidus potest uideri et ille q primo aspectu trepidat ad congressum, nõ tamẽ toto corde terret, sed reparari & animari denuo potest. Formidolosus est aũt qui iam quasi inoleſcẽte uitio, etiã antecp̃ uideat mala, sola cogitatiõe terretur gelidam per mẽbra formidinẽ uoluens, ita ut non tam conspectu malorũ, cp̃ ipso auditu & expectatione soluat, & ideo addidit formidolosus corde. In corde em̃ iã hoc & in interioribus animi defixum uitiũ manet. Nũ ergo dicimus quia tunc tantummodo

Gedeon

Gedeon dicebat ad populum: Si quis est timidus & formidolosus corde, discedat ex populis, bella deserat, certamina uirorum fortiũ derelinquat? Nam & hodie princeps militiæ nostræ dominus & saluator noster Iesus Christus clamat ad milites suos ut ueniant. Hoc enim est quod quidem alijs uerbis eodem tamen sensu in euangelio dicit: Qui nõ tollit crucem suam & sequitur me, non est me dignus. Et: qui nõ oderit patrem suum & matrem & fratres suos & sorores, insuper & animam suam, nõ est me dignus. Et iterum: Qui non renunciauerit omnibus quę possidet, non potest meus esse discipulus. Nónne in his uerbis euidẽter timidos et formidolosos è castris suis Christus separat & secernit? Omnes igitur qui militiam Christi sequi uultis, qui in castris ipsius esse desideratis, procul à uobis timorem mentis, procul cordis expellite formidinem, ut cũ confidentia dicat miles Christi: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Si consurgat in me prælium, in hoc ego sperabo. Confidenter dicat: Dominus illuminatio mea & salus mea, quem timebo? Dominus protector uitæ meæ, à quo trepidabo? Sed ne nos deterreat talis ista militia, nihil in se difficile, nihil arduũ, aut impossibile cõtinet. Vis scire quàm facile sit implere hæc in fide militantibus? Solent in istis castris sæpe etiam mulieres uincere, quia nõ corporis robore, sed fidei uirtute pugnatur. In superioribus in hoc ipso libello Iudicum legimus de Debboræ mulieris triũphis, nec fœmineã mẽtem muliebris formido turbauit. Quid ego illam magnificam & omnium fœminarum nobilissimam memorẽ Iudith? quæ iam perditis pene rebus non dubitauit sola succurrere, secq; suumq; caput immanissimi Holophernis neci sola subijcere, & processit ad bellũ nõ in armis, neq; in equis bellicis, aut in subsidijs militaribus freta, sed uirtute animi, & confidentia fidei, consilio simul & audacia hostem perimit: & quam uiri perdiderãt, fœmina reddidit libertatem patriæ. Et quid tam lõge nobis antiquorum exempla reuoluimus? in oculis nostris sæpe uidimus mulieres & uirgines primæ adhuc ętatis pro martyrio tyrannica pertulisse tormenta, quibus ad infirmitatem sexus nouellæ adhuc uitæ fragilitas addebatur. Sic ergo in his qui militant ueritati, sed & qui militant deo, nõ corporis, sed animi fortitudo requiritur: quia non iaculis ferreis sed orationum telis uictoria quæritur, & fides est quæ in certamine tolerantiam præbet. Vnde & sanctus Apostolus ad huiuscemodi bella armis conuenientibus instruit milites dei dicens: State ergo induti loricã iustitiæ, & succincti lumbos uestros in ueritate, sed & galeã salutis accipite, & gladium spiritus: super omnia autẽ scutũ fidei assumite, in quo possitis iacula maligni extinguere, sed & calceati pedes in præparatione euangelij pacis: & hoc modo armatos tollere uexillum crucis Christi, & sequi eum. Licet tamen etiam hoc in militia Christi, ut si forte aliquando inferiorẽ te uiribus senseris in persecutionibus, & non æquũ tibi aduersum crudelitatem tyranni per fragilitatẽ corporis uideris esse certamen, dare locũ irę, & fugere de loco ad locum, nec tibi in hoc adscribitur militare commissum. Designat hoc etiam in legibus Christi dicentis. Si uos persecuti fuerint in hac ciuitate, fugite in aliam. Summa nanq; rei est, Iesum quem semel confessus es, non negare. Certum est enim q; Christum confitetur ille, qui propterea fugit, ne neget. Si quis ergo timidus est & formidolosus corde, discedat à castris, reuertatur domum suam, ne exemplum timoris & formidinis cæteris præbeat. Vis autem uidere quãti criminis sit timidus & formidolosus? In Apocalypsi ubi enumerantur ij qui in stagnum ignis mittendi sunt, ibi ante omnes timidos & formidolosos ponit, cum quibus & infideles & fornicatores & uinarios deputat. Sic inter ingentia & nefanda crimina timoris & formidinis crimen ponitur. Hęc autem diximus propter eos qui primo uelut timidi & formidolosi corde dimittũtur de castris. Sed posteaquam ista uiginti duo milia discesserunt, addit adhuc sermo diuinus, & dicit de Gedeon: Adhuc, inquit, populus multus est, depone eos ad aquã, & ibi eos probabo tibi. Vt uideo, illi qui primi reprobati sunt, nec in aquam descenderant, sed adhuc se catechuminos designabant, & intantũ formidinis uitio deterriti sunt, ut nec ad lauacrum salutare descenderent. Illi ergo sic reprobati sunt. Isti uerò secundi ad aquam ueniunt, ut ibi probentur. Et quomodo probentur, uideamus: Et dixit, inquit, dominus ad Gedeon. Omnem quicunq; lambet aquam in lingua, sicut lambit canis, statues eum seorsum: & omnem qui curuauerit genua sua ut bibat, transferes eũ. Et factus est, inquit, numerus eorum qui lamberunt in manu aquam uel lingua, trecenti uiri. Cæteri autem

Matt.16 Luc.14 Ibid. Psal.26 Iudith 13 Eph.6 Matt.10 Apoc.19

omnes curuauerunt genua ſua,ut biberent aquam: Et dixit dominus ad Gedeon.In trecentis uiris iſtis qui lamberunt in manu aquam, ſaluos uos faciam, & tradam Madiã in manum tuam.In omnibus pene ueterum geſtis myſteria deſignãtur ingentia, ſicut etiã in hoc loco fieri uidemus, quia ij qui deſcendunt ad aquam, id eſt qui ad baptiſmi gratiam ueniunt,non debent procidere in terram, nec flectere genua ſua, & cedere tentationibus uenturis,ſed ſtare firmiter & conſtanter. ſicut & Propheta dicebat: Demiſſas manus,& diſſoluta genua erigite,& greſſum rectum facite ſemitis ueſtris. Veniſti ad aquam baptiſmi,iſtud eſt certaminis & pugnæ ſpiritalis initium,hinc tibi aduerſum Zabulum naſcitur pugnæ principiũ. Si remiſſior fueris,ſi flecti facile potueris, quomodo pugnabis? quomodo ſtabis aduerſus aſtutias Zabuli? Propterea & Apoſtolus clamat: Gal.5 Phil.4 State ergo,& nolite iterum iugo ſeruitutis hærere.Et iterum dicit: State in domino. Et 1Theſ.3 tertio dicit: Quoniam tũc uiuimus,ſi uos ſtatis in domino.Ille igitur probabilis,ille electus eſt,qui poſteaquam ad aquas baptiſmi uẽtum eſt, flecti ad neceſſitates terrenas & corporeas neſcit, qui uitijs non indulget,neq; ob peccati ſitim ſternitur pronus. Sed & quod dicit eos manu,uel lingua aquam lambere, non abſq; ſacramenti quadam ſignificãtia hoc mihi uidetur ſcriptum,ſcilicet quod & manu & lingua operari debent milites Chriſti,hoc eſt opere & uerbo:quia qui docet & facit, hic magnus uocabitur in regno cœlorum.Quod autem etiam ſimilitudinem canis lambentis ſcriptura poſuit,uidet mihi iſtud animal hoc in loco propterea nominatum, quod ſuper omnia cætera animalia amorem dicitur proprij domini ſeruare,nec tempore,nec iniurijs obliterari in eo fertur affectus. Trecenti ergo ſoli,qui ſacramenti huius imaginem præformabãt, iſti electi iſti probati,iſti ad uictoriam conſecrati, qui ex ipſo numeri ſacramento obtinere aduerſarios poſſent. Trecenti etenim ſunt,qui tertio centena multiplicent,& perfectę trinitatis numerũ ferunt,ſub quo numero omnis Chriſti cenſetur exercitus.In quo obtinemus ut etiam nos mereamur aſcribi.Quomodo tamen iſti pugnant? Hydrias,inquit, portãt & lampadas & buccinas corneas in manibus ſuis:& ſic,inquit,ueniunt ad illas innumeras multitudines hoſtium,in quibus erant cameli ſicut arena maris. Et cũ ueniſſent ad bellum,buccinis,inquit,corneis inſonuerunt.Et dimiſerunt, inquit, hydrias de manibus, & contritæ ſunt. Tunc uerò arreptis lampadibus proruunt in aduerſarios,ſimul & buccinis concrepant. Vide quia electi milites dei cum lampadibus pugnant. Sic enim eos Luc.12 Chriſtus armauerat dicens: Sint lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ueſtræ ardentes: Et Matt.5 iterum:Sic fulgeat lux ueſtra coram hominibus ut uideant opera ueſtra bona,& glorificent patrem ueſtrum qui in cœlis eſt.Talibus ergo lampadibus accẽſis, pugnare decet milites Chriſti,luce operum refulgentes,& ſplendore geſtorum. Quæ ſunt autẽ buccinæ corneæ,ex quibus tuba canũt? Qui de cœleſtibus loquitur, qui de ſpiritalibus diſſerit,qui myſteria regni cœlorum reuelat,ille buccina concinit,ille de tuba loquitur, qui de magnis & maximis loquitur,qui ſcientiam Chriſti humanis auribus pandit. Sed cur Pſal.112 & cornea dicitur buccina? Quia & de ſancto dicitur,cornu eius exaltabit in gloria.Vnde & uniuſcuiuſq; buccina dicitur cornea, in eo quod multiplicem ſcientiã Chriſti, & crucis eius,quę in cornu deſignatur,diſſerit ſacramenta.Cum hac ergo buccina militantes,& cum hac pugnãtes,uincimus alienigenas, & hoſtes in fugam uertimus,etiã ſi fuerit multitudo eorum ſicut locuſtæ.Locuſtis enim comparata eſt dæmonum multitudo, quibus neq; in cœlo,neq; in terris eſt ſedes.Præcedat ergo & nos hoc bello operũ lux, ſcientiæ uirtus,diuini uerbi prædicatio.Pugnemus & nos in hymnis & pſalmis & canticis ſpiritalibus concinentes & clamantes ad deum, ut ab ipſo uictoriam conſequi mereamur in Chriſto Ieſu domino noſtro. Cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum, Amen.

IN LIBRVM IVDICVM FINIS.

ORIGENIS HOMILIA IN LIBRVM REGNORVM.

De Helchana, & Fenenna & Anna & Samuele, Heli & Ofni & Finees. Cap. I & II

NON tunc tantummodo deus plantauit paradísum, sed donec stat uita mortalium, donec salus hominũ diuinis ínstitutionib. ꝓcuratur, semper fiũt ea quæ iusti uox orat ín psalmis, cũ dícit: Inducẽs plan-
N ta eos in monte hęreditatís tuæ. Vnde & oẽs oramus esse plãtatio dei. Quía si quis nõ fuerit plantatio dei, sentẽtía semel à iudice om- Matt. 15
niũ saluatore nostro lata est, dicẽs: Omnis plantatio quã nõ plantauit pater meus cœlestís eradícabit. Deus ergo plantat, & est quędã propria dei agrícultura, & necesse est quod ager ílle quẽ deus colit & plantat, non unã habeat arborũ speciẽ, sed tanꝯ rus diuitis & potẽtis agrícolæ de omniũ sit uírgultorum genere refertũ. Quomodo aũt omnía habeantur ín agro dei, consideremus ex huius terræ agrís quos homines colunt. Nunquid ín agro suo paterfamiliâs agrícola totũ uíneas habet, aut totum ficus, aut totũ mala, uel palmas: sed qui dílígens & industrius est colonus ex hís omnibus agrũ cõsítum habet & refertum? Si ergo intellígamus & ín eo agro quem deus plantat, quía nõ una sola arborũ spécies est, quæ tantum dulcía ferat poma, sed alíqua dulcía, alíqua austera. suæ tamẽ unumquodꝯ utílitatis & gratię, nolite ergo ín nobis illud requírere, quod ín papa Alexãdro habetís. Fatemur emꝯ omnes nos superat ín gratía lenitatis. Cuius gratiæ non solus ego prædícator exísto, sed uos oẽs experti cognoscitis & probatis. Et ídeo eiusdẽ quidẽ agri plantæ esse possumus & optamus, nõ tñ eundẽ saporẽ reddere. In fructíbus quidẽ cõfitemur nos habere alíquid amaritudínis ín sapore, aut forte quod iudícatur magis ꝯ sit amarum: quia sermo correptionis amarus quidẽ uidet esse dũ corrípit, dulcis aũt efficit cũ emendat. Vide etiam ípsius domíni & saluatoris nostri sermones, quía non oẽs beatitudínẽ contínent, nec omnes de uenía & indulgẽtía protestant, sed sunt ín uerbís etiã quędam austera & tristía. Sicut enim dícit: Beati qui hæc & hæc agũt, ita dícit, uæ illís qui hæc & hæc egerunt. Ego hoc etiam ín prophetis perscrutatus sum, & ínueni paucis prophetarũ ístud esse cõcessum, ut nunꝯ alíquid populís amarũ aut tríste loquerentur, sed dulcía semper & lenia. Obseruatum tñ est à prioribus nostris, quod ín psalmis tantũmodo illis qui attitulant filijs Chore, ín ipsis solis níhil amaritudínis uel austeritatis uidet inferri, sed hoc eis quasi díuino munere cõcessum est, ut nomínis eorum psalmi semper læta quæꝯ cõtíneant. Est ergo etiã ín ipsis prophetis multa díuersitas. Alíj tristía, alíj lęta denũciãt. Sed & ípse Apostolus Paulus qui ímitator est Christi, habere se dícit uírgã, ad eos utiꝯ qui índigẽt di 1 Cor. 4
sciplína: & in spíritu mansuetudínis uenire se dícit, ad eos profecto, quorũ uita culpis carebat. & ita ínuenítur ín una eadẽꝯ eius epístola sermo & amarus & dulcis. sicut & ad Corinthios ín prima parte prioris epístolæ dícit. qa in omnib. díuites facti estís ín ípso, ín omni uerbo, & in oẽi sciẽtia, sicut testimoniũ Christi cõfirmatũ est ín uobís, ita ut níhil uobis desit ín ulla gratía expectantibus reuelationẽ dñi nostri Iesu Christi. Et paulo post gradiens, uide qualiter sermo eius exasperatur cũ dícit: Omnino audit ín uobis for 1 Cor. 5
nicatio, & talis fornicatio qualis nec inter gentes, ita ut uxorẽ patris alíquis habeat. Et uos inflati estís, & non magis luxistís, ut tollat de medio uestrũ qui hoc opus fecit. Hoc aũt ídeo scribebat: qa nõ omnes ad quos sermo eius dirigebat, laude digni erant, neꝯ omnes cõfutari uel corrípi merebant: & ídeo amara dulcíb. míscet, ut laus ad optimos quosꝯ, correptio uerò referatur ad pessimos. Hæc ídcírco díximus ín prędfatiõe, qa scio uos cõsueuisse leníssimi patris dulces semper audire seimones, nostræ uerò plãtationis arbuscula habet alíquid austeritatis in gustu, ꝙd tamen orantibus uobis fiet medicamentum salutis. Quía & medicamenta quædam sunt dulcía, quędam uerò austera, nõnunꝯ & amara, & tamen ín suis quæꝯ locis remedía tríbuunt, si cum mensura, & tẽporis opportunitate sumant. Historía nobis recitata est de primo libro Regnorũ, quæ ita uidet

difficilis,& absq; diuinæ uirtutis gratia explanatio eius non possit exponi.Refert ergo ibi:Erat uir unus ex Ramathaiam Sophin de mõte Effraim,& nomẽ eius Helchana. & cum enumerasset omnẽ generationẽ eius dicit:Et huic erant,inquit,duæ uxores,nomẽ uni Anna,& nomen secũdæ Fenenna. Et nati sunt Fenennæ filij, & Annæ non erat filius.Et ascendebat uir ille de ciuitate sua à diebus in dies, ut adoraret & immolaret domino uirtutũ in Silo.Ibi erant Heli & duo filij eius, Ofni & Finees, sacerdotes domini. Et facta est dies in qua immolauit Helchana, & dedit Fenennæ uxori suæ, & omnib.filijs eius & filiabus partes:Annæ autem dedit unam partem. Nõ enim habebat filios,qa cõcluserat dominus uuluam eius.Tum deinde refert scriptura,quia cõtristata est Anna, quòd cum acceperit Fenenna plurimas portiones cum filijs,ipsa unã solã acceperit partem,& quia hoc dolore perculsa tẽplum domini ingressa defleuerit & orauerit cũ silentio,ita ut nõ audiretur uox eius:& quia putans eam Heli sacerdos esse ebriã increpauerit eam,ipsa uerò cũ humilitate respondens satisfecerit sacerdoti. Orauerit aũt ad dñm, ut cõciperet filium,promittens se deo consecraturã quodcunq; genuisset. Et cum ex re promissione filiũ suscepisset,refertur quod à lacte depulsum obtulerit eum domino.Nõ enim poterat offerre domino prius eũ q̃ à lacte depelleret. Offert ergo eũ in oratione quadã propheticis distincta mysterijs.Abbreuiauimus quantum potuimus,cõtinentiã lectionis.Videamus nũc quid etiã per hæc quæ ꝓposuimus indicet. Fortassis em̃ dicet nobis aliquis ad audientiã legis nostræ nuper accedẽs:Christiana religio pudicitiã ꝓfitetur, intantũ ut si fieri potest,nec contingamus omnino mulierẽ. Sic em̃ dicit Apostolus:Bonũ est homini nõ tãgere mulierem. Iste autem iustus tuus Helchana qui nobis à scriptura proponit ad exemplũ, duas simul uxores habuisse describit.Ex quib.illa quæ prior nominat nõ habet filiũ, id est Anna:Fenenna aũt & multos habere filios dicit & multas accepisse portiones.Illa aũt prior unã solã,quia ipsa sola est, accepit partẽ,& de sterilitate cõquerit.Nũquidnã & nos cõtristari debemus quia filios nõ habemus, & uirgines nostræ cõtristari debent quòd sine filijs uiuunt? Hæc dixi assumẽs personã eorũ, qui nondũ plene instructi de his quæ in scripturis ueteribus recitantur,moueri scrupulosius solẽt.Deprecor aũt uos oẽs, ut quoniã sensum tã difficiliũ rerũ conamur aperire, & ea quæ uelamine obtecta sunt ecclesiæ auribus pandere(in lectione em̃ ueteris testamenti,sicut dicit Apostolus,uelamẽ est positũ)precib.à domino postuletis,ut dignetur nobis ad se cõuersis auferre uelamẽ & de hac lectiõe quã habemus in manib.& planius nobis reserare quæ tecta sunt,ut & nos possimus reuelata facie in his quę tecta sunt gloriã dñi speculari.Erat,inquit,uir unus de Ramatha de monte Effraim. Nõ me latet primo loco q̃ in aliquibus exẽplaribus habetur,erat uir quidã, sed in his exemplarib. quæ emendatiora probauimus ita habetur.Erat uir unus.In quod nobis etiã Hebræi qui cõtradicũt in cęteris,acquiescũt.Erat ergo uir unus. Vide si nõ hoc ipsum pertinet ad laudem iusti q̃d dicit de eo,erat uir unus. Nos qui adhuc peccatores sumus non possumus istum titulũ laudis acquirere,quia unusquisq; nostrum nõ est unus,sed est multi.Intuere nanq; alicuius uultũ nunc irati,nunc iterum tristis,paulo post rursum gaudentis,& iterũ turbati,& rursum lenis,in alio tẽpore de rebus diuinis & uitæ æternæ actibus cõsulẽtis, paulo post uerò uel quæ ad auaritiã,uel quæ ad gloriam seculi pertinent molientis. Vides qũo ille qui putatur unus esse nõ est unus, sed tot in eo personæ uidentur esse quot mores,quia & secundũ scripturas insipiẽs sicut luna mutatur.Vnde & luna cũ uideatur una esse per substantiæ immutationẽ, tamen semper à semetipsa alia est,semperq; diuersa:& sic etiã in ipsa cõstat q̃ una multæ sint. Sic ergo & nos qui adhuc insipiẽtes sumus & imperfecti,quia semper mutamus sentẽtias, & semper diuersa cupimus & sentimus, unus non possumus dici.De iustis aũt non solum per singulos unus dicitur,uerũ & oẽs competenter unus dicuntur.Et cur non oẽs unus dicãtur, quorũ cor & anima una esse describitur? Vnam semper omnes sapientiã meditantur,unum sapiunt,unum sentiunt, unum deum uenerantur,unum dominũ Iesum Christũ cõfitentur, uno spiritu dei replẽtur.Vnde merito & ipsi oẽs,non solum unum,sed & unus dicuntur, sicut & Apostolus designauit,dicẽs:Omnes quidẽ currunt, sed unus accipit palmã. Vides manifeste quia omnes iusti unus est qui accipit palmam.Vere em̃ imitatur iustus qui talis est unũ dominum.Nã ut ego arbitror,& illud quod per prophetã dicitur:Audi Israel, dominus deus

tuus

tuus deus unus est,nō tantū numero unus designatur,qui utiq; supra omnē numerū esse credendus est:sed per hoc magis unus dici intelligēdus est, q; nunq; à semetipso alter efficitur,hoc est,nunq; mutat̄,nunq; in aliud uertit̄,sicut & de eo Dauid protestat̄ dicēs: Tu aūt idē ipse es,& anni tui nō deficiēt. Sed & illud in hunc sensum respicit quod scriptū est:Ego sum dñs deus uester,& nō immutor.Immutabilis ergo est deus: & per hoc unus dicitur,quod non mutat̄. Sic ergo & imitator dei iustus qui ad imaginē dei factus est,unus & ipse cum ad perfectū uenerit appellat̄,quia & ipse cū in uirtutis summa constiterit non mutatur,sed unus permanet semper.Nam dum in malitia est unusquisq; per multa diuidit̄ & in diuersa dispergit̄:& dum in multis est malitiæ generibus, dici nō potest unus.Igitur quia secundū mirabilē hanc unitatē unus est iustus, imò & plures iusti unus sunt,ideo & sanctus Apostolus omnē cohortat̄ ecclesiā,dicēs: Vt idē dicatis omnes,& nō sint in uobis schismata,sitis aūt pfecti in eodē sensu & in eadē sciētia.Propterea & in actib. apostolorū cor & anima credentiū una esse dicitur.Si aūt & subtilius aliquid cōsiderare uelimus,inuenire possumus & aliā unitatē. uerbi gratia, si ita mortifica uero mēbra mea,ut iam nō concupiscat caro aduersus spiritū,neq; spiritus aduersus carnem,si iam nō sit alia lex in mēbris meis quæ repugnet legi mētis meę,& captiuū me ducat in legē peccati,si oīa quæ intra me sunt in uno atq; in eodē sensu perfecta sint,& una atq; eadē sentētia moueant̄, tūc ero & ego uir unus.Hic igit̄ laudabilis duarū uxorū uir primo omniū unde sit uideamus:De mōte,inquit,Effraim. Ergo nō est iustus de ualibus,nec de cāpis,nec de ullis inferioribus locis,sed nec de collib. quidē.De mōte,inqt, est.de quo monte?De monte Effraim,qui interpretatur fructificatio.Ergo de mōte fructifero,& locus eius fructifer. Vide et scripturā,quā laudē montibus dicit:Deus,inquit, deus montiū est,& nō est cōuallium.Sed & nomē iusti huius est Helchana, quod interpretatur possessio dei.Certū est quia ille de quo dictū est quod unus esset uir, possessio dei est & nō possessio dęmonū.Quem em̄ dæmones possidēt nō est unus,sed multi: sicut & ipsi dæmones de eo quē possidebant,responderunt dicētes, quia legio nomē est ei. Vnus uerò est Helchana,qui est possessio dei,qui & habet patriā montē Effraim,mōtē fructiferū.Iste ergo tam laudabilis uir habuit duas uxores.nomē uni Anna, & nomē secūdæ Fenenna.Habuit aūt filios de secūda Fenenna:sterilis uxor erat prior,illa quę et nobilior erat.Similia inuenies & in Genesi.cognata quippe est sibi scriptura diuina.Inuenies ibi primā uxorē Abrahæ Sarā nobiliorē, secūdā uerò Aegyptiā Agar ignobilē fuisse,et ante patrē effectū Abrahā de ignobili,q; de nobili.Fit aūt postmodū etiā de nobili cōiuge pater.Ita ergo & nūc Helchana hic qui est possessio dei,prius de secūda uxore efficit̄ pater,quoniāquidē cōclusserat deus uuluā Annæ,sicut & prius cōclusserat uuluam Saræ.Post plurimos uerò partus Fenennę,& Annę uulua orationib.& precib.aperitur,& efficitur & ipsa mater filij eius quē obtulit deo. Quid ergo hæc in se sacramenti cōtineant,uideamus:Fenenna interpretat̄ cōuersio,Anna aūt interpretat̄ gratia. Vnusquisq; ergo nostrū qui uult effici possessio dei,istas sibi duas iungat uxores, & cū ipsis sibi nuptias celebret. Primā sibi iūgat,quæ nobilior est & generosior,gratiam,hęc nobis per fidē prima cōiungitur,sicut & Apostolus dicit:Gratia salui facti estis per fidē. Secūdæ uerò coniungat̄ Fenennæ:id est cōuersioni:quia post gratiā credulitatis, emēdatio fit morum & uitæ cōuersio.Sed cū iste sit ordo nuptiarū,alius ordo procreationis efficitur.Prima nāq; nobis parit filios Fenēna,quia primos fructus de cōuersione pferimus, & prima iustitiæ germina de actibus & operibus procreamus.Primū nāq; iustitiæ opus est cōuerti à peccatis.Quia nisi ante cōuertamur & declinemus à malo,nec de Anna effici patres,nec de gratia poterimus filios generare. Videamus ergo nūc uniuscuiusq; differētias.Filios habet Fenenna,sed qui nō assistūt deo.Neq; em̄ tales esse possunt filij cōuersionis ut assistāt & adhæreāt deo.Nec tamē inanes & penitus alieni sunt à rebus dei. Accipiūt nanq; partes de sacrificijs diuinis,& edunt de hostijs dei. Vnusquisq; ergo nostrum primo cōuertitur à peccato,& ex cōuersione generat opera iustitiæ.Postea uerò excitata in nobis Anna per zelum & æmulationē boni,precē fundit ad deū,ut & ipsa filios generet.Quales ergo Anna(quę est gratia)filios generat?Qui assideāt deo.Gratia em̄ & ueritas per Iesum Christū facta est.Hic ergo est filius gratię, q deo uacat & uerbo dei. Vis aūt euidentiorē tibi ostendā & in euangelijs huiusmodi intelligētiæ formā,quę

Psal.101

1 Cor.1

3 Reg.20

Gen.16.21

Eph.2

Ioan.1

in lege quidē adumbratur per uxores, in euangelijs uerò iam præsens describitur per so
Luc.10 rores: uide Martham & Mariam: ex quibus quidē Martha cōturbatur, & satagit circa multū ministeriū, & explet opera cōuersionis, & per hæc uelut cōuersionis filios generat. Maria uerò secus pedes uerbi dei intenta optimam partē elegisse dicit, & per hęc intelligitur uelut gratię germina procreare. Sic ergo & nūc Anna generat filiū. Quē filiū?
Hier.15 Samuelem (inquit) qui deo assistit, de quo in Psalmis dicitur: Moses & Aaron in sacerdotibus eius, & Samuel in his qui inuocant nomē eius. Sed & Hieremias dicit: Si steterint Moses & Samuel in cōspectu meo nō dimittā eis. Si ergo tātus & talis est filius gratiæ, & nos festinemus qdē ad Annæ nuptias, sed patiēter agamus ut prius nobis filij de cōuersione nascant: prius in bonis operibus placeamus, tunc deinde & de gratia, & dono spiritus filiū ꝓcreemus. Et qualē filiū? Qualis hic filius est, Samuel (inquit) qui interpretat ubi ipse deus. Vides quales filios generat gratia? Sic em̄ scriptū est de his qui spi-
1 Cor.14 ritus gratiā cōsecuti sunt, dicēte apostolo: Si uerò ꝓpheta intret, aut imperitus, aut idiota in conuentū uestrū, discernitur ab omnibus, occulta quoq; cordis eius manifesta fiēt: & tunc cadēs in faciem adorabit deum, dicens quia uere deus in uobis est. Hoc est ergo qd interpretat Samuel, ubi ipse deus. Vbi em̄ spiritus gratiæ, ibi ipse esse dicitur deus. Sed iste nobis talis filius nō potest nasci, nisi præcesserint prius filij Fenennæ. nisi enim præcedāt opera conuersionis non meremur gratiā spiritus, nec ex ipsa possumus donū spiritus generare. Videamus aūt & ad quē locum cōueniebat Helchana cum uxoribus suis. Immolare (inquit) domino in Silo. Erant aūt (inquit) Heli ibi, & duo filij eius, Ofni & Finees sacerdotes domini. Silo nomē est loci, in quo sacrificia dño offerebant, priusquam tēplum ędificaretur in Hierusalem. In hoc ergo loco qui appellat Silo, hostiæ, ꝓpeccatis offerebantur, & ibi fiebat purgatio peccatorū. Silo aūt interpretat auulsio uel excalceatio, hoc est calceamēti resolutio, & uterq; sensus conueniēter aptat. Locus em̄ in quo peccata purgantur, recte auulsio nominatur, ubi auellitur cor lapideū, & inserit cor carneum: uel excalceatio, quia omnes donec ad sanctum locū ueniamus excalcea-
Exod.3 ti sumus: cum aūt peruenerimus ad eum, discalceari iubemur. Sic dicitur ad Mosen: Solue corrigiā calceamēti tui. Locus em̄ in quo tu stas, terra sancta est. Et quid putamus ꝙ in his non aliquid mysterij obtectū sit, sed quia deus execrabatur calceamēta Mosi corporalia, ideo hæc iubebantur? Aut illud magis putandum est, quod cum exiret de terra Aegypti, habebat calceamēta de pellibus mortuis, & erat uelut quadā mortalitate cōstrictus: cū uerò cœpit proficere ad uirtutē & ascendere montem dei, atq; ibi immortalibus ministrare mysterijs, tunc dicit ad eū ut indicia mortalitatis abijceret, quæ in calceamētis pellicijs designant. Ego puto quod propterea & apostolis suis saluator præcepit, ne haberent calceamēta in pedibus suis, ut ipsorū pedes qui currebant ad ānunciādam uitā æternā, omni carerēt mortalitatis indicio: quippe qui illam uiā incederēt, quæ
Ioan.14 dicit: Ego sum uia, ueritas & uita. Nemo em̄ uiam uitę cum mortalitatis indicio incedit. Talis ergo est locus iste similiter ubi est Heli uir minus laudabilis. Pro peccato em̄ retrorsum corruēs expirauit. Et nō putemus ꝙ iste solus retrorsum corruēs expirauerit, sed & nūc si quis retrorsum corruit, si quis retro cōuertitur à fide & ueritate, necesse est ut cadat, & ut cōtinuo moriat. Sed & in Deuteronomio cōminat peccatorib. intenta-
Deut.28 tur cum dicitur: Et opisthotonus insanabilis. Opisthotonus aūt tergi ægritudinē & posteriorum partium significat. & utiq; non sine causa, cū tot genera languoris habeātur
Gen.19 humani, hoc potissimū genus languoris ascribit peccatori. Nā & in Genesi uxor Loth quæ retro conuersa est, diuinum dicitur trāsgressa præceptū, quo ei mandatū fuerat, ne retrorsum respiceret néue staret in omni regione, & ideo effecta est staticulum salis. Do-
Luc.9 minus quoq; & saluator noster in euangelio: Nemo inquit, mittens manum suā in aratrum, & retro respiciens aptus est regno dei. Insuper quoq; cum de pluribus docuisset, addit & hoc, dicēs: Memores estote uxoris Loth. Optimū igit est obliuiscī priora, obliuiscī præterita, uti ne cōprehendat nos opisthotonus insanabilis lāguor, neq; cadamus retrorsum sicut Heli, & moriamur. Ibi aūt erāt duo filij Heli. Heli interpretat Arabs, siue extrarius. Extrarius ꝙppe à deo est qui nō tenet disciplinā qui delinquentē filiū non castigat, non corripit, ut emēdet: qui indulget uitijs, qui delicta non punit, sicut & Apo-
Heb.12 stolus dicit: Quod si extra disciplinā estis, cuius participes facti sūt oēs, ergo adulterini,

& non

& nõ filij estis. Iste est ergo Heli, qui propter hæc punitur à deo. Videamus aũt qui sunt & filij eius. Ofni, inquit, & Finees. Interpretatur aũt Ofni excessus conuersionis. De Fennena autẽ paulo ante diximus quod esset cõuersio: hic autem qui excedit, & longe efficitur ab emendatione, nec conuerti uult ad dominũ, propterea impius permanet: Sed & quicunq; ille est, quem uidemus post peccatũ nõ conuerti ad dominũ, & agere pœnitẽtiam, nec recipere meritũ futuri iudicij, & uerbi diuini præcipientis: Nunquid qui cadit, non adijciet ut resurgat? aut qui cõuersus est non reuertet̃? recte & de ipso dicimus quia sit Ofni, & excedens à cõuersione. Sed & alius filius eius dicitur Finees. Duos nouimus in scripturis hoc nomine appellatos, Fineem illum iustum Aaron filium, & hũc iniustũ filium Heli. Vnde & competenter duas huius nominis interpretationes inuenimus. Significat enim Finees in lingua nostra, oris obturatio, uel ori parcens. Peccator ergo & qui duritiam non habet, ad loquẽdum obturatũ habet os: iustus uerò parcit ori suo. Hodieq; in sacerdotibus domini habet̃ uterq; Finees, habetur & Eleazar, qui in scripturis primus episcopus nominatus est, sicut in Numeris scriptum est. Sunt ergo hodieq; in sacerdotibus quicũq; parcũt ori suo, & omnis sermo malus nequaquã de ore suo ꝓcedit. Sunt sacerdotes ex quorũ ore nullum scandalũ, nullum mẽdaciũ, nullus dolus, neq; falsitas ulla depromitur, & isti merito Finees illi Aaron filio cõparantur. Sunt aũt aliqui & secundum istum Fineem Heli filium sacerdotes, qui obturatum os habent siue imperitiæ uitio, siue conscientia peccatorũ. Sed hoc est quod deprecor, ut si quis est qui in sacerdotalem ordinem se ascitũ uidet, satisfagat eruditioni & emendationi operã dare, & festinet effici de illo numero beatorum, ne forte inueniatur ex istis sacerdotibus, qui & reprobãtur & puniuntur à deo. Sed tempus est iam & de oratione Annæ, quã profudit offerens deo Samuelem quem à lacte depulerat, pauca memorare. In qua primo quidẽ hoc dicimus, quòd is qui deo offertur puer, ante offerri nõ potuit, & depelleretur à lacte. In quo ostenditur consecrari deo neminẽ posse qui adhuc lacte alitur, & puer est sensibus, atq; expers est sermonis iustitiæ, nec sacerdotalia potest procurare sacramenta nisi desistat à puerilibus, & in maius ascendat ab his quib. Apostolus dicit: Lac uobis potũ dedi nõ escã. Nondũ enim poteratis. Alioquin secundũ literã quid uidet̃ operæprecij puerulũ nu per à lacte deuulsum deo offerri, ubi non mater intererit, non nutrices fouebũt, neq; educãdi pueri aderũt ulla subsidia? Sed uide quia scripturæ sermo ita aptus est, ut figuraliter doceat quod omnis qui primo ad fidẽ conuertitur, lacte & non cibo forti alitur, de quibus in altero loco dicit̃: Et effecti estis qui lacte indigetis, & nõ cibo forti. Quoniã oñis qui lacte alit̃ alienus est à sermone iustitię. Paruulus est eñ. Perfectorũ est cibus solidus, qui pro possibilitate sumendi exercitatos habẽt sensus ad discretionẽ boni ac mali. Igitur quicunq; à lacte nondũ depellitur, sed paruulus est, non potest ascendere ad templũ domini, nõ potest ascendere ad ministeria sacerdotũ, nec sacrificijs interesse, sed ne mater quidem eius ascendit cum posset ascendere. Gratia est enim mater eius Anna, quę seruat & custodit eum, & enutrit eum, ut tempore opportuno pariter cũ ipso ascẽdat. Quę cum uiderit ipsi adesse tempus, ut iam recedens à lacte solidis & fortibus cibis utatur, ut possit & sacerdotibus interesse, & de altaris edere sacrificijs, tũc eum deo cõsecrat. Vide si in alio loco in scripturis sanctis inuenis significari aliquẽ à lacte depulsum. Ego tamẽ quantũ ad prẽsens memoria suggerit, Isaac memini: de quo scriptum est, quod conuiuiũ magnũ fecit Abrahã ea die qua à lacte depulsus est Isaac filius suus. Apud homines quidem seculi huius parentes solent natalis diem celebrare filiorum: Abrahã uerò nõ celebrat natalem diem Isaac filij sui, sed illum diem festum agit, & lætitiæ deputat, & cõuiuia celebrat, cum eũ à lacte depellit, & ad cibos fortes & solidos applicat, quasi si per hęc diceret Isaac: Cum factus sum uir, deposui quæ erant paruuli. Oportet ergo talem esse hũc qui offertur deo ut habitet in sanctis, qui possit uesci carnibus sanctis, de quibus scriptũ est: Sanctificamini ut manducetis carnes. Sed uideamus quali eũ prece Anna id est gratia cõsecrat deo. Nouũ qppe aliquid in principijs ipsis obseruabimus. Ait eñ: & orauit Anna, & dixit: Et nusquã eam quasi ad deũ orantem inuenio, uel loquentẽ, nisi per duo tantũ uerba, ubi dicit: Lætata sum in salutari tuo, & aliud: Quia nõ est prẽter te. Initiũ aũt sic habet: Exultauit cor meũ in domino. Non dixit exultauit cor meũ in te. Si enim esset oratio, ita dici consequens erat: Exultauit cor meũ in te. Et iterum in sequenti uersu eius

Num. 20

1 Cor. 3

Gen. 21

1 Cor. 13

Num. 11

dicit: Exaltatũ est cornu meũ in deo. Non dixit: Exaltatũ est cornu meũ in te, sed in deo. Dilatatũ est os meũ super inimicos, quia lætata sum in salutari tuo. Vnus (ut dixi) sermo orationẽ continet: Lætata sum in salutari tuo, & in cõsequentibus non dicit quia nõ est sanctus nisi tu, sed nõ est sanctus ut est dominus, & nõ est præter te. Hic sermo nõ uidet̃ seruasse orationis ordinẽ. In nouissimis aũt longæ supplicationis specie, etiam cõmonitiones quasdã introducit, dicens: Nolite multiplicare loqui mala, neq; exeat maliloquacitas de ore uestro, quia fortis in scientia dominus. In quo nec uidet̃ iam ad dominũ loq.

1 Thes. 5 Quid ergo dicemus de his? Ego cum legerẽ aliquando apud apostolũ quod dixit: Sine intermissione orate, quærebã si præceptũ hoc possibile esset impleri. Quis enim potest nunquã desinere ab oratiõe, ita ut neq; cibũ, neq; potũ sumẽdi tempus habeat? Quippe cum si hæc fiãt, intermittẽda uidetur oratio. Sed nec dormiẽdi aut aliquid aliud humani usus agendi ueniã secũdum istud præceptũ oratio cõmuniter intellecta cõcedit. Videamus ergo ne forte oẽs actus eius qui in diuino uersatur officio, & omnia gesta uel dicta quæ secundũ deum gerit & dicit, ad orationẽ reportẽtur. Si enim oratio hoc solum intelligatur quod cõmuniter scimus, neq; Anna in his uerbis orasse uidebitur, & nunq; ullus iustorum secundum apostoli præceptũ sine intermissione orare potest. Si uerò omnis actus iusti, quẽ secundum deũ agit & secundum mandatũ diuinũ, oratio reputatur, quia iustus sine intermissione quæ iusta sunt agit, per hoc sine intermissine iustus orabit, nec unquã ab oratione cessabit, nisi iustus esse desistat. Cum em̃ iniustũ aliqd agimus aut dicimus, certũ est q; eo tẽpore etiã ab oratione cessamus. Puto quod hoc edocemur

Psal. 141 & in psalmis cum dicit: Eleuatio manuũ mearum sacrificiũ uespertinũ. Non enim puto quod si quis eleuauerit uel extẽderit manus ad cœlũ (ut habitus orantiũ esse solet) cõtinuo sacrificiũ obtulerit deo. Sed uideamus ne forte hoc sit q̃d ibi indicat sermo dei, quia per manus opera intelliguntur. Eleuat manus ille qui eleuat actus suos à terra, & cõuersatio eius adhuc in terra ambulãtis in cœlis est. Excelsi ergo actus & sublimes, quos uidẽtes homines magnificãt patrẽ cœlestẽ, eleuatio manuũ dicit̃, & sacrificiũ uespertinũ.

Exod. 17 An non & in lege id per mysteriũ docebat̃, cũ Moyse eleuãte manus, uincebat Israel: demittente uerò & deiciẽte deorsum, uincebat Amalech? Et si oẽia hæc figuraliter cõtingebãt illis, scripta sunt uerò propter nos, in quos fines seculorũ deuenerũt. Quare intelligere debemus, quia donec famulus dei eleuat actus suos ad deũ, uincit gens dei: cũ autẽ deiecerit & demiserit manus, id est actus suos, uincit Amalech inimicus dei. Aut q̃d uidet̃? (uolo enim paululũ immorari cum his qui nolũt hæc spiritaliter, sed secundũ literã intelligi) nũquid nã putandũ est, quod omnipotẽs deus ad manus respiceret Moysi, & si q̃dẽ uideret eas sursum eleuatas, Israel uictoriã daret: si uerò deorsũ deiectas, Amalechitis? Siccine dignũ est de sancti spiritus sentire sermonibus? An illud potius putandũ est, quòd futura in his mysteria præformabat? quæ quidẽ de crucis sacramento & affixione manuum saluatoris intelligi tritũ iam, & à multis sæpe dissertũ est. Sed quoniã innouari semper iubet̃ is, qui secundum Euangeliũ uiuit, & nouũ testamentũ semper debet nouis sensibus illustrari, & cãtare domino iubemur canticũ nouũ, & interior homo noster nõ

2 Cor. 4 dixit Paulus q̃a renouat̃ & stetit, sed renouat̃ de die in diẽ: oportebat etiã nos & de orationis modo qualiter sine intermissiõe orandũ sit, & de eleuatione manuũ, q̃d sacrificiũ dicit̃ uespertinũ, non solũ usitatis & attritis, sed & aliquãtulũ innouatis dissertionib. explanare. Videamus ergo quid sibi uult ratio ista orationis Annę, quã si didicerimus, similiter fortassis & nos orare poterimus: Exultauit, inqt, cor meũ in domino, necessarie addidit in dño. Est em̃ exultatio quæ nõ est in domino, sicut & illud dicit̃: Gaudete in dño. Potest enim quis gaudere in carnalibus, & nõ in domino. Si enim gaudeã quod inueni thesaurũ uisibilẽ, istud gaudiũ carnis est, & nõ in domino. Si gaudeã q̃ me homines laudãt, & forte nõ pro merito, nõ est hoc gaudere in dño. Si gaudeamus in rebus fragilib. & caducis, hæc omnia nõ habẽt laudabile gaudiũ. Si uerò gaudeã quoniã dignus habitus sum p nomine dñi iniuriã pati, istud gaudiũ in domino est, quia ipse dixit super his:

Matt. 5 Gaudete & exultate, quia merces uestra multa est in cœlis. Si gaudeã cum odia in me exercent̃ iniusta, si gaudeã cũ impugnor propter uerbũ dei, si gaudeã cum castigor in languoribus, in persecutionibus, in angustijs, si hæc omnia lætus excipiam, istud gaudiũ in domino est. Et ideo nos docet scriptura, ut abijcientes gaudia terrena fragilia & caduca

de æternis

de æternis gaudijs exultemus in domino,ut merito dicamus qđ Anna dixit: Exultauit cor meũ in domino.Et quoniã cũ hæc dicunt̃,quidã de aſtãtibus repletus eſt ſpiritu immundo,& exclamauit ita ut fieret populi cõcurſus,dicamus & nos cũ Anna dicẽte:Exultauit cor meũ in domino.Cõtrarius ſpiritus exultationẽ noſtrã in domino ferre nõ potuit,ſed uult eã mutare,ut ablata ea introducat triſtitiã, & prohibeat nos dicere:Exultauit cor meũ in dño.Verum ne nos impediamur,ſed magis ac magis dicamus:Exultauit cor meũ in dño:& ꝓ hoc ipſo quod uidemus immundos ſpiritus flagellari, gaudeamus: quia & per hæc multi cõuertunt̃ ad dominũ,multi emendantur, multi ad fidem ueniũt, & nihil eſt quod ſine cauſa faciat dominus,nec aliquid fieri fruſtra ꝓmittit.Nam quoniã multi ſunt qui uerbo non credũt,nec rationẽ doctrinæ ſuſcipiũt, in his cũ dæmon inſilierit,tunc cõuertũtur,ut ubi abundauit delictũ,ſuperabũdet gratia: & ubi maligna uirtus operata eſt,ibi plus poſtmodũ domini gratia opereť. Quia cũ expulerit domini gratia malignum ſpiritũ,introducit ſpiritũ ſanctũ:& anima quæ repleta fuerit ſpiritu immũdo, repletur poſtmodum ſpiritu ſancto.Ideo pro his omnibus dicamus: Exultauit cor meũ in domino.Et exaltatũ eſt cornu meum in deo meo.Sunt quædã cornua iuſtorũ quibus utuntur uel agentes aliquid uel loquẽtes,ſicut cum dicunt:In te inimicos noſtros uẽtilabimus cornu.In Grẽco ὑψπαιζομεν dicit̃,q̃d eſt cornu petemus,uel cornu uentilabimus. Sed & alibi dicit̃,& exaltabunt̃ cornua iuſti.Oportet ergo nos habere iſta cornua, quæ iuſtis de apicibus Chriſti crucis cõferũt̃, ut in his deſtruamus & deijciamus aduerſarias uirtutes de anima noſtra,quib. proſtratis & expulſis poſſit in nobis plãtari uinea,q̃a uinea facta eſt dilecto in cornu in loco uberi.Exaltatũ eſt ergo cornu & huius iuſtę gratię, & oĩs iuſti in dño.Dilatatũ eſt os meũ ſuper inimicos meos. Scriptũ eſt:Dilata os tuũ, *Pſal.80*
& adimplebo illud,& nunc dicit hæc iuſta:Dilatatũ os meũ.Si idoneus & fortis fuero in uerbo effectus,& ualidus in ſapientia,ita ut nõ anguſtis aſſertionibus, ſed dilatatis & affluẽtibus cõfutare poſſim omnem ſcientiã extollentẽ ſe aduerſum fidẽ & ueritatẽ Chriſti:uel cũ incredulitatẽ uel perfidiã arguẽs ludæorũ ex lege & ex prophetis depromptã oſtendero eſſe Chriſtũ Ieſum,& in omnibus potero redarguere ueritatis inimicos:tunc digne poſſum etiã ego dicere,dilatatũ eſt os meũ ſuper inimicos meos. Si mihi certamẽ moueat Baſilides,& eũ uehemẽter obtriuero:ſi Valẽtini diſcipulus occurrat,& me quęſtionibus uẽtilet,& de hoc certamine uictor exiero: ſi his proſtratis Marcion occurrat, & diſceſſerit etiã ipſe ſuperatus:dilatatũ eſt os meũ ſuper inimicos meos. Si iſtis cõfutatis occurrãt philoſophi inſultãtes ſimplicitati fidei noſtrę,& idiotas nos imperitoſq̃ clamitãtes,& cõuertar etiã ad ipſos,& ueræ ſapiẽtię uiribus falſæ ac fucatę ſapiẽtiæ nebulã obturbauero, & nõ ſolũ huius mũdi,ſed & principũ huius mundi ſapientiã deſtruxero, tũc pleniũs dilatatũ eſt os meũ ſuper inimicos meos. Sancti eſt ergo uox iſta & ꝓfecti,q̃ rebus ipſis & ueritate ſubnixũ huiuſcemodi ſermonẽ poſſit proferre & dicere:Dilatatũ eſt os meũ ſuper inimicos meos. Oportet ergo nos primo os noſtrũ dilatare,ut impleat illud deus.Qũo aũt os primo dilatamus:per meditationẽ uerbi diuini, ut poſſimus eouſq̃ proficere,ut à dilatatione oris etiã ad cordis dilatationẽ ueniamus,& cũ Apoſtolo dicere:Cor meũ dilatatũ eſt ad uos ô Corinthij.Ex latitudine eĩm cordis abundãtia oris ſa- *2 Cor.6*
piẽti miniſtrat̃. Quia lætata ſum in ſalutari tuo.Si lætatus fuero in ſalutari dei, tũc dilatatũ eſt os meũ ſuper inimicos meos.Nõ eſt ſanctus ſicut dominus. Si ſcriptũ eſſet, nõ eſt ſanctus niſi dñs,conſequens erat oẽs nos renunciare nobiſmetipſis ab hac ſpe ut ſancti efficeremur:nunc aũt neceſſaria diſtinctione utit̃ & dicit,nõ eſt ſanctus ſicut dominus: hoc eſt, & ſi ſint multi ſancti, ſed nullus ita ſanctus eſt ut dñs. Poſſunt ergo multi ſancti fieri,ſicut & mandatum dei dicit:Sancti eſtote,quoniã & ego ſanctus ſum.Sed quantũcunq̃ quis in ſanctitate proficiat,quantumlibet puritatis & ſynceritatis adquirat,ita eſſe ſanctus homo nõ poteſt ſicut dominus:quia ille largitor ſanctitatis eſt, iſte ſuſceptor: ille ſanctitatis fons eſt,hic autẽ ſancti fontis potator:ille ſanctitatis lux eſt, hic ſanctæ lucis inſpector:& ideo nõ eſt ſanctus ſicut dominus,& nõ eſt præter te.Quid eſt quod dicit,non eſt præter te,non planè capio.Si dixiſſet,non eſt deus præter te,uel non eſt creator præter te,aut tale aliquid addidiſſet,nihil requirendum uidebatur:nunc aũt quia dicit,nõ eſt præter te,mihi hoc uideť in loco deſignari, nihil eorũ quæ ſunt,hoc ipſum qđ ſunt naturaliter habere.Tu ſolus es,cui quod es,à nullo datũ eſt. Nos eĩm oẽs,id eſt uniuerſa *Leuit.20*

uersa creatura non eramus antecꝙ crearemur,& ideo quod sumus uolũtas est creatoris. Et quia aliquãdo nõ fuimus,nõ est integrũ si dicat̃ de nobis quia sumus,quantũ ad illud spectat cum nõ essemus.Sed solus est deus,qui quod est semper habuit,& nõ accepit ut esset initiũ.Denicꝙ Moyses cũ discere uellet à deo quod ei nomen esset, docens eũ deus
Exod.3 dixit:Ego sum qui sum,& hoc mihi nomẽ est.Si ergo aliud aliqd in creaturis hoc nomine uel hac significantia appellari posset,nunꝙ diceret dñs hoc sibi esse nomen. Sciebat enim se solũ esse,creaturas uerò|à se accepisse ut essent. Nam & umbra ad comparationẽ corporis nõ est,& fumus ad cõparationem ignis nõ est. Sic ergo & quæ in cœlis sunt & quæ in terra,uisibilia & inuisibilia,quantũ ad naturã dei pertinet, nõ sunt, quantũ ad uoluntatẽ creatoris,sunt hoc quod ea esse uoluit ille q̃ fecit. Ideo ergo dicit̃,quia præter te nõ est.Nõ est potẽs sicut deus deus noster. Simile est hoc illi qd̃ superius dictũ est, quia non est sanctus sicut dñs.Sicut enim ibi nõ dixit,quia nõ est sanctus quisquã,sed non est sanctus sicut dominus,ut ostẽderet quia etsi sunt sancti, tamẽ nemo ita est sanctus ut est dominus:ita & in hoc loco etsi sit aliquis potens,nõ est,inquit,potens sicut deus noster. Nolite multiplicare loqui excelsa. Cur nõ dixit nolite loqui excelsa? Ergo licet mihi aliqua loqui excelsa,multiplicare aũt excelsa & ardua nõ mihi licet, hoc ẽm uideṫ designari per id q̃d dictũ est,nolite multiplicare loqui excelsa. Quid ergo per hoc indicet̃, cõsideremus.Non permittit̃ humanæ naturæ multa excelsa loqui,necꝙ multa excelsa intelli
Eccl.3 gere.nã & Salomon dicit:Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutere,sed de quib. tibi præceptũ est,hæc intellige.Ergo & in hoc loco dicit̃ excelsa,nõ ut omnino nõ quæras,sed ne de his multiplices quæstiones. Respiciẽti quippe ad imbecillitatẽ cõditionis humanæ,sufficiat tibi ea de excelsis & arduis uel inquisisse uel proloqui, quæ uitã uel in quirẽtibus uel loquẽtibus tribuãt. Quæ aũt sunt in quibus excelsa me loqui necesse est? Quãdo de omnipotentia dei loquor,de inuisibilitate & sempiternitate eius,excelsa loquor. Quãdo de unigeniti eius coæternitate cæterisꝙ eius mysteriis pronũcio, excelsa loquor.Quãdo de sancti spiritus magnificẽtia dissero,excelsa loquor.In his tantũ nobis cõcedit̃ loqui excelsa.Post hæc tria iam nihil loquaris excelsum.Oẽmia ẽm humilia sunt & deiecta,quãtũ ad trinitatis huius celsitudinẽ spectat. Nolite ergo multiplicare loqui excelsa,nisi de patre & filio & spiritu sancto. Et ut plenius manifestũ fiat qd̃ loquimur, utamur adhuc(si uideṫ)exemplis. Verbi gratia gentes multos introducũt deos.Istę multiplicant loqui excelsa.Hæreticorũ quidam derelinquẽtes creatorẽ mundi, & filiũ eius, fingunt sibi alium nescio quem excelsiorẽ deum, & alios similiter introducũt,siue quos ἀεώνας,siue quos deos appellant.Et isti ergo multiplicãt loqui excelsa. Nõ exeat magni
Rom.7 loquiũ de ore uestro. Vide quid dictũ est ab Apostolo:Miser ego homo qs me liberabit de corpore mortis huius? Cõuenit hoc dici de omni homine.Miserũ nanꝙ est mortaliũ genus:siquidẽ nõ solũ in malis sed & in bonis periclitamur. Verbi gratia,uisiones quasdã uidi bonas,factæ sunt mihi elationi. Signa & prodigia per me impleta sunt,superbus effectus sum in bonis.Seruaui iustitiã,continentiã,uirtutẽ,sed in his periclitor. Quando enim nihil aliud fecerit zabulus,pro his omnibus suscitat mihi superbiã,ita ut postea ha
2 Cor.12 beã angelũ Satanæ q̃ me colaphizet, uti ne extollar & exeat magniloquiũ de ore meo,
Psal.11 id est ne magna de meipso loquar. Quoniamquidem exterminat dñs labia dolosa,& linguam magniloquã eorũ qui dixerũt,linguã nostrã magnificauimus.Nõ ergo exeat magniloquiũ de ore uestro,quia fortis scientiarũ dominus. Et nõ emẽdauerũt excusantes.
Psal.140 sicut & ibi dictum est:Nõ declinet cor tuũ in uerba mala ad excusandas excusationes in
Prou.26 peccatis cũ hominib.operãtibus iniquitatẽ.Et in prouerbiis dicit̃:Occasiões accipit piger & dicit:Leo est in uia,in plateis aũt homicidę.Inuenimus ergo tales esse peccatores accusantes oẽmia magis ꝙ semetipsos,& occasiones sibimet excusationũ fingẽtes, cũ di
Gen.3 cũt:Zabulus me supplãtauit,mulier me seduxit,ille mihi occasionẽ prębtitit ut peccarẽ,
Esa.43 cũ uticꝙ oporteret meminisse pręceptidicẽtis:Dic tu peccata tua prior ut iustificeris.Nõ ẽm emẽdãt excusatiões,necꝙ hic necꝙ in futuro,si male fecerimus.Sed & illud in excursu
Prou.18 cõtingere necessariũ uideṫ.Mirũ q̃ppe cõtinet sensum,q̃ scriptũ est:Iustus ipse sui accusator fit in principio sermonis sui,cũ tñ iniustus non sit sui accusator, sed aliorũ. Sicut & Zabulus accusator quidẽ est,accusator aũt nõ sui,sed fratrũ.Interim oẽs necesse est accusari:sed si quidẽ iustus fuero,non expecto ut alius me accuset,sed ipse mei accusator exi

sto.Plenius

sto. Plenius tamen uelim discutere, quo potest iustus sui accusator esse. Certū est quia do nec quis peccat & permanet in delictis, neq; iustus est, neq; accusator est sui. Nō em̄ accusat quod agit. Cū uerò pœnituerit à delictis, tūc iustus efficitur, & nō alterius, sed sui accusator existit. Arcus potentiū infirmatus est. Iacula maligni quæ dicunt ignita, per arcum potentiū emittuntur. Potentes aūt uirtutes dicunt aduersæ, de quibus dicitur, quia ecce peccatores intenderūt arcū, & in ipso parauerūt uasa mortis. Et iterū: Sagittas suas *Psal.7* ardentibus effecit. Sed & nūc dicit, quia arcus potentiū infirmatus est. Si em̄ tu indutus sis armis dei, si scuto fidei sis munitus, & galea salutis obtectus, & lorica charitatis, & gla *Eph.6* dio spiritus accinctus, arcus cōtra te potentiū pro munimētis talibus infirmabit. Si em̄ iaculatus fuerit aduersum te unū aliquod iaculū ignitū, id exceptū fidei scuto cōtinuo restinguit. Iecit & aliud iaculū, repulsum id quoq; à thorace iustitiæ est. Iecit & tertiū, & id gladio spiritus detrūcatū est. Mittit fortassis & quartū, qd' similiter per galeā salutis abiectū est. Cūq; per hæc oīa homo dei petitus inuulnerabilis manserit, tūc arcu potētiū nequaq; tot directis spiculis infirmabit. Et infirmi accincti sūt fortitudine. Si uideamus quo quæ stulta sunt mūdi elegit deus, ut cōfundat sapientes, & quę infirma mūdi sunt, ut *1 Cor.1* cōfundat fortia, intelligis quo infirmi accincti sunt fortitudine. Infirmus erat gētilis populus, quippe q alienus erat à testamēto dei: hic adeptus est fortitudinē. Quā fortitudinē? Fortitudo mea & laudatio mea dns, & factus est mihi in salutē. Fortitudo ergo mea ipse est Christus dns, qua accincti sumus nos qui eramus aliquādo alieni à testamēto dei, & sine deo in hoc mundo. Saturati panibus deducti sunt ad seruitutē. Culpabile ostēdit esse saturari panibus. Quia Iacob māducauit & bibit, & repletus est, & incrassatus est, & *Deut.32* recalcitrauit dilectus. Esurientes dereliquerūt. Illos dicit qui saturati fuerāt panibus, quia reliquerūt esurientes. Venit fames, nō fames, panis, neq; aquæ sitis, sed audiēdi uerbū do *Amos 8* mini. Propterea ergo esurientes dereliquerūt usquequo sterilis peperit septē, & fœcunda in filijs infirmata est. Multi em̄ filij desertæ magis q̄ eius quæ habet uirū. Sterilis est ma- *Esa.54* ter nostra ecclesia, hæc peperit septē, septenariū scilicet numerū, cui requies ascripta est, & fœcūda in filijs infirmata est. Patroni literæ Iudæi uelim uidere quo asserūt q̄ fœcunda in filijs infirmat, & sterilis quo peperit septē: sed illorū fabulis spretis nos consideremus ne forte unusquisq; nostrū habeat intra se sterilē quæ peperit septē, habeat & fœcūdā in filijs quæ infirmat. Fœcūda in propagine erat caro mea habēs plurimos carnis fructus, fornicationē, immūditiā, impudicitiā, idololatriā, ueneficia, inimicitias, cōtentiones, æmulationes, incitationes, dissensiōes, hæc erāt carnis nostræ numerosæ progenies. Sed cū uenimus ad fidē crucis Christi, & mortificationē Iesu cœpimus circūferre in corpore nostro, & mortificare mēbra nostra quæ sunt super terrā, & exhibere ea seruire iustitię & sobrietati: tūc fœcūditas probroseq; huius generatiōis excluſa est, & hoc modo fœcunda in filijs infirmata est. Quo aūt sterilis septē pariat uideamus. Sterilis erat in me anima mea, non afferebat fructus iustitiæ: nūc aūt ubi per fidē Christi meruit gratiā spiritus sancti, & repleuit eā spiritus sapiētiæ & intellectus, spiritus cōsilij & fortitudinis, spiritus iustitiæ & misericordiæ, & repleuit eā spiritus timoris dñi: certū est quod sterilis peperit septē, & fœcunda in filijs infirmata est. Dominus mortificat & uiuificat. Quē mortificat dns, & quē uiuificat? Me ipsum mortificat, cū me mortuū facit esse peccato. Et me ipsum uiuificat, cū me facit uiuere deo. Peccator erā, & in delictis uiuebā: mortificauit me à peccatis, mori me fecit uitæ priori, & uiuificauit me ut in timore suo uiuā, ut in fide sua stem, ut ultra non uiuā peccato, sed deo, qui me à mortuis suscitauit, ut in nouitate uitæ ambulem in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperiū in secula seculorum, Amē.

PROLOGVS HOMINIS INEPTI IN ORIGENEM super Iob. De quo uide Censuram.

EDITORVM mos est medicorū, ut cum ad infirmū introierint, & qualitatē passionis agnouerint ægrotātis, ea quæ necessaria uel apta sunt curæ, agnitæ adhibeant passioni: nec ante pro infirmo aliquā ordinant curā quàm in integro eius agnouerint causam, ne pro oculo aurem uideantur curare, aut pro manu capiti reperiantur medicinā conferre, quod est omnino imperitorum, atq; artem ignorantium medicinæ. Sic etiā omnis interpres, nisi ante uim, ac sensum cognouerit

gnouerit lectionis, quomodo poterit fidem in omnibus cõseruare interpretis? Nisi sensum inquã diluciде atq; integre iuxta linguæ uernacula perlegerit, nõ facile ullo modo ea quæ ab alio edita sunt, in alterius linguæ saporem ueraciter exprimet. Et cum hæc nõ obseruauerit, aut certe (quod me dicere pudet) ignorauerit, aut aurem pro oculo, aut caput pro manu tanq; imperitus medicus curare incipiet. Hæc à nobis ideo prẽmissa sunt, quia cognouimus, uel potius legimus hunc qui in manibus est beati Iob librũ aliquos iã de græco in latinũ, non latino uertisse sermone, & quia ualde satis ab interpretis officio discrepauerint, & quia à ueritate atq; regula interpretationis longe discesserũt. Ideo omnem sapientem peto, in cuius manus hic liber deuolutus fuerit, ut ante hũc prologũ relegat, quam ad huius libri lectionem accedat: ut ex huius præfationis textu informatus, ex quo hæc interpretata fuerint perfacile cognoscat. Spõdeo sanè me à ueritatis auctoritate nullatenus discessisse, sed sicut ab illo posita sunt qui hæc prior edidit, ita eorum status integritatem in nullo uitiatam penitus reseruasse: nihilq; scabrum, neq; asperũ, neq; additum, demptumue diligens lector inueniet: quã illi fidẽ præmissi interpretes facere non præsumpserunt. Quod etiam peto te studiosorum lectorum maximum, atq; diligẽtem ueritatis amatorem, ut etiam tu illa mẽtis uiuacitate, atq; sancti animi curiositate ad eorum quæ dicta sunt rationẽ relecta peruenias lectione. Inuenies proculdubio multa eos prætermisisse, necnon & addidisse superflue plurima, atq; ab interpretis officio longius recessisse. Quę cum diligenter agnoueris, quẽ legere debeas, quemue recusare, perfacile cognosces. Nos uerò nõ ideo hæc dicimus, quod nos aliis anteponere uelimus: cũ simus imperitiores atq; abiectiores omnibus hominibus secundũ Apostolum sermone, non scientia: sed attente fauẽtes in omnibus ueritati, ea quę à nobis uobis inuenta sunt, summo studio deo suffragante in omnibus diligenter implere curauimus.

ARGVMENTVM IN LIBRVM IOB

In terra quidem habitasse Iob Vsitidi in finibus Idumææ & Arabiæ fertur, & erat ei ante nomen Iobab. Et accepit uxorem Arabissam, & genuit filium quẽ uocauit Enon. Erat autem ipse filius quidẽ Zare de Esau filijs filius, de matre uerò Bosra, ita ut sit quintus ab Abraã. Et hi sunt reges qui regnauerunt in Edom, in qua & ipse regnauit, sed primus in ea regnauit Balach filius Beor, & nomen eiusdem ciuitatis Denaba. Post hũc aũt Balach. Post eum Iobab qui uocatur Iob. Post Iob autem Husam, qui erat dux ex Themanorum regione. Et post illum regnauit Adad filius Badad, qui excidit Madiã in campo Moab, & nomen ciuitatis eius Auith.

ORIGENIS ADAMANTII
IN IOB LIBER PRIMVS

Non est Origenis. Vide Censuram.

ICVT cœli luminaria ac sidera in firmamento cœli à Deo collocata cunctis indesinenter quæ sub cœlo sunt fulgẽt, atq; omnibus quæ super terram sunt per tempora ac tempora, per generationes & generationes mirabiliter relucent, alia quidem per noctem, ut luna & stellę, alia nihilominus per diem, ut solis speciosissimi radij: sic & sanctorum uirtutis insignia, atq; beatissimi eorum agones, omnibus in perpetuo singulariter fulgent, omnibus in æternum bonorum formam tribuunt, omnibus sub sole pietatis exemplum ostendunt. Quod autem sideribus
1 Cor. 15 atq; luminaribus comparentur omnes sancti demonstrat Apostolus dicẽs: Stella enim à stella differt in claritate, ita & resurrectio mortuorum, proculdubio sanctorum. Euidentius autem ostendit hoc angelus, qui ad Danielem locutus est dicẽs: Tunc iusti effulgebũt sicut luminaria cœli, & tanquã sol, & luna, & tanq; stellæ in secula. Super hæc uniuersa etiã ipse dominus in Euangelijs dicit: Tunc iusti fulgebunt in conspectu patris sui qui est in cœlis. Sic itaq; effulgent atq; emicant omnes sancti, non solũ in tempore restitutionis

tutionis,sed & nunc in tempore huius præsentis seculi.Alius enim fide fulget,ut Abraham:alius castitate lucet,ut Ioseph:alius nihilominus mansuetudine,ut homo dei Moses.Item uerò alius constantia atq; tolerantia uehementium dolorum,sicut admirabilis Iob,de quo plurimus sermo,de quo uehemẽs disputatio,cuius sanctæ uirtutis insignia, cuius admirabilẽ constantiã,cuius inenarrabilẽ tolerãtiã,cuius miserabiles dolores, qs edicere,uel iuxta meritũ proferre,uel admirari ualeat,quæ scripta sunt Syrorũ lingua,si ue ab ipso Iob,siue ab amicis eius? Ob hoc enim dicit ipse beatissimus Iob: Quis dabit ut scribantur sermones mei,& ponantur in libro in perpetuum? Interpretata autẽ sunt à magno illo uiro Mose in Hebraicã linguam, atq; filijs Israel tradita, quod ostẽdit ipsa scriptura Iob,dicens:Hic interpretatus est ex Syrorum libro. A quo interpretatus? Manifestum est quod à Mose in Hebræũ.Item uerò à LXX ex Hebræo in Græcum translatus est.In Aegypto scilicet olim Moses illum ex Syro in Hebræũ transtulit. Item in Aegypto etiam septuaginta sub Ptolemęo ex Hebræo in Græcũ illũ transtulerũt, & inde ex Aegypto per uniuersas gentes beati Iob scriptura diuulgata est:primũ quidẽ in Arabia Syriace scripta,ubi & Iob habitabat:post hoc uerò & in Hebræis,& in Græcis, atq; in omnibus gẽtibus,iuxta hæc quæ intimata atq; ostensa sunt,immutata atq; interpretata est.Erat nimirũ pridẽ Syriace ex parte scripta nõ ita diligẽter neq; ita uigilanter,quẽadmodum postea à Mose.Solæ enim respõsiones,atq; replicationes à primordio scriptę sunt.Nam quis illorum poterat nosse quomodo uenerint angeli,ut starẽt ante deum, uel quomodo diabolus uenerit,uel quid dixerit,uel quid respõderit? Nullus illorũ poterat hoc nosse,uel hoc q̃d deus ad diabolũ locutus fuerit,nisi solus Moses spiritus sancti reuelatione.Sicut emm de factura cœli & terræ nemo alius ita diligenter poterat nosse,uel loqui,uel scribere sicut Moses,ita nec ea quæ circa Iob gesta sunt.Sed ita adhuc,sicut nemo alius poterat nosse,uel dicere,uel scribere,quæ solus pater ad solum filiũ locutus est,dicẽs:Faciamus hominẽ,& cætera uniuersa, nisi solus Moses, quæ reuelauit illi spiritus sanctus paracletus qui prẽsens erat:sic similiter nullus illius tẽporis poterat nosse in secreto quæ deus ad diabolũ locutus est pro increpatione eius quæ in eo erat cogitationis,nisi solus Moses,cui cuncta sunt reuelata quæ ante erãt abscondita, pro ijs qui tũc legis auspicium erant accepturi.Quod autem Moses hæc scripserit in Aegypto,etiã iuxta ipsum tẽpus cum eiusdem sit numeri maxime cõprobatur. Nã sicut quintus erat Iob ab Abraham,ita quinta progenie missus est Moses educere filios Israel de terra Aegypti.Super hæc autem omnia ô amici inuenimus in antiquorũ dictis, quod cum magnus ille Moses in Aegypto à deo fuisset missus, & uehementẽ afflictionem filiorũ Israel uideret, & consolari eos ab anxietate lamentabilis eorũ afflictionis qua illos Aegyptij affligebant,minime ualeret,uehemẽtes illos atq; terribiles Iob dolores pro cõsolatione illis enarrauerit,necnon & in scriptura eos ponens adhuc cũ essent recentiores illi populo dederit:ut per cognationes & tribus suas hæc legẽtes, & uehemẽtes atq; terribiles illos beati illius uiri dolores audientes, inuicem se cõsolarentur, & cum patiẽtia atq; gratiarũ actionibus mala quæ eos circumdederant sufferrent,& ut bonã remunerationem domini quam Iob post tolerantiã largitus est audientes,etiã ipsi liberationẽ sperarent,& beneficia beatæ mercedis laborum suorum expectarent.Huius nanq; rei euidens atq; irrefutabile indiciũ est hoc, quod etiã adhuc usq; in hodiernũ diem beati Iob tolerantia ante eos qui sunt in dolore & luctu atq; planctu legitur pro cõsolatione atq; exhortatiõe dolorũ illorũ,& pro ablatione angustię cordis eorũ. Similiter aũt & in cõuentu ecclesiæ in diebus sanctis legit̃ passio Iob,in diebus ieiunij,in diebus abstinẽtiæ, in diebus in quibus tanquã cõpatiuntur ij qui ieiunãt & abstinent,admirabili illi Iob,in diebus in quibus in ieiunio & abstinentia sanctã domini nostri Iesu Christi passionẽ sectamur:ut terribilem eius passionem trãseuntes ad beatam eius resurrectionem uenire mereamur,compassi nunc ut & conregnemus,cõdolẽtes modo in tempore passionis, ut & congaudeamus post hoc in tempore resurrectionis. Quam passionẽ dominus noster Iesus Christus ad terras ueniens in humano corpore sustinuit pro omniũ hominum salute,ut per passionem sanè mortẽ interficeret,per resurrectionem uerò suã recidiuam uitam cunctis ostenderet.Cuius passionis,atq; resurrectionis domini formã atq; exemplum quia Iob passio in multis gerebat,sicut ij qui diligentius requisierunt, repererũt:

Gen.1

merito etiã nũc in diebus passionis, in dieb. sanctificationis, in diebus ieiunij, beati Iob passio legitur, meditatur atq; scrutatur. Sed ad priorem reuertamur sermonẽ. Diximus quod magnus ille Moyses scribens passionem Iob, & dolorem, & laborem, atq; cõstantiam, pro cõsolatione dederit filijs Israel, blande & benigne ac placide loquens ad eos, ac dicens: Constantes estote filij Israel, animæquiores estote posteritas Abrahæ, sustinete dolores, sufferte hęc mala, quia & olim erat quidã homo in regione Ausitide, cui nomen erat Iob: qui cum esset iustus & uerax, & sine querela, ingentes sustinuit dolores, amara supportauit tormenta, propter zelũ aduersarij, atq; nequissimi diaboli inuidiã. Ita & uos, inquit, modo à Pharaone uexamini, ab Aegyptijs oppressionẽ patimini, ab immisericordibus uehementes sustinetis dolores, cũ omnino non cõprobemini peccatores, neq; culpabiles, & non solũ inculpabiles, sed & sancti, boni factores, & perfecti, & grati amici & ipsis & patribus eorũ estis comprobati atq; ostensi. Sed cũ hęc patimini illicite ab Aegyptijs in seruitutẽ redacti, & absq; culpa ab eis macerati, atq; iniuste afflicti ne defeceritis, neq; succubueritis. Nolite fieri desperantes, sed sustinete constanter, atq; sufferte uiriliter. Erit namq; & uobis liberatio quemadmodum & illi. Reddetur etiã uobis retributio huius tribulationis, sicut & illi redita est. Si uos quos honorabiles atq; diuites esse oportebat propter patrũ bonitatem atq; diuitias, inhonorabiles atq; egeni effecti estis, nolite expauescere: qa & præfatus hic uir Iob de sede regali, & glorioſa ad sterquilinium deuolutus est cum ignominia, ex immensis diuitijs atq; opulentia ad miserabilem paupertatem immutatus est atq; inopiam. Si Aegyptij quos amicos esse oportuerat propter gratiam Ioseph, atq; synceritatem Israel, ad inimicorum nequitiam immutati sunt, nec hoc uobis sit mirum: quia & Iob boni illi sodales, qui ei deuoti atq; integri amici esse debuerant, ad inimicitiam conuersi sunt, & ad maximam reluctationem, atq; criminationem circa illum immutati sunt. His ergo similia etiam uos, inquit, sustinẽtes filij Israel, usq; in finem supportate, usq; in finẽ sufferte. Erit enim uestra inspectio, sicut & illius facta est. Erit atq; reddetur uobis tolerãtiæ remuneratio, sicut & illi reddita est. Hæc namq; & his similia Moses loquẽs ad filios Israel scripsit, dicens: HOMO quidã erat in regione Ausitide. Homo, utpote natura existens homo: quidam uerò, utpote ex omnibus singularis. In regione autem Ausitide, utpote qui illic moraret, & illic natus, atq; ex ipsis fuerit, & inter eos aduixerit. Et qui sunt isti Ausitæ? Genus Esau, posteritas atq; tribus Edom. Nam Ausitæ, & Minei, & Euchei, & Themanitæ, & cæteræ omnes tribus erant ex cognatione atq; prosapia Esau filij Isaac, qui & Edom cognominatus est. Idcirco cohabitatores sibi erant inuicem, atq; integri amici, utpote unius generis atq; unius linguæ, & ut breuiter dicam, unius gentis erant & contigui habitatores. Nã tunc uniuersæ tribus Idumæi uocitatæ sunt, ex nomine Esau ita nuncupatæ. Nunc uerò omnes uno nomine Arabi appellantur, nõ solũ Idumæi qui erant ex Esau, sed & Ammanitę & Moabitæ, omnes pariter nũc in Arabum nomine perstringuntur. Hęc itaq; diximus, ut ostendamus qui fuerint Ausitæ, ex quorũ Iob appellatur regione, quia tribus erant & cognationes Edom, q & Esau. Nã sicut tribus Israel, q & Iacob, ita & tribus Edom qui & Esau, iuxta carnales tribus, & nõ iuxta studia spiritalia. Ausitæ ergo & Euchei, & Minei & Themanitæ, omnes pariter Idumæi fuerũt. Ob hoc ergo dicit: Homo quidã erat in regione Ausitide. Statim in primordio laudem beatissimi Iob demonstrat. Nam cum hominem illũ memorat, ostendit protinus quod ille homo fuerit, & non iumentũ neq; bestia. Homo quidã erat. sed quia homo esse comprobatur, merito factus esse ostenditur. Homo quidam erat. Vnus erat ex omnibus hominibus secundum corpus, secundũ corruptionẽ, sed singularis erat præ omnibus hominibus iuxta spiritus instantiã & animæ synceritatem, atq; iustitię perfectionem. Homo quidam erat. uere homo, utpote homo factus, ut homo permanens, utpote ad imaginem dei creatus, & ad similitudinẽ iumẽtorum ac bestiarũ atque reptiliũ non est immutatus, sicuti dicitur de aliquibus: Homo uanitatis similis factus est illis. & adhuc: Homo cũ in honore esset non intellexit, cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Homo quidã erat, patientiæ exẽplum, constantiæ testimonium, tolerantię indicium. Homo quidam erat quẽ innumeri beatum dixerũt, quem præsentes timuerunt, quem absentes reueriti sunt, quem angeli admirati sunt, quem ipse dominus dilexit. Homo quidã erat quem nequissimus æmulatus est

tus est,cui aduersarius inuidebat,quem inimicus hominum diabolus apud dominũ reprehendebat.Homo quidã erat qui uersuti illius draconis caput cõculcauit,qui scelera tum diabolũ in fugam conuertit,qui in corpore incorporeum supplantauit.Homo qui erat,homo uere tanquã cõstantissimus belligerator,tanq; singularis monomachus, tãquam constanter stans aduersus omnes diaboli exercitus,tanq; qui singulariter de omnibus dæmonum uirtutibus uictoriam sumpserit solus. Homo quidã erat, nõ erat belua cruenta,nõ erat serpens nequitia,nõ erat equus neq; mulus luxuria neq; petulantia, nõ erat canis spurcitia,neq; uulpes dolo atq; astutia, nõ erat scorpius, neq; uenenti letalis uipera,sed homo erat. Nã sicut obscœni atque impudici, maligni quoq; uersuti, his omnib.cõparant,atque horũ omniũ appellatione nũcupant,sicut dicit de huiusmodi: Canes improbi animo nescientes saturitatẽ.&adhuc:Equi admissarij facti sunt,unusquisque ad uxorẽ ꝓximi sui hinniebat.&alibi:Serpẽtes generatio uiperarũ,&generatio serpentiũ uolantiũ,qui ueloces sunt in malitia.&iterũ:Apprehendite uobis uulpes pusillas exterminantes uineas.&: Tãq; uulpes in solitudine facti sunt prophetę tui Israel.&: Ite dicite uulpi huic(dicit dñs de Herode)&alia innumera his similia dicũtur de huiusmodi in scriptura.Sed beatus Iob nõ erat talis, neq; his similis,sed homo erat intaminatus,& immaculatus atque illibatus.Homo,utpote hoc quod ad imaginem & similitudinẽ dei factus est,integrũ custodiẽs.Sic itaque homo quidã erat iuxta hæc uniuersa quæ mõstrata sunt.Nõ erãt tales omnes homines,sed unus erat solus,talis quidẽ ex omnibus Iob beatissimus.Vbi aũt erat hic homo?In qua regione,in qua prouincia? Respõdet dicens:In regione Ausitide. Qui aũt sint isti Ausitæ, superius demonstrauimus, quod ex genere fuerunt Esau,siue ex filijs Esau,siue ab ipso Esau Ausitidæ erãt uocati. Et quales isti erant Ausitæ?impij,iniusti,infideles,obscœni,insatiabiles, sicut & pater eorũ Esau, de quo dictũ est à sanctis:Nemo sit obscœnus & insatiabilis sicut Esau. Cũ ergo esset talis ipse Esau,nõ docuit filios suos pietatem neque iustitiam quam ipse non sectabatur, sed impietatẽ eos docuit,& iniustitiã atque infidelitatem. Quod si dixerit aliquis:cũ ergo talis fuerit Esau atque generatiões eius,qũo fuit Iob ex illis, atque inter illos pius ac bonus?Ita fuit sicut mox in principio Abel innocens cũ Cain iniusto, sicut Noe iustus inter gigantes illos sceleratos,sicut Melchisedech sacerdos dei altissimi in medio maledictorum Chananæorum,sicut Abraham qui credidit in medio Chaldęorũ idola colẽtium.Sicut ergo isti omnes quum essent pij ac sancti,atque religiosi dei amici,ex impiorũ sunt generationib.ꝓcreati:ita admirabilis Iob cũ ex obscœni atque insatiabilis Esau genere atque cognatione ꝓdierit,sanctus ac iustus spõte effectus est.hoc scilicet demõstrat dicens:Homo quidã erat in regione Ausitide.Erat tanquam rosa inter spinas, tanquam liliũ inter tribulos cãdidus ac rubens,candidus fide ac sanctitate,rubens uelut rosa,plane quia sustinuit dolores ac passiones.Homo quidã erat in regione Ausitide.Erat tanquam columba inter raptrices aquilas,tãquam agnus in medio luporũ diripientiũ, tanquam stella in medio nubium teterrimarũ.Homo quidam erat,iustus inter iniustos, inter ꝓphanos sanctus,inter obscœnos mũdus, pius inter impios, bonus inter malos, tanquã smaragdus in luto,tanquã margarita in arena.Sic nãque erat memoratus homo ille in regione Ausitide.Cũ ergo inter tales esset,nõ talis fuit quales & illi. Cũ inter impios esset,non declinauit ad impietatẽ.Cũ esset inter infideles, non habuit infidelitatẽ. Cum esset inter iniustos,nõ est cõmixtus iniusticijs:sed permansit in medio impiorũ tãquam adamas immobilis, tanquã lucerna inextinguibilis,tanquam lumen quod nõ immutatur,tanquã radius qui non occidit.Sic etiam oportet nos esse ó amici sanctos atq; immaculatos, pios ac religiosos,charitatẽ amplectẽtes atq; perfectos, inuiolabiles atq; illibatos in medio generis praui ac peruersi,ut fulgeamus tãq; luminaria cœli in mũdo, uerbũ uitę cõtinẽtes in die Christi,ut & de nobis dicat sicut & de beato illo:Et erat sine q̃rela homo ille iustus,uerax dei cultor.Homo ille memoratus atq; designatus, q̃ in regione erat Ausitide,cui nomẽ erat Iob.Ostẽdit hominẽ,cognitã fecit regionẽ designauit nomẽ,dicẽs:Cui nomẽ erat Iob.q̃d cũ iustis scriptũ est, q̃d in regione uiuorũ signatum est,quod in tabernaculis æternis est deputatũ.Cui nomen erat Iob.Dignos habeat etiam nos dominus,ut nomina nostra sic scribãtur cũ uiuentibus,sic cum ijs qui salui fiunt nominent,sic cum iustis cõnumerentur.Sed adhuc,inquit, homo quidã erat in re-

Esa.56 Hier.5 Matt.3 Cant.2 Ezech.13 Matt.13 Gen.25

gione Ausitide, cui nomen erat Iob. Aduersus diabolū est hic sermo, aduersus nequissimum est hęc disputatio, tanquā si diceret: O malignissime diabole, ô nequissime satana, aduersus quem altercaris? aduersus quem bellū geris? aduersus quē præliaris? aduersus quem zelo succenderis? Aduersus hominē, aduersus corruptibilem, aduersus mortalē, aduersus carnalē, aduersus terrenū, cum sis incorruptibilis, & incorporeus atq; immortalis: aduersus eum qui in regione morat Ausitide, tu qui de cœlo cecidisti. Sed & sic superaris, cōculcaris, humiliaris ab uno homine cū sis spiritus, ab uno ex corruptibilib. tu qui ex incorruptibilibus Cherubim cecidisti ordinibus. Hæc itaq; signauit dicens: Homo quidā erat in regione Ausitide qui omnē exercitū diaboli fugauit, qui omnem uirtutem nequissimi debilitauit, qui omnem uirtutē & argumentū diaboli superuacuū demonstrauit, qui omnem uentum & aquam atq; impetū maligni in se collidentem constanter sustulit, & immobilis perstitit. Ac si ergo diceret: homo quidā erat ó diabole, q tibi prævaluit. Homo quidam erat qui omnem uirtutem tuam infirmam ostendit. Homo quidam erat qui omnem malitiā tuam in derisionē deduxit, & quod est maximū habitans in regione Ausitide, id est impiorum atq; infidelium, obscœnorum quoq; atq; iustorum. Nam cum illic moraretur, non potuisti ó diabole immutare, neq; conuertere eum post impios ad impietatem, neq; post infideles ad infidelitatem, neq; post iniustos ad iniustitiā, sed inter omnes, & apud omnes iniustos permansit iustus. sicut testat mox consequēter dicens: Et erat homo ille magnus, admirabilis. Beatus homo ille qui à deo testimoniū accepit, qui ab angelis prelatus est, qui ipsi diabolo in admirationē uenit, ut pote qui uehementioribus plagis atq; periculosis doloribus nō succubuit. Hic ergo homo erat sine querela, utpote ab omni macula illibatus, utpote ab omni reprehensione exsors. Erat sine querela corā deo & hominib. corā angelis & spiritibus corruptibilibus & incorruptibilibus. Erat sine querela, utpote formā in se ostēdēs nouæ gratiæ, ubi episcopum irreprehēsibilem esse oportet. Erat sine querela in animo & corpore, in cōsilijs & cogitationibus, in uerbis atq; operibus, in studijs atq; cōuersationibus. In omni nihilominus uita sua erat sine querela. Ita dictum est post hoc de Samuele in laudibus patrū: Et nō reprehēdit homo illū, id est nō criminatus est illū homo, quia erat sine querela, si-
Quæ copia cut & olim Iob. Et unde inuenit hoc Iob ut esset sine crimine? Ex hoc inuenit, qa erat iustus. Ex hoc inuenit, quia à iustitia nō declinauit. Ex hoc inuenit, quia iustitiā nō dereliquit, quia à iustitia nō discessit, quia iustitiā nō despexit. Idcirco postq; sine querela illū ostēdit, post hoc nihilominus etiā iustū illū demōstrās dicit, sine querela iustus. Iustus erat qa sine crimine erat, & sine querela erat qa iustus nūcupatus est. Et erat homo ille sine querela iustus. Iustus in iudicijs, iustus in causis, iustus in legib. iustus in ordinationibus. nā quū esset dux ac princeps prouincię suę, & leges sanxit, & iudicia iudicauit. Sed proculdubio quod omnia iuste disposuerit & iudicauerit, atq; misericorditer definierit, nō reueritus personam, non accipiens munera, nō ambulans post retributiones, nō despiciens oppressum, non spernens uiduā, non obliuiscens orphanum: pro his ergo omnibus, & ex his omnibus, atq; per hæc cuncta erat iustus, tāquā omnem iniustitiā cōculcans, tanquam omnem iniustitiā eradicans, tāquam omnem iniustū humilians, & non permittēs emergere. Erat iustus, utpote iniustitiæ nō cōmunicans, utpote iniustitiæ nō appropinquans, utpote iniustitiam odio habens atq; abominās. Erat iustus, quoniā illū
Esa. 11 diligebat, de quo dicitur in prophetis: Et est iustitia accinctus lumbos. Erat iustus, qa in deo sperabat, de quo dicitur: Iustus dominus, & iustitias dilexit, æquitatem uidit uultus eius. Sic nanq; erat iustus. Sic erat iustus, ut ipse deus qui cognoscit corda, attestaret iustitiæ eius. Ita erat iustus, ut ipse de semetipso diceret: Iustitia eram indutus, & uestitus iudicio tanquā uestimento: confregi molas iniustorum, de medio autem dentium eorum rapinas abstuli. Sic itaq; erat iustus, ut formam atq; exemplum domini dei in se adimpleret, eius qui cum sit iustus iustitias dilexit. Cum autē iustus esset, erat uerax. Nam multi uidēt iusti esse, sed nō ueraciter sed fallaciter, nō iuste sed iniuste, nō plane sed fictorie. Merito nunc istic cum iustum diceret beatū Iob, adiecit etiā hoc quod uerax fuerit. Ob quam rem? Ob hoc, ut ostenderet quia iustitia eius uera erat. Non erat mendax, nō erat simulata, sed integra erat, atq; deo acceptabilis. Ob hoc ergo dicit uerax, Sciebat nāq; iustus ille uir q ueritates requirit dominus. Idcirco uerax erat, uerus, purus, simplex, nō

fictus

fictus.Nō erat in illo duplicitas,nō erat in illo hęsitatio.Nō loquebat̃ aliud in ore,aliud uerò cogitabat in animo.Nō aliud dicebat uerbis,et aliud cogitabat corde.Nō erāt uerba eius mollia in labijs,iacula uerò in occulto,quemadmodū nunc sunt plurimorū, quē admodum sunt innumerabilium.De quibus dicitur:Molles fuerūt sermones sup̄ oleū, & ipsi sunt iacula.Et adhuc:Proximo suo loquitur bona,& intra se habet mala.Et alibi: In labijs suis blādus obdulcat inimicus,in corde suo uerò insidiat̃.Sed nō erat talis beatus Iob,sed uerax erat,uerax utpote seruus eius de quo dicitur, sit deus uerax: tāc̄ uere seruus illius de quo dictum est:Hæc est uita æterna, ut cognoscāt te solum uerū deū, & quē misisti Iesum Christū.Cum ergo esset uerī dei seruus uerax,erat uerax,nec ipse mētiens,nec mendacijs cōmunicans,nec ipse mentiens, nec alijs mendacia cōgruere permittens.Verax in ore,uerax in corde,uerax in cogitationibus,& uerax in responsionibus,uerax in uerbis,& uerax in factis,uerax cū hominibus & uerax cū angelis,uerax in corruptione,& uerax in incorruptionibus,& quod est omniū maximū,uerax in cōspectu omnia iniquirentis dei.Ob hoc enim dicit̃: Non peccauit Iob in cōspectu domini, & nō dedit insipientiā deo.Dauid bonus aspectui domini nuncupatur,Iob uerò uerax in cōspectu dei ostendit̃,uerax in lege ante legē,uerax in mandatis ante mādata, uerax in misericordia & in iustificationibus ante scripturæ sanctionē. Horū nanc̄ omniū cōmemorationē cū in natura haberet conscriptā à creatore,cuncta hæc ueraciter adimpleuit,cuncta hæc ueraciter perfecit.Idcirco ueraciter uerax dicitur, atc̄ cōprobatur. Primū quidem sine querela:utpote in semetipso.Deinde iustus,utpote circa omnes. Itē uerax tanquā in conspectu dei.Propterea post hæc uniuersa in cōclusione omniū pro uniuersorum recapitulatione adijciens dicit: Dei cultor:quia omnem sanctitatē, & omnē iustitiā,& omne opus bonū quod uisi fuerint homines facere, nisi in dei cultura, nisi in dei agnitione atc̄ confessione fecerint,sine causa faciūt atc̄ superuacue. Et ut breuiter atc̄ audenter dicam,omnia quæcunc̄ fecerint homines siue in uirginitate, siue in abstinētia,siue in corporis castitate,siue in carnis suæ combustione,siue in bonorū suorū distributione,omnia gratis faciūt,si nō in fide fecerint, sine causa agunt nisi in agnitione unius ingeniti dei patris,& in cōfessiōe unius unigeniti filij eius dñi nostri Iesu Christi, & illuminatione spiritus sancti glorioſi,ac uenerabilis paracleti qui adiuuat infirmitatem nostræ orationis,in quo signati sumus in die redēptionis nostræ,hoc fecerint.Omnem ergo sanctitatem,& omnē iustitiā quā fecerit qui foris à uera dei cultura, atc̄ uera fide,gratis facit,in perditione facit,non prodest ei,nō adiuuat eū in die iræ, nō liberabit eum in die interitus.Ad quod est testis Apostolus qui dicit: Omne quod ex fide nō est, peccatū est. Quare? quia bona uident̃ fecisse nō quæsita fide, nō quæsita agnitione eius propter quem hoc fecerint.A quo enim accipiet mercedem? Ab eo quē non requisiuit, quē nō agnouit, cui nō credidit,quē non est confessus,nec̄ ꝓfessus sicut oportuit,nō accipiet ab eo remunerationē,nisi iudiciū & irā ac condemnationē. Sicut em̄ qui ædificat sine fundamēto,nihil ꝓficit nisi detrimentum,& laborē & dolorē:sic similiter qui boni aliquid uidetur facere,si sine fide fecerit, nihil proficit. Sicut enim credenti omnia sunt possibilia,ut saluetur atc̄ refrigerium inueniat apud eum cui credidit:sic non credenti nihil est possibile,nec̄ ut saluus fiat,nec̄ ut refrigerium inueniat, nec̄ ut in uitam introeat. Nō est em̄ mētitus qui ait: Quærite dominū & inueniet anima uestra. Quod si nō quæsieritis in fide,nō potestis in uitā introire,id est animæ nō credentiū. Sicut em̄ sol nisi uibrauerit super faciē terræ nullus ex fructib. eius crescit,nec̄ adolescit, nec̄ matureſcit: sic similiter nisi per fidem ueritas refulserit in animabus hominū, nunquā erūt acceptabiles coram deo.Quod autē si sol non radiauerit super fructus terræ,non oriuntur,nec̄ matureſcere cōprobantur,manifestum est apud Noe. Nam per annum illum quo Noe fuit in arca,sol nō effulsit super terrā, parte sanè ab aeris turbatione coercitus, parte aūt quia ab aquarū multitudine erat terra cooperta.Idcirco fructus terrę anno illo nec̄ germinauerunt,nec̄ creuerunt,nec̄ matureſcere comprobati sunt,sicut in Genesi scribentes asseruimus.Hæc nanc̄ uniuersa diximus, quia beatus Iob cum iustitiam & ueritatē haberet,etiam dei culturā,hoc est fidē deo delectabilē,precioſam quoc̄ ei,atc̄ acceptabilē habebat.Sicut em̄ nihil est delectabile hominib. sine luce,sic similiter nihil est delectabile,nec̄ acceptū deo,absc̄ fidei lumine. Ob hoc ergo dicit de Iob,dei cultor,iuste-

Psal.55 Prou.29 Ioan.17 τριὰς. Rom.14 Psal.69 Scripsit in Genesim

ac ueraciter colens deū. Nō propter diuitias, atq; pecunias, sicut diabolus mēdaciter de tulit illū apud deū, sed propter iustitiam ac ueritatē coluit deum. Nihil hoc iustius, ac ueracius, quàm ut creator uniuersorū, ac benefactor omnium ueraciter colatur & adoretur. Nihil hoc iustius neq; ueracius, quàm ut ei qui est omniū deus & conditor, atq; prouisor, credatur ut oportet, & cōfiteat̄ & profiteatur. Nihil ergo suscipit deus absq; fidei ueritate. Non em̄ indiget his quæ nostra sunt, nisi solis animabus nostris in ueritate fidei persistentibus, nisi sola conscientia nostra in ueritate fidei sibi confitente. Hæc nāq; sciens beatus Iob iustitiam ædificauit, ueritatem fundauit. Sed hæc uniuersa. Dei cultura, hoc est fide cōcinnauit atq; texit, obdulcauit atq; perfecit. Sic oportet etiā nos, ó uiri periti, in fide ambulare, in fide stare, in fide perseuerare, infidelitati atq; infidelib. nō appropinquare, neq; cōmunicare, neq; conuenticulis eorum, neq; collectis, ut cuncta quæ facimus in fide Deo acceptabilia sint: sicut & illa quæ paulo post Iob fecisse asserit̄ acceptabilia facta sunt, quia abstinuit se ab omni re mala, ut deo acceptabilis fieret religiosa eius cultura, ut nihil esset q̄d ei perstreperet, uel prępediret circa dei cōiunctionem, atq; familiaritatem, utpote ei qui erat sine querela, iustus quoq; ac uerax dei cultor, atq; abstinens se ab omni re mala. Dignos etiā faciat nos Deus ut ipsum imitantes in eius beatitudinis uestigijs requiem ac refrigerium accipiamus in tēpore resurrectionis. Habuit autem filios septem & filias tres, sed non ex adulterio, neq; ex impudicitia, sed ex licito atque immaculato matrimonio. Sciebat nanq; beatus Iob qa ex illicito thoro filij qui nascuntur testes erunt iniquitatis aduersus parentes suos cū interrogantur. Idcirco ueraciter dicit. Et si secutus est oculus meus uxorem uiri alterius, atq; his similia. Cū ergo omnia obscœna & execrabilia atq; illicita declinaret, septē habuit filios, & filias tres, sancte & pudice secundum officiū naturæ, caste ac ueraciter iuxta creatoris promissionē. Fuerunt autem illi filij septem, & filiæ tres fuerunt illi. Cui? Iob iusto, sine querela, uero Dei cultori. Huic ergo fuerunt filij septem & filiæ tres. Deo largiente, prouidente creatore, uolente omniū opifice, fuerunt illi filij septē & filiæ tres. Septem filij iuxta hebdomadā dierum seculi, aut iuxta hebdomadā eorū qui ab apostolis in nouæ gratię seculo sunt ordinati, aut iuxta septē stellas quæ quotidie pertranseunt spatia cœli. Fuerūt ei septē filij & filiæ tres, omnes simul decem, secundū decē uerba legis, quæ post hoc filijs Israel sunt tradita. Ergo qa ea quę in decē uerbis legis sunt præcepta, omnia adimpleuit Iob, & ante legē, & extra legē, idcirco & ipsi quidē in formā atq; memoriā, illis uerò qui post hoc sub lege legē non adimpleuerunt, ad correptionē, ad cōdemnationē, decem liberi dati sunt ei, utpote qui singulis eorum singulorū memor præceptorū omnia adimpleuerit. Sed dicit aliquis. Porrò cur nō dedit ei masculos tātum, sed partim quidē masculos, partim autē fœminas? Audi. Ob hoc dedit promiscue & filios & filias quia à seculo ita dedit omnibus. Genuit, inqt, filios & filias. Et adhuc ob hoc, promiscue & filios & filias dedit, quia ita desiderāt omniū mentes, quia hoc requirit hominis desideriū, ut promiscue utroq; & filios & filias habeāt. Ad satisfaciendū ergo humanis sensibus, promiscue dedit illis & dat filios & filias. Et adhuc ob hoc dat promiscue, ut cōcordia atq; cōiunctio hominum multiplicetur per cōnubiorum copulationes. ubi enim dederint filias suas in coniugium, & acceperint filijs suis uxores, illic copulatio fit cōnubij, crescit cōiunctio, siue apud pauperes siue apud diuites. Quod si sanè alicui filij tantū nascerentur, alij aūt filiæ, cum eas uiris omnes traderet, domū uacuam relinqueret, atq; hæreditatē suā desolatam. Nūc uerò filias suas sane dat foras, filijs aūt intus accipit uxores, ac per hoc & extrinsecus habet cognationē & intrinsecus hæreditatē. Hęc uidelicet uniuersa diuina efficiunt̄ prouidētia atq; operatione, utiliter, atque necessarie hominib. ita ab initio ordinata. Sic nāq; & Iob fuerūt septē filij & filiæ tres, ut cū ipsas sane filias foras traderet uiris haberet extrinsecus filios adoptiuos: & cū filijs suis deforis acciperet uxores, haberet etiā in his extrinsecus adoptiuas filias. Sępe em̄ generi, uel nurus filijs synceriores reperiuntur circa soceros, uel socrus suas, illę quę dei timorē ac pietatē habuerūt animab. suis. Talis fuit illa beata Ruth, quę ita detulit socrui suę ueteranę, ut usque ad mortē nō esset passa eā relinquere. Idcirco sane in scriptura in perpetuo magnificat̄, apud deū uerò in infinita secula beatificatur, iudicabit nihilominus atq; cōdemnabit in resurrectione oēs malignas & impias nurus, quæ soceris uel socrib. suis cōtumeliā uel iniuriā ingesserint,

non

non reminiſcẽtes q; ipſi eis uiros genuerint atq; nutrierint, & pro ſubſtãtia & pro uictu illis laborẽ acquiſierint. Si igitur diligis uirũ tuũ ô mulier, dilige & eos qui genuerunt eũ & nutrierũt ſibi filiũ, tibi uerò maritũ. Noli ſeparare filium à patre uel matre. Noli cõpellere filium patrẽ aut matrẽ inhonorare, ne in condemnationẽ incidas apud dominũ deũ in die terribilis inquiſitionis, atq; iudicij. Sufficiat tibi ô mulier quia poſſides uirũ quem non nutriſti, & ſubſtantiã quã non acquiſiſti, quia uenis in domũ quam nõ ædificaſti & eris domina, atq; poteſtatem habes laborũ alienorũ, pro quibus tu nullatenus laboraſti. Noli ergo retribuere mala his qui tibi præparauerunt atq; ſuo labore acquiſierũt oñia, ſiue uirũ, ſiue ſubſtantiã, ſiue reſumptionẽ ô mulier, ne aſcendat ſuper te maledictio à domino deo. Sed hæc pauca per occaſionẽ filiorũ uel filiarũ Iob à nobis ſunt dicta pro commendatione nuruũ, ad correptionẽ uerò & cõdemnationẽ malarũ & impiarum, atq; crudelium omniũ. Fuerunt, inquit, illi filij ſeptẽ. Certũ eſt quod religioſo religioſi, & ſancto ſancti, & bono ſunt boni, ſicut & in priori demõſtrauit. Nam cũ ſancta eſſet radix, ſancti creuerunt & rami, atq; bonę exortę ſunt propagines. Cũ memoratis iſtis ſeptẽ filijs Iob, fuerunt & tres filiæ. Erant nanq; & ipſæ filiæ ipſis filijs ſimiliter, utpote filiæ Iob, atq; eius filiorum ſuorũ uero germanorũ certe ſorores in omni bona religioſitate. Niſi enim ipſæ eorum ſorores tales extitiſſent, nõ utiq; pariter cũ germanis ſuis ſemper fuiſſent, ſicut in priori hæc ſcriptura demonſtrauit. Sed adhuc, fuerunt illi ſeptẽ filij & tres filiæ, numero decem, animo uerò unus erant. Numero plurimi erant, conſenſu aũt atq; cõcordia quaſi unus, unanimitate atq; dilectione quaſi idem. Non ſeparabat aũt eos zelus, non diſſociabat eos inuidia, ſicut pridẽ fratres Ioſeph. Quare? Quia nõ exorta eſt in eis pręuaricatio, neq; coinquinatio, ſicut in Rubẽ, neq; furor interficiẽs, ſicut in Symeon & in Leui, neq; odium fraternæ maledictionis, ſicut in cæteris filijs Iacob: ſed erant omnes unanimes in pietate: pacifici in iuſtitia, atq; in dei timore concordes, utpote Iob filij, & non tanquam Eſau nepotes. Eſau enim cum unum ſufferre nõ poſſet germanum fratrẽ Iacob, interficere eum quæſiuit. Septẽ uerò filij Iob & tres filiæ tanq; una anima indiuiſi cõuixerunt in unanimitate, & tãta fuit unanimitas laudabilium filiorũ Iob, ut & malignus, atq; inuidus dæmon facilius omnes pariter indiuiſos interficere, q; diuidere atq; diſſociare benignã atq; ueram eorum unanimitatẽ poſſet. Audite hæc ô filij religioſorum, audite hęc ô nati fidelium, audite & imitamini piorũ fratrum unanimitatem, qui ueri ueraciter in uita ſua indiuiſi fuerunt, & in morte ſua nõ ſunt diſſociati. Nõ ſit inter germanos lis, ſed benignitas atq; concordia. Non ſit inter fratres cõtentio, neq; diuortium, ſed pax & unanimitas, ſed ſyncerítas atq; puritas. Non ſubintroeat aduerſarius per malorum hominũ ora, non perturbet malignus per ſuæ nequitiæ miniſtros pię germanitatis cõcordiã. Multi fuerũt filij Dauid olim, cũ aduerſus ſe inuicẽ inſurrexiſſent, atq; patri iuſto rebelles extitiſſent, Amon & Abſalon & Adonias, qui adhuc uiuo religioſo patre, impie atq; iniuſte regnũ eius occupare atq; rapere tentauerũt. Nam cum eſſent ſcelerati atq; iniuſti, in damnationem atq; in interitum iuſte à deo ſunt traditi. Sed nõ tales fuerunt uel extiterunt ſeptem beati Iob filij, ſed tanquam ſeptem dies indiuiſi, & tãquam hebdomada indiſſociati. Nõ certauerunt pro elegantia, non litigauerunt pro fortitudine, non contenderũt pro diuitijs, non ſunt cõturbati pro regno, ſed cum eſſent unanimes cuncta propria inuicem ſibi æſtimabant communia. Erat nanq; uere cor eorum & anima una. Propterea cum ſanctis in perpetuo nominãtur, propterea cum iuſtis in æternum requieſcunt, propterea cũ angelis indeficienter laudabuntur. De iſtis ergo dicit: Fuerunt illi ſeptem filij, & filiæ tres. Tres tanq; fides, ſpes, charitas, tanq; corpus & anima & ſpiritus, indiuiſæ, indiſſociatę, intaminatæ. Nam quia fidẽ, ſpem & charitatẽ circa deum ſeruauerũt, propterea & corpus & animã & ſpiritũ illibata cuſtodierunt. Poſt quorũ omniũ diſputationẽ atq; oſtenſionẽ adijciens dicit: Et erant pecora eius ouium ſeptem milia, ſecundum numerum ſeptem filiorum: cameli tria milia, ſecundum numerum trium filiarũ. Simul omnes liberi eius decem, ſimiliter omnia pariter hæc milia decem. Septem filijs, ſeptem milia ouiũ: & tribus filiabus, tria milia camelorũ: ſingulis filijs appropriata mille. Ita deo ordinãte, atq; patre ita poſt diſponente, in tẽpore conſummationis diuidens hæreditatem. In tempore uerò uitæ ſicut cogitat de omnibus pater, ita & poteſtatẽ habet pater in omnibus: ſicut curã gerit de uniuerſis, ita & dominatur cũctis. Deinde adhuc iuga boũ quingẽta & aſinæ pa Act. 4

storiæ quingẽtæ,utraq; similiter mille.Ordinabiliter etiã hoc, atq; apte singulis de decẽ filijs quinquaginta iuga boũ,& quinquaginta asinæ.Omnia sane patris sunt ad regendũ, ad gubernandũ,ad intendendũ, & usq; in finem uitæ suæ possidendũ, post requiẽ uerò patris ordinabiliter supputata iuxta numerũ filiorũ. Sed adhuc erãt pecora eius.Omnia pariter pecora appellat, siue oues siue boues, siue camelos, siue asinos, uniuersa pecora nuncupat,quia diuersa peculiaria atq; utilia fuerunt hominibus & sunt, & istis qui nunc sunt,& illis qui tunc fuerũt,& ipso beato Iob.Oues quidẽ uiuæ pro lacte, atq; lanę uesti tu:occisæ uerò pro esca,atq; carnis comestione.Similiter boues uiui,ad culturã,& panis cõmoditatẽ:iugulati uerò pro carnibus & esca,atq; pedũ calceamentis. Cameli aũt pro omni onere portãdo,atq; leuãdo de lõginquo & de proximo. Post quæ uniuersa asini ad leuia negotia peragẽda & afferenda,& eundi,& uelociter redeũdi.Quod eñ nunc equi & muli perficiũt,hoc nihilominus asini adimplebãt,præsertim tales quales sunt in regione Arabiæ & Palæstinorũ asini, qui ueloces sunt similiter ut equi. Omnẽ ergo censum beati Iob supputat in septẽ milibus ouium,& tribus camelorũ,& in quingentis iugis boum,& in quingentis asinis pastorijs.Auri uero & argenti,atq; uestiũ nõ meminit. Quare?Ob hoc ut reticeret,an ob hoc quod Iob aurũ & argentũ non habuisset? Ob hoc procul dubio,quia nõ habuit. Quo teste aurum & argentũ non habuerit?Ipso Iob dicente: Et si cõfidebã in diuitijs multis,& si ad innumerabilia misi manũ meã, & alia his similia. Erat nanq; hoc uere,ut priores nõ tantum in auro & argẽto sibi thesaurizarent, quantũ in pecoribus,& in quadrupedibus.Non eñ erant ita auri expetitores sicut sumus omnes nos,non intendebant post aurum & argentum illi tunc quantum nos nunc intendimus. Nunc omniũ nostrũ animus post aurum detinetur atq; argentũ inhiat, & nihil putãt homines nunc pro diuitijs nisi solum aurum & argentũ.Nunc eñ sunt adimpleta tempora illa quæ delonge designãs apostolus dicit:In nouissimis diebus aduenient anni periculosi,& erunt homines seipsos diligentes,cupidi,& cætera uniuersa quæ nũc in hominibus uidemus impleri omnia.Nam quia in fine est iam hic mũdus,& mortuus est iam properans ad defectum,idcirco mens hominũ inhiat in his quæ mortua sunt, cũ sicut stellæ inutiliter reconduntur,atq; thesaurizantur.Olim uerò,utpote adhuc incipiente seculo,& utpote adhuc uiuente mundo hoc,uiua atq; crescentia cupiebant homines pecora,quadrupedia,atq; agricolturã pro uictus fructificantia.Sciebant nanq; quod aurum & argẽtum reconditũ,ac thesaurizatũ,atq; ad usuras datum,peccatum cõferret.Pecorum uerò atq; terræ usura,hoc est pecorũ fœtus multiplicatus,& fructus terræ augmentũ,peccatũ non conferrent, sed iustitiã. Nam habentes nutriunt: & eos qui non habuerint,cum abhis qui habent data fuerint ac distributa,gubernãt.Tales ergo diuitias habuit laudabilis ille Iob,castas,mundas,incoinquinatas,incontaminatas. De hoc nanq; dictum est hoc,
Eccl.31 atq; de similibus illius usq; in æternum:Beatus qui inuentus fuerit dives iustus, qui post aurum non ambulauerit, neq; sperauit in argenti repositione. Vere enim inæstimabilis atq; æterna beatitudo est,ut cum quis dives effectus fuerit,non confidat in auro, neq; intendat in argẽti repositione,sed recondat hæc in mãdato altissimi,& det ea in eleemosyna pauperibus,sed seminet atq; spargat ea late per animas miserorum,per ora esurientium,uel per ora debilium,per destitutos,atq; miseros.Iuxta hoc quod dictum est:Semi-
Iacob 3 Psal.111 nate uobis ad iustitiã ut metatis fructũ uitæ.&, Dispersit dedit pauperibus, iustitia eius manet in ęternũ.Eiusmodi uerò metet multipliciter in die resurrectionis.Eiusmodi recipiet inæstimabilem beatitudinẽ in die uisitationis.Eiusmodi eleemosynarũ iustificationibus tanq; lux effulget coram angelis dei.Talis fuit beatus Iob,apud quem hospes nũquam foris mansit,cuius ianua omni aduenienti patuit,quem inualidi nunq; prætermiserunt de ijs quæ opus habuerũt,qui nõ dimisit pauperem exire de domo sua uacuum, ad cuius tonsuram ouium,omniũ pauperum scapulæ calefactæ sunt. Ob hoc enim & istam multitudinẽ pecorum nutriuit,& maximã agriculturã exercuit,ut plurimis impertiret, ut plurimis benefaceret,ut plurimorum memor esset.Non propter os suum tantũ,sed ut multos esurientes saturaret,atq; plurimos nudos uestiret,& multis miserabilibus atq; infelicibus refrigeraret.Ob hoc eñ pecora eius ouiũ septem milia, cameli tria milia, iuga boum quingenta,& asinæ pastoriæ quingentæ.Et ministeriũ nimis copiosum.Certũ est quod & mensæ eius,atq; sedes eius,& ministeriũ copiosum:sed plus erat ministeriũ co-

piosum

piosum quod ministrabat hospitibus & aduenientibus, infirmis & miserantibus, destitutis & peregrinis, pauperibus & infelicibus. Pro horũ ergo omniũ susceptione, nimiũ copiosum habuit ministeriũ: puto q & in cœlo & in excelsis copiosum nimis habuerit ministerium. Plurimi ministrauerũt ei super terrã pro miserorũ susceptione, sed pluriores ministrabãt ei in cœlis, cœlestes angeli, incorruptibiles eleemosynas, atq bona opera eius in memoriã corã deo in cœlũ deferẽtes, sicut dictũ est ad Cornelium, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascẽderũt sursum in memoriã coram deo. Ascenderũt proculdubio ab angelis, atq spiritalibus ministris delatæ. De quibus dicit, Omnes sunt ministeriales spi ritus missi pro his q salutẽ in hæreditatẽ capiunt. Et alibi. Qui facit angelos suos spiritus & ministros suos ignẽ ardentẽ. De istis nanq ministris unus erat qui locutus est ad Tobiam dicens: Cum orares tu & Sara filia Raguelis, ego attuli memoriã orationis uestræ in conspectũ gloriæ summi dei. Tale ergo erat ministeriũ Iob nimiũ copiosum. Secundum multitudinẽ enim bonorũ operum eius, multiplicati sunt cœlestes ministri atq angeli, q in conspectu dei attestarẽtur beneficijs illius. Vnus sanè deuotioni animi eius attestabatur, alius aũt eleemosynis eius ac miserationibus, alius nihilominus sollicitis precibus, alius uerò iustitiæ iudicij, patiẽtiæ quoq ac longanimitati, atq charitatis plenitudini. Omnes scilicet cunctis eius uirtutibus attestabãtur in cõspectu omnia præscientis dei. Omnibus itaq modis ministeriũ omniũ copiosum erat beato Iob. Quale putas illi fieri obsequium ad susceptionẽ, & glorioſum quoq honorẽ ô amice, cũ anima eius exiens de corpore ad illud seculũ transiret, cũ illi occurrerent omẽs sancti angeli, quando gauisæ sunt ad eum omnium sanctorũ animæ, quando oẽs animæ miserorum atq inopum, quibus super terram benefecerit beneficijs eius attestatæ sunt? Quæ uniuersæ in lucem illic procedentes glorioſe occurrunt atq sancte attestantur non solũ solius Iob uirtutibus, sed & omnibus q similiter ut Iob eleemosynas miseris, ac beneficia infelicibus impertiũt. Hæc uniuersa, quia dicit, & ministeriũ nimium copiosum. Postq adijciẽs dicit: Erant opera illius magna in terris. Primum sanè opera magna fuerũt illi, id est agri & uineæ, fruteta & oliueta. Hæ nanq erant antiquorũ diuitiæ, hæc erat priscorum instantia atq studiũ, hoc erat quod ab eis thesaurus reputabat, area & torcular, oliueta & ficeta, & uniuersa opera quæ sunt in agro, quæ cum labore atq sudore atq manuum callositatibus acquirunt cum iustitia, iuxta ordinem dei dicentis: In sudore uultus tui edes panem tuũ. Hæc scilicet opera magna fuerũt Iob in terris, ideo & plurimo indigebat ministerio ad curandũ, ad intendendum, ad circumeundum, itemq ad dandum, ad distribuendum, ad ministrãdum indigentibus, ad defendendum oppressos, ad opitulandum pauperibus, ad benefaciẽdum uiduis & orphanis. Pro his nimirũ uniuersis opera magna erãt illi in terris & ministeriũ copiosum, quia magna erant opera meritorũ & copiosum ministeriũ. Sed puto post hæc quæ recitata sunt magna illius opera, post agriculturã atq pecudũ nutrimẽta, & cætera uniuersa, fuerunt etiã alia magna opera Iob in terris, fides, pietas, iustitia, sanctitas, cõstantia, patientia, tolerãtia, atq his similia uniuersa, & omnes quæ superius demõstratæ sunt uirtutes, atq merita & eleemosynæ opera. Hæc nanq sunt magna illa opera quæ erant Iob super terrã, quæ erãt ita magna ut usq ad cœlũ pertingerẽt, & usq ad deũ peruenirẽt. Ita erant magna, ut in corruptione perpetrata, in incorruptione fuissent prædicata. Inter homines facta, inter angelos sunt mirificata. Hæc inquã fuerunt Iob magna opera. Et ubi hæc fuerunt? in terra, inquit. In qua terra? Primũ quidem in ea quæ sub cœlo est terra. Item in terreno eius corpore. Omnẽ enim uirtutẽ, omnẽ iustificationẽ, omẽ opus sanctum, omnẽ tolerantiã cũ gratiarũ actionibus, uniuersa in hoc corpore terreno perfecit, & supportauit atq sustinuit. Testis est ipse dicẽs de uirtute dei atq magnitudine, Qui suscitaturus est pellẽ meã quę hauriuit hæc mala. Postq uniuersa, opera magna erant Iob. Vbi? In terra, inquit. In qua terra? In terra incorruptibili, in terra immortali, in terra uiuentiũ, in tabernaculis iustorũ, ubi nõ est infirmitas neq mors, unde fugit dolor & tristitia atq gemitus. Illic ergo magna erãt opera Iob, illic demõstrata sunt atq oſtẽsa, illic distincta atq manifestata. Hic perfecta, illic aũt demonstrata: hic semitata, illic uerò messa: hic dispersa, illic autẽ collecta: hic deo fœnerata, illic uerò cum gloria à deo fœnerantibus redhibita. Qui enim miseretur pauperi, fœnerat deo. Secundũ aũt datum illius retribuet illi dominus. Post hæc autem uniuersa, nouissimam uirtutẽ Iob demonstrat, dicens

Heb. 1

Tob. 12

Iob. 19

Prou. 19

cens. Fuit aũt hic homo de genere optimo, ex partibus orientis. Item aũt & iſtic ſinguſa riter illum deſignat, atq; memorat. Hic homo ſingularis, ſemotus, qui in carne ſeparauit ea quæ carnis ſunt, qui inter homines ſuper homines fuit, q̃ in terris erat, & cœleſtia age bat. Hic homo ſine querela iuſtus, uerus dei cultor, abſtinẽs ſe ab oĩ re mala. Hic ergo de genere optimo, ex partibus oriẽtis, tanq̃ ſi diceret, omnib. qui ſunt in partibus orien tis generoſior atq; melior fuit, nobilior hic, atq; ſublimior erat. Hoc nãq; demonſtrãs di-
Iob 1 cit: Fuit aũt hic homo de genere optimo, ex partibus orientis. Sed liceat reſpondere ſcri benti, & dicere. Vnde Iob de genere optimo? Si ex Adam & Eua, præuaricati ſunt per inobediẽtiã. Si ex Eſau, ſub maledictũ redactus eſt auiditatis. Si ex filijs Eſau, impij exti terunt etiã ij propter cõtumeliã. Quomodo ergo de genere optimo erat qui de talibus naſcebatur? Ruben primogenitus Iacob, & Symeon & Leui, qui ex Iſrael ſunt proge niti, de genere optimo nõ dicunt: Iob uerò qui ex impijs ortus eſt, id eſt ex filijs Eſau, q̃ ex proſapia Edõ natus eſt, hic de genere optimo dicit? Ego, inquit, nõ carnalẽ natiuita tẽ quæro, nõ carnalẽ generationẽ ſignifico, non pereuntẽ generoſitatẽ laudo. Nam hęc apud deum nõ magni penduntur, hæc à creatore non requirunt. Sicut enim non cõſtat apud deũ perſonæ gloria, ſic nec requiritur ab eo carnalis generoſitas. Merito de genere optimo dicit Iob. Non ex Eſau, neq; ex poſteritate Edom, ſed de genere optimo dici tur Iob, ex ſanctitate & iuſtitia, ex pietate, ex fide, ex miſericordia, ex dei cultura, ex uero animo, ex corde puro, ex bonis cogitationibus. Ex iſtis ergo oĩb. bene natus eſſe dici tur Iob, ex iſtis omnib. generoſior eſſe reputat, quaſi in dei familiaritate, quaſi in dei cli entela, tanq̃ qui deo fuerit affinis propter animã ueram & fidẽ, atq; iuſtitiã integrã. Be ne natum eum reddũt nõ terreni patres, neq; aui carnales, ſed opera ueritatis, atq; offici um ſanctitatis, netnõ & ſyncera circa deũ ſpes. Quis erat nobilior, uel generoſior Chã filio Noe mediano, q̃ & ex patris nobilitate erat nobilis, & ex dei benedictione atq; col loquio nobilis erat & illuſtris? Sed nihil iuuit illũ, neq; dei colloquiũ, neq; creatoris be nedictio, neq; patris iuſtitia, cũ ipſe declinauerit à iuſticia ut impietatẽ arriperet, propter quã iuſte humiliatus, redactus eſt in maledictũ atq; in ſeruitutẽ. Nam ipſe pater Noe qui
Gen. 9 eius libertatẽ atq; generoſitatem erat defenſurus, ipſe iuſto dei iudicio in maledictũ atq; ſeruitutem eum condemnauit. Non enim erat dignus ut patris libertate atq; nobilitate fungeret, quẽ ut ignobilẽ impie ad deriſionẽ perduxit. Nequaq̃ ergo iuuat, ô amici, pa trũ iuſtitia iniuſtos, atq; impios filios: & nihil obeſt pijs atq; ſanctis filijs parentũ iniuſti tia atq; impietas. Siue eĩ inter patres, ſiue inter filios quis fecerit peccatũ, hic ſeruus eſt peccati: & cum ſeruus ſit peccati, liber uel bene natus eſſe nõ comprobatur. Item ſimili ter qui liber eſt peccato, hic habet ingenuam atq; dignã animæ libertatẽ, & digne bene natus dicitur: hic ſanè ueraciter generoſus nuncupatur, quia libertatẽ illã quæ ab initio naturaliter eſt conceſſa, peccato nõ uitiauit, neq; delicto maculauit. Talis ergo erat bea tus Iob, foris ab omni crimine, iuſtus, uerax dei cultor, abſtinẽs ſe ab omni re mala. Ergo quia talis erat corã deo, merito digne dicitur de genere eſſe optimo. Nam quis uere be ne erit natus, niſi is qui diuinam natiuitatẽ atq; conditionẽ integram cõſeruauerit? ſicut admirabilis ille Iob, qui digne ac iuſte bene natus appellatur, nõ quia ex Eſau generatio ne carnaliter fuerit ortus, ſed quia Abraham per deo dilectã fidem eſt imitatus, & quia Iſaac in ueriſſima caſtitate eſt ſectatus, & Iſrael in ſpicua cordis puritate appropinquaſ uit, & Melchiſedech in filiorũ immolatione, & Ioſeph in caſtitate, & Moyſi in mãſuetu dine, & Samueli in iuſtitia, & Lazaro in paſſione iudicij, atq; omnibus ſanctis in omnib.
Pſal. 119 uirtutibus, ita ut poſſit dicere etiã ipſe cũ ſancto Dauid: Particeps ego ſum omniũ timẽ tium te, & cuſtodientiũ mãdata tua. Ergo quia omniũ ſanctorũ ſanctitatis particeps effe ctus eſt beatus Iob, idcirco digne ex genere optimo fuiſſe dictus eſt, utpote totius iuſti tiæ nobilitatẽ in ſe geſtans, utpote omnium amicorũ dñi libertatẽ in ſe cõtinens. Non di cuntur Amon uel Abſolon bene nati: negauerunt enim & diſceſſerũt atq; ceciderunt à ſanctitate & dignitate Dauid patris ſui: & alij innumeri ſimiliter ut ij primi & nouiſſimi, qui omnem iuſtitiæ libertatẽ amittẽtes & ſerui effecti peccati, ęterni ſupplicij apud infe ros cõprobãtur famuli. Nos uerò dignos omnes habeat ſanctos omniũ dominus, ut be ne nati in ſancta regeneratiõe perſeueremus. Cõcedat nihilominus ipſe nobis cœleſtis dominus, ut in incorruptibili generoſitate illibata permaneamus, nõ carnis tantũ liber-

tate

tate gloriantes, sed animæ castitate, fide, atq; omnia corã deo & sanctis angelis eius demonstrantes: ut liberi ab omnibus peccatis & delictis in æternam gloriam, ac regnũ cœlestis patris nostri regis, cũ sanctis sine difficultate introeamus sancti atq; intaminati filij eius, perseuerantes in præceptis eius usq; in finem, & libertatẽ ab eo nobis donatã atq; nobilitatem immaculatã iugiter custodientes. Sic itaq; omnibus modis bene natus beatus Iob esse dignoscitur. Beati omnes qui illũ fuerint imitati. Beati omnes qui eius diuina uestigia fuerint secuti. Hi em̃ omnes simul ut ille gloria apud deum digni habebunt̃. Sed adhuc fuit, inquit, hic homo de genere optimo. Et nõ solum de genere optimo, sed ex partibus orientis. Vnde igitur est delectatio luminis? unde etiã radij pulchritudinis? unde ortus sanitatis? Ex partibus oriẽtis. Vnde est hominũ initium? Vnde fuerunt mundi priores? Vbi est paradisus iucũditatis? Plantauit, inqt, paradisum uoluptatis in Eden, contra orientem. Inde nimirũ admirabilis Iob dicitur fuisse. Ob quam rem? Quia refulsit ueritate, & resplenduit fide, ac pietate, atq; tolerantia, & omnibus uirtutũ studijs. Ob hoc ergo digne ex genere optimo & ex partibus oriẽtis fuisse dicitur. Nam sicut omnes homines diei luce incipiente ad orientem suam extollunt uisionẽ, pulcherrimos solis radios properantes respicere: sic similiter, uel immo potius omnis pia ac religiosa atq; credens anima in omni tempore ad incorruptibilem orientẽ, ueram spiritalẽ extollit uisionẽ, ut solis iustitiæ admirabiles radios exinde oriri cõspiciat. Hoc monebat & hoc significabat, & hoc docebat omnes ille qui ait: Psallite deo qui ascendit super cœlũ cœlorum ad orientem. Sic nanq; Danieli adoranti deum, atq; deprecanti contra Hierusalẽ aperiebãtur fenestræ. Illo em̃ ubi erat ex Babylone ad orientẽ, inde erat solis ortus ad Babylonem. Ergo quia cũ in Hierosolyma esset ad orientẽ adorabat, idcirco & cum esset in Babylonia tanq; ad Hierusalẽ uersus ad orientem adorabat deum & creatorẽ omniũ. Ad orientẽ adorabat eũ, ex quo est totius beneficij ac salutis, gratiæ quoq; ac misericordiæ ortus. Sic nanq; & nunc nos omnes credentes, sanctis similiter credentibus concordantes, ad orientem adoramus dominum deum nostrũ, qui propter nostram salutem, atque redemptionem super occasum sane descẽdit, utpote in passione, ac morte occasurus: ad orientem uerò ascendit, utpote à mortuis post passionem resurgẽs, & in cœlum post resurrectionem ad orientem ascendens. Horum nanq; omnium figurã adimplens beatus Iob, ex partibus orientis esse dicitur, quia omnis sanctitas & pietas atq; fides usq; in finẽ in illo orta est, post hæc autem uniuersa adijciens dicit: Conuenientes ergo filij eius adinuicem, potationes faciebant per singulos dies. Filij illius. Cuius? Iob. Filij illius qui dudum sunt designati uel memorati. Filij qui septem fuerunt numero, & unam habuerunt animam. Septem fuerunt personæ, & unũ erat eis cor. Qui dissimiles erant aspectu, atq; facie, similes uerò & unanimes mentis concordia, atq; pietatis cõmunione. Isti ergo septem filij Iob conuenientes ad inuicem. Non erat inter eos superbia, neq; arrogantia, neque inflatio, neq; elatio. Non cõtemnebat primus nouissimum, nõ se extollebat, non extabat maior super minorem, sed germanorum circa inuicem conseruantes unanimitatem, conueniebant ad inuicem. Conueniebant pure atq; syncere, cõueniebant cõcorditer atq; unanimiter. Iunior maiori obsequiũ reddebat, nouissimus primo cũ primatu honorem exhibebat. Non inuidebat alter alteri, sicut filij Iacob, Ioseph. Non resistebat alter alteri, sicut Absolon Amon, & sicut Adonias Salomon, sed conueniebant adinuicẽ. tanq; fratres ad fratres, tanquam germani ad germanos cõueniebãt ad inuicem. Nullius iudicabat inter eos, nec quicq; suũ esse dicebat, sed erãt illis omnia cõmunia, & munera, & substantia, & diuitiæ, & unanimitas, & pecunia, & charitas, omnia erant illis communia. Conueniebantq; ad inuicẽ ipsi priores adimplentes hoc quod dictũ est: Ecce quàm bonum, & quàm iocundum habitare fratres in unum: ipsi priores obseruantes id quod post ab apostolis obseruatũ est, & à credentibus perfectum atq; impletum, sicut dicitur: Erat cor & anima omnium credentiũ una. Hanc scilicet piam unanimitatẽ ostendentes atq; synceram concordiam demonstrantes beati illi filij Iob cõueniebãt ad inuicẽ. Ita oportet etiam facere religiosos fratres, ita oportet etiã nũc ostẽdere ueros germanos, blãdos atq; mites esse inuicem, modestos quoq; & unanimes. Nõ oportet cõtentionẽ, uel diuortium cum inuicẽ habere. Non oportet eos inuidiã atq; zelum aduersus inuicẽ retinere. Non oporet eos malitiam uel iniquitatẽ ad inuicẽ reseruare, sicut olim Esau seruauit contra

Gen. 2

Psal. 86

Dan. 6

Psal. 133

Gen.26 uit contra Iacob dicens: Quando appropinquabunt dies mortis patris mei, interficã Iacob fratrẽ meũ. Sed similiter ut illi religiosi filij Iob se inuicẽ debẽt diligere puriter, atq; synceriter inuicẽ debent sentire, suam gloriã atq; honorẽ sibi inuicẽ deferre, sicut dicit apostolus: Si honorificatũ unũ fuerit mẽbrum congaudent omnia membra. Nõ oportet inuicẽ mordere atq; criminari, ne ab inuicẽ cõsumant: sicut Esau ille nequissimus, qui propter auiditatẽ primatũ amittens, post hæc aduersus germanũ fratrẽ suũ Iacob insurgens, diuinæ gratiæ exors effectus est. Sed filiorũ Iob imitari debent benignã illã germanitatẽ, atq; deo dilectã fraternitatẽ, qui omnes tanq; ex sancta radice sancti creuerũt rami, qui omnes tanq; ex sancta arbore sanctũ produxerunt & fructũ. De istis ergo istic dicit: Cõuenientes aũt filij eius ad inuicẽ, potationes faciebãt per singulos dies. Potatiões faciebant, id est cõuiuia, festiuitates, lætitiã, iucunditatẽ. Sed nõ sibi tantũ huiusmodi faciebant, sed & sororibus suis. Conuocatis, inquit, ad se & tribus sororibus suis, ut secum mãducarẽt, & biberẽt. Potationes faciebãt, sed nõ propter ebriositatẽ, neq; pro luxuria, neq; pro turpitudine, neq; pro intẽperãtia, neq; pro illicitis scurrilitatibus, neq; pro desi derios is iocis, neq; ꝓ impudicis colloquijs, atq; obscœnis. Si em̃ aliquid horũ apud eos fuisset, si aliquid de huiusmodi beati illi filij Iob agerent, nõ utiq; sorores suas secũ cõuocassent, ut cum sororibus suis illicita atq; impudica agerent, uel colloquerent̃. At nũc uerò quia opera eorũ, & uerba, & cõuentus atq; cõuiuia pia ac pudica erãt, decora atq; decta, casta nihilominus & munda, merito in testimoniũ purgationis suæ, atq; mũditiæ germanas sorores suas secũ cõuocabant, ut innocentes scelerũ corã patre suo atq; omnibus attestarentur. Ob hoc ergo cõuocabant ad se tres sorores suas ut secum manducarent, & biberent, ut sicut secum manducarẽt & biberent, sic & collaudarent, & honorificarent secum dominũ cœlestẽ, sic & adorarẽt, & gratias agerẽt uero creatori, sic & adorarent & deprecarẽtur æternũ regẽ. Ob hoc ergo cõuocabãt secum tres sorores suas, ut fierent omnes simul ecclesia sanctorũ, cõgregatio religiosorũ, cõuentus immaculatorũ, & incoinquinatorum atq; castorũ. Sic itaq; conueniẽtes ad inuicẽ potationes faciebant per singulos dies. Nõ per singulos dies totius uitæ suæ, sed per singulos dies septimanæ. Septẽ cum essent filij, septẽ diebus festa celebrabãt. Sic nanq; & lex post hæc præcepit septem diebus agere, siue pascæ, siue hebdomadarũ, siue scenopegiæ. Hæc itaq; implere anticipantes filij Iob, uel etiã ipse Iob qui eos docuit, potationes faciebant per istos septem dies, unusquisq; eorũ apud se habẽs una die oẽs fratres suos, & sorores, primus primum, secundus secundũ, & ita consequenter per ordinẽ omnes usq; ad consummationẽ horum septem dierum. Per istos ergo singulos septẽ dies potationes faciebãt, id est diẽ festum, conuiuium, epulum, iucunditatem. Sed proculdubio quod nõ sibi tantum, neq; solis sororibus suis, sed & seruis, & liberis, & pauperibus, & egenis, & indigẽtibus, & nõ habentibus omnibus faciebant epulum, omnibus exhibebant iucunditatẽ, atq; cõuiuium. Non em̃ poterant in parte sanè imitari legem, in parte autem non. Non poterant in hoc imitari legẽ ut septẽ diebus festa celebrarent, in hoc aũt non imitari, ut nõ epularen

Exod.12 tur cum illis serui, atq; ancillæ, ac egeni. Præcipit nanq; in lege & dicit: Septẽ diebus celebrabis diem festũ domino deo tuo, & epulaberis tu & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, & aduena qui est in te, & egenus gẽtis tuæ. Quæ ergo in lege post hæc præcepta sunt, hæc nimirum anticipans Iob, & ipse impleuit, & filios implere docuit, & hospitalitatẽ, & eleemosynã, & misericordiã, & pauperum & miserorum beneficia atq; cõsolationes, quæ sunt deo ualde acceptabiles cũ fide perpetratæ atq; perfectæ. Ita debemus etiam nos ô amici in diebus festis nostris atq; iucũditatibus non solũ hoc respicere, quomodo nos soli epulemur atq; iucundemus, sed hoc præsertim debemus intẽdere ut epulentur nobiscum & celebrent diẽ festum nostrũ serui nostri & ancillæ, & clientes nostri, & egeni, & pauperes uniuersi, & celebremus diem festũ domino deo nostro. Si em̃ celebrauerint tecum diẽ festum, & epulatus tecũ fuerit seruus tuus, & ancilla tua, & pauperes, & egeni, atq; inopes, pro certo scito, quod domino deo tuo diẽ festũ celebras. Epulatur em̃ tecũ dominus deus tuus per inopum, & pauperum ora, qui ait: Quodcũq; fecerit is uni de minimis istis miserabilibus, mihi feciſtis. Post hæc uniuersa dicit: Et cũ finiti essent dies potationũ. Ostẽdit euidẽter istic quod superius dictum est uerũ fuisse, quia non semper epulabãtur, quia nõ quotidie potationes faciebãt, sed certis diebus, sed istis

diebus

diēbus qui memorati sunt septem numero secundū numerum septem filiorū Iob, secundum illos septem qui in lege celebrati sunt. Cū ergo isti finirent, post hoc cū transiret solennitas, cum finirentur potationes secundum festiuitatis cōsuetudinē. Non enim quotidie potationes faciebāt filij illius beati uiri, neq; semper in calicibus & phialis dabant oculos suos, nō erant em̄ uinolenti, sicut sunt nūc quamplurimi, sed sancti erant sanctissimi illius filij Iob. Cum ergo sancti uiri essent, sancti in solēnitatibus suis, de castitate ac sanctitate, de mundicia quoq; ac pudicitia & secum inuicē & cum sororibus suis loquētes, iuxta hæc quæ superius memorata sunt uniuersa. Postquā ergo sic finiti sunt dies potationum in castitate, & in pietate atq; pudicitia, post hoc nimirum quid factū est ostendit dicens. Mittebat Iob & mundabat illos, mittebat ad eos qui pietatem admonerēt, q iustitiam instruerent, qui dei timorem docerent, qui testificarentur dei iudiciū terribile, in quo omnium & manifestorum operum, & uerborum ratio inquirit atq; redditur, in quo uindicta impatienter omnibus animalibus infertur, in quo ira in flamma ignis omnibus impijs irrogat. Verbis ergo doctrinæ, disciplinę, atq; ammonitionis, mūdabat illos, siue per eos quos mittebat ad illos, siue per semetipsum ad se cōuocās illos. Sed mittebat, inquit, & mundabat eos. Quid mittebat uel quomodo mittebat? ad dominū mittebat, & ad creatorē dirigebat. quid mittebat? Oratiōes, ac preces suas pro eis, cōfessionem quoq; atq; gratiarū actionem pro illis. Hæc scilicet uniuersa mittebat & mūdabat eos. Mundabat eos orationibus suis, mūdabat eos precibus ac postulationibus, mundabat eos sicut Moyses filios Israel pro illis in deserto orando, mundabat eos sicut Samuel uniuersos filios Israel aduersus Allophylos pugnantes, orationibus suis deū illis placando, atq; exorando. Sic ergo & hic iustus Iob olim filios suos mūdabat. Quod aūt orationibus, atq; satisfactionibus eos mūdauerit, per ea quę sequunt ostendit, dicēs: Surgens mane. Mox ad deū currebat, mox ad deū procedebat, pro se & filijs suis deū exorās atq; deprecās, orans quoq; atq; postulans terribilē dei faciem & sibi & illis repropitiare festinans: necnon & docens, & admonens atq; formā ostendens, & tunc filijs suis, & nunc omnibus nobis in perpetuū, ut cōfestim diluculo ex noctis requie exsurgētes, ante omne opus uel uerbū, ante omne colloquiū uel cōuentionē, primitias resurrectiōis nostræ deo exhibeamus in synceris orationibus atq; precibus, in matutinis deprecationib. atq; gratiarū actionibus. Hanc itaq; pietatis ac religiositatis formam nobis omnib. demonstrans Iob, surgebat mane, & mundabat eos, offerens pro eis hostiam secundū numerū illorum. Primo mundabat, purificabat, sanctificabat, & ita demū pro eis hostiam offerebat, ut cunctis in perpetuū ostēderet, quia mundos, castos, atq; sanctos cōdecent sacrificia, ut sancte atq; digne immolata, sancte atq; digne à sanctis accipiātur. Sic nāq; & apostolus post hæc dicit: Probet seipsum homo, hoc est, mūdet semetipsum, & ita de sanctis simis domini sacrificijs fruatur. Sic & Iob pridē faciens primū mundabat eos, & ita demum pro eis hostiam offerebat secundū numerū eorum, secundū personas eorū. Quare secundū numerū eorum? Propter nimiā synceritatē quam habebat circa illos, atq; deuotā castificationē quā habebat circa illos. Singuli idēq; à deo creati sunt, sigillatim ex utero matris exierūt, sigillatim totidē idemq; in resurrectiōe, atq; in inquisitione iudicij exurgēt. Ob hoc, inquit, ergo pro singulis eorū secundū numerū illorum hostiam offero, ut & ipsi hæc uidentes, eadem pro semetipsis perficere properent, hoc scientes, quia unusquisq; omniū hominū p semetipso solus in iudicio resurget, & solus ad inquisitionem ueniet, & solus pro se solo responsum in uisitatione animarū dabit. Non em̄ liberabit frater fratrē, neq; defendet ullus aliū in iudicio. Merito ergo secundū numerum eorum offerebat pro eis hostias. Itē uitulū unū pro peccatis animarū illorū. Quis aūt offerebat easdem hostias? Certum est quod ipse Iob. Si em̄ post hoc pro amicis suis ipse iussus est offerre, atq; hostias immolare, multo magis pro filijs suis ipse offerebat synceras, atq; deo acceptabiles hostias. Erāt nihilominus etiam ea tēpestate sacerdotes nec dū adhuc à lege ordinati, sed naturali sapiētia hoc requirente, ac perficiēte. Ita sacerdotio functus est Noe. Ita sacerdotio functus est Abrahā. Ita sacerdotiū gessit Melchisedech. Ita & ipse Iob post illos sacerdotio functus est. Sed interim (sicut diximus) erāt etiā sacerdotes per loca qui pro indigentib. hostias offerebant dño per diuersa tempora. Quod aūt fuerint pro certo illo tēpore sacerdotes, ostēdit ipse Iob dicēs: Qui mittit sacerdotes captiuos.

Submouet literam.

1 Cor. 11

Gen. 12. 14

uos. Siue ergo memorati sacerdotes, siue ipse per semetipsum Iob offerebat hostias ꝑ filis secũdum numerũ illorum. Si hæreditatẽ inquit illis distribuerem, si dona illis ingẽtia donarem, nõne secundũ numerũ illorũ diuiderẽ? nónne secundum personas eorum darem? Nunc uerò cũ spiritalem, inquit, illis hæreditatẽ diuidam, atq; diuina illis dona largiar, sacrificia pro illis offerendo atq; hostias, nõne multo magis secundũ numerũ eorũ, & secundũ personas hostias immolabo? Cur aũt unum uitulum pro omnibus illis sacrificas? Cur unũ uitulum cõmuniter pro oĩbus animabus iugulas? Ob hoc, inquit, unũ uitulũ cõmuniter pro omniũ animabus macto, ut cõmunionẽ atq; concordiam, unanimitatẽ atq; consensum cunctos illos doceã, ut cum unus uitulus pro omnibus iugulat, unanimes esse inuicem oẽs iudicentur. Merito ergo pro omnium animabus unũ uitulũ cõmuniter mactaui. Sed adhuc, quod est horũ maximũ, uitulũ, inquit, unũ pro peccatis animarũ illorũ. Dic ô beate Iob, quis te docuit uitulũ mactare pro animarum peccatis? Quis docuit ita delonge figurã adimplere illorũ quæ perficiẽda sunt in nouissimo tẽpore? Spiritus, inqt, sanctus mihi reuelauit, spiritus sanctus me docuit, ut uitulũ pro animabus offeram in figurã illius uituli de quo dictũ est: Cito adducite uitulum saginatũ. & ut uitulum pro peccatis iugulem in typo illius de quo dictum est: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mũdi. Ipse, inquit, spiritus sanctus me docuit uitulum pro peccatis animarum offerre, atq; delonge figurã implere illius, qui tãquam uitulus saginatus pro mũdo mactãdus est in nouissimo tempore, qui tanq; agnus immaculatus pro mundi peccatis erit immolandus. Qui enim docuit Esaiam dicere: Sicut ouis ad uictimã ductus est, & sicut agnus corã tondẽte se sine uoce, & peccata nostra ipse portauit, & propter impietates nostras deductus est ad mortẽ: qui docuit Hieremiam dicere: Ego aũt tanq; agnus immaculatus ductus ad immolãdũ, aliaq; innumera his similia: qui ergo omnes illos docuit dicere & prophetare de eo qui erat uenturus, idẽ ipse, inquit, etiam me illuminauit, ut uitulum pro peccatis offerrem, & typum futuri uituli, atq; agni adimplerẽ. Merito ergo uitulũ unum pro peccatis animarum illorum obtulit, ut illa tunc perficeret & futura ostẽderet. Sed & adhuc propterea uitulũ illum corã filijs suis pro peccatis iugulauit, ut uidentes ipsi filij quòd pro alienis peccatis ille uitulus iugulatus moreretur, metuentes ac pauentes ab omnibus peccatis quę animas perimunt declinarẽt, et uniuersas animas interficerent, id est iuuentutis ignorantias à se mortificarent. Ob hoc ergo uitulũ unum in figurã unius memorati illius uituli mactauit pro peccatis animarũ eorũ. Hæc nimirũ uniuersa fecit beatus Iob, sapiẽter cõsiderãs sancteq; cogitãs. Dicebat eñ in semetipso Iob. Ne forte filij mei mali aliquid in corde suo cogitauerint aduersus deũ. O synceritas patris, ô dilectio parentis, ô studiũ genitoris. Non eñ tantũ pro corpore sollicitus erat, sed plus de anima cogitabat. Ne forte, inquit, filij mei qui in disciplina nutriti sunt, q in eruditiõe creuerũt, qui in dei timore exercitati sunt, ne forte filij mei quib. uiuis ego gaudeo si ipsi uixerint deo, quibus uiuis ego gratulor si ipsi ad deũ intẽderint, si ipsi deo seruierint, si ipsi à creatore nõ recesserint, ne forte filij mei in corde suo, in mente, in animo, in sensu, in cogitatione aliquid cogitauerint contra deum. Ac si diceret: Ne forte aliqua mala cogitatio in cor eorũ ascẽderit, quę à deo lõge facit, quæ à sanctitate peruertit, quę à castitate separat, quę à pietate abstrahit. Dic ô beate Iob quõ permitteres ut aliqd mali filijs tuis in uerbis, atq; operibus euidentioribus excideret, qui ꝑ occultis, & abditis, aut omnino forsitan nõ existentibus, ita nimiũ sollicitus fueris, atq; curã gesseris: qui sollicitus, atq; metuẽs dixisti, ne forte filij mei in corde suo mali aliquid cogitauerint, aduersus deũ, ne forte de impudicitia cogitauerint, ne forte ad impietatẽ declinauerint, ne forte post peccata oberrauerint, ne forte illicita meditati fuerint, ne forte iniusta cõcupierint, ne forte aliqua radix amaritudinis atq; fellis exorta in animis eorũ ipsis nocuerit? Hæc scilicet atq; his similia plurima intra semetipsum tractãs beatus Iob dixit. Ne forte filij mei in corde suo mali aliqd cogitauerint aduersus deũ. Ne forte, inqt, cõfringant̃ rami mei, ne forte euellant̃ ꝑpagines meę, ne forte excidat fructus meus, quẽ ego in iustitia genui, quẽ in fide ꝑduxi. Ne forte filij mei in corde suo mali aliquid cogitauerint aduersus deũ. Ne forte obliuiscant̃ deũ, & recedẽtes à timore eius, atq; derelinquẽtes eius beneficia, dicãt in corde suo nõ est deus, nõ est iustitia, nõ est iudiciũ, nõ est resurrectio, neq; inquisitio, neq; retributio. Omnia nãq; hęc mala sunt, & deo cõtraria, & à deo longinqua

Luc. 15

Esa. 53

Quæ batto logia

ginqua,& deo odibilia:& omnis homo qui hæc cogitauerit, uel diſpoſuerit,uel fecerit, uel ꝓpoſuerit,inimicus eſt dei, atq; odibilis. Sic itaq; oīmode ſaniſſime cogitās pro animabus filiorū ſuorū Iob dixit: Ne forte filij mei in corde ſuo mali aliquid cogitauerint aduerſus deū. Qui eī mala cogitauerint aduerſus deū,cito intereūt,& in perpetuo condemnantur,intercipiunt̄,impediūtur,atq; in profundo inferni in æternū torquent̄.Sed pleriq; hominū hęc nō reminiſcunt̄,qui filios ſuos ab infantia exterminant, qui filios ſuos & filias ſuas ab incunabulis nō erudiūt,nō corripiunt à iuuentute,nō prohibent mala,non odiūt peſſima,non coercent illicita,non admonent timorē dei, nō cōminantur iudicium gehennæ,non uitæ æternæ introitū docent. Non eī educāt eos in diſciplina atq; eruditione domini,qui non egerunt curam pro animabus eorū,neq; ſollicīti ſunt ꝓ ſalute,uel perditione filiorum. Huiuſmodi cum non erudiunt, neq; corripiunt filios ſuos & ipſorum animas igni inextinguibili in interitum tradūt, & ſemetipſos in furorem iudicij demergunt. Omnia eī quæ deliquerint filij de parētibus requiruntur, qui non erudierint,neq; corripuerint filios ſuos. Huius euidens exemplū in Heli oſtenditur, & 1 Reg.2
in filijs eius,atq; in alijs alibi.Hæc ſciens glorioſus dei famulus Iob,non ſolum à manifeſtis peccatis obſeruat filios ſuos,ſed & ab occultis, ne mali aliquid in corde ſuo cogitarēt.Primus beatus ille oſtendens factis hoc,quod poſt hoc dictū eſt uerbis:Ab occultis meis mūda me:pro occultis nihilominus,atq; in ignorātia ꝓpetratis delictis filiorū ſuorum ſollicite mūdabat eos,& non tantum pro perpetratis,atq; certis,quantū pro incertis,& nō exiſtentibus.Hoc nimirū faciebat ille beatus uir. Nō ſemel aut ſecūdo, neq; uno anno aut duobus,ſed ſic faciebat Iob omnibus diebus uitæ eorum.Non quieſcebat, non fiduciam reſumebat,non obdormitabat,neq; obliuiſcebat̄,nō erat negligens,non erat faſtidioſus:ſed ita faciebat cūctis diebus uitæ eorum,ante apoſtolus ea quæ apoſtolorum ſunt adimplens.ſicut dicit: Qui cœpit in uobis opus bonū perficiet uſq; in diem Phil.1
Chriſti:& ante aduentum domini,præceptum dñi adimplens dicentis: Qui tolerauerit uſque in finē hic ſaluus erit.Sic itaq; faciebat Iob omnibus diebus uitæ eorum,magnum theſaurum ſe credēs habere in regno cœlorum, ut inuiolatos atq; immaculatos filios ſuos exhiberet,& ad regnum cœlorū eos mitteret.Sic inquam faciebat Iob omnibus diebus uitæ eorum.Sic faciebat ſicut alter prior illo non fecit, ſicut alter illo antiquior non geſſit.Magnus erat Abraham in fide,ſed excellit illum Iob in tolerātia.Magnus erat Iacob in cordis munditia,ſed nō fuit illo minor Iob in miſericordia. Aduerſus cæteros omnes priores,& nouiſſimos, non ſuccubuit in uirtutum ſtudijs. Cum omnium uirtutibus communicaret, & omnium fidem, & pietatē, atque iuſtitiā imitaretur, tranſcendit cunctos,atq; præcellit tolerantia uehementiū dolorū.Merito digne dicitur de ſolo Iob, quia ita faciebat ſicut non fecit alter,Omnia eī quæ fecerūt ſancti,fecit etiā Iob. Quod autē ſuſtinuit Iob cum gratiarū actionibus,hoc nihilominus nullus alius ſuſtinuit.Omnibus ergo modis ueraciter dicitur,ſic faciebat Iob cunctis diebus uitæ eorum.Sic faciebat,quaſi iuſtus,pius,quaſi deo dilectus,quaſi credens.Sic faciebat ſicut deo placebat,ſicut creatori libitū fuerat,ſicut rex ſanctus uolebat.Sed cum ita faceret Iob, atq; hæc uniuerſa bona perficeret,nō ſuſtinuit malignus,nō tolerauit nequiſſimus,ſed zelans malignatus eſt,& inuidens ſuccenſus eſt.Quid,inquit,illi faciam? quō aggrediar? Quomodo circunueniam? Quomodo ſupplantem? Quomodo præuaricer? Quomodo à iuſticia abducam? Præſentia non reputat,uiſibilia nō requirit,ſed futura ſperat,inuiſibilia expectat,diuina deſiderat,atq; incorruptibilia requirit. Vndiq; iuſtitia indutus eſt,undiq; ſanctitate eſt ueſtitus,in ueritate fundatus, in fide eſt confirmatus. Hæc nimirum cogitans nequiſſimus dæmon,hæc apud ſemetipſum meditās ille qui ab initio aduerſus ſanctos bellum geſſit diabolus,dixit:cōſideraui quid faciam,ad priorem illam meā nequitiam confugiā,principali illa fraude utar,accuſabo apud deum Iob,ſicut olim deū apud Adam. Detraham Iob apud deum, ſicut à primordio Adam (habet etiā Iob paradiſum diuitiarum,ſicut & olim Adā)eo quod inuidēs tibi deus,ne efficiaris ſicut deus nō per- Gen.3
miſit guſtare te de ligno ſcientię:dicam nunc ad deum,quia non propter dilectionē,ſed propter pecuniam colere uidetur te Iob. Sed cum hęc cogitaret nequiſſimus,atq; hęc ſecum loqueretur,factum eſt,inquit,quaſi illa dies. Quæ dies illa? Dies quę diaboli neqtiam redarguit,quæ dei iuſtitiā manifeſtauit, quæ Iob tolerantiam patefecit.Illa dies quæ

dei lõguanimitatẽ,et Iob alacritatẽ:& diaboli nequitiã publicauit:quemadmodũ ille dies manifestabit,q in igne reuelabit, sic ille dies publicauit omnẽ nequissimũ diaboli zelũ,atq uniuersam maligni satanæ inuidiã.Hoc nanq demonstrans dicit:Factũ est quasi dies illa,& uenerũt angeli dei ut starent ante deũ. Venerunt nõ de loco in locum cedentes,neq exinde uenientes ubi deus nõ fuerit præsens,illò aũt uenientes ubi deũ inuenirent,uel uiderent. Cœlũ emm, & terram,superos,& inferos,corruptionẽ,incorruptionẽ, & uniuersa, eius replet beatitudo, uniuersa circundat uirtus, cuncta eius continet magnitudo,& nihil est extra eum.Quõ ergo uenerunt et unde uenerunt ante faciẽ dei,qui omnia replet? Bene intelligamus ô amici,& sancte,et deo digne oẽia quę dicta,uel scripta sunt: dei emm sermones & cõsilia digne deo percipienda sunt. Venerũt angeli dei ut starent ante deũ,uenerunt nõ uestigijs carnalibus,neq incessibus corporalibus, sed spirituali accessu atq incorruptibili statu cœlesti. Venerũt laudantes,honorificãtes,magnificantes,cõfitentes,gratias agentes.Per hoc emm qđ uenisse dicit,per hoc nihilominus significat quod sit opus,uel studiũ sanctorũ angelorũ,quod assidue cœlestẽ dominũ laudent,quod æterno deo gratias agãt,quod sancto deo indesinenter gloriã pro beneficijs eius referãt,pro gratia eius,pro misericordia eius,pro mirabilibus eius,quę impertit generi humano in omni hora,in omni tẽpore,plurima,et magna,atq diuersa,aliquãdo de periculis liberans, aliquando de discriminibus eripiens, nonnunq ex angustijs saluãs, peccantibus lõguanimiter parcẽdo, pœnitentes misericorditer suscipiẽdo, cõtumaces patienter sustinendo,spernẽtibus se clementissime miserãdo,aliaq ineffabilia atq inexcogitabilia beneficia circa genus humanũ perficiendo. quę uniuersa q̃tidie uidẽtes sancti angeli stantes in cõspectu eius,laudant,et honorificant,magnificãt quoq deum atq illi gratias agunt pro inæstimabilibus eius beneficijs,atq misericordię eius.quę demõstrans istic dicit. Venerunt angeli dei,ut starẽt ante deũ. Humana usus consuetudine,ac prouerbio,atq locutiõe,dicit uenerũt ante deũ,qui omnia replet,qui ubiq prẽsens est, & non est locus,neq in cœlo,neq in terra,neq in excelsis,neq apud inferos, ubi nõ sit
Psal.139 præsens deus.Hoc sciebat ille qui ait:Si ascẽdero in cœlũ,tu illic es, & si descẽdero ad infernũ ades.Hoc sciebat Helias,quod & cœlũ,& terra atq uniuersa quæ sunt in eis,in cõ
3 Reg.17 spectu dei sunt.Merito cũ esset super terrã,ante deum se stare demonstrauit dicens: Vi-
Luc.1 uit dñs cui asto in conspectu eius. Similiter & angelus Gabriel: Qui adsisto in conspectu eius & dei. Et Helias ergo in corpore super terrã, & Gabriel sine corpore in cœlis, uterq similiter assistere se dixerũt in cõspectu dei:ubiq est emm facies dei, tantũ mala uidere non uult.iustus & sanctus deus ideo dicit:Mala uidere nõ uult dñs.Et alibi:Et ego
Esa.1 te uidẽs despiciã.Et adhuc:Cum extenderitis manus uestras ad me, auertam faciem mea am à uobis.Sancti ergo digni,ac iusti,atq credentes,casti quoq,ac ueraces,siue in corpore sint,siue extra corpus,siue in terra,siue in cœlo,siue angeli glorioſi,siue sancti uiri, iugiter ac indesinẽter atq indissociabiliter astãt in cõspectu dei. Venire autem dicunt ante deum homines, dũ cum maiori deuotiõe atq studio animas suas effuderint in ora
1 Reg.1 tione ante deum,sicut Anna mater Samuelis,cũ in dolore animi effunderet orationem suã in cõspectu domini:sicut ille de quo dictum est. Oratio pauperis cum anxiaretur in cõspectu domini effunderet orationẽ.Sic itaq assistũt ante deum oẽs qui sollicite cum oratione adorauerint.Sic angeli cũ gratias agẽtes misericordias eius cõfitent,atq gratias illi pro eius beneficijs agũt, quæ ille incessanter impertit filijs hominũ, aut cum uiderint sanctorum uirtutes uirorũ,insignia uirorum nihilominus dei seruorum,constantiam,atq agones, tunc nimirum cum gaudio atq exultatione assistunt ante deũ, reuera & ut deũ honorificent,atq laudent de uictoria seruorum dei, necnõ ut eis qui propter deum patiuntur, patientiæ tolerantiã atq sanctam consummationem ab eodẽ postulẽt deo:Sic itaq uenerũt & ueniunt angeli dei,ut starẽt ante deũ. Sic astiterunt cum totius mundi salus ad homines ueniens initium sumpsit, ex uirgine nato unigenito deo,cũ subito facta est multitudo exercituũ cœlestiũ laudantiũ atq magnificantiũ deũ pro mundi salute.Sic astiterũt in principio totius creaturę,sicut dicit paulo post ipse deus ad Iob
Iob 38 depromẽs,& dicẽs:Cum fierent stellę laudauerunt me uoce magna angeli mei,& hymnum dixerunt.Si tunc laudauerunt quãdo inanimatę stellę factę sunt, multo magis tũc laudauerũt quando animatę & sensatæ stellę factæ sunt, id est animę sanctorũ atque iu-

stũrum

ſtorum. De quibus ſtellis dicẽdum eſt. Stella enim à ſtella differt in claritate, ita & reſur- 1 Cor. 15
rectio mortuorũ. Et alibi: Tunc fulgebunt iuſti ut luminaria cœli, & ſicut ſtellę in perpe- Dan. 12
tuũ. Sic itaq; à ſeculo & uſq; in ęternũ aſtant ſingula beneficia operationis domini, quæ in omni tempore impertit filijs hominum, confitentia, atq; inuocantia, & gratias agẽtia beatitudini æterni dei. Sed interim ſecundũ hiſtoriã ſteterunt tunc ante deũ angeli confitentes, & gratias ei agentes propter ſanctitatem Iob, ac meritum, iuſtitiã quoq;, ac pietatem, innocentiam atq; integritatem, maximam ſibi gloriam reputãtes ante deum beati Iob innocentiam atq; ſanctitatem. Sed quod pro gaudio atque gloria ſanctis angelis, hoc nihilominus ad inflammationẽ atq; zelum proficit maligno & aduerſario diabolo. Propterea cũ uenirent angeli gratias agere, ac confiteri pro iuſto Iob, uenit & diabolus malignitate atq; inflãmatione repletus aduerſum memoratum Iob. Venientibus uidelicet angelis, uenit & diabolus ut ſtaret ante dñm. Angeli uenerunt ut gratias agerẽt, & confiterentur, & laudarent: diabolus uerò uenit ut mẽtiretur, & accuſaret, atq; culpa ret. Et uere quaſi duabus perſonis utens angelorũ & diaboli, angelorũ ſanè bonitatem oſtendit, & diaboli nequitiã redarguit, atq; nequiſſimas cogitationes eius detegit, quibus nequiter atq; indigne cogitauit apud ſemetipſum proculdubio tractans, ac dicens: Quis mihi dabit ut poſſim uenire ante conſpectũ dei? Quis mihi dabit ut poſſim ſtare ante faciẽ illius æterni? Hãc ſcilicet cogitationẽ diaboli, & ipſum eius deſideriũ, quaſi aduentum memorans ſcriptor, dicit: Et diabolus uenit ut ſtaret ante dñm. Venit, ſed nõ Iob 1
in præſentia, nõ acceſſu neq; introitu, ſed uenit cogitatione, cõſilio, deſiderio. Nam ſicut quis latronũ poſitus in carcere ac uinculis uult frequẽter & optat ut ſit foras in mõtibus ubi pridẽ fuerat, ſed nõ ipſe eſt illic, ſed ſenſus atq; cogitatio eius, & uenit illi in cogitationem cõmonefaciens ſe de ijs quæ illic ſunt locis & ſtationibus, factis quoq;, atq; ſtudijs: ita diabolus, cũ cõmonefacit ſe priorum omnium, & deſiderat illa quæ ſunt ante deũ, & uadit illuc ſenſu atq; cogitatione, ueniſſe dicitur ante deum, cum non ipſe proprie uenerit, ſed ſenſu et cogitatione. Nam quõ ueniret ante conſpectũ dei is, qui ſanctę animæ Iob appropinquare, uel eam tangere permiſſus non eſt? Quomodo ueniret ad cœlos is, qui non eſt permiſſus introire in paradiſum? Si enim ad oſtium paradiſi obſeruandum Cherubim poſitus eſt, & romphæa flãmea, ut homo ille qui exinde olim ceci- Gen. 3
dit, id eſt Adam, ultra introire non poſſet: quales putamus eſſe ſanctas angelorũ cuſtodias, uirtutesq; cœlorũ, quę cuſtodiũt portas illas, ad quas dictũ eſt: Tollite portas principes ueſtras, & ut introeat rex glorię? Quas tranſire uel trãſgredi ad cœlũ nequiſſimo diabolo impoſſibile erat, & eſt. Nam cum de cœlis propter iniquitatẽ ceciderit, nunq; Aliàs diuerſa
rurſus introibit in cœlũ, nunquam denuo reuertetur ad illud. Si enim ad impios atq; ſce docuiſſe putleratos dicit Deus, calcare aulam meam non adijcietis, nónne multo magis diabolus q tatur
eſt totius iniquitatis auctor, & omnis ſceleris pater atq; inuentor, ad cœleſtem aulã ex qua ſponte cecidit, nunquam iterum aſcendet, nunquam denuo reuertetur? Si enim ſpiritus exiens iterum non reuertitur, neq; reuocatur anima ablata: nõne multo amplius is qui propter iniquitatẽ de cœlo exiuit, nunquam rurſus illuc reuertetur, & is qui ꝓpter impœnitentẽ nequitiã proiectus eſt ex choris ſanctorum angelorũ, nunquã prorſus ad pœnitentiam reuocabit? Stabit enim tanq; incomptus, atq; indomita auerſione. Et adhuc, ſi olim Caim cũ exiret à facie domini pro impijs auſibus, nunq; ante conſpectũ do- Gen. 4
mini dei eſt reuerſus: nónne multo amplius hic diabolus qui ad omnem crudelitatẽ fuit magiſter eius, qui & homicida ab initio iuſte eſt nũcupatus, à facie domini dei, tanq; iniuſtus iuſte proiectus, nunq; ante faciem dñi ueniet amplius, nunq; in conſpectu ſanctę gloriæ reuertetur ulterius? Iuxta hoc quod dictũ eſt: Auferatur impius ne uideat gloriã Eſa. 26
domini. Et adhuc, ſi impij nõ reſurgẽt in iudicio, & peccatores in cõcilio iuſtorũ nõ apparebũt, quomodo ille qui pater extitit impietatum, & genitor peccatorũ, id eſt diabolus, in cõſpectu ſanctæ gloriæ dei apparebit? Quomodo mors uitę cõueniet? Quomodo ſtabunt tenebræ in conſpectu lucis inacceſſibilis? Quõ ſuſtineant ſtipula, fœnum, atq; cera uicinitatẽ ignis inſuperabilis? De quo dicit: Sicut fluit cera à facie ignis ſic pe- Pſal. 68
reant peccatores à facie dei. Quomodo uocẽ dei audiens, reſpondeat illi immũdus, atq; execrabilis refuga diabolus, quẽ nec ſancti angeli dignũ habẽt ſuo colloquio? cuius cõiunctionem nullus ſanctorũ ſuſcepit, neq; amplexus eſt? Quod claruit in beato Paulo

Act.16 & Syla, quibus ualde molestum fuit quod diabolus per illius diuinãtis puellæ os in Philippenses sequentes eos clamauerit, usquequo nõ sustinens Paulus cõfusus illud dæmonium pepulit. Omnibus itaq; modis comprobatũ est, quia diabolus à sanctis pulsus est, atq; sanctorum præsentiam nõ sustinuit, siue angelorum, siue hominũ: multo magis terribilem dei præsentiã non sustinebit, neq; ante glorioſam dei faciem accedet. Si em̃ cum ad terras ueniret unigenitus, deitatis eius uirtutem atq; accessum nõ sustinẽs, ne torqueretur rogauit: quomodo ad incorruptionẽ accedẽs, ante illã intolerabilem atq; inaccessibilem dei faciem stabit, & uocem uerborum audiens, responsum atq; replicationẽ dabit? quod est omnibus modis & illicitũ, & impossibile. Post quæ uniuersa ô amici, ut superius dixi, intelligamus uerba sanctę scripturę. Venisse diabolus dicitur ante deum, & audisse à deo, & respondisse deo, non quod malignus & immundus atq; tenebrosus diabolus facie ad faciẽ steterit ante deum. Absit: Quis em̃ durus effectus sustineat, inquit, præsentiam eius? paulo pòst in eodem libro. hoc est, quis durus effectus ad non pœnitẽdum, timorem atq; uirtutẽ sustineat uultus eius? Ideo ut superius diximus, non in psona uenit nequissimus diabolus ante deum, sed cõsiliis, & cogitationibus, atq; nequitię suæ meditationibus: & quę cogitauit de eo, quę etiã de Iob iusto, hæc uenerunt ante deum, horum memoria uenit in cõspectu æterni dei. Hæc memorans Moyses personas ponit, atq; ostẽdit. Personis quibus utitur? Aliquando angelorũ, aliquando diaboli, nonnunquam autem dei, ut per significationes personarum ea quę contigerint designet, & quę facta sunt manifestet. Quorũ euidens exemplum in nobis reperimus ô amici. Nã & frequenter sensibus nostris illò pergimus, ubi nunquam corpore præsentes fuimus, siue in cœlum ad deũ, siue in terram ad homines: Sæpe ad absentes tanquam ad præsentes loquimur, & cogitationibus nostris cum illis qui ualde longe sunt contẽdimus, & altercamur, certamus quoq;, & replicamus, et ex illorum persona cõtrouersias, atq; replicationes nobis ipsis facimus. Sępe etiã & in cœlum ad deum ascẽdimus, & tanquã in conspectu dei in excelsis animi uisione, atq; spiritus eleuatione stamus, & ad deum loquimur, & à deo audimus, atq; deo respõsum damus. Et hęc uniuersa ducimus adhuc in corpore positi, atq; carnis corruptione super terram circũdati. Quod aũt ita sit, norunt ij qui syn
Exod.14 ceres sunt circa deũ, illi qui animis suis ad incorruptibilia atq; excelsa semper intendũt. Sic locutus est ad deum Moyses, quando respondit illi deus dicẽs: Quid clamas ad me?
3 Reg.17 Sic stetit ante deum Helias cum diceret, uiuit dominus cui asto in conspectu eius. Ita et alij innumerabiles ostẽduntur ex scripturis, & ad deum locuti fuisse, & à seculo audisse, & identidem deo respondisse, nõ corpore tamen in cœlũ in cõspectu dei ascendisse, sed spiritali animæ synceritate ante deũ uenisse. Tales fuerunt illi ad quos dicit Apostolus:
Gal.5 Vos non estis in carne, sed in spiritu. utpote nõ carnalia, sed spiritalia in omni tẽpore cogitantes, tanquam inter homines super terrã uisi, animi uerò studio ante deũ in cœlo fu
Phil.3 isse cõprobati. Eiusmodi dicunt cũ fiducia: Habitatio, uel cõuersatio nostra in cœlis est. Si igit̃ homines carne induti, & corruptione circundati in cœlis ante deũ stare & esse dicunt̃, nõ natura illuc profecti, sed uoluntate & desiderio, animi meditatione euecti, qd magnũ ſt diabolus cũ sit spiritus & incorruptibiliter aerem pertransiẽs & pelagus, ante deum uenisse dicit̃? Non quod ipse uenit, sed uenerunt immortales cogitationes eius:
Act.10 atq; nequissimę cogitationes eius. Nam sicut ad Cornelium dictũ est de bonis, orationes tuæ & eleemosynæ tuę ascenderunt in memoriam in conspectu dei: sic & dictũ est diabolo de malis, malignitates tuæ atq; iniquitates ascenderunt in memoriam in cõspectu dei, Quomodo ascenderunt? à sanctis angelis oblatæ. Sicut em̃ offerunt sancti angeli memoriam iustorum, atq; iustificationes eorum ante deũ: sic similiter deferunt ijdem angeli memoriã malitiæ, atq; nequitiæ diaboli, liuoris quoq; eius & inuidiæ quã habet circa sanctos in conspectu terribilis dei. Quod aũt offerunt glorioſi angeli in cõspectu domini hæc uniuersa, dei Raphael nuncius testis est. qui locutus est ad Tobiã dicens:
Tob.12 Cũ orares tu, & Sara filia Raguelis, ego obtuli memoriam orationis uestrę, & legitima eius in conspectu gloriæ dei. Offerunt nihilominus sancti angeli dei nõ quasi nesciat is qui omnia nouit antequam fiant, sed ut testes efficiantur sanctitatis atq; pietatis iustorum. Iterum tanquã deflentes impietates, atq; iniustitias iniustorũ, aut etiam ipsius diaboli. Hęc nanq; demõstrãs atq; significans dominus dicit de illis bonis seruis (hoc est de

angelis

angelis) Venientes aũt nunciauerunt domino ſuo omnia quę facta fuerant. Sic itaq; omnimode oſtenſum eſt, & per ſanctorum uerba, atq; hiſtorias, & per angelorũ dicta, qa non perſona ſua illa ſæua, crudeli, obſcœna, atq; execrabili, tenebroſa quoq; atq; abominabili, uenerit diabolus in cõſpectu ſancti ac glorioſi dei, ſed nequitię reuelatione, ſed liuoris atq; inuidiæ approbatione, & iniuſtitiæ increpatione, iniquarum nihilominus & malignißimarũ cogitationũ manifeſtatione atq; cõmemoratione. Horũ ſcilicet omniũ cõmemoratio atq; memoria uenit in conſpectu dei. Sic nanq; dicit poſt hæc. Nũc recordabor impietatum eorum, & uindicabo peccata illorũ. non quaſi oblitus nunc recordetur, ſed quia nũc uindicare iuſte iudicauerit. Iuxta hoc ipſum exemplum nũc ueniſſe dicitur in conſpectu dei diabolus, nõ quod nequißimus ille uenerit in cõſpectu boni dei, ſed quaſi cogitationes eius crudeles ac nequißimæ uenerint in memoriã in conſpectu dei. Hæc nimirum demonſtrãs in hac ſcriptura perſonis utitur, & nonnunquam ex aduerſo ſibi inuicem eas ſtatuens dicit, uenerunt angeli ut ſtarent ante deũ, & diabolus uenit cum illis ut ſtaret ipſe ante deum. Hęc autem ob hoc dicit ut diaboli iniquitatẽ redargueret, & Iob tolerantiã oſtenderet, & dei iuſtitiam demonſtraret. Venerunt, inquit, angeli dei ut ſtarẽt ante deũ. Venerunt, utpote ſancti ac glorioſi, utpote ſanctißima dei facie digni habiti. Venerunt angeli ſanctorũ ſanctitati atteſtari iuſtorũ, diuerſas ac uarias uirtutes, & coram deo demõſtrare: Melchiſedech deo dignũ ſacerdotiũ: Abrahę immobilem fidem, Iſaac unũ coniugiũ, Iſrael cordis puritatem, Ioſeph caſtitatem, Moyſi manſuetudinem, iuſtitiã Iob ac dei culturam. Iſtis nanq; tẽporibus erat beatus Iob. Iſta itaq; confiteri, ac profiteri, atq; teſtificari, & (ut ita dicam) de iſtis gloriari corã deo uenerunt ſancti angeli. Sic & nunc & uſq; in finem ſeculi uenient, unius ieiunio nõ ficto, alterius ſollicitis orationibus, alterius puræ pœnitentię atq; non ſimulatæ bono, alterius ſynceriſſimis eleemoſynis, & pauperum largitatibus, ac miſerationibus inſtantiſſime in conſpectu dei atteſtantes. Pro his inquam omnibus uenerunt, & ueniẽt angeli ante deũ, & diabolus uenit cum illis ut accuſaret, ut detraheret, ut reprehenderet, ut mendacio ſimularet, ut uexaret, ut luctaretur: uenit & nũc ut luctetur, ut tribulet, ut perſecutionẽ, & tribulatiões, atq; anguſtias, & moleſtias ſanctis ac iuſtis excitet. Ob hoc ergo ueniſſe dicit tanquam angelus mortis, tanquam angelus pœnas irrogãs, atq; expectans quando illi qui pœna digni ſunt ei tradantur, & deputentur pœnę atq; perditioni, ſicut ille de ꝙ dicitur: Tradere huiuſmodi ſatanæ in interitum carnis. ſicut etiam illi de quibus dictũ eſt: Quos tradidi Satanæ ut diſcant nõ blaſphemare. Omnes enim facinoroſi, infideles, impñ, iniuſti, iſti omnes malignis atq; peſſimis diaboli angelis traduntur, ac deputantur illis de quibus dicitur: Miſit in eos iram indignationis, immiſſiones per angelos malos: illis de quibus dicit alibi: De domo eius abſtrahet eũ angelus mortis. Iſti ergo ueniũt, & tũc uenerũt temporibus Iob. Sed nõ ante beatã dei faciẽ ueniũt illi damnabiles, ſed conſilia & cogitationes eorum, deſideria quoq; eorũ, & cogitationes malignæ & peſſimæ atq; nequißimæ, & iſtarũ memoria offertur in conſpectu dei, iuxta omnia quę memorata atq; oſtenſa ſunt. Poſt hæc uniuerſa dicit: Et dixit dominus ad diabolũ. Nam ſicut diabolus non perſona uenit ante deũ, ſed cogitatione & deſiderio, atq; nequitia, ſiue meditatione: ita & deus non ore locutus eſt ad diabolũ, neq; uerbum contulit cũ iniquo, ſed occulta atq; abdita increpatione nequitiæ eius, atq; correptiõe iniuſtitię illius. Nã ſi hic ſuper terram nemo de ueris ac iuſtis principibus atq; iudicibus, homicidas aut fures aut etiam facinoroſos latrones cõfabulari ſecum, uel conſiliari facit, ne ſimilis illis iudicet: quanto magis iuſtus et uerus atq; terribilis deus, impiũ illum latronem, atq; homicidam diabolum pro colloquio ſuo ante glorioſam illam ſuam faciem nũquam uenire permittit, neq; hoc amplectitur? Si em̃ cum ad terras ueniret in corpore unigenitus, loqui eum coram ſe nõ permiſit, ſed cũ increpatione dixit ad eũ, conticeſce & obmuteſce: quomodo in aſpectu gloriæ ſuæ deitatis colloqui cum maligno ſtatuat diabolo, cũ dicit ad eũ & reſpondet, & reſponſum audire ab eo patitur, uel dignatur? Sed dixit ad diabolũ occulta increpatione, atq; confutatione occultæ eius malignitatis, & zeli, atq; peſſimæ cogitationis. Nam & ſæpe ſcriptura ea quę non dicunt dixiſſe dicit, & ea quæ nõ audiũt audiſſe, & ea quæ non intelligunt nec uiuunt infremuiſſe: ſicut cũ dicit, dixit mare, uirtus autem maris dixit: aut terra audi uerbũ domini, uel infremuit terra ſuper inhabitãtes in

1 Cor. 5
2 Tim. 4
Pſal. 78
Eſa. 1
Pſal. 107

ea. Manifestum nanq; est quia neq; mare, neq; uirtus maris, hoc est fluctuum, aliquando dixit, uel locuta est, neq; terra aliquãdo audiuit, neq; infremuit. Nõ enim dicit neq; uiuit terra, cum sit inanimata: sed mos est scripturarum, ita de quamplurimis dicere. Sic nanq; illud dicit scriptura, quòd deus ad cetum loqueretur, & ad cucurbitam, & ad uermẽ ma
Ion.2 tutinum, & ad spiritum incendij cõburentem, sicut scriptũ est. Et præcepit deus ceti magno ut deglutiret Ionam. Cui dixit, uel cui præcepit, uel qua lingua ad cetũ locutus est? hominum, an angelorum? Nam pisces neq; linguam, neq; uocem habent. Vel quomo-
Ion.4 do dicitur dixisse ad cucurbitam, quæ nec uiuit nec spirat? Quõ loqueretur, uel quid dicens præciperet spiritu incendij, qui nec auditum, nec intellectũ habet, ut incenderet, atq; percuteret in capite Ionæ? Vniuersa enim hæc cum non habeant scientiã naturaliter, uertũtur, atq; mouentur huc atq; illuc creatoris efficientia. Sicut ergo istis omnibus & dixisse, & locutus fuisse, & præcepisse, atq; iussisse dicit deus nõ uoce dicens, neq; lingua loquens, neq; in conspectum suum ad cœlestia eos subleuãs, sed occultæ suę operationis uirtute uertens ut necessitas uel ratio poposcerit: sic similiter iuxta exemplũ horum quæ memorata sunt, etiã dixisse, & locutus fuisse, & audisse, & respondisse dicitur, & in prẹsentiam suscepisse, neq; dictis quicquã ad eum depromens, neq; lingua ad eum loquens, neq; ad excelsa sancta in conspectũ suum nequissimũ diabolum eleuans, cum occultã atq; abditam eius nequitiam detegit ac reprehẽdit, atq; reuelat omnibus. Quæ
Iob 1 nobis euidenter ostendit hæc nunc cõmemorans scriptura dicens: Et dixit dominus ad diabolum: Vnde uenis tu? Et interrogat ille qui præscius est, atq; prouidus, nequissimũ diabolũ unde ueniret, illum iniustũ refugam, unde approperasset. Sic interrogauit olim
Gen.3 Adam, ubi es Adam? non ut inscius, sed iciens prẹscienter, & tunc ad Adam, & nunc ad Adę seductorem, sed Iob non supplantantem: ad eum qui Adam circũuenit, sed Iob nõ superauit. Ergo quia in utroq; eiusdem nequissimi malitia fuit, merito ad utrunq; eodẽ usus est uerbo: dixit ad Adam olim, ubi es Adã? ad diabolũ postea, unde uenis tu? Sed non ut inscius interrogauit unde uenisset, sicut nec Adã olim, ubi esset, sed occultã, atq; abditã cogitationẽ eius detegere atq; publicare uoluit. Latẽti enim liuore aduersus Iob inflãmatus est, latenti cogitatione deũ reprehẽdit, quasi Iob defendentẽ, et multitudinẽ diuitiarũ illi cohibenter largientẽ. Dixit nanq; intra semetipsum. Si mihi tanta bona dedisset super terrã, profecto & ego colerem illum in terris, sicut Iob. Nũc ergo quis mihi dabit ut possim ascẽdere cum angelis in cœlum, & stare in cõspectu dei in medio eorũ, & potestatem accipere à deo omniũ eius bonorũ? Et ostenderem eum sua bona perdidisse, quia non est utilior, neq; firmior Iob cæteris hominibus uniuersis, quia non propter charitatẽ, neq; pietatẽ Iob colit deũ, sed propter pecuniæ multitudinẽ, atq; bonorũ abundantiam. Nisi enim pro horũ blandimento seruiret deo, profecto non esset melior Esau tritauo suo. Nũc uerò tanquã flos uidet ex spinis oriri Iob ex posteritate Esau: sed si denudetur diuitijs, profecto cotinuo denudabitur etiam dei cultura: si auferatur ab illo pecunia, profecto nõ offeret ipse gratiarum actiones deo. Ergo quia hæc cogitauit diabolus cũ nequiter inuidit Iob, & illicite reprehendit deum, iniuste nihilominus atq; indigne ingressum cum angelis desiderãs ante deum, necnon & hoc quod illicite deferens Iob, pecunię atq; filiorũ eius potestatem accipere cuperet, acceptaq; omnia subito perderet, & cum perdidisset, aut certe Iob à deo abstraheret, aut etiã cũ iustum Iob tormẽtis afficeret, nequitię suæ satisfaceret. Ergo quia ut dixi desiderio suo ac cõsilio ita uenit nequissimus diabolus ante deũ, in medio angelorũ merito uenisse eũ dicit, nõ quod ipse uenerit, sed desideriũ eius atq; cogitatio uenit. Aduersus quam cogitationẽ respondisse dicitur deus, et interrogasse diabolum, unde ueniret. Nam uere nõ poterant hęc historialiter scribi, neq; aliter nobis recitari, nisi ut personæ recitarent quasi ad inuicem respõdentes. ob hoc dicit: Et dixit deus ad diabolum, unde uenis tu? Nõ quasi interrogãs, uel quærẽs, uel sciscitans dixerit unde uenis tu: sed culpans, & detegens, abdicãs quoq; atq; redarguens, & iniquitatẽ eius atq; apostasiam, malignumq; eius liuorem circa Iob, & circa omnes sanctos demonstrãs, dixit unde uenis tu? Nõ dixit hoc ad angelos neq; ad sanctas uirtutes, nõ interrogauit speciales ministros unde uenissent, uel unde ueniãt. In ipso eĩ atq; in eius uolũtate, in uisionibus eius atq; ordinationibus et eunt & ueniũt, & omnia perficiunt atq; omnia adimplent, & cuncta secundũ eius uoluntatem operantur, iuxta

tur, iuxta hoc quod dictum est: Benedicite dominũ omnes angeli eius, ministri eius, qui facitis uoluntatẽ eius. Ergo quia tales sunt sancti angeli, & taliter faciunt uoluntatẽ dei, & in ipso eunt, & ueniũt, & extra ipsum nunquã sunt, merito ergo illos non interrogat unde ueniant: malignum aũt illum refugã atq; apostatam interrogat, tanquam alienigenam, tanq; exterum, tanquã aduersarium, tanq; inimicum omniũ bonorũ. Hũc ergo interrogans dicit, unde uenis tu? Ab homicidijs, à sanguinibus, ab adulterijs, à furtis, à mẽdacijs, tanquã homicida, & tanq; mendacij pater, & horũ auctor atq; inuentor existens super terram. Vnde uenis tu? Ab internicione Abel, à gigantũ impudicitia atq; interitu illorum, à turre cõtumacię atq; dispersione, ab Esau auiditate atq; fratris circũuentione, à Pharaonis pertinacia atq; perditiõe, ab Israel in deserto idolorũ cultura atq; ruina, à prophetarum persecutione, ab interfectione Ioãnis, à Iudęorũ crudelitate, & ab omnium à seculo & usq; in seculum malorũ perfectione. Omnia, inquit, mala quæ super terram exorta sunt, ex te initium sumpserũt, & per te sub cœlo dissẽminata sunt, & tu es ô diabole omniũ horũ factor, & suffragator, & initium, & finis. Ob hæc inquit ô diabole & mors uiuit, & infernus floret, & tenebræ gaudent, et obscuritas nõ minoratur, & iniquitas nõ deficit, & iudex mortis uictoriã accipit. Cum ergo interrogem te unde uenias, nõ quasi nescíens interrogo, neq; ut ignarus scíscitor, sed ut reprehendẽs atq; detegẽs, cõuincens atq; redarguens, ostendẽs quoq; atq; demõstrans quod ab omni impietatis atq; iniustitiæ perfectione atq; operatiõe uenias. Dic unde uenis tu? zelo succẽsus, iniquitate oneratus, inuidia plenus. Ego, inquit, dedi Iob, & tu inuides. Ego adieci illi, & tu æmularis. Ego multiplicaui, tu uerò fluescis. Ego largitus sum, tu uerò auferre conaris. Apprehendam eñ te, & detegã diuina prouidẽtia, tanq; furem alienis bonis inhiantẽ, & sperantẽ quod per hæc iustum Iob subuertere possis, Sed ego, inquit, & tuã iniquitatẽ redarguam, bona Iob tibi tradendo, ut & Iob iustum demonstrem per tolerantiã uictoriã de te sumentem. Ob hoc ergo tanquã interrogans dico, unde uenis tu, ut occulta tua meditatio appareat, ut uehemẽs tua nequitia omnibus demonstretur, ut malitiosus tuus liuor omnibus innotescat. Pro his ergo omnib. dico, unde uenis tu? Aduersus quę respõdens diabolus dicit. Circuiui omnẽ terrã quę sub cœlo est, & ueni. Magniloqo atq; arrogantia uteris ô miserrime diabole, elatione quoq; atq; iactãtia, ut ita appareat q̃ oẽs magni loqui, iactanticuli, arrogãtes, & superbi tuę nequitię sint discipuli, & apud te didicerint ea quę deo sunt cõtraria. Deus enim superbis resistit, humilibus aũt dat gratiã. His similiter etiã Anna mater Samuelis dicit: Nolite loqui superba in superbia, & nõ exeat magniloquiũ ex ore uestro. Sed horũ immemor diabolus, & alios docuit, & ipse magna locutus dixit: Circuiui totam terrã quæ sub cœlo est. Intendite ô amici quia circuisse se dicit totã terrã quæ sub cœlo est, sed non carnalibus uestigijs, neq; corruptibilibus gressibus, sed spiritali transcursu, atq; incorporali trãsitu uniuersa quæ sub cœlo sunt subito p uolãs atq; peragrans. Sicut ergo nõ corruptibilibus gressibus, neq; carnalibus uestigijs circuiuit diabolus, sed incorruptibili atq; occulto transcursu: sic similiter cũ dicit q̃ ante deum steterit, non facie ad faciem coram deo stetit, sed occultis cogitationibus, & nequissimis meditationibus ante deũ uenisse dicitur, hoc est nequissimæ eius cogitatiões pro eius increpatione steterunt ante deum. Sed interim, inquit, circuiui totã terrã quæ sub cœlo est, & ueni. Sed male gloriaris, & mala est hæc tua gloriatio. Terrã circuis, sed ad cœlũ nõ reuerteris. Ea quę sub cœlo sunt peragras, sed illa quæ in excelsis sunt non possidebis. Circuiui omnem terram quę sub cœlo est. Circuiuit nõ carnalibus uestigijs, sed circuitionibus iniquitatis, non terrenis gressibus, sed spiritalibus seductionib. Circuiui totam terram quæ sub cœlo est. Nõ per temporum spatia circuisti, sed subito, celeriter, ac uelociter omnia quæ sub cœlo sunt peragrasti, & omnia quæ in aere sunt peruolando, & cũcta quæ sub cœlo sunt inspiciẽdo, subito ab oriente ad occasum transeũdo, & à meridiano ad aquilonẽ peruolando, & ea quę per quatuor terminos orbis in omnibus gentibus, & prouincijs, & regionibus atq; linguis fiunt, uel dicuntur uidens, & audiens, & sciens, non tanquã in præsentia habens, sed tanquam spiritus uolans, & omnia quæ uoce dicuntur audiens, & quæ operibus fiunt uniuersa uidens, ea uerò quæ in corde atq; intra animũ tractant, nescíẽs. Si enim hominũ cogitationes scisset, profecto nullum hominẽ saluũ fieri permisisset nihilq; boni perficere, sed omnia bona mox ut cogitatione

Psal. 103

Iob 1

1 Pet. 5

1 Reg. 2

tatione cœpta fuissent, continuo destrueret, cõtinuo perficere non permisisset. Nũc uerò ea quidem quæ cogitãtur, uel tractantur ignorat: ea uerò quæ in operibus fiũt, & per uocẽ dicũtur, audit, & uidet, utpote spiritus callidus ac subtilis, & qui ubicq; est præsens atq; totum mundum subito peruolans. Si enim uenti aeris regiões ac prouincias subito perflant atq; transeũt, nónne multo amplius aerei spiritus, id est nequissimi dæmões, subito peruolãt totũ mundum, subito uniuersa peragrant quæ sub cœlo sunt, subito ubicq; præsentes sunt? In omni prælio uel pugna, in omni perturbatiõe atq; mortis ruina, in omni seditione ac tumultu, in omni cõtentione & lite, in omni sanguine & homicidio, et furto atq; adulterio, omnicq; lamẽtabili bello siue orientis, siue occidẽtis, siue meridiani, siue aquilonis, ubicq; prẽsentes sunt nequissimi atq; aerei dæmones, plus perturbãtes, et succẽdentes atq; uniuersa mouẽtes. Vnde diuinatiões sunt, ex quo malignissimi dæmones, aereicq; spiritus subito hũc mundum peruolantes atq; uniuersa quę in omni loco huius mundi fiunt cõtemplantes: & ea quæ dicunt audientes, qui alibi ubicunq; longe positi fuerint suæ nequitiæ ministris reuelant atq; demonstrãt, tam in somnis q̃ in uigilijs, nec non in phantasmatibus, & iuxta hæc quæ fiunt, uel emergunt, etiam alia atq; alia futura sperare atq; probare docent. Exinde cepit diuinationis error filios hominũ in scandalum in eos quibus super terrã ortum est. His nanq; omnibus demõstratis atq; memoratis, malignissimus atq; aereus diabolus dicit: Circuiui totam terrã quæ sub cœlo est, et ueni. O nequissime aduersarie, ô malignissime diabole, quàm malignus es, & ad omnia mala uersutus atq; callidus. Cum enim ad deum loqueris, humilitatẽ fingens, totam terram quæ sub cœlo est, circuisse te dicis, & cœli non meminis. Cum autẽ ad homines loqueris, tunc nihilominus magna loquens ut homines rapias, dicis in cœlũ ascendam, super stellas cœli ponam sedẽ meam, & ero similis altissimo. Hoc nimirũ ob hoc dicis, ut pro altissimo adorari atq; coli ab hominibus possis. Circuiui, inquit, totã terrã quæ sub cœlo est. Terram circuis ô diabole, ad desolandum, ad exterminandũ eam. Ea quæ sub cœlo sunt peragras ad perturbandum & peruertendũ, & ad furorem concitandas atq; exacerbandas gentes aduersus gẽtes, & regiones. Pro istis ergo omnibus, inquit, circuiui totam terram quæ sub cœlo est, & ueni. Sed adhuc aliter circuiui totam terrã, omnes terrenos, eos qui terrena sapiunt tantũ, eos qui terrena sola cogitant, & meditantur, diligunt, atq; requirũt. Istos ergo circuis, exploras, exquiris, & conculcas, quia introitus & exitus uiam atq; iter in eis habes. Sic inquã circuis terram ô diabole, & peragras ea quæ sub cœlo sunt. Quæ sunt hæc? Corda quæ non sunt in cœlo, quæ in cœlũ nunquã ascenderunt, neq; fidei integritate, neq; mentis desiderio, neq; dñi memoria, neq; resurrectionis expectatione, neq; iudicij timore, neq; spe gloriæ æternæ, sed horum omniũ quæ in cœlo sunt, obliuiscuntur, despiciunt quoq; atq; derelinquũt. Talia sunt corda omniũ ferocium, pertinacium, eorum qui non agunt pœnitẽtiam. Huiuscemodi enim corda circuit diabolus persuadens atq; infatuans, obtundens atq; obdurans, eorum qui ea quę super cœlũ sunt in incorruptione non sapiũt, sed ea sola quæ sub cœlo sunt in corruptiõe super terram requirunt. De istis ergo omnibus dicit: Circuiui totam terrã quę sub cœlo est, & ueni. A nobis autem auertitur cum donat deus cor mundum, animam castã, mentemq; piam, fidem integram, plenam charitatem, misericordiã synceram, puritatem nõ fictam, & spem immobilem, ut omnes nequissimi incursus atq; accessus longe à nobis auertantur, & omnis uersutia eius cõfusa atq; inefficax comprobetur. Sed interim cum
Iob 1 hæc diceret diabolus quod circuisset terram, & peragrasset ea quæ sub cœlo sunt, respõdit ei deus, dicens: Animaduertisti ad puerũ meum Iob, quia similis ei non est quisquã in terris? Tanquam si diceret: quia gloriaris quod terram circuieris, & ea quæ sub cœlo sunt peragraueris, dic mihi. animaduertisti ad puerum meum Iob? Quod si forsitan dixeris, nescio quis sit Iob, hic est cui non est homo similis super terram. Ego dico quod non sit illi similis super terram: tu uerò qui dicis quod terrã circuieris, & ea quæ sub cœlo sunt peragraueris, ostende alium similem illi. Et uere nequissimi diaboli cogitatiões arguit, atque illicitum eius liuorem ostendit, quem meditatus est ac nequiter cogitauit, cum Iob zelatur, & inuidet. Ac si diceret: Ego arguo meditationes tuas, ecce reuelo cõsilia tua, ecce ostendo nequitiam tuam atq; liuorem. Ecce do tibi audaciam, ut proferas malitiam tuam, ut depromas malignitatem tuam, ut ad certamen atq; prælium beatum

requi-

requiras. Nisi enim fiduciam acceperis, quærere non audebis. Animaduertisti ad puerũ meum Iob? hoc est relaxasti animum tuum, cogitationes tuas, cõsilia tua, meditationes tuas? Ad quem? Ad puerum meum Iob. Lætaberis aduersarie sagitta in modũ ignis cõburente? Hanc uocem diabolus nequaquã audire patitur, nõ tolerat nequissimus, ut alí quis seruus dei sit, uel omníno nominetur. Cum autem odio haberet Iob atq; zelaretur eum, adiecit super nequitiam cum seruũ dei illum nuncupari audisset, deo astruente, ad puerum meum Iob. Et animaduerte quantus sensus in hoc ipso demonstratur sermone, cum seruum suum appellat Iob. Primum quidem tãquam gloriam sibi existimat atq; honorem omnium dominus cum sancte atq; caste illi seruiũt homines. Idcirco quasi glorians dicit nunc sanè de solo Iob, puerum meum Iob, hoc est seruum meum: alibi autẽ de plurimis: Misi ad uos omnes seruos meos prophetas. Vnde etiã ipsos glorificat atq; magnificat per id quod seruos, & famulos eos astruit atq; appellat, sicut Mosen, de quo dicit ad Aaron: Nõ sicut famulus meus Moses in tota domo mea fidelis. Et post paululũ: Quomodo nõ timuisti loqui de famulo meo Mose? Quid hoc maius est, quid superius, ut quis sit creatoris seruus atq; cœlestis regis famulus? Nõ est hac maior gloria. Sup hęc autẽ ipsum diabolum increpat, deiicit atq; obiurgat per id quod Iob puerum suum appellat. Animaduertisti, inquit, ad puerũ meũ Iob? Ac si diceret: nónne uictus es, & deiectus atq; humiliatus, ut Iob corruptibilis atq; terrenus homo seruus meus sit, & in mea seruitute maneat? Tu uerò ô diabole cum superior sis angelis, cũ inter Cherubim à me creatus, à mea seruitute recessisti, et meũ ministerium dereliquisti, merito ex sanctis choris proiectus atq; à cœlestibus pulsus circa terras oberras, circa terras reptas, & terrenos circũuenire conaris. Ob hoc cũ dicis quod terrã circueris, & ea quę sub cœlo sunt peragraueris, quia cœlestiũ refuga effectus atq; in terrenis reptare, in terra mãducare, in persona serpentis es maledictus, animaduertisti animo illo nequissimo, inuido, crudeli, praua, fero, ad puerũ meum mitem, benignũ, subiectum, religiosum, non fraudulentũ, sed deuotum, ad puerũ meũ, cui non est homo similis super terrã? In omnibus uirtutib. atq; studijs non est illi similis super terram. Abraham non est, Isaac requieuit, Israel transiuit, Ioseph quietem assumpsit: propterea nõ est illi similis super terram. Ego, inquit, testimonium perhibeo uirtutibus eius, utpote omnium cognitor dñs. Attestatur uidelicet illi etiã malignus tuus liuor ô diabole. Nisi, inquit, meus seruus fuisset sanctus ac dignus, atque mihi bene complacens, non utiq; eum zelatus fuisses, non utiq; ei inuideres. Nõ es zelatus Esau, neq; Ismael, non zelaberis Saul, atq; Achitofel, neq; Doech, neq; ullũ ex ijs qui tuam peruersam fecerunt uoluntatẽ: sed zelatus es à seculo omnes seruos meos, atq; cultores, id est Abel & Ioseph, & nunc ipsum Iob, atq; his similes oẽs, & omnes syn ceriter me inuocantes. Quia nõ est, inquit, similis illi super terrã. In quo non est similis ei quisquam super terrã? In omnibus bonis operibus, atq; ideo dilectis, sine querela est, ut pote qui in nullo potuit reprehẽdi. Quamuis, inquit, tu eũ reprehẽdas ô diabole, quasi propter diuitias me colentem, post paululum probabit, quia omnino Iob sine querela permanet, & non solum sine querela, sed & iustus, cũ iustitia etiam uerus. Sed quia plerisq; hominũ in hoc mũdo omnibus modis sine querela fuerunt & iusti & ueraces in humanis dũtaxat iudicijs & causis, atq; corruptibilibus iustitijs uniuersis, & quod summũ & maximum est, dei scientiã non habuerunt, charitatem quoq; dei, atq; culturam, merito super hæc uniuersa Iob bona, adijcit id quod maximum est dicẽs, dei cultor: siue sine querela fuisset, siue iustus, siue uerax, omnia hæc propter deũ erãt, atq; dei culturã. Sup quę uniuersa adijciẽs dicit: Abstinẽs se ab omni re mala. utpote qui deũ colebat, utpote qui deũ metuebat, tanq; qui deo seruiebat, & tanquã qui deo placere cupiebat. Sic itaq; super omnes cæteras uirtutes pręcipuã eius uirtutẽ in cõclusione demonstrans, dei cultorem illũ fuisse ostendit, atq; ab omni re mala se abstinentẽ. Et uere cũ hæc ad diabolũ loquit, per hæc diabolũ arguit, atq; increpat, & ueluti diceret, audi ô diabole, ad te em̃ est hic sermo, & tua hæc increpatio atq; obiugatio. Sine querela est Iob, tu uerò omnib. criminibus es refertus. Iustus est Iob, tu uerò ipse iniustus es, & totius iniustitię suffragator. Verus est Iob, tu autẽ totius ueritatis es exors, atq; omni mendacio plenus, & omnis fallacię, atq; doli es pater. Dei cultor est Iob, tu uerò dei refuga et apostata, atq; rebellis: & nõ solũ tu, sed et oẽs homines ad hoc instigas, suades & doces. Abstinet se ab oẽi

Hier. 44

Num. 12

opere

opere malo & uerbo Iob: tu autem omne malum & illicitum, atq; impium opus, aut uerbum feminasti inter homines, atq; in ea quæ sub cœlo sunt oriri feciſti. Dicit deniq; hæc uniuersa deus ad diabolū, cū laudat Iob et ueraciter magnificat eū, ut nosset diabolus aduersus quē habebat, ne postea diceret, non mihi indicasti, neq; ego sperabā in omnibus super terram huiuscemodi esse constantiā. Cūctos audiui, qui fuerunt ab initio seculi, & quāplurimos meis discipulis circundedi, atq; meis insidijs apprehēdi. Merito putabam etiam hunc quasi unū ex omnibus facile superare. Ob hoc ergo ne uictus diabolus post hoc posset ea quę memorata sunt dicere, propterea testificatus est illi deus, & ante prę-monuit de omnib. quæ circa Iob agerentur, ac si diceret. Noli putare ô diabole, quod ad uersum auū Iob Esau habeas, aut aduersum unū ex Esau similibus, sed ad aduersum Iob habes, in fide indeclinabilē, immobilem in iustitia, in gratiarū actiōibus immutabilē, in doloribus non succumbentē, non deficientem in tribulationibus. Talē fuisse Iob sciens deus, ante testificatus est diabolo, dicēs: Homo sine querela, iustus, uerax dei cultor, abstinens se ab omni re mala. Sed & quę in laudem beati Iob dicit deus, atq; in testimoniū nequissimi diaboli, hæc ad maximā inflammationē profecerunt, & succensionē nequitiæ aduersarij, atq; maximā aduersum Iob cōcitationē liuoris ac zeli. Merito audacia fretus nequissimus, immoderanter protulit suam iniquitatē dicens: Non sine causa gratis Iob colit deum. Respōdet nihilominus, et dicit, nō labijs depromens, neq; humano ore locutus, sed consilijs iniquis cogitans, atq; ipsis cogitationibus illicita meditatus, respōdens diabolus dicit, non sine causa Iob colit deū. Incipit ostendere, quia nequiter meditatus est: incipit publicare, qa malitiose cogitauit. Nō sine causa, inquiens, Iob colit deū. Nō gratis, sed cū precio. Nō frustra, sed pro mercede. Nō propter pietatē, sed ꝓpter diuitias, non propter domini dilectionem, sed propter peculij multitudinē. Nō sine causa Iob colit deum. Habet pro quibus recompenset, habet pro quibus reddat retributionē. Nō sine causa Iob colit Deū. Si enim ferocioribus, atq; immanioribus hominibus tantas conferres diuitias, & tantam gloriam, atq; tantū honorem, profecto omnes uno cōsensu tibi seruirent, & te colerent. Non sine causa Iob colit Deum, sed pro diuitijs, pro possibilitatibus, pro substantia, pro facultatibus, pro potētia & gloria, atq; honore. Pro his ergo atq; horum blandimētis te colit. Nunc uerò facile est illi colere te, facile est etiā sine querela & iustū, atq; ueracē esse. Sine querela est, quia innumerabilia habet, & nullo indiget: iustus est, quia diuitias habet: uerax est, quia omnes undiq; illi inclinant, et sermonem eius usq; ad nubes perferunt. Sed mitte manū tuam & tange omnia quæ habet, & scito si benedicat te. Aufer, inquit, diuitias, expolia facultatibus, detege gloria, priua honore, humilia ex sublimitate, & tunc non solum hanc culturam derelinquet, & si nō in præsenti te benedicet, hoc est nisi te in præsenti maledicat & blasphemet, atq; detrahat. Moses enim magnus homo dei cum scriberet Iob non ita scripsit sicut diabolus locutus est, sed decētius ac benignius, utpote deuotus dei famulus. Diabolus enim crudeliter, ac nequiter locutus est, & ut plus ad iracundiam (ut putabat) prouocaret deū, non dixit si non in faciem te benedixerit, sed si non in faciem tibi maledixerit. Moses uerò illicitam atq; crudelem diaboli uocem immutans, dixit: In faciem tibi benedicet. Nō sine causa, inquit, Iob colit deum. Et ut quid? uel ob quam causam colit? Quia tu munisti illi ea quæ extra domum atq; intra domum eius sunt. Tu munisti, tu circumdedisti, tu obumbrasti, tu protexisti, tu illæsa custodisti omnia bona eius, non solum ea quę intra domum sunt, sed & ea quæ extrinsecus sunt extra domū uniuersa, quæ sunt ei in circuitu. Quoties, inquit, uolui appropinquare, & non inueni accessum, cū protegis, atq; obumbras? Quoties, inquit, uolui perdere & exterminare, et non permisit omnipotēs manus tua? Tu munisti ei omnia quæ sunt intra domum, atq; extra domū eius tanquā flamma ignis angelorum tuorum custodia ante me omnia bona circumdans, accessum mihi minime concessisti, neq; approximare mihi permisisti, potestatem mihi nullatenus dedisti. Quid ergo laudas Iob quasi iustum? Quid magnificas Iob, quasi Dei cultorem, atq; religiosum? Non Iob religiositas, neque iustitia hoc fecit, sed largitiones tuæ, atq; multiplicia tua bona, pro quibus te colere uidetur. Quod si non hoc est, mitte manum tuam, tange omnia quæ habet, nisi in faciem benedixerit tibi, uel potius maledixerit, sicut dicit diabolus. Tu, inquit, munisti, tu benedixisti, tu multiplicasti, tu conseruasti &

ea quæ

ea quæ domi sunt, & ea quæ extra domum, sed in circuitu sunt, & ea quæ sunt prope, & ea quæ longe sunt uniuersa. Pro his, inquit, omnibus deprecatur & colit, & gratias agit: non tibi gratias agens, sed pro ipsis bonis gratias recõpensans, nõ te diligens, sed ipsam multitudinem pecuniæ amans & conseruans, atq; perdere nolẽs. Non ergo, inquit, pro tua dilectione te colit, neq; propter tuã beatitudinẽ gratias agit, sed pro pecuniæ huius blandimẽto te colit, sed propter beatitudinem suam rerumq; plurimarum quas hic possidet copiam quã dedisti ei, tibi gratias agit. Aufer ergo illi quæ dedisti uniuersa, & apparebit omnibus quæ sit Iob perfidia, & quia nõ pura dilectione te colit, sed propter pecuniam rerumq; tantarum possessionem, ne eam si ingratus uideatur auferas, te reueretur. Cui digne respondeatur & dicatur ad eum. Dico nequissime Satana, dico maligne diabole, non intelligis ô misserrime, quia tu teipsum deijcis, tu temetipsum cõdemnas. Nam in his quæ in Iob reprehendis, quod ille ingratus extiterit, teipsum cõdemnas cum tu eadem feceris. Nam hoc ipsum tu feciſti cũ à deo discederes, atq; deo resisteres, derelinqueres quoq;, atq; ingratus existeres, de quibus nũc Iob nec quicq; huiusmodi facientẽ pessime reprehendis. Sed interim ô diabole dicis, quod nõ propter benedictionẽ colat me Iob, sed pro donis meis, atq; pecunia. Dic ergo nequissime Satana, quantũ uel quid dedi Iob, quemadmodũ tibi? Nonne te superiorẽ angelis feci, & anteriorẽ archãgelis? Nõne inter ordines Cherubim creaui? Nonne incorruptiõis gloria te indui? Nõne in indefinẽti lætitia uultus mei te cõstitui? Pro quibus tu uniuersis ingratus existẽs me dereliquisti, & à me recessisti, & rebellis mihi extitisti. Dic ergo ô diabole qd huiuscemodi dedi Iob? quid huiuscemodi impertiui? Nonne mortalẽ & corruptibilẽ infra angelorũ archangelorumq; naturã creaui? Nonne in ualle miseriarũ cum cæteris filijs hominum constitui? Nõne mortalitatis & corruptibilitatis suæ passionibus eũ, ut cæteros homines, subieci? Nempe non in tristitijs uiuit super terram? Nempe non labores manuum suarum manducat? Nempe non labores suos nõ habentibus diuidens, mihi gratias agit? Nempe nõ sudore uultus sui edens me colit? Quomodo, inquit, ô infelicissime diabole cum tu pro gloriosis in incorruptione ingratus extiteris, Iob reprehẽdis, illũ qui in exiguis atq; paruis fidelis existens, indesinenter me colens mihi gratias agit? Hæc itaq; audientes nos ô uiri periti, caute nos obseruemus, sollicite animabus nostris intendamus. Nam idẽ ipse diabolus est etiam nunc, qui utiq; fuit & tũc: eundem iniquitatis liuorem etiam nunc habet circa nos proculdubio, quem & tunc habuit atq; exercuit circa Iob. Non quiescit unquam aduersarius uester diabolus, sed tanquam leo rugiens, circuit quærens quẽ deuoret. 1 Pet. 5 Non quiescit unquam accusare homines ad deum, & deum ad homines. Merito ergo diabolus est appellatus, id est accusator. Sic nanq; & tunc Iob accusauit circa deum, quasi non propter synceritatem, sed propter pecuniæ blanditionem Deum coluerit: & deum accusauit & reprehendit non minime, sed potius quàm maxime, quasi nõ digne, sed cohibenter Iob diuitias tribuerit, ob hoc solum, ut adorarent illum tantum homines & colerent. Hoc ipsum nimirum etiam nunc facit, & usque ad consummationem seculi omnes homines occulte accusans ad deum & pro uerbo & pro opere, omnibus hominibus laqueos & capturas & tendiculas ponit & scandala multiplicat, & tribulationes & molestias ingerit, maxime iustis omnibus atq; sanctis, circa quos etiam zelum habet & bella suscitat atq; prælium committit, sicut dicit in quodã loco propheta: Et faciebat bellum cum sanctis altissimi dei, & prævalebat eis donec uenit antiquus dierũ & iudicium dedit sanctis excelsi. Dan. 7 Merito ergo in omni tempore caute atq; sollicite obseruemus, atq; intẽdamus animabus nostris, ut nec hic accessum ad nos nequissimus inueniat, nec illic in conspectu dei nos reprehendat. Mitte, inquit, manum tuam quæ nũc circumdat, quæ nunc munit, quæ nunc protegit, quæ nunc undiq; obumbrat, quæ nunc nullatenus mihi accessum tribuit. Mitte nunc manum tuam, hoc est præceptum tuum, iussionem tuam, imperium tuum. Hæc nanq; significans dicit, mitte manum tuam, ac si diceret, præcipe, iube, manda, permitte. Hæc utiq; uniuersa habens intra mentem suam nequissimus diabolus dixit, mitte manum tuam. Non de eo infelix dixit ad deum, mitte manum tuã, eo quod manum dei uellet mitti, sciebat nanq; miser, quia ubicunq; manus dei mittitur, cũ propitiatione mittitur illic & munit & auxiliatur, ac opitulatur & regit & sanat atq; saluat. Hæc nimirum sciens iniquus, aliud loquebatur & aliud cogitabat, aliud suggerebat

& aliud quęrebat. Ob hoc ergo dicit callidè, mitte manum tuã. Bene, inquit, ecce mitto manum meam ut tu dicis: Ad quid faciẽdum mittam manum meam? Mitte, inquit, manum tuam, & tange omnia quæ habet. Cur tangam, inquit? Ad delendum (ait) tange, ad interitum, ad exterminiũ, ad perditionem. Et quomodo, inquit, perdã ô inimice omniũ bonorum diabole ea quæ creaui? Quomodo exterminẽ ea quæ dedi? uel quomodo deleam ea quæ ego feci? Et adhuc aliter. Quomodo perdam ô diabole substantiã ex qua mihi non indigne uictimæ offeruntur, atq; syncera sacrificia immolãtur? Quomodo exterminem substantiã, unde uiduæ uestiuntur & orphani pascuntur & infirmorũ scapulę calefiunt? Quomodo perdam ô diabole filios eius qui me nimiũ diligit? Quomodo obturem ora eorũ qui in innocentia una cum patre suo Iob deuote mihi gratias agunt? Sed interim quia nõ potest, inquit, aliter tua iniquitas sedari nisi sic, ecce omnia quæ habet dedi in manum tuam. Nam si non dedero, discedens gloriaberis & plaudes, quasi uictor discesseris, quasi ego hoc certamen non concesserim, quasi hoc bellum fieri non permiserim, quasi de Iob constantia non præsumpserim, quasi ante prælium & cõgressionem superatus fuerit Iob, qui à me magnificatus atq; laudatus est. Ob hoc, inquit, ne de his glorieris ô diabole, ecce omnia quæ habet dedi in manum tuam. Et adhuc propterea, ut cũ hoc quod gloriari, uel applaudere non permitteris, cum hoc ipso etiã humilieris ac refuteris atq; mendax comproberis: Iob uerò exaltetur & beatificetur, atq; uictor demõstretur: & sit deus uerax, qui testimoniũ perhibuit Iob, tu uerò diabole mendax, atq; auctor mendacij ostendaris. Ob hoc ergo omnia quæcunq; habet, dedi in manũ tuã, ut omnes in perpetuo cognoscant & tuam iniquitatem ô diabole, & Iob iustitiam ac tolerantiã, et meam præsentiam: & quia in tribulationibus atq; tolerãtia probo electos meos: & quia plurimæ tribulationes iustorũ, & ex omnibus his liberabit eos dominus: & quia tanquã aurum in fornace, ita iusti atq; deo acceptabiles probãtur in tentatione. Ob hoc ergo respondens dicit ad diabolum: Ecce, inquit, omnia quæ habet dedi in manum tuam. Quia hoc quæsisti, ut ego manum meam mitterem, ideo ecce ego dedi omnia quæcũq; habet in manum tuam, & peculium & filios & substantiam & labores & diuitias & possibilitatem. Omnia quæ sunt intra domum & extra domum eius, omnia quæcunq; habet nõ defendo, neq; contradico, non præpedio, neq; obuio, sed in manum tuam trado. Interfice, perde, dele, atq; extermina. Perfice malignũ tuum liuorem. Imple maledictũ illud tuum odium. Pecuniam enim & filios Iob perdes, sed charitatem eius non perdes. Substantiã ac labores eius intercipies, sed synceritatem illius atq; gratiarum actionem non intercipies. Omnia ergo quæcunq; habet dedi in manum tuã, quæ iram atq; gladium cõtinet, quæ prælia atq; bella operatur, quæ perditionem atq; damnationem perficit, quę doloribus non satiatur, quæ sceleribus atq; impietatibus inhiat. In hãc, inquit, manum tuã trado omnia quæcunq; sunt illius: in hanc manum, quæ si prævaleret, omnem hominẽ, & omnem spiritum qui sub cœlo est, subito in ictu oculi perderet, deleret, atq; interficeret, si permitteretur, & si iuxta uolũtatem iniquitatis suæ potestatem haberet. Sed resistit illi omnipotens manus dei, atq; fortissima dextera creatoris, gubernãdo, obumbrãdo, protegendo, omnia quæ sub cœlo sunt facta tuẽdo. Quod autẽ ita est perditioni dedita nequissimi diaboli manus, manifestum est in Iob: quę mox ut permissa est, & mox ut iussionem accepit, statim imparcenter cuncta perdit, statim omnia interficit. Ecce, inquam, omnia quę habet dedi in manũ tuam. Ecce omnes tibi ademi occasiones, ecce nõ habes contradictionẽ, ecce non habes ullam replicationẽ, ecce nõ habes excusationẽ. Omnia quæcunq; habet dedi in manũ tuam, ut cum omnem Iob substantiã perdideris, tunc præsertim cognoscas quia nõ propter substantiam me colit Iob, sed propter charitatẽ, quia non propter facultates gratias mihi agit, sed propter synceritatem. Ob hoc ergo ecce omnia quæcunq; habet dedi in manum tuã, sed ipsum caue ne tangas. Dixisti ô diabole, quòd nõ propter pietatẽ, sed propter diuitias Iob coluerit me: dixisti, aufer quæ dedisti, & cognosces quid sit Iob. Ego, inquit, cognoscere nõ necesse habeo: præsciẽter enim scio constantiã Iob, atq; deuotionem quã habet circa me: omnia uerò quæcunq; sunt illi, do in manum tuam, ut cũ probaueris, cognoscas quia solus Iob ualet resistere uniuersæ iniquitati, atq; malitiæ tuæ. Sed interim omnia, inquit, quæcunq; habet dedi in manũ tuã, sed ipsum caue ne tãgas. Qđ quæsiuisti, inqt, habes: quæ petisti, accepisti, potestatẽ substantiæ

ſtantiæ & poſſibilitatis atq; diuitiarũ, peculij nihilominus atq; filiorum: ſed ipſum caue ne tangas, quia non ipſum quæſiſti, ſed quæcunq; habet. Idcirco omnibus quæcunq; habet acceptis ipſum caue ne tãgas, neq; carnaliter, neq; ſpiritaliter, neq; manifeſte, neq; latenter. Ipſum caue ne tangas. Cur enim non tangam? Ob hoc, inquit, quia ſeruatur ad ſecundam luctationem, certamen quoq; & conſtantiã, atq; tolerantiæ approbationẽ. Sufficit, inquit, nũc hæc quæ per pecuniæ atq; filiorũ perditionẽ fit tentatio. Merito ipſum caue ne tangas. O bonitas tua Rex, ó uirtus atq; magnificentia tua æterne. Quàm magnam conſolationem tribuis ijs qui ad te confugerint, & conſtantiæ fidutiã à te ſperauerint, ut neq; hominum neq; iumentorum, neq; animatorum neq; inanimatorum poteſtatem habeat aduerſarius, niſi ubi fuerit permiſſus. Non autẽ permittitur, niſi ubi nouerit deus pro fidei manifeſtatione, & cõſtantię approbatione, atq; glorioſæ remunerationis retributione. Hæc ſcilicet nos ſcientes ſollicite atq; deuote ad deum cõfugiamus, inſtantiſſime atq; ſynceriſſime in orationibus deũ inuocemus, ut auertat à nobis maligni inſidias, ut eripiat nos de crudelibus illius incurſionibus, & non permittat nos tentari ſuper id quod poſſimus ſufferre. Ecce, inquit, uniuerſa quæcunq; habet dedi in manu tua. Nõ ideo, inquit, dedi hæc omnia in manu tua, quia oportuerat uel iuſtũ fuerat, ſed ob hoc ut nequitiæ tuæ occaſiones auferrem. Quomodo enim iuſtũ erat, uel oportuerat ut darem in manu tua iuga boũ quæ uiduas arãdo releuabant? & greges pecorum, qui orphanos ueſtiebant, atq; calefaciebant? Quomodo oportuerat, uel iuſtũ erat ut iuſtos & innocẽtes filios Iob tu nequiter interficeres ó diabole, cum dixerim poſt in lege, Iuſtum & innocentem non occides? Non ergo oportuerat neq; iuſtum fuerat, ſed propter iniquitatem tuam & zelũ & liuorẽ, ut inexcuſabilis cõproberis, & abſq; cõtradictione redarguaris, propterea ecce omnia quęcunq; habet dedi in manu tua, ſed ipſum caue ne tangas. Et factum eſt quaſi dies illa. Quæ dies? Illa dies in qua malignus permiſſionẽ accepit, in qua nequiſſimus fidutia eſt fretus, in qua die diabolus innocentũ mortẽ fabricatus eſt. Et factum eſt quaſi dies illa, in qua diabolus gauiſus eſt, q nunq; eſt gauiſus, in qua malignus exultauit, qui nũquã exultare eſt cõprobatus. Nam exultationem ducit eorum qui ſunt perditionem, atq; uiuorum mortificationem. Et factũ eſt ſicut illa dies. Quæ dies? Illa, inquit, dies in qua filij Iob & filiæ nouiſſimum illud unanimitatis atq; cõcordiæ prãdium pranderunt ſuper terrã. In cœlis nãq; æternæ gloriæ & incorruptibilis beatitudine pariter fruuntur. Quod aũt nouiſſimum prandiũ tunc in corpore pranderũt, mox ſubſequẽter oſtendit, dicens: Et filij Iob & filiæ manducabant & bibebant in domo fratris ſui maioris, ac ueluti paruuli infantes malis omnibus expertes, ſimul ſedent & ſtãt, ſimul & ludunt & bibũt, nec quicq; mali, aut illiciti, aut etiã obſcœni de inuicẽ ad inuicẽ cogitant: ita & beatiſſimi filij Iob ac filię caſti erant animis & mundo corde, & immaculata cõſcientia & omnibus immũditijs atq; illicitis expertes. Merito cum huiuſcemodi eſſent, ſimul manducabant & bibebant caſte. Ita erãt ſimul olim Adam & Eua quamdiu in paradiſo in innocentia permanſiſſent. Ita & nunc ſunt in ſancta eccleſia caſtæ animæ ac ſanctæ, ſicut ſimplices infantes, atq; omnibus malis expertes. Sic ſcilicet fuerunt etiam benigniſſimi, ac deo dilecti, atq; omnibus angelis ſanctis eius filij Iob propter innocentiã & ſanctitatem. De iſtis ergo filijs Iob dicit iſtic, Et filij Iob & filiæ manducabãt & bibebant in domo fratris ſui maioris. Et in hoc quod maiori primatus honor ab omnibus exhibebatur, in hoc ipſo etiam ſicut & in omnibus circa dei ordinationem ambulare properauerunt. Dei enim ordinatio, atq; dei iuſtitia hæc eſt, ut maiori primatus honor ab omnibus exhibeatur. Manducabant ergo & bibebant in domo fratris ſui maioris. Manducabant & bibebant non luxurioſe, neq; petulanter, neq; ſuperflua loquentes, neq; illicita fabulãtes, ſed manducabãt & bibebant laudantes ſuum creatorem, benefactorem ſuũ adorantes, atq; alentem ſe benedicentes. Sic itaq; manducabant & bibebãt filij Iob. Quo tẽpore? Certum eſt quod tempore prandij. Non enim alio poterãt mãducare uel bibere talis ac tanti uiri filij tempore: quia nec ipſe extra ordinem mãducare uel bibere ſolitus erat, ſed competenti tempore, ſed diſpoſito tempore atq; ordinato & ipſe manducauit, & filios ſuos circa ordinem manducare docuit. Sic itaq; hora prandij manducãtibus illis ac bibẽtibus, Iob ſanè in domo ſua, filij aũt eius & filiæ, in domo fratris ſui maioris, nuncius uenit ad Iob. Erat nanq; nequiſſimi diaboli uerſutia, ut horam prandij obſeruaret, ut prandente Iob 1

dente illo triſtes ac mortiferos nuncios ad eum mitteret, qũo magis fatigaret & eũ interficeret, ut tempore comeſtionis ac potus atq; iocunditatis triſtes nuncios mittendo deficere illum iuſtum faceret. Hæc nanq; demonſtrans dicit: Ecce nuncius uenit ad Iob, dolorum atq; gemituum nuncius, malorũ atq; amaritudinis præco, tribulationis atq; angu ſtiæ prædicator. Nuncius uenit ad Iob, qui conſeruatus ab aduerſario miſſus eſt à diabolo. Nuncius uenit ad Iob, conſciſſus, laceratus, compilatus, contuſus, flens, lamentans, plangens & uociferans, atq; uniuerſa quæ ſunt miſerabilia luctu demonſtrans, ita à maligno edoctus ut ipſo potius miſerabili ſuo luctu ac planctu in dei reprehenſionẽ iuſti illius mentem cõcitaret. Nuncius uenit ad Iob & dixit illi, miſerabili atq; lacrymabili uoce dixit ei: Quid cogitas ô Iob? Ad menſam ſedes, & ea quæ contigerunt ignoras. Delicijs uteris, & accidentes tibi miſerias neſcis. Dixit illi. Ad menſam ſplẽdidam ſedes Iob: ſed hodie ad menſam, cras uerò ad lectum foras deportatorum filiorũ, modo in iocũditate, poſt paululum autem in infelici paupertate. Quod ſi non credis, quod ſi non ſperas ita eſſe audi: iuga boum tuorum arabant & aſinæ iuxta illos paſcebant, & uenerunt prædones & prędati ſunt illa, & pueros occiderũt in ore gladij, & remanſi ego ſolus, & ueni ut tibi nunciarẽ. O multiplex atq; callida aduerſarij aſtutia, ut eadẽ quæ ingeſſerat mala, ita callide enarraret, ut ad dei blaſphemiã iuſti illius uiri animum prouocaret. Iuga, inqt, boum tuorum arabant. Non enim otioſa erant neq; inutilia ſtabant, ſed arabãt ultimam araturam, atq; nouiſſimam exercentes culturam. Quid ad hęc, inquit? Et uenerunt prædones & prædati ſunt ea. Iob uel unde tibi uiues, uel unde alijs beneficia imperties? Vnde uel tibi uictus, uel miſeris & non habentibus refectio? Iuga boũ tuorũ arabant, quæ nec tibi ultra, nec alijs arabunt. Aſinæ tuæ paſcebant, quæ ultra fœtus nõ faciẽt, quæ nec tibi nec alijs proderũt. Quare, inqt? Ob hoc, ait, quia uenerunt prædones & prędati ſunt ea. Qui ait: Tantum me terres ô homo, quaſi iugis deprædatis uiuere non poſſim. Sunt pueri plurimi, coloni abundantiſſimi, qui uniuerſi mercimoniũ facientes, & me & ſe paſcant, & me & ſe tolerent. Sed reſpondet nuncius qui uenerat & dicit: Inaniter tibi blandiris ô Iob, atq; ſuperuacue ſperas, quod coloni remanſerint. Nam hi qui iuga boum & aſinas deprædati ſunt, ijdem ipſi & pueros occiderunt. Quomodo occiderũt? In ore gladij, inquit, non pepercerunt, non miſerti ſunt, non reliquerũt, ſed omnes imparcẽter occiderunt, ſed immiſericorditer interfecerũt, atq; omnium ſanguinem crudeliter fuderũt. Mihi ſoli, inquit, pepercerunt, me ſolum remiſerunt. Et cum ſolus remanſiſſem, ueni ut nunciarem tibi. Quid, inquit, mihi nuncias ó homo? Hoc mihi nuncias quòd prædones prædati ſunt, & cum prædati fuiſſent, pueris non pepercerunt, ſed & ipſos in ore gladij occiderunt, reliquias mihi nõ dimittentes, neq; ſolatia relinquẽtes. Hæc, inquit, mihi nũcias, nuncia & prædones, nũcia & interfectores, ut ſi poſſum, inquit, uindicem me: quod ſi non ualeo uindicare de his qui hoc fecerũt, eos enumerem, Deo autem id quod factũ eſt, ut iuſte inquirat commendem. At nunc, inquit, ó homo cum tu ſolus euaſeris, ad maximum mihi incendium euaſiſti, pro augmẽto doloris mihi adueniſti. Deprædationem mihi nũcias, & prædones nõ publicas. De proximo ſunt, an de longinquo? Hoſtes ſunt publici, an fures occulti? Sed is qui euaſit, non ideo ut ei parceret euaſit, ſed propter augmentum tentationis Iob aduenit. Hic ergo nihil aduerſus ea quæ dicta ſunt reſpondit, ſed tantũ prædones nominauit: nos intelligere admonẽs, atq; nobis intelligendũ relinquens, quos, uel quales prædones nominauerit: illos ſine dubio qui de cœlo ppter apoſtaſiam in prædam uenerunt, & ex ſanctorũ choris propter cõtumaciam proiecti ſunt. Illi nimirum, qui ſub cœlo omnẽ captiuitatem oſtenderunt tam carnalium quàm ſpiritalium, qui prædati ſunt uniuerſos qui ſunt ſuper terrã, & manifeſte & occulte. De quorum captiuitate dicunt ſancti: Benedixiſti domine terram tuam, auertiſti captiuitatẽ Iacob. Et alibi: Cum conuerterit dominus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob & lætabitur Iſrael. Iſti ſcilicet prædones, iſti memorantur. Venerunt, inquit, prædones. unde uenerunt? ex ſe ipſis, an ex Chaldæis, an etiam ex Ægyptijs? Sed ex nullis iſtorum uenerunt, ſed ex Abyſſis uenerunt, ex interioribus infernorum uenerunt, à deſertis uenerunt, ſicut paulo poſt demonſtrabitur in filiorum internecione. Inde ergo uenerunt iſti prædones, dimiſſi ad tentationem, atq; ad probationẽ iuſti illius. De iſtis ergo dicit, uenerunt prædones, & prædati ſunt eos. Iſti nanq; ſunt qui à ſeculo deprædati ſunt plurimos, &

mos,& plurima,plurimos in captiuitatē duxerunt.Isti deprædati sunt Cain per sacrificij æmulationem,gigantes per superbiam:illos ad turrem per dei contumaciā: illos in Sodomis per turpitudinis lasciuiam:Esau per insatiabilitatem,atq; petulantiam: Pharaonē per dei contemptum,atq; pertinaciam:illos in deserto per idololatriam,aliosq; innumeros per eadē deprædati sunt,& his similia, atq; per alias innumeras rationes & prædati sunt à seculo & deprædantur usq; in seculum,alios per adulterij appetentiam,ut Amon, alios per honoris ambitionem,ut Absolon,alios per auaritiam,ut Iudam.Istos ergo prę dati sunt nequissimi diaboli hostes,alijs aūt alios deprædati sunt,ut Noe Cham,Abrahę Hismael,ut Isaac Esau, ut Israel Symeon Leui & Ruben, ut Heli sacerdoti Ofni & Phinees filios eius,ut Dauid superius memoratos filios, atq; alijs alios primos, ac nouissimos. Quæ uniuersa sciētes nos atq; audientes intendamus caute animab.nostris,ne prædentur nos,atq; populentē prædones dæmones,ne dicat̄ de nobis,uenerūt prædones & prædati sunt eos,ne cōpellamur fletus atq; lamentationis canticum cantātes dicere: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus. Ob quā rē? Quia illic interrogauerunt nos,qui captiuos duxerūt nos,uerba cantionū. Sed cū hæc omnia audiret Iob tā peculij deprædationē,atq; uenientis & narrantis lamentationē, nec quicq; hac re quæ obuenit dignum fecit,sed pariter hunc auditum sustinens,blande enarranti sibi respondit dicēs: Quid eiulas ò uir? Quid lamētaris ô homo? Diuitiarū possibilitas ita semper est uertibilis,ut hodie sit hic,crastina uerò alibi.Et præsertim,inquit,quia inimici prædati sunt, qa aduersarij abstulerunt,quia iniusti diripuerunt.Ego, inquit,ut inimicos acquirerem nō gessi,neq; inimicos me putaui habere. Et quia non peccanti mihi inimici quidem effecti hæc ingesserunt, ut & pueros occiderent,& peculium abriperent,sine illos possidere hæc cum iniquitate,nobis uerò dabit deus alia sine peccato.Sed cū hæc audiret nequissimus diabolus à beato Iob,& ore dicta, & animo meditata, liquefactus intra semetipsū, insipienter,inquit,feci ut prædones nominarem,abstuli à deo hanc culpā.Non enim imputat deo Iob quod gestum est,sed iniquorū uirorū nequitiæ. Ego inquit meipsum circumueni,ego mihi ipsi contraria gessi. Idcirco cōsideraui quid faciam,conuertā nūc sermonem ad cœlestia,conuertam hæc in dei blasphemiam. Hæc cū nequissimus cogitat, continuo alium nunciū mittit ad Iob. Qui cum ingrederet̄, dixit ei:Ignis cecidit de cœlo,& cōbussit oues,& pueros cōbussit similiter,& euasi ego solus,& ueni ut tibi nuncia rem.Non est,inqt,ut tu arbitraris ô Iob,quod ex hominibus sint tibi hæ insidiæ, atq; hic incursus:non est ex hominibus,sed ex deo est,de cœlis est.Ignis cecidit de cœlo,& combussit oues.Noli,inquit,temetipsum seducere ô Iob,noli teipsum circūuenire, nō ex hominibus est circūuentio,sed ex deo est ista exterminatio.Nō ex terrenis tibi est hic incursus,sed de cœlis est tibi iste interitus.Quod si nō credis,audi.Ignis cecidit de cœlo & cōbussit oues,& pueros similiter.Nā cum oues cōbureret,puerorū non est misertus. Non pepercit pastoribus, sed similiter & illos cōbussit atq; perdidit, sed pariter cuncta deleuit,ut per hæc omnia tibi detrimentū atq; dolorē ingereret, ut per hæc uniuersa tibi tribulationem atq; angustiā adijceret. Ignis cecidit de cœlo,nō ex se,neq; à se, neq; per se,sed cœlesti iussione atq; terribilis dei prœceptione.Ignis cecidit de cœlo.Quēadmodū olim in Sodomam & Gomorram,atq; super omnem regionē illam,ita & nunc ab illo qui tūc in Sodomam & Gomorram ignem in perditionē pluit,ab hoc ipso(inquam) etiā ignis cecidit de cœlo,& cōbussit oues & pueros & pastores,omnia incendit atq; pariter deleuit.Sicut enim Sodomitarum reliquiæ non remanserunt,ita & nūc,inquit, tibi reliquiæ non supersunt,ut est moris:quia eiusdem dei ira super te effusa est,cuius etiā, ut super illos,ignis cecidit de cœlo.Nō quod de cœlo ceciderit ipse ignis,absit,sed qa ita finxit nequissimus,& quia ipsum nunciū ita docuit dicere malignissimus diabolus,ut eum putet beatus Iob,atq; arbitretur quod de cœlo à deo istæ miseriæ ei impingerent̄,& ut in blasphemiā dei cōuerteretur.Ignis cecidit de cœlo & cōbussit oues.Non sunt,inquit,terrenæ insidiæ hoc quod factum est ô Iob,sed cœlestis est furor. Nō est uiolentia hæc humana,sed contritio est diuina. Si enim in habitaculis hoc euenisset,crederetur quod uolēs quis,uel nolēs hunc succenderit ignem. Nūc uerò cum in solitudine, inquit, essemus,in modum sagittæ ignis de cœlo super nos effusus atq; iaculatus est, ut nec fugiētes effugerent,nec resistentes euaderent.Ignis,inquit, cecidit de cœlo. Non mentiris ô diabole q;

Psal.137

ignis cecidit de cœlo,sed nõ quem deus mitteret,sed quem tu finxisti in diuersas figuras immutando temetipsum,aliquando in prædones,aliquãdo in ignẽ, aliquãdo in tria cornua equitũ:item uerò in ultimo in spiritũ quatuor angulos domus tangentem.Et nõ est mirum quòd permissus in tantas figuras immutaueris temetipsum,cum & corã ipso domino in omne regnũ orbis terræ ipsum immutando simulaueris,& hoc in momento tẽporis,hoc est subito,repẽte atq; uelociter.Ignis cecidit de cœlo.Nõ mentiaris ô misserrime omnium bonorum inimice:non à deo missus,sed tua iniquitate succensus est. Tu,inquit,es ô diabole ignis ipse qui de cœlo cecidit,qui innumeros igne peccatorũ immundo succẽdis.Tu es ipse ignis ô diabole,qui gehennæ igni plurimos peccatores facis, cui ignis & tenebræ digne reseruantur præ omnibus.Tu es ipse ignis ô diabole, qui cũ de cœlis descendisses,in medio montium igneorũ proiectus es, sicut dicunt sanctorũ oracula. Tu es ipse ignis,quem etiam ipse dominus fulguris igni consimilans, atq; de cœlo cadẽtem demonstrans dicit:uidi satanam tanquam fulgur de cœlo cadentẽ.Hæc nimirũ uniuersa,quia dixit nequissimus ille,ignis de cœlo cecidit,propriã in ignẽ gehẽnæ per hæc ostendens ruinã.Sed adhuc aduersus diaboli superbiã pauca dicamus.Superbiẽs ô diabole dicis q; ignis de cœlo ceciderit,& oues combusserit, utpote tua uolũtate atq; operatione.Dic ergo ô infelix si super oues Iob potuisti de cœlo ignẽ adducere, & eas com
3 Reg.19 burere:cum Helias deũ inuocaret,& per syncerã orationem ignem super holocaustum de cœlo adduceret,tu ô misserime omnium bonorũ inimice quomodo non potuisti cõpescere,uel reuocare illum ignem,uel illum quẽ idem Helias super duos quinquagenarios de cœlo aduocauit? Fuerunt namq; illi quinquagenarij eius ministri,atq; nequitiæ eius nuncij.Sed & hęc uniuersa diximus pro increpatione diaboli,atq; cõdẽnatione maligni.Beatus aũt Iob quid responderit audiamus, qũo cõminuerit secundã furoris illius sagittã,qũo transierit iniqui illius impetũ post priorẽ alterũ per tolerantiæ affectũ, quẽadmodũ & cætera uniuersa.Respondit namq; ei qui uenerat dicẽs:Et quis me erit maior ô homo, uel qs me glorioſior ô uir? Si itaq; est uere q; ignis ueniẽs de cœlo oẽs greges meos cõsumpserit illico,gratias illi q pariter oẽs oues meas protinus in acceptabile suscepit holocaustũ.Nam quæ ego,inquit,per singula tẽpora oblaturus erã,hæc uidelicet elegit deus,ut statim pariter in uno susciperet holocausto per ignẽ q de cœlo missus est. Omnis nanq; acceptabilis hostia,per ignẽ qui desuper fuerit missus suscipitur,atq; consumitur.Quod enim plurimo tempore eram facturus,hoc nimirũ accelerãs uno tẽpore suscepit deus.Et quis me beatior sub cœlo? Ante paululũ,inquit, iuga boũ uniuersa protinus mihi mactata.Item nũc greges ouiũ omnes pariter combussi,& immolaui.Et hæc (inquit)deo eligente obtuli.Sed adhuc supersunt cameli,qui mihi ad transactionẽ proficiant,atq; in uitæ sustentationem sufficiant.Sed cum hæc cogitaret & loqueretur Iob, atq; cũ patiẽtia intolerabiles has sustineret plagas, & nullatenus succumberet maligni tentationibus,alius nuncius uenit ad Iob, & dixit ad eum. Inaniter tibi blandiris ô Iob, quod camelos pro uitæ sustentatione habeas, & quod in spe trãsactionis tibi supersint. Equites eñ fecerunt cornua tria,& circũdederunt camelos,& prædati sunt eos:& nõ solum hoc,sed & pueros occiderũt in ore gladij, & euasi ego solus,& ueni ut nũciarẽ tibi. Propterea,inquit,euasi ego solus atq; restiti, ut id quod cõtigit, cognitum facerẽ tibi,& ut quod gestum est tibi enarrarem.Boues,inquit,& asinas perdidisti ô Iob, greges ouiũ tuarum cœlitus combusti sunt,ecce & nũc post illa omnia nouissima transactionis spes, cameli ablati sunt tibi.Prima,inquit,plaga per prædones,secunda per ignẽ qui de cœlo cecidit,non q; de cœlo hic ignis ceciderit,sed quia ita finxerit,atq; ita malignus docuerit,ut deum circa Iob accusaret,& Iob deũ blasphemare cõpelleret. Tertia ergo per tria equitum cornua,qui camelos circũdantes exterminauerunt. Prima ergo per prædones proculdubio pedestres,secũda per ignẽ desuper comburentem, tertia per equitum tria cornua qui camelos prædati sunt, Omnia,inquit,hæc iacens sustinebis Iob? omnia hęc patienter supportabis ô homo? Cœlũ, inquit, & terra aduersum te insurrexerunt,& siles? Ad dimicandum contra te dei imperio armata sunt,& taces? Alter, inquit, nuncius uenit ad Iob.alter post primũ,numero uerò tertius:alter in nequitia,tertius uerò in enũciatione miseriæ.Istos nanq; nequissimos nuncios miseriarum annunciatores atque malorum suggestores,tanquam bonæ prædicationis nũcios,mittebat nequissimus. Quos

etiam

etiam ideò supereſſe fecit,ut eius malitia huic miſeriarum denũciationi deſeruiret.Non enim angeli fuerunt,ſicut quidam arbitrantur,neq; ſpiritales dæmones,ſed homines q-dam ex famulis Iob,conſeruati ab aduerſario,atq; ſuccenſi à diabolo ad dicenda omnia ac facienda,per quæ poſſent Iob ſubuertere ad dei blaſphemiam. Tertius ergo hic nuncius uenit ad Iob,& tertius doloris præco illi effectus,tertius memorauit dicens: Equites fecerunt tria cornua.Qui equites ó homo? Mentiris etiam iſtic ſicut & in ouibus,cũ diceres quod ignis decidiſſet de cœlo,quinimmo mentit̃ diabolus qui in te loquit̃.Illic (inquit)ó callidiſſime ſatana uoluiſti deũ deprauare,quaſi ignẽ de cœlo ſuper oues mittentem:hic uerò uis homines incuſare quaſi aduerſum Iob inſurrexerint illicite:ut circa utrunq; Iob odium acquireret,& circa deum blaſphemiã, & circa homines bellum, ex quibus neutrum illi credere acquieuit cõſtantiſſimus Iob.Sed adhuc equites,inquit,fecerunt ſibi tria cornua.Qui equites ó homo? Nam illo tempore non erant equites plurimi inter homines,ſed quamplurimi hominum pedeſtres aduerſus inuicem bellũ gerebant.Qui ergo fuerunt equites qui tria cornua ſibi fecerũt, hoc eſt qui triplici modo ſe armauerunt,qui triplici prælio circumdederunt camelos? Illi fuerunt ſpiritales equites. id eſt aerei ſpiritus,qui terrã peragrant,qui pelagus trãſeũt,qui aerem peruolãt, qui omni uento & aqua atq; omnibus tempeſtiuis procellis uehementiores ſunt, atq; uelociores in aera ſua iniquitate. Vnde etiã equites digne appellant̃, qui ſuper omnes luxurioſos atq; impudicos ſedent tãquam ſuper equos,& iuxta nequitiã ſuam exagitãt illos,& ad ſuæ iniquitatis atq; impudicitiæ perfectionem omnes inſectantur illos, de quibus dicitur:Adulter ſicut admiſſarius ſub omi ſeſſore hinnit.&:Nolite fieri ſicut equus & mulus in quibus nõ eſt intellectus.& adhuc:Equi admiſſarij facti ſunt,unuſquiſq; ad uxorẽ ,pximi ſui hinniebãt.Iſti ergo tales ſunt equi diaboli, iſti ſũt equi maligni,& iſti omes qui eiuſdẽ ſeruiunt iniquitati,iſti quorum pedes in iniquitatibus currũt.Hiuſmodi nãq; equorum pedes ueloces ſunt ad effundendum ſanguinem. Equites ſunt nequiſſimi dæmones,atq; aerei ſpiritus.Talis enim equus fuit olim Nabuchodonoſor,ſed nõ iugiter, ſed ſeptem annis tãtum,quibus à nequiſſimis equitibus, id eſt dæmonibus, imparcẽter eſt exagitatus.Talis equus fuit & ille qui in euangelijs à legione ſimiliter per deſerta,& per montes urgebatur,donec ueniẽs dominus illos quidẽ malos equites, id eſt dæmones,effugauit,& illũ miſerũ liberauit. Alijq; innumeri à ſeculo , alij aperte, alij uerò occulte,diuerſe ac uarie dæmonũ equi effecti ſunt:quibus uniuerſis cũ eſſent immũdi atq; execrabiles,in malis uſi ſunt eis nequiſſimi dæmones,alijs ſanè ad uelocitatẽ homicidij & ſanguinis,deuaſtationis quoq; atq; nequiſſimi liuoris,& omniũ quæ uoluntas diaboli atq; opus exigebat.De iſtis ergo equitibus dicit iſtic:Equites fecerunt tria cornua, & circundederunt camelos.Et cur tria cornua,& non quatuor? Ob hoc quia quatuor reſeruauit,p quatuor domus angulis ad interficiẽdos eius filios.Ob hoc ergo nõ quatuor ſed tria cornua fecerũt,hoc eſt finxerunt, cõſimulauerunt, armauerunt,utpote equites equis ſedentes,atq; uniuerſam armaturã habentes, timorem oſtendẽtes, atq; fortitudinẽ demõſtrantes.Equites fecerunt tria cornua.O quàm multiplicẽ inquiſitionẽ atq; diſputationẽ habet hic ſermo.Primũ quidẽ hoc intelligere debet omnis ſapiens,quia uniuerſa potentia atq; exercitus,& omnes dæmonum cateruæ ſimul illic cõuenerũt,& pariter ſe aduerſum beatum Iob in prælio armauerunt,uniuerſum mundum deſpexerunt, tantum ut Iob ſuperarent. Nam totũ mundum ſuum iudicauerunt, & aduerſum ſolum Iob bellum geſſerunt,utpote quia non erat ſimilis alius in toto mũdo.Itẽ adhuc tria cornua fecerunt pro peculij cõſumptione,& filiorũ perditione, atq; corporis plaga,ſuperare eum nitentes.Tria cornua fecerunt,quia & cum eo tertio cõgreſſi ſunt.Semel ſanè cũ omne peculium atq; filios ſubito interfecerũt.Secũdo quãdo totũ corpus eius putredine ac uermibus repleuerunt.Tertio quãdo per uxorẽ ſeduxerũt,amici uerò culpauerunt.Adhuc aũt tria cornua fecerunt,tanq; tria præcipua ac ſingularia,id eſt ſpem,fidẽ, charitatẽ,prędari eum conãtes.Fidẽ quã in dei culturã habuit,ſpem ęternę liberationis ac cœleſtis refrigerij,charitatẽ circa deũ qua nihil eſt maius , neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro.Pro his ergo omib.ſecerãt tria cornua nequiſſimi dęmones, oẽs pariter aduerſũ Iob dimicãtes,oẽs unanimiter aduerſum eũ ſtantes.Solus aũt diabolus qui eſt in iniquitate maximus,præſens Iob erat,ſollicite obſeruãs infelix qñ blaſphemiæ ſermonem ex

Pſal.31 Hier.5 Dan.4 Mar.5 Iob 1

iusti illius ore potuisset audire. Et quãto magis torquebatur Iob corde lamentabilia nũcia subinde audiendo, tãto plus torquebat diabolus ea quæ uolebat uel desiderabat, id est dei blasphemiã, ab eo nõ audiẽdo. Sed adhuc tria cornua fecerũt hi, qui aduersus tria secula ab initio & usq; in finẽ bellũ gesserũt, & aduersus eum qui ab initio fuit usq; ad diluuium, & à diluuio usq; ad passionẽ & resurrectionẽ domini Christi, & usq; in finem & resurrectionem omnium. Et adhuc tria cornua fecerunt hi qui aduersus tria dimicant, aduersus legem & prophetas atq; apostolos. Aduersum legem sanè, per idolorum iniquitatem, aduersus prophetas per pseudoprophetas: item & aduersus apostolos per falsos apostolos. Post quę uniuersa ó amici ultimam audite disputationem. Aduersum Iob olim, & aduersus omẽs subsequenter tribus cornibus dimicauit, tribus cornibus cõgressus est, triplici modo tentauit, iuxta omnia quæ ostensa atq; memorata sunt. Nunc uerò nouissimis temporibus, atque in ultimo seculo, nõ in his solis tribus cornibus dimicat, nõ triplici modo congreditur, sed mille modis, ac multipliciter dimicat, cõgrediẽ & tẽtat, insidiatur, seducit atq; subuertit, per multitudinẽ hæresum, per innumeros errores, per abundãtes seductores, per pseudochristos ac pseudodoctores, quibus hic mũdus repletus est, quos nequissimus seminauit, quos atrocissimus ille produxit, quos malignissimus fecit, florem & fructum in infidelitate atque errore afferre coegit, quibus hic (ut diximus) mundus repletus est, qui uenerunt & ueniunt in uerbo dñi, in uestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, nomen Christianorum habentes atque speciẽ pietatis, & erroribus & impietatibus atque seductionibus referti sunt. Isti sunt ueræ ianuæ mortis, & uiæ inferni. Isti sunt qui à ueritate plurimos præuaricantur, & à fide innumeros aberrare faciũt. Isti sunt ministri maligni diaboli, atq; nũcij ueritate carẽtes. Isti sunt cæci duces cæcorũ. Isti sunt nubes sine aqua, nebula à tẽpestate fugata, quib. caligo, uel nebula interiorum tenebrarum digne seruatur atque custoditur. Istos ergo fugiamus ó uiri, istos late deuitemus ó amici. Istos odio habeamus, & infidelitatẽ atque errorẽ qui in eis est, uelut flammã ignis declinemus, ꝓ eo ne cũ illis flãmæ inextinguibili in die furoris atque reuelationis iusti iudicij dei mancipemur. Hæc scilicet uniuersa memorauimus, qa tria cornua ad dimicandũ atque cõgrediendũ aduersus Iob nequissimi dæmones fecerũt. Ad dimicandũ uerò aduersus ecclesiã nõ tria tantũ cornua, sed innumera, atque inæstimabilia omnes sectæ, atque hęreses faciũt, per quas uniuersas aduersus ecclesiæ unitatem incessanter dimicãt. Sed quemadmodũ tunc tribus cornibus aduersus Iob cõgressus, cũ cõfusione est superatus, nihil pręualẽs aduersus Iob: sic & nũc multis modis aduersus ecclesiã cõgressus est, & per innumeras hæreses aduersus eam dimicãs, reuocatur cõfusus, nihil prævalens uere credentibus animabus. Firmũ enim firmamẽtum dei stabit, & portæ inferorũ nõ prævalebunt aduersus eam, sicut dicit dñs, portas inferni memorando, diuersas sectas atque hæreses infideliũ, quæ usque ad portas inferorum deducunt omnes qui eos sectantur. Post quæ uniuersa, adhuc unum aduertamus. Tria cornua fecit diabolus in typum atque figuram trionymæ illius sectæ, triumq; deorũ hæresis, quæ uniuersum orbem terræ in modum tenebrarum repleuit, quæ patrem & filiũ & spiritum sanctum aliquando tanquam tres colit, nonnunquam unum adorat, quemadmodũ Græcorum lingua memorat: Triada uel homusion. Istã ergo trinitatis sectam & hæresim atque infidelitatem iam olim de lõge designans uersutissimus ille diabolus tria cornua misit ad Iob deprædandũ. Sic nanque etiã nunc memorata trionyma hæresis, præsertim prædatur atque expugnat ecclesiam. Sed quum uideret nequissimus diabolus ꝓ nihil ꝓfecisset per omnia quæ gessit, adiecit hoc q̃d erat maximũ, atque mirabilem filiorũ internicionem. Sagittauit prima sagitta, & nõ uulnerauit iustum. Sagittauit secunda periculosiore, & nõ læsit in ueritate fundatum. Sagittauit & tertia per tria cornua, sed hæc inefficax extitit per tolerantiã. Ista ergo cum Iob retrorsum nõ auerteret, unam, inquit, habeo adhuc nouissimam, ac terribiliorem ultimam atq; lamẽtabiliorem, id est filiorum internicionem ac perditionem, natorum supplicium atque cõminutionem. Sustulit, inquit, atque sustinuit priora cũ de filijs se cõsolaretur, sed istam non supportabit neque sustinebit. Hoc ergo faciã, non sinam eum respirare, non permittam resipisci, nõ permittã cõsolari, sed subsequenter atque subinde lamentabilibus eum nũcijs inquietabo. Hæc quum tractat nequissimus, atque apud semetipsum loquitur, cõfe-

Matt. 15
Osee 13
τίτθος

stim ea

ſtim ea adimpleuit. Merito adhuc anteriore loquente alius nuncius uenit ad Iob. Non quieuerat prior narrãdo mala, & incipiebat alter narrare peſſima. Nõ occurrebat beato Iob ingemiſcere pro prioribus doloribus, propter alias & uarias anguſtias quæ ſuperueniebant illi. In modũ aũt uehementium aquarũ diuerſis miſeriſ iuſti illius animam inundare nequiſſimus ꝓperabat. Alter ergo nuncius uenit ad Iob, alter poſt anteriorem, quartus uerò numero. Alter uerò nuncius uenit ad Iob, propter nunciorum ac dolorũ atq; malorũ diuerſitatem. Alter nuncius uenit ad Iob, & dicit ei: Ecce quartus (inquit) præſtolor tibi ô Iob dolorum nuncius atq; malorum præco, & non ſuccumbis, neq; deficis? Sed licet prioribus non ſuccubueris, nouiſſimis tamẽ ſuccumbes & pauebis atq; deficies, quum nouiſſimũ atq; lamentabilem filiorum nuncium audire non ſuſtinueris. Filij (inquit) tui & filiæ tuę quum manducarent & biberent in domo fratris ſui maioris, ſubito uenit ſpiritus ab eremo, & tetigit quatuor angulos domus illius, & cecidit ſuper filios tuos, & mortui ſunt. Hoc, inquit, eſt nouiſſimum & lamentabile atq; miſerum nũcium, quod etiã ignorantibus filiorũ dilectionẽ, amorẽ uel affectum, compatiẽdo reuocat animũ propter tam miſerabilem cauſam. Filij tui, inquit, quos nutriſti, quos educaſti, quos ad maturitatẽ cũ labore perduxiſti. Filij tui quos pietatẽ docuiſti, quos dei cultura imbuiſti, quos ut inuicem ſe diligerent introduxiſti, quos in omni iuſtitia tibi ſimiles reddidiſti. Filij tui quorum filios uidere cupiſti, quorum poſteritatem expectare oraſti, à quibus in ſenecta requieſcere te ſperaſti. Iſti, ergo filij tui, & nõ ſolũ filij, ſed & filiæ, caſtæ, mundæ, immaculatæ atq; incoinquinatæ, quas in tẽpore nuptiarũ glorioſis coronis coronare ſperabas. Iſti ergo ſimul in unũ unanimiter atq; cõcorditer, caſte, benigne, munde dũ manducant & bibunt non uagantes, neq; oberrantes, neq; poſt impudicitiã currentes, neq; ad illicita intendentes, neq; ſuperflua loquẽtes, ſed cum gratiarũ actione manducantes, atq; cum benedictione bibentes, & illud quod poſt hoc ab Apoſtolo dictũ eſt adimplentes, ſiue dum manducatis, ſiue dum bibitis, ſiue dum aliud quid agitis, omnia in gloriã dei facite. Sic itaq; manducantib. ac bibentibus filijs ac filiabus tuis. Bene (inquit) ecce oſtẽdiſti quod manducauerint & biberint, oſtẽde & hoc quod factũ eſt dum manducãt & bibunt. Maius (inquit) eſt q̃ ut edicere ualeam, terribilius eſt q̃ ut proferre audeam. Sed interim (ait) quia non eſt tacendum, dicam, proferam. Subito ſpiritus uenit ab eremo ita fortis, ita copioſus, ita uehemens, ita terribilis atq; inſupportabilis, ut tãgeret quatuor angulos domus, & illideret eã ſup filios tuos, & mortui ſũt. Cuius (inquit) fuit hæc domus? Fratris eorũ maioris. Nõ fuerũt (inquit) in extera domo, neque in aliena, ſed in propria fuere domo, in domo filij tui, fratris ſui maioris. O nequiſſime aduerſarie, ó callidiſſime diabole. Cur nõ dixiſti ſimpliciter, & mortui ſunt, ſed & cũcta enumeras, omnia denominas, & filios, & filias, & cibũ, & potũ, & domũ, & fratrẽ, & filium tuum maiorẽ. In domo inquiens fratris ſui, filij tui maioris? Ob hoc (inquit) hæc oñia denumero atq; denomino, quo magis atterã atq; affligã animã eius: atque ob hoc hæc omnia loquor, quò magis cõminuã cor eius, cui hæc refero. Si ſolos (inquit) filios nominaſſem, & filias nõ, profecto æſtimãs q̃ mortuis filijs filiæ ſupereſſent ei ad cõſolationẽ, cõſolaretur ſe. Ob hoc (inquit) oñia denomino atq; intimo, ut potius audiẽtis animã doloribus afficiã, ut potius iuſti illius mentẽ perturbẽ, quo facile ad dei blaſphemiam ꝓuocem patientem. Manducantibus (inquit) ac bibentibus meridiano tempore, hora prandij, ſubito ſpiritus uenit ab eremo. Hæc ſciẽtes ſancti atq; horũ memores, q̃ ipſo meridiano tẽpore, hora prandij, ruina occupati ſunt filij Iob atq; mortui, orauerũt ad deum cõſeruari ſicut à negotio in tenebris ambulãte, ita & à ruina & à dæmonio meridiano. Sicut eñ in noctis tenebris, ſic ſimiliter in medio meridie pluriores dęmonũ tẽtationes ſe demonſtrãt q̃ cæteris temporibus. Hoc nimirũ claruit in filijs Iob, qui non alio tẽpore, ſed medio interfecti ſũt meridie. Subito (inquit) ſpiritus uenit ab eremo, & tetigit quatuor angulos domus. O maligniſſime aduerſarie, itẽ deo applicare cupis, itẽ creatorẽ deprauare quęris, idcirco ſpiritũ, hoc eſt uentũ ab eremo uenire dicis. Nã quia deus eſt qui ꝓducit uẽtos de theſauris ſuis, merito uentũ ab eremo quaſi à deo miſſum uenire dicis: ut & hoc quod factũ eſt deo imputetur, nõ in bono, ſed in malo, atq; audiẽti in ſcandalũ. Nam ſicut ſuper oues ignem de cœlo cadere dixit, ita & nunc ſpiritum, id eſt uentũ, ab eremo ueniſſe dicit: ut utraq; deo applicaret pro blaſphemiæ ꝓuocatione, atq; re- Iob 1

atq; reprehẽsionis occasione. Subito, inquit, spiritus uenit ab eremo. De repente, insperate, illico cum impetu, spiritus, uentus, tẽpestas, procella uenit ab eremo. Et quid fecit? Tetigit, inqt, quatuor angulos domus, & cecidit super filios tuos, & mortui sunt. Quis ergo, ait, est mortis eorũ reus ó Iob? Nõne qui uentum produxit atq; adduxit? Sicut & ouium tuarũ cõbustionis quis auctor est, nisi is qui ignẽ de cœlo misit? Sed audi, inquit, ô Iob: Cum substantiæ abundantiã perdere contẽpsisti, omnibus facultatibus tibi ablatis sustinuisti: filiorum uerò perditionem quomodo sustinebis? natorũ tormẽtum quomodo baiulabis? Subito, inquit, uenit ab eremo spiritus, & tetigit quatuor angulos domus, & cecidit super filios tuos, & mortui sunt. Per hoc ꝙd dicit filios, stimulat sensum eius, doloribus afficit animã eius, liquefacit præcordia eius, prouocat mentẽ eius, quo magis post filios liquescens succenderet. Sed quanto plus nequissimus tẽtationes Iob multiplicabat, tanto amplius coronam glorię apud ęternum iudicem ei augmentabat. Qui enim simplicem transierit tentationẽ uel probationem, simplicẽ proculdubio accipiet mercedem. Qui autem fuerit multipliciter probatus, multiplici gloria sine dubio à iusto deo coronabitur, quẽadmodũ beatus Iob, qui omnibus diaboli malignitatib. atq; uersutijs superior est effectus, & omnibus tentationibus eius fortior comprobatus respondit ei dicens: Dicis quod ab eremo ueniẽs spiritus, hoc est uẽtus, & tãgens quatuor angulos domus deiecit eã, & filios meos interfecit: sed mentiris, inquit, ó diabole & me nõ irrideb is. Mẽtiris ó malignissime, & me nõ circũuenies. Nunc; eñ uenti à deo excitati quatuor cõtra inuicẽ flauerũt, neq; flant, sed unus et unus, aut iste aut ille. Nunc; eñ auditũ est quòd flantes uenti domos à fundamẽtis subuerterunt, & eas maxime quæ super arida sunt fundatæ, ad instar nauiũ quæ in pelago natitant, generaliter subuertẽdo demerserunt. Hæc nunc; prouenerunt, neq; proueniẽt, à uentorũ flabris uel procellis. Noli, inquit, insimulare mendacio deum ó diabole tuis sceleribus, noli deprauare creatorem tuis perditis iniquitatibus. Ex te enim sunt hęc & nõ ex deo: ex tua iniquitate, & non ex creatoris immissione. Subito, inquit, spiritus uenit ab eremo. De teipso hæc loqueris infelix diabole. Tu uidelicet es spiritus ab eremo ueniẽs, tu quatuor angulos domus tetigisti, atq; filiorũ internicionẽ fecisti. Tu es qui aliquando in hostes prędantes te trãsfiguraſti, aliquãdo ignem de cœlo cadentem, nõnunquam autẽ in tria cornua equitum, sicut & nunc in procellã uenti quatuor angulos domus tangentẽ & ipsam domũ à fundamentis subuertentem, atq; eos qui intrinsecus erant interficientẽ. Tuæ, inquit, inIob 1
quitatis operations sunt hæc oñia ó nequissime diabole. Nã deus mortẽ nõ fecit, neq;
Sap. 1 lætat in perditione uiuorũ, sed tua inuidia atq; zelo mors introiuit in mundũ. Sicut eñ
Sap. 2 in totum mundum mors introiuit per tuum zelum, ita & nũc super filios Iob per tuum zelum & inuidiam perditio aduenit, atq; interitus ó nequissime diabole. Hoc aũt tu ipse de temetipso demõstrans dicis: Subito spiritus uenit ab eremo. Subito eñ occulte atque clanculo innumeros subuertis, innumeros circũuenis, & tuæ cõdemnationis hæredes facis. Quos æui æterna cõuersio subito apprehendit, utpote à te in malis seductos. Ob hoc ergo subito uenit spiritus. Tu ipse es aeris penetrator diabolus, aereus ; spiritus ab eremo: spiritus uerò tanc; in eremũ ac solitudinẽ, ubi neq; hominis, neq; quadrupedis uestigium traditur, proiectus atq; expulsus. Aut adhuc uenit ab eremo utpote omnium diuinorum exsors, & ab omnibus desolatus. Aut adhuc ab eremo uenit, utpote nõ solum in corruptibilibus atque inanimatis solitudinibus sequestratus ac destitutus, sed quinimmo magis in humanis atq; animatis solitudinibus, quę sunt animæ impiæ, sceleratæ, errantes, infideles, quæ sunt desolatæ omni sanctitate, quæ nõ habitant neq; à sancto spiritu paracleto, neq; à sanctis angelis dei: utpote in huiusmodi desertis habitãs, à deserto teipsum uenire dicis. Tale desertum factus est etiã ille quẽ scopis mundatũ atq; ornatũ reperiens nequissimus atq; immũdus spiritus, alios septẽ nequiores se assumens habitauit in eo. Tale desertum factus est ille infelix Iudas, postquam spiritus sancti familiaritatem atq; illuminationem à se expulit, & sanctorũ angelorum cõiunctionem atq;
Ioan. 13 habitationem à se amouit, sicut dicit: Et post hæc introiuit in eũ satanas. Tales solitudines fuerũt olim omnes pseudoprophetæ atq; falsi sacerdotes, illi ad quos dicit Micheas
3 Reg. 22 propheta ante Achab regem Israel: Dedit dominus spiritum mendacem in ore omniũ prophetarum tuorum. Quod quum audisset princeps ipsorum pseudoprophetarũ Sedechias

dechias filius Chanaam, percutiēs Micheam in maxillam dixit: Quis spiritus domini di 3 Reg. 23
sceſſit à me, ut loqueretur in te? Per quæ euidenter oſtendit, quia diſceſſit ab eo ſpiritus
domini, & habitauit in eo ſpiritus diaboli, utpote deſolato à ſpiritu ſancto. Talia deſer-
ta facta ſunt Iudæi, qui dño nō crediderunt, neq; ſuſcipere eum uoluerūt. Propterea di-
xit ad eos dominus: Ecce relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Talia ſcilicet deſerta Matt. 23
facta ſunt etiā nunc oēs infideliū ſectæ atq; hæreſes, quæ deſolatę fidei ueritate atq; om-
ni pietate, in quibus habitās diabolus multitudines ſcandalorū tāq; zizania in eis oriri
fecit. Poſt quæ uniuerſa adhuc in ultimo talia deſerta ſunt oēs pertinaces, omnes crude
les qui non agunt pœnitentiā, qui cōtriſtant ſpiritū ſanctū, in quo pridē ſignati ſunt in
die redēptionis, qui contriſtant ſanctos angelos, qui gaudent ſuper eos, qui pro pecca-
tis pœnitentiā agunt. Omnes ergo iſti deſolati ſunt qui nō pœnituerūt. Habitat uerò in
illis, utpote in deſertis, malignus aduerſarius q̄ tenet cor eorū, ut nec ad pœnitentiā cō-
fiteantur, neq; ieiunia exerceant, neq; eleemoſynas faciant. Iſtis nanq; peccata dominā-
tur. Iſti ergo oēs cū ſint deſolati ſanctitate & fide atq; dei timore, deſolantur de regno
dei, & proijciūtur de choris ſanctorum, atq; in tenebras exteriores pellentur & in ignē
inextinguibilē, qui præparatus eſt diabolo & angelis eius. Hæc itaq; notat uniuerſa, q̄
dicit, ſubito ſpiritus uenit ab eremo, & tetigit quatuor angulos domus. In tertia plaga
tria cornua fecit diabolus, in quarta uerò plaga quatuor angulos domus tetigit, & ceci
dit domus. Et quid ſi unū tetigiſſet angulū, cadere non potuiſſet? Vtiq; potuiſſet. Ergo
ſi per unū angulū poterat cadere, cur omnes quatuor angulos tetigit? Audi. Quatuor
angulos, id eſt quatuor partes tetigit, ob hoc, ut oſtenderet ferocitatē & inſaniam, & in
temperantiam quoq; atq; crudelitatem, cruentationē atq; animū ſuū homicidalē. Nam
omnes nequiſſimi dæmones mox ut relaxati ſunt, & mox ut permiſſionem acceperūt,
continuo omnes generaliter ab omnibus partibus ſuper domū ipſam irruerunt feſtinā
tes, atq; aduerſum inuicem rapientes, quis primus hāc iniquitatē acciperet, quis primus
hoc homicidium perpetraret. Ob hoc ergo per quatuor partes irruerūt nequiſſimi dę-
mones, tanquā leones de inſidijs prorumpentes, ingentē unuſquiſq; eorū ſibi reputans
dolorē, ſi prior illo alter prȩcederet ad eius perditionē. Et adhuc per quatuor partes, q̄
metuerunt infelices, ne forte aliquis ex hac ruina euaderet, prȩter illum unum quē ſpō-
te nequiſſimi reſeruaſſent, qui & ipſorū iniquitati deſeruiret, & Iob ipſos dolores enar-
raret. Sed & adhuc per quatuor partes accurrētes, quatuor angulos tetigerunt, ob hoc
ut ſuā inconſonantiā atq; aduerſus inuicem contrarietatem oſtenderent. Nā ad iniqui-
tatis perfectionem omnes ſibi concordant, cū inuicem ſibi diſcordes ſint oēs atq; cō-
trarij. Et cecidit, inquit, domus ſuper filios tuos, & mortui ſunt. Cecidit domus apprehē Iob 1
dentibus dæmonibus, cōmouentibus, infrementibus, à fundamentis ſubuertētibus. Ce
cidit domus. Nec quicq; magnū. Nā ſi ſolus Sampſon poſt hæc innumera Allophylorū Iud. 16
milia in una domo ſubito deiecit, quid mirū ſi innumeri dæmones unā domū per qua-
tuor angulos apprehendentes ſubuerterunt? Cecidit, inquit, domus ſuper filios tuos, et
mortui ſunt. O q̄ magna fides tua beate Iob. O quàm mirabilis eſt patiētia tua uere dei
ſerue. Non te exagitauit primus fluctus, neq; impulit ſecundū periculum non te uulne-
rauit tertia ſagitta, nō te ſuperauit quarta tentatio neq; ſubuerſio, quę quaſi in pelago in
cipiens, perfecta eſt in terra, Mortui, inquit, ſunt filij tui & utinā iuxta omniū cōmunē
mortē. At nūc uerò nō ita, ſed cecidit, inquit, domus ſuper filios tuos, & ſic ſunt mortui.
Suſpira, inquit, ó homo, & lachryma ó Iob, tametſi nō, inquit, ob hoc q̄ tales perdideris
filios, ſaltē uel quia tā lamētabili morte mortui ſunt, uel q̄ ita miſerabiliter de uita exie
rūt. Quis ex uidētib. nō ſtupeat Iob? Quis ex audientib. nō turbet ó uir? Tu uerò lapidi
bus durior & ſaxis firmior extitiſti. Filij tui mortui ſūt, & q̄d expectas ut nō lugeas? Cū
lapidib. cōminuti ſunt, cū puluere cōmixti ſunt. Carnes eorū cū ſanguine & oſſibus, cū
ipſis etiam uiſceribus cōminutæ ſunt, fratrū cū ſororibus, & ſororū cū germanis omni-
um cōminutio ſimul cum ipſis antepoſitis cibis cōmixta eſt, omniū nihilominus uiſce
rum cibus cum ipſo uino quod in manibus habent cōmixtus eſt. Immēſo nanq; furore
uſus uerſutus diabolus, & iram & plenā indignationē demonſtrans, nec quicq; reliquit
quod non cōminuerit, neq; caluarias, neq; uiſcera, neq; uentriculos, neq; brachia, neq;
manus, neq; pedes, neque ullū membrum, neque aliquam corporis compagem. Et nō

ſolum

solum hæc, sed & ipsos lapides, & ligna nimio succensus furore cuncta cõtriuit cuncta cõminuit, cuncta cõmolliuit, cuncta commiscuit, cũcta incerta atq; indiscreta reddidit. Nam fundamẽta domus ipsius sursum supra tectũ excitauit, atq; superius tectum in profundo fundamenti demersit. Non em̃ ob hoc solũ hæc fecit quo magis in contritione filiorũ Iob animum cõminueret, sed ob hoc quia prioribus plagis nõ succubuit, propter ea etiam istic omnem iniquitatẽ suam demonstrauit, & pro priori tolerantia, in filiorũ cõminutione in eo uindicauit, & cõminuit mẽbra & carnes & ossa, ac cum lapidibus & puluere ipsius ruinæ commiscuit, ut non separare, nec colligere, nec sepelire posset eos, à quib. sepeliri sperabat ac uolebat. Hæc nãq; uenit nũciare Iob, nouissimus nequissimi aduersarij nuncius. Hæc uenit nũciare quæ nũc auditorũ continent mẽtem, contristant præcordia, liquefaciunt animã. Beati uerò Iob mens perstitit immota, anima in gratiarũ actionibus nõ est cõsternata. Quis hominum nunc si unum perdat filium, habẽs alios, huius unius diremptionẽ ac mortem supra modum non lugeat, etiã cum lamentationibus ac clamore? Magnanimus uerò ille Iob cũ decẽ haberet religiosos liberos, & istos omnes simul protinus perderet, non luxit, non est cõtristatus: sed gratias egit dãti & itẽrũ auferẽti deo: & quod est maximũ, nõ cũ dedecore & miserabili motu, ipsis natis morientibus atq; in ipsius domus ruina cõtritis, quorũ ciborũ apparatus cũ comedentium carnibus est cõmixtus, & hi qui ministrabant unusquisq; ubi apprehensus, illic est cõminutus, & potus ministrantiũ cum sanguine propinatus est cõmixtus. Erat uisio lamentabilis, atq; aspectus miserabilis hoc quod gestum est, imò nec uisio, nec aspectus. Nõ em̃ erat quod uideretur, neq; quod separaretur de eorum qui mortui sunt cõminutis corporibus. Nã tãto furore cõminuit ea nequissimus, ut nec de uultibus, nec de personis agnosci possint corpora, quę cum terra atq; lapidibus erant cõmixta atq; concreta. Quod trãscendit omne dictum, atq; omnem narrationẽ in dolore atq; miseria. Quod nũc nos audiẽtes expauescimus ac terremur. Beatus uerò Iob, nec ab auditu territus est, nec ab ipsa probatione expauit, sed in omnibus inclinabilis atq; immobilis permãsit, factis proculdubio ostendẽs omnia, quæ deus prídẽ de eo ueraciter dixerat uerbis. Hæc audiẽs Iob. O magne homo dei Moyses quid loqueris? quid scribis? quid dicis? Tu em̃ es qui hæc scripsisti. Cur ergo dicis: Audiens Iob, quasi aliquid leue uel modicum, & cur nõ dixisti, hæc expertus Iob, hæc passus, hæc sustinens? Nã probatio & passio atq; tolerãtia fuerũt hæc quæ facta sunt, & non uerba neq; fabulæ auditus. Propterea (inquit) non dixi probationẽ, sed auditum, quia non tanquam probationem æstimauit Iob, sed tanquam transeuntem auditum, & tanquam fabulas percurrẽtes. Probatio uerò fuit atq; passio: sed dũ cum tolerantia & cum gratiarum actionibus hæc sustineret Iob, tanquã auditus pertrãsijt. Ob hoc ergo dicit hęc audiens Iob, tanquam uehementia, tanquam terribilia, stupore conferentia atq; in pauorem deducentia. Hæc audiẽs quæ alius prior non audiuit, quæ alius maior non sustinuit, quæ alius ante eum passus non est. Hæc audiens Iob quẽ meditatus est diabolus, quęsiuit nequissimus, quem uoluit iniquus, quẽ excogitauit iniustus. Hęc audiens Iob, quem angeli admirati sunt, quem incorruptibiles laudauerunt, ut is qui de terra plasmatus est, uiriliter pugnauerit aduersus eum qui de cœlis deiectus est, ut puluis aduersus spiritũ, ut homo aduersus diabolum, ut corruptibilis aduersus incorruptibilẽ constãter steterit, & nõ succubuerit, atq; uictoriã de illo sumpserit. Cũ trib. malitiosis sagittis à diabolo sagittareẽ, tolerãtiæ atq; fidei scuto se protegens transiit illibatus. Post quas tres quarta sagittauit illũ inimicus tẽtator nouissime cũ dolore ultima, miserabili, sed nec hac aliquid peregit, nec per istam suam uoluntatẽ perfecit, & ideo cõputat istam quasi unam: nõ enim erat una, sed decẽ erant in hac ipsa. Nam decem filiorũ una fuit perditio, unus interitus. Quod aũt non uulnerauerit illũ diabolus, neq; dolorẽ incusserit nequissimus, euidẽter ostẽdit, mox in subsequẽtibus dicẽs: Tũc surrexit Iob. Si enim uulneratus, uel cõtaminatus, uel laceratus fuisset, surgere omnino nõ potuisset. Ergo quia surrexit, manifestum est quod fortissimus perseuerauit, atq; illæsus perstitit. Tunc surrexit Iob. Surrexit animo, surrexit fide, surrexit ueritatis studio, surrexit ad præmium, surrexit ad uirtutem, surrexit ad officium cõstantiæ. Tunc surrexit Iob. Certum est quia cum surrexisset dicit: Nunc belli tempus, nunc approbatio, nũc uictoriæ acceptio, nunc coronarum cõpositio, nunc retributionis expectatio, nunc audaciæ manifestatio.

Quod

Quod autem ad hæc omnia surrexit Iob, atq; ad horum omnium ostensionem, atq; perfectionem, iuxta hæc quę sequuntur, manifestum est: Conscidit (inquit) uestimenta sua. Iob.1
Quur cõscidit? Ob hoc conscidit, ut expeditior atq; cõstantior extitisset in prælio, ut illa quæ retardant deponeret, ut illa quæ impediunt à se proijceret, ut tanquam audacissimus prælíator, & tãq; singularis monomachus aduersus innumeros inimicos, & aduersus in æstimabiles aduersarios, singulariter immobilis perstitisset. Ob hoc ergo cõscidit uestimẽta sua. Nam & uere talis mos est in aliquibus gentibus, ut quũ ad durum prælíũ uenerint, tunc nimirũ scindentes uestimenta sua cũ furore atq; indignatione currant cõtra aduersarios intẽperanter, nudo pectore, cum fiducia se offerẽtes, ut est Syrorũ gens. Item uerò aliæ barbaræ gentes expoliãtes se, atq; in ipsis tunicis se præcingentes, nudo pectore, atq; scapulati uiriliter eunt in prælíũ. Sic itaq; admirabilis Iob conscindens uestimenta sua, atq; omnia deponẽs impedimẽta, nudus atque audax stetit in spiritale prælíũ. Aut adhuc cõscidit uestimẽta sua, sine mora semetipsum ad ipsas præparans plagas. Ecce iniquiens dorsum nudum, ecce corpus detectum. Vos flagellate, ego aũt sufferã. Vos uerberate, ego aũt sustineam, dicẽs cũ Hieremía: Dorsum meum dedí ad flagella. dicens cum Dauid: Supra dorsum meũ fabricauerunt peccatores. Sed & adhuc cũ eo- Psal.129
dem Dauid: Et eram flagellatus tota die. Adhuc cõscidit uestimenta sua, ac si diceret ad Psal.73
ipsos aduersarios nequissimos: O malígni atq; iniquí aduersaríj, mortuũ me æstimatis, ut uos putatis, & ut uobis uidet in terrã me sepelire præparatis. Si ergo me mortuũ æstimatis ó inimici, anticipem in preciosam meã sepulturã conscindere preciosas atque regales meas uestes, ut nec post mortem gaudeatis eas possidentes. Puto quòd ex illo cõsueuerunt homines, cum preciosam sepulturam cuilibet miserint, cõscindũt eam, ne alíqui scelesti & ipsum corpus proijciant, & ipsam preciosam sepulturã possideant. Quod si tanquã uiuentem me (inquit) iudicatis, ecce (inquit) etiã sic nudus atq; scapulatus stocontra uos, nunquã uobis cessurus. Aut adhuc conscidit uestimenta sua. Ecce (inquit) ó malígni inimici, peculiũ cõsumpsistis, filios perdidistis, substantiã diripuistis, nec quicquam aliud nisi solum corpus atq; hanc uestẽ mihi reliquistis. Tollite (inquit) & hãc uestem, proijcio etiã hãc uobis, nihil apud me remaneat ex his quæ in potestatẽ nequitiæ uestræ data sunt. Nõ sit mihi ex uobis hoc beneficiũ, oleo peccatorũ nõ ungetur caput meum. Super quæ uniuersa, ecce, inquit, & ipsum corpus nudum, detectum, paratũ ad pœnæ supportationẽ, ad dolorum tolerantiã. Torque (inquit) cõtunde, uerbera, & cũ per cuncta probaueris, cognoscas quia solus Iob insuperabilis permanens in omnibus nunquã cedet nequitiæ flagellis. Hęc itaq; uniuersa quum cogitaret & loqueretur, atq; ipsis perficeret factis, surrexit & cõscidit uestimẽta sua, & totondit comã capitis, utpote superfluam, ociosam atq; inutilem. Totondit comã capitis sui, factis perficiens id q̃d postea duriter ab Apostolo interminatũ est uerbo, quia uir si comam nutrierit, ignominia 1 Cor.11
est illi. Hæc itaque obseruãs Iob totondit comã capitis sui. Cũ totondisset, proculdubio quod ipsis eã aduersarijs proiecit. Ecce (inquit) tollite & hanc, habete etiã & hãc, deglutite & istã. Arbor, inquit, sum fructifera, omnia quæ superflua à me proijcio, ut illibatus perfectũ fructũ afferam. Vitis enim sum bene maceriata, abscindo à me uniuersa superflua, ut incongruis omnibus dicar purgatus, ac iustitię perferã perfectũ fructum. Totondit comã capitis sui, nõ ut lugens, sed ut luctum deponens atq; proijciens, omniq; luctu per tolerantiã superior existẽs. Totondit comam capitis sui. Sicut Ioseph cum de carce- Gen.14
re à Pharone educeretur, sicut Ionathæ filius cum Dauid ad Hierusalem post mortem 2 Reg.19
Abesalon reuerteretur, & alíj innumerí priores ac posteri, q̃diu lugebant, non tondebãt comã, deposito aũt luctu cõfestim tondebant: ita & nũc beatus Iob totondit comã capitis sui, ut humiliaret se, ut subijceret, ut miseriam ostẽderet. Quod est huius rei indicium? hoc quod in subsequẽtibus dictũ est. Aspersit nãq; terrã super caput suũ. Nisi em Iob 1
ualde humiliaret se, nõ utiq; caput suum terra aspergeret. Aspersit inquã terrã super caput suũ. Vnde hãc opinionẽ sumpsisti ô beate Iob, ut terrã capiti tuo aspergeres? A tri- Gen.18
tauo (inquit) generis mei Abraham dicẽte: Ego sum terra & cinis: & à patriarcha totius Gen.3
generis humani Adam, ad quem dictũ est: Terra es, & in terrã ibis. Hæc itaq; ab illís au- Esa.14
diens atque memor aspersit terrã capiti suo. Nõ itaq; sum tãq; diabolus q̃ de cœlo cecidit, sed sum tãq; unus ex hominib. ortus de terra, ideoq; terrã aspergo super caput meũ.

Non sum sicut diabolus ex incorruptione proiectus, sed sum tanq̃ unus corruptibiliũ de limo plasmatus. Merito terrã aspergo super caput meũ, ut nouerit (inquit) diabolus nequissimus aduersus quem habet, quia aduersus terrenũ habet, aduersus corruptibilẽ, aduersus mortalẽ, aduersus hominẽ de limo terrę plasmatũ. Ob hoc aspergit terra caput suum, ut instruat omnes terrenos corruptibiles atq; mortales, quia etiã ipsi possunt similiter stare aduersus nequissimũ. Possunt inquã similiter sufferre ac superare oẽs tentationes diaboli, si deũ dilexerint atq; metuerint: sicut admirabilis Iob sustinuit atq; portauit non modicũ aliquid, sed magnos & ingẽtes atq; terribiles dolores ac tormẽta, quę alius illo nec prior, nec posterior sustinuit: & quod est superius, nõ habẽs formã ex alio priore, nec exemplũ recipiẽs ab alio anteriore. Cũ unũ ex plurimis uidetur Iacob filium per-
Gen.37 didisse, à cæteris omnib. consolari non potuit, sed dixit: Ibo post filium meum lugens in infernũ. Magnanimus autẽ Iob post peculij perditionẽ, & post omniũ bonorum direptionem, omnium filiorum miserabilẽ interitũ pariter simul cum audisset non suspirauit, non ingemuit, nõ reprehẽdit, non maledixit, non blasphemauit, nõ culpauit, nõ dixit ea quæ dicẽda ratio exposcebat, quæ nunc illicite dicũt plurimi. Cur dedisti primo, aut cur abstulisti modo? Cur oblectasti primo, siue peculio, siue filijs? uel cur priuasti nũc his omnib. pariter? Melius erat ut omnino nõ dedisses, q̃ ut dãs rursum auferres. Vtilius erat ut omnino nõ ostẽderes, q̃ ut ostensis denuo mulctares. Sed nihil horũ dixit, neq; omnino cogitauit sanctissimus atq; constãtissimus ille Iob, nisi tantũ ut mentem refrigeraret, nisi tantũ ut quia lugẽs dolor erat, hoc quod factum est, quæ pertulit ostenderet. Vestes conscidit, caput totondit, terram capiti suo aspersit. Per quæ uniuersa se ante deum humiliãs, nequissimũ diabolum usq; ad inferos deiecit. Quid dicimus ô uiri? Num quid ex alio corpore creatus est Iob? Absit. Nõ em̃ cum personarum acceptione creauit deus alios tales, aliquos nihilominus tales, sed idẽ est omnium plasma de limo terræ, sed æqualis est omnium anima ex dei operatione. Sed quia non est omnium similis uolũtas, neq; pietas, neq; religiositas, neque fides, neque ꝓpositũ circa deũ, neque spes uitę æternæ, neque timor gehennæ, neque inferorũ suppliciũ in tenebris exterioribus, idcirco nõ omnes homines id demõstrant ꝓpositũ, neq; eandẽ tolerantiã, nõ quia nõ possunt, sed quia nolunt. Propterea digne ac iuste magnificatur beatus Iob, quia uolẽs sustinuit hæc om̃ia cũ gratiarũ actionibus. Nam post hæc uniuersa quæ superius memorata sunt
Iob 1 atque ostẽsa, dicit: Et prostrauit se in terra, & orauit ad dominũ. Primũ surrexit, & ita demum se prostrauit. Surrexit ad prælium, prostrauit se ad precem. Surrexit ad uirtutẽ, ꝓstrauit se ad orationẽ. Surrexit ad uictoriæ perfectionẽ, prostrauit se ad coronæ acceptionem. Nam & ante imperatores qui uictores extiterunt, nõ stantes, sed deorsum adorantes coronam accipiunt. Sic nanque & beatus Iob in prima tẽtatione quã per peculium atque filios sustinẽs uictoriã de aduersario acquisiuit, ad orationem se prostrauit, ut perfectas tolerãtiæ suæ à deo acciperet coronas. Ob hoc ergo prostrauit se & orauit ad dominũ. Quem cũ prostratũ uideret diabolus, gauisus est ualde infelix: quum aũt adorantẽ atque orantẽ audisset, obstupuit atque expauit. Prostratus, inquit, orauit ad dominum. Iob prostratus deiecit diabolum, altum humiliauit, exaltatum supplantauit, cõfudit fortem, deformauit elatũ. Super hæc aũt omnia, quod omnib. maius atque superius est, cum sua prostratione Iob diabolum deiecit, & sua tolerãtia nequissimũ superat, formam ostendit eius qui de cœlo uenit: qui ut granum tritici in terram cadens diabolũ deiecit, & fortẽ alligauit, & uasa eius diripuit, & spolia diuisit, & captiuã duxit captiuitatem, & passione atque resurrectione sua mundũ redemit, atque seculum saluauit. Horũ nanque omnium formã atque exemplum ostẽdens, post horum omniũ lamẽtabiliũ tolerantiam, prostratus in terra orauit ad dominũ, ut prostratio eius ruina efficeret diabolo atque subuersori maligno, & figurã per hæc in se gereret passionis ac resurrectionis domini. Prostratus (inquit) orauit ad dñm ex tota anima, & ex tota mente, & ex cordis profunditate. Orauit ad dominũ. Quid orauit? Tolerantiã, sufferentiam, consummationem. Orauit ad dominũ, sensus illibationem, mẽtis integritatem, animę sanitatem. Hoc ergo orauit ad dominũ, ut sanam, inquit, animam meã atque illibatũ cor meũ custodiat dominus & rex omniũ, & nunquã mihi præualebit malignus, & nũq̃ me superabit callidus inimicus. Quanq̃ atterat carnes, quanquã comminuat ossa, quanquã consumat

neruos

neruos,si animæ,inquit,meæ sensus illibatus à te custodiatur,nunquã à te seducar domi ne deus meus,nunquam abstrahar à charitate tua rex meus.Idcirco orationẽ eius exau diens deus,atq; deprecationẽ illius suscipiens iustus iudex,post hęc loquutus est ad dia bolum dicens:Ecce tradidi tibi illum, tantum animã eius ne tetigeris. Sic itaq; prostratus,orauit ad deum. Vere prostratus,hoc est ualde usq; ad terram humiliatus, merito ue stem conscidit,comã capitis totondit,terrã capiti suo aspersit.Post hæc uniuersa,prostra tus orauit ad dominũ.Sic(inquit) rex Niniue post hoc in cinere & cilicio sedens, & cũ humilitate orans,post triduum imminentem calamitatem effugit. Sic(inquit) & Iosias Hierosolymæ rex uestes suas conscindẽs præ timore comminationis dei, famulos suos uestibus cõsciss̃is,& terra atq; cinere aspersis misit ad deprecandam atq; exorandã faciẽ domini. Sic etiam primus his omnibus admirabilis Iob conscidit uestimenta sua,& co mam capitis sui totondit,& terram capiti suo aspersit, & ita prostratus ad dominũ ora uit.Prostratus est ad orationem,sed non cecidit tanquam aduersarius in contumaciam. Prostratus est ad precem,sicut Abraham cum pro Loth orasset:sed non cecidit in cõtu meliam,sicut diabolus qui de cœlo proiectus est propter apostasiam. Sed forsitan dicit aliquis:Et cur omnino totondit comam capitis sui,uel ob quam rem conscidit uestimẽ ta sua,uel ob quã causam aspersit capiti suo terram? Audite: Primo quidem pro his om nibus quæ demonstrata sunt.Item sanè adhuc uestimenta sua conscidit ob hoc, quia ex his quæ diabolo data sunt,apud se nihil residere uoluit. Comam uerò capitis sui totondit ob hoc,quia deposita diuitiarũ abundantia,etiã comæ nimietatem deponeret: & ad uersario ostenderet,quia sicut passus est quia comam totondit, ita cum multitudinẽ bo norum deponeret atq; amitteret,nihil se passum fuisse æstimasset: Auferinquiẽs omnia superflua,nihil mihi superst ex his quæ tibi data sunt. Terrã uerò ob hoc aspersit capiti suo,ut ex parte ostẽderet filiorum dolorẽ.Nisi eñ hoc feciss̃et,alienũ illum à natura hu mana fuisse diceremus.Hæc uidelicet uniuersa gessit,propter naturalẽ dolorẽ. Gratias uerò egit propter constantiam & animæ ueritatẽ,atq; illã quam circa deum habuit syn ceritatem.Post quæ uniuersa,dixit ad eos. Ad quos? Ad aduenientes dęmonũ nuncios. Nã hi quatuor præstolabantur ei, & quatuor miseriarũ prędicationes ei afferentes,qua tuor lamẽtabilibus sagittis eum sagittantes nouissima lamentabilior fuit atq; animæ cõ tigua,filiorũ perditio.Ad istos ergo quatuor q; præstolabant, ut uidebant lugẽtes atq; mœsti simulatione dixit: Quid expectatis ó uiri? Quid sustinetis ó homines? Hoccine, ut lugeam uobiscum? hoccine,ut uobiscum lamenter? Non lugeo (inquit) rei familia ris direptionem: ablatæ nanq; sunt mihi cũ peculio pariter etiam molestiæ atque curæ. Non lamentor filiorum decessum, transiuit enim ab oculis meis tristitia & dolor. Si eñ pariter mecum aduiuerent super terram,cum dolore eram cogitaturus quales fuissent, quales profecissent,qualem finem expectassent.De istis ergo securus effectus nõ lamẽ tor,non plango quod uos cupitis,nõ reprehẽdo quod uos quæritis, nõ blasphemo q̃d uos uultis.Nõ ridebit,inquit,de me diabolus,nõ gaudebit ut speret super me inimicus, nõ inueniet apud me id quod expectat nequissimus.Nudus exiui de utero matris meę, nudus ibo sub terram.Nihil habui cum ueniss̃em,nihil requiro cũ iero. Nihil attuli na tus,nihil hinc auferam sublatus.Nudus exiui de utero matris meæ,non peculium nec fi lios habens,neq; diuitijs uel possibilitatibus indutus, nudus & ibo sub terrã.Quod eñ pariter cum corpore positum fuerit in terra,cum eodẽ corpore terræ efficitur terra.Me rito nudus ibo sub terrã.Nudus ibo,nudus,inqt,peculio,sed & peccato:nudus diuitijs, sed & impietatibus:nudus substantia,sed & iniustitia.Sicut enim de carnalibus possibi litatibus uniuersis nudus effectus sum,ita,inquit, & ab omnibus illicitis nudus ibo sub terrã.Nõ comitãtur(inquit)mecum,neq; malignitas,neq; iracũdia,neq; superbia, neq; inuidia,neq; zelus,neq; cupiditas,neq; alienarũ rerum appetẽtia, neq; cõtumelia, neq; calũnia,neq; uiolẽtia,neque impudicitia,neque lasciuia,naque ullũ ex his quæ deo cõ traria sunt.Istis nanque omnib.nudus,ibo sub terrã. Non enim sum talis quales illi de q̃ bus dicitur: Quia nõ habuerunt tegumentũ, inferno uestiti sunt. Nudus inquam malis omnibus ibo sub terram,nudus malis,bonis uerò omnibus indutus,iustitia uestitus,san ctitate circũdatus,charitate ornatus, misericordia ac bonis operibus coronatus.Beati sunt,& beati erunt ó glorioſe Iob oẽs qui te imitati fuerint,omnes qui post te potuerint

Iob.3
4 Reg.22
Gen.18
Iob 1

cum fiducia dicere: nudus exiui de utero matris meæ, nudus & ibo in terrã: qui etiã cum
1 Tim. 6 Apostolo dicere ueraciter possunt: Nihil intulimus in hunc mundum, uerumtamẽ nec auferre aliquid possumus. Væ autem illis qui nudi quidem uenerunt, innumeris aũt in iustitijs atq; impietatib. crudelitate quoq; atq; infidelitate onerati, atq; prẽgrauati ibunt in terram. huiusmodi uestientur calamitate atq; miseria, in die iusti atq; personã non accipientis iudicij dei. Nudus exiui de utero matris meæ, sicut & omnes homines, sicut & omnis caro, sicut & omnes corruptibiles, nudus & ibo in terram. Hoc ipsum nãq; expectant oẽs, quia idẽ est introitus omnibus, & exitus similis, siue rex siue famulus, siue dives, siue egenus, siue magnus, siue pusillus, siue liber, siue seruus, nudus ibit in terrã, nec quicq; ualet auferre secum. Nam & hoc ipsum quod cũ corpore mittitur, nõ auferet secum. Nõ aũt secum illud tollet, quia nõ sentit, quia nõ intelligit, quia terra efficit, qa in resurrectiõe nõ corporis sepultura, sed animæ fides & pietas, misericordia quoq; & syncritas requiritur. Nudus exiui de utero matris meæ, nudus & ibo sub terrã. Tanq; si diceret: O uiri prudẽtię atq; sapiẽtiæ, quod est mortale hoc indumentũ, quæ est hęc super uacua gloria, quę sunt terrenę hæ atq; infidę diuitię, quæ sunt hodie & crastina nõ sunt, quæ hodie irrident istũ, crastina uerò die eunt ad alium? Fumus est deficiẽs, flos est transiens, herba est arescẽs: & qui habent illas, tanq; nõ habeant, quia diutius nõ habent: & qui non habent illas, tanq; nihil amiserint, qa nõ permanenter relinquunt. Nudus exiui de utero matris meæ, corpus habens tantum atq; animã, nudus ibo sub terrã: Sicut ueni, ita & ibo, ita & exeo, aliena cũcta relinquens, cũ corpore solo ibo, atq; anima transibo. Quæ accepi (inquit) habeo, quæ attuli nõ amisi. Superflua oĩa derelinquẽs nudus ibo illuc. Illuc, inquit, quo illuc? Primũ quidẽ illuc ibo quò oẽs priores mei ierunt, quò omnes ab initio, illuc in terrã matrem omnium, in terrã omnium domũ. Terra nanq; est domus omniũ mortalium. Illuc quò abijt Adã & omnes qui post eum fuerũt. Illuc quò
Gen. 3 abijt ille ad quẽ dictum est: Terra es, & in terram ibis. Illò, inquit, ibo, nudus sicut & nudus ueni. Aut adhuc illò, inquit, ibo, ubi sunt tabernacula iustorũ, ubi sunt sanctorũ gloriæ, ubi est fidelium requies, ubi est piorum consolatio, ubi est misericordiũ hæreditas, ubi est immaculatorũ beatitudo, ubi est ueraciũ lætitia & exultatio. Illuc ibo, ubi est lux & uita, ubi est gloria & iucũditas, ubi est lætitia & exultatio, uel unde aufugit dolor, tristitia & gemitus, ubi obliuiscẽtur priores tribulatiões hæ quæ sunt in corpore super terram. Illuc ibo, ubi est tribulationũ depositio, ubi est remuneratio laborũ, ubi Abrahæ sinus, ubi Isaac proprietas, ubi Israel familiaritas, ubi sanctorũ animę, ubi angelorũ chori, ubi archãgelorũ uoces, ubi spiritus sancti illuminatio, ubi Christi regnũ, ubi æterni dei patris infecta gloria atq; beatus cõspectus. Illuc, inquit, ibo, illuc perueniã, nõ reprehendens, non maledicens, non blasphemans, non criminans, sed gratias agens & confitẽs,
Iob 1 atq; cum gratiarũ actionibus dicẽs: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit, ita factum est. Non ero (inquit) ingratus, nõ ero infidigraphus, sicut tu aduersarie, non reddam malum pro bono, sicut tu infelix diabole, sed confiteor quia dominus dedit, dñs abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictũ. Lamentabiles, inquit, ad me misisti nuncios ó diabole, & noxios atq; immisericordes tuæ nequitiæ legatos, per quos me crudelibus tuæ iniquitatis sagittasti sagittis, quas ego (inquit) omnes identidẽ in te conuertã, crudeliora efficiẽs tibi in spiritu uulnera. Dñs inq; dedit, dominus abstulit, sicut domino placuit ita factũ est. Hoc fuit diabolo uulnus, hoc fuit diabolo afflictio & dolor, tribulatio quoq; atq; angustia: quia cũ putat & uult blasphemiam audire à Iob, & reprehensionẽ ac maledictum in deo, confessionem atq; gratiarum actionem audiuit. Hoc factum est illi ignis deuorans, hoc factum est illi incẽdiũ perurens, quia hoc audiuit ꝙd non sperabat: Dominus dedit, & dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum in secula. Nõ enim tantũ tetigerunt Iob lamentabiles istæ diaboli sagittæ, quãtum uulnerauerunt eum synceres eius gratiarũ actiones: Dominus dedit, & dñs abstulit. Quando uoluit, inquit, dedit ut bonus, & quãdo uoluit identidem ut habens potestatẽ abstulit. Dñs dedit, & dominus abstulit. Dedit, inquit, ut innotescat cq; fidelis sim, quã pie dispensem, quàm misericorditer distribuam. Abstulit aũt, ut appareat quomodo gratias agã, quomodo cõfitear, quomodo adorem, plus nũc rebus sublatis, quàm pridem datis. Dominus dedit & dominus

abstulit

abstulit. Dedit sua & iterum abstulit sua: ego, inquit, nihil amisi, nullum passus sum detrimentũ. Merito postq̃ usus sum reddidi, mutuãti mihi ea gratias agens. Dominus dedit, & dominus abstulit, sicut dño placuit ita factũ est, sit nomẽ domini benedictũ. Quid dicis ô beate Iob? Dominus uere dedit, sed non dominus uere abstulit, sed abstulit omniũ inimicus & nequissimus aduersarius atq; inuidus diabolus. Dominus dedit, sed aduersarius abstulit. Dñs dedit, & inimicus refuga abstulit. Porrò si diabolos abstulit, quomodo dicit Iob, quod dominus abstulerit? Ignorãs atq; per suspicionem dicit. Putabat em̃ atq; arbitrabatur quod dominus abstulerit, & nesciebat quod diabolus abstulit cõcedẽte domino, atq; permittente. Merito ergo dicit: Dominus dedit, dominus abstulit, sicut dño placuit ita factũ est. Hæc nanq; fuit illa uere magna Iob constantia, quod nesciens quia diabolus abstulit, putabat q̃ dominus abstulerit, & hoc putãs, domino quasi auferenti gratias agit. Dominus, inquit, dedit & dominus abstulit, sicut domino placuit ita factum est, sit nomen domini benedictum in secula. Si enim sciisset Iob quod aduersum diabolum habebat, & quia diabolus cũ illo hoc bellum faciebat, & quia malignus inimicus rem familiarẽ & filios ei abstulerat, profecto omnino ad nihilum ipsas tẽtationes deduceret, & in derisionẽ illum habens, euidenter aduersus inimicum resisteret & aperte aduersus apertũ hostem staret. Nunc uerò inimicus quidem hoc celauit diabolus, cũ istos ei inferret labores: clementissimus autem dominus in suspitione erat & incusabat̃ his omnibus. Nam cum diceret diabolus, ignis cecidit de cœlo, & subito spiritus uenit ab eremo, Deum incusabat istis doloribus. Similiter cum audisset Iob, quod ignis cecidit de cœlo & combussit oues, & q̃a spiritus uenit ab eremo & ruina occidit eius filios, q̃d aliud suspicari poterat nisi quod deus illi ipsos dolores cœlitus immisisset? Ob hoc ergo presertim magnificat̃ Iob, quia cũ deus suspicatur in istis plagis ac doloribus, suscepit cũ constãtia, atq; gratiarũ actionibus: & nõ dixit, quid peccaui circa te ut talia patiar ex te? Sed cũ ab inimico percuteretur atq; doloribus afficeret̃, dominũ in istis doloribus suspicabat̃, & gratias agebat percutienti se, atq; doloribus afficiẽti, dicẽs. Dñs dedit & dominus abstulit, sicut domino placuit ita factũ est, sit nomẽ domini benedictũ in secula. Hæc itaq; uniuersa, atq; pluriora ad præstolãtes sibi nequissimi nuncios beatus Iob locutus est, & per illos ad ipsum diabolũ qui eos miserat, qui stabãt ante eũ tristes, ac flentes sicut finxerant, omnẽq; miseriã ostendentes ac depromentes, ut facile beatũ Iob ad blasphemiã prouocarent. ad quos plurima & alia locutus Iob dixit: Cur tristes estis ó homines? Ob quam causam eiulatis ó uiri? Ne forte hoc uos contristat, quia ego deo gratias ago? ne forte hoc uobis molestum est, quòd ego danti ea cõfessionẽ do, & auferenti ea inuocationẽ emitto? Nõ me homo mulctauit, sed deus de cœlis qui mihi dedit diuersa, abstulit, sicut & uos dicitis, quod ignis de cœlo ceciderit. Si ergo non homo mihi damnũ ingessit, sed deus q̃n uoluit dedit, & itẽ q̃n uoluit abstulit, gratias ei qui dedit, & gratias identidẽ ei qui abstulit. Sua dedit, & itẽ sua abstulit, & ego, ait, nihil amisi. Nã ex utero materno nudus ueniens, nihil habui. Qui habuit dedit mihi, mutuauit utenti mihi, abstulit quæ sua sunt, nihil perdidi, sed gratias ago mutuãti, usus his quæ data sunt mihi, & confiteor largitori, dicens. Dominus dedit & dominus abstulit, sicut dño placuit ita factũ est. Placuit antea ut daret, placuit nũc ut rursus auferret. Sicut domino placuit ita factum est. Omne quod deo placuerit bonum est, omne quod domino placuerit iustũ est. Placuit illi ut daret, bene placuit. Placuit illi identidem ut auferret, iuste placuit. Sicut dño placuit ita factũ est. Quandiu illi placuit habuimus, quãdo placuit ei nõ habemus. Sicut domino placuit ita factum est. Quando habuimus, non ꝓpterea nostra habuimus, sed domini: & cum perderemus omnia, non propria perdidimus, sed abstulit quæ sua erãt dominus. Sicut domino placuit, ita factũ est, sicut dominus uoluit, sicut domino placuit. Omne quod uult dominus uita est, lux est, requies est, æterna beatitudo est, uita em̃ in uolũtate eius est, & ira in indignatione eius. Quodcunq; ergo placuit dño, siue percutere, siue mulctare, siue ditare, siue pauperẽ facere, siue arguere, siue corripere, omnia beatitudo est incorruptibilis, atq; indesinẽs. Beatus, inquit, homo quẽ tu erudieris domine. Sicut dño placuit, ita factum est, sit nomẽ domini benedictũ in secula. Sic oportet omnes Christianos, atq; omnes credentes dicere & facere & cogitare in omnibus quæ eos circundederint, atq; eis occurrerint, siue pecunias perdãt, siue filij auferan- Psal. 94

ferantur,siue paupertas incumbat,siue infirmitas immittatur. Dicāt in his omnibus cū synceritate:sicut domino placuit ita factū est, sit nomen domini benedictum in secula. Nomen domini,inquit,propter quod omnia sustineo atq; suffero,propter quod omnibus quæ mihi obuenerunt superior existo. Sit nomē domini benedictum in secula. Nomē domini,quod mirabiliter cœlos extēdit,quod terram firmiter fundauit, q̄d abyssos terribiliter lignauit. Sit nomē domini benedictum in secula: Quod cū uidissent leones in Daniele,in agnos immutati sunt: quod cū flāma ignis agnouisset in Anania & Azaria & Misaele,foras à fornace fugit,atq; eos qui extra fornacē erant cōbussit, utpote nō habentes in se sanctum nomen domini. Illis aūt qui intra fornacem erant nō appropinquauit,quia terribile nomen domini in illis cōspexit. Hoc etiam & cetus cū uideret in Iona,obstupuit atq; illæsum eum quem de naui susceperat reddidit,intaminatum remisit quem uiuum susceperat: Hoc inc̄p nomen domini sit benedictum in secula. hoc nomen q̄d pauci ex priorib. agnouerūt, posteriores uerò omnes susceperūt. Hoc nomē de quo dicunt sancti ex persona dei. Vobis qui timetis nomē meū cognominabitur nouum nomen quod benedicetur super terrā & adhuc. Nō est nomē aliud sub cœlo datū hominibus in quo oporteat nos saluos fieri. Hoc inc̄p nomē domini sit benedictū in secula. q̄d iram auertit,quod maledictū abstulit atq; remisit, quod dæmones terruit. hoc nomē domini sit benedictū in secula. Sit benedictū in angelis & in hominibus, in cœlestib. uirtutibus,in spiritibus atq; in omnibus iustorū animabus,in gentibus & in omnibus fideliū cōgregationibus. Sit nomē domini benedictum. Quousq;, aut quandiu sit benedictum? In secula,inquit,in finē præsentis & in initio infiniti illius seculi. Sit, inquit,nomē domini benedictū in animabus castorū,in cordibus piorum,in mētibus religiosorū, in ecclesia sanctorū,in cōgregatione uerissimorū dei famulorū. Sit nomē domini benedictū non in tēpore dimenso, atq; statuto,sed in secula. In secula,inquit,siue in præsenti seculo usq; in finē,siue in futuro seculo illo infinito,atq; indeficiēti. Sit nomē domini benedictū in secula. Circūcisio,inquit,ad tēpus fuit,lex usq; ad plenitudinem tēporis fuit. Postq; uenit plenitudo tēporis misit deus filiū suū qui legē impleuit,& gratiā demōstrauit,& nomē illud benedictionis impertiens cunctis in perpetuo petētibus tradidit. Sit nomē domini benedictum in secula. Nomen domini ait boni,misericordis,patiētis,benigni,clementissimi. Sit nomen domini benedictum,qui benedictionem seminauit, p duxit atque ostēdit. Sit nomen domini benedictū, qui cuncta bene perficit, qui cūcta bona uniuersis prouidet,qui bene, inquit, mihi magnam patientiā atq; tolerantiā condonauit,ut tanq; aurum in fornace probatus,perspicuæ fidei, tolerātiæ quoq; atq; patiētię formam cunctis subsequēter ostendam,iustus cōprobatus,electus demōstratus atq; probabilis ostensus,nō domino qui est præscius, sed hominibus in mūdo ignorātibus. Nam prę scius dns etiā ante passionis initium tolerantiæ sciebat exitū. Merito testimoniū perhibuit,qui ob hoc ipsam tentationem permisit,ut his qui in mūdo sunt cōprobaretur iustus. Pro his ergo omnibus sit nomē domini benedictū in secula. Hęc audientes subsequenter etiā sancti prophetæ à beato Iob edocti dixerunt. Sit nomē domini benedictum ex hoc nunc & usq; in seculū. Sicut enim mirabilis Iob cū dolores sustineret nomen domini benedixit,ita & beati prophetæ persecutiones & dolores sustinentes terribiles,nomē domini benedixerūt. Post quæ uniuersa, uelut uictoriæ titulum, gloriæ, ac laudis atq; honoris illi statuēs magnus ille Moyses scribit,ac dicit. In his ergo omnibus quæ ei acciderunt,non peccauit Iob,neque in cōspectu domini,neque in labijs suis. In his omnib.inquit,tam plurimis,tam magnis,tā periculosis,tāq; terribilibus. ac uehemētissimis,in omnib.primis ac nouissis,maioribus ac minorib.quæ fuerūt ante plagam,in omnibus miserabilibus ac lamētabilibus,grauibus quoque & mentē perturbantibus,animā cōminuentibus,præcordia perterrētibus. In his oīmbus. Nam nisi essent plurima & magna,atque terribilia,nō utique dixisset in his omnib.quæ ei acciderūt.tāq; si diceret. Quis regū à seculo talia bella peregit ô uiri? Quis ab initio procerū huiusmodi perfecit uictoriam ó homines,quemadmodū admirabilis Iob? Quis percussus est & nō est interfectus,sagittatus est & nō est uulneratus, doloribus est affectus & nō est deiectus, suffossus est & non est subuersus,miserijs est afflictus & non est cōminutus? Solus super omnes antiquos ac posteros immobilis gratificentiæ, & tolerantiæ scuto se circundās,

solusq;

ſolusq; aduerſus innumeros ſtans, inſuperabilis perſeuerauit, atq; ſolus de multitudine iniquorũ uictoriã ſumpſit. Hoc nimirũ ſcribens, ac proferens Moyſes, & tanquam perpetem titulum in formã tolerantiæ ijs qui in mundo ſunt ſtatuens, dicit: In omnibus quę ei acciderunt nihil peccauit Iob. Acciderũt ei diuitiæ, & gloria, ſed nihil peccauit, nõ em̃ eſt elatus in ſuperbiam. Accidit ei ſplendor & lætitia, ſed nec quicq; peccauit. Non em̃ eſt oblitus timorem domini, neq; dereliquit miſericordiam, ac miſerationẽ. Poſt hæc ui delicet accidit ei paupertas ac miſeria, ſed nihil peccauit Iob, quia nõ blaſphemauit om̃i um dominãtẽ. Accidit ei dolor, & plaga, & uermes, & putredo: ſed nihil peccauit iuſtus ille. nam cum gratiarũ actionibus uehemẽtes illos ſuſtinuit dolores. Veraciter ergo ſcribit magnus ille Moyſes de Iob, & ueraciter dicit: In omnibus quæ ei acciderũt nihil peccauit Iob, neq; in cõſpectu domini, neq; in labijs ſuis. Quid eſt quod dicis ô magne Moyſes? quid eſt qd̃ loqueris, neq; in conſpectu domini, neq; in labijs ſuis? Ego, inquit abſq; mendacio loquor, & iuſte loquor. In conſpectu enim domini nõ peccauit, hoc eſt in animæ conſilijs, neq; in cogitationibus, neq; in tractationibus cordis. His enim obſeruat, & iſta reſpicit facies domini, quæ in corde cogitantur atq; tractãtur, iuxta hoc quod dictũ eſt: Non ſicut uidet homo, uidet deus. Sed homo uidet in facie, & nõ in corde: Deus aũt uidet in corde & in facie & in cogitationibus, atq; in ipſis cordis cõſilijs. Iſtas ſcilicet cordis cogitatiões, cõſilia quoq; atq; tractatus deſignãs dicit: Neq; in cõſpectu dñi. Verba aũt & eloquia demonſtrans: Neq;, inquit, in labijs ſuis, ac ſi diceret. Omnia quæ prouenerunt ei ita ſuſtinuit Iob & ita ſupportauit, ut nec in uerbis labiorũ blaſphemaret Deũ, neq; in cordis cogitationib. reprehenderet, neq; in animæ conſilijs culparet. Quomodo malum cogitaturus erat Iob in corde ſuo aduerſus deũ, qui pro filiorũ cordibus curã gerens, dixit, ne forte filij mei in cordibus ſuis mali aliquid cogitauerint aduerſus deũ? Nõ peccauit, inquit, in cõſpectu dñi, corde male cogitando: neq; in labijs ſuis, illicita loquẽdo. Super hæc omnia, nõ dedit, inqt, inſipientiã deo. Quid eſt quod dicit, nõ dedit inſipientiã deo? Ac ſi diceret. Nõ extitit infidelis deo, nõ extitit infirmus, neq; inſtabilis, neq; perfidus, neq; cõmotus. Non dedit inſipientiã deo. Nõ enim fuit quemadmodũ domus illa quæ ſuper arenã eſt fabricata, quæ nõ habuit fundamentũ, hoc eſt fidei & pietatis firmamentũ, quę facile uentis & aquis cõmota cecidit. Sed non fuit talis beatus Iob, ſed firmus, ſtabilis, atq; immobilis fuit. Idcirco omnis impetus nequiſſimi, & omnis inundatio diaboli ſubuertere, uel deijcere immobilẽ illũ nõ potuerũt. Hoc itaq; demonſtrãs dicit: Nõ dedit inſipientiã deo. Sicut diximus nõ extitit infidelis deo, neq; infidigraphus, neq; ingratus. Aut adhuc, inquit, nõ dedit inſipientiã deo. Ac ſi diceret, nõ fecit ſermones dei neq; teſtimonia eius infidelia, neq; ſuperuacua, neq; mẽdacia. Quæ uerba dei, uel quæ teſtimonia? Ea quæ ad diabolum locutus eſt, teſtimoniũ perhibendo Iob, nõ fecit ea infirma uel ſuperuacua ſuccumbendo atq; detrahendo, ſed fidelia illa atq; firma fecit, cũ gratiarum actione ſufferendo cuncta ſibi accidentia. Merito ergo dicit, non dedit inſipiẽtiã deo, non extiterunt teſtimonia dei de illo infirma, neq; mẽdacia per illũ, ſed fidelia ac firma, atq; uera. Non dedit ullam occaſionẽ, uel ſuſpitionẽ infidelitatis deo. Nõ neceſſe habuit deus confundi de ijs, per quæ uelut fideli teſtimoniũ perhibuit illi. Nam cũ eſſet firmus & fidelis, non dedit inſipientiam deo, hoc eſt infidelitatem deo. Quod autẽ erubeſcat deus infidelibus, atq; infirmis, ipſe dominus oſtendit dicens: Qui erubuerit me, cõfundet hũc filius hominis cum uenerit in maieſtate ſua. Deus uerò atteſtabaṫ fidei Iob, diabolus uerò atteſtabaṫ infidelitati. Deus teſtificabaṫ quod nõ propter pecuniã, ſed ꝓpter dilectionẽ coluerit illũ Iob: diabolus uerò confirmabat quod non propter dilectionem colebat illum Iob, ſed propter ſubſtantiã. Poſtq; uerò omnia ei abſtulit diabolus et rem familiarem, & filios, & in eiſdem gratiarũ actionibus permaneret Iob circa deũ, tũc nihilominus apparuit quod nõ propter pecuniã, ſed ꝓpter dilectionẽ ſeruiebat deo: tũc ſcilicet teſtimoniũ diaboli infirmũ ac mendax factum eſt, dei uerò teſtimoniũ uerũ ac fidele probatũ eſt. Hæc ſanè uniuerſa uno uerbo oſtendens, atq; perſtringens, dicit: In his om̃ibus quæ ei acciderũt, nihil peccauit Iob, neq; in cõſpectu domini, neq; in labijs ſuis, & nõ dedit inſipientiã deo. Studeamus etiã ô uiri, ſtudeamus omni uirtute noſtra ô amici ut non demus infidelitatẽ deo, ut nõ exiſtamus ei infideles, neq; in fide, neq; in uerbis neq; in factis, neq; in cogitationib. neq; in cõſilijs, neq; in impietate, neq; in tribulationi

bus,neq; in delitijs,neq; in gloria,neq; in paupertate,sed hæc uniuersa cũ patientia transeamus,atq; cum gratiarũ actionibus sustineamus,ut in omni uita nostra fideles deo, & firmi in fide ac pietate reperiamur ad instar beati Iob qui in omnibus quæ ei acciderũt fidelis permansit coram deo,& fidelia omnia ostẽdit de se testimonia eius:qui primus hominum post Abel atq; Abraham his qui in mundo sunt bonorum dereliquit formã,qui nominatur atq; magnificatur inter homines in perpetuo, qui requiescit cum angelorũ choris in gloria incorruptibili in infinita secula. Qua requie etiã nos omnes dignos habeat misericordia domini.

IN IOB PRIMI LIBRI FINIS.

LIBER SECVNDVS IOB

S

ICVT pulcherrimi solis radij delectabiles sunt ad uidendũ omni homini illibatos oculos habenti,ita & admirabilis Iob passio desiderabilis est,ac delectabilis, atq; necessaria ad audiendũ omnibus pijs,omnibus credentibus,omnibus deum intuentibus, atq; deum diligentibus.Nam admirabilis Iob,cum prima congressione uictoriam de diabolo perfecisset,atq; triumphator de maligno extitisset, quãto magis uictoriam de illo sumpsit,tanto amplius illum ad zelum circa se,& ad maius certamen atq; bellum cõmouit. Velut enim inextinguibilis ignis flamma succensus nequissimus,tractans apud semetipsum dixit. Nunc mihi est belli tempus,nũc uictoriæ spes mihi nusquam est,nunc exurgã ad certamen circa Iob,nũc euidenter cecidi propter tolerantiã eius.Nõ,inquit,est mihi fugiendũ. Non enim permittit superationẽ uirtus ipsa quæ nũc est,sed adhuc est mihi congrediendum.Timeo em̃ ne rursus terribiliter cadam ante eũ.Sed interim fugit cũ non ualet & cõgredi nõ audet, & cõcertare metuit. Melius est,inquit,ut congrediar,q̃ ante secundã luctationẽ indeliberanter fugiam, aut ante secundam congressionẽ inutiliter terga uertã.Forsitan,inquit,in secunda congressione uictoria ad me reuertetur.Forsitan enim cõtemnit sua,& filios, seipsum autem nõ cõtemnit,suũ propriũ corpus nõ sperni t,proprios suos dolores nõ despicit.Quærã illũ, ipsum requirã,corpus ipsius percutiã dolore, liquefaciã uulneribus,cõsumã uermibus: forsitan his doloribus succumbens maledicet,forsitan hanc pœnã non sufferẽs blasphemabit.Diuersa enim immutant̃ tempora, aliquando huc, aliquando aũt illuc flectunt̃. Merito,inquit,est etiã mihi adhuc spes uictoriæ.Hæc itaq;,atq; his similia cogitans,atq; apud semetipsum tractans nequissimus diabolus,rursus impudẽtia utitur,rursus importunitatem demonstrat,rursus tanq̃ canis rabidus in baculum irruit, non considerãs propriam deiectionẽ,non intelligẽs propriã deformitatẽ. Rursus ante faciẽ dei subintroire audet,rursus irreprehensibilem illum Iob reprehendere nõ metuit,quo magis per omia confusus atq; cõuictus existeret.Hæc nanq; uniuersa demonstrans,atq; cõmemorãs,dicit:Et factũ est quasi dies illa.Quæ dies? Dies temporis,dies opportunitatis.Et factũ est quasi dies illa.Dies tolerantiæ,dies cõsummationis, dies adimpletionis primæ uictorię Iob.Et factũ est quasi dies illa.Dies in qua diabolus cecidit,Iob uerò surrexit:dies in qua diabolus humiliatus est,Iob uerò exaltatus:dies in qua diabolus cõfusus est,Iob uerò coronatus est.Et factũ est quasi dies illa. In qua rediuiuũ iudicium inter Iob & diabolũ est auditum,in qua rediuiuæ coronæ Iob ab angelis aptatæ,atq; consecratę sunt.Factum in quam est,quasi dies illa,similis ei de qua superius dictũ est, de qua iam superius plurima diximus.Et factum est quasi dies illa,& uenerũt angeli dei ut starent ante dominũ & diabolus uenit cum illis ut staret ante dominũ. Venerunt angeli,nõ de loco in locum translati,non de regione ad regionem transeuntes,non de prouincia ad prouinciam cõmeãtes,sed ante dominum iugiter perseuerantes.Nam si ut iustis lux semper,ita facies dei super iustos semper,ita ante deũ iusti semper, multo magis glorioſi atq; sancti angeli, qui indesinenter ac perpetue permanent ante Deum in gloria. Venire autem dicuntur uel ire,cum ad ministerium fuerint missi,cũ legationes adimpleuerint,cum mandata perfecerint,cum propter eos qui patiẽter sustinuerint, Deum magnificauerint,cum propter eos qui

Iob 2

eos qui salutem adipiscũtur deum laudauerint, quãdo pro perfectis cœlesti domino cõ fessi fuerint, quãdo pro omnimodis dei miraculis æterno regi indesinenter gratias egerint. Et nolite mirari ô amici quòd angeli uenire uel ire dicunt, quia maiora atq; mirabiliora audituri estis. Nã & ipse deus, qui est angelorũ atq; omniũ spirituũ rector & cõditor, uenire & ire dicitur, descendere & ascendere, sedere & surgere, dormire & à somno surgere, & quod est omnibus stupendũ magis, dicit tanquam potens crapulatus à uino. Exurge quare obdormis domine? exurge & ne repellas in finẽ. Et suscitatus est tanquã dormiens dominus, tanquã potens crapulatus à uino. Et descendit dominus & locutus est cũ Moyse. Et ascendit deus postq; locutus est ad Abrahã, & alia innumera his similia de deo in scriptura reperiunt fuisse dicta. Si ergo immobilis & inexcitabilis & inemigrabilis atq; simplex in ijsdem semper iugiter permanẽs deus hæc uniuersa dicitur, & ire & uenire, uenit, inquit, deus ad Balaam, & sedere & surgere: quid magnũ si angeli eius, atq; ministeriales spiritus uenisse ad deum dicunt ad increpandum diabolũ, atq; omnes qui operantur uoluntatem illius, & ad testandũ sanctis atq; syncerit atibus eorũ, quas habẽt circa deum? ad magnificandum deũ in misericordijs eius & bonitatibus eius, atq; longanimitatibus & inuestigabilibus eius miraculis, quæ indesinẽter ostendit circa genus humanum? Sic ergo uenerunt, & ueniunt angeli ante deum. Prima uice uenerunt ut iustificationibus Iob attestarent & fidei ac pietati eius, sed tũc sanè solis iustificationibus Iob attestati sunt. Nũc uerò secunda uice uenientes ante deũ, non solis iustificationibus eius sunt attestati, sed & tolerantiæ & iustificationibus, patientiæ quoq;, ac cõstantiæ, atq; dilectionis quam erga deũ habuit plenitudini. Istis nanq; omnibus attestantes glorioſi angeli, necnon & diaboli nequitiam accusantes, atq; mendacem illum cõprobantes, uenerunt ante deum, cum quibus & diabolus uenit. Venit nihilominus nõ facie ad faciẽ, sed cõsilijs & cogitationibus, sensibus atq; tractationibus, desiderijs ac deliberationibus sicut superius per plurima demonstratũ est. Quas cogitationes cum uideret deus, respondit illi, dicẽs: Vnde uenis tu? Respondit nihilominus nõ labijs loquẽs, nec uerba depromens, neq; colloquio suo iniustũ illum dignum faciens, sed nec omnino in præsentia eũ suscipiens. Nam ille quia à sanctis execratur, & odio habetur atq; conculcatur, in cõspectũ dei nunq; ueniet. Si em impij (ut superius dictũ est) non resurgẽt, neq; peccatores in cõcilio iustorũ: multo magis omnium impietatũ prouisor, atq; totius peccati auctor diabolus in cõcilium diuinũ nõ ueniet, neq; deifico colloquio dignus habebit, iuxta omia quæ in anterioribus memorauimus. Venit ergo cõsilijs & cogitationib. atq; desiderijs, & audiuit nõ colloquiũ, sed increpationẽ atq; obiurgationẽ nequissimarũ cogitationũ suarum, atq; infestorũ desideriorum ac deliberationũ suarum, quę demonstrans dicit: Et respondens dominus ait ad diabolũ. Vnde uenis tu? Interrogat præscius, atq; prouidus, qui omnem scientiã cunctis præstat hominibus, interrogat refugã, apostatã, aduersariũ, nequissimum, iniustũ. Interrogat ut ex ore illius, atq; ex responso illius eum arguat & cõdemnet, atq; conuincat, utpote mendacem & malignitatis zelo, ac liuore repletũ. Vnde uenis tu deiecte, confuse, humiliate? Vnde tu uenis uictus, superatus, cõculcatus? Vnde tu uenis qui de excelsis es expulsus, & super terram es cõdemnatus, qui de cœlis es proiectus, inter homines abdicatus? Vnde tu uenis, qui post iniquitatẽ festinas, qui post iniustitiã curris? Tu qui homicidia appetis, tu qui adulterij es cupidus, tu qui sanguine potaris, qui omnium impietatum super terrã es prouisor, omnium malorum inter homines inuentor. Vnde tu uenis? Tu qui tempus non habes, tu qui quietem nõ expectas, tu qui resumptionis memor nõ es, neq; requiem speras. Vnde tu uenis? Cõfitere, & noli negare, ostende, & noli celare. Sed nõ accipiẽs hæc nequissimus, nec omnino audisse se simulans, pro alijs alia respondit dicens: Circuiui omnem terrã, & peragraui uniuersum orbẽ qui sub cœlo est. Subtiliter fingis ô infelicissime diabole, humiliationẽ tuã tegis, deformitatem tuam reticescis, confusionem tuam minime depromis, quod à luto cõculcatus fueris, quod à terra deiectus, quod à puluere fueris superatus. Lutũ enim & terra & puluis est Iob propter terrenum corpus, sed interim terrenus ac luteus superauit, inquit, te ô diabole, qui cũ sis incorruptibilis spiritus, tanq; fulgur de cœlo cecidisti proiectus. Corpus scilicet luteum superauit fulgorem incorruptum, spiritum immortalẽ atq; incorporeum. Hanc scilicet confusionem tuam reticescens ac prætermittens ô callide diabole,

Psal. 43

Num. 22

gloriaris

gloriaris ac plaudis quod terrã circuieris,& ea quæ ſub cœlo ſunt peragraueris.Sed hoc in maximam deformitatem tuam dicis: nam gloria tua atq; elatio referta eſt omni deiectione.Si enim tantum potuiſti ut omnem terram,poſt hæc omnes terrenos,atq; uniuerſos qui ſub cœlo ſunt,circuires atq; peragrares, hoc eſt cõculcares atq; ſub te ſubijceres, quomodo non potuiſti uni terreno atq; corruptibili Iob prævalere? Sed omnis potẽtia tua,ac uirtus,atq; prædones exercitus tui & gladius eorum & triplicia equitum tuorum cornua & ignis qui de cœlo cecidit,ut tu dixiſti, & uenti qui ab eremo uenerunt, quod erat tuæ nequitiæ inſpiratio,uniuerſa,inquit,hæc infirma ac ſuperuacua extiterũt per iuſti Iob tolerantiã,atq; per gratiam actiones confuſa atq; auerſa. Poſt quæ uniuerſa, non, inquit,te ô diabole interrogo quam terrã circuieris,& ea quæ ſub cœlo ſunt peragraueris,de iſtis nanq; interrogare te opus non habeo. Scio enim quòd inceſſanti nequitia indeſinenter cuncta quæ ſub cœlo ſunt circuis,& peruolas,utpote aereus ſpiritus fulguris uelocitati cõſimulatus.Non,inquit,te de hoc interrogo,ſed hoc,unde ueneris, uel à quibus ueneris.Ab inconfuſo confuſus,ab exaltato humiliatus, à glorioſo ſpe uacuus. De iſtis,inqt,interrogo atq; de his te admoneo,cũ ſtes uelut igneis iaculis ſtimulatus. Quis enim eſt maior ignis diabolo quàm hic,ut à carnali & terreno ſuperetur atq; conculcet, cum ſit ſpiritus incorporeus? Vnde tu uenis ſeductor, inſidiator, humiliatus, deiectus, confuſus? Vnde tu uenis? Vbi eſt arrogantia tua? ubi eſt elatio? ubi magniloquiũ tuum? Vbi ſunt mẽdacia tua,quibus dixiſti quod me Iob propter pecuniam coleret? Tu facultates ei abſtuliſti,ego uerò gratiarum actiones atq; confeſſionem ab eo ſuſcepi.Nam cũ tu,inquit,omnem ſubſtantiam eius abſtuleris ut nõ habeat unde mihi hoſtias offerat,ſolita gratiarum actionũ mihi ſacrificia immolat ex mundo corde atq; cõſcientia pura.Vnde uenis tu ô diabole? Non à pœnitentia,non à conuerſione,neq; ab hoc quod deformitatem tuam uidens confundaris.Sic itaq; interrogo te maligniſſime unde uenias. Non enim uenis ſicut pridem ab Adam cum uictoria, ſed ſicut poſt hoc à Iob cum cõfuſione. Adã enim olim ſeduxiſti,ſed Iob poſt hoc non ſupplantaſti.Adã de paradiſo eradicaſti, ſed Iob à ſanctitate nõ auertiſti.Vnde tu uenis de excelſis expulſus,& de cœlis deiectus, de angelorũ choris proiectus? Vnde uenis tu qui ſuper terrã iniuſtitiam germinaſti, qui ſub ſole impietates diſſeminaſti,qui ea quæ ſub cœlo ſunt uniuerſa malis repleſti? Vnde uenis tu? Tu qui es mortis auctor,malorumq; inuentor,atq; malorum omnium initium, iniquitatis operator,pater mẽdacij. Vnde,inquit,tu uenis? Circuiui,inquit,omnem terram,& peragraui uniuerſa quæ ſub cœlo ſunt,& ecce adſum. Adſum,inquit,qui nõ ſuccumbo,neq; humilior,qui non conuertor neq; ſatisfacio, qui pœnitentiam non oſtẽdo, ſed tanq; uitijs indomitus perſto.Mutaberis, inquit, ô diabole in dilectiſſimo tuo, hoc eſt in temetipſo.Nam cum non flecteris,neq; ſubijceris,neq; pœnitentiam demonſtras, in irremediabilem inferorum pœnam demergeris,inextinguibiliigni gehennę traderis & tu & omnes qui te ad infidelitatem ſequuntur,tu inquã & omnes qui per te ad impietatem perſuadentur. Adſum,inquit,is qui nõ ita eſt in factura ſua factus, ſed in operibus ita demonſtratus,qui non ita eſt factus natura,ſed exiuit uoluntate.Non enim in factura naturæ,ſed in uolũtatis operatione diabolus eſt factus.Adſum,inquit,is qui peccatis cõgaudeo,qui impietatibus lætor,qui iniquitatibus iocundor,qui omni iniuſtitia & omnibus impudicitijs atq; omnibus malis delector.Adſum, inquit,is qui ſpem non habeo,q; ſalutem non expecto,qui miſericordiam nõ ſuſtineo,qui refrigerij non ſum memor.Circuiui,inquit,terram & peragraui eam,& ea quæ ſub cœlo ſunt,& ecce adſum. Cui poſt hęc omnia reſpondens deus dicit:Non te de hoc interrogo qualiter terrã circuieris,hoc eſt eos qui terrena ſapiunt,neq; de hoc quemadmodũ ea quæ ſub cœlo ſunt peragraueris,hoc eſt eos qui cœleſtia nõ deſiderant,ſicut & tu ipſe, q cœlo reuerti ultra nõ potes, ſed hoc te interrogaui & interrogo.Animaduertiſti ad puerũ meũ Iob? Ac ſi diceret,intellexiſti quid ſit Iob? Relaxaſti ſenſum tuũ ad eum? cognouiſtine illum, uel probaſti in declinabilem fidem eius,& immobilem firmitatẽ,& inuiolabilem fortitudinẽ,& inuiolabilem pietatem atq; religioſitatẽ illius? Animaduertiſti uel intendiſti ad puerũ meum Iob? ac ſi diceret.Certus es ô inimice omnium bonorũ diabole, uter noſtrũ ueritatem dixerit,ego an tu,uter abſq; mendacio loquutus fuerit,ego qui ei teſtimoniũ perhibui,an tu qui eũ accuſaſti.Dicis quod terrã circuieris,& ea quæ ſub cœlo ſunt peragraueris,re-

periſti

periſti ſimilem Iob? uidiſtíne æqualẽ illi? Ob hoc, inquit, te interrogo unde ueneris, uel unde uenias, ut oſtendam Iob ſanctitatẽ ac meritum, patientiã quoq; ac uictoriã, gloriã nihilominus atq; coronã, tuam uerò deiectionẽ, & humiliationẽ, confuſionẽ quoq; atq; perditionẽ. Quanquã enim tu neges, ſed ego oſtendã. Quãuis tu nõ confitearis, ſed ego non ſileo. Terram enim te circuiſſe dicis, perditionẽ tuam uerò non depromis. Cum abſcondis tuam deiectionẽ, coronas Iob furaris. Reſpexiſti ad puerũ meum Iob, qui caput tuum cõculcauit, qui humiliauit altitudinẽ tuam, qui deiecit elationem tuã? Gloriaris, inquit, nequiſſime Satana q̃ terrã circuieris, & ea quæ ſub cœlo ſunt peragraueris: ſed mala eſt hęc gloriatio tua atq; inutilis elatio. Ad malũ enim circuiſti terrã, & ad iniuſtitiã peragras ea quę ſub cœlo ſunt. Peruolas enim pelagus & aerem, & penetras oẽs gentes, prouincias ac regiones, ut plurimos filios gehẽnæ facias, ut pluriores tuæ pœnæ efficias particípes. Sícut enim canis rabidus uias ac tranſitus percurrit, ut omnes quos ante ſe inuenerit, alios quidẽ morſibus uulneret, alios nihilominus in ſtuporem deducat terroris: ita & tu, inquit, nequiſſime Satana terram circuis, & ea quæ ſub cœlo ſunt uniuerſa peragras, non ut aliquem cõponas, ſed ut cunctos extermines, quorundã animã per peccata uulnerans, aliorũ nihilominus mentes obtundens atq; infatuans. Et cur ſuperius ſanè illum diabolum appellat, nũc uerò Satanã? Diabolus enim accuſator interpretatur, Satanas uerò reſiſtens uel rebellis, aut etiã contumax. Ergo quia ſuperius occulte quidẽ accuſauit Iob ad deum, idcirco ſuperius diabolum illum appellat, utpote accuſatorẽ: Nũc uerò rurſus quia ad euidentem contumaciã circa Iob peruenit, merito Satanã illũ dicit: utpote rebellem. Reſpexiſti ad puerum meum Iob ô infelix diabole? Cũ dolore audiſti, quod puerum ſuũ nuncupauit deus Iob. Dolor tibi fuit hæc uox amaritudinis, hæc auditio grauis tibi fuit, hic dictus uæ tibi fuit pro hoc teſtimonio qd' atteſtatus eſt deus Iob, dicens: Reſpexiſti ad puerũ meũ Iob? Et ante, inquit, puer meus fuit, & nunc puer meus permanet, & tuæ nequitiæ accuſatio nihil ei prævalebit. Reſpexiſti ad puerũ meũ Iob? Superius dixit: Animaduertiſti ad puerũ meum Iob: nunc uerò, reſpexiſti ad puerũ meum Iob. Ac ſi diceret: uidiſti, probaſti, certus es, quia & antea ſeruus meus fuerit, & nunc ſeruus meus permanet, & à mea, inquit, ſeruitute nunq̃ fugit, nec fugiet. Et ipſe, inquit, teſtis ſum, & angeli mei auditores, qui in conſpectu meo ueniẽtes, & Iob tolerantiã mirantes dixerũt. Magnũ miraculum uidimus inter homines ô terribilis creator omniũ, nimio ſtupore dignũ ô æterne rector uniuerſorũ. Vnus terrenus homo de limo plaſmatus noſtris immortalibus angelorũ choris multo inferior, illũ qui ex immortalibus Cherubim officijs cecidit atq; proiectus eſt diabolũ, ſola tolerantia ac deuotis gratiarũ actionibus ſuperauit atq; in fugam uertit, & omnes fraudes eius atq; iniquitates ſuperuacuas demonſtrauit. Reſpexiſti, inquit, ad puerũ meũ Iob? Ad illum obtemperantẽ puerum atq; uerum, qui percuſſus nõ diſceſſit, qui cæſus eſt, & nõ deliquit, qui tibi eſt traditus, & nõ me denegauit, qui à te percuſſus eſt, & mihi gratias agit. Iſtũ, inquit, puerũ reſpexiſti qui aduerſum te ſtetit, & mihi non reſtitit, qui aduerſum te dimicauit, & me adorauit, qui te conculcauit, & me non contempſit, qui te odio habuit, & me dilexit? Ad hunc, inquit, puerũ meũ reſpexiſti? Ad hũc cui ſimilis in tolerantia à temporibus Abel nõ fuit? Abel enim cum ſemel ſuſtineret internicionẽ, trãſiuit, & requieuit. Iob uerò cũ plurimo tẽpore ſuſtineret, diutius morte affectus eſt, & multipliciter dolorib. mulctatus atq; afflictus. In quo apparet, inquit, quod nõ eſt illi ſimilis homo ſuper terrã. Abrahã nõ eſt, Melchiſedech translatus eſt, Noe requieuit, Enoch eleuatus eſt, Abel aſſumptus eſt. Merito non eſt illi ſimilis alius homo ſuper terrã. Ex his qui nũc ſunt, ex his qui modo uiuunt, nõ eſt illi ſimilis ſuper terrã. Intende quia nõ dicit, non eſt illi ſimilis ſuper terram ex ijs qui fuerunt, uel erunt: nam poſt hoc fuit Ioannes, quo maior inter natos mulierum nõ fuit. Merito de ijs qui tunc fuerũt, dicit: Non eſt ſimilis illi alius ex his qui ſunt ſuper terrã. Ac ſi diceret. Ex his qui ſunt ſuper terrã in temporibus eius, in diebus eius, in uita illius, nõ eſt alius ſimilis illi, in iuſtitia, in fide, in pietate in tolerantia, in conſtantia, in gratiarũ actionibus, in miſericordia atq; in omnibus uirtutibus, nõ eſt alius homo ſimilis illi in terris. Quis alius ante eum, uel poſt eum talia ſuſtinuit, & ſuſtinens gratiarum actiones recompenſauit pro uehementioribus doloribus atq; amariſſimis pœnis? Quis extitit tolerantiæ Iob forma? nullus. Abraham enim filiũ immolare præceptus eſt, ſed protinus identi dem uiuum

Matt. 11

Gen. 22

dem uiuum illum ſuſcepit, quẽ mactaturus atq; immolaturus fuerat. Iob uerò nõ ita, ſed repente, ſubito, inſperate ſeptem filios, & tres filias ſimul pariter mortuos, & nunc̃q; reui uiſcentes audiuit & uidit: ſed fides ex eo mortua non eſt, neq; patientia, neq; gratiarum actio, neq; dilectio quam erga deũ habuit. Sed quemadmodũ aurũ per ignem tranſiens ſplendidius atq; glorioſius efficitur: ita & Iob tentationũ ignẽ tranſiens, clarior atq; deo precioſior atq; acceptabilior cõprobatus eſt. Merito ergo dicit: Non eſt ſimilis illi ſuper terram. Fulget, inquit, tanquã ſol ueritate ac patientia, relucet fide & tolerãtia uelut cœli luminaria. Ob hoc nõ eſt ſimilis illi alius ſuper terrã, firmus ut lapis, ut fundamentũ immobilis, tanc̃q adamas incõminutus. Non eſt ſimilis illi ex his qui ſunt in terris. Sine querela, utpote nec ab angelis, nec ab hominibus in ullo eſt reprehẽſus. Iuſtus, utpote iuſto dei iudicio iuſtus cõprobatus. Verus, utpote nec in uerbo, nec in facto, neq; in magno, neq; in minimo falſitati approximãs, neq; mendacio cõmunicãs. Dei cultor, utpote nõ oberranti animi conſcientia unum colens omnipotentem, omniũ creatorem, patrẽ Ieſu Chriſti. Abſtinens ſe ab oñibus operibus malis, & antea & nũc, ab initio & uſq; in finẽ. Non enim, nec antea facultatũ abundantia, neq; nũc bonorum perditio ad mala eum declinauerunt. Super hæc omnia quidẽ ſummo ſingulari atq; mirabili modo perſeuerãs in ſimplicitate. Cum tanta, inquit, à te ſuſtinuerit, cũ tanta à te paſſus fuerit, tanta ex tua malitia ſupportauerit, adhuc perſeuerat in ſimplicitate. Oñes qui in doloribus, & in tormẽtis atq; in paſſionibus fuerint, ipſis doloribus examaricati atq; exaggerati, amariores, & noxiores atq; peiores efficiũtur. Sed non ita eſt, inquit, cõſtantiſſimus Iob, ſed ita nõ eſt admirabilis ille uir, ſed adhuc perſeuerat in ſimplicitate. Ac ſi diceret, adhuc innocẽtior in ipſis doloríb. perſeuerat, adhuc lõguanimior, adhuc modeſtior, adhuc benignior adhuc iuſtior, adhuc ſyncerior circa deũ. Quantũ eñ, inquit, tu ó diabole augmẽtaſti ei mala, tantum Iob adiecit ad innocentiã. Adhuc perſeuerans in ſimplicitate. Adhuc inqt ac ſi diceret. Super omnia quæ ei feciſti, ſuper omnia quæ ei oſtendiſti, ſuper omnia quibus eum afflixiſti, ſuper omnia hæc uidelicet adhuc perſeuerat in ſimplicitate. In præcedẽtibus laudat̃ Iob à deo, utpote iuſtus ac uerax dei cultor: nũc uerò adiecit illis deus ſuper
Iob 2 hanc laudem dicens: Perſeuerãs in ſimplicitate ſua. Bene ac digne. Figura eñ fuit eorũ, qui in noua gratia omnia in ſimplicitate tranſierunt atq; ſuſtinuerunt, nulli malũ pro ma-
Matt. 5 lo reddentes, ſed præceptum domini adimplẽtes, dicentis: Diligite inimicos ueſtros, & benedicite eis qui maledixerint uobis, & uolenti auferre pallium tuũ dimitte ei & tunicam. Horum nanc̃q omniũ typum gerens beatus Iob, cum hoc quod in ſimplicitate perſeuerauit atq; cuncta ſuſtinuit, cum hoc ipſo etiam auferenti pallium ſuũ, hoc eſt omnẽ ſubſtantiam ſuam diabolo, & tunicam dimiſit, conſcindẽs illam atq; proijciens illi, & dicens: Quæ poſtulaſti à deo, accepiſti: tolle & hæc quæ non quæſiſti, tunicam atq; palliũ meum. Perſeuerãs adhuc in ſimplicitate. Nam quantum ad tuos ſermones ó diabole aduerſarij in eum inſurrexerũt, inimici eũ deprædati ſunt: ſed nec iſtis in aliquo replicauit, ſed circa iſtos omnes ſimplicitatẽm oſtendit. Merito dicit, perſeuerãs in ſimplicitate, typum atq; figurã gerens domini dicentis per prophetam de ſemetipſo: Ego aũt tanquam agnus immaculatus ductus ſum ad ſacrificiũ. Sic itaq; admirabilis Iob perſeuerat in ſimplicitate: ſuper hæc uniuerſa quæ ingeſſiſti ei perſeuerat in ſimplicitate. Et quis, inquit, poſt hoc ex his qui audierint, uel agnouerint, nõ me reprehendat, qui tantũ permiſi tuæ crudelitati aduerſus iuſtũ illũ inſurgere, & ita immiſericorditer innocentẽ uexare? Poſt quæ uniuerſa perſeuerat in ſimplicitate. Ecce, inqt, antea laudaui teſtificãs tibi quis fuerit Iob, ecce nũc adijcio ſuper laudem eius, dicens: Perſeuerat in ſimplicitate. Perſeuerat (ait) id eſt expectat. Quid ergo expectat? Expectat tolerãtiæ remunerationẽ, expectat coronas innocẽtiæ. Aut adhuc expectat inquit. Quid, inquit, expectat? Te, ait, expectat ô diabole tanquam audax belligerator, tanquã conſtantiſſimus præliator, tanquã admirabilis uir fortis. Sic itaq; ait, expectat, nõ dubitat: non terga dedit, ſed adhuc expectat. Adhuc, inqt, expectat ut te ſuperet atq; deuincat, cõculcet atq; humiliet, & omnimode deiectũ atq; cõfuſum demonſtret. Cum talẽ ergo noueris eſſe Iob, & ita prompte te expectantem ad ſecundam congreſſionẽ, ſi audes approxima, incipe, apprehende, paratũ inuenies te expectantem. Adhuc, inquit, expectat in ſimplicitate: Tu aũt terram circuis, & ea quæ ſub cœlo ſunt peragras, ut idola fundas, ut adulteriũ germines, ut homicidiũ

multiplices

multiplices,ut ſanguinẽ effundas,ut artes magicas,& auguria, & diuinatiões atq; male ficia diſſemines,ut infidelitatẽ doceas,ut dei blaſphemia atq; omnib.malis, ea quæ ſunt ſub cœlo repleas,ut caſtos uel caſtas polluas,ut pios ad impietatẽ declines, ut iuſtis moleſtias atq; tribulationes ſuſcites.Pro his,inquit,omnibus tu ô diabole terram circuis,& ea quæ ſunt ſub cœlo peragras.Iob uerò nõ ita, ſed expectat adhuc in uno loco tanquã in eadẽ patientia, & ueritate, in eadẽ fide & pietate atq; dei cultura fundatus, ſtabilitus atq; cõfirmatus,& nunq; ab ea declinatus, aut præuaricatus. Sic itaq; expectat immobilis,atq; innocẽs.Aut adhuc expectat in ſimplicitate.Colũba,inquit,eſt ſimplex,rationabilis,ſpiritalis,incorruptione digna,acceptabilis,angelis dei familiaris.Idcirco tanq; columba ſimplicitatẽ oſtẽdit. Nã ſicut colũba de nido effugata ſublatis ſibi pullis atq; ante oculos mactatis,nõ indignaf,neq; terref,neq; nidũ deſerit, neq; ad malitiã immutaf: ita & beatus Iob cũ nidus ab eo auferret, hoc eſt diuitię atq; ſubſtantia,& filij eius interficerentur ante oculos eius, non eſt indignatus, neq; ad malitiã hoc eſt ad blaſphemiã, aut ad maledictionem eſt immutatus,ſed cuncta ſuſtinuit cum innocentia atq; gratiarũ actionibus.Pro his ergo omnibus dicit,perſeuerans in innocentia.Tu uerò dixiſti perdere rem eius ſine cauſa.Nunc rem eius dixiſti ut perderes:poſt paululũ aũt carnes eius dicis ut perdas,ut iſta in ſimplicitate ſuſtinẽs Iob,augmentũ glorioſarum coronarũ accipiat,& tu,inquit,ô uerſute diabole augmentũ confuſionis et deiectionis atq; ruinę percipias,utpote & de cœlo deiectus,& in terris ab Iob proſtratus, etiam & in hoc ultimo expectans quando à dño Iob atq; omniũ rectore deo unigenito per crucẽ proſternaris atq; in infernos demergaris.Tu inquã dixiſti rem eius perdere ſine cauſa, neq; ut prȩcipiens,neq; ut imperãs.Caruiſti em hoc ô diabole,ut cũ poteſtate dicas iubẽdo,uel prȩcipiẽdo:ſed dixiſti quærẽs,poſtulãs,ſupplicãs,petens.Sic inquã dixiſti, rẽ eius perdere ſine cauſa.Age,inquit,quod ille hoc eſt diabolus ita dixerit,ita petierit,ita quæſierit,ita ſupplicauerit,tu uerò cur exaudiſti,cur acquieuiſti,cur dediſti, cur ſine cauſa rẽ illius iuſti perdere permiſiſti? Ob hoc,inquit,exaudiui,ob hoc acquieui,ob hoc rẽ atq; filios eius perdere permiſi,ut appareret Iob iuſtitia,& diaboli iniuſtitia, ut appareret mea ueritas,& diaboli mẽdaciũ,ut clareret meũ teſtimoniũ, & iniqui illius blaſphemia. Dixiſti, inquit,ſed nõ ut iubẽs.Niſi,inquit, exaudirẽ, & acquieſcerẽ atq; traderem omnem rem Iob in poteſtatẽ diaboli,& perdere omne peculiũ ac filios iuxta uoluntatẽ ſuã permitterem,nunq; utiq; cognoſceret diabolus,quia nõ propter rem coluerit me Iob,ſed ,ppter charitatẽ:nunq; utiq; quieſceret blaſphemãdo ſanctos ante deũ & homines, ſed in hoc ſtaret atq; oẽs homines ſcãdalizaret, quia & deus fauorabiliter colẽtibus ſe rem daret, et colentes illũ non propter dilectionẽ,ſed propter rei familiaris gratiã ei ſeruirẽt.Merito ergo ne poſſet hæc dicere diabolus dedit illi in poteſtatẽ & rem Iob, & filios, & poſt paululum ipſum corpus eius ad ſuppliciũ.Si ergo cũ tanta ingeſſiſſet Iob, & ille in ijſdẽ gratiarũ actionibus atq; cõfeſſionibus perſeueraret adhuc, ſuper hæc omnia eadẽ uſus eſt impudẽtia atq; improbitate dicẽs:Coriũ ,p corio, quid faceret ſi omniũ bonorũ Iob poteſtatẽ non acciperet? Ob hoc,inquit,in poteſtate eius tradidi,nõ quod diabolo placere uoluerim,ſed totũ mũdũ informare feſtinãs, quę ſit mea iuſtitia,& diaboli iniqtas, liuor quoq; eius atq; inuidia, & quæ ſit iuſtorũ fides & tolerãtia, uel dilectio eorũ circa me.Similiter petijt,& petet uſq; in finem ſeculi pro omnibus ſanctis, ut poteſtatẽ accipiat ut corpora eorũ affligat, & animas eorũ tangat. Sic afflixit martyres per principes huius mũdi, igne & gladio conſumens carnes eorũ. Hæc nanq; fuit uoluntas & petitio diaboli, ut ſanctos tormentis afficeret, atq; torqueret. Et hæc fuit ſanctorũ oratio,ut omnia ſupplicia propter deum ſuſtinentes æternæ glorię apud eum in fide efficerent hęredes.Quod aũt hęc petat diabolus oſtendit euidenter dominus dicẽs:Satanas petijt ut uos cribraret tanquã triticum,& cætera. Hæc nanq; uniuerſa propter improbitatẽ, atq; impudentiã, zelũ quoq; ac inuidiã maligni quã habet circa ſanctos, dicta ſunt. Ad quẽ de iſtis loquens deus dicit: Tu aũt petiſti rem eius perdere ſine cauſa.Cuius rem? Iuſti ac pij atq; credentis Iob.Deſideraſti rem eius perdere ſine cauſa,pro tuo, inquit, zelo atq; inuidia, pro tua maligna ſuſpitione callidiſſime diabole. Petiſti rem eius perdere ſine cauſa:nihil peragens, uel perficiẽs niſi ſolam iniquitatẽ tuam atq; malitiam. Petiſti rem eius perdere ſine cauſa.Porrò ſine cauſa perijt.Quare periuit? Diabolo,inqt,ſine cauſa

periuit. Nihil enim peregit, neq; perfecit, cũ rem eius perderet, nisi suã delectionẽ atq; humiliationem ostendit. Iob uerò hæc res non sine causa prouenit, sed ad ingentẽ gloriam & laudẽ atq; honorẽ huius rei perditio prouenit corã deo & angelis eius: & apud deum gloriæ augmentatio ei prouenit, & super terrã duplex pro remuneratione receptio atq; retributio. Sic itaq; diabolo quidẽ sine causa facta est huius rei pditio: Iob uerò non est facta sine causa, sed pro æternæ beatitudinis remuneratione, & in cœlis corã angelis dei, & in terra in conspectu omniũ gentiũ. Increpãs ergo & redarguens atq; obiurgans diabolũ, dixit. Tu uerò petisti rẽ eius perdere sine causa, tu desiderasti, ut petisti, tu quæsisti, tu rẽ eius festinasti perdere sine causa. tanq; si diceret, ubi est præsumptio tua ô diabole, quod mox ut rem eius abstulisses cõtinuo eũ à pia dei cultura atq; eius gratiarũ actionibus discedere fecisses? Vbi est, inquit, arrogãtia tua bonorũ omniũ inimice diabole? Vbi tumultuatio tua atq; seditio? Vbi labor tuus atq; sollicitudo? Vbi cõtentio tua atq; altercatio? Laborasti enim atq; certasti bella diuersa cõficiendo, & castra statuẽdo, & equites demonstrãdo, & igne exurendo, & uentos admouendo, & fundamẽta quatiendo, & domos deijciendo atq; omnẽ sollicitudinẽ demonstrando, ut iusti Iob rẽ atq; filios perderes. sed frustra extitit ingens tuus labor atq; sollicitudo. Rẽ em̃ Iob perdidisti, sed iustitiã eius nõ perdidisti, sed fidẽ eius ac pietatẽ non dissipasti. Idcirco audi inqt, cum increpatione. Petisti rem eius perdere sine causa: sed olim quidẽ rem Iob sine causa perdidisti: post hoc aũt cum dñs uenisset ad terras, illius unguẽti perditionẽ gratis fieri
Matt.26 estimasti, dicens per os Iudæ: Vt quid hæc pditio huius unguenti facta est? Et unguentũ sanè quod pro bono cum fide effusum est perditionẽ iudicasti: rem uerò Iob quę cũ iniquitate perijt, perditionem non æstimasti. Et quod maius est hoc, unguentũ illud quod à Iuda effusum est, hoc est sanguinem unigeniti, perditionẽ reputasti. Nã sicut cũ illic unguentũ illud effunderet, repleta est domus illa unguẽti odore: ita & istic, id est in passione domini, cũ sanguis domini effunderet, repletus est orbis terræ salutis suauitate. Sed in his omnibus nõ cessauit nequissimus, & improbus atq; impudens diabolus, neq; cõfusum se recognouit: sed tanq; canis rabidus ad baculum infelix cucurrit, cũ priorẽ suã deformitatẽ non intelligit, sed sperat quòd per nouissimũ bellũ priorẽ ruinam posset resarcire, nesciens miser quod nouissima peiora prioribus ei essent efficiẽda. Idcirco post hæc uniuersa, respondit diabolus ante deũ, & dixit. Coriũ pro corio. O impudentia atq; improbitas tua ô diabole: tantã deformitatẽ atq; cõfusionem tuã non consideras, sed inuerecunde atq; identidem, hoc est iterũ atq; iterũ recurris cõtraria tibimetipsi loquẽdo ac dicendo atq; quærẽdo, & temetipsum destruendo. Primũ enim dixisti cum ad deum de Iob locutus fuisses, aufer illi rem, priua eum diuitijs, minue eũ opulentia, humilia eũ de altitudine, denuda illum his quæ dedisti, si nõ continuo in faciem maledixerit tibi, et detraxerit atq; blasphemauerit. quasi magnum fuerit hoc, ut diuitiæ atq; res eius familia res auferrentur. Quod ergo tũc magnificasti, ut ei res familiares auferrentur, hoc nũc nimirũ minoras. Quod tũc singulare atq; indubitabile iudicasti, quod sublatis diuitijs Iob continuo esset blasphematurus, hoc nihilominus nũc ad nihilum redigẽs dicis, corium pro corio. Corium diuitiarum pro corio corporis, corium bonorũ pro corio ossiũ. Hæc nanq; duo coria repetit, ac memorat istic diabolus: rem familiarẽ & diuitias exterius corium: interius uerò coriũ corpus & ossa. Coriũ quod non ualde doleat, rem familiarem: coriũ quod ualde doleat, coriũ corporis. Hæc scilicet cogitans malignissimus diabolus, à quo nunquã malę cogitationes deficiũt, hęc ergo nequissimus diabolus nequiter atq; callide tractãs, dicit ad dñm de Iob: Coriũ pro corio. ac si diceret, quid magni passus est Iob? quid graue sustulit hic quẽ defendis? Rem familiarẽ & filios amisit, sed sperat q; rursus & rem & filios acquirat, confidit quod & identidem dessicut et ante dedisti. Pro hac ergo spe atq; confidentia necdũ à te recessit, necdum te reliquit, nec dũ te detraxit, necdum te blasphemauit, quia necdum tetigerunt illum dolores corporis, quia necdũ apprehẽdit eum ossiũ pœna. Corium pro corio. Exteriore, inquit, corio decoriatus, hoc est rem familiarem ablatam contempsit atq; ad nihilũ reduxit: tange interius coriũ eius, hoc est tormentis affice carnes eius: & contere carnes illius, et apparebit constãtia eius, quam nũc habere uidetur. Superuacua enim fides eius, quam nũc circa te habere se putat. Corium pro corio, Ac si diceret, dolorem minorem pro dolore maiore, pœnam moderatiorem

deratiorem pro pœna fortiore. Minorem, inquit, ac leuiorẽ atq; moderatiorẽ sustinens Iob dolorem uidetur adhuc cõstantiam habere, pro grauioribus leuiora facile sustinẽs, pro acrioribus mitiora leniter sufferẽs. Nã omnis pœna, & omnis dolor qui foris fuerit à corpore, leuior uidetur esse magis quàm illi dolores, qui sunt in corpore. Ideo Coriũ ꝓ corio, hoc est pœna minor pro pœna maiore, dolor leuior pro dolore uehemẽtiore. Nã aliud est rem familiarem amittere, & detrimenta sustinere, aliud sanè est carnib. ipsis putrescere, & uermibus repleri, & in puluerẽ terræ cõmassari humore hulcerũ. qui ex ipsis liquescẽtibus carnibus ducitur. Idcirco facile sustinet Iob exteriorꝭ coriꝭ dolorem pro dolore coriꝭ propinquioris, hãc rei familiaris direptionẽ pro corporis afflictione. Quãdiu ergo leuiorem dolorẽ sustinet, illouscꝫ à te nõ discedit, necꝫ negabit te. Immuta, inquit, coria, hoc est immuta dolores, et cõtinuo immutari eum ad blasphemiã senties. Corium, inquit, pro corio. Huius rei exemplũ etiã in nobis uidemus. Nam cum percutitur quilibet, uel cæditur, frequenter manum pro toto porrigit corpore, et protegit caput et dorsum manu, & uidetur illi, ut in manu magis percutiatur quàm in dorso, uel capite, et dat corium pro corio, coriũ manus pro corio capitis. Hæc itaq; uniuersa designãs neqssimus, callide dicit de Iob, coriũ pro corio. Nam sicut hi qui uapulant, corio manus alterum corporis protegunt corium, ob hoc tantum ut corpus integrum habeãt: sic, inquit, & Iob exteriora rei familiaris detrimẽta contemnit uniuersa, tantũ ut corporis effugiat pœnã. Sic nãq; & hi qui in mari nauigant, cum periculũ passi fuerint omnia quę in naui habuerint cõtemnunt atq; in mari proꝭciũt ob hoc ut ipsi euadant. Sic & quicunq; diutum cum in corporis infirmitatem inciderint, omnem substantiam suã libenter offerũt, tantum ut corporis incolumitatẽ recipiãt. Sic, inquit, & Iob omnes diuitias, & omnem rem familiarem facile contemnit, tantũ ut dolores non cõtingant carnes eius. Quo aũt proposito dixerit hæc uniuersa nequissimus dæmon, per hæc quæ sequuntur ostẽdit, dicẽs: Omnia quæcũq; habuerit homo, dabit pro anima sua. Sic, inquit, & Iob omnia quę- Iob 2
cunq; habuerit contempsit, tantũ ut corpus cõseruaret illęsum. Sed adhuc, inquit, coriũ pro corio: Quis dixit hoc? Diabolus. Ad quẽ dixit? Ad deũ. De ꝙ dixit? De Iob. Quo proposito dixit? Superius multipliciter demonstrato. Super hęc aũt uniuersa, adhuc audi de his quæ dudũ in principio facta sunt. Cõmonefacit istic nequissimus diabolus: qapridem quando Iob pater atq; patriarcha Adã, meis (ait) seductionibus obediens te cõtempsit, ob hoc pelliceis tunicis à te creatore indutus est ꝓ uindicta abnegatoris, eo qꝫ te dereliquerit, ad me aũt ierit, & ex hoc huius rei mihi debitor extitit, merito nunc, inquit, corium pro corio. Corium, inquit, Iob, pro corio Adam da mihi. Vexaturus erã corium Adam, & non me permisisti. Da ergo mihi coriũ Iob pro corio Adam. Da mihi corium filiꝭ pro corio patris. Exigam, inquit, à filio debitũ genitoris. Persoluat (ait) pellem uel corium nouissimus nũc prioris tunc debiti. Vlciscar peccata prioris patris eius, atq; patris omnium. Hæc itaq; uniuersa memorans atq; de his uniuersis admonens nequissimus, malignissime dicit. Corium pro corio. Corium Iob pro corio Adæ. Corium filiꝭ ꝓ corio patris. Corium posterioris pro corio prioris. Ita scilicet diuerse demonstrat ac memoratur hoc quod ait corium pro corio. Et adiecit dicẽs: Omnia quęcũq; habuerit homo dabit, & eruet animam suam. Verũ est hoc, quia cum ad periculũ, uel discrimen peruenerit homo, omnem rem familiarem contemnit, uniuersam substantiã suam spernit tantum ut animã eruat, ut animã suã incolumem liberet. Et nunc cum speras quod aduersum Iob loqueris, pro Iob loqueris ô inimice omnium bonorum diabole, & non intelligis. Euidẽter enim Iob plus quàm cęteri plurimi omnia quęcunq; habuit despexit atq; contempsit, & diuitias, & possibilitatem, & filios, & rem familiarẽ, ob hoc tantũ ut animã suã acquireret atq; lucrifaceret, ut animam suã illæsam, & incontaminatam atq; illibatã custodiret. Hæc scilicet dicendo ô diabole, & teipsum cõfundis, Iob uerò propositum ostendis. Omnia quæcunq; habuerit homo, dabit ut eruat animam suam. ob quã rem? quia redemptio uiri propria est substantia. Omnia quęcunq; habuerit homo dabit ut eruat animã suam. Hoc egit Iob, propterea animam suam inuiolatã cõseruauit. Hoc egerũt beati martyres, idcirco postq; omnia corruptibilia atq; terrena contempserunt, post hoc nihilominus proprium corpus in pœnã atq; in incendium tradiderunt, ignem atq; gladium sustinentes, tantum ut animas suas mundas atq; castas deo exhiberẽt. Sed

interim uideamus adhuc post hæc quæ bene digesta sunt. Nam sæpe etiã à malo aliquid boni proficiscitur, nõ quod pessimus & malignus ita uoluerit, sed quia bonus ac benedictus deus maligni malitiã in bonũ conuertit timentibus atq; diligentibus se, sicut Iob, uel martyribus atq; credentibus, qui omni tolerãtia superantes nequitiã eius æternę uitæ atq; glorię hæreditatẽ capient apud deũ. Sic etiã nunc ístic sermo qui maligne à diabolo dictus est, omnia quęcunq; habuerit homo dabit ut eruat animã suam, pro pietatis cõmemoratione diligentibus deum proficit. Veruntamen ut diximus post hæc uniuersa maligni ipsius diaboli ex ipsis sermonibus eius notã ostẽdamus, cum iniquitatis eius arma in eũ cõuertimus. Dic ô nequíssime diabole aduersum te, ab initio de re familiari atq; diuitijs Iob locutus es, nunc uerò animam proponis, animã nominas. Ob quã rem, nisi ob hoc, quia iam maligne de anima Iob tractas? quia callide animã eius quęris? Nec dum corij eius potestatem accepisti, necdum pellis eius, hoc est corporis eius, constanti am approbasti, & iam animę eius quęris supplantationẽ, omnia inquiens quæcũq; habuerit homo dabit pro anima sua. Post hæc adiecit, dicens: Nõ ergo ita est. Quid dicis ô diabole, non ita est? Vel ob quam rem hoc dícis, nõ ergo ita est? Ac si díceret nõ est adhuc definitum, necdũ est deliberatum, non est sicut Iob arbitratur, quòd iam uicerit, q̃ omnia perfecerit atq; impleuerit, necdum est in fine doloris, sed in initio. Non ergo ita est sicut dictũ est, quod non sit illi símilis alius super terram. Quid omnino peregit? quid sustinuit? Quid supportauit? Nec quicquam magnum aduersus futura. Cum sustinuerit nouissima, tunc demum laudabitur, nunc uerò non ita est. Sed porrige manum tuam, & tange carnẽ eius, & ossa, si non in faciem tibi benedixerit. Tange, inquit, rẽ familiarẽ & filios, tange diuitias & possibilitatem, tange, inquit, carnem & ossa, si non in faciẽ bene dixerit, hoc est maledixerit. Patiẽtia, inquit, in dolore carnis ostendatur, sufferẽtia in ossium pœna demonstretur. Porrige manum tuam. idẽtidem ô diabole manũ ut porrigat quærere fingis, quemadmodum & superius. Nã uere ut tibi tradatur cupis, ut tibi in potestatem detur uis. Porrige manum tuam. Ad quid faciendum porrigam? tange, inquit, carnem & ossa eius. Afflige, inquit, comminue, contere, dolorib. affice, putrefac carnes eius & ossa, & uniuersas cõpages neruorũ illius, si non in faciem tibi maledixerit atque blasphemauerit. Hoc, inquit, sit indiciũ patientiæ, & firmitatis atq; cõstantiæ eius, ut ossium tormenta absq; numeratione sufferat, ut dolores corporis absq; reprehẽsione sustineat, ut putredinẽ uermiũ supportet absq; blasphemia. Ob hoc ergo dico nõ ita est, sed porrige manũ tuam, ut sit inchoatio huius belli, certaminis quoq; atq; disceptationis, ut appareat Iob constantia perfecta, aut meus sermo ueridicus. Cui digne respondeat. O inimice omniũ bonorũ diabole nõ tibi suffecerũt propria, sed tantũ crudelitate atq; impietate aduersus iustum hunc uteris, tantũ iniustitiam me perficere cupis, ut iustũ Iob tibi iniusto cõtradã? ut innocentẽ impio deputẽ? ut miserijs afficiam eũ qui sine peccato est? ut molestiã ingeram deuoto? ut nõ discedentẽ percutiã? ut flagellem nõ delinquentem? ut tribulẽ gratias agentẽ? Quid hoc indecorosius atq; illicitius? Quis omnino carnaliũ hoc faciat? Quis ex terrenis prorsus hoc agat, ut morigerũ atq; deuotũ seruũ, iniuste ad supplicíũ cõtradat? Sed interim ut tuã iniquitatem redarguã atq; iniustitiã obiurgem, ecce trado tibi eũ, ut absq; cõtradictione cõuincaris, & absq; excusatiõe cõdemneris atq; in omnibus mendax cõproberis. Ecce trado tibi illũ. Substantiã quęsisti, & accepisti, nunc ipsum quæris, habes. Ecce trado tibi illũ. Nõ contradico maledicte, non tibi denego condemnate, non propter tuã, inquit, malignitatẽ, sed propter Iob innocentiã, ut iustus appareat, ut sine querela esse comprobet, ut gloriosus coronetur, ut uerax demonstretur. Pro his, inquit, omnibus ecce tibi trado illũ. Nudum illum reliquisti, nudũ constituisti, solum reddidisti, solum illum tibi trado, & accipies illum solũ. Animã non quæsiuisti, animã ne tetigeris. Carnem & ossa petisti, animã ne tetigeris. Contere tantũ carnem, afflige ossa, animam ne tetigeris. Terrã tibi trado, cœlo ne appropinquaueris. Corruptionem habeto, incorruptionẽ ne tetigeris, hoc est animã. Terrenũ uas confringe ut uolueris, interiori uerò thesauro ne appropinquaueris. Luteę testę facito quod uolueris, precíosissimam uerò margaritam ne tetigeris. Non maculauit illã iniquitas, non uiolauit illã pessima cogitatio, nõ peruertit illã dei blasphemia, nõ polluit illam creatoris reprehensio. Idcirco animã eius ne tetigeris. Meũ, inquit, plasma est inuiolabile, mea

habitatio

habitatio est incontaminata, mea cõmoratio est incoinquinata. Ideo animã eius ne tetigeris, quæ ad imaginẽ dei est creata, quæ incorruptibili sapientia est imbuta, quæ sermone & scientia est coronata, quæ dei cognitione est induta, quæ corruptibili dominatione huius mũdi est honorificata, quæ paulo minorem gloriam ab angelis super terrã est indepta. Hanc scilicet animam ne tetigeris, neq; huic appropinquaueris, neq; cõmunicaueris, neq; cõmiscearis, neq; seduxeris, neq; obtuderis, neq; infatuaueris, neq; fatigaueris, neq; deceperis. Omnibus itaq; modis animã eius caue ne tetigeris. Nam tu cũ animã eius nõ tetigeris, neq; ei proximaueris, nunq; me innocens eius anima negabit. Pro his ergo omnibus animã eius caue ne tetigeris. Non tetigisti, inquit, animam Ioseph in luxuria, non tetigisti animã Abrahæ in tentatione, non tetigisti animã Noe in medio gigantum, non tetigisti animã Enoch in medio iniustorũ, nõ tetigisti animã Abel innocẽte eius internicione. Ergo quia nullius, inquit, illorum animã tetigisti ô diabole, idcirco immaculati oẽs atq; beati in cõspectu meo cõsummati sunt. Noli ergo nec Iob animam tangere, & gloriosus etiã hic in conspectu meo cõsummabitur. Nõ tetigisti, inquit, martyrum meorũ animas, nõ tetigisti mirabiliũ ueridicorũ meorũ testium animas. Idcirco ij succũbentes uniuersi, propter fidem cõtempserunt mortẽ, ideo intaminati omnẽ ignis pœnã irriserunt atq; gladij, merito immarcescibilibus coronis coronabuntur in conspectu meo. Ne tetigeris, inquit, animã Iob. Conculcabit em̃ caput tuum, & cõminuet uirtutem tuam, & cõteret fortitudinem tuã, & humiliabit altitudinẽ tuam, & deijciet elationem tuam, & demonstrabit omni carni fiduciã ad standũ aduersum te cõstanter usq; in secula. Malignus nanq; es, & inualidus, callidus atq; infirmus, astutus ad insidiandũ, sed impossibilis ad opprimendũ, doctus ad decipiendũ, & inualidus ad resistẽdum. Nã sicut facile seducit instabiles atq; incredulos, cũ sit callidissimus, similiter facile resistũt illi oẽs iusti atq; credentes, omnes deũ timẽtes atq; Iob imitantes, utpote inualido. In arbitrio ergo hominũ est potestas, sanctitas atq; cõstantia. In arbitrio est hominũ potestas fidei ac pietatis. Si enim uoluerint declinare à malis, & facere bona, & ualẽt, & possunt, & nõ prẽualet illis nequissimus, si fuerit cor eorũ secundũ deũ, si fuerit uoluntas eorũ in sanctitate, si anima eorũ fuerit in ueritate, si mẽs in fide ac pietate, si admonuerint semet ipsos in misericordiã, & miserationẽ, in bona opera atq; omnia quę in dei timore perficiuntur, & de omnib. quę iuxta dei uoluntatẽ fiũt. Cũ em̃ uoluntas hominũ consenserit uoluntati dei, tunc omnia quę bona sunt facile perficiũt homines. Cum ijs quib. delectatus deus delectati fuerint homines, tũc nihilominus omnia quęcũq; uita digna sunt, prę sto sunt hominibus. Nam et Iob homo fuit carnalis, fuit terrenus, corruptibilis, talis quales oẽs homines, sed deuotior atq; studiosior circa eleemosynas, et bona opera in fide ac dei timore prę omnibus hominibus. Idcirco acceptabilis fuit Iob deo super oẽs homines. Idcirco superauit nequissimũ diabolum, magis quàm omnes homines in tempore suo. Sic itaq; possunt omnes homines qui uoluerint, & deo placere, & diabolo resistere & uolũtatẽ dei facere, & in regnũ cœlorũ introire, & in uitã æternã requiescere. Aut ad huc secundum ipsam historiã, Animã, inquit, eius ne tetigeris, hoc est, ne eam ante tempus de corpore eijcias. Ac si diceret. Ita demetire ipsum dolorem atq; corporis pœnã, ut ipsam animã ante tẽpus de corpore exire nõ compellas. Noli ergo mortificare corpus, ne ante perfectionẽ constantiæ, uel cõsummationẽ tolerantiæ discedat anima. Sic itaq; omnibus modis tã carnalibus, q̃ etiã spiritalibus animã ne tetigeris. Post quæ uniuersa, dicit: Exiuit diabolus à facie dñi. Quomodo exiuit à facie domini is q̃ indignus est præsentia domini? Sic exiuit à facie domini, sicut & uenit ante conspectum domini. Sic exiuit, quẽadmodũ & superius ostensum ac memoratũ est. Exiuit diabolus à facie dñi. Exiuit, sed nõ carnalibus uestigijs, neq; corruptibilibus gressibus, sed nequissimis cogitationibus, quibus aduersus Iob nequiter meditatus est atq; cogitauit ęmulando atq; inuidendo innocẽti illi atq; iusto. Sic itaq; cogitationib. uenit ante deũ quærẽs ac desiderãs, ut Iob acciperet in potestatẽ. Sic identidẽ nequissimorũ consiliorũ accipiens perfectionem, hoc est Iob potestatem ad affligendũ carnẽ & ossa eius, nam hoc meditatus quæsiuit, exiuit à facie domini: hoc est quieuit meditari ac cogitare, quæ pridẽ meditatus fuerat atq; cogitauerat. Nam primũ apud semetipsum nequiter meditãs atq; cogitãs, dixit, Quis mihi daret ut possem uenire ante deũ, & inuenire potestatẽ carnis, ossiũq; Iob, ut

afflígens illum ſecundum animũ meum cogerem eum reprehendere illũ quẽ nunc præ
dicat,& negare illum cui nũc gratias agit? Iſtis ergo cogitationibus pridẽ uenit ante do
minum. Deinde cum accepiſſet poteſtatem Iob,ac quieſceret hæc cogitare,poſtꝯ quie
uit abiſtis meditationibus atꝙ conſilijs,exiſſe dicitur à facie domini. Ergo quia exierũt
à facie dñi cogitationes eius, merito ipſe dicit exire à facie domini. Sic itaꝙ exiuit dia
bolus à facie domini,hoc eſt tractatus eius,& cogitatio, meditatio quoꝙ maligna, atꝙ
iniuſtum deſiderium. Exiuit à facie domini,hoc eſt quieuit atꝙ ceſſauit meditari,et cogi
tare poſtꝯ id quod quæſiuit accepit. Nam & uere ueniunt ante deũ,& iuſtitiæ iuſtorũ,
Act.10 & impietates iniuſtorum. Sic nanꝙ dicit angelus ad Cornelium: Orationes tuæ,& elee
moſynę tuę aſcenderũt in memoriam ante deum. Sic & olim dixit angelus ad Tobiam:
Tob.12 Cum orares tu & Sarra filia Raguelis, ego obtuli memoriã orationũ ueſtrarum in con-
Oſee 8 ſpectu dei. Item uerò de impijs dicit dominus: Nunc recordabor iniuſtitiarum illorũ,et
ulciſcar peccata eorũ. Et Hieremias dicit ad impiorum conſilium: Nónne incenſorum
ueſtrorũ recordatus eſt dominus de idololatrijs,& aſcendit in cor eius? Sicut ergo uni-
uerſa hæc ueniunt ante deũ,ita diabolus ueniſſe dicitur,& exiſſe à facie domini,nõ per-
ſona ueniens,ſed cogitationibus atꝙ malignitatis ſuę meditationibus,quę aliquãdo ue
niebant cum ille cogitabat,aliquando exibant,cũ ille cogitare quieſcebat. Hęc itaꝙ de
Iob 2 monſtrãs dicit. Exiuit diabolus à facie dñi. Exiuit uere,hoc eſt diſceſſit,deſeruit, oblitus
eſt,ultra non æſtimauit,neꝙ curauit,neꝙ recordatus eſt quòd ſit deus. Illo eñ uſꝙ ante
deum fuiſſe dicit, quandiu de deo cogitauit, cum Iob ei accuſaret. Poſtꝯ uerò accepit
quod uoluit,& quod quæſiuit,cõtinuo relinquẽs dei memoriam, à facie dei exiſſe iuſte
dicitur. Exiuit diabolus à facie domini,totus exiuit,& ſenſu,& cõſilio,& meditatiõe,&
tractatu atꝙ memoria exiuit à facie domini. Sic exiuit olim in principio diaboli diſcipu
lus primus aduerſarij fructus Cain,cũ iuſtũ interfeciſſet Abel. Sic exiuit ſicut dicit ſcrip
Gen.4 tura: Exiuit Cain à facie dñi. Sic exeunt etiã nunc à facie domini cuncti pertinaces atꝙ
impœnitentes,qui ad deum non conuertunt,qui pœnitentiam nõ cõfitentur, qui faci-
em dei non requirunt,qui diem iudicij non metuunt qui pœnã inferorũ non contremi-
ſcunt,qui condemnatione gehennę non terrentur. Hoc metuentes omnes iuſti deuote
Pſal.51.27 deprecati ſunt deũ dicentes: Ne proijcias me à facie tua. Et alibi: Faciem tuã domine re-
quiram. Ne auertas faciem tuã à me,& alia plurima his ſimilia. Ex iſtis ergo omnib. exi-
uit diabolus. Omnes qui ab eo in errorem ducuntur atꝙ ſeducũtur,& omnes qui uolũ-
tatem eius faciunt,& omnes qui ad pœnitendũ corda ſua obdurãt,iſti omnes proijciun
tur à facie dei, iſti omnes expelluntur in tenebras exteriores, & ignem inextinguibilẽ,
qui præparatus eſt diabolo, & angelis eius atꝙ omnibus qui faciũt uolũtatem eius. Exi
uit diabolus à facie domini deferẽs Iob ut putabat, interficiens iuſtum illum ut confide
bat. Sic nanꝙ & primus diſcipulorum eius Cain poſtꝯ propter inuidiã (ut dictum eſt)
interfecit Abel, exiuit à facie domini. Sic itaꝙ diabolus pater & origo omniũ malorũ,
exiſtens interfector quantũ ad ipſum Iob,exiuit à facie domini. Certum eſt quod nequi
ter atꝙ impie apud ſemetipſum tractans, dixit ad deum: Vlterius nõ indigeo facie tua,
quia accepi poteſtatẽ eius quem zelabar uel quærebã. Deus uerò ſciens firmã conſum-
mationem Iob,acquieuit ut per diabolicum ignem probatus fuiſſet. quemadmodũ ſi te
neat in manu ſua quis adamantẽ, & alius quilibet dicat ad eum, da mihi hũc adamantẽ
in poteſtatem,& ego illum cõminuam in ignem, cõteramꝙ ictibus: ille uerò qui eũ in
manu habet,cõfidẽs uere quia adamas eſt,dicat, Tolle,proba,experire, quia nequaquã
huic adamanti præualebis. Sic ergo & omniũ cognitor atꝙ pręſcius deus,uelut inuiola
bilem adamantem habens Iob,quærenti diabolo dedit eum in poteſtatẽ,cõfidens uere
quia uerus adamantus eſt Iob. Sic nanꝙ & ſingularis ille,& diuinus, cœleſtis quoꝙ atꝙ
incorruptibilis adamas unigenitus deus à patre ad terras miſſus, de q̃ dicit deus pater:
Ecce ego ponam adamantum in medio populi mei. quem neꝙ ignis tẽtationum in de-
ſerto comminuit, quem non plagę impiorũ in cruce contriuerũt, quẽ neꝙ ſepultura ſe-
pulchri,neꝙ mortis introitus,uel inferorũ uiolauit, ſed omnia ſuperãs,diuinũ & incor-
ruptibilem ſe adamantem fuiſſe demonſtrauit. Adamantus uerò eſt naturaliter talis la-
pis,cui neꝙ ignis,neꝙ ferrũ,neꝙ aliud quicꝯ pręualet. Ferro enim ſi percutiat, demer
gitur in ferrum tancꝯ plumbũ miſſum in ignẽ. Si in ignẽ mittatur, ſimiliter permanet ut

miſſus

missus est, & non uiolatur. Ergo quia nihil ei præualet, ideo Adamãtus appellatur. Adamantus uerò interpretat̃ ex gręca lingua, indomabilis, inflexibilis, inalterabilis, incõminutus, & ut breuiter dicã, cui nec quicq̃ pręualet, neq; percutiendo, neq; adurẽdo. Nã percussus nõ cõminuitur, exustus nõ cõteritur. Merito ergo adamas appellatur, utpote insuperabilis. Quod si dixerit aliquis ubi est modo, uel ubi conspicitur huiuscemodi lapis adamantus? Audi. hæc omnia typus fuerunt domini Iesu Christi, quia usq; ad aduentum domini erant, & uisa sunt, post aduentũ aũt domini uisa non sunt. Vbi uidetur nũc phœnix? ubi urna Adam? Vbi uidetur arca testamenti? ubi urna mannæ? Sic similiter nunc ubi uidetur adamantus atq; ea quæ typum domini gerebãt? Ea scilicet usq; ad aduẽtum domini uisa sunt, utpote figuræ, & inde abscondita sunt domino ipsas figuras ad implẽte. Idcirco nũc neq; arca testamẽti, neq; urna mannæ, neq; cinnamũ, neq; adamas. neq; phœnix istis nũc homnibus uere uident̃, nisi forte quis simile aliquid simulatũ cõtendat, dicens esse quod non est. Cũ ergo typus esset domini Iesu Christi Iob, tradidit illum deus in probationem tanq̃ adamantũ inuiolabilem, cuius potestatẽ accipiẽs diabolus exiuit à facie domini. Exiuit diabolus, hoc est deferens. Ad deferendũ em̃ introierat: & quantũ iuxta iniquitatẽ suam in ipsa delatione proficiẽs ac delati potestatem accipiens, exiuit à facie domini. Exiuit gaudẽs qui nunq̃ est gauisus, exiuit lętus ille qui nunquam est lætatus, utpote habens Iob in potestatem ad puniendum illum secundum suã iniquitatem. Exiuit diabolus à facie domini, exiuit tanquã lupus rabiens, tanq̃ leo rugiens, tanq̃ ursus sanguinem appetens, tanq̃ malignus serpẽs, tanq̃ uspera sęua ac perniciosa. Exiuit diabolus à facie domini. Exiuit omni iniquitate, & ira, furore quoq; atq; indignatione, crudelitate nihilominus atq; omni impietate refertus. Exiuit tanq̃ bestia ferox ac sæua atq; immanis. Exiuit cogitãs infelix suo amarissimo modo Iob afficere pœnis, q̃d & fecit statim sine mora. Percussit Iob plaga sęuissima à pedib. usq; ad caput. Magnitudinẽ plagæ atq; uulneris admirationẽ, dolorisq́ fortitudinem nõ ualens aliter edicere atq; ostendere, dixit, percussit Iob plaga sæuissima. non solum plaga, sed & sæuissima plaga, Suffecerat hoc solũ ut plaga tantum fuisset, nunc uerò etiam plagam sæuissimam esse dixit. Percussit Iob plaga sæuissima. Considera etiã hoc q̃d dicit percussit Iob. Percussit, inquit, cum furore, cũ ira, cum indignatione. Percussit Iob. Quõ percussit? sic percussit quõ parabat, quomodo putabat. Percussit Iob, ut comminueret spiritum eius, ut contereret animam eius, ut affligeret præcordia eius. Sic percussit sperãs quod secunda plaga omnem cõstantiam, atq; fortitudinẽ Iob debilitaret. Sic ergo percussit Iob plaga sæuissima, lamentabili, urenti, affligenti, flagrãti, incẽdenti, dolenti, omne suppliciũ in se habente, & putredinẽ, & uermes, & ossium diuisionem, & neruorum fatigationẽ, & membrorum debilitationem, ac totius carnalis compaginis passionem atq; dolorẽ. Nam sicut nullum membrorũ corporis prætermisit malignus, neq; ullum dereliquit illæsum, sed cuncta uehementi uulnere repleuit atq; omnia sęuissima plaga percussit, sic identidem nullum dereliquit supplicium, neq; pœnã, neq; dolorẽ, quod huic plagæ nõ commiscuisset: sed omnem uirtutẽ atq; argumentum nequitię suę in hac sæuissima plaga ostendẽs atq; demonstrãs, nouissimã uictoriam patientiæ hic perficere sperauit. Sic scilicet percussit Iob plaga sęuissima, à pedibus usq; ad caput. Plaga, inquit, sęuissima utpote una. Et cur una plaga memorat̃, tanquam una, & non plagas tanq̃ plurimas? Propterea una plaga memoratur, quia totũ corpus iusti illius, & omnia eius mẽbra uno cõtexit uulnere atq; ad unum conuertit dolorẽ, ut per totum corpus atq; membra beati illius unus dolor esset atq; uulnus. Ob hoc ergo plagã dicit, quia unum uulnus erat per totum corpus. Quod uerò unus dolor atq; passio erat per totum corpus eius, & membra, subsequenter ostendit dicens, à pedibus usq; ad caput. Percussit Iob plaga sæuissima à pedibus usque ad caput. Sicut à pedibus usq; ad caput, ita identidem à capite usque ad pedes, à uertice usque ad pedũ uestigia, à coma capitis usque ad ungues pollicũ, nec qc quã reliquit sanum, neque integrũ, aut sine dolore, sed uniuersa uno cõtexit uulnere atque una plaga cooperuit cũcta, & sæuissima. Sæuissima inquam, hoc est lamentabili, insanabili, incurabili, in qua non erat ubi malagma imponeret̃, neque medicina, neq; adiutoriũ, neque oleũ ullũ, neq; alligatura. In qua plaga, superflua erat & superuacua omnis medicorum peritia atque sapiẽtia. Sicut enim dicit quod nullum argumentũ illumi-

Exod. 16

nare poterat tenebrosam atq; lamentabilem Ægyptiorum noctẽ: ita nulla medicamina curare poterant sæuissimã illã diaboli plagam, donec impleta est tolerãtia, & longanimitas Iob. Tolerantia, pro coronarũ redhibitione. Dei longanimitas, pro iustitiæ approbatione. Diaboli uerò iniquitas, pro correptione nequitiæ eius atq; dãnatione, quã in illo iusto exercuit uiro. Percussit uerò Iob, inquit, plaga sæuissima à pedibus usq; ad caput. Tantum em̃ sæuissima fuit hæc plaga, quantam iniquitatẽ habuit diabolus. Nam secundum iniquitatem suam mẽsus est diabolus hãc plagam, hoc uulnus. Nihil reliquit tormẽti, neq; amaritudinis, neq; immanitatis, neq; ferocitatis, neq; crudelitatis, neq; impietatis, neq; malignitatis, quod nõ exercuerit in lamẽtabilis huius uulneris plaga. Cõsideremus ergo ô amici uehementiam huius doloris iuxta uehementiam iniquitatis diaboli. Consideremus ô uiri diuersa iusti illius tormenta, nec non & hoc, aduersus quãtos dolores perstiterit innocens. Vno dolore cõfectus erat totus, una plaga omnis uestitus. Facta nanq; est illi hęc plaga tanquã uestis amictus, & tanquam indumentũ quo erat indutus, & tanquam cingulum quo semper cingebatur, sed non in condemnationem, sicut illi impio Iudæ, sed in coronã gloriæ, utpote iusto Iob. Omne ergo corpus, & membra iusti illius uno circundata erãt dolore atq; uulnere, siue caput siue pedes, siue oculi, siue aures, siue latera, siue scapulę, usq; ad ipsa pedũ uestigia uno uulnere distillabãt, una putredine detẽtus erat, ijsdem uermibus scatebat. Iacere nõ poterat, sedere nõ ualebat, requiem non habebat, resumptionem non inueniebat, & quod erat omniũ maximum, super hæc uniuersa fame & siti necabatur. Nam manibus cibũ sibi uel potũ ad os porrigere non poterat. Tametsi manib. ad os porrigere ualeret, ore ac labijs putredine ac uermibus plenus recipere non ualebat. Attestat̃ idem ipse dicẽs paulo post: Scatere uideo escas meas tanquam odorẽ leonis. Cum istis nanq; nefandis doloribus execrabiliter scateret, huius putredinis odorem nequissimus fecit. Hoc nãq; deflens dicit: Scatere uideo escas meas, tanquam odorẽ leonis. Ob quã rem ô beate Iob? Ob hoc, inquit, quia bullit corpus meum in putredine uermiũ: ob hoc, quia doloribus macero sulcos terrę ex uulnerũ meorũ humore: ob hoc, quia doloribus obuolutus sum, & alia plurima his similia. Cum tam uehementioribus doloribus restitisset atq; repugnasset Iob, cõstantię non renunciauit, patientiã nõ abiecit, fidem non deposuit, gratiarum actiones nõ est oblitus: sed quanto pluriores sustinebat dolores, tanto amplius pluriores adijciebat ęterno regi gratiarum actiones atq; cõfessiones. Sciebat nanq; sanctus ille, quia secundũ multitudinem dolorum, multitudo ei præparabatur coronarum. O beate Iob quomodo te admiremur, quomodo te laudemus, uel quomodo magnificemus qui solus ante Euangeliũ eorũ quę in Euangelio sunt perfectam passionẽ sustinuisti, qui solus ante martyres martyrum tolerantiam cum gratiarum actionibus perfeciſti. Nam sicut omnia tormẽta atq; flagra per principes huius mũdi ingessit diabolus martyribus: sic similiter uniuersa supplicia atq; incendia induxit super Iob per semetipsum atq; sua iniquitate, hoc ipsum per omnia deprecante Iob, quod etiam martyres fecerunt, ut glorioſum nomẽ dei blasphemare non cogeretur. Sed incõtaminatus permãsit magnus ille adamantus Iob, iuxta dolorum multitudinẽ atq; nimietatem, multiplicans atq; adijciens gratiarũ actiones. Hoc nimirum per hæc quæ sequũtur apparet. dicit nanq;. Et accepta Iob testa radebat saniẽ suam. Non accepit molle aliquid, ut abstergeret molliter, leuiter, leniter, artificioſe moderando atq; releuãdo: sed accepit testam duram, asperam, ut raderet cũ dolore saniem suam, & non extergeret blande atq; modeste mitigans atq; releuans uehementem illũ atq; inenarrabilem dolorẽ. Accepit testam ut raderet saniem. Ad quę digne dicatur, dic ô beate Iob atq; deo dilecte, ob quam rem hoc facis? Cur hũc dolorẽ exasperas? Cur augmentas? Cur exaggeras testa radendo lamẽtabile hoc uulnus atq; sæuissimã hanc plagam, cũ potius debueras obseruare, iuuare, leuare, fouere, ungere, defricare, ut per hæc uniuersa mitiorem atq; blandiorem redderes hunc sæuissimum dolorẽ, plagãq; terribilem? Sed respõdens iustus Iob, dicit. Ego ô uiri nõ succũbo his doloribus, neq; istis pœnis deficio, non debilitor, neq; delassor. Non em̃ sunt dolores isti fortiores animæ meæ firmitate, nõ sunt hęc tormẽta duriora cordis mei duritia. Merito, inquit, exaggero atq; cõmoueo ipsos dolores, ut per cuncta ostendam nequissimo diabolo, quia eius malitiã irrideo, quia iniquitatem eius contemno, quia omnes eius plagas atq; uulnera ad nihilũ

reputo

réputo. Ob hoc ergo accepit testam, ut raderet saniem suã. Ecce, inquit, ô malignissime diabole sicut tunc cum rem familiarẽ & filios mihi auferres, tunc denicp ego quod super erat uestem atcp comam capitis conscindens atcp tondens tibi proieci, uestem post rẽ familiarem, & comam post liberos: sic, inquit, etiam nunc cũ me æquissima plaga percuteres, quod tibi superfuit huius doloris, hoc nimirũ ita adjicio, hac testa dolores prouocãdo, & exaggerando atcp exasperãdo: ut per hæc, inquit, uniuersa informeris de mea cõstantia, ne ultra putes nequissime diabole, quod ego detrahã benignissimo creatori, uel blasphemem sanctum benefactorẽ meũ aliquando. Ob hoc ergo accepit testã ut raderet saniem suam. Aduertite ô uiri ualde ingentem fidem Iob atcp charitatẽ quam habuit circa deũ, tolerãtiam quocp atcp cõstantiam. Nam ob hoc rasit Iob uulnera sua testa, non quod non ei ualde doluissent, sed ob hoc rasit testa, ut nobis patiẽtiæ atcp tolerantiæ normam daret. Ob hoc rasit testa, ut sanctorũ martyrum demonstraret figurã, qui post uniuersas plagas ac dolores, post uniuersa supplicia atcp tormenta, rasi atcp ungulis cõfossi sunt pro augmento dolorũ omniũ. Sic & beatus Iob post nimios dolores qui in corpore erant, extra corpus testa rasit sua uulnera, ut omnibus deũ timẽtibus patientiæ atcp tolerantiæ in perpetuo traderet formã: ut omnes dolores atcp plagas siue in corpore, siue extra corpus, siue detrimenti atcp languoris cum gratiarũ actionib. sustinentes accipiãt à deo æternæ gloriæ remunerationẽ, atcp immarcescibilium coronarũ expectent retributionem à deo. Quod autem secundũ ipsam historiã testis lacerati atcp pernecati fuerint sancti martyres, manifestũ est atcp irrefutabile. Nã post uniuersa tormẽta recludentes eos in carceres, & testes pollinas in eis sternẽtes, & per quatuor partes eos impij ipsi extendẽtes crudeli morte eos pernecabãt. Ita cõsummatus est beatus atcp glorioſus Lucianus, lucidus uita, lucidus & fide, lucidus etiã tolerantiæ cõsummatione. Ob hoc eñ Lucianus cognominatus est, tancp lucidus, aut ꝓprio lumine sibi fulgẽs, aut alijs lucẽs. Hic nãcp beatus duodecim diebus supra testas pollinas extẽsus tertiadecima die est cõsummatus, alijcp innumeri sancti martyres eodem modo mortẽ transeuntes cõsummati sunt. Horũ nancp omniũ typum gerẽs Iob, accepit testam ut raderet saniem uulnerũ suorum. Ecce, inquit, ô maligne diabole cõculco te, deformo te & humilio, atcp omnẽ malignitatem tuam & malitiam contemptibilem omnibus demonstro. Accepit testã ut raderet saniem uulnerũ suorũ. Testa inquiẽs, testa radendo corruptibile atcp carnale hoc corium, terrena atcp aspera testa. Accepit testam ut raderet saniem uulnerum suorũ. Typus, inqt, sum sine peccato hos sustinẽdo dolores, illius qui in nouissimo tẽpore descendens de cœlis deus unigenitus terreni corporis testa ex uirgine se induens, totius mũdi saniem immunditiam quocp ac putredinem rasit, atcp mundauit omniũ peccata supportando. Postmodũ pro impietatibus eorum in mortẽ deductus est, cuius liuore omnes sanati atcp mundati sunt, qui peccatum nõ fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Omnibus itacp modis accepit inquit testam ut raderet saniem suam. Et ipse sedebat super aceruũ stercoris extra ciuitatem. Nõ quod habitationem deserere uoluerit, sed ijs qui in ciuitate erant atcp mansionibus, molestiã ingerere nõ est passus. Sedebat super aceruũ stercoris extra ciuitatẽ, me solum inquiens circundant mala mea, mihi soli molesta sunt mea uulnera. Non efficiar, inquit, etiã alijs execratio, ne sim his qui intra ciuitatem sunt abominatio, ne exacerbentur etiã ciues ciuitatis propter meos dolores. Sedebat extra ciuitatem ille, qui ante paululũ ciuitatum atcp mansionum fuerat dominus, rector atcp gubernator. Sedebat ergo extra ciuitatẽ. Certũ est quod plurima apud semetipsum tractans ac dicens. Cur in ciuitate maneam? cur in domibus sedeam? Cũ re ac filijs, & ciuitate, & domibus caruí: cũ re familiari ac liberis regni corona ablata est mihi, cũ re ac natis dedi etiã uestem atcp comã capitis. Nunc uerõ cum regno relinquam etiam ciuitatẽ ac domum. Sedebat extra ciuitatem solus sustinens dolorem illum sæuissimum, certum est quod memor illius atcp imitatus illũ qui solus dolorẽ omniũ extra ciuitatẽ sustinuit, id est dei unigenitus, & de illius futura passione seipsum cõsolatus est, dicens. Quid magni ego sustineo cũ sim homo pro meipso, si dei unigenitus uẽturus est ad terras, et cum sit dominus pro omnibus plurima passurus? Breuis, inquit, est hæc mea passio, & tẽporalis erit hic meus dolor. Aut enim mors eum excludet, aut certe sanitas illum expellet, siue sic finis appropinquabit. Et ipse sedebat super aceruũ stercoris extra ciuitatẽ, sedẽ

S. Lucianus

pro sede

pro ſede immutans, et ſeſſionē pro ſeſſione differēs. Nam is qui paulo ante ſupra regale ſedebat ſolium, nūc ſedet ſuper ſtercoris aceruū: ille qui ante paululum regio diademate atq; gloria erat indutus, nunc ſedet in abundantia putredinū: ille qui ante paululū ab innumeris cateruis circundabatur, nunc à multitudine uermiū comeditur. Sedebat ſuper aceruum ſtercoris condignam atq; congruā hanc ſedem huic indicans plagę, uermibus ſtercus, putredini putredinem. Suſcipiat, inquit, putredo putredinē: huius ſtercoris putredo, corporis huius atq; uermium putredinē: Sedebat ſuper aceruū ſtercoris. Ster-
Iob 25 cus ſupra ſtercus, putredo ſupra putredinē. Nā quia omnis homo putredo, & filius hominis uermis, merito is qui in putredinē uermiū eſt cōuerſus, ſedet in putredine ſtercoris. Quod efficiūtur omēs homines poſt exitum animę, putredo & uermes, hæc, inquit, pręueniēs adhuc anima in corpore poſita, ego effect⁹ ſum. Idcirco tanq; putredo & ſtercus effectus, digne ſedeo ſuper ſtercus, omnes homines inſtruēs, quia omnis terrena eorum gloria in putredinē, & ſtercus atq; uermes cōuertetur. Sedit ſuper aceruū ſtercoris. Intendite, inquiens, omnes filij hominū ad quantā miſeriam terrena gloria deuoluit, ad quantam humilitatē terrena ſublimitas immutatur. Merito præſentia nullus aliqd æſtimet, ſed futura timeat: nullus hæc quę uidentur quęrat, ſed ea quę non uidēt ſuſtineat. Omnis em̄ gloria hominis tanquam fœnū, & om̄is decor corruptibilium tanq; holera herbarum, & omnis ſpecies terrenorū tāquam flos decidēs. Quid pulchrius ſole? Et hic decidet. Quid ſuauius floribus campi? Et hi areſcent ſimiliter. Quid glorioſius aut decoroſius gloria atq; forma humana? Et quid abominabilius atq; execrabilius, cū aruerint exeūte anima? Et quid humilius his qui in ſtercora, & uermes atq; putredinē immutantur? De me, inquit, ô homines atq; de mea immutatiōe in his omnib. informamini. Qualem me ante paululum uidiſtis, & qualē me nunc conſpicitis? qualem me ante paululū magnificaſtis, & qualem me nunc cōſpicitis? Vbi ſunt illi plurimi qui me circundabāt? Pro quibus omnibus multitudo, inquit, uermium, & putredo me circundant. Hæc itaq; atq; his ſimilia admirabilis Iob ad cunctos ſibi approximantes loquens, euidenter omnibus futurā conteſtabatur immutationē. Et ipſe ſedebat ſuper aceruum ſtercoris, plus ſibi de ipſis uermibus atq; putredine, q̄ olim de regni gloria atq; multitudine circūdantium ſe populorum cōplacens. Nam omniū illorum finē poſt hæc omnia quæ glorioſa ſunt, carnis mors expectat: & poſt omnem putredinē atq; uermē, reſurrectionē carnis expectat: mortis uerò putredinem atq; uermium finem reſurrectio à mortuis. Pro his ergo omnibus ſedebat ſuper aceruum ſtercoris extra ciuitatē. Ad quē etiam nūc digne dicitur. Dic ô beate Iob, dic ô ſancte dei prælíator, dic ô admirabilis uir domini cōſtantiſſime, qui terribilib. atq; fortib. maligni plagis in nullo ſuccubuiſti, qui amara ſupplicia atq; fortes dolores abſq; murmuratione ſupportaſti, cur extra ciuitatē egreſſus, et ſuper aceruum ſtercoris atq; muranā ſedens ſpectaculū temetipſum cunctis tranſeuntib. prębuiſti? Omnes em̄ qui ingrediunt̄, uel egrediuntur, om̄es qui tranſeunt uias, & diriguntur in itineribus ſuis, omnes qui in te contemplantur iſtic ſuper aceruū ſtercoris atq; muranam ſedentem abſentibus enarrant, atq; ijs qui longe ſunt annunciant, ita ut penetret hic rumor tuus in longinquū de regione in regionē. Nam qui te uiderint, nō uidētibus enarrabunt: qui uerò audierint, ijs qui lōge ſunt poſiti iſtā recognitionē tuam inſinuabunt. Sed reſpōdit mirabilis Iob dicēs. Ego ô uiri cū ſim prior atq; antiquior illis qui in nouiſſimo tēpore erunt Apoſtoli, uel euangeliſtæ, quæ illi uerbis dixerūt, quod ſpectaculum facti ſunt & angelis et hominibus, hęc nimirū ego ipſis operibus anticipās tanq; in typo adimpleo, ſpectaculū cunctis effectus, & angelis & hominibus: ut penetret hęc relatio mea nō ſolū à prouincia in prouinciam, ſed adhuc longius per oēs gentes & per omnes fines terrę, uſq; ad conſummationē ſeculi. Vere em̄ uere ô amici ſpectaculum factus eſt beatus Iob & angelis & hominibus. Nam oēs homines ſtupentes, atq; admirantes duplici in eum modo intendebant, atq; geminā de illo opinionē habentes undiq; ad eum reſpiciebant: quidem de peccatis illum accuſabāt ſicut Eliphar, ſimilesq; illi: alij nihilominus nō pro peccatis illū reprehendebant, ſed potius iuſtū illum reputantes, mirabantur in omnibus quæ à dño ei illata fuerant. Similiter & omniū angelorū & ſpirituū geminæ partes in eū intendebant. Sancti quidē angeli dei cum magna ſollicitudine in eum reſpiciebant, tolerantiæ eius conſummationē expectantes, ut de uictoria eius de-

uote

uote cœlestẽ regẽ collaudarent, uictoriã iusti Iob, atq; ruinam iniusti diaboli cernẽtes. Post hos omnes nimirum nequissimi spiritus respiciebant in eũ fixis obtutibus eũ considerantes, sollicite sperantes, atq; expectantes, quando blàsphemię uerbum ab eo audirent, quando maledictionẽ sermonis ab eo susciperẽt. Sed infelices à spe sua deciderũt, cum Iob benedictionem cum gratiarũ actionibus omni tempore deo referret. Sic itaq; ipsis rebus adimpleuit beatus Iob idem quod post hoc à sanctis dictũ est: Spectaculũ facti sumus, & angelis & hominibus. Ob hoc et super aceruũ stercoris extra ciuitatẽ sedit hic iustus, stercus ac putredinẽ existimans, atq; demonstrãs omnia quę sunt humana, ac corruptibilia atq; terrena, sicut & superius demonstratũ est. Post quæ uniuersa dicit. Plurimo aũt tempore interposito dixit ad eum uxor eius. Diuersa plurimi de hoc tempore quod istic memoratũ est, & intellexerũt, & loquuti sunt, alij quidẽ breue hoc tempus fuisse percipiẽtes, alij nihilominus plurimũ astruentes, quasi tribus annis & dimidio in typum dominicæ prædicationis, etiam & huius passionis tẽpus sicut & in cæteris ostẽderet dicentes. Ideoq; qui uoluerint ex auditoribus, ita percipiãt. Nos uerò scripturę consentiẽtes intelligamus, & sicut intelligimus, ita & asseramus, hoc primũ dicentes & quę rentes. Cur benedictus deus diutius esset pernecaturus iustũ illum, cũ sufficeret breuissimũ tẽpus ad superandũ maligníssimũ diabolũ? Nõ em̃ hoc delectabatur deus, ut Iob torqueretur: sed hoc potius ut diabolus conuinceretur, & beatus Iob iustus cõprobaretur. Nihil ergo aliud expectauit deus, nisi hoc solum quãdo diabolus uniuersam iniquitatem suam perficeret, & quando Iob uniuersam tolerantiam suã adimpleret, ut inexcusabiliter cõuinceretur diabolus, & iustus uere appareret Iob. Hoc nimirũ nõ diuturno annorũ spatio, sed breuíssimo mensium tempore irrefutabiliter cõsummatũ est. Huius nanq; rei testis cõprobatur etiã ipse Iob dicens: Sustinui menses superuacuos. nõ annos sed menses. Nã sicut de mensibus non siluit Iob, sic multo amplius de annis non siluisset si annos sustinuisset. Nunc uerò quia non annos sustinuit sed mẽses, merito sanè annos non memorat, menses aũt nominat dicens: Sustinui mẽses superuacuos. Debuerant ergo hi qui tres annos & dimidiũ fuisse passionis Iob astruunt, tres mẽses & dimidium dicere, ut certe uel ex parte ueritati nõ resisterẽt, & dominicum exemplũ illud consimilarent. Tribus nãq; annis & dimidio prædicauit dominus à baptismo usq; in passionẽ. Sic & ipsa historia non tres annos significat, sed breue mẽsium tẽpus. Primũ quidẽ per hoc quod contigit cũ suas plagas ei intulit malignus. Nã semper adhuc primo loquẽte alius superueniebat nuncius. Deinde statim sine mora sæuissima ac terribili illũ percussit plaga. Item mox per uxorẽ seduxit, deinde cõsequẽter in ordinem per amicos reprehẽdit. quæ uniuersa in paucis mẽsibus perfecit. Protinus subsequẽter dominus ad eũ locutus est, iustũ illum omnibus demonstrãs, atq; sanctũ illum cunctis testificãs, & illis qui tunc fuerũt, & istis qui erunt usq; in perpetuũ. Hæc nanq; intra paucos menses perfici potuerunt. Non enim erat iustũ, neq; amplexa est dei bonitas, ut plurimis annis lamentabilẽ illam passionem iustus sufferret Iob. Omnibus itaq; modis demonstrari potest, quia nõ plurimis annis, sed paucis mẽsibus, hæc uniuersa impleta sunt. Quõ enim sufferre poterãt carnes Iob, uel mẽbra, ut tribus annis & dimidio à uermibus ac putredine essent comesta? Quõ poterãt sufferre carnes eius ac ossa, ut tribus annis & dimidio amarissimo dolore fuissent uexata? In qua amarissima pœna, omnis furor & indignatio maligni diaboli est demõstrata. Post horũ nanq; omniũ approbationẽ dicit: Plurimo aũt tẽpore interposito. Et unus mẽsis tẽpus est, & duo uel tres mẽses plurimũ tempus est: idcirco nõ dicit plurimis ante annis, sed plurimo, inquit, tẽpore. Nã & frequenter proximo aliquo quemlibet mittẽtes, si tardigradus fuerit is qui missus est, murmurãtes soliti sunt dicere, quid feciſti tanto tẽpore? Si ergo dies tẽpus dicitur prolixũ, multo magis mensiũ tẽpus prolixum atq; plurimũ dici potest. Ob hoc ergo dicit plurimo tẽpore interposito. Plurimum nanq; memorat hoc tẽpus, nõ ob hoc solũ quod plurimũ fuerit lõgitudine tẽporis, uel spatij prolixitate, sed maxime propter plurimũ dolorẽ, plurimũ dicit & æstimatur hoc tẽpus fuisse. Plurimo, inquit, tẽpore interposito, propter plurimã passionẽ, propter acerrimũ dolorẽ, propter uehementissimũ uulnus, propter amarissimã pœnã. Plurimo aũt tẽpore interposito, ꝓpter plagarũ nimietatẽ, propter humorẽ corpus atq; mẽbra liquefacientẽ, pro innumeris uermibus neruos atq; ossa deuorantibus. Pro his ergo

omnibus

omnibus magnis ac plurimis grauibus atq; terribilibus existentibus plurimũ fuisse hoc tempus memorat. Plurimo aũt tẽpore interposito cũ Iob non succũberet, neq; debilitaretur, neq; delassaretur, neq; deficeret, sed in eisdẽ gratiarũ actionibus atq; confessionibus permaneret. Vnde eñ cœpit, illic & perseuerauit, in gratiarũ actionibus atq; benedictionibus. Sit, inquit, nomẽ dñi benedictũ in secula. Cũ in istis ergo perseueraret Iob, nequissimus diabolus obstupuit, expauit, desperauit, atq; semetipsum consumens dixit: Vbi est prẽsumptio mea? ubi est audacia? ubi est labor meus? omnẽ sollicitudinẽ exercui, & in Iob nihil feci, omnia argumẽta ostẽdi & fortitudinẽ Iob nõ deieci, oẽs sagittas nequissimæ pharetræ meæ euacuaui, & animã Iob nõ uulneraui. Filios, inquit, eius perdidi & sensum eius à deo non præuaricaui. Rem familiarẽ eius exterminaui, sed charitatẽ eius quã habet circa dñm deum nõ extinxi. Carnẽ & ossa eius uermibus atq; putredine consumpsi, sed fidem atq; synceritatẽ animę eius non uiolaui. Quid igitur faciam illi adhuc quod non feci? Quid in eo exerceã adhuc quod non exercui? Ergo quia per uniuersa supplicia atq; tormenta cogere eum ut deũ relinqueret nõ potui, conferã, inquit, me ad seductionẽ, conferã ad persuasionẽ. Forsitan eñ quod non ualuit pœnę coactio, hoc nihilominus efficiet suasionis seductio. Confugiam, inquit, ad antiqua mea arma, per quę Adã seductũ supplantaui. Illic serpentẽ me induens ad Euam locutus sum, dein de per Euam locutus Adam seduxi. Habet etiã Iob uxorẽ, qua me induẽs subtiliter per illam eum seducam, atq; fraudulẽter per eam illi persuadeã. Cum hęc apud se cogitaret, atq; meditaretur nequissimus, statim uxor os ad persuadẽdũ aperire properauit. Quod demõstrans hæc scriptura dicit: Plurimo aũt tempore interposito, dixit ad eũ uxor eius. Plurimo aũt tẽpore interposito, cum Iob perseueraret, & non immutaretur, cũ Iob in fide firmaretur, et in ueritate roboraretur, fundaretur in pietate, atq; iniustitia cõstabiliretur, in charitate instrueretur, & in gratiarũ actionibus persisteret deuotus atq; sollicitus, cũ in huiusmodi consonantia Iob persisteret, dixit ad eum uxor eius. Et reuera nõ uxor dixit, sed diabolus q̃ per os eius est loquutus, qui frequẽter cõsueuit loqui ad uiros per os mulierũ, qui sæpe solitus est subuertere uiros per os cõiugũ, atq; ad mala cõcitare & mala docere, rapinas, calumnias, uiolentiã, cupiditatẽ, alienorum appetentiã, atq; odiũ circa proximos. Frequenter enim inuidiã accendunt inter uiros, sicut inuicẽ propter improbitatem suam litigauerunt. Continuo illæ in infelices uiros, odia, atq; contentiones ad inuicẽ excitare contendunt. Quos cũ sint pacifici, atq; unanimes, cũ aduersarijs suis, siue is qui intus sunt, siue qui foris sunt, cõcordes stare oportuerat & se inuicẽ defendere, atq; inuicẽ adiuuare, isti nimirũ cõpellũtur propter nequitias uxorũ aduersum inuicẽ insurgere & se inuicẽ odio habere, quo possint iniquarũ uxorũ malitiæ satisfacere. Frequenter enim per coniugum os hæc talia loquitur diabolus ad uiros, frequẽter dicit ad uiros per os coniugum. Existi foras, & nihil intro attulisti. De uia uenisti & uacuis manibus domũ introisti. Alij eunt, & reuersi afferũt: alij proficiscunt & ueniẽtes perducunt. Tu uerò deterior cæteris, tu aũt debilior uiris, inutilior cunctis. aliaq; plurima quę solitę impię mulieres loqui uiris suis cogentes eos ad mala, atq; animas uirorũ in modicũ quęstum uenundantes, uel potius perdentes: quibus curę nõ est unde acquirãt uiri tã ex rapinis, q̃ etiã ex prædis, tam ex uiolentijs, quàm ex furtis, tantum ut in unum coaceruantes illis afferant. Istę ueræ sunt subuersiones uirorũ. Istæ sunt perditiones uirorũ, per quarum os ad plurimos loquitur diabolus. Post quarũ uerba cõuersi plurimi, miseri effecti sunt & efficiunt, & super terrã & in cœlo & apud superos & apud inferos. Sic loquuta est Iezabel & Achab perdidit. Sic loquuta est Herodias & Herodẽ fratrẽ Philippi interfecit. Sic loquutæ sunt plurimæ, quæ multis mala ingesserũt. Sic utiq; & ad Iob loqui cœpit uxor eius, & diabolus per illius sicut & per alias ad alios loquutus est & loquit. Sed non audiunt illas rationabiles deũ timẽtes, qui ęterni iudicij metuendas pœnas formidant memores, sicut & Iob non audiuit. Cur aũt reprehendit uxorẽ Iob tanq; deseruientem nequissimo angui diabolo? Reprehensio nanq; est hæc ingens, atq; increpatio. Primum quidẽ ob hoc eam reprehendit atq; obiurgat, ut norint oñes uiuẽtes, quia nõ est personarũ acceptor deus, & quia nõ despicit, neq; silet pro suorũ delictis atq; ignorantijs, neq; magnis neq; pusillis, neq; in uerbis, neq; in factis. Ob hoc eñ & Saram olim ridentem ac promissionẽ suam aspernantẽ redarguit. Ob hoc etiã nũc istic uxorem Iob

arguit

arguit atq; reprehendit, ut cunctæ mulieres caueãt ne cuiuſpiam earum corda diabolus ſubuertat, ne os earum Satanas aperiat, ne malignus ſpiritus per labia earũ loquatur, ne deſeruiant diabolo pro ſubuerſione animarum uirorum ſuorum. Et ad hoc reprehendit uxorem Iob, quæ diabolo deſeruiuit pro ſubuerſione eius, ut nouerimus nos plurimam atq; multiplicem diaboli malignitatem & aſtutiam. Per omnia enim inſidiatur, per oĩa ſubuertere conatur, & per amicos, & per ſodales, & per uxores: quæ in Iob adimpleta ſunt, quem amici reprehenderunt, uxor uerò ſubuertere niſa eſt. Horum ſcilicet etiã poſteriores prophetæ memores dixerũt. Nolite credere ſodalibus, & cum amicis uel fratribus nolite conſiliare, à coniuge tua te obſerua. Pro his ergo oĩbus accuſans, atq; reprehendens uxorẽ ſuam Iob, dixit: Dixit aũt uxor eius uecors, uertibilis, inſtabilis, quã facile diaboli fluctus ſubuertit, in cuius animã nequiſſimi illecebra facile irrepſit. Hęc uidelicet uxor eius dixit ad eum, quam ideo ſolã de oĩbus nequiſſimus diabolus ſupereſſe uoluit, ut hac nouiſſima uteretur pro Iob ſeductione, atq; animæ eius ſubuerſione, Siue enim deus præcepit hanc reſeruari, ſicut & præcepit, ob hoc ut eius ſecundam uxorem iuſtus ille Iob accipere opus non haberet: ſiue ille diabolus hanc conſeruauit tractans ut hanc miniſtrã iniquitatis ſuæ haberet, ut hãc haberet pro nouiſſimo Iob laqueo, ut poſt quam per omnem rem deſperaret, tũc per uxorem iuſtum perderet, ſicut ipſe arbitrabatur infelix, æſtimabat atq; ſperabat. Delonge eĩm oculi eius conſiderant, delonge iniquitas eius proſpiciens circumuenit, inſidias oĩes captat, quemadmodũ ſubintroeat, quomodo deijciat, quomodo Adæ familiaritate prçuaricet. Ob hoc ergo reſeruauit atq; reliquit uxorem Iob, ſicut & illos nuncios qui dicebant, ego remanſi ſolus, ut nunciarem tibi. Ob hoc ſolum illos reſeruauit, ut cõſequenter dolores ſubenarrarent. Hoc ſcilicet demonſtrans dicit: Dixit ad eum uxor eius. Vxorẽ dixit dixiſſe, ſed uere diabolus dixit. Sic nanq; & olim ait, dixit ſerpens ad mulierem. Serpentem dixit dixiſſe, ſed non ſerpens dixit, ſed diabolus qui per ſerpentem loquutus eſt. Sic & nunc iſtic uxorem dicit dixiſſe, ſed uere non uxor dixit, ſed aduerſarius qui per uxorem eſt locutus. Dixit ad eum uxor eius, Quouſq; ſuſtines? Quid ſperamus? quid ſuſpicamur? qd æſtimamus? Quo aſpectu ô uiri, uel qua facie loquuta eſt ad Iob uxor eius? Manifeſtum eſt atq; euidens omnibus, quod illa non loquuta eſt hilari uultu, neq; læto aſpectu, ſed triſti, imbrido, nubilo, flẽti, oĩ nihilominus miſeria referto, & ipſa uoce lacrimabili cõmixta lamẽtatione. Sic itaq; miſerabilem ſe exhibens iniquus atq; callidus diabolus, aperiensq; os ſuum, dicit ad Iob. Quouſq; ſuſtines? O nequiſſime Satana, quomodo ſubtiliter ſeducis, quomodo callide loqueris ô callidiſſime diabole, Quouſq;, inquiens, ſuſtines? Quouſq; ſuffers? Quouſq; protelas? Quouſq; conſtanter perſtas? Quãdiu, inquit, eris lapidibus robuſtior & ſaxis durior, & omni ferro firmior? Ferrum cum in ignem miſſum fuerit liqueſcit, tu uerò in igne putredinis, atq; uermiũ poſitus, animo non liqueſcis? Quouſq; ſuſtines? quouſq;, inquit, non flecteris, quouſq; non deficis, quouſq; nõ debilitaris? Ac ſi diceret. Ego deficio ô Iob, & tu non deficis. Ego fatigatus ſum, & tu nõ es fatigatus. Defecerunt à me omnia argumenta, à te autem non deficit deuotio, atq; patientia. Quouſq; ſuſtines? Quamdiu tu flagellaris? Quamdiu à me torqueris & cuncta ſuſtines, & ſupportas uniuerſa, & non ſolum tormenta atq; ſupplicia, ſed & ſeductiones, ac uerborum ſubtilitates, cuncta ſuſtines, cuncta ſuffers, ſed à nullo flecteris? Quouſq;, inquit, ſuſtines ô Iob? Qui ſuſtinebat, qui torquebatur, non eſt debilitatus, neq; ad ſuſtinendum conſternatus: tortor uerò eius diabolus delaſſatus, ac deficiens, dicit, quouſq; ſuſtines? Non dicit Iob qui torquebaſ, quouſq; ſuſtineã, quouſq; torquear? Diabolus uerò q nõ ſuſtinebat dolores, ſed cõfuſionem, dicebat ad patientem atq; ſuſtinẽtem, quouſq; ſuſtines? Iob qui ſuſtinebat, nõ ſuccumbebat: diabolus uerò qui non ſuſtinebat, deficiebat. Nõ eĩm hoc quod dicit quouſq; ſuſtines, fortitudinẽ demonſtrat ſuſtinẽtis, ſed defectũ oſtẽdit percutientis. Cõqueritur qui cædit, & non conqueritur qui uapulat. Quamdiu, inquit ſuſtines? Liquefactæ ſunt, inqt, carnes tuæ ô Iob, cõſumpta ſunt oſſa tua & nerui, putrefacta eſt etiã terra ipſa ſub te, & adhuc ſuſtines ô Iob? Locutio linguarũ, & ſermo uiatorũ, & nuncius tranſeuntium, & ſpectaculũ his qui lõge ſunt, & declinatio his qui prope ſunt factus es, & adhuc ſuſtines ô Iob? Tranſierunt noctes & dies & mẽſes in doloribus tuis, adhuc ſuſtines? Defeci, inquit, etiam & ego aſſiſtens tibi inuigilans & ſperãs ſi quo modo deficiẽs blaſphe

Mich. 7

Iob 2

mares,uel si quo modo succumbens detraheres:& tu non defeciſti,neq; ſuccubuiſti,ſed adhuc ſuſtines ô Iob? Defecerunt diuitiæ,defecerunt filij,cõputruerunt carnes,liquefacti ſunt nerui,& oſſa in ſtercora redacta ſunt,terra concaleſcentibus carnibus tuis cõmixta,& adhuc ſuſtines? Quod efficiuntur mortui in ſepulchro poſt mortem, putredo & uermes atq; terræ commixti,hoc uidelicet tu effectus adhuc uiuẽs uideris, & ſuper hæc omnia adhuc ſuſtines ô Iob,& ſuffers huiuſmodi paſſionem,qualem non ſuſtinuit prior te alter,neq; ſuſtinebit alius uſq; in ſempiternum poſt te? Quouſq;,inquit,ſuſtines? Deficiens iam requieſce, ut etiã me requieſcere facias à bello & certamine,atq; colluctatiõe quã habeo circa te. Sed ad hæc uniuerſa uno uerbo reſpondit dicẽs: Si interrogas me ô inimice quouſq; ſuſtineã, audi. Quãdiu tu percutis,illouſq; ego ſuſtineo. Quãdiu tu torques,illouſq; ego ſuffero. Quãdiu tu flagellas,illouſq; ego expecto. Quãdiu nõ defecerit malignitas quã habes circa me,illouſq; nõ deficiet tolerãtia quã habeo circa te. Deluſiſti,inquit,temetipſum ô diabole,cũ putas q; Adã incautũ inueneris,& neſciſti quod ad uerſum Iob conſtantẽ hoc habueris. Sed adhuc ad priorẽ ſenſum atq; ſermonẽ reuertamur. Quãdiu, inquit, ſuſtines? Deinde tanq; cogitationibus eius atq; ſpebus cõpendiũ faciens atq; reſpõdens,adijciẽs dicit: Ecce expecto adhuc paucũ tẽpus,ſperãs ſpem ſalutis meæ. Tanq; ſi diceret. Quãdiu ſuſtines hoc tractans & hoc cogitans, atq; iſtã ſpem habens,quod adhuc modicũ tẽpus ſuſtines,ſalutẽ & liberationẽ,atq; requiẽ expectãs,teipſum deludis ó Iob. Non eñ ita es deprehenſus,ut modico ſuſtinens tẽpore euadas. Non talia,inquit,te mala circundãt ô homo,ut cum modicũ temporis hęc ſupportaueris,ſalutem ſperare poſſis: ſed ſuſtinẽs,inquit,ſuſtinebis,& patiẽs patieris,& finis paſſionis atq; doloris tui nõ erit. Quod eñ facturus es in ultimo, cũ plurima paſſus fueris,ac ſuſtinueris,ut blaſphemes, hoc ſanè cur nõ facis celeriter, ut ſaltẽ uel unũ ex ipſis doloribus effugiens requieſcas? Hæc itaq; uniuerſa atq; his pluriora nequiſſimus diabolus licet nõ euidentioribus uerbis ſermocinatus ſit,attamẽ occultis cogitationibus ad Iob loquutus eſt ſubtiliter ſeducere uolẽs famulũ dei inuiolabilẽ. Super quæ uniuerſa adijciẽs dicit: Ecce enim exterminata eſt memoria tua à terra. Quid expectas? qd ſuſtines? qd ſperas? Quid tẽpus ſalutis expectas? Exterminata eſt memoria tua à terra. Exterminata eſt eñ, ſublata, finita. Proiectus eſſe, inqt, uideris, & tanq; non ſis ab omnibus reputaris. Deſeruerũt nanq; te omnes, diſceſſerunt cuncti, obliti ſunt uniuerſi, deſperauerunt te toti, & qui prope, & qui longe ſunt, quia deleta eſt memoria tua à terra. Quanti, inquit, magni fuerũt à ſeculo, & pierunq; eorũ memoria permanet, aut in uerbis, aut in factis, aut in liberis: tua autem memoria omnis ſubito exterminata eſt à terra, neq;, inquit, uerbũ poſt te, neq; filius neq; filia, neq; factũ per quæ poſſit ſtare prætériens memoria tua. Ergo quia nullũ de his poſt te in memoria remanſit, ideo exterminata eſt memoria tua à terra. Nõ ſolũ obliterata, ſed ſublata, ſed exterminata, tanq; delauata atq; exterſa, tanq; ultra non ſit cui dignę reſpondeat: In memoria æterna erit iuſtus, & memoria iuſti cũ laude. Deinde idẽtidẽ abſcondens diabolus, atq; tegens iniquitatẽ ſuam, conuertit hunc ſermonẽ ad uxoris perſonã: & tanquã ex illius perſona loquẽs, dicit: Filij tui quos fidẽ docuiſti, quos pietatem induiſti, quos charitatẽ ad inuicem circa oñes habere inſtruxiſti. Filij tui pro quib. corde fuiſti ſollicitus & animo cogitaſti & ſingularia ſacrificia immolaſti, de quib. apud temetipſum dixiſti, ne forte filij mei in prę cordijs mala cogitauerint aduerſus deum. Iſti ergo filij quos tui hæredes forte ſperaſti, à quibus ſepulturã accepturũ te expectaſti, per quos nomen tuum ac memoriam poſt te manere credidiſti. Iſti ergo filij quibus inter homines nihil eſt dulcius, quibus nihil eſt inter carnales charius. Iſti filij tui quorũ uiſionẽ non expectabis amplius, quorum faciem non uidebis ulterius, quorum reuerſionẽ non ſperas amplius. Nõ enim in profectionẽ terrenam perrexerunt, ut denuo reuerſionem ſperes eorum, neq; in nauibus nauigantes ad exteras prouincias tranſierũt, ut denuo ad tẽpus remeantes ſuſcipere, atq; uidere eos poſſis. Terra illos ſubito cooperuit, & mors illos cunctos pariter perdidit. Domus ruina cõmune ſepulchrũ illis cunctis effecit. Iſti, inquit, filij tui & nõ ſolũ filij ſed & filiæ. Si eñ ſolũ filij perijſſent, filiæ uerò ſupereſſent, diminuta fuiſſet miſeria, diminutuſq; nefandus dolor. Filiarũ nanq; proſperitatẽ pro hæredibus expectares, filiarũ progeniẽ pro conſolatione duceres, reſtituerẽt tibi filiarũ nati, filiorũ direptionẽ. Nunc uerò & filij tui & filiæ omnes pariter perierunt, oẽs ſub una

Pſal. 112 pro itidem

hora

hora deleti sunt, omnes uno tẽpore in morte tanquam in pelago demersi sunt: omnes in una domo tanquam in una naui à terræ pelago absorpti sunt: & sicut ijs qui in pelago demersi fuerint ascensionis uel salutis spes ulterius nõ est, sic filiorũ, inquit, tuorum & filiarum à mortis lamentabili profundo absorptorũ reuersionis uel reparationis spes amplius non est, ut diem memoriæ tuæ celebrent, ut tẽpus recordationis tuæ agant. Sic inquã filij tui & filiæ ante tẽpus perierunt, omnes ante tempus à morte direpti sunt, ut non derelinquerent posteritatẽ, ut cum nepotes non supersunt, aui à nullo nominẽtur. Sed noli putare ô Iob quod tibi soli filios istos deputẽ, sed mihi potius deputo, sed mihi magis succenseo, mei, inquit, uteri sunt gemitus & dolores, quos in uacuum portaui, laborum cum gemitu retributionẽ ab illis non accepi, remunerationẽ ex eis non habeo. Vteri, inquit, mei gemitus & dolores, cum gemitu & dolore à me nutriti miserã atq; solitariã reliquerunt me, in doloríb. atq; gemitibus me dimiserũt. Cum doloribus, inquit, ac gemitu peperi, dolores ac pericula in die natiuitatis eorũ sufferendo: cum dolore, ac gemitibus nutriui, cõpassa infantiæ eorum atq; infirmitati, cõgemiscens languoribus atq; gemitib. eorum. Nam cum ingemiscerẽt simul ingemiscebã cum eis: cum infirmarentur, ego in me suscipiebã infirmitatẽ atq; dolorẽ illorum. Quis, inquit, ex his qui generãt filios, ignorat ô Iob filiorũ dolorẽ? Quis ex his qui natos procreãt, amorẽ atq; affectũ filiorũ nesciat? Quia omnem dolorẽ atq; infirmitatẽ natorũ libenter in se parentes suscipiunt, tantũ ne aliquid molestẽ eis accidat. Hoc & præ omnibus muneribus deuote impẽdi natis ex me procreatis filijs tuis & filiabus, uteri mei doloribus atq; gemitibus. Sed hæc cuncta cum passa fuerim atq; sustinuerim, in uacuum uane expectaui, cum sepulturã mundã eis facere minime ualui, illis à quib. mihi honorabilẽ sepulturã speraui. Post hæc uniuersa nihil inquit dixissem, nihil cõquesta fuissem, si te ô Iob nõ infirmũ uiderẽ, si te sanum habuissem: sed leuia mihi fuissent omnia quę te incolumi sustinuissem. Sicut emẽ rei familiaris iacturæ memor nõ essem si liberos non amisissem, similiter non essem recordata, nec rei familiaris, nec filiorũ, si tibi incolumi gratulata fuissem. Nũc uerò & tu ipse Iob sedes in putredine uermiũ pernoctans & peruigilans, cũ uehemens dolor tuus, atq; miserabilis tua passio auferens à te requiem & uigilias tibi procurãs dolores tuos efficit amariores. Tu ipse, inquit, in putredine uermiũ sedes. Quod enim efficiũtur omnes post mortẽ, hoc nimirum effectus es tu solus ante mortem. Quod emẽ efficiuntur omnes qui moriuntur in sepulchro, hoc uidelicet effectus es tu solus in murana. Quid in multitudine gloriaris iustificationũ? Tu aũt sedens in putredine uermiũ pernoctans ac peruigilans plurimos habes qui te excitẽt uermes. Non emẽ gallus ille qui post hoc Petrũ uocabit, ita excitare illum poterit, sicut te excitant uermes, qui deuorant carnes tuas. Non tantum Ægyptios illæ plurimæ excitauerunt plagæ, sicut te multiplex suscitat putredo. Post quæ uniuersa, & ego, inquit, ut uaga, & habitu ancillæ ambulãs de loco in locum & de domo in domũ operis causa, expectans quando sol subeat & requiem habeam laborum & gemituũ, qui nunc me apprehenderũt. O malignitas aduersarij, ô callíditas diaboli, ô fallacia nequissimi, quàm blande loquitur, quàm callide decipit, & miserabiliter fatur, ut prouocet sensum, ut atterat mentem, ut exaggeret animum, ut perturbet præcordia, ut immutet conscientiam, ut delassando atq; fatigando, & debilẽ atq; desperantẽ efficiendo, ad blasphemiam eum prouocaret atq; conuerteret. Nam is qui aliquem passus fuerit dolorem, cũ consumpserit eius dolorem, uerborũ magis prouocatur admonitione & improperijs: et increpationes minores atq; mitiores esse uidentur magis & cum prouocant uerbis, atq; admonentur eloquijs, & subtilitate uerborum exulceratur anima patiẽtis. Hoc scilicet sciens nequissimus diabolus, uersute ac callide per os uxoris loquẽs, omniũ eum ab initio cõmonefecit dolorum. Vxoris nomẽ cum audieris, noli putare quod uxor hæc locuta fuerit, sed ore uxoris deseruiẽte loquutus est per os eius malignissimus, qui etiã & impias cogitationes seminauit in anima illius. Animaduertite quomodo oẽs ipsos enumerat dolores, quomodo de omnib. eum cõmonefacit. Quouscq; sustines paupertatẽ, inopiam, nuditatẽ, deformitatẽ, improperia, maledictiones? Deinde filij tui & filiæ perierũt, interierunt, intercepti sunt, deleti sunt. Item uerò tu sedes in putredine uermium omnibus execrabilis, omnibus abominabilis, oẽibus detestabilis ad uidendũ & approximãdum atq; audiendum, & ad ipsam putredinem omnibus odiosam moderãdam. Deinde

post hæc uniuersa,& ego,inquit, ut uaga & habitu ancillæ circumiens de loco in locum & de domo in domum,& cętera:quib.subtiliora atq; callidiora in subuersione loqui nō poterat.Post quæ uniuersa pro omniū cōclusione, postq; perturbatum & prouocatum, atq; circa deum excitatū putauit esse cor eius,in supplemento omniū dixit:Dic aliquod uerbum in dominum & morere.Ad hoc em̄ illum adducebat,atq; attrahebat,& ad hoc flagellabat cum hæc uniuersa loqueretur malignissimus diabolus.Nam cum nō ualeret per dolores, nisus est atq; putauit quod per seductionē eū subuerteret.Sed illic uere adimpletū est id quod post hoc dictum est:Firmum fundamentū dei stabit. Illic uerò adimpleta est parabola illa,quæ à domino dicta est de domo illa firma,quę super petrā fundata atq; ædificata est,quam oēs uenti & aquæ, & oēs impetus diaboli cōmouere nō potuerunt.Talis uerò fuit admirabilis Iob,quē omne suppliciū diaboli non cōpulit deū derelinquere:quē omnia argumēta aduersarij nō seduxerunt,ut à creatore discederet.Sed adhuc uelut ex persona uxoris huius uerbi mētionē faciamus.Et ego,inquit, ut uaga,& habitu ancillæ.Et ego mala tua,inquit,tecum baiulo, tuos dolores tecum sustineo, tuas miserias tecum patior,& ego,inquit,discedere non possum,derelinquere te non tolero. Et ego ut uaga &habitu ancillæ.Vaga uelut peregrina,latitans,misera,solitaria,infelix, inops.Et ego uaga,ueluti erronea,tanq; uiarum & egressuum,atq; totius ciuitatis transitus ignara. Nam intra palatia nutrita,& in regno uiuens,& in principatu atq; opulentia degens,omniū foris eram ignara.Ob hoc ego,inquit,ut uaga circumeo,atq; erro,utpote omnium insciа & uiarum & itinerum & incessuum & colloquiorū, & non solum uaga,sed habitu ancillæ tanquam mercenaria,atq; alijs indigens, tanquam infelix & omni mode inops.Habitu ancillæ,utpote operans ac laborans & mercennum faciens, & oīm bus supplicās,atq; omnibus humilis,utpote oīmbus subiecta. sic itaq; ut uaga,inquit,& habitu ancillæ,innumeri serui, atq; innumeræ ancillæ olim seruierūt mihi & ministrauerunt & detulerunt &requiem dederunt,& undiq; cum reuerētia adorauerunt me:nunc uerò ad tantam infelicitatē deuoluta sum,ad tantā miseriā perueni,ut ipsa ego uaga alijs seruiam,omnibus indigens,omnibus subiecta. Ego, inquit, quæ immensum numerū inopum atq; pauperum, infeliciū quoq;,ac nudorum sitiētiumq; olim ex tuis & meis laboribus atq; facultatibus saturaui,uestiui,benefeci,requieui,refrigeraui,ego,inquit,ad tantos dolores & miserias,atq; infelicitatem perueni, ut tanq; uaga circumiēs,alijs propter inopiam seruiā,ut tibi,inquit,ô Iob quotidianā escam mercēno acquirā,ut tibi quotidianum uictum inueniā.Ob hoc (inquit) ut uaga & habitu ancillæ de loco ad locū circumeo,& de domo in domum,sicubi exposcam,& mendicem,expetam,uel ut etiā mercenno exigam,de loco ad locū,de domo in domū circumeo.Alicubi(inquit) suscipior,alicubi aūt non suscipior,alicubi deferī mihi,alicubi aūt nō defertur.Alicubi honorificor, alicubi nihilominus execror.Nam præter id quod nō suscipiunt,insuper execrantur,declinant,abominantur nostram infelicitatem,unusquisq; sibi metuens,& tanquam ab augurio meum accessum atq; introitū præ timore declinat, ne forte cum nostra miseria tangatur.Ob hoc,inquit,ô Iob de loco in locum circumeo, & de domo in domū.Ego(ait) quæ olim foras nunquam exiui,quæ foras nunquam respexi, nunc uerò de loco in locū circumiens,& de domo in domum ab omnibus cōspicior,ab omnib.contēplor,& à malis & à bonis,& à cognitis & ab incognitis.Nam ij,inquit, qui olim nec uiderūt me, nec uidere potuerunt,isti nunc ut uagam me circumeuntem cum ignominia uident,atq; cōtemptu cōtemplanī.Ob hoc,inquit,de loco ad locum circumeo, & de domo in domū, operis gratia,& expectans quando sol subeat, ut requiem habeam laborū,atq; gemitum,qui nunc me apprehenderunt,qui nunc occupauerunt tam pro tua passione,q; etiā pro mea uagatione,tam pro tuis laboribus,q; etiam pro meis tribulationibus, expectās quando sol subeat.Ob quam rem?Ob hoc(inquit)ut requiem habeam laborū ac tribulationum mearū.Nam cum sol inquit ceciderit,nox appropinquat,& tenebrę oriuntur, & superuenit somnus,qui omnes dolores mitigat,qui omne uulnus sedat, qui omnē tristitiam sopit.Ob hoc ergo (ait) tanq; requiem & omnium tribulationū depositionē sic expecto quādo sol subeat,ut saltem uel breui noctis tempore à tribulationibus,quę me nunc apprehenderunt requiescā.Sicut em̄ locus loco me reddit, & domus domui,stipē quærētem & eleemosynam,atq; humanitatē uagam circumeuntē: sic similiter dies diei

me

me tradit & nox nocti, requiem tribulationum atq; dolorum cõsolationem quærentem expectando quando sol subeat, ut requiẽ habeam tribulationũ quæ me nunc apprehenderũt. Nam solis occasus oĩbus humanis laboribus ac fatigationibus finem imponit, solis occasus uniuersis humanis naturis requiẽ præstat, & pauperibus, & nõ habẽtibus, & seruis, & liberis: & omnes uesperum atq; solis occasum, uelut libertatem & indulgentiam atq; requiem expectant. Cum quibus omnibus, inquit, ego etiã expecto quãdo sol subeàt, ut requiem habeam tribulationum, quæ me nunc apprehenderũt. Voluerũt quidam & aliter hæc dicere, quasi nõ possit per diem præ uerecundia atq; cõfusione per domos ire, & stipem accipere pro cernẽtibus & declinãtibus propter augurĩũ ne ei occurrerent, uel in domũ susciperent, metuẽtes ne eadem paterentur etiam omnes ad quos accessisset, uel quibus approximasset. Ob hoc ergo dicit, expectãs quando sol subeat, ut in tenebris nocturnis requiem inueniã. Sed uere superior expositio uera atq; irrefutabilis est. Sed post hæc uniuersa ad illũ sermonẽ cõuertamus, cuius etiam hęc uerba fuerunt, id est ad diabolũ. Nam hic gloriatur quod de loco in locũ circumeat, & de domo in domũ. ut seducat, ut perturbet, ut cõmisceat, ut decipiat, ut ea quæ contraria sunt cunctos doceat, & expectat quando sol subeat ut requiem habeat laborum ac tribulationũ. Nam ubi sol iustitiæ non subierit, ubi lux ueritatis nõ luxerit, ubi obscuritas infelicitatis & erroris atq; impietatis fuerit, illic malignus requiescit, illic omnem iniquus suũ laborẽ deponit. Idcirco de loco in locum circuit, & de domo in domum, utpote aereus spiritus, cũcta penetrans atq; peruolans, & omnia circumspiciens, & ubicq; omnia inquirẽs, si cubi suæ malitiæ nequitiam requiescere faciat. Quod aũt ita sit, etiam ipse dñs in euangelijs demonstrans dicit: Cum immundus spiritus exierit ab homine circuit quærens requiẽ. Sic itaq; & istic circuit de loco in locum, & de domo in domum, si cubi subeuntẽ inueniat solem, & tenebras & obscuritatem & noctẽ, impudicitias & adulteria & pertinacias, ut illic requiescere perficiat uniuersam suam iniquitatẽ, atq; omnẽ laborem suum. Sic nanq; requiescit caput huiusmodi, ut ultra opus non habeat laborare ut eos seducat. Proprios nanq; habet illos, & in illis requiescit. Idem ergo diabolus sanè dixit: Circuiui omnem terram, & peragraui ea quæ sub cœlo sunt. Idem ipse etiam nũc dixit, quod de loco in locum, & de domo in domum circuiuerit. Idem ipse etiam adhuc circumiens quærit requiem. Sed cum uniuersam malitiam suam perfecerit diabolus, atq; omnẽ iniquitatẽ suã demonstrauerit, ostẽdit in fine quid cogitauerit, quid quęsierit, quidue cupierit dicẽs: Dic aliquod uerbum in dominũ, & morere. O iniquitas & malitia, fallacia quoq; ac uersutia tua diabole, quantum percurristi, & quantum circuisti, & quantum tuis sermonibus atq; callidis locutionibus cõplexus es, cum cõmonefacis eum dolorum, plagarum, uermium, putredinum, filiorum atq; uxoris uagationis. Et postq; per hæc uniuersa raptum illum, atq; post se conuersum habere putat, post hæc nihilominus omnia quasi gratiam atq; synceritatẽ illi demonstret, & tanq; sollicite illi consilium præbeat ait, dic aliquod uerbum in dominum & morere. Melior (inqt) est mors ô Iob quàm uita amara, & requies æterna quàm perseuerans infirmitas. Ideo dic aliquod uerbum in dominũ & morere, ut inanem uitam hanc finias, ut hæc amara tormenta relinquas, ut ab istis uehementioribus doloribus trã seas. Ob hoc ergo dic aliquod uerbũ in dominũ & morere. Dic aliquod uerbũ quod irritet, qđ exacerbet, qđ exasperet. Dic aliquod uerbũ in dominũ. Accusa de iniustitia, criminare, irride de malitia, reprehende de impietate. Dic aliquod uerbũ quod neget illũ, & prouidẽtiam eius atq; prouisionem, præscientiã quoq; ac uirtutẽ atq; magnitudinem illius. Sic ergo dic aliquod uerbũ in dominũ & morere. Si eĩ aliquid huiusmodi dixeris continuo morieris, cõtinuo de omnibus præsentibus laboribus securus atq; alienus rederis, cõtinuo neq; confusionẽ (inqt) sustinebis, neq; impropería audies, neq; dolorẽ patieris, neq; pœnam sufferes, sed cuncta protinus deponẽs inter mortuos requiescens. Dic (inquit) aliquod uerbum in dominũ & morere. Hoc (inquit) expecto, hoc sustineo, hoc desidero, hoc quæro, ut dicas aliquod uerbũ in dominũ & moriaris. Ob hoc (inqt) plurimo tẽpore aduigilaui tibi, obseruãs atq; in speculis sedens quãdo succũberes, quãdo flectereris, quãdo deficeres, quãdo in his doloríb. defatigatus atq; in ipsis tormẽtis delassatus ad reprehensionẽ creatoris flectereris, atq; in factis dei ad blasphemiã te cõuerteres. Cũ ego (inquit) hæc uniuersa perfecerim atq; peregerim, unũ mihi uerbũ condona, unũ

Matt. 12

uerbũ me exaudi,unũ uerbũ dicito in dominũ & morere. Quod em̃ tu dicturus es poſt paululũ ô Iob,Menſes uacuos & noctes dolorũ ſuſtinui:hoc(inqt)ego iam ex hoc ſuſtineo,mẽſes uacuos pertranſiẽs propter immutabilẽ tuã paſſionẽ, & noctes dolorũ peragens propter animã tuã in doloribus nõ ſuccumbentẽ.Non em̃ te ita ô Iob iſti dolores affligũt,ſicut me tua tolerãtia pernecat.Pro his ergo oñibus dic aliquod uerbũ in dominũ & morere.Sed tale uerbũ dic,ut cõtinuo tibi mortẽ procuret,ſed bene dixit poſtmodũ is qui ait:Aqua multa nõ extinguet charitatẽ,& flumina nõ inundabũt eam. Omnia em̃ flumina & oñis impetus,& oñis inundatio maligni atq; malicia diaboli,extinguere uel inundare purã illius charitatẽ Iob quam circa dominũ deũ habuit nõ potuerunt. Indicium huius rei ea quæ iampridẽ dicta ſunt,& ea quæ adhuc ſubſequẽter proferunt̃,demonſtrãt.Nam mox iſtic in ſubſequẽtibus dicit:Ipſe uerò reſpiciẽs ad eam dicit: Quare ut una ex inſipiẽtibus mulieribus ita locuta es? Ipſe uerò reſpiciẽs ad eam. Ipſe. Quis? Iob ipſe reſpexit eam qui ante ad deũ reſpiciebat, qui primũ dominũ contẽplabatur,qui dudum ad ęternã incorruptionẽ ſynceriter intendebat,Ipſe ergo reſpexit.Ipſe ille immobilis,indeclinabilis,inſubuertibilis,inſeducibilis.Ipſe qui circumuẽtus nõ eſt,qui à deo nõ eſt abſtractus.Ipſe reſpexit ad eam.Ad quam eam? Ad uxorẽ,ad inſidias, ad muſcipulã, ad ſubuerſionẽ,ad ruinam.Nam illa quam uxorẽ eſſe oportebat, & omniũ bonorũ conſiliatricẽ atq; ſuffragatricẽ,effecta eſt illi inſidiæ,retia & fraus ac totius impietatis cõſiliatrix uel fautrix,quanq; iuſtus Iob illã non audierit. Sed interim cum ſe iſta miniſtrã mali gno effecit,quantũcũ ad ipſã circũuenire atq; ſupplãtare beatũ Iob ſtuduit,merito iuſtus ille reſpiciẽs ad eam,primũ ad eum qui in ea loquebat̃, id eſt ad diabolũ,reſpexit:primũ inimicum illum qui per os eius inſidiabat̃ intellexit,atq; malitiæ eius occurrẽs reſtitit,et per illam quæ ad eum locuta eſt diaboli iniquitatem redarguit atq; deiecit.Quod demõſtrans ſcriptura dicit:Ipſe uerò reſpexit ad eam turbido aſpectu,immutata facie, fremẽti locutione,perturbato uultu. Ipſe uerò reſpiciẽs ad eam cum ira ac furore,cũ indignatione atq; contẽptu.Cognouit nãq; quòd malign̄ erãt hæc ſeminaria, quia maledicti ſemẽ hoc fuerat,quia iniuſti erat ille fructus,qa nequiſſimi fuit hæc concitatio.Idcirco reſpiciens ad eam quidẽ reſpexit,ſed ad diabolũ dixit,ad diabolũ locutus eſt.Cur(inquit)ô diabole,inimice iuſtitiæ atq; oñiũ bonorũ aduerſarie,cur ſuperuacue ſperas? cur ſtulte cogitas? cur humiliatũ temetipſum plus humilias,cum putas quod Adã inueneris, neſciẽs quod aduerſum Iob rem habeas? Neq; te hoc reuocauit quod præſcius omniũ dominus dixit,non eſt illi quiſq; ſimilis ſuper terrã? Neq; hoc te reuocauit, q uniuerſam iniquitatem tuam nunc oſtendens, & omnia bella tua & oñia prælia tua aduerſum me ſuſcitãs, confuſus in omnib.reuerſus,deformatus in omnibus conuictus es? Poſt illa omnia ſicut olim etiã ad Adam,ita ad me uxorẽ meã miſiſti,ſperans infelix,quia quod uel hiſtormẽtis nõ perfeciſti,hoc nihilominus uerbis ſeductionis perficeres, teipſũ deludens,atq; circũueniens.Euę enim exẽplar inueniſti,ſed ruinã non inueniſti,ſed in eum qui in te Adę fraudẽ ulciſcat̃ occurriſti,ſed aduerſus eum inſurrexiſti qui typum gerit illius qui in nouiſſimo ueniens tẽpore conculcabit caput tuum,cõminuet uirtutẽ tuam,confundet for titudinẽ tuam,humiliabit altitudinẽ tuam,& deiciet elationẽ tuã,uindicabit Adę priorem ſupplantationẽ uitæ illius ruinam excitãdo,& tuam elationẽ deijciendo.Hæc itaq; uniuerſa,atq; alia his pluriora ad perſonã uxoris,ad diabolũ illum locutus eſt,increpans
Gen.3 illum atq; deformans.Nam ſicut diabolus per uxorẽ eum ſeduxit,ita etiam ipſe per eam
Iob 2 demum diabolum deformauit atq; redarguit.Sed tamẽ & ad ipſam uxorẽ dixit: Quare ſicut una ex inſipientibus mulieribus ita locuta es? Cur(inquit)maximam inſipientiam arripuiſti atq; aggreſſa es? Cur teipſã uas diaboli effeciſti? Cur teipſam habitationẽ maligni præparaſti? Cur diabolus locutus eſt per os tuũ, infatuans primũ mentẽ tuam atq; animæ tuæ intellectũ? Tanta digna eras ô mulier maledictiõe ac deuotatione,ira quoq; atq; indignatione uel deformitate,quantã ut deũ blaſphemarẽ ac reprehenderẽ, atq; criminarer mihi ſuaſiſti, & per ipſam blaſphemiã mortẽ ſuper me inducere operã dediſti: quibus nec quicq; eſt ſceleratius ac nequius, illicitius quoq; atq; imprudẽtius,id eſt dei blaſphemia & morte ſpontanea. Quare ut una ex inſipiẽtibus mulieribus ita locuta es? Quare(inqt)nõ meminiſti meæ doctrinæ ô mulier? Quare oblita es mea mandata ô fœmina? Hoccine audiſti à me ut creator blaſphemet̃? Hoccine audiſti à me ut deus crimi

netur

netur? Vocem tuã, inquit, cognosco ô mulier, sicut & olim Isaac Iacob, sed seductionẽ tuam nõ cognosco, & doctrinã tuam nõ suscipio. Agnoui enim quod nequissimi aduersarij letale uenenũ est. Quare sicut una ex insipientib. mulieríb. ita locuta es? A quo sensum & sapientiã accepisti, hũc criminari nõ pepercisti. A quo prudentiã & intellectũ accepisti, hunc blasphemare nõ timuisti. Cur tanq; una ex insipientibus mulieríb. locuta es? Plurimæ, inquit, ô mulier à seculo insipientes ostenduntur fœminæ, & innumeræ ab initio irrationabiles demonstrãtur mulieres, aliæ minus, aliæ aũt plus, quædã carnaliter, quædam aũt spiritualiter. Insipiens fuit Rachel quãdo dicit ad Iacob, da mihi filios. Nõ Gen.30
eñ in potestate Iacob erat hoc, sed in dei potestate atq; operatione. Sed insipiẽtior fuit hac obscœna illa Aegyptia meretrix, quę maximã impietatẽ aggressa, ad castissimũ illũ atq; iustissimũ Ioseph dicit: Mane mecũ. Insipiens fuit uxor Tobiæ, quæ iniuste dicit ad Gen.39
Tobiã: Vbi sunt iustitię tuæ & eleemosynæ tuæ? Ecce quæ pateris omníb. cognita sunt. Tob.2
Sed insipientior hac fuit, quia & nequior, execrabilis illa & immũda atq; luxuriosa Da- Iud.16
lila, quæ clanculo seducens Sampson pure se diligentẽ, in derisionẽ atq; in mortẽ impar center tradidit. Aliæ nimirũ innumeræ ex scriptura ostendi possunt insipiẽtes mulieres, quas oẽs nunc istic uno uerbo perstringẽs Iob dicit: Quare tanq; una ex insipientib. mulieribus locuta es? Ex insipientibus, inquit, inutilibus, stultis, imperitis, irrationabilib. impijs atq; iniustis. Cur, inquit, tanq; una ex insipientibus huiusmodi locuta es? Sed qa nõ dicit tanq; quædam ex insipientibus mulieribus, sed tanquã una, propterea quærendum est, quæ uel qualis sit hæc una insipiens. Oportet enim esse illã singulariter insipiẽtem, & super omnes, atq; plus omnibus, utpote cæteris omnibus mulieribus insipiẽtior hæc sola ostensa atq; demõstrata. Quæ est hæc? Eua prima mulier, prima in insipientia, maxima in irrationabilitate, inops sensu atq; scientia, exors prudẽtiæ & intellectus, quę maximam insipientiã toti mũdo inuexit, quæ singularẽ irrationabilitatem omniũ mortalium seculo induxit, tum peccata atq; mortes semper per inobedientiã in mũdo ꝓduxit. Huius nunc euidenter memor Iob, & de hac uxori cõmemorans dixit ad eã: Quare tanquã una ex insipientibus mulieríb. locuta es? & non ita, sed plus ac deteríus atq; grauius. Nam memorata Eua cum olim, inquit, in principio ad Adam locuta esset, & mandatũ dei derelinquere eũ doceret atq; seduceret, persuasionis causa, ligni speciẽ & fructus dulcedinẽ ꝓtulit illi atq; ostẽdit. Tu uerò ô mulier foris ab omni occasiõe, detecta impietate, deum sanctũ blasphemare & mihi ipsi mortẽ inferre doces, atq; ante oẽs merito digne à me audis: Cur tanq; una ex insipiẽtibus mulieribus locuta es? Tu, inquit, ô mulier facta es deterior Eua in insipientia, sed ego (ait) nõ effectus sum ut Adã in stultitia. Propterea tuis seductionibus nõ obedio, ꝓpterea nõ seducor ab eo qui in te loquit diabolus. Quare tanquã una ex insipientibus mulieribus locuta es? Fortiori prælio iam confecto, periculosioribus doloribus iam supportatis, amarioribus tormentis iã baiulatis, terribili pelago iam superato, uehemẽtioribus periculis iam cõsummatis, cũ iam salutis spes palàm sit, cũ iam immarcescibiles coronæ euidenter ostendant, nũc me cõpellis ô mulier deũ blasphemare & mori: ut post ea omnia amarissima ac miserabilia atq; lamẽtabilia supplicia quæ sustinui, beatissimis remunerationibus post hæc alienus efficiar, & non solum hoc, sed & post mortẽ terribiliũ pœnarũ apud inferos perpetuo hæres sim, utpote qui indigne atq; iniuste sanctum deũ blasphemauerim. Post hæc uniuersa ô mulier maledicere ac negare atq; blasphemare me deũ compellis? Ob quã rem? Dicito. Ob hoc, inquit, ut moriaris, ut mala quæ te nunc circũdederunt, derelinquas. Bene. Audi iterum. Porrò si nõ placuerit deo qui habet uitæ ac mortis potestatem, ut postq; renegauero illũ ac maledixero atq; blasphemauero cõtinuo moriar, sed etiã hic in istis terrenis doloríb. diutius affligat, utpote suũ apostatam & illis æternis pœnis tradat, utpote se blasphemantẽ. Si igitur seruiẽs illi & colens atq; gratias agens, tales sustineo dolores, qualia sustineã apud inferos supplicia ô mulier, si discedẽs ab illo negauero & renuero atq; blasphemauero? Nam istorum breuissimorũ dolorũ quos in corruptione sustineo erit finis, & cum gratiarũ actionibus hos usq; in finẽ sustinẽs æternæ beatitudinis à deo spero mihi remunerationem. Illis autẽ qui deũ blasphemauerint diutius uiuentibus in corpore, uæ erit. Plus aũt erit uæ illis apud inferos, cũ in perpetuo torquebũtur in flamma ignis inextinguibilis. Quare ergo tanquã una ex insipientibus mulieríb. locuta es?

cum & deũ blaſphemare ſuades, & mihi ipſi mortẽ atq; internicionẽ ut procurẽ doces, quibus nequius atq; ſceleratius nihil eſt. Omne em̃ peccatũ per pœnitentiã indulgẽtiã accipiet, & oẽs qui ſyncerĩter pœnituerint, remiſſionẽ & miſericordiã à deo cõſequentur atq; inueniẽt. Hi uerò q ſemetipſos interfecerint, qui ſibimetipſis mortẽ intulerint, nunq; requiẽ habebũt, iſti in infinita ſecula nunq; inueniẽt refrigeriũ, ſed animæ eorum mox ut de corpore exierint in tenebras deducent̃: ubi cũ Iuda & Achitophel perpetuo torquebunt̃, qui poſt alias impietates ſibimetipſis manus inferre auſi fuerũt. Nullus ergo ex bene intelligentib. uel deũ timentib. hominib. mortis cauſam ſibi debet inuenire non debet ſemetipſum interficere, neq; omnino ullus deũ timentiũ debet ſibimetipſi mortem optare. Quod ſi uerbo omnino mors optanda non eſt, multo magis mortẽ factis nullus ſibi debet inferre, ne cum præfatis æternis apud inferos tradat̃ tormẽtis. Ob hoc ergo dicit Iob ad diabolũ, qui mortis illi blaſphemiã ſuadebat. Quare tanq; una ex inſipiẽtib. mulierib. locuta es? Ac ueluti diceret: Quare tanq; una ex inſipiẽtib. animab. fatuis, ſceleratis, impijs, deo odibilib. deo reſiſtẽtib. ita locuta es? Quia nec deum times neq; uirũ uereris, neq; teipſam cõfuſione induis, neq; uehemẽtiorib. aut meis doloribus cõpateris. Super hæc aũt omnia neq; hoc cõſideraſti, ne forte poſt blaſphemiã ſi ſic blaſphemauerimus, deteriora pati incipiamus. Quare tanq; una ex inſipientibus mulierib. locuta es? Ego patior, & tu me blaſphemare cõpellis. Ego affligor, & tu ut mortem petam me cogis. Ego tales dolores ſuſtineo, & tu me meum creatorem blaſphemare doces, ut mala malis, atq; dolores doloribus meis adijcias ô mulier, uel potius is qui in te, uel per te loquit̃ inimicus diabolus. Quare ergo tanq; una ex inſipientib. mulieribus lo
3 Reg. 19 cuta es? Sic locuta eſt poſt hæc (ait) Iezabel ad Achab, ſic locuta eſt Herodias ad Hero
Matt. 14 dẽ, cũ illa ſanè Heliam interficere, iſta uerò Ioannẽ occidere ſuaderet, & cæteras oẽs impietates eos docerẽt. Sic, inquit, & tu ô mulier mortẽ mihi atq; internicionẽ per dei blaſphemiã ſuades, ut cũ hoc quod male morior, cum hoc ipſo iniuſte blaſphemem. Sed uigilo, inquit, in prælio quod aduerſum te gero ô diabole, ſed nõ obdormio in ſtadio q̃d circa te habeo ô nequiſſime aduerſarie. Non enim obdormitantẽ inuenies, quemadmodum iam memoratos, neq; dormientẽ ſicut illos in quibus poſt hoc facile zizanias inſeminaſti. Te, inquit, ô inimice per uxoris perſonã increpo. Tu em̃ inſipiens es atq; totius impietatis auctor & pater, te etiã per hoc ſancti uelut inſipientẽ arguẽtes dicent: Dixit inſipiens in corde ſuo, nõ eſt deus. Tu, inquit, ô diabole in antiquiſſima illa muliere maximã inſipientiã inſeminaſti, & in iſta nũc muliere impiã inſipientiã produxiſti. Merito dico ad illam, quare tanq; una ex inſipiẽtibus mulieribus locuta es? Te recolentes ô mulier poſt hoc pphetæ, & malum atque inſipiens tuum cõſilium duriter deteſtantes dixerunt, à cõiuge tua te obſerua, ne quid dixeris illi. & alia plurima his ſimilia. Poſt quæ uni
Iob 2 uerſa adiecit dicẽs: Si bona ſuſcepimus de manu dñi, mala quare nõ toleremus? Aduerte, inquit, ô inſipiens, cõſidera depoſita ſtultitia ô mulier. Si bona ſuſcepimus de manu dñi, mala aũt quare nõ toleremus? Gloria, diuitiæ, iocũditas, delitiæ, ſublimitas, honor, regni ſedes, principatus & poteſtates, natorũ gaudiũ atq; amicorũ multitudo, hæc fuerũt bona, quæ de manu domini accepimus, quæ de manu domini data ſunt nobis. Mala autẽ fuerũt, rei familiaris perditio, liberorũ amiſſio, putredinis abundantia, uermiũ multitudo, pœna inſupportabilis, intolerabiles dolores, ſeductio atq; ſubuerſio maligni, inſidiæ atq; tentationes inimici. Hæc uniuerſa mala uident̃ & mala dicuntur, atq; mala ab hominib. æſtimãtur, nõ quod mala ſint hæc, ſed ſunt æterna bona procurãtia, perpetuæ nihilominus gloriæ in regno hæreditatẽ præparãtia. Hoc ſciebat Iob, & merito cũ gratiarũ actionibus ea ſuſtinere operã dabat. Hoc ſcierũt prophetæ & apoſtoli atque cũcti martyres. Propterea amaram uitã in hoc mũdo tranſegerũt, propterea omnia tormẽta ignis & gladij ſuſtinuerũt. Humana ergo cõſuetudine bona & mala ea appellat, dicẽs: Si bona accepimus de manu domini, mala aũt quare nõ toleremus? Cũ, inquit, tibi eſſet honoris ſublimitas, cum gloria lętareris, cum in delicijs degeres, cũ multitudo te ante & retro, utpote de palatio exeuntẽ, & identidem illò reuertentem cũ honore exaltãs circumdaret, cum filij ante oculos gaudio te replerent, tunc nõ dixiſti ô mulier, dic aliq̃d uerbum & morere: tunc mortẽ omnino nec nominare, nec audire paſſa es. Nũc autem quia res familiaris interijt, & filij perierunt, quia gloria fugit, & diuitiæ abierũt, q̃a mala

nos

nos inuenerũt,& dolores apprehenderũt,deũ nos blaſphemare cõpellis,ob hoc nos reprehendere doces,ꝓpterea nos mortẽ petere cogis, & hoc non iuſte ſed iniuſte per dei blaſphemiã:& q̃d eſt maximũ,nõ tibi amarã mortẽ poſcis,ſed mihi:ut poſſis poſt obitũ in requie uiuere,ſicut tu ſperas,neſciẽs neq; credẽs dei bonorũ ꝓmiſſionibus quæ delõge uidet eius ęternitas. Si bona accepimus de manu dñi, mala aũt quare nõ toleremus? Si bonorũ eius faſtidiũ nunq; cepimus, neq; finẽ eorum unq; fieri uolumus, mala autẽ quare nõ toleremus? tribulationes cũ gratiarũ actionib.quare nõ ſuſtineamus? Præſertim cum nouerimus,quia ſicut bonorũ finis erit, ita & malorum citiſſime cõſummatio aderit.Et quidẽ bonorũ,hoc eſt diuitiarũ atq; opulẽtię finis inutilis erit,niſi aliqs ꝓpter iuſtitiã atq; eleemoſynã pauperũ iuſte eas expenderit:tribulationũ autẽ tolerantia in fide,atq; dolorũ ſupportatio cũ gratiarũ actionibus æternæ gloriæ hæreditatẽ præparãt in regno cœlorũ.Si bona accepimus de manu dñi,mala autẽ quare nõ toleremus? Nũquid faſtidium bonorũ paſſa es ô mulier? Nũquid cõſternanter tuliſti requiẽ & gloriã ô fœmina? Quod ſi illorũ plurimo tempore faſtidiũ nõ cepiſti,quõ nunc modicę tribulationes te deficere fecerunt? quõ uberes dolores te nũc defatigauerunt, qui me atterunt & nõ te? Me comedunt uermes,& tu delaſſata es. Meæ carnes putreſcunt & tu delibata es.Si bona accepimus de manu dñi,mala autem quare non toleremus? Sic putas,inquit,ô mulier quod nõ à deo nobis ſit hęc pœna,ſed ab alio aliquo.Si ergo nõ eſt à deo, ſed ab alio,quid ulciſcar deũ ut blaſphemẽ illũ,cum alius ſit qui me tribulauerit? quòd ſi à deo eſt certũ,quod forſitan eſt,ꝓ peccatis noſtris eſt.Quid itaq; eſt melius? orare ac deprecari terribilẽ faciẽ dei,an blaſphemare & criminari ac detrahere,ut uehemẽtiorẽ irã atq; indignationẽ in nos excitemus? Si igit̃ ipſe eſt qui hãc pœnã ingeſſit,ſatisfaciamus illi tãq; miſericordi.Si aũt alius aliquis eſt qui hoc bellũ aduerſum nos excitauit, ſic etiã deprecemur illũ auxiliatorẽ atq; propugnatorẽ,utpote fortiſſimũ ac potentiſſimũ.Si enim bona accepimus de manu domini,mala autẽ quare non toleremus? Vbi enim fuerint lætitię,illic etiã tribulatiõis expectatio. Vbi iucũditas,illic etiã miſeriæ ſperanť. Nã quid obuenit nobis ô mulier ex his quæ in hoc ſeculo non fuerint geſta? Nónne omnis caro aliquãdo quidem ſana eſt,aliquãdo ægra,aliquando paupertatẽ patitur, aliquãdo autem diuitias habet? Quæ igitur ſunt apud omnes homines in mũdo, hæc, inquit, etiã apud nos geſta ſunt: & nõ ſolũ in omnibus hominibus ſed & in omnibus huius mundi elementis fiunt aliquando.ſic aliquando uer,ſic aliqñ æſtas,aliquando hyems,aliquando frigus,aliquãdo uerò æſtus,aliquãdo uiriditas,aliquãdo uerò ſiccitas. Si ergo ita eſt apud omnia corruptibilia,q̃d magnũ ſi & nos qui ſicut omnia corruptibilia, floruimus pridem ſanè diuitijs & cæteris bonis,nũc uerò aruimus inopia atq; cõcaluimus infirmitate? Sicut ergo in illis delectati ſumus,nũc & iſta ſuſtineamus.Sicut illa libenter accepimus,ita & iſta cum gratiarũ actionibus ſupportemus. Si bona accepimus de manu dñi, mala aũt quare nõ toleremus? Nõ quod de manu domini procedant bona & mala, ſed omnia bona.Ex bono enim omnia bona ꝓcedunt.Nã ſicut ſol tenebras nunq; profert, ſic ſimiliter bonus deus nunq; mala producit,ſed omnia bona atq; optima.Quanquam cñ ab impijs atq; indiſciplinatis hominib.ea quæ pro uindicta & cõuerſione atq; pœnitentiæ cõmemoratione à deo ingeruntť,nõ bona ſed mala exiſtimantť,tamen bona ſunt uere,quia cum ad pœnitentiã conuerterint,æterna bona in regno cœlorũ procurare reperiuntť.Sic nępe & omnis doctrina atq; diſciplina ab irrationabilibus infantibus non in bonũ,ſed in malũ æſtimatur uel ducitur: ſed reuera cognoſcũt in ultimo, quia totius boni,uel gratiæ illis cauſa extitit diſciplina,quæ in primordio fuit execrabilis.Humano itaq; more atq; conſuetudine, & humano Iob uſus ꝓuerbio mala & bona memorat dicens:Si bona accepimus de manu dñi,mala aũt quare nõ toleremus? Poſt quæ uniuerſa pręcipuã atq; perfectam gloriæ coronã conferens Moſes beato Iob, dicit in ſubſequẽtibus.In illis autem omnibus quę illi acciderũt,nihil peccauit Iob in labijs ſuis,neq; in cõſpectu domini.Olaus ô honor,ô gloria & ſuffragiũ,ô delectatio atq; prælatio beati Iob. Quid primũ magnificeť iuſti illius? An iuſta ac pia uita eius ab initio,& miſericors atq; bona? An tolerãtia uehementiũ dolorũ cũ gratiarũ actionibus? Aut etiã hoc quod cum callide ſeduceretur à diabolo per os uxoris,ſapiẽter reſtitit,& in his omnib. iuſtũ ac bonũ deũ exiſtimauit qui hæc ei uniuerſa bene ingeſſit? Hæc itaq; demonſtrãs dicit: In his

omni-

ómnibus quę ei acciderũt nihil peccauit Iob in labíjs ſuis, neq; in cõſpectu dñi. In his, inquit, omnibus plurimis, magnis ac mirabilibus atq; terribilibus, lamentabilib. quoq; ac miſerabilibus quibus ſimilia geſta nõ ſunt, in miſeríjs atq; in infelicitatibus, in omnibus quæ à ſeculo ſunt facta, & fiẽt uſq; in æternũ, qbus ſimilia uiſa nõ ſunt, neq; audita ſub ſole ab initio ſeculi & uſq; in cõſummationẽ ſeculorũ. In iſtis ergo omnib. nihil peccauit Iob, neq; in uerbis labiorũ, neq; in oris eloquíjs, neq; in cordis cogitationib. neq; in animi meditationib. Quod aũt ita ſit, oſtẽdit mox in ſubſequẽtib. dicẽs: Neq; in labíjs ſuis, neque in cõſpectu dñi. & nõ ſuffecerat ut diceret, neque in cõſpectu dñi, ſed & hoc dixit, neque in labíjs ſuis. Quid eſt hoc, neque in labíjs ſuis? uel qd hoc eſt, neque in cõſpectu dñi? Audite ó amici ueridicã expoſitionẽ. Qd dicit in cõſpectu dñi, hoc eſt cordis cogitatione, & animæ ꝓfundo tractatu aduerſus deũ nihil cogitãs in reprehenſione & in blaſphemia atque criminatioñe quæ in cõſpectu dei deprimũt, qui inquirit renes & corda, q nouit occulta cordis, ſicut dicit ſcriptura. Verba aũt labiorũ aliqñ ex corde dicunt, aliqñ aũt incõſideranter proferunt ex incautela, & nõ ex iniquitate, neque ex malevolẽtia: ſed frequẽter ore loquit homo, quod omnino corde neque cogitauit, nec cogitat. Ergo quia admirabilis ac patientiſſimus Iob, cũ in tãtas tribulationes trãſiret, & tãtos dolores nefãdos ſuſtineret, tãtasq; ſeductiões ſuperaret: neq; in corde malũ de deo, neque aduerſus deũ cogitauit, neque in labíjs ſuis per incuriã ullũ prauũ ſermonẽ ꝓtulit, ꝓpterea magnificãs illũ & laudãs atq; perferẽs dicit: In his omnib. íjs quæ ei acciderũt nõ peccauit Iob, neque in labíjs ſuis, neque in cõſpectu dñi. Ac ſi diceret: O magna atque uehemẽs admiratio, ó magna atque ingẽs patiẽtia uiri, ut in omnib. tãualidis doloríb. atque in omnib. iugibus pœnis, ita ſe beatus ille obſeruaret, ut omnino nec in labíjs ſuis nec in corde ſuo circa deũ delinqueret. Nã ſicut cordis ſui cogitatiões atque animi ſui meditatiões caſtas oẽs ac mũdas cõſeruauit, & nõ praue circa deũ cogitauit: ita & uerbis labiorũ atq; oris eloquíjs obſeruauit, ut nec corde delinqueret, neq; in ſermone peccaret, ſed totũ ſemetipſũ & cordis cõſilia & ſermonis eloqa & uerba labiorũ cũcta in gratiarũ actionẽ atque confeſſionẽ dei cõuerteret. Euidẽter impleuit beatus ille
1.Cor.6 homo quod poſt hoc ab Apoſtolo dictũ eſt: Glorificate deũ in corpore ueſtro & in ſpiritu ueſtro. Ergo quia à uerbis labiorũ uſque ad cordis cogitationes immaculatũ ſe & in uiolatũ atque incontaminatũ cõſeruauit in cõſpectu domini, tãq; ſi diceret, neque hoc geſſit quod plurimis accidit, ut labaſcant in uerbo & nõ ex corde. Non enim lapſus eſt in ſermone labiorũ, iuxta hoc quod dictum eſt quodã in loco in ſcriptura: Eſt qui labaſcit in uerbo, uel in ore & nõ ex corde. Ergo qa beatus Iob nullo modo lapſus eſt, neq; in ore, neque in ſermone, neq; in labíjs, neq; in corde, ꝓpterea magnificãs illũ magnus ille homo dei Moſes, admirãs quoq; ac laudãs eũ dicit: In his omnibus quæ acciderũt ei nõ peccauit Iob in labíjs ſuis, neque in cõſpectu domini. Sic, inquit, tranſiuit admirabilis Iob ſęuiſſimũ illud dolorũ pelagus, ſic ſuperauit inexplorabilem ſuã tentationũ multitudinẽ, ut nihil peccaret, neque in labíjs ſuis, neque in cõſpectu dñi. Ante tentationes nõ peccauit, in tẽtationibus nõ peccauit. O beate Iob, quis ſimilis tibi gloriabitur pro-
Gen.4 pter iuſtitiã? Mortuus eſt Abel, ſed ſemel & celeriter eſt mortuus: admirabilis uerò Iob cum mille mortes ſuſtineret, mortẽ ſuperauit, mortem uicit, in morte victoriã ſumpſit. Solus ex omnibus antiquis, cum mortuũ ſemetipſum inſpiceret, à morte nõ trepidauit. nam uidit effici mortuos, cum nimirũ uidit ſemetipſum fieri putredinem & uermes, ſed non ideo ante mortem expauit, ſed mortem in fugam uertit cum omnibus eius argumẽtis atque uerſutíjs & cũ iniquis eius exercitibus. Nam cum omnem poteſtatẽ in eum aciperet mors (hoc eſt diabolus) abſq; anima ſola, & ut percuteret & ut exulceraret & ut torqueret & ut ſeduceret, cum cuncta ſecundum uirtutem ſuã inſatiabilis mors exerceret, nequaquã quicquã iuſtitiæ in illo beato mori potuit. Idcirco mors apud Iob mortua eſt cũ omnibus efficientíjs ſuis: iuſtitia uerò quę in eo prídẽ uigebat, magis ac magis in illo diuinis uiſionib. atq; diuino colloquio reuixit. O beate Iob uiuẽs in perpetuũ apud deum, & victor permanens in cõſpectu regis domini, ora pro nobis miſeris, ut etiã nos terribilis dei miſericordia protegat in omnibus tribulationibus, & eripiat ab omnib. oppreſſionibus malígni, & cõnumeret nos cũ iuſtis, & cõſcribat nos cũ his qui ſalui fiũt, & requieſcere nos faciat cũ illis in regno ſuo, ubi perpetuo cũ ſanctis magnificemus illũ.

LIBER

AGNOS ac plurimos ſtupendos quoq; ac terribiles Iob dolores in præfatis demonſtrauimus, non iuxta meritũ iuſti illius, ſed iuxta uirtutem noſtræ humanitatis, & ſecundum donũ dei. Quis enim iuxta
M meritum poterit iuſtum illum magnificare, quem ipſe dominus qui corda cognoſcit magnificans dicit: Non eſt ſimilis illi quiſquã ſuper terram? Si igitur ante paſſionem nõ fuit illi ſimilis quiſquã ſuper terram, ſi aũt nec ante nec poſtea fuit illi ſimilis quiſquam ſuper terram, quis ex his qui ſunt ſuper terram, iuxta meritũ narrationem uel laudem illi exhibere poteſt? Non ſolum eñ oẽs homines, ſed puto quod & audeo dicere, etiam ipſos angelos, atq; oẽs dæmones perterruit Iob tolerãtia & cõſtantia atq; fides, cũ terra & lutum ſupe rauit omnem uirtutẽ ac fortitudinẽ atq; omnem uerſutiã malignißimi diaboli, qui cum acceperit in eum poteſtatẽ cuncta hæc in eo exercuit, quæ omnia corda in pauorem deducunt, & omnem animã ſtupere faciũt. Cuius enim alterius poteſtatẽ accepit aliquando diabolus, niſi ſolius Iob? Si eñ alterius cuiuslibet poteſtatẽ accepiſſet diabolus, profecto nõ lateret, ſed ille in eo quod etiã in Iob exercuit perfeciſſet. Cuius rẽ familiarem perdidit, cuius natos cõſumpſit, cuius corpus putredine ac uermib. repleuit, cui reliquias pro cõſolatione nõ dereliquit, cui ſpem ſalutis nõ dimiſit, ſed ſolã uxorẽ pro ſupplãtatione illi reliquit, per quam nouiſſimã ac ſæuiſſimã illã ſagittã ſeductionis atq; ſupplãtationis in eũ dimiſit. Sed quemadmodũ qui ad petrã ſagittauerit, petræ quidẽ nihil facit, omnes uerò ſagittas in ſemetipſum cõuertit: ita nequiſſimus diabolus cum inuiolabilẽ petram Iob, atq; incontaminatum ſagittaret adamãtem, ſemetipſum uulnerauit ac deiecit, Iob uerò nihil fecit. Hæc audiẽtes cuncti credentes, obſeruẽt ſe diligẽter à malis colloquijs, qa corrũpunt mores bonos colloquia mala, ſicut poſt hæc dicit Apoſtolus. Ob 1 Cor. 15
ſeruent ſe caute & ab amicis & ſodalib. & à domeſticis & à perſuaſionib. atq; cõcitationibus eorũ: quia omnis amicus ſupplãtans ſupplãtat, atq; fallaciter incedit. Maxime aũt obſeruate uos, atq; attendite animabus ueſtris ó uiri ab uxoris concitationibus atq; malis inſtigationib. Per hãc enim in ultimo ſupplãtare Iob niſus eſt diabolus, per hãc ſuperare ſperauit illũ quẽ per plurimos atq; ingẽtes dolores ſuperare nõ potuit. Per iſtas etiã nũc plurimos ſubuertit, per iſtas etiã nũc plurimos ad mala perſuadet, alios ad calumnias, alios ad rapinas, alios ad alias iniquitates, alios nihilominus ad odiũ aduerſus inuicẽ, ad contentionẽ quoq; & iurgium. Sic enim cum ad inuicẽ litigauerint, in hoc ſe defenſuræ ſunt, ut uiros ſuos aduerſus inuicem concitent ad bellum, ad inimicitiã quoq; atq; iniquitatẽ. Hoc nimirũ operatur per eas malignißimus diabolus, ſuccendẽs atque inflãmans corda eorũ zelo & ira: & ita infelices uiros ſuos & circa deum, & circa inuicẽ odibiles reddunt, ut & dei iram acquirant, & circa inuicẽ inimici permaneant: & quod eſt maximum cum debuerãt unanimiter pro inuicẽ aduerſus inimicos ſuos atque aduerſarios ſtare, ſiue intus, ſiue foris, ſiue in bello, ſiue in prælijs, & ſibi inuicem intẽdere atque inuicem adiuuare, & mutuo amore terga defendere, reperiunt ſibi inuicẽ inimici ac ꝓditores, atque in ꝓprijs ruinis gaudentes. Hæc nimirũ uniuerſa oriuntur ex malignarũ atq; cõtrariarũ uxorũ inſtigatione ac perſuaſione: quas non debent audire illi qui bene intelligũt uiri, ſicut nec beatus Iob audiuit. Propterea factus eſt deo acceptabilis, et ideo inter choros ſanctorũ magnificatur in perpetuũ. Vt aũt audierũt tres amici eius omnia mala quæ ei acciderunt. Vt audierunt, inquit. A quo audierunt? Primũ quidem à tranſeuntibus. Quis enim erat qui non prædicaret ea quæ Iob acciderũt? Puto quod & ipſum pelagus & aer, uẽtorũ nihilominus ſpirantiũ flabra, miſerabilem illam famã atque lamẽtabile illud nuncium, per oẽs prouincias uentilauerint. Super hæc aũt omnes homines qui uiderunt hãc rem & qui audierunt, audientibus hæc diuulgabant, hæc nominabãt, de his ſciſcitabanť, de his interrogabãt, & in uicis, & in triuijs & in plateis ciuitatis, & in porticibus domorũ, & qui iter agebãt, atque omnes qui ſibi inuicẽ ubique occurrebãt, hæc ad alterutrum loquebãtur, de his ſe inuicem interrogabãt: maxime ij qui de lõginquo ueniebãt & aliquo proficiſcebanť, omnes quibus occurrebãt, de his interrogabãt, dicentes: Si uerũ eſt ó uiri hoc quod de Iob dicitur, ſi uerũ eſt hoc quod de iuſto illo præ

dicatur

dicatur,cuius iustitijs cœlũ & terra atq; omnes homines attestantur,quod tã amare miserijs afflictus sit,quod tam miserabiliter percussus sit? Hęc atq; his similia cum loquuntur,ueritatem ab eis de ijs quæ prouenerant audiunt,quã in longinquo,in omnẽ regionem ac prouinciam deportauerũt. Quocũq; itaq; peruenerint, omnes regiones ac prouincias,ciuitates quoq; atq; castella,miserabili hoc nũcio & lamẽtabili fama repleuerũt. Audierunt ergo tres sodales uel amici eius hoc quod iam omnib. erat certũ atq; cognitum,audierunt etiã isti. Nã nihil est ita prædicabile,sicut magni hominis ruina. Cũ enim quilibet ex humilib. ad sublimitatẽ peruenerit,nõ ita ubiq; eius auditio fit, sicut cũ quis ex sublimib. humiliatus fuerit,sicut cum quis magnus interierit, quantocyus uentorum flabris fama eius omnem regionẽ atq; omnem auditũ penetrat. Ergo quia ita prouenit de iusto Iob,ideoq; cũ omnes & qui prope & qui longe erant audissent, audierũt etiam tres amici eius omnia mala quæ ei acciderũt. Voluerũt nonnulli dicere quòd dæmones eis prædicauerint, quod nullus ex sapientibus recipit. Blasphemiæ enim sermo est hic. Nam illi uiri dei cultores fuerũt,utpote Iob sodales atq; amici, pij ac deo credentes. Nõ enim amplexabatur Iob iustus,iniustos uel impios uiros amicos ac sodales habere. Idcir co ita percipiamus nos qui deũ timemus,quod sancti angeli ad eos ueniẽtes,siue insomno,siue in uigilijs,admonuerũt eos ut celeriter uenirẽt, & iustum illum amicum consolarẽtur. Veniẽtibus autẽ illis illuc, ut putabant insipienter se pro deo stare, inuenta occasione nequissimus dæmon ad blasphemiam iusti Iob illos cõuertit. Nã sicut uxorem eius pridem cum esset religiosa atq; omnibus iustitijs ei cõsentiens, in blasphemiam im
Iob 2 mutauit,sic & memoratos uiros. De quibus dicit istic. Audientes tres amici eius omnia quæ acciderãt ei,filiorũ interitum, rei familiaris perditionem, corporis putredinẽ,uermium comestionẽ,liberorum iniquam consumptionem, non mediocriter, sed miserabili atq; lamentabili modo,ut superius demõstratum est,condoluerunt. Hæc itaq; uniuersa audientes tres sodales eius,obstupuerunt & putatisne (inquientes) unde hæc uniuersa obuenerũt? & utrũ sit nobis grauius ó uiri,hoccine quod amicus noster tales pertulerit miserias,an quod domini amicus talia sustineat mala, cuius iustificationib. ac misericordijs cœlum & terra attestantur? Hæc scilicet uniuersa ut audierunt,atque hæc ad inuicẽ boni illi sodales locuti sunt,uenerũt statim simul ad eum ut cõsolarentur eũ & uisitarẽt illũ. A prioribus (aiunt) patribus nostris audiuimus ô uiri,quod antiquus ille frater aui nostri Esau Iacob duodecim filios habuerit; & filiam unã: cum unum ex omnib. ut putabat perdidisset,tantũ illum unum luxit, & omnes filij eius & filia ꝓculdubio & multi aliorum amicorum conuenientes propter unũ filiũ consolati sunt eum: & noluit consolari etiã incolumi re familiari, & cæteris omnib. uiuentibus atque sanitate corporis permanente: & cum nulla res esset alia quæ eum cõtristaret, nõ potuit exhilarari. Si autẽ ille Iacob ita grauiter tulit unius filij desperationẽ, quomodo sustineat Iob omniũ filiorum suorũ lamentabilem ac miserabilem perditionẽ,quæ sub uno ictu omniũ facta est pariter? Quomodo sustineat rei familiaris præcedentem iacturam? Quomodo sustineat terribilem atque sæuissimã corporis plagã? Pro his (inquiunt) omnibus ó uiri iustũ est consolari cõsolationem non habẽtem,nisi solam in deo spem habẽtem. Hæc itaque uniuersa adinuicem loquentes,siue per nũcios,siue per scripturam boni illi ac religiosi uiri uenerunt simul ad eũ unusquisque de ciuitate sua,ut consolarentur & uisitarent illũ. O (inquiunt) ille qui in omnibus iustitijs testimonium habuit, tanq; unus specialiter ex iniustis punitur. Ille sine querela uerus,misericors,tãq; unus ex impijs percussus affligitur. Ille qui erat dei cultor,atque filiorũ suorũ sollicitus circa deum sacerdos,tanq; unus ex iniustis torquetur. Venerũt simul ad eum. Quomodo? statuerũt tẽpus, dimensi sunt diẽ. Quomodo simul pariter uenerunt, & nõ unusquisque à se, neque per semetipsum? Dei ꝓuidẽtia atq; dei operatione ita disponẽte atque ꝓuidẽte, ut nõ singuli post tẽpus uenirẽt ad tempus,sed omnes statim,omnes pariter uno tempore,uno die,una hora, ut pote unanimes,utpote unũ sentiẽtes,utpote cõcordes. Sic uenerũt ad eũ simul subito, tanquam unum deum colentes,tanquam creatori seruientes, tanquã unũ Iob plenissime diligentes. Sic itaque uenerunt pariter ad eũ. Vnde aũt uenerũt? Nõ ex una ciuitate neque uno luco,neq; ex ꝓuincia,uel regione, ex suo nilominus regno uenerunt simul ad eum. Cum omnibus enim miraculis,est etiã hoc ingens miraculũ, ut cum ita lõge ac

late

late adinuicem morarentur, pariter ad beatum Iob uenirēt, unusquisq; ex sua ciuitate in qua morabatur, in qua regnabat, in qua dominabat. Vnusquisq; ergo ex sua ciuitate uenit, hoc est ex ciuitate regni sui. Et ob quam rem uenerunt? Ad cōsolandum atq; uisitandum illū. Et uere quia ipsi quidem ob hoc uenerunt ut cōsolarentur ac uisitarēt illū: sed nequissimus diabolus bonorū ac iustorū inimicus odio habens omnia quæ diligit dominus, accepta occasione qua deum offenderēt atq; dei iustitiā, & Iob de iniustitijs & peccatis accusarēt, tantū illos immutauit atq; peruertit, ut amplius exulceraret cor Iob per hæc quæ locuti sunt, q̄ per oēs dolores q̄s pridē exercuit in eū. Nā quid esset castissimæ animæ Iob crudelius q̄ ut ab amicis de peccatis fuisset criminatus cum minime deliquisset, & de impietatibus reprehensus, qui erat ab omnibus impietatibus alienus, & quod pro peccatis sustinuisset oēs dolores, & quod pro iniustitia obuenerint illi hęc uniuersa mala? Quod autem ad tantam blasphemiam aduersus Iob peruenerint isti uiri, & non timuerint, diaboli liuore atq; zelo succensi, ex proprijs eorum sermonibus cōprobatur, quemadmodum dicit blasphemantes atq; detrahentes illi. Tu qui es? quia dicis nō peccauisti factis. Quod si non peccasti ô Iob, memēto quia nemo iustus periit, aut quando dei seruus eradicabit? hoc est sicut tu. Deinde cum ingēti improperio & increpatione atq; conuitio, quousq; loqueris spiritus multiloquax ore tuo? Nunquid deus iniuste iudicat, hoc est sicut te peccantem? Aut is qui omnia creauit, perturbauit iustitiā? hoc est si in te esset iustitia, non utiq; perturbaret iustus iudex iudicium atq; uitam tuam. Nam spes impij periet sicut & tua, quia impius es: inhabitabilis aūt erit quæ sub cœlo est domus, hoc est sicut & tua, aliaq; innumera his grauiora atq; amariora blasphemātes de iusto illo locuti sunt. Propter quod & duriter in nouissimo à deo reprehensi sunt, utpote qui nihil ueritatis locuti fuerint de Iob. Sic itaq; cum uisitare atq; cōsolari eum uenissent, ad inimicitiam conuersi sunt, ad criminationem & ad reprehensionē, ad maledictum quoq; atq; blasphemiam. Postq; uerò omnia tentauit nequissimus aduersarius, etiam ad hoc peruenit, ut amicos in inimicos cōuerteret, atq; synceres sodales aduersarios efficeret, callidè tractans apud semetipsum, ac dicens: si per os uxoris eū seducere non ualui, per os amicorum ad inimicitiam permutatorū perficiam, irritem, exaggerem, exacerbē, succendā, ut supra modum inflāmatus atq; exaggeratus ad dei blasphemiam cōuertatur. Nouem responsiones blasphemiæ plenas aduersus Iob eos dicere compulit, unumquenq; eorū tres. Sed beatus Iob nullatenus ante eos titubauit, sed totidē responsionibus, quinimmo potius pluribus ac maioribus omnibus illis respondēs, & dei iustitiā ac bonitatē manifestauit, & eorum iniustam causationem cōfutauit per alia quidem plurima, necnon & per ea quæ in facie dicit ad eos: Vos estis medici iniusti, & sanatores pessimi cūcti. Quia cū curare dolores eius & cōsolari animam eius uenissent, in amaritudinem ac malitiā circa Iob conuersi sunt. Merito ergo iniustos medicos, iuste eos appellat. Si inquā uenerūt ad eum ut consolarentur atq; uisitarent illum, illi suo proposito ob hoc uenerūt, sed nequissimus inimicus malignusq; aduersarius, per cuncta permāsit inimicus atq; per omnia sua exercuit odia, & per uxorē & per amicos & per sodales. Propterea uisitationis atq; cōsolationis aduētus, totius tristitiæ ac mœroris, beatissimo Iob est factus. Post quæ uniuersa dicit: Videntes aūt illum delonge, nō agnouerunt. Sed ante ita per paucos sermones inquiramus. Ob quā rem tā duriter circa Iob, uel potius aduersus Iob insurrexerūt? Audi, Mala opinione succensi & iniuste æmulantes deū, ut ipsi putabant, quod deū æmularētur atq; defenderēt, obcæcati sunt ab inimico, ut iudicia dei nō inquirerent. Hoc scilicet arbitrati sunt & hoc dixerūt illi uiri, quia cum sit iustus deus ac bonus, iustis atq; innocētibus nō ingerit mala. Quod si innocētibus mala ingerit, quomodo bonus uel iustus cō probabitur, cū huiusmodi mala Iob ingesserit iusto? Oportet (inquiunt) aut Iob propter iniustitiā passum fuisse, aut certe deus iniuste mala ei irrogasse reperiat: aut Iob pro peccatis fuisse passum, aut deum iniuste ei mala ingessisse. Hanc scilicet cogitationem malā atq; illicitā in istis uiris oriri faciens diabolus, succendit cor eorū ad omnem iram & indignationē aduersum Iob, cū studeret cōfirmare quod deus iustus fuerit, Iob uerò iniustus & impius atq; peccator. Aduersus quod fortiter stans Iob non permisit se audire uanilo quos illos à diabolo succensos, sed & bonū deum ostēdit, & se absq; culpa uniuersa hæc pati demonstrauit. Non em̄ deus illi hæc mala ingessit, sed diaboli zelus & liuor atq; in-

uidia. Neq; Iob pro peccatis sustinuit omnia quæ sustinuit, sed quia cũ esset iustus diabo
lus illi inuidit, sicut & omnibus iustis inuidet, & tribulatiões aduersus eos excitat. Mul-
tæ tribulationes non iniustorum, sed iustorum. Testis ergo iustitiæ Iob ipse deus ostẽdit
dicens: iustus, uerax dei cultor. Quod autem diaboli fuerit hæc inflammatio atq; pertur
batio, & ex his quæ nũc fiunt apparet. Frequenter nanq; etiã nunc idẽ ipse diabolus una
nimes sodales cõmiscet, atq; cõturbat per quamlibet modicam rationem, & ad immen
sam inimicitiã aduersus inuicem immutat, ita ut efficiantur sibi ex amicis inimici, ex syn
ceris crudeles aduersarij. Hæc nãq; est operatio maligni. Beati qui declinauerint & resti
terint calliditati atq; uersutiæ eius, ac maledictis suasionibus eius. Post quæ uniuersa ad
Iob 2 propositum reuertamur. Videntes, inquit, illum delonge. Quis? Tres sodales eius, nec-
dum adhuc immutati nec præuaricati, sed cum essent puri uidentes eum delonge. Delõ
ge enim respexerunt & contemplati sunt atq; uiderunt eum. Nam mox ut ipsam ciuita-
tem uiderunt, mox nihilominus sicubi ipsum uiderent ambierunt. Totum nanq; cor eo
rum dolore atq; angustia plenum pendebat, ubi nam Iob conquiesceret. Merito delõge
uiderunt eũ, quia delonge cogitabant de eo, atq; delonge erant solliciti pro illo. Idcirco
delonge conspexerunt eum. Nam amicus amicum suũ delonge uidet, siue corporis ui-
sione siue animæ syncerítate, quũ memor est eius in donis & muneribus, atq; in suę gra-
tiæ perfectione. Videntes illũ delonge. ubi? Super aceruũ stercoris, super muranã in uia
publica. Videntes eũ delonge repleti sunt dolore & gemitu & planctu quoq; atq; lamẽ
tatione, sicut inferius demonstrabit. Videntes eum delonge nõ cognouerunt eum. Nã
uere non erat per quod agnosceretur, regale solíũ non erat, diadema nõ erat, gloria neq;
uestis regia & ministri qui undiq; circundarent nõ fuerũt. Ergo quia nihil illorũ in eo ui
derunt quæ pridem in eo esse sciebant, quæ ante in illo uidere soliti fuerant, merito uidẽ
tes illum non agnouerunt. In quo eum agnoscerent? Coma capitis non erat ei. Nam ton
dens comam & diabolo eam iactãs, terra caput suũ repleuit. In quo agnoscerẽt? In facie
atq; uultus gloria? Non erat nec ipsa. Nam putredo faciẽ exterminauerat & uermes uul
tum immutauerant. Pro his ergo omnibus uidentes illum nõ agnouerunt. Vultum non
agnouerũt, sed conscientiã agnouerũt. Faciẽ non agnouerũt, sed syncerítatẽ agnouerũt.
Nam cum ita miserabilẽ atq; lamentabilem illũ uiderunt, neq; cõtempserũt, neq; spreue-
runt, sed immensam syncerítatẽ ostenderũt, sicut inferius demonstrabit. Non enim erãt
tales beati illi uiri, quales nũc profecto sunt homines maleuoli, ingrati: q; cũ bene est cui
libet, tum illi amici sunt & synceres atq; puri esse uident. Cũ cuilibet tribulatio aduene-
rit, tũc uidelicet illi discedũt & despiciũt, obliuiscũt, derelinquũt, obliuionẽ atq; ingrati
ficationem omniũ priorũ ostendentes. Sed olim homines nõ fuerũt tales, sed syncerítatẽ
atq; dilectionem custodierũt circa se ac pro se inuicem usq; ad mortẽ, sicut euidẽter ostẽ
dit ille qui ait: Sodalis amico cõpatitur usq; ad mortẽ, & in tẽpore belli accipit arma. Ta
les fuerunt illi beati uiri synceres, absq; fallacia Iob amici, q; ad inimicitiã circa Iob nunq;
sunt immutati, neq; ad hoc ut renunciarent illi, uel derelinquerẽt eum, nisi pro uerborũ
controuersia, ac eloquiorũ certamine, ut putabãt quòd dei iustitiã defenderẽt. Sed uere
diabolus inflammauerat corda eorũ, quo magis Iob molestiã irrogarẽt, quo magis mul-
tipliciores tentationes iusto illi ingererent. Videntes, inquit, eum non agnouerũt. Talẽ
qualis pridem fuerat non agnouerunt: talem uerò qualis tunc fuisset, agnouerũt, misera
bilem, lamentabilem, infelicem, malis omnibus refertum. Idcirco singuli scindẽtes uesti
menta sua, & spargentes terrã super capita sua, assederunt illi septẽ diebus & septem no
ctibus. Admirãtes uiri illi, atq; stupentes uehementẽ ac terribilem atq; lamentabilẽ eius
immutationem, uestimenta sua cõsciderunt, & terram super capita sua sparserũt. Quæ fe
cisti (inquiũt) ô Iob facimus, & quæ gessisti gerimus, uestimenta nostra scindimus, & ter
ram super capita nostra spargimus: sic nanq; & tu fecisti ante paululũ (ut inquiũt) ô Iob:
& utinam cæteros dolores tuos tecum diuidere possimus, tantum ut apprehendentis te
pœnæ releuatio fiat. Scindentes unusquisq; uestimenta sua, & spargentes terrã super ca
pita sua. Consuetudo erat omnibus antiquis ubiq;, ut cum graue aliquid atq; lamẽtabile
uel periculosum audissent uel sustinuissent, continuo uestimenta sua scinderent, & cine
rem atq; terrã capiti suo spargerent, cilicio nihilominus continuo se induẽtes. Sic scidis
Gen. 37 olim Iacob uestimenta sua, & cilicíũ imposuit corpori suo quãdo nunciata est ei Ioseph

interitio

interitio: & ut de quãplurimis ſileã, ſic ſcidit Dauid cũ Sichelech ab Amalechitis captã 1 Reg.30
inuenit, & iterũ quãdo Saul & Ionathæ mortẽ audiuit. Sic ſcidit Ezechias quãdo minas 2 Reg.1
ac blaſphemias Senacherib & Rhapſacis audiuit, ſic ſcidit rex Niniuitarũ ueſtimẽta ſua, 4 Reg.18
& cilicio ſe induens in cinere ſedit, quãdo à Iona propheta de Niniues ſubuerſione audi Ionæ 3
uit. Sic ſcidit ultimus in lege Iudęorũ princeps ſacerdotũ, cum aduerſus dominũ blaſphe Matt.26
miam quæreret, ex quo Iudęorũ ſacerdotium, & omis Iudæorũ legis ritus cõſciſſus atq; diſtractus penitus interijt. Iuxta hãc ergo antiquorũ conſuetudinẽ etiã uiri illi Iob amici cum terribiles Iob cõſpexiſſent dolores, ſcindentes ueſtimenta ſua & ſpargẽtes terrã ſu per capita ſua, aſſederũt illi ſeptẽ diebus & ſeptẽ noctib. Aſſederũt illi ſicut medici ad in firmũ, ſed ſanitatis medicamina inuenire nõ potuerũt ęgroto. Aſſederũt illi tanq; cõſola tores dolentis, ſed conſolationẽ inuenire nõ potuerunt miſerabili. Aſſederũt illi. Et ubi aſſederũt? Foris in murana atq; in aceruo ſtercoris & in ſtrata? Non, abſit. Non em̃ tanta multitudo dolorũ inundauerat Iob, ut ille honorẽ ad ſe uenientiũ nõ intelligeret, ut dignitatẽ præſentiũ nõ cõſideraret. Quãdiu ergo uenirẽt illi uiri, illo uſq; foris in murana, in ſtrata omnib. euidenter oſtendens paſſionẽ ſuam, & quia cum eſſet iuſtus uehemẽtes ſuſtinuerit dolores. Poſtq; uerò memorati uiri uenerũt, deferens honorẽ ſynceritati eorũ, & honorificãs perſonas eorũ introiuit in ciuitatẽ, & ſedit in domo: & ita uenerabiles iſti uiri ſederũt apud eum ſeptẽ diebus & ſeptem noctibus. Hebdomada dierũ ei aſſede runt, ex qua hebdomada totum hoc conſummatur ſeculum. Aſſederũt ei ſeptem diebus & ſeptem noctibus, indiuulſi, inſeparati atq; indiſſociati. Aſſederũt ei ſeptẽ diebus & ſeptem noctibus, nuſquã diſcedentes, nuſquam recedentes, nuſquam deſerentes, neq; ad eſcam, neq; ad potũ, neq; ad lectum, neq; ad aliud refrigerium. Sed forſitan dicit aliquis: Et quomodo ſuſtinuerunt non manducare, neq; bibere ſeptem diebus? Primum quidẽ diuina erant uirtute cõfortati, tam pro Iob quàm pro ſua ſynceritate. Nam iuſti erant uiri iſti atq; religioſi, merito & dei colloquio poſt hoc digni habiti ſunt. Dei itaq; uirtute atq; prouidentia confortati ſuſtinuerunt. Item adhuc etiã iſti uiri aliter uenerunt, & uidentes obſtupuerunt, & immẽſo dolore atq; triſtitia atq; gemitu repleti ſunt. Aſſederũt ei ſeptẽ diebus & ſeptẽ noctibus, ipſa triſtitia atq; ipſis doloríb. ſaturati, ipſis uocibus ſatiati, ipſis lacrymis inebriati. Hæc recordantes poſt hæc ſancti, dixerũt ea uerbis, quæ illi perfece runt factis. Fuerunt mihi lacrymę meæ panes die ac nocte, &: Oblitus ſum edere panem Pſal.42.
meum à uoce gemituũ meorum, &: Potaſti nos lacrymis in mẽſura. Tanta ergo triſtitia 102.79
ac dolore, & gemitibus, ſuſpirijs quoq; & lacrymis, atq; lamẽtatione repleti ſunt uiri illi ut omnium carnalium atq; præſentium obliuiſcerentur, & alerentur & ſaturarẽtur & re plerent ipſa triſtitia & luctu. Nam ſicut Iob ſaturabatur uehemẽtioribus doloribus, ſimi liter beati uiri illi ſaturabantur immenſa triſtitia atq; ululatibus. Sic inquit, aſſederunt illi ſeptem diebus & ſeptem noctibus, & mortui luctũ apud uiuentẽ Iob impleuerunt. Luctus enim mortui fit ſeptem diebus & ſeptem noctibus. O ſollicitudinẽ beatorũ illorum atq; deuotionẽ, quam circa Iob habuerũt. O uirtus & conſtantia. O patientia atq; animi fortitudo. Commortui ſunt iuſto illi Iob non manducando, neq; bibendo, quæ uniuerſa mortem ſignificant. Nam ſicut non manducauerunt neq; biberũt, ſic nec locuti ſunt, & ſicut non ſunt locuti ſeptem diebus, ita nec manducauerũt nec biberunt. Quod aũt non manducauerunt ſeptẽ diebus, oſtendit in ſubſequẽtibus dicens: Aſſederunt ei ſeptẽ die bus & ſeptem noctibus, & nemo illorũ locutus eſt ad eum uerbũ. Quare? Quia uiderãt plagam eius ſæuiſſimam eſſe, & magnã ualde. Septem diebus & ſeptẽ noctibus nõ aperire os, non loqui uerbum, nõ proferre ſermonẽ, magni eſt doloris indiciũ. Sed interim illud impleuerunt beati illi uiri non diſcedentes, neq; auertẽtes faciem, neq; locum deſe rentes, ſed iugiter permanentes, atq; aſſidentes illi ſeptem diebus & ſeptem noctibus, & nemo illorũ locutus eſt ei uerbũ. Stupor enim atq; pauor occupauerat illos uidentes ta lia pati uirum ſanctum ac iuſtũ, à deo teſtimonium cõſequutum. Certum eſt quòd non ſolum pro Iob, ſed etiam pro ſe unuſquiſq; eorum ſollicitus erat. metuens quid etiã de ſe gereretur, uel quid expectaretur. Nam ſi iuſtum talia inuenerũt mala, nos (inquiũt) qui lõge ſumus ab huius iuſtificationibus, quid expectabimus, uel quid ſuſtinebimus? Hæc re cordantes poſteri dixerũt, ſi iuſtus uix ſaluabitur, peccator & impius ubi apparebũt? 1 Pet.4.
Immenſa ergo triſtitia atq; dolor cordis, non permiſit eos reminiſci neq; ciborũ, neq; po

tuum,neq; aliquid humani recordari potuerũt.Propterea ieiuni,& sine potu,& sine sermone assederũt ei septem diebus & septẽ noctibus. Quomodo omnino reminisci poterant alicuius rei,cum tam sæuã atq; terribilem uiderẽt plagã istius iusti? Quomodo uidelicet cõsolari illum poterãt,uel quid ad eũ dixissent? Hoccine? si rem familiarẽ amisisti, reparabũt eã tibi filij. An illud? si liberi sublati sunt tibi,transiges de re familiari. Sed non poterãt hæc dicere. Omnia em̃ subito uno tẽpore interierũt. An hoc dixissent? corporis incolumitas & membrorũ fortitudo, atq; brachiorũ uirtus,repẽdet tibi omnia atq; restituet. Sed hoc(inquiunt)præsertim dicere non possumus. Ipsi enim uidemus corpus humore consumptũ,& omnia membra comesta à multitudine uermiũ. Pro istis ergo omnibus quomodo(inquiunt)te cõsolemur,uel quomõ os aperiamus, uel quid dicamus nõ inuenimus. An antiquas historias proferemus? Sed à seculo talia non acciderunt,sed ab initio talia non prouenerũt. An antiquorum dolores atq; passiones proferẽtes ac cõmonefacientes illum,cõsolabimur eum? Ergo quia nec quicquam erat, nec in factis neq; in uerbis per quod cõsolari eum possent,idcirco sedebant taciturnitate sua ipsi uehemẽtiæ dolorũ eius attestantes. Nam discedere nõ poterant,præsentes loqui nõ audebant. Propterea assederunt illi septem diebus,& septem noctibus,inclinatis deorsum ad terram faciebus. Aliquando autem intendentes in illum,& uisionem plagæ illius stupentes, cõtinuo identidem deijciebant facies. Aliquando se genibus imponentes, aliquãdo autẽ super manum incumbentes,nõ in lectulis,neq; in grabatis,neq; in straminibus requiescẽtes,sed proculdubio in cinere & cilicio,in terra sedentes,atq; in Iob intendentes, quãdo sedebat,sedebant,si tamen omnino præ doloribus aliquando iacere poterat. Sic nãq; in gemitibus,ac suspirijs istos septẽ dies peragentes assederunt illi,os non aperientes,neq; uerbum loquentes,nisi tantũ grauiter suspirantes,atq; ingemiscentes. Veruntamẽ nec de hoc sileamus,qui fuerunt hi uiri,uel quales,uel unde. Non fuerũt aliqui minimi, neq; contemptibiles,sed egregij fuerunt,& principes regionum, atq; prouinciarũ suarũ dñi, ac duces gentis suæ,Et cum ita magni, atq; potentes fuissent, tantum se humiliauerunt, atq; afflixerunt,ut in cinere & cilicio sederẽt septem diebus propter synceritatem ac dilectionem quam circa illũ habuerunt,quod nemo nunc hominũ facit,neq; amicus, neq; frater,neq; filius,ut assideat ieiunus aut sine potu una die,ne dicam septem diebus,& septem noctibus. Quæ autem fuerunt nomina horum uirorum? Heliphar Themanitarũ dux,Baldath Suitarum tyrannus,Sophar Nomadarũ rex. Et quę fuerunt gentes quibus isti regnabant,atq; dominabantur? Genus fuerunt Esau filij Isaac fratris Iacob,genus,tribus,progenies,prouinciæ,regiones. Nam sicut Iacob multitudinẽ genuit gentis Israelitarum & Iudæorum,ita Esau multitudinẽ genuit gentiũ qui appellabantur Idumæi. Sed in Israel siue iudex erat unus,qui totum Israel iudicabat,siue rex unus erat, qui uniuerso Israel imperabat,quamdiu illi secundum consilium dei ambulauerunt. In Idumæis autẽ (hoc est in genere Esau)secundum cõsuetudinem omnium gentium per singulas ciuitates & regiones reges fuerunt,atq; duces prouinciarum, & singuli in regione sua regnabant,atq; imperabant. Ergo quia nunc proxime erat adhuc memoria Abraham,& Isaac iustorum illorum,& quia ipse Esau dei cultor erat: quanquam enim in nõnullis uiolauerit,attamen eandem dei culturam filijs suis tradidit: merito plericq; Idumæorum cultores dei fuerunt,& aliquanti ualde religiosi,sicut Iob uel amici eius qui uenerunt ad eum. Cognominatæ nanq; sunt quædam Idumæorum regiones Arabia, in cuius Arabiæ finibus manebat Iob. Nam & uxorem de Arabia accepit, utpote eiusdem generis existentibus Arabitis. Nisi enim unius generis essent,nunquã Iob ex alienigena gente uxorem se accipere passus fuisset. Nũc sanè periit Idumæorum & nomen & lingua, & omnes Arabi nominantur,atq; omnes Syriace loquũtur. Quod autem Iob ex genere fuerit Esau & ex Esau filijs,similiter & amici eius qui uenerũt ad eum,religiosi dei cultores fuerũt uerumtamen omnes fuerũt ex genere Esau,eiusdem generis atq; linguæ ut Iob, idcirco illi unanimes fuerũt ac cõcordes. Similiter etiã illæ prouinciæ,ac regiões quibus ipsi regnabãt, atq; imperabant,etiã hæ omnes ex genere fuerunt Esau,& cõtribulibus suis regnabant, atq; imperabãt. siue enim Themanitæ,quibus Heliphar regnabat,siue Suitę,quibus Baldath principatũ gerebat,siue Nomadæ, quibus Sophar imperabat,omnes genus Esau,
1 Paral. 1 atq; tribus fuerunt. Hoc nimirũ ostenditur ex libro Paralipomenon ubi dicit: Venerunt

autem

aũt cum illis & Nomadæ genus Esau. Cum ita ergo glorioſi eſſent uiri illi reges, ac principes, atq; prouinciarum duces, aſſederunt illi ſeptem diebus & ſeptẽ noctibus. Sed aſſederunt tanquam religioſi dei cultores, non quærentes neq; maleficia, neq; auguria, neq; *Maleficia*
diuinationes, neq; phylacteria, neq; lamellas, neq; incantationes damnabiles. Scire nãq; debent religioſi uiri, quia hęc omnia diaboli ſunt ſeductiones, dæmonum ſunt irriſiões, idololatriæ ſunt fex, animarum infatuatio, atq; cordium ſcandalum: quæ nõ intelligẽtes pleriq; hoc nunc tempore, mox ut quidpiam aliquid moleſtauerit cõtinuo incantatiões atq; incantatores requirunt, ſtatim phylacteria alligant, illico maleficijs intendũt, aut in charta ſcribũt, aut in ſtanno, aut in plumbo, & alligant ei qui aliquẽ dolorem ſuſtinuerit. Alij autem ſerpentium incantationes, dæmonũ perſuaſiones, atq; dei blaſphemias incãtant. Item uerò alij faſcinare dicuntur, ſiue quod faſcinent, ſiue quod faſcinentur, & hæ dæmonis adinuentiones ſunt. Cum enim infrunite manducauerint, uel biberint, cũ ipſa uiſcera nõ ſufferentia perturbata fuerint, & in dolorem atq; in infirmitatẽ fuerint cõuerſa, iuxta hoc quod dictum eſt, In eſcis plurimis fit infirmitas: tunc nimirũ dicunt inſipiẽter, quod faſcinatus ſit quilibet. Quando ieiunamus ô uiri, abſtinemus nos ut nõ guſtemus carnes neq; uinũ neq; ſuperfluas eſcas, tũc quare non faſcinamur? Mox aũt ut rurſus mãducare atq; bibere cœperimus, cõtinuo & uentris cõmotio atq; uiſcerũt perturbatio fit, niſi is ſolus effugerit, qui ualde ſibimetipſi intẽderit, ne guſtet quicq; ſuperfluũ? Sic itaq; non faſcinationes prævalent quicquam, ſed hominũ incontinentia. Eſt uidelicet hoc uerũ, quia cũ manducamus uel bibimus ſi dei memores fuerimus, ſi terribile nomẽ eius inuocauerimus, ſi noſmetipſos uel cibũ & potũ noſtrũ ſigno uenerabilis crucis Chriſti ſignauerimus, ſi ad cœlũ oculos noſtros leuãtes dicamus: Qui das eſcã omni carni da etiã nobis cum benedictione hunc cibum ſumere: ſi dixerimus cum ſynceritate ad dominũ noſtrum, tu dixiſti domine quia ſi aliquid mortiferũ biberimus tuum inuocantes nomẽ non erit nobis moleſtũ: tu itaq; domine uirtutis & gloriæ, auerte ueneficã & iniquã operationẽ à nobis & ab omnibus cibis noſtris. Niſi enim tua miſericordia cõſeruauerit, quo modo poſſumus effugere tanta pericula ciborũ ſanè ac potuum, quæ frequenter plus repunt ac ſerpunt, & malignæ ac uenenoſæ beſtiæ? Quidam aũt ſternutamentis adhuc obſeruiunt, & inuocationibus atq; reuocationibus, & occurſibus atq; uolucrũ uocibus, nõ intelligentes miſeri & ſpe uacui quia à domino greſſus hominis diriguntur, neq; ualentes dicere ad deum cum ſanctis, Greſſus meos dirige ſecundum eloquiũ tuum, & ne do- *Pſal. 119*
minetur mihi omnis iniquitas. Nam is qui cũ fide ad dominũ hæc dixerit, impleuit illud quod dicendũ eſt, dominus erit in omnib. uijs tuis, & greſſus tuos in pace deducet. Qui autem ad uana intenderint auguria ac ueneficia, diuinationes quoq; ac phylacteria atq; incantationes, horum greſſus conturbabuntur, horum opera impediũtur, ab iſtis dei uiſitatio recedit, iſtos ſancti angeli derelinquũt, cum iſtis diabolus permanet infatuãs mẽtes eorum, obtundens corda illorũ, abſtrahẽs à deo ſenſus eorũ. De huiuſcemodi digne dicetur. O infelicia hominum conſilia, ô uanæ atq; ſuperuacuæ terrenorũ cogitationes, qui à deo abſtracti, atq; prævaricati, de mortuis ſalutem expectant, ab inanimatis cõſiliũ quærunt, & cum idololatriam declinare uideant, idolorũ feces atq; reliquias adorare noſcuntur, auguria & diuinationes, incantatiões quoq; ac maleficia atq; phylacteria: & ab omnipotentis ac uiuentis dei miſericordia ſpem ſuam auertunt, & in mortuis atq; inanimatis ſperant, in phylacterijs atq; cæteris ſuperius recitatis. Mitte ea in ignem ſi ualeant ſemetipſa adiuuare, ſi ualeãt ſemetipſa de igne eruere. Si autem ſe adiuuare nõ poſſunt, te qualiter adiuuabunt? Quod ſi ſe de igne non ualent eruere ô homo, qualiter eruẽt te ab infirmitate? Dic ô homo quod medicamẽtum eſt melius pane qui lætificat cor hominis? Sed & panem ſi collo appenderis & non momorderis, uel manducaueris, nihil tibi prodeſt, nihil te iuuat. Si ergo panis q̃ eſt corporis uita collo appẽſus nihil adiuuat, quo modo adiuuẽt phylacteria uel laminæ inanimatæ, atq; totius uitę exortes? Vel qualiter adiuuẽt incantationes & auguria, diuinationes quoq; atq; maleficia, occurſus nihilominus & uocationes atq; reuocationes, quæ ſunt dæmonũ ſeruitutes & dęmonũ illuſiones atq; idololatriæ cõmunicatio? Infelix nanq; eſt qui in ſtatua inanimata ſperat, infelicior uerò qui in phylacterijs mortuis ſperat. Nã ſicut is qui idolis ſeruierit interfici prȩceptus eſt in lege dei, ita ſimiliter omnis incãtator, & augurans, ac diuinãs, & uentriloquus atq;

uolucrum uoces obseruans, cum omnibus cæteris maleficis interire atq; interfici præceptus est. Post quæ uniuersa, inferorum ira, atq; tormentũ gehennæ, supplicia quoq; æterni iudicij, atq; flammæ ignis inextinguibilis expectãt omes huiuscemodi in tempore resurrectionis. Sed interim bonum est interrogare istos qui auguria obseruãt, atq; occursibus aut uocationibus aut reuocationibus intendunt, quæ augurij meta occurrit Pharaoni, cum filios Israel secutus, demersus est in rubrũ mare, ut nec nuntius innumeri exercitus Ægyptiorum superesset? Quis uocauit Sennacherib regem Assyriorũ, uel quæ auis cecinit illi, cũ ille à Iudæa profectus omnib. sub una nocte ad centũ octoginta quinq; milia exercituum suorum amissis, & cõfusus ad regionem suã reuersus, gladio in domo dei sui ceciderit, & nõ potuerint eum adiuuare, neq; idola eius, neq; incãtationes, neq; uenefícia, neq; auguria? Similiter nec Pharaonẽ potuit defendere multitudo idolorũ, atq; omnium maleficia, & plurimorũ incantationes quæ fuerũt in Ægypto præ cæteris omnibus gentibus, sicut dicitur quodã in loco: Fecerũt aũt incantatores Ægyptiorũ similiter maleficijs suis. Sed non timuit rubrum mare incantationes atq; maleficia eorũ, atq; accipiens dei mandatũ cunctos subito demersit in profundũ. Quid profuit Sauli quod exiturus ad prælium primũ à deo discedens ad diuinos confugit, & mulierẽ de euentu loquẽtem quæsiuit, & cum adhuc spem suã conuerteret, & expectaret, cum multis protinus in terrã? Alijq; innumeri similiter in incantationib. & augurijs atq; maleficijs sperantes, super terrã miseri, ac sine spe facti sunt, & apud inferos perpetuo puniti, miserabiliores in æternum permanebũt. Hæc itaq; uniuersa declinemus ô amici, hæc fugiamus tanquam flammam ignis, hæc relinquamus tanq; pœnã gehennæ, hæc execremur utpote societatem dæmonũ. Omnes aũt causas nostras siue dolorũ, siue languorũ, siue pœnarum, siue tribulationũ, siue uiarum, siue itinerũ, siue ingressuum, siue egressuũ, cuncta deo cõmendemus, cuncta deo cõmittamus, ut dñs custodiat omnes ingressus atq; exitus nostros, ut dominus fiat nobis cooperator & comes, atq; suffragator in omni tempore, & in oñi loco, ut angelis suis mandet de nobis ut custodiant nos in omnibus uijs nostris, ut cum sanctis connumerati consequẽter etiam cum ipsis dicamus: Siue uiuimus, siue morimur domini sumus. Non sumus idolorũ, neq; incantationum, neq; auguriorũ, neq; diuinationũ, neq; maleficiorum, neq; phylacteriorum, neq; ullius horũ quæ sunt seruitus dæmonũ & diaboli seductiones: sed domini sumus, qui dominaꝛ uitæ & morti, qui habet potestatẽ carnis & spiritus, in cuius manibus uiuorũ spiramentũ est. Sic nãq; & beati illi uiri qui uenerũt ad Iob, id est amici eius, cum essent religiosi dei cultores, oẽs execrabiles dæmonũ seductiones declinantes, assederunt ei septem diebus & septẽ noctibus. Maleficia & diuinationes non requisierunt, nisi ad solum deum animas suas leuauerunt, pro doloribus Iob gemuerunt atq; suspirauerunt. Sederunt apud eum facientes hoc, quod in scriptura post hoc traditum est ante scripturam implentes: Ne denegaueris te flentibus in cõsolationem. &, Flete cum flentibus. &, Melius est ire in domum luctus quàm in domũ epulationis. Sederũt apud eum tacentes super immensa eius patientia ac tolerantia, atq; cõstantia. Nam cum à uermibus carnes suas deuorari uideret, gaudẽs sustinuit hæc apud semetipsum existimans ac dicens: Si celeriter omnes carnes meæ cõsumptæ fuerint, celeriter in incorruptionem suscipietur spiritus, properabit ad deum anima mea quantocyus terram terræ relinquẽs, & corpus hoc ante sepulchrum in escam uermibus tradens. Siue ante mortem, siue post mortem corpus hoc uermibus in comestionem relinquet sicut dicit post hęc: Cum mortuus fuerit homo capiet hæreditatem bestias & reptilia, & uermes. Cum huiusmodi plurima beatus Iob apud semetipsum loqueretur, septem diebus tacens sustinuit. Eadem uidelicet tractantes & amici eius qui ad eum uenerunt, tacuerũt etiam ipsi uelut in stuporem deducti, os aperire nõ ualentes, neq; initiũ locutionis inuenientes. Sed ultra non sustinuit cõstantissimus ille Iob ipsam taciturnitatem, sed primus cœpit loqui, utpote primus in ipsa passiõe, utpote solus sustinẽs ipsa uulnera atq; dolores. Dicit enim: Post hæc aperuit Iob os suũ. Post hæc. Postquàm præcipuam illam passionem transiit, postquam uehemẽtissimũ dolorem sustulit, postquàm in ualidis impetuosi nequissimi inundationibus non est submersus, postq; pro omnibus quę ei acciderãt gratias domino egit, atq; nomen domini benedixit. Postq; igitur per cuncta uictoriã sumpsit, post hęc nihilominus aperuit os suũ cum fiducia, cũ patiẽtia. Posthac aperuit os suũ,

Exod. 14

4 Reg. 19

Exod. 7

1 Reg. 28

Rom. 14

Eccl. 7

Rom. 12

Iob 3

Hic Iob loquitur

postquam

postquam aduersus tantos dæmones cõgressus est solus, quantos sustinebãt qui edebãt carnes eius. Nam sicut superius in prædones aliquãdo, quãdoq; aũt in ignẽ, nõnunquã in uẽtum uertebant se nequissimi spiritus: sic & nunc istic in multitudinem uermium in numerabilium se uertentes imparcẽter deuorabãt carnes Iob. Nam cum animam nõ ualerent tãgere, omnem iniquitatẽ & omnem iram suam in corpore iusti illius exercebãt, tantum eũ affligẽtes, quãtum iniquitatis habebant, atq; exercere permissi fuerãt. Aduersus ergo tantos dæmones certabat Iob, quãtos uermes habebat in corpore suo. Nam dæmones per uermes comedebant atq; perforabãt carnes eius. De quibus omnib. uictoriam per tolerantiã sumẽs, & de omnibus per suam cõstantiam triumphator existẽs, post hæc uniuersa aperuit os suum. Quid dicẽs? Certũ est quia hoc dixit quod post hoc sancti in scriptura posuerunt. Tempus ac tempus omni rei sub sole, tempus loquẽdi, & tẽpus tacẽdi. Tacuimus, inquit, ô uiri usq; ad tempus, loquamur nũc in tẽpore. Hæc itaq; dicẽs aperuit Iob os suum. Persarũ, inquiẽs, ac Medorum atq; Chaldæorũ regna & gentes, omẽs pariter pusilli & magni cum manducauerint non loquuntur, cũ biberint non sermocinantur, maximam notam irrationabilitatis hanc esse existimãtes, si manducans quis loquat, uel bibens cõcionetur. Idcirco in escis ac potibus os nõ aperiũt ad loquendum, neq; qui ministrãt, neq; quibus ministratur, sed nutibus omnibus ministrãtib. præcipiunt, hanc cõsuetudinem pro mandato à prioribus accipientes, & uelut legem hanc cum sollicitudine obseruantes, & qui hanc uiolauerit tanquã maxima transgrediẽs iura torquetur. Si Persæ, inquit, ac Medi atq; omnes Chaldæi superuacue istã obseruãt taciturnitatem, nos uero ô uiri, ait, totam hebdomadam in taciturnitate atq; ieiunio pera gentes rationabiliter nũc loqui incipiamus. Aperuit Iob os suum. Persæ, inquit, atq; aliæ quæ cum illis sunt gentes, cum manducauerint non loquuntur, & cum biberint non sermocinãtur: ego uerò à uermibus comestus atq; cõsumptus, & sanguis meus atq; medulla cum ab ijsdem uermibus fuerit bibitus, tacui & non sum locutus. Nunc autẽ saturatis uermibus, atq; illis qui me per uermes edunt, id est dæmonibus, nunc iam loquar, nunc iam sermociner. Ob quam rem loqueris, uel sermocinaris? Ob hoc, inquit, quia impletum est tẽpus silentij ac taciturnitatis. Et adhuc ob quam rem aggrederis loqui ô Iob? Ob hoc, inquit, ne cum iugiter taceo, arbitrentur dæmones qui aduersum me certant, quòd in ipsis uulnerib. defecerim, atq; in doloribus succubuerim, ne me superatum fuisse putent, aut defecisse, aut debilitatũ, sed norint quia uiriliter ĩto aduersus nequitiã eorum, & cũ fiducia loquẽs cõtemno omẽs malitias atq; uersutias illorum. Sed adhuc ob hoc, inquit, ut aduenientibus amicis meis os aperiam, atq; loquẽdi illis tempus ostendã. Nisi enim ego cœpero loqui, nunquam isti os auderent aperire uehementioribus doloribus perterriti. Pro his ergo omnibus atq; pro horum omnium cõsummatione, aperuit os suum, & maledicebat diem suum. Hæc audientes quidam ex uertibilibus, & insipiẽtibus ac imperitis, accusare atq; reprehendere iustum illum Iob ausi sunt, quasi qui Deũ blasphemauerit, & diem suum maledixerit. Quibus duriter restitit ipse Deus in finem huius scripturę, cum ueracem astruẽs Iob dicit ad Eliphar: Peccasti tu qui de peccato accusasti Iob, Iob uerò non peccauit: peccasti tu & duo amici tui. Ob quam rem? Ob hoc, inquit, quia nõ loquuti estis quicquã ueritatis in cõspectu meo, sicut famulus meus Iob. Quem ergo ipse deus irreprehẽsibilem cõfessus est, famulum suum eum appellãdo, & hoc in fine totius tolerantiæ, quis sanus criminari audeat? quis sapiens reprehẽdere aggrediatur? Quis enim accusabit electos dei? Iustum maxime, quem tantum elegit, & se dignum testificatus est, ita ut etiam sacerdotem illum de inquentiũ amicorũ constitueret, & per illum peccata eorum illis promitteret remittere. Iustũ ergo qui à deo purgatus est, quis audeat reprehendere uel accusare quasi illicite diem suum maledicentẽ? Super quę omnia ô uiri si ob hoc reprehẽditur Iob, uel accusatur quod diem suum maledixerit, reprehẽdatur pariter cum illo uel accusetur sanctissimus Hieremias propheta. Nã sicut Iob maledixit diem natiuitatis suę, ita & Hieremias deuotauit diem natiuitatis suę, & omnia cõsequenter similiter ut Iob locutus est de die natiuitatis, atq; de cęteris omnibus. Si ergo reprehẽdit qs, uel accusat, utroslibet reprehẽdere, uel accusare debet, & Iob & Hieremiã: & si de blasphemia accusat, utroslibet debet accusare, & Iob & Hieremiã. Vterq; enim, & Iob & Hieremias, similia dixerunt, similia locuti sunt, eundem diem natiuitatis

Rom. 8

Hier. 30

ſuæ maledixerunt, atq; deuotauerunt. Sed & Iob beatus eſt in cõſpectu domni, & Hieremias glorioſus eſt cũ ſanctis. Væ autem his qui ſanctos blaſphemauerint, qui amicos dei accuſauerint, maxime quos etiã deus poſt mortẽ memoria honorificauit, ſicut Iob de quo dicit: Si autem ſteterit Iob & Noe & Daniel in conſpectu meo: aut ſicut Hieremiam, quem in uita plus oĩbus magnificans, dicit: Anteq; formarẽ te in utero noui te, & antequam exires de uulua ſanctificaui te & prophetam in gẽtibus poſui te. Poſtquã autem irreprehenſibiles fuiſſe ſanctos oſtendimus, non nos, ſed etiã ipſe deus, beati Iob ſermonum cõmemoremur, qui bene à ſancto illo ſancti dicti ſunt, male autẽ ab impijs in blaſphemiam uerſi ſunt. Aperuit, inquit, Iob os ſuum & maledicebat diem natiuitatis ſuæ. Primum hoc aduertamus ô uiri periti, quod dicitur Iob ſuum maledicebat, nõ diem dei, non conditionis neq; creaturæ dei, ſed diem ſuum. quem diem ſuum? Qui non fuit, quem nõ habuit, quem nõ poſſedit. Quẽ ergo nõ habuit, neq; poſſedit, neq; uidit, neq; in eius poteſtate fuit, hunc cũ malediceret nihil maledixit. Maledixit quod non fuit, ꝙd non habuit, quod nõ uidit. Item adhuc maledicebat, inquit, ſuum diem. Siue diem ſuum maledixerit, ſiue alienũ, nihil maledixit, hoc quod nõ fuit maledixit. Dies eñ non eſt in natura, non eſt in ſubſtantia, neq; in propria poteſtate. Lux uidetur, ſubſtantia aũt nõ uidetur, natura uerò nõ tenetur, neq; apprehendit̃, quia dies non habet naturam neq; ſubſtantiam. Nomen habet, naturã uerò non habet. Sicut hora nomẽ habet, ſubſtãtiam autem non habet, ſic & dies nomen habet, ſed ſubſtantiam uel naturam non habet. Quid ergo eſt dies? Lucis tẽpus, lucis trãſitus & ſolis ortus ab oriente uſq; ad occaſum decurſus. Solis ergo lux, dies appellatur: ſolis tranſitus, dies æſtimatur. Nã & uere ita eſt. Solis enim decurſus diei tempus dimetitur, diei terminum ponit, ſiue ad breuiandum diem, ſiue ad prolongandum. Quod aũt ita eſt, etiam ſcriptura demonſtrat dicens: Omnis lux diei, ex ſole. Ac ſi diceret: Oñe tempus à ſole. Nã ſicut quilibet alicubi in tenebris cum lucerna tranſierit, uſquequo lucerna adeſt, illouſq; & lux eſt, neq; ſubſtantiã habẽs neq; naturam, ſed ſplendorem tãtum: ſi ergo quis maledixerit ſplendorẽ lucernę, nihil maledicit, niſi tranſitum inanem, atq; decurſum non manentem: ita & Iob, cum luminis atq; ſplendoris tranſitum malediceret, hoc quod non erat maledixit. Nã dies cum ſolis decurſu tranſiẽs trãſiuit, & ultra idem ipſe nõ reuertetur. Cum identidem ortus fuerit ſol, alius orietur dies, eiuſdẽ nominis ut ille, ſed non ipſe qui ille. Ille ergo dies trãſiens trãſiuit, & amplius non ueniet, quia ultra non eſt. Nam ſicut homo qui mortuus fuerit, tranſiuit, & ultra non ueniet neq; amplius reuertitur, alius naſcitur & eodem nomine appellatur, & cognominalis illi uocitatur, ſed non idem ipſe eſt, ſed alius: ita & dies eiuſdem nominis ueniet, idem ipſe uerò nõ ueniet. Nã ſicut ſpiritus exiens denuo non reuertitur & non reuocatur anima ſublata, ſimiliter dies tranſiens denuo nõ reuertitur, neq; ultra in præſenti hoc ſeculo reuocatur. Nam ſicut omni homini ordinatũ eſt tẽpus, atq; dimenſum uitæ ſpatium uniuſcuiuſq;: ſimiliter ſingulis diebus tẽpus ordinatum eſt, atq; dimẽſus ſolis trãſitus, quo tranſeunte non eſt dies ille ultra qui tranſactus eſt. Et adhuc ſicut omnibus hominibus à ſeculo & uſq; in ſeculum numerus ſupputatus eſt coram deo: ita & omnium dierum à ſeculo & uſq; in ſeculum numerus & computus in cõſpectu præſcientiæ Dei eſt ſupputatus, & omnes animæ hominum per ſingulas gentes & linguas per generationes ac per omnes tribus terræ, unaquæq; anima de totius uitæ ſuæ ætate reddítura eſt in iudicio rationẽ. Sed & quid per unamquamq; diem, uel geſſerit, uel locuta fuerit, uel cogitauerit, omnia ꝓponẽtur in iudicio, omnia deducẽtur in inquiſitionem, non reſurgentibus diebus qui neq; naturã neq; ſubſtantiam habent, ſed factis omnium hominum demõſtratis in natura animarum & corporum in incorruptionẽ reſurgentium. Exigetur ergo in die reſurrectionis & iudicij ab omni anima Chriſtiana omnium dierũ uitæ eius omnis ſeruitus quam deo erat exhibitura, & omne opus ſanctitatis, quod per ſingulos dies erat perfectura ſiue in gratiarum actionibus & confeſſionib. ſiue in orationibus ac deprecationib. matutinis & ueſpertinis, ſiue in omnib. bonis operibus quæ in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti perficiũtur. Hoc ſcilicet ignorãt pleriq; inſipientiũ atq; irreligioſorum, qui admonentur feſtinare ad templum dei, qui uocant̃ ad eccleſiam dei accelerare, & terribilem dei gloriã adorare, & aut pro neglectu habẽt aut in uacuitatem ducunt, aut alias excuſationes inueniunt dicentes, heſterna mãducaui, cra-

Ezech. 14
Hier. 1
Iob 3

ui, craſtina manducem: ſed quotidie & omni tẽpore indifferenter ſtudẽt reperire, & exhibere corpori cuncta quæ conſuetudinis ſunt: deo autem, uel animæ ſuæ tempora ſtatuunt ac metiuntur & dies ſupputant, ignorãtes quia irridẽt ſemetipſos & animas ſuas. Nam ſicut ſuperius diximus, omnium dierum uitæ ſuæ rationẽ reddituri ſunt pro operibus ſanctitatis per ſingulos dies ætatis ſuæ, uel hic ſuper terram, uel in iudicio. Pagani enim, atq; omnes infideles in iudicio nõ uenient, ſed iam ex hoc dãnati ſunt, & propter infidelitatem inexcuſabiles in pœnas inferorum expellẽtur: ij uerò qui in fide eſſe uidẽtur, & prauo nomine cenſentur, iſti, inquam, omnes in terribili illa iudicij inquiſitione omnium dierũ uitæ ſuæ uniuſcuiuſq; diei reddent rationem, quomodo impleuerint dei ſeruitutem, atq; opus ſanctitatis per unũquenq; diem. Hæc uidelicet uniuerſa foris nos deuians hic ſermo per occaſionẽ memorati diei dicere admonuit bene ac neceſſarie, ut pote pro bonorum commemoratione his qui ſalui fieri deſiderãt. Sed rurſum ad propoſitũ reuertamur. Maledicebat, inquit, Iob diem ſuum. non maledicebat deum, nõ reprehendebat, non blaſphemabat, nõ accuſabat, non murmurabat de deo, non ingratus exiſtebat deo, ſed diem maledicebat qui non erat. Nam deo gratias agebat, cõfitebat̃, inuocabat, benedicebat. Sit, inquit, nomẽ domini benedictum in ſecula. Sic itaq; benedicendo, ac gratias agendo deo, diem qui nec uiſionem, nec naturam, nec ſubſtãtiam habet. maledicebat, uel potius eum qui non erat, ſicut prius oſtenſum eſt, & hoc ut tantum loquereẽ. Sed fortaſſis dicit aliquis, cur omnino hoc dicit, uel cur hoc loquutus eſt? Audi ò homo. Ob hoc locutus hęc dicit, quia ualidiores dolores eũ apprehẽderũt magis quã nũc tu arbitrari poſſis, quia lamẽtabiliores ſuſtinebat miſerias magis quàm tu cogitare ualeas. Nam quæ ille ſuſtinebat ſi nunc uideres, nec ad uidẽdum omnino ſufficeres. Et quomodo pati uel ſuſtinere poſſes ad uidedum hominẽ perforatis oſſibus & liqueſcentibus carnibus ac neruis cõſumptis? Hęc uniuerſa ſuſtinebat gratias agens deo, uniuerſa hæc ſupportabat benedicẽs deum. Loquebatur uerò ore ea quę nec deo, nec angelis eius ſanctis, nec cœlo, neq; terræ hominibus, neq; pelago, neq; aeri, neq; ullis quæ ſunt in natura, ad aliquã cõtumeliã profecerũt. Loquebatur nimirum quaſi miſeriã uentilãs, quaſi aerem uerberãs, quaſi dolorem deferẽs, quaſi extẽdiatus & moleſtiam paſſus atq; anxius pro uehementioribus paſſionibus & fortioribus doloribus. Locutus eſt tãquam quilibet in dolore poſitus quærẽs remedium. Tanquam quis in dolore dẽtium, aut oculorum, aut aurium frequẽter parietes unguibus exarat, frequẽter etiam ſemetipſum ungulis exulcerat prę nimietate doloris quem ſuſtinet, corraſis oſſibus & palpebris atque auribus: ſic & beatus Iob cum perforarẽtur oſſa eius, & liquefierẽt carnes eius, locutus eſt maledicens diem qui non erat. Sic nãq; & Hieremias ſanctus poſtquã Iudęorũ iniuſtitia atq; impietate uſq; ad mortẽ ſuggillaretur, ſimiliter maledixit, atq; deuotauit diem natiuitatis ſuæ. Et adhuc his maiora dixit Hieremias. dixit enim de nomine eius: Nõ nominabo nomẽ eius amplius, & nõ loquar ulli hominũ in nomine eius. Ob quã rem beate Hieremia? Propter inobedientiã eorum, atq; contumaciam illorũ, quia factus eſt illis ſermo domini in deriſionem, nolunt illũ, & ego tota die peregi ſubſannatus ab illis. Idcirco enim animi dolore repletus, & diẽ natiuitatis maledixit. & cętera alia locutus eſt. Sic nãq; & Iob prior illo præuentus nimietate dolorũ maledixit diẽ natiuitatis ſuę, & reſpondit dicẽs: Maledictus dies ille in quo natus ſum. Super omnia quæ ſuperius memorata ſunt, eſt etiam hoc pręcipuum quia maledixit Iob diẽ natiuitatis: quia niſi ita amare defleret Iob pœnas ipſas atq; dolores, non utiq; æſtimaret homo neq; crederet quod ita aſpera & amara fuiſſent ei ipſa ſupplicia atq; tormenta. Nunc uerò uolẽs omnib. oſtendere beatus Iob immanitatem amariſſimarum pœnarum atq; dolorũ quę ei diabolus ingeſſit, deflet, conqueriẽ, ita & amariter & miſerabiliter atq; lamẽtabiliter, ut natiuitatis ſuæ malediceret diẽ dicẽs: Maledictus dies in quo natus ſum. Non maledicatur, inquit, dies mortis, neq; dies finis, neq; dies exitus de hoc ſeculo. Eſt nãq; conſummatio & requies & dolorum omniũ trãſitus ac depoſitio. Dies natiuitatis omnium tribulationum & anguſtiarum, dolorum quoq; & miſeriarum, omnium nihilominus peccatorum atq; impietatum initium eſt atq; introitus, per quem pereũt impiæ atq; irreligioſæ animę. ergo omnium horũ quæ memorata ſunt initiũ atq; introitus corruptibilis natiuitatis dies eſt. Merito maledictus dies in quo natus ſum, qa melior eſt dies mortis quã natiuitatis, ſicut

Hier. 20

Eccl. 6

sicut dicit Ecclesiastes, & propterea maledictus dies in quo natus sum. Quare? quia per hunc, inquit, ad omnes hos nefandos perueni dolores, quia per hũc ad omnia hæc amarissima perueni supplicia, quia per hunc ad terrenum hoc ueniens seculum nequissimi aduersarij sustineo zelũ, ac malignissimi diaboli supporto supplicium. Pro his ergo omnibus maledictus dies in quo natus sum. Plericq;, inquit, hominum sub cœlo carnalẽ hãc solam delectantes uitam, ac sola terrena quę sunt in corruptione respicientes, diẽ natiuitatis suæ delectabiliter celebrare studeant, honeste in die natiuitatis suæ iocundãtes splẽdide. Nam hãc existimant portionem suam, atq; hæreditatem, & per hæc sperant se diutius uiuere in corpore, atq; augmentari sibi annos & diem natiuitatis suę. Hoc uidelicet faciunt non ob hoc quod æterna sperent, uel eam quæ non uidetur incorruptionem expectent: qui æternam uitam apud deum in cœlis esse non credunt, merito terrenã hanc atq; carnalem uitam solam delectantes celebrant diẽ natiuitatis suæ: diem uerò mortis nec nominari patiuntur. Ego, inquit, ô uiri tantum odio habeo carnalẽ hanc uitam, ut pro celebrare diẽ natiuitatis, maledicã atq; abdicem illũ dicens: Maledictus dies in quo natus sum. O quàm profundus est hic sermo ualentibus inquirere. Nam primã disputationem facientes etiam nunc huius sensus per pauca necessarie mẽtionẽ faciemus. Maledictus, inquit, dies natiuitatis, quia peccatorum ac delictorum est principium. Verũtamen beati ij qui in die natiuitatis, hoc est in principio uitæ suæ benedicũtur, hoc est ea quæ digna sunt benedictione perficiunt. Beati quoq; & ij qui in tẽpore natiuitatis suæ, hoc est in principio ætatis atq; ignorantia iuuentutis suæ, licet maledicant pro peccatis atq; ignorantia iuuentutis, in diem mortis atq; in finem ætatis suæ rursus benedicent, & benedictionem promerebũtur per synceram pœnitudinem, atq; dignos pœnitẽtiæ fructus. Væ autem illis, & animabus eorum, qui & in principio suo, & iuuentute sua maledicentur delinquentes, & in fine suæ ætatis non absoluentur pœnitentes, neq; benedicent per dignos fructus pœnitentiæ ad deũ cõfugiẽtes: quorũ maledictio atq; dãnatio æterna apud inferos permanet, sicut eorum qui pœnitudinem synceriter gesserint, æterna requies in resurrectione erit. Alia quãplurima cũ possimus dicere de hoc sermone, hæc desinẽtes quę sequuntur cõmemoremus. Pereat inquit dies in quo natus sum. Hęc nimirũ dicit beatus Iob, ut ostẽderet omnibus quales sustinebat dolores, uel qualia supportabat supplicia. Sic beatus ac sanctissimus Hieremias in suggillatiõe animæ deuolutus, similia ut Iob locutus est iuxta omnia quæ superius ueraciter memorata sunt. Super quę uniuersa hoc etiã debemus aduertere, quia non defuerunt sanctis dolores ac tribulationes, molestiæ quoq; atq; passiones, non tantũ pro se quantum pro nobis: ut noueri mus nos atq; informemur, quia per tribulationes ac labores, per passiones & miserias, per dolores quoq; ac gemitus omnes sancti deo placuerũt, & omẽs iusti introierũt in regnũ dei atq; hæredes effecti sunt apud deũ æterni refrigerij, nõ exultãtes in corruptiõe, nõ delectati in carne, nõ securi in terris, sed omnẽ miseriã propter pietatem sustinentes, æterna incorruptione digni effecti sunt gloria. Sic etiã gloriatur Paulus in persecutiõibus suis atq; passionibus. Sic gloriat & Hieremias quod sederit solus quia amaritudine fuerit repletus, & quia nõ abijt in cõsilio impiorum ludentiũ. Quid aũt miramur, quod Iob ita ingentes sustinens dolores cõquestus fuerit, uel alij sancti cũ terreni fuissent homines ex corpore & anima uere plasmati, cum & ipse qui omniũ sanctorũ rector, & cõditor cœli ac terræ, & mediator dei & hominũ Iesus Christus filius dei uiui, cũ humano se indueret corpore, cũ corruptibilem sibi circundaret formam, cũ iret ad passionẽ atq; ad crucẽ, quęstus est dicẽs: Pater si fieri potest trãseat à me calix iste, hoc est hęc passio, & cœpit trepidare, & mœstus esse? Non quia trepidauerit deitas, sed quia carnis infirmitatem ostendit. Sicut ergo ille dominus ut ostenderet quia nõ erat phãtasma, sed corpus uere corruptibile habẽs, se dolorẽ atq; passionẽ crucis timere ostẽdit: sic etiã Iob, & Hieremias atq; alij sancti, ut ostẽderẽt, qa cũ essent carnales cũ dolore sustinuerũt ac supportauerũt supplicia atq; pœnas quę eis acciderũt. Merito ergo dicit Iob: Pereat dies in quo natus sum, iuxta omnia quę superius ostẽsa atq; memorata sunt, & nox illa in qua dictũ est, ecce masculus. Porrò quando natus es ô beate Iob? per diẽ, an per noctẽ? Si in die natus es, nocti quid irasceris? Sed si in nocte natus es, diẽ cur maledicis? Sicut autẽ æstas & hyems idẽ sunt, sic & nox & dies. quod eũ per æstatẽ fit, hoc nihilominus per hyemem

2 Cor. 11
Hier. 15
Matt. 26

hyemem cõsumitur: & quod hyeme superfuerit, hoc, pculdubio æstate seminatur. æstate laboratur, sicut in die: hyeme requiescitur, sicut in nocte. Et adhuc sicut corpus & anima idẽ sunt indiscrete atq; indiuisiue, & nunc in terris, & in resurrectione in cœlis, q̃dcunq; seminauerit corpus super terrã, hoc metet anima in resurrectione, quodcũq; operat corpus in corruptione: hoc em̃ quod seminat, hoc & metet. Sicut ergo hęc idẽ sunt, ita & dies & nox idẽ sunt. Quod in die fit hoc nocti reputatur, & quod in nocte fit, hoc diei designat. Sic nanq; omnia quæcunq; fecerit corpus, siue bonũ, siue malũ, animæ reputantur, & omnia corpori in iudicio atq; inquisitione succẽsentur. Nam utriusq; utriq; imputatur, utriusq; in utroq; requirit atq; uindicatur. Vtraq; em̃ & corpus & anima cũ simul sint, & simul conuersentur, simul adiudicantur pœnæ, aut simul suscipientur in requie. Ergo quia hęc, inqt, ita sunt, merito & ego neq; de nocte silui, neq; die reliqui. Sed pereat (dixit) dies ille in quo natus sum, & nox in qua dictũ est ecce masculus. A quo dictum est? Ab his, inquit, qui nunciauerunt patri meo Zareb. Plurimi nanq; illi prędicauerunt filiũ natũ, alter alterum anticipare properantes, ut per id quod honeste celebrauerunt per singulos annos ab eo accipientes dicerent: Ecce natus est tibi masculus. Sed & puto quod ipsæ obstetrices matri Iob Bosor renunciauerũt (Sic nanq; uocabãt) quia masculum genuerit. Hęc nanq; demõstrat dicens: Et nox illa in qua dictum est ecce masculus. Vbi dies, illic & nox: & quod diei, hoc etiam nocti. Ob hoc ergo quia unum sunt dies ac nox, cũ diei malediceret, nocti non pepercit. Pereat, inqt, dies in quo natus sum, & nox illa in qua dictũ est, ecce masculus. Nox illa quæ præterijt, quæ trãsiit, quæ defecit, quæ nõ est. Nox illa sicut & dies ille manẽs in tenebris, ille qui nõ uidet, qui nõ inuenietur, qui nõ reuocat, qui nõ est. Sicut ergo nox illa, ita & dies ille pereãt tanq̃ quæ nõ sunt, deficiant tanq̃ quæ non uidentur, neq; demõstrentur. Cum ista ergo quæ nõ sunt maledixerit Iob, & ea quæ nõ sunt perire uoluerit, irreprehensibilis omnino in omnibus permanebat. Vehementẽ em̃ dolorem quã sustinebat deflebat absq; ullius molestia. Puto q; forsitã olim in initio iuuẽtutis, celebrauerit Iob diẽ natiuitatis suæ, itẽ nunc ipsum reprobans, quia nõ celebrãdus, sed lamentandus atq; plorandus est dies carnalis natiuitatis, utpote tantarum tentationũ atq; dolorũ introitus: & non solum nõ celebrauit ulterius, sed maledixit ac perire optauit dicẽs: Pereat dies in qua natus sũ. Qui dies? Ille inquit qui olim fuit honestus & hilaris, festiuus & lætus atq; splẽdidus. Hic ergo pereat dies. unde pereat? Ex solẽnitate, ex lætitia, ex splendore, ex istis pereat, & nunq̃ in his inueniatur. Cum hoc aũt die, etiã nox illa pereat in qua dictũ est, ecce masculus. Hęc audiẽtes nos ô uiri nõ gaudeamus terrenę natiuitati, sed timeamus à plurimis huius mũdi tentationibus, sed paueamus à terribili introitu in illud incorruptibile seculũ, ubi erit reuelatio & inquisitio omnium operũ atq; uerborũ nostrorũ. Animaduertamus ô homines quæ immutatio facta est in hominibus. Nam priores diẽ natiuitatis celebrabant unam uitam diligẽtes, & aliam post hanc nõ sperantes. Nũc uerò nos non natiuitatis diẽ celebramus, cum sit dolorum atq; tentationũ introitus, sed mortis diem celebramus, ut pote omnium dolorũ depositionẽ atq; omnium tentationũ effugationem. Diem mortis celebramus, quia non moriuntur hi qui mori uidẽtur. Propterea & memorias sanctorum facimus, & parentũ nostrorũ, uel amicorũ in fide morientium deuote memoriã agimus, tam illorum refrigerio gaudẽtes q̃ etiam nobis piam cõsummationẽ in fide postulantes. Sic itaq; nõ diẽ natiuitatis celebramus, qa in perpetuo uiuẽt ij qui moriunt. Celebramus nimirũ religiosos cũ sacerdotibus conuocantes, fideles una cum clero, inuitantes adhuc egenos & pauperes, pupillos & uiduas saturantes, ut fiat festiuitas nostra in memoriã requiei defunctis animabus, quarum memoriã celebramus, nobis aũt efficiatur in odorẽ suauitatis in conspectu æterni dei. Hęc uidelicet diximus, quia diẽ natiuitatis ꝓpter illos qui sine spe sunt maledixit Iob dicẽs: Pereat dies ille in quo natus sum, & nox illa in qua dictum est ecce masculus. Paulo post incedẽs dicit: Et nox illa sit in dolore. Ostẽdit uerò quia nulli maledixit per hoc quod ait, & nox illa sit in dolore. Quis em̃ dolor erit nocti? Nullus. Nã nox apud semetipsã atq; in semetipsa, neq; cũ dolore, neq; sine dolore esse potest. Nã sicut nõ habet naturã, neque substantiam, ita nec dolorem, neq; uulnus, neq; passionẽ habet in semetipsa, neq; dies, neq; nox. Hęc itaq; sciẽs beatus Iob miseriã uentilans, & dolorem deflens, eis quę non sunt maledixit atq; dolorem optauit

tauit dicẽs:Pereat ille dies in quo natus sum, & nox illa in qua dictũ est ecce masculus. Quare? quia tenebrosorum dolorum mihi auspiciũ est factus, quia obscurissimorũ suppliciorũ mihi extitit introitus, quia cũ re familiari atq; filiorũ perditione etiam amicos in inimicos cõuertit, & corpus meum uermibus consumpsit, & membrorũ meorũ neruos humore uulneris liquefecit. Pro his ergo oĩbus dies illa sit in tenebris, & tanquã errans circumeat in tenebris, & rursus ad me accessum non inueniat, neq; appinquare ualeat, neq; uulnera mea identidem renouet, neq; maligni diaboli zelũ denuo mihi subministret. Ob hoc ergo dies ille sit in tenebris, dies ille q plurimos deludit, qui plurimos seducit, qui plurimis æternas tenebras procurat. Omnibus illis qui carnalem uitã quæsierunt, spiritalis uerò memores non sunt. Omnib. qui delectationem putant carnales delitias, omnibus qui uoluptati ac uentri deseruiunt super terram. Omnibus istis obscurus efficiatur, quia in tenebras prodient, quia in tenebras ibunt, quia tenebræ cõtegent nomẽ eorum. Dies ille sit in tenebris, ille in quo malignus atq; tenebrosus diabolus suã perfecit uoluntatem. Nam & uere nisi primũ obscurauerit diabolus corda hominũ, nisi primum infuscauerit animas eorum, nisi prius obliuionem dederit timoris dei atq; terribilium iudiciorum eius, non utiq; ualebit unquam peccatorũ semẽ seminare in cordib. eorum. Postquam uerò obscurauerit animã, & à deo auerterit, tunc scilicet ad omnia mala, ad impudicitiam, ad infidelitatẽ atq; ad oĩa carnis desideria, tanquã eos qui in tenebris sunt facile conuertit. Istis ergo talibus efficitur dies illa, hoc est dies natiuitatis, dies tenebrarum. Et non solum dies natiuitatis tenebrę illis efficiunt, sed insuper adhuc dies mortis ęternarum tenebrarum introitus efficitur illis. Dies enim tenebrosus circũdabit hos tales. Hæc nãq; uniuersa significãs dicit: Dies illa sit in tenebris. Dies impiorũ, dies infidelium, lasciuorũ, impudicorũ, eorum q neq; in die natiuitatis pietatem custodiũt, neq; in die mortis pœnitentiam ostendunt. Istis ergo talibus dies ille sit in tenebris, quia in tota uita sua tanquam in tenebris ambulant, qui palpant uelut cæcus circa parietẽ. Istis autem lux est semper in die natiuitatis, sicut Hieremiæ, & omnibus sanctis. Et in die
Luc.16 mortis, sicut Lazaro qui deportatus est ab angelis in sinum Abrahæ, Isaac, & Iacob, in secula seculorum, Amẽ. Dies ille sit in tenebris, & nõ requirat illum dominus desuper. Identidem ad priora se conuertit, nõ inquirat illum dominus, ne inquisitus iterũ ad me perueniat, he inuentus identidem me inueniat. Nõ inquirat illum dominus desuper, nõ recordetur, non reputet. Nõ eĩ est dignus, neq; ipse dies, neq; ille qui in ipso die amarissima mihi ingessit tormenta. Diem natiuitatis memorat, & lamentabilium suppliciorũ diem significat, quinimmo ipsa supplicia, uel potius diabolum qui ingessit ea, quẽ de superioribus cadentem non requiret dominus unquam. Nõ requirat eum dominus desuper. Quid dicis ó beate Iob? Ergo alios dies inquiret, ut de isto solo dicas uelut interminãs, nõ inquirat illum dominus desuper? Vtiq; ait omnes dies seculi inquirent, omnia tempora, & momenta atq; secula requirentur & producentur: nimirũ nõ dies seculi qui naturam nõ habent neq; substantiã, sed uerba & facta quæ in illis diebus sunt gesta uel dicta, sed cogitationes & cõsilia atq; tractatus, qui in omni tẽpore uel momẽto huius seculi tractati sunt atq; cogitati. Hæc igitur omnia in omnib. gentibus, & in oĩ lingua inquisita in iudicio manifestantur in tẽpore inquisitionis. Non eĩ mentitur is qui ait: Memor sum ea quæ à seculo sunt dinumerare, non solum tempora & momẽta, & dies, & annos, sed quin potius omnium hominũ cordis occulta, iuxta hoc quod dictũ est: Qui fingit sigillatim corda eorum, qui intelligit omnia opera eorum. Et adhuc alibi: Ipse autem
Rom.2 nouit occulta cordis. Apostolus uerò his cõsonanter dicit: In die qua iudicabit deus occulta hominũ. Ille enim dies manifestabit omnia, in igne reuelãs cũcta. Sciẽtes itaq; nos ô uiri, quia aduersum tam terribilẽ habemus iudicem, sancte cõuersari & in factis & in uerbis studeamus, ut nõ pro condemnatione in iudicio, sed pro requie atq; gloria æterna inquiramur. Deinde, nõ sit, inquit, in diebus anni, neque numeretur in dieb. mensiũ. Quis? Maledictus atque perditus ille dies. Iste nõ sit in dieb. anni, neq; numereẽ in dies mensiũ. Nunc ostendisti euidẽter ó beate Iob, quia non diem creaturę maledixisti, quia non diem anni uel mensium deuotasti, sed illum qui nõ est in substantia, neq; in numero, neq; in computo. Omnes enim dies anno & mensibus circundantur uel computantur. Extra annum aũt & mẽses nullus est dies. Ergo si dies qui istic maledictus est ac

perditus

perditus est,non est in anno,& tu dicis:Non sit in diebus anni:non est in mẽsibus,& dicis:Non numeretur in diebus mensium:nihil est,nusquam est,hoc quod non est maledicis.maledicis enim qui non est perire uolens.Et merito irreprehensibilis in omnib.permanes beatissime dei amice Iob.Aut etiam aliter intelligamus maledictũ hunc atq; perditum diem de quo dicit:Dies ille sit in tenebris,& nõ inquirat illum dominus desuper. Figurate significat per hæc infelicem illum Iudam,per ista de longe eum ostẽdit,qui deberat esse dies serenus,& splendidus ac perspicuus,& sibi luminosus & alijs lucidus,factus est tenebrosus per semetipsum atq; obscurus.Hunc ergo significans dicit:Dies ille sit in tenebris qui lucẽ dereliquit,qui à luce discessit,qui lucem in mortẽ tradidit,& non inquirat illum dñs desuper,cum inquisierit Petrũ & cæteros apostolos resurgẽs à mortuis.Nõ sit in diebus anni,ecclesię festiuitatibus atq; sanctificationibus,nõ sit in unitate ecclesiæ,nõ numeretur inter dies mensiũ,in numero xij apostolorũ,tanquã xij mensium, sed deleatur de libro uiuentiũ,& cũ iustis nõ scribatur. His cõsonanter inferius uniuersum populum Iudæorũ designans atq; increpans,noctẽq; eum nuncupans,dicit:Obscurent sidera noctis illius.Cuius noctis?Illius de qua dicit Apostolus:Nox præcessit.Quę sidera obscurent?Sacerdotes,& Scribæ,& Pharisæi:Nã hi qui debuerant in modũ stellarum fulgere atq; lucere in legẽ tanquã in nocte,effecti sunt oẽs tenebrosi atq; obscuri. Sustineat,inquit,nox illa Iudæorũ tenebrosus populus,sustineat resurrectionẽ dñi,sed non ueniat in lucẽ uultus eius,neq; uideat luciferũ orientẽ spiritum sanctũ paracletum de excelsis ad apostolos missum.Aliaq; plurima demõstrant ex ipsis beati Iob sermonibus,quæ in resurrectione atq; iudicio præueniẽt impijs atq; iniustis tãquã abortiuũ exiens de uentre matris suæ.Illic,inquit,impij requieuerũt ab ira indignationis,illic requieuerunt dolẽtes corpore.Illic,inquit,in resurrectione,in inquisitione,in iudicio. Illic emꝫ requiescit eatenus indignatio atq; furor impiorum,cum digna illis illata fuerit damnatio atq; tormentũ:tunc erunt tanquã aborsum exiens de uẽtre matris suæ,sicut infantes qui non uiderũt lucẽ. Nã sicut abortiua de uentre matris suæ exeuntia nõ uiderunt lucẽ,sed ex tenebris in tenebras eunt, ex tenebris atq; angustia uteri materni in tenebras & angustias terrę atq; sepulchri:sic impij de tenebris in tenebras eunt, ex angustia in angustiam expellentur,de corpore in sepulchrũ, ex sepulchro in angustiã expellẽtur atq; iudicij damnationẽ,& in tenebras exteriores,ubi nõ est lux,neq; uidebunt uitam homines.Pusillus & magnus,inquit,ibi est.Non est emꝫ personarũ acceptor regni huius rex. Merito ex æquo impertit oẽibus & pusillis & magnis,& humilib. & altis regni huius introitũ.Illis sanè qui æqualiter illum metuũt,qui æqualiter illum diligũt.Pusillus & magnus.Ibi est Lazarus pusillus,cum Abraham magno,& seruus nõ timens dominum suum.In incorruptione emꝫ non est dominus corruptibilis,neq; carnalis,sed cum apparuerit facies cœlestis domini atq; iudicis,tũc corruptibiles atq; carnales domini nusquã apparebunt.Merito illic est seruus nõ timẽs dominũ suum.Memoratus emꝫ timor iudicij, terror atq; formido futurorũ,omnem timorem corruptibilem & carnalem in obliuionem deducit atq; foras mittit.Non enim serui dominorum timoris recordãtur,neq; domini seruis imperare occurrũt. Vnus emꝫ timor inquisitionis atq; iudicij apprehẽdet cũctos.Merito illic est seruus nõ timẽs dominũ suũ. Ibi est Abdias nõ timẽs Achab dominum suum.Ibi est Onesimus nõ timens Philemonem dominum suum. Alijq; innumeri reperiũtur & in lege,& in Euãgelio his similes,qui cœlesti domino ac deo omniũ seruientes, nõ timuerũt super terram dominos carnales ad obediẽdum eis in malis,neq; in cœlis eos timẽt in cõspectu ueri domini uenientes. Nã cum seruitutem carnalem pure eis atque deuote exhibuissent,nõ discesserũt à creatoris seruitute.Hoc nanque oportet reddere seruos carnalibus dominis suis,ut nõ fraudẽt,ut nõ circũueniãt,ut nõ insidientẽ dominis suis,ut nõ ad oculũ seruiãt,ut nõ in facie fingant, sed foris ab oculis,sed foris à facie omnẽ gratiã dominis suis ostendãt.Huius nãque rei ingẽtem in cœlis accipiet remunerationem à domino omnium atque iudice uiuorum & mortuorũ.In seruum uenũ datus est Ioseph,sed in malo atque impio actu nõ obediuit dominę suæ.Merito & in terris in Aegypto,& in cœlis in perpetuo dominabit illi,quæ illicite ad tẽpus dominari uisa est.Hęc scilicet uniuersa,p bonorũ cõmonitione diximus,à beato Iob etiã nos de his ammoniti,dicẽte eo euidẽter:Pusillus & magnus ibi est,& seruus nõ timẽs dñm suum.

Rom.13

3 Reg.18

Gen.39

Inueniet qui inquirere ſtuduerit, etiam cætera alia his cõſonantia, & ea quæ nunc iſtic per ordinem, & cuncta quæ in priori multipliciter à iuſto illo ſunt dicta de dei magnitudine, & de ſua tolerantia, quæ ſuſtinuit abſque culpa innocens in cõſpectu dei, & corã omnibus hominibus, quæ ſuſtinuit cũ gratiarum actionibus atque cõfeſſiõibus dei, quæ ſuſtinuit piæ tolerãtiæ formam præbens in perpetuo cunctis. Beati qui te fuerint imitati beatiſſime Iob. Beati qui tua ueſtigia fuerint ſecuti. Beati qui ſimiliter ut tu in fide, & pietate atque in omnium ſibi accidentium tolerantia conſummati fuerint. Hi requieſcent in perpetuo apud deum patrem, cui gloria in ſecula ſeculorum, Amen.

Finis libri Tertij in librum beati Iob.

PROLOGVS RVFINI PRESBYTERI IN EXPLANATIONEM SVPER PSALMOS TRIGESIMVMSEXTVM, Trigeſimumſeptimum, & Trigeſimumoctauum.

QVONIAM Trigeſimiſexti, & trigeſimiſeptimi, & trigeſimioctaui pſalmi expoſitio tota moralis eſt, inſtituta quædam uitæ emendationis oſtendens, & nunc conuerſionis ac pœnitentię, nunc purgationis & profectuum ſemitam docet, idcirco tibi eam Aproniane fili chariſſime in nouem oratiunculas, quas Græci Homilias uocant, uelut in uno corpore digeſtam in latinũ tranſtuli, ut intra unum codicem collectam haberet dictionem, quę ad emendationem uel profectionem morum tota reſpiceret. Hoc ſanè beneficij præſtabit hæc lectio, quòd abſq; labore lectoris intelligentia eius in propatulo habeatur, quò ſcilicet uitæ ſimplicitas, ſenſu lucido ac ſimplici ſermone doceatur, ex quo prophetia peruenire non ſolum ad uiros, uerum etiam ad religioſas fœminas poſſit, & excolere ſimplices mentes: ne forte religioſa filia mea, ſoror in Chriſto tua, ingrata ſit operi noſtro, ſi id ſemper laborioſum intellectui ſuo pro aſperitate ſentiat quæſtionum: quia nec corpus humanũ ex ſolis poruiſſet neruis oſſibuſq; conſtare, niſi eis diuina prouidentia, uel molliciem carnis intexuiſſet, uel blandimenta pinguedinis.

Explanatio pſalmi Trigeſimiſexti qui dicitur: Noli æmulari in malignantibus. Non uidetur Origenis. Vide cenſuram. Homilia I

Heb.1 MVLTIFARIE, multisq; modis deus locutus eſt patribus in prophetis. Aliquando quidem ineffabilia ſacramenta nos edocet in his quæ loquitur: aliquando autem de ſaluatore, & de eius aduentu nos inſtruit: interdum uerò mores noſtros corrigit, & emendat. Propter quod nos tentabimus per loca ſingula ſcripturæ diuinæ huiuſcemodi differẽtias aſſignare, & diſcernere ubi prophetiæ ſint, & de futuris dicatur, ubi autem myſtica aliqua indicantur, ubi uerò moralis eſt locus. Incipientes igitur explanationem trigeſimiſexti pſalmi, inuenimus quod totus pſalmus iſte moralis eſt, & uelut cura quædam ac medicina humanæ animæ datus, cum peccata noſtra arguit, & edocet nos ſecundũ legem uiuere. Sed uideamus iam quale nobis princi-
Pſal.36 pium dat primus uerſiculus. Noli, inquit, æmulari inter malignantes, neq; æmulatus fueris facientes iniquitatem: quoniam ſicut fœnum cito areſcent, & ſicut holera herbarũ cito decident. Duo ſunt quidem quæ nos docet in his uerbis facere nõ debere. Primo quidem ne æmulemur inter malignantes, ſecũdo ne æmulemur eos qui faciunt iniquitatẽ. quoniam ſequitur eum qui inter malignãtes æmulatur, ut areſcat ſicut fœnũ, & hoc eũ non tarde, ſed cito eſſe paſſurum. Eum uerò qui æmulatur faciẽtes iniquitatem, ſequit, ut ſicut holera herbarum cito decidat. Et ſecundum ſimplicem quidẽ literæ intellectũ, nõ æmulari inter malignãtes, hoc uidetur indicari, ne inter malos & peſſimos homines æmulator quis malitiæ, id eſt dux & auctor exiſtat, & uelut formam flagitij cæteris præbens

bens, Aemulari uerò eos qui faciũt iniquitatem, illud est, si imitetur quis, & discat agere iniquè. Et hoc est in utroq; quod dicitur, ut neq; exẽplum malitiæ cæteris præbeas, neq; ipse aliorũ malorum sequaris exempla. Verum ut plenius quid etiam intrinsecus sermo iste contineat agnoscamus, cõueniẽs puto adhibere de scripturis diuinis sicubi hũc sermonem inuenimus scriptũ, & spiritalibus spiritalia comparare, ut quid per hæc indicet euidentius pateat. Scriptũ est in Deuteronomio: Ipsi in zelũ me cõcitauerũt in nõ deo, ad iram me concitauerunt in idolis suis, & ego in zelum adducam eos in nõ gentẽ. Hic ubi latine dicitur in zelum adduxerunt me, & ego in zelum adducã, in græco idem ipse sermo est, qui & in psalmi initio est dictus, id est æmulati sunt me, & ego æmulabor eos. Quamuis sermo ipse græcus id est παραζηλωσαν significãtius in latino exprimi uidetur, si dicamus irritauerũt me, idem tñ ipse est sermo. Sed & in apostolo scriptũ est: An æmulamur dominum? Nũquid fortiores illo sumus? Et ubi habetur æmulamur dominum, in quibusdam exemplaribus irritamus dominum scriptũ est. Ex quibus omnibus testimonijs indicatur quod æmulari aliquem irritare eum est, & prouocare. ut uerbi causa, si tali utamur exemplo. Sunt quædã mulieres impudicæ, & nequã, quæ si forte uiros in amoris furtiui illecebris ceperint, processu temporis occultis nõ cõtentæ flagitijs, uolũt etiã pudicis coniugibus innotescere, quòd ab earum uiris amentur, ut ex hoc in zelum excitent, & irritent ac perturbent alienas domos. Si intellexisti exempli uirtutem, quomodo pellex zelum concitet uxori, & hoc debes aduertere qd sit æmulari inter aliquos, id est cũ eis malitiæ alicuius incitamẽta præbẽtur. Deniq; quia sermo ille Deuteronomij, in quo ait: Ipsi in zelũ adduxerunt me in nõ deo, id est παραζηλωσαν, hoc significet, ex hoc manifestius claret, quod alibi scriptũ est, quia deus noster deus zelans dicitur. Zelans autem maritus dici solet de cõiuge sua, cũ ei pudicitiam sollicitius & cautius curat, nec pollui patitur coniugis castitatem. Vnde consequẽter qui peccat, deũ qui zelans dicit, in zelum incitat, & irritat. Verũ hæc omnia abusiue audiẽda sunt de deo, sicut & ea quę de furore dei dicuntur, uel de somno, uel de tristitia, per quę illud intelligitur quid unusquisq; nostrũ, p actibus suis de deo mereatur. Deniq; sic dixit in Deuteronomio: Quia ipsi in zelũ adduxerũt me in non deo, & exacerbauerunt me in idolis suis, id est colẽtes idola in zelum cõcitauerũt me. Sed quid sequitur? Et ego in zelum adducam eos in nõ gentem, in gentem insipientem irritabo eos. Vnde etiam nũc Iudæi nõ mouẽtur aduersus gentiles, aduersum eos qui idola colunt, & deum blasphemãt, & illos nõ oderũt, nec indignãtur aduersum eos: aduersum Christianos uerò insatiabili odio ferũtur, qui uticq; relictis idolis ad deum cõuersi sunt. Cum ergo uideris Iudæos odio habẽtes Christianũ & insidiantes ei, intellige quia cõpletur prophetia illa quæ dicit: Et ego cõcitabo eos in non gentem. Nos em̃ sumus non gens, qui pauci ex ista ciuitate credimus, & alij ex alia, & nusquã gens integra ab initio credulitatis uidetur assumpta. Nõ em̃ sicut Iudæorum gens erat, uel Aegyptiorũ gẽs, ita etiam Christianorum genus gens est una, uel integra, sed sparsim ex singulis gentibus congregant. Dicit ergo, quia ego in zelum eos inducã in non gentẽ, in gentem insipientẽ irritabo eos. Et ideo irritantur in nos, & odio nos habent uelut gentem insipientem, dicentes se esse sapientes quoniã quidẽ primis ipsis cõmissa sunt eloquia dei, & meditantes à puero usq; ad senectutẽ legẽ dei, in legẽ dei non peruenerunt: sed ideo quæ stulta sunt elegit deus huius mũdi, ut confundat sapientes. & sic impletur quod scriptum est: In gẽtem insipientẽ irritabo eos. Sed & quod dicit Apostolus: An æmulamur dominum? nũquid fortiores sumus illo? uideamus quid indicet. In eo loco hæc dixit, ubi de sacrificijs, & de his quæ idolis immolãtur, disputat. An æmulamur (ait) dominũ, hoc est zelo cõcitamus, edentes ea quæ idolis immolata sunt, sicut Iudæi zelum eius cõmouerunt in idolis suis. Nunquid etiam nos simili modo facere uolumus? Ideo ergo ait: An æmulamur dominũ? Nũquid fortiores illo sumus? hoc est qd dicit. Siquidem cõcitemus zelum alicui qui inferior est uiribus nostris, possumus facile contemnere: si uerò fortem cõcitemus in zelum, nũquid non in propriam molimur ista pernicie? Si ergo uescimur idolis immolatis, & aduersum nos zelũ domini cõcitamus, fortiorem iram cõtra nos, id est ad proprium interitum prouocamus. Si quãdo ergo uideris hominem nequam, obserua, & caue ne zelum eius cõcites aduersum te, ne qd incaute facias, unde nequitia cõcitetur. Verbi causa, ut per exemplum planius fiat qd dicitur

citur, beatus Dauid Saul malignantem cõcitauit in zelum, quãdo proceſſit ante exercí
1 Reg. 18 tum, & occidit Goliam, & proceſſerũt chori puellarum & mulierum dicẽtes: Percuſſit Saul in milibus, & Dauid in decẽ milibus. Quod utiq; ſi ſtudio ſuo egiſſet Dauid, æmulatus fuiſſet in malignitate Saul. Sed nunc nõ ſuo ſtudio factũ eſt ut exirent chori puellarum, & huiuſcemodi hymnũ dicerẽt, quia Dauid percuſſit in decem milibus, & Saul in milibus. Hoc eſt ergo quod nos edocet pſalmus, ut quoniã genus hominũ procliue eſt ad zelotypiam, & perfacile ad uitiũ iſtud inclinatur, obſerua ne id agas, quod malos homines in æmulationẽ tui irritet, & ad inſidiandum tibi concitet, uel ad odiũ tui excitet. Et eſt hoc totum quod ſignificatur in his omnib. ut neq; ipſe prouoces mali æmulationem aduerſum te, neq; tu nequitiã æmuleris alienam. Quomodo ergo homo nequitiã æmulatur alterius? Sine dubio cum eadem agit. Quod autẽ dico, tale eſt. Si quis ſit per iniquitatẽ diues factus ex paupere, ſi ſit uicinus eius egens, & uideat illum qui de terra ſurrexit, & ad diuitiarũ culmen aſcendit, & incipiat æmulari ut ſimiliter etiã ipſe ex iniquitate diteſcat, hoc eſt æmulari facientes iniquitatem. Sed & ſi quis eũ qui uel furtiuis ſtupris, uel illicitis conatibus ultra locũ & menſuram ſuam inuadit nuptias, domos, diuitias, æmulari uelit, æmulatus eſt facientes iniquitatem. Iam uerò eos qui per diuerſa flagitia, uel indignas atq; illicitas ambitiones ad immerita bonorũ culmina peruenerũt, et iniquis factionib. uel cruẽtis manib. honores nõ ſibi debitos occuparũt, hos ſi qs uidẽs ad ſimilẽ inflammetur inſaniã, æmulatus eſt facientes iniquitatem. Propterea ergo mandato domini illuminamur, ut cum æmulationis illicitæ cor noſtrũ flamma mẽtem q; pulſauerit, nos uerbis edocti dicamus. Si æmulari uoluero inter malignãtes, aut æmulatus fuero faciẽtes iniquitatẽ, uide quid ſequatur. Sicut fœnum, inquit, cito areſcent, & ſicut holera herbarum cito decidẽt. Vis etiã alterius prophetæ de talibus monitis auctoritate
Eſa. 40 muniri? Audi quid etiam Eſaias de omni gloria carnali pronunciet: Omis, inquit, caro fœnũ, & omnis gloria eius ut flos fœni. Vis etiã per ſingula uidere quomodo flos fœni ſit carnis gloria? Vide quis imperauit ante hos triginta annos, quo imperiũ eius efflo ruit: cõtinuo autẽ ſicut flos fœni emarcuit, tunc deinde alius poſt ipſum, deinde alius atque alius, qui deinde duces, & principes: & omis eorum gloria & honor non ſolum tanquam flos emarcuit, uerumetiam tanquam puluis aridus, & à uento diſperſus ne ueſtigiũ quidẽ ſui reliquit. Alij etiã diuitijs elati, & honoribus tumidi, ſtudẽtes uel laudabiles haberi per ſimulatam bonitatẽ, uel execrabiles per indomitam crudelitatem. Quorũ ſi quis uana ſtudia exiſtimat æmulãda, eat nunc ad cadauerũ eorũ reliquias, ſi tamen uel ipſæ inueniri queant: aliquantis em̃ ne hoc quidem cõceſſum eſt: & tunc inueniet quomodo omnis caro fœnũ eſt, & omnis gloria eius ut flos fœni. Exaruit fœnũ & flos eius decidit. Qui autem nõ diligit floſculos carnis, neq; carnaliter uiuit, ſed diligit uerbũ dei, & in ipſo ꝓficit, audi quid ſperet: Verbum, inquit, domini manet in æternũ. Sed & hoc ipſum quod ait, quia ſicut fœnum cito areſcent, malignantes ſcilicet, nõ arbitror otioſum cur fœno eos cõparauerit, cum utiq; & alia poſſit eſſe materia, cui cõparẽtur hi qui malitioſe egerũt. Fœnũ mutorũ & irrationabilium animalium cibus eſt. Fortaſſis ergo pro eo quòd omnes ſtulti, & imperiti, & qui contra rationem & ſapientiã dei uiuunt, ſe quũtur eos qui in malitia principes ſunt, & ex illorũ uita uel actibus ueſci dicuntur, quibus & obediunt, idcirco eos fœno cõparauit. Nemo enim prudens ab illis ſumit exemplum. Nã ſicut uir prudẽs qui audit uerba domini & facit ea, iſte eſt qui manducat panẽ illum qui de cœlo deſcendit, & Ieſus eſt cibus ei pro eo quod ex uerbis eius paſcit, & in mandatis eius uiuit: ſimiliter & hi qui in malitia eminentes, ſicut fœnũ efficiũtur ijs qui ſibi obtemperant, uel æmulationem ſui ad nequitiam gerunt. Similia aũt etiam de holeribus herbarum intelligenda ſunt, quibus comparãtur hi qui faciũt iniquitatem, pro eo quod uelociter tranſeant. Inuenimus tamẽ in ſcripturis diuinis interdũ & laudabilia holera, quæ per præceptũ apoſtoli manducare iubentur infirmi. Alia autem ſunt illa, & his
Ioſ. 13 cõtraria, de quibus dicitur quòd flumina Aegypti aqua ſit deorſum deſcẽdens, & rigãs ſicut hortũ holerum: quo uidelicet Aegyptius nõ arbor dicatur, ſed ne uitis quidẽ nominetur, ſed holera quæ cito deficiunt. Et uis uidere quàm cito Aegyptius decidat? Vi-
Exod. 15 de quid dicat de eis in Exodo: Aegyptij autẽ feſtinauerũt, inquit, decolligauerũt axes ſuos, & cito fugerũt ſub aqua. Sicut holera ergo herbarũ cito decidẽt. Denic; & Achab

ille

ille iniquus quoniam talia holera parabat plantare in uinea Naboth Iezrahelitæ, ꝓpter quod Nabutheus magis mori elegit, quàm permittere ut excisa uinea Israelitica holera plantarentur. Fecit ergo hoc tanquã iustus, ut non permitteret excidi uineam iustitiæ cuius fructus lętificat cor hominis, cum in sapientiæ cratere miscetur, & plantari holera iniquitatis, uelociter uiridãtia, sed uelocius arescentia. Puto ergo quòd etiam in nostris cordibus qui credimus saluatori, sit aliqua uinea plantata. sicut dixit: Vinea facta est dilecto in cornu, in loco uberi. Sed & ad illos dictũ est, quib. sermo dei factus est primum, quia ego plantaui te uineam totã feracẽ. Est ergo nobis uinea quædã ex qua fructũ scientiæ qui lætificat cor hominis per donum sapientiæ premimus in torcularibus scripturarum, cum perfectius & latius diuina, legis mysteria cõtuemur. Sed proficientibus nobis in his studijs, & Israelitico oculo ad oculum spiritalem tẽdentibus, uenit Achab iniquus & impius: Achab inimicus uineæ nostrę, & aduersum optima studia hæc sapiẽtię inuidiam cõcitat, tumultum commouet, dolos & factiones per Iezabel, hoc est per carnalem sapientiam instruit, & uult excidi uineam istam spiritalis intelligentię, & plantari holera, id est ut quæ legimus, carnaliter intelligamus, sicut holera enim omnis gloria carnis est. ut impleatur in nobis illud quod culpat Apostolus dicens ad Galatas: Sic insensati estis, ut cum spiritu cœperitis nũc carne perficiamini? Quod aũt in anima sancta sint uineę, & agri à dño benedicti, audi etiã Isaac ad filiũ suum Iacob dicentẽ: Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni quem benedixit dominus. Melius ergo est uineã nos colere in anima nostra, & torcular fodere scripturarũ, & uindemiare botros, & premere uinũ de uinea Soreph, ut & nos dicamus ad dominũ, quia poculũ tuũ inebriãs quàm præclarum est. Posteaq; dixit sicut holera herbarum cito decidere facientes iniquitatem, & prohibuit æmulari inter malignantes, & imitari faciẽtes iniquitatem, tunc dicit quid facere debeamus. Spera, inquit, in domino, & fac bonitatẽ. Cõtemptis scilicet illis omnibus quæ superius culpata sunt, honoribus, diuitijs, & omni gloria carnali atq; omnib. seculi bonis, in domino, inquit, spera. Sperans aũt in domino non sis otiosus: sed bonitatẽ faciens, spera in eo. Quæ est autẽ ista bonitas, uideamus. Vnus est ex illis fontibus quos sancti spiritus fructus esse enumerat Apostolus. Fructus autem spiritus est charitas, gaudium, pax, patientia, bonitas, & iustitia. Fac ergo bonitatem. uelut si diceret ad agrũ loquens, fac illum fructum uel illum: ita nunc tibi auditori diuinarum scripturã, tanquam agro, loquitur sermo diuinus. Fac bonitatẽ, & inhabita terrã, & pasceris in diuitijs eius. Noli esse sicut fœnum arescens, noli fieri sicut holera herbarũ, quæ cito deficiẽt, sed spera in domino, & fac bonitatem, & inhabita terrã. Quam terram inhabitare nos iubet si bonitatem fecerimus? Vtiq; si de ista loqueretur terra quã habitamus, & qui faciunt bonitatem, & qui nõ faciunt, habitant hanc terram. Superfluum ergo uidetur esse mandatũ si intelligatur hæc terra. Sed uideamus ne forte illã dicat terrã de qua scriptũ est, quia semẽ aliud cecidit super terram bonam, quę attulit fructum, in qua nũc terra cor auditoris significari uidetur. Hanc ergo iubemur inhabitare, hoc est non longius euagari, non ultra citraq; discurrere, sed habitare, & consistere intra animæ nostrę terminos, & cõsiderare eam diligentius atq; effici eius agricola sicut fuit Noe, & plantare in ea uineã, & excolere terrã quæ intra nos est, nostræ animæ innouare noualia, & nõ seminare super spinas: uidelicet cum animã nostrã purgamus à uitijs, & incultos atq; asperos mores ad mãsuetudinẽ Christi imitationis excolimus, & ita demum ex uirtutũ diuitijs pascimur. Neq; eñ putandum est præcipi nobis terrenas diuitias quærere, quas contemnere iubemur & spernere. Ait ergo: Inhabita terrã. hoc est ergo, animæ tuæ semper assiste, ibi semper permane, & excole terrã tuã, ut cũ abundare cœperis iustitiæ fructibus, tunc pascaris in diuitijs eius. Quid est aũt pasci in diuitijs eius? Quia quodcũq; seminauerit homo, hoc & metet: Et qui seminat in carne, de carne metet corruptionem. Qui aũt seminat in spiritu, de spiritu metet uitã ęternã. Si aũt habites terram tuam, & ipsam in spiritu & nõ in carne seminaueris, pasceris in diuitijs eius, sicut oues illę quę in loco uiridi pasci dicũtur, de quibus dicit sermo diuinus: In loco uiridi ibi me collocauit. Vnde cõstat quod unusquisq; nostrũ ipse sibi præparat intra se locum uiridem, in quo pascitur à domino, cũ agros animæ suæ excolit, & in spiritu seminans semper ad lætitiã spiritalis culturę adducit. Delectare in dño, & dabit tibi petitiões cordis tui. Moris est scripturæ diuinæ duos

3 Reg. 21

Esa. 5

Gal. 3

Gen. 26

Psal. 36

Gal. 5

Gal. 6

Psal. 23

homines introducere ὁμωνυμίᾳ, id est similitudine alterius alterum ex altero nominare, hoc est ea quæ exterioris sunt hominis, compellere etiam in interiorem. Quod aũt dico tale est. Exterior homo corporalis uescitur cibis corruptibilibus, & sibi aptis. Est aũt & cibus quidã interioris hominis, de quo dicitur, quia in omni uerbo dei uiuit homo. Est
Deut.8 poculum exterioris hominis, est aliud interioris. Bibimus eñ de spirituali sequenti pe-
1 Cor.10 tra, & bibimus aquam, quam dicente Iesu, qui bibit, non sitiet in ęternũ. Est & indumentum exterioris hominis, est & interioris hominis indumentũ. Et si quidẽ peccator sit, in
Psal.109 duit se maledictum sicut uestimentũ. Si autem iustus sit, audit: Induite uos dominum le
Col.3 sum Christũ. &: Induite uos uiscera misericordiæ, benignitatẽ, humilitatem, mãsuetudinẽ, patientiã. Et quid necesse est enarrare per singula quomodo interior homo exterioris hominis homonymis appellationibus nominetur? Arma exterior homo & interior habet. Qui secundũ interiorẽ hominẽ militat, induit armis dei, ut possit stare aduersus uersutias diaboli. Sed post multa exempla, ueniamus ad hoc quod propositũ est. Videamus quid est quod significatur ex eo quod dictũ est: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui. Sciendũ primũ est quia hoc quod dixi in latino delectare in domino, in græco delitiare in domino dicitur. Hoc eñ græcus sermo indicat, quod est καταζενφησαι. Sicut ergo secũdum exteriorẽ hominem possibile est nõ solum cibis uti, uerũ etiã delitijs perfrui, & maxime qui diuites sunt delitijs utunt: ita etiam interior homo potest non solum cibis uti, uerũ & delitijs perfrui. Quod fieri hoc modo arbitror. Si qs audiat uerba ea solummodo, quæ se inuitent ad timorem dei, iste cibum tantũmodo capit ex huiuscemodi uerbo. Qui uerò dederit operam ad intelligendã legem, ad perlegendos prophetas, ad exsolutiones parabolarum Euãgelij, ad explanationem uerborũ apostolicorum, & qui in omnib. intellectui & scientiæ operam dederit, iste delitijs fruitur. Non enim ad hoc solũ quod ei ad uitam sufficit, cibo utitur mandatorum, sed in omni agnitione sciẽtiæ delectatur. Hoc est quod arbitror & in eo indicari, quod dicit deus ab initio plantasse paradisum delitiarũ, sine dubio in quo spiritalibus delitijs frueremur.
Psal.35 Sed & alibi: Torrentẽ (ait) delitiarũ potũ dabis eis, sanctis scilicet. Sed & hic scio q̃ in latinis exemplaribus haberi solet torrentẽ uoluptatis tuæ, sed in græco habet τρυφῆς, quod est delitiarum. Sed & sanctis quibusq̃ corporalium delitiarũ contemptus indicit, & spes delitiarum spiritalium repromittitur. Vis etiam de hoc auctoritatẽ accipere scripturæ diuinæ? Diues quidã erat, & Lazarus pauper. In delitijs corporalibus erat diues, Lazarus conficiebat inedia. Excessit uterq̃ de seculo, & Lazarus quidẽ ab angelis sublatus est in sinum Abrahæ, ut ibi in delitijs requiesceret: Ille aũt qui in delitijs fuerat cor-
Luc.16 poralibus, abijt in gehennã ignis, sicut in Euãgelio scriptũ est. & audit ab Abrahã, quia tu consecutus es bona in uita tua, hoc est delitijs abusus es, & Lazarus mala: nunc autẽ hic requiescit, tu uerò cruciaris. Nemo potest, & in carne, & in spiritu habere delitias. Sed si quis in carne delitiatur, sicut ille diues, carebit gremio Abrahã & delitijs. Qui uerò in præsenti seculo pane afflictionis uescit, sicut & ille pauper, cũ hinc abscesserit in delitijs erit. Delitiare ergo in dño, & dabit tibi petitionẽ cordis tui. Quod si adhuc plenius intueri uis quomodo quis delitiet in domino, perspice quod dominus ueritas est, & sapientia est, & iustitia est, & sanctificatio est. Si ergo abũdaueris in diuitijs ueritatis, si abundaueris in intellectu sapientię, si copiosus fueris in actibus iustitiæ, tunc plene & integre delitiaris in domino. Quæ utiq̃ cum expleueris, tunc etiam id quod cõsequit adipisceris. dabit enim tibi dominus petitiones cordis tui. Necessario tñ addidit petitiones cordis tui, cum potuisset utiq̃ dicere petitiones tuas. ita aũt facilius intelligi põt. Quòd si singulorum membrorum propria quędã persona fingatur, uerbi causa, si oculus haberet uocem, nũquid non diceret peto lucem, ut uideam ea quæ me uidere delectãt? Refugio enim uidere horrorem aliquem, & omne quod conturbat & contristat aspectũ. Similiter & si auditus acciperet uocem, nũquid nõ diceret peto sonum modulata arte cõpositum, sonum delectabilẽ, asperũ uerò & terribile aliquid audire refugio? Ita si gustui uox daretur, & tactui, & oñes sensus nostri sine dubio hæc peterent, quæ suo sensui cõuenirent. Ab his ergo transeamus ad cor in quo est mẽs, & principalis intellectus, & uideamus quid desideret & quid petat cor, sicut de oculo uel de auribus ęterisq̃ sensib. in superioribus demõstrauimus. Secundum sui naturã cor sine dubio intelligentiã poscit.

Sicut

Sicut oculus uisum, ita cor intellectum requirit. Sicut auris suauem sonū cupit, ita cor sapientibus sensibus delectatur. Sicut gustus dulci sapore, ita cor prudentibus cogitatiōibus gaudet. Sicut odoratus suauitate fragrantiæ, ita cor rationabilibus studijs lætatur. Sicut tactus lenibus ac mollibus, ita cor utilibus & optimis cōsilijs delectatur. Si ergo delitieris in domino, & sapientiæ & ueritatis & iustitiæ copijs atq; delitijs perfruaris, dabit tibi dominus petitiones cordis tui aptas delitijs supradictis. Post hæc dicit: Reuela domino uiā tuā, & spera in eum, & ipse faciet. Omis qui male agit odit lucem, & non uenit ad lucem uti ne arguantur opera eius. Qui aūt facit ueritatem uenit ad lucem. Quoniam ergo qui male agit odit lucem, & quantū in ipso occultans mala quæ agit, & timēs ne arguatur uelat, & contegit uiam suam, & tanquam uelamento quodam operit actus suos. Verbi gratia, si quis uestrū, licet non optem esse in hoc cōuentu talem aliquem, tamen si quis inter uos siue cathechuminus, siue etiā unus aliquis ex pluribus fideliū cōscius sibi est quod fornicatus sit, & celat delictū, nunquid nō tibi uidetur iste occultare, & operire uiam suam quam incedit? Qui aūt caste agit, & confidit de puritate uitæ suæ, nō uult cooperire uiam suam, sed uult eam manifestā esse: manifestā dico non hominibus, ne forte percipiat mercedē suā ab hominibus, sed deo manifestat. Propterea ergo dicitur, reuela ad dominum uiam tuā. Sed & si malorū tibi conscius aliquorū fueris, noli occultare, sed per exomologesim, id est confessionem reuela ea domino, & spera in eum, & ipse faciet. Hoc est, cum cōfessus fueris, & reuelaueris ei delicta tua, spera in eum quod possis ab eo ueniā promereri, & ipse faciet. Quid faciet? Sine dubio sanū te faciet. Dicet tibi: Ecce iā sanus factus es, ultra noli peccare, ne qd tibi deterius contingat. Hæc faciet, si delicta tua ei reuelaueris. Si uerò pura est uia tua, & munda cōsciētia, & hæc ei reuelaueris, spera in eum. Quid faciat, ex consequentibus disce: Producet sicut lumen iustitiam tuam, & iudicium tuū sicut meridiem. Tuam iustitiā, quam tu egisti in occulto, & reuelasti eam soli deo, hanc producet sicut lumen deus, & ostēdet te iustū illuminatū sole iustitiæ, cœlo & terræ, & omnib. qui in cœlo sunt ostendet lumen iustitiæ tuæ, & (si ita dici oportet) iactabit se de te tanquam de filio, tanquam qui acceperis spiritum adoptionis. Producet ergo iustitiam tuā sicut lumen, quia qui secundum mandatū domini iustus est, iustitiam suam ita facit, sicut ipse mandauit dicens: Vos autem cum facitis iustitiā uestram, nesciat sinistra quid faciat dextera tua. Hæc ergo iustitia quæ ita fit, ut nō hominibus appareat, nec ut humanam gloriā captet, sed fit in occulto, ut pater qui uidet in occulto reddat palàm in tempore suo, producitur à deo sicut lux, & iudicium tuū sicut meridies. Omnia enim iusti iudicia quæcunq; iudicauit, non solum sicut lux erunt, sed sicut meridianum lumē, quod utiq; clarissimum & splendidissimum est. Plenitudo enim lucis, in meridiano tempore designatur. Si ergo fueris iustus & bonus, producet deus sicut lumen iustitiā tuam, & iudicium tuum sicut meridiem. Vel certe in iudicio cum causa tua discutitur, iustitiam causæ tuæ tanquā lucem deus faciet manifestam & iudiciū quod & dijudicat, uelut meridiem faciet manifestum. Quæ scientes ita futura, deprecemur misericordiā dei, ut concedat nobis tales fieri, qui digni habeamur, quorū deus ipse lucem iustitiæ producat in medium, & iudicium nostrum sicut meridiem clarum & lucidum, habens lucem uerā in se, ipsum dominum nostrum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen. Ioan. 5

Homilia Secunda de eodē Psalmo, ab illa parte: Subditus esto dño, & ora eum.

PRAECIPIENTE mandato, & dicente, Subditus esto domino, necessarium uidetur perscrutari quid sit subditum esse domino, & quid sit non esse subditum. Sicut enim non omnis qui dicit domine domine, intrabit in regnū cœlorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est: ita non omnis qui dicit se subiectum esse domino, subiectus est ei, sed qui re ipsa subiectus est ei. Quia uere subiectū esse domino, non sermo professionis, sed opus subiectionis ostendit. Plenius autem intelligitur quod dicimus hoc modo. Dominus noster Iesus Christus iustitia est. Nemo ergo iniuste agens subiectus est Christo, qui est iustitia. Christus ueritas est. Nemo mendax Christo subiectus est qui est ueritas, siue cum in rebus, siue cum in doctrina mendacium loquitur. Dominus Iesus Christus sanctificatio est. Nemo est subiectus sanctificationi, cū pollutus sit & impurus. Dominus Iesus Christus pax est. Nemo litigiosus & turbulentus

bulentus Christo subiectus est, qui est pax, sed ille subiectus est ei q dicit: Cũ his qui ode
Psal. 62 runt pacẽ eram pacificus. Vnde & in alio psalmo ad animã suam dicit propheta. Verũta men deo subdita esto anima mea, quia ab ipso est patiẽtia mea. Sed & Apostolus magna quidem & mystica de subiectione significat dicẽs: Cum autem subiecta ei fuerint omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui sibi subdidit omnia. Audi ergo quid dicit, quia omnia necesse est Christo esse subiecta, & tũc ipsum esse subiectũ, subiectione uidelicet illa quam de spiritu intelligi dignũ est. Interim necesse est omnia Christo esse subiecta, ut tũc demum etiã ipse impletis omnibus & perfectis per subiectionem, tanq; uictoriæ suę hãc referens palmam patri dicatur futurus esse subiectus. Quod nisi mystice intelligatur, impium aliquid sine dubio non aduertentibus indicare creditur. Non enim putandum est, quod filius dei nunc quidem patri nequaquam subiectus sit, in nouissimis uerò temporibus cum sibi fuerint cuncta subiecta, tunc erit & ipse subiectus: sed quia omnia nostra in se recipit, & se esse dicit qui in nobis esuriat, sec; qui in nobis sitiat, & nudus sit atq; eger, quic; hospes & qui retrusus in carcerem, & quicquid uni ex minimis suis factũ fuerit, sibi factũ esse testatur: consequenter & merito cum unusquisq; nostrum plene & perfecte subditur deo, ita ut in nullo prorsus inobediens pareat, se esse subditũ protestatur. Sed & alio modo planius intelligit quod dicimus. Si aliquod membrum corporis doleamus, quãuis anima nostra incolumis sit, & reliqua omnia membra nostra sana sint, tamẽ quia dolore unius membri totus homo affligitur, nõ dicimus quia sani sumus, sed qa male habemus. Verbi causa, dicimus ille nõ est sanus. quare? quia pedes dolet, aut renes, aut stomachum. Et nemo dicit quia sanus est si stomachũ dolet, sed nõ est sanus quia stomachũ dolet. Si intellexistis exemplũ, redeamus nũc ad id quod propositũ est. Apostolus dicit
Eph. 5 quia corpus Christi sumus, & membra ex parte. Christus ergo cuius omne hominũ genus, imò fortassis totius creaturæ uniuersitas corpus est, & unusquisq; nostrũ mẽbra ex parte est, si aliquis ex nobis qui mẽbra eius dicimur ægrotat, & aliquo peccati morbo laborat, id est si alicuius peccati macula inuritur, & nõ subiectus deo, recte ille nondũ dicitur esse subiectus, cuius sint membra illi qui non sunt subiecti deo. Cum aũt omnes eos qui corpus suum dicuntur ac membra, sanos habuerit, ut in nullo inobediẽtiæ laborauerint morbo, sanis omnibus mẽbris, deoq; subiectis, merito se dicit esse subiectũ illi, cuius nos membra deo in omnibus obedimus. Quod si teipsum perscrutari uis, & uidere si iã subiectus es deo, an adhuc inobediens permanes, hoc modo teipsum discute. Si nihil est contrariũ deo in te, subiectus es ei. Cõtrariũ aũt dicimus hoc modo. Deus charitas est: si odiũ in te nõ est, nõ habes quod contrariũ deo est. Deus ueritas est: uide ne sit in te mẽdacium, quod est contrariũ ueritatis. Si enim est in te mendaciũ, nõ deo subiectus es sed ei qui est mẽdacij pater. Et si iniustitia in te est, patri iniustitiæ subiectus es magis q; deo, q iustitia est. Si & reliqua in te deprehẽderis uitia, scito te tamdiu nõ deo, sed diabolo esse subiectũ. Certum est nãq; quia fornicationis tempore spiritui fornicationis sumus subiecti, aduersantes spiritui castitatis. Et tempore iracũdię, uel furoris, spiritui iræ obedimus, spiritui mansuetudinis resistentes. Propterea ergo uidentes qa omnis uita nostra agonẽ quendam obedientiæ gerit, siue Christo, siue his qui cõtrarij sunt Christo, conemur per orationis, per eruditionis religiosam institutionẽ hoc agere, ne unq; diabolo uel malitię eius obedire inueniamur, sed omnis actus noster, & omnis sermo atq; omnis cogitatio inueniat in subiectione Christi. Quod si forte dicis, quid prodest si nũc subiectus sim, cum iam ante peccauerim & præuentus sim in delictis? sine dubio cũ deliquimus, subiecti nõ fuimus deo, sed cum desiuimus à delictis, tunc initiũ subiectionis accepimus. Cum ergo timori dei subiecti peccare cessamus, tũc etiã fiduciam accipimus poscendi pro delictis prioribus ueniã. Donec aũt permanemus in delictis, frustra ueniam poscimus delictorũ. Vnde & memini me frequenter dixisse ad uos, quia ueniã delictorum tunc digne poscimus, cum lõge positi à peccato, illã uocẽ possumus dicere, Ne memineris iniquitates nostras antiquas. Nõ dixit eas quas facimus, sed eas quas aliquãdo fecimus. Subditus ergo esto domino, & subiectus noli peccare. Tũc obsecra eum pro delictis præteritis, & anti
Psal. 37 quis. Ne æmulatus fueris eum qui prosperatur in uia sua, in homine faciente iniquitatẽ. Describit ea quæ accidũt hominib. Frequẽter enim si uideamus iniquũ in prosperis successibus, & in ea quã ducũt felicitate uitę positũ, scandalizamur, & periculũ fidei incurri

mus, atq;

mus atq; in corde nostro aduersum diuinã prouidentiã cõquerimur, dicentes: Quid prodest iuste agere? Ecce iusti tribulant, hic iniustus feliciter agit. Iniustus est, & ad summas diuitias peruenit, honorũ ac potestatum excelsum culmen ascẽdit, fortassis melius est in iustum esse q̃ iustum. Hæc infirmæ & fragiles animæ etiam si non ore proferũt, in corde suo tamẽ loquunt, cũ uiderint iniquos prosperis successibus agere in uia sua. Et ideo nobis mandati huius medela succurrit, ne cũ hæc uiderimus æmulemur, id est ne irritemus dominũ aduersum nos loquẽdo talia in cordibus nostris: sed recogitare debemus, quia præsens seculum eorũ est, qui futuræ beatitudinis nõ habent spem. Et ideo patiẽter feramus illos his successibus prosperis agere, percipere bona sua in uita sua, donec ueniat & nostrũ, ad qd̃ inuitati sumus, & cuius nobis repromissa sunt bona, ad quod respicimus, in quod speramus, cuius bona nõ sicut in hoc seculo tanq̃ umbra prætereunt, sed permanent in æternũ. Impossibile aũt est, & in præsenti seculo bona consequi, & in futuro. Necesse est enim dici uni, quia cõsecutus es tu bona in uita tua: & alĩ, quia cõsecutus es mala: & alter pro malis bona, & alter pro bonis mala recipiat, sicut exẽplo sunt ille diues, & Lazarus. Ideo ergo noli æmulari in eo qui prosperatur in uia sua, in homine faciente iniquitatem. Post hæc commonet uitium quo omnes pene turbamur, & nescio sicubi rarus quis ita perfectus inueniatur, qui careat hoc morbo. Desine, inquit, ab ira, & derelinque indignationẽ. Multa sunt uitia, quę à multis facile uitantur. Verbi causa impudicitię malum. Si quis operam enixius cõtinentiæ dederit, impudicitiã abiecit. Aliquanti etiã auaritiam subiugarunt, ita ut cum in cæteris non sint perfecti, uideãtur tamen uitare hoc malum, sed & alia nonnulla. Iracundiæ autem durum, & acutũ uitium inflammat, & exagitat etiam eos, qui uidentur esse sapiẽtes. Vnde & Salomon in Prouerbijs dicit: Ira perdit etiam prudentes. Idem, noli, inquit, mirari, si insipientem, si malum, si infidelem iracũdia inflammat, quia frequenter etiã bonos & prudentes uiros ira exagitat. Est ergo hoc peccatum etiam unũ ex illis quod ad ædificiũ deferet ligna, fœnũ & stipulam, & necesse est huiusmodi materias (sicut scriptũ est) per ignem probari, ita ut permaneamus tandiu in igne, donec de nobis ligna iracundiæ consumãtur, & fœnũ indignationis, & stipula uerborũ, eorũ uidelicet quæ huiusmodi uitijs exagitati protulimus. Idcirco ergo desine ab ira, & relinque indignationẽ: id est non satisfacias animis tuis, cum cõmotus fueris ad iracundiã, sed desine, derelinque, cõtemne. Nos uerò cũ hæc mandata suscipiamus, & econtrario cum cõmoti fuerimus, nõ ab iracundia, sed à mãsuetudine desinimus, nõ indignationẽ relinquimus, sed lenitatẽ. Verũ ex hoc saltem incipiamus emendare nosmetipsos, & paulatim per continentiam & assiduam meditationem lenientes iracũdiã, ueniamus etiam in hoc ut ultra non irascamur: atq; indignationis quæ per furorem concitat impetum retundẽtes assidue, perueniamus usq; in illud ne ultra indignationis cõmotione turbemur. Noli æmulari ut nequiter facias. Noli, inqt, in æmulationẽ nequitiæ cæteros prouocando, etiam ipse nequam fieri: quia æmulatio mali uincere semper in malitia aliũ studet: quia qui nequiter agunt exterminabuntur: qui autem expectant dominũ, ipsi hæreditate possidebunt terram. Apparet quia nequitia alia quidem species mali est, prẽter cętera peccata. Vnde & hic sermo diuinus alium describit peccatorẽ, & alium nequã, sicut & ibi simili utitur distinctione cum dicit: Cõtere brachiũ peccatoris & maligni, id est nequam. Sed & dominus in Euangelio diabolũ nõ dixit peccatorẽ tantummodo, sed malignum, uel malũ, & cũ docet in oratiõe, uel dicit: Sed libera nos à malo. & alibi: Malus homo fecit, siue malignus. Definiunt quidam πονηρίαν id est nequitiam spõtaneam uel uoluntariam esse malitiam. Aliud est enim per ignorantiã mala agere, & uinci à malo: aliud est uoluntate & studio mala facere, & hoc est nequitia. Vnde & merito diabolus hoc nomine πονηρός, id est malignus, uel nequã, appellat. Sed & nobis exprobrãs Saluator dicebat: Si ergo & uos cũ sitis mali scitis bona data dare filijs uestris. Et nũc ergo ait: Quoniã qui nequiter agunt exterminabuntur, qui aũt expectãt dominũ ipsi hæreditate possidebunt terram. Est & alia quædam terra, illa de qua scriptura dicit, fluens lac & mel, quam Saluator in Euangelijs repromittit mansuetis, dicens: Beati mansueti, quoniã ipsi possidebũt terram. Hęc nostra quam habitamus proprio uocabulo arida appellatur, sicut & cœlũ istud quod intuemur proprie firmamentũ dicit. Ex appellatiõe uerò alterius cœli etiam istud firmamentũ cœli nomẽ accepit, sicut edocet scriptura Geneseos. Quid ergo est? In

Matt. 6

Luc. 11

Exod. 13

Matt. 5

Gen. 1

est? In præsenti quidē uita utimur cœlo & terra uisibilibus istis, in quib. ueri cœli & ueræ terræ præter nomina nihil aliud inuenimus: sed idcirco hic ita arbitror appellata, ut cum hæc ita nominant̄, illa quæ uera & magna sunt, ad desideriū & memoriā cognominātiū ueniant. Qui sunt aūt qui hæreditate possidebunt terrā? Qui expectant, inquit, dominū.

Psal.38 Expectamus dominū, quia ipse est expectatio nostra & patientia, sicut scriptū est: Et nūc quæ est expectatio mea? nónne dominus? Sicut ergo Saluator sapientia est & pax & iustitia, ita est & expectatio, uel patiētia. Et sicut participatione iustitię eius iusti efficimur, & participatione sapiētiæ eius sapientes, ita & participatione patientię eius patiētes effi cimur. Est ergo uelut fons quidā perennis, de quo haurire possumus & patientiā, & iusti tiam, & sapientiā & omnia quæcunq; sunt uirtutū bona: si tamen bona, digna & pura ua scula nostra deferamus ad fontē. Ait ergo: Qui aūt expectant dominū, ipsi hæreditabūt. Post hæc aūt sermonē quendam addidit mysticū, qui super auditū meum sit, & supra lin guam meā, qui excedat sensum meū. Ait enim, siue de oīibus peccatoribus, siue de uno

Psal.37 aliquo peccatore, singulariter enim dicit: Pusillum adhuc, & nō erit peccator. Pusillum adhuc profecto à præsenti tēpore usq; ad cōsummationē seculi esse dicit, aut fortasse etiā ultra consummationē seculi, & donec ille ignis uindex consumat aduersarios. Si aūt fiat hoc aliquo modo nō erit peccator, & qua ratione fieri possit ut peccator nō sit, discutiat & requirat qui potest. Veruntamē pusillū adhuc, & non erit peccator, & quæres locum eius & nō inuenies. Non solum aūt peccator nō erit, sed nec locus peccatoris erit. Quis

Matt.24 est aūt locus peccatoris, nisi ista quæ prætereunt? Cœlū, inquit, & terra præteribūt. Sine dubio ergo cū ipso peccato quod præteriit, etiā locus præteriet peccatoris. Cœlū, inqt, & terra præteribunt, uerba aūt mea non præteribunt. Studeamus ergo nos facere uerba dei quæ non prætereūt, ne forte & nos cum istis quæ prætereūt intereamus. Si enim pec catum facimus, quod præterit, sine dubio & nos cum his quæ prætereunt deputabimur. Si aūt facimus iustitiā quæ non præterit, neq; ipsi præteribimus, sed permanebimus cū permanente iustitia, secundum illud quod scriptū est: Nunquit non ualet manus mea sal uos facere? aut grauaui aurē meā ne exaudiam? Sed peccata uestra separant inter uos, & deum. Sed & ab initio creaturæ nō sine aliqua mystica ratione firmamentū factū esse di citur quod separaret inter aquas & aquas, & diuideret habitaculū mortaliū à sedibus & habitaculis angelorū. Ex eo ergo locus nobis peccatoribus arida hęc, quam etiā terram cognominauit dominus, deputata est. Sed & alia quædam loca nominant̄ aquæ, quibus

Psal.77 superferri spiritus domini dicitur. Et alia quædam loca abyssus nominant̄, quib. tenebrę superpositæ referuntur. Et de aquis quidem dicitur in alia scriptura, quia uiderūt te aquę deus, uiderunt te aquæ, & timuerūt. De abysso aūt dicit, quia conturbata est abyssus: sine dubio quia non habet pacē, sed habet tenebras superpositas. Sed & dæmones in euāgelio rogare dicuntur ne iubeantur abire in abyssum, uelut in locū quēdam pœnæ, & se & suis actibus dignū. Non solum ergo peccator nō erit, sed etiā locus eius, quisquis ille est, quæretur, & non erit. Mansueti aūt hæreditabūt terrā. Aduersum Valentinianos & cœ teros hæreticos, qui putant Saluatorem meū dicere in euangelio, quæ in antiquis literis non sunt, proferendus est iste uersiculus, sicut & nos didicimus à quodā presbytero pro ferre hæc ad conuincendos eos. Quod enim dictū est in euangelio, Beati mansueti, quo niā ipsi hæreditabūt terrā, uide quomodo ante iam dictū est à spiritu sancto per Dauid: imò ipse Christus qui nunc in euangelijs dicit: Beati mansueti, quoniam ipsi hæreditate possidebunt terram. Addit sane propheta etiam amplius aliquid quàm in euāgelio legi mus, dicens: Et delectabuntur in multitudine pacis. Etiam hic sermone ipso utitur Græ cus, de quo & superius diximus, κατατρυφήσουσιν, id est delicjabunt̄, magis quàm delecta buntur. Igitur deliciabuntur, siue delectabūtur māsueti in multitudine pacis. Si qui sunt carnales homines, delectantur in cibis qui destruentur cū uentre suo, sicut & apostolus

1 Cor.6 dicit: Escæ uentri & uenter escis, deus aūt hunc & illas destruet. Sancti autem istas quoq; delicias cōtemnunt & despiciūt: habent autem delicias in multitudine pacis. Multitudo autem pacis esse dicit in diebus Christi. Ita enim scriptum est: Et multitudo pacis erit in diebus eius, usquequo auferat̄ luna. Quicunq; ergo desinit ab ira, & reliquit indignatio nem, & neq; animus in iram irritatur, neq; sermone utitur iracundo, non solum forinse cus, uerum & intrinsecus totus in pace est, & neq; prouocanti se ad iracundiā cedit, neq;

ipse alte-

ipse alterũ ad iracundiã prouocat,sed in semetipso pacẽ habet,&in alijs,si qui forte dissi dent,seruat diligere mansuetudinẽ,quæ pacis custos est fidelissima,quę cũcta moderat, iste deliciatur,uel delectat in multitudine pacis.Obseruabit peccator iustũ, & fremet super eum dentibus suis.Sicut em naturaliter cõtraria sunt lux & tenebræ,ita cõtrarij sunt sibi peccator & iustus.Et si uideris aliquãdo odio haberi iustũ,non dubites dicere de eo qui odit iustũ,quia peccator est.Si uideris persecutionẽ pati eum qui bene uiuit, nõ dubites dicere de eo qui persequit,quia non solũ peccator est,sed nequã.Obseruabit ergo peccator iustũ,& obseruãs eum fremet super eum dentibus suis.Quod dicit fremet dentibus,nescio si de carnalibus dẽtibus accipiendũ sit,licet possibile sit etiã hoc fieri à peccatore aduersus iustũ. Cum cõminatur ei, cum furit aduersus eum,cum silet uoce,& clamat furore,cum iusto molit insidias,& omne malum excogitat aduersum eum,tunc etiã corporaliter adimplet quod dicitur,Fremet super eum dentibus suis.Sed cum hæc facit peccator aduersum iustum,dns,inquit,irridebit eum,quoniã prospicit quod ueniat dies eius. Quem diẽ prospicit dns peccatoris?Illũ sine dubio, cũ quærit peccator,& nõ erit. Gladiũ euaginauerũt peccatores,tetenderunt arcũ suum, ut deijciant inopem & paupe rem.Non quod omni genere peccatores gladiũ habeant corporalem,sed uideamus ne forte sicut sunt quædã arma dei,in quibus esse dicit lorica iustitiæ, & gladius spiritus,& scutũ fidei,ita etiã sint arma diaboli, quibus indutus est homo peccator. A cõtrarijs igit intelligamus cõtraria,& statuamus duos milites armatos,unũ militem dei, alterũ militẽ diaboli.Et si quidẽ miles dei habet loricã iustitiæ, sine dubio miles diaboli cõtrariã huic gerit iniustitiæ loricam.Et si miles dei in galea salutis coruscat, è cõtrario peccator q est miles diaboli,galea perditionis indutus est. Et si parati sunt pedes militis Christi ad Euãgelij cursum & prædicationẽ,econtrario peccatoris pedes uelociter currũt ad effunden dum sanguinẽ:& calceamẽta eius,hoc est præparatio,cõcinnatur ad malũ. Habet ergo miles dei scutũ quoddã fidei,habet & miles diaboli infidelitatis scutũ. Ita ergo est gladius quidã spiritus sancti in his qui militãt deo:est aũt & gladius maligni in his qui militãt peccato,quẽ gladium euaginare nunc dicuntur peccatores. Quomodo aũt putãdi sunt peccatores euaginare gladiũ? Dum iam impudenter, & absq; ullo uerecũdiæ uelamẽto iniquitates suas perpetrãt,nec erubescunt,ac reuerentur, neq; tanq; in uagina nequitiã suam recondũt,& cõtegunt,sed superbo & elato spiritu uelut gladiũ quẽdam denudãt. Similiter etiã illud quod sequitur peragunt,id est intenderunt arcũ suum. Sed & iusti ha bent arcum,habent & sagittas.Denicq; & una sagitta ipsorũ est dominus Iesus,ipse enim ait.Et posuit me sicut sagittã electam.Habẽt ergo iusti sagittas,habẽt & peccatores.Ser mo sagitta est:& iusti quidem sermo cum arguit, & corrigit peccatorẽ,uelut sagitta cõpungit & transforat cor eius,ut cõuertatur ad pœnitentiã,& saluetur.Sermo aũt peccatoris est habens uenenũ & sagittans ac uulnerans eũ,qui non est armis dei munitus.Tũc enim uerba iniquorũ prævalẽt aduersum nos,cum minus caute scuto fidei cõmunimur. Tetenderunt ergo arcum suum, ut deijciant inopem & pauperẽ. Sciunt peccatores,qa non possunt deijcere diuitẽ,propterea neq; insidias ei tendũt,sed oẽs eorũ insidiæ aduersum pauperem diriguntur,sicut & alibi dicitur,quia insidiatur sicut leo in cubili suo,insidiatur ut rapiat pauperẽ.Et quia redemptio uiri diuitiæ eius sunt, pauper aũt sufferre nõ ualet minas,ideo diuites efficiamur in spiritalibus bonis,id est in omni uerbo, & in oĩ scientia,in operibus bonis,abijcientes diuitias peccati,prospiciẽtes non ea quæ uidentur, sed ea quæ nõ uidentur.Quæ enim uidentur diuitiæ temporales sunt, quæ aũt non uidẽtur æternæ sunt.Et si in talibus diuitijs diteſcimus, uulnerari sagittis nõ possumus peccatorum.Restinguentur enim scuto fidei, per Christum dominum & Saluatorem nostrũ, cui est gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

Homilia Tertia de eodẽ Psalmo,ab illa parte,Gladiũ euaginauerunt peccatores.

SVPERIORE tractatu dicebamus quædã de gladio & arcu peccatorũ,& armis dei,& qa oẽs homines armati sunt:& q̃d diximus oẽs homines,nũc adijciã qd defuit superioribus, id est hi oẽs qui peccare iã possunt,uel abstinere à peccatis.Infantes em neq; dei arma tractare possũt,neq; arma diaboli.Si q aũt in uerbo & actu & cogitatiõe possunt iã scire qd rectũ est,& uitare q̃d cõtrariũ est,ipsi sunt q dicũ

tur om-

tur omnes habere arma,& si quidē peccant,diaboli arma habēt & iniquitatis:si uerò recte agunt,armis dei dicentur induti.Quod ergo dixit:Gladium euaginauerunt peccatores,tetenderunt arcum suum,explanantes dicebamus secundum Apostolum qui dixit à
Eph.6 contrarijs,Et gladium spiritus quod est uerbum dei:quia peccatorum gladius esset spiritus qui in ipsis est nequam,qui eos inspirat ad uerba blasphemiæ & iniquitatis & turpitudinis.Verbi causa,si uideas gentiles aduersum se in disputationibus dimicātes,& diuersas contra se inuicē impietates dialecticæ artis uersutijs astruētes,potes tunc dicere competenter,quia gladiū euaginauerunt peccatores.Sed & ego qui dicor fidelis,si forte certamen mihi sit cum aliquo,& ad iracundiā prouocatus,abiecta mansuetudine proferam uerba furiosa,& spiritum mendacijs,& tumidis uenenatisq; sermonibus retegā,merito etiam ego tanquam peccator euaginasse gladium dicor.Bonum igitur primū est ne habere quidem gladium peccati:secundum uerò est saltem non eum euaginare,sed recondere in uagina sua.Si enim non proferatur gladius de uagina,neq; exerceatur,acies eius obtunditur & erugine consumit̄,& si semper cesset ab opere exterminabitur.Hoc enim dominus etiam pollicetur,ut exterminet romphæam,id est peccatū,ita ut ultra iam non sit peccator.Sed si quidē uerbi dei præuenimus hoc opus,& in hac uita positi faciamus in nobis interire peccatum,ut nunquam omnino à nobis,neq; per cogitationem,neque per opus,neq; per uerbum peccati gladius proferat̄,non indigebimus pœnæ ignis æterni,non tenebris exterioribus cōdemnabimur,neq; illis supplicijs quæ peccatoribus imminent subiacebimus.Si uerò in hac uita contemnimus commonentis nos diuinæ scripturæ uerba,& curari uel emendari eius correptionibus nolumus,certū est quia manet nos ignis ille qui præparatus est peccatoribus,& ueniemus ad illum ignem in quo uniusq; cuiusq; opus quale sit ignis probabit.Et(ut ego arbitror)omnes nos uenire necesse est ad illum ignem.Etiam si Paulus sit aliquis uel Petrus,uenit tamen ad illum ignem.Sed
Esa.43 illi tales audiunt:Etiam si per ignem transeas,flamma non aduret te.Si uerò aliquis similis mei peccator sit,ueniet quidem ad ignem illum sicut Petrus & Paulus,sed non sic trā siet sicut Petrus & Paulus.Et quemadmodum ad rubrum mare uenerunt Hebræi,uene
Exod.14 runt & Ægyptij,sed Hebræi quidem transierunt mare rubrum,Ægyptij autem demersi sunt in ipso:hoc modo etiam nos si quidem Ægyptij sumus,& sequimur Pharaonem diabolum,præceptis eius obedientes,demergemur in illum fluuium siue lacum igneū,cum inuenta fuerint in nobis peccata,quæ sine dubio ex præceptis elegimus Pharaonis.Si autem sumus Hebræi,& sanguine agni immaculati sumus redempti,si non portamus nobiscum fermentum nequitiæ,ingredimur quidem & nos fluuium ignis:sed sicut Hebræis erat aqua murus dextra læuaq;,ita etiā ignis erit murus si nos faciamus quod de illis dictum est,quia crediderūt deo & Moysi famulo eius,id est legi eius & mādatis,& sic sequamur columnam ignis,& columnam nubis.Hæc monuimus repetētes explanationem,quomodo gladium euaginauerūt peccatores.Sed ne illud quidem otiose transeundum est,quod etiam tetendisse dicuntur arcū suum:quod non iam appositione cōtrarij sicut in cæteris fecimus,sed ex similibus absoluimus.In decimo psalmo scriptū est quia peccatores intenderunt arcum,parauerunt sagittas in pharetra,ut sagittent in obscuro rectos corde.Vnde apparet,quod cor impij repletum est uelut pharetra sagittis uenenatis.Sunt ergo sagittæ impiorum,consilia & cogitationes pessimæ:os uerò ac labia eorū arcus quidam est,quo dilatato atq; distento uenenati cordis spicula iactātur.Quod aūt ait in obscuro,competenter dictum est.Non enim isti tales in die,id est in luce Dei incedunt,sed in tenebris ambulant,& in obscuritate malitiæ atque ignorantiæ delitescunt.Quod aūt sagittāt rectos corde,id est simplices & ignorantes malitias suas.Sed puto q; hic sermo non tam de hominibus peccatoribus,quàm de contrarijs potestatibus dicat̄.Illæ sunt enim,quæ in obscuro sagittāt rectos corde.Propterea ergo die noctuq; uigilēt hi qui recto sunt corde,quia illi quidem parauerunt sagittas.Non dixit iaculati sunt,sed parauerunt sagittas:non sagittarunt neq; uulnerauerūt,sed parant se ut sagittent.Vides nos anteq; uulneremur cōmoneri,ut nos ab illorū uulneribus defendamus,& omni custodia seruemus cor nostrum.Volo etiā amplius aliquid in his locis positus aperire,ne semper de inferioribus loquar ad uos,sed aliquando quædā etiam superiora pulsemus.Considero ergo,quia sicut saluator sagitta est dei,sicut scriptū est:Posuit me sicut sagittā electam

electam: sine dubio aũt simili exemplo etiã Moyses in q̃ locutus est deus, sagitta dei est: & cæteri prophetæ & apostoli Christi, in quibus Christus ipse loquebat, certũ est quia per sagittã dei uulnerabant eos & cõpungebant cor eorum, quibus sermonẽ dei loquebant, ita ut hi qui ab ipsis audiebant sermonẽ dei dicerent, quia uulnerata charitate ego sum: sic rursus econtrario quomodo Christus est electa sagitta dei, sic & Antichristus sagitta diaboli. Et sicut oẽs in quibus Christus loquutus est, uel loquitur, secundũ hanc similitudinem prophetæ & apostoli etiã ipsi sagittę erãt dei, & quicunq; iustus & prædicator loquitur uerbũ dei ad salutẽ hominũ consummãdam, sagitta dei dici potest: ita & omnes peccatores in quibus diabolus loquit sagittę diaboli dici possunt. Siquãdo ergo te uideris per os peccatoris sagittis diaboli uulnerari, illius quidẽ miserere qui se ad hoc opus exhibet diabolo ministrũ: tu aũt memor esto tui, & arripe scutũ fidei, ut possis in ipso omnia tela ignita maligni extinguere. Non solum aũt in uerbis, sed in factis dirigũtur in nos tela diaboli. Si enim uideres mulierẽ insidiantẽ tibi, ut te decipiat, nõne et hęc ignitum telum diaboli est, cum tibi ita loquit, ut in te ignem libidinis concitet? Similiter & si quis te uerbis amaris & asperis ad iracundiã concitet, nõne & hic ignitum iaculum est maligni, quo inflammaris et incẽderis ad furorẽ? Sed & si quis in aliud quoq; te prouocat & instigat, quod tu impatienter ferẽs in peccatũ decidas, intellige diligẽtius, & aduerte hos oẽs iacula esse maligni ignita, quib. rectos corde inflãmet, & uulneret ad peccatũ. Sed quod est infelicius, paucas uideo sagittas dei, pauci sunt qui ita loquuntur, ut inflamment cor auditoris & abstrahant eum à peccato, & cõuertatur ad pœnitentiã. Pauci ita loquũtur qui auditoris corde pecusso eliciant ex oculo lachrymã pœnitẽtiæ, qui aperientes futuræ spei lumen & magnitudinẽ futuri seculi, ac regni dei gloriã protestantes suadere possint hominibus, quæ uident cõtemnere, & expetere quæ non uidentur, spernere quę tẽporalia sunt, & quæ æterna sunt quęrere. Perpauci sunt tales & ipsi si qui sunt pauci, per inuidiam & liuorem ita agitur ne omnino uel pauci sint, ne uel prodesse aliquibus possint. Sagittæ aũt diaboli omnibus in locis abũdant, omnis terra ipsis repleta est. Populi orbis militaris manus maxima ex parte sagittę sunt maligni, utinã ibi tantũmodo, atq; in illis pręualeret inimicus, ut illos solos haberet sagittas. Nũc aũt uereor etiã eos qui intus sunt, & meipsum uereor, ne forte diabolus adducat me in aliquod scandalũ, et utat me sagitta aduersus animã hominis: quia qui scãdalizauerit aliquẽ siue in uerbo, siue in facto, iste illi animæ quã scãdalizauit sagitta extitit & iaculũ diaboli. Et uide quid accidit nobis infelicius. Interdũ dum nos putamus dicere aduersus aliquẽ, & incaute proferimus sermones, dũ cõtẽtiosius agimus, & quibuslibet uerbis uincere studemus, tunc diabolus ore nostro utitur uelut arcu, per quẽ saggitas dirigat & sagittet rectos corde, eos uidelicet qui nos audiũt ea loquẽtes, in quibus scãdalũ patiunt. Et sicut deus posuit arcũ in nubibus ne fiat diluuiũ, & ut tẽpestas desinat: ita ecõtrario diabolus ponit arcũ nõ ut cessare faciat, sed ut suscitet tẽpestates ut serenitatẽ cõturbet in anima, ut pacẽ depellat, ut bella cõmoueat, & ut turbines excitet ac procellas. Cũ enim uideris aliquem uitijs & passionibus agitatũ circumire, & perturbare omnia, nolo dubites q̃ ille sagitta diaboli est, & os eius posuit arcũ suũ, & tetendit sagittas uerba eius ut sagittẽt rectos corde. Sed qui muniti sunt armis dei, ab his talibus nõ poterũt uulnerari. Quod autem addidit ut trucident rectos corde, cũ superius dixisset, ut deijciãt inopem & pauperẽ, iunxit pauperibus rectos corde. Quos puto quia similiter etiã dominus cõiungat in Euãgelijs. ubi enim dicit beatos pauperes, ibi etiã beatificat mũdos corde, & nihil interesse arbitror inter mũdos corde & rectos corde. Trucidantur aũt hoc modo. Si quis simplici mente, ac desiderio ueniat ad ecclesiã ut proficiat, ut melior se fiat, iste si uideat nos qui multo iam tempore in fide stetimus, uel nõ recte agentes, uel cũ offendiculo loquẽtes, efficimur illi nos lapsus ad peccatũ. Cũ aũt peccauerit, trucidatus est, & sanguis animæ eius profluit, omnis ab eo uirtus uitalis abscedit. Et si audis dici in Genesi q̃ sanguinem animarũ uestrarũ exquiram ab omni fratre & ab omni bestia, nõ putes quia de hoc sanguine magnopere pręcipiat corporali, quantũ de interioris hominis sanguine, id est de uita animæ & sanguine spirituali. Scandalizati emi animæ sanguis effunditur, cũ ceciderit in peccatũ, & propterea dixit, quia requiritur sanguis eius à fratre. Et quare etiã à bestia? Si fidelis est qui te scandalizauit, frater est, à quo requirẽdus est sanguis

Matt. 5

Gen. 9

tuus. Frater enim tuus est, qui fudit sanguinẽ tuũ. & ideo dictum est, de manu fratris requiram sanguinẽ. Cum uerò cõtraria potestas fera & nequã perurget hominem, & insidelis est per quem insidiatur, si potuerit fundere sanguinem animę tuæ, id est deijcere te in peccatũ, bestia est per quam exquirit dominus sanguinem tuũ. Sed & Ezechiel pro-
Ezech. 3 pheta cum dicit speculatorem se positum domui Israel, qui si annunciauerit romphęam uenientem reus non fiat sanguinis, si non nũciauerit reus sit sanguinis: & in lege cum dicitur, si hæc & hæc fecerit innocens erit à sanguine: sine dubio etiam hic animæ sanguinem designat, qui effundit̃ per peccatũ, propterea ergo timeamus omnes, ne forte sanguis alicuius qui scandalizatur, requirat̃ à nobis, sicut propheta designat. Hęc oportuit nos repetere, ut plenius ostenderemus quõ gladium euaginauerũt peccatores & tetenderunt arcum suum, & quis esset pauper quem deijcerent, & quomodo trucidantur recti corde, uel quis est sanguis eorum qui effunditur. Nunc autem uideamus quid sit istis peccatoribus qui hæc faciunt, id est qui gladio diaboli utunt̃, et iaculis maligni, quid de his rursum dicit sermo diuinus: Framea, inquit, eorum intret in cor eorum, & arcus eorũ conteratur. Framea genus teli est, hoc nomine nuncupatum. Sermones igitur isti, quos inspirante diabolo iniqui & peccatores proferunt, inquit, aduersus iustum, ut trucident rectos corde, conuertentur aduersum ipsos qui eos proferunt, ut illuc redeant unde p-
Matt. 10 cesserant. Sicut enim dicitur ad iustos & sanctos Apostolos à domino: In quancunque domum intraueritis dicite: Pax huic domui: & si fuerit ibi filius pacis, pax uestra ueniet super eum: sin minus, pax uestra ad uos reuertetur: sic et hic econtrario gladius impiorũ qui euaginatur ut trucidet rectos corde, reuerti in ipsos dicitur, & demergi in cor eorũ, atq; arcus eorum cõfringi, dum dominus de insidijs eorum liberat iustũ. Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas. Secundum literam cõtinuo etiã simplicioribus quibusq; utilis ammonitio est, de qua & prius dicendũ est, quamuis habeat etiam profundius aliquid, qd' si quis capere potuerit, capiat. Quid ergo nos doceat litera, uideamus. In hoc mũdo cõmunem uitæ sollicitudinẽ gerunt & iusti et iniusti, ut habeãt quæ ad uictũ necessaria sunt. Sed iusti quidẽ nõ tam propensi sunt erga sollicitudinẽ uictus, quàm enixe gerunt iustitiæ curam, ita ut etiam si eis quærenda sunt quę ad uictum necessaria sunt, absq; iniustitia quęrantur, ut ipse quęstus eorum qui quotidiano usui necessarius est, cum omni iustitia fiat. Iniusti uerò nihil curant de iustitia, sed omnem curã in hoc impendunt quomodo acquirãt: in hoc eorũ omne studium est, quomodocunq; & qualiacunq; lucra captare: non quærunt si bene acquirant, si cum iustitia: nõ sunt solliciti ut iudicio Christi inueniantur possessiones eorum cum iustitia quęsitæ. Quomodo possunt hæc facere, qui agrum ad agrum coniungunt, & uillam uillæ appropiant, ut aliquid proximo auferant? Cum ergo unũ è duobus fieri necesse sit, id est aut multa acquirere cum iniustitia, aut modicum cum iustitia, melius est, inquit, modicũ iusto, super diuitias peccatorum multas. Et uere quasi speciali quodã titulo, multæ diuitiæ in iniquitate censentur. Vnde & ego arbitror dominum & Saluatorem nostrũ, quasi uere deum et dominum, mammonam iniquitatis pronunciasse cum dicit: Facite uobis amicos de iniquo mammona. Hæc secundũ literã. Videamus nũc si quid etiã secreti cõtineat sermo. Sunt multa & diuersa studia literarũ in hoc mũdo, ut uideas quamplurimos incipientes à grãmaticis edisscere carmina poetarum, Comœdiarumq; fabulas, Tragœdiarũ uel cõmentitias uel honorificas narrationes, historiarũ longa ac diuersa uolumina, tũ deinde
? transire ad rhetoricam, atq; ibi omnem fucũ eloquẽtiæ quærere, post hæc uenire ad philosophiam, perscrutari dialecticam, syllogismorũ nexus inquirere, mẽsuras Geometrię pertẽtare, astrorum leges ac stellarum cursus perscrutari, omittere quoq; nec musicã: & sic per omnes istas eruditi tam diuersas & uarias disciplinas, in quibus nihil de dei uolũtate cognouerunt, multas quidem sed peccatorum diuitias cõgregauerunt. Videas aũt
? unum de ecclesia imperitũ quidem in uerbo atq; eruditione, sed fide ac timore dei repletum, qui propter timorem dei in nullo audet delinquere, sed ueretur omnino aperire os suũ, ne forte sermo malus procedat de ore eius, & obseruat etiã in minimo delinquere, à quibus obseruare se nõ potest ille qui diues est in huiusmodi sapiẽtia. Hos igit̃ sibi cõferens sermo diuinus ait: Melius est modicũ iusto, super diuitias peccatorum multas. Vt sunt diuitiæ peccatorum sapiẽtia huius mundi, in qua diuites sunt & abundantes in elo-

quentia

quentia;nec tamen se per hęc continere prævalent à peccato. Modicum autem iusti est, qui habet fidem tanquã granum sinapis modicam, sed uiuidam & uehementẽ, per quã se cõmunit & continet à peccato. Melius est ergo hoc modicũ fidei iusto super diuitias peccatorũ multas, quas habet in eloquentia ac sapientia huius seculi, quæ destruitur. Tamen si potuerit quis & diuitias habere, & non peccatorũ habere diuitias, sed cõgregare aliqua de thesauris Moysi legislatoris, alia etiã de censu acquirere prophetarũ, de Esaia, de Hieremia, de Ezechiele, perscrutari quoq; secreta Danielis, cæterorũq; pphetarũ reconditos & obscuros penetrare thesauros: iste iam nõ conferẽ sapientibus huius mũdi, ut melior illis dicatur, sed illis magis exæquatur qui dicebãt, quia diuites facti estis in omni uerbo & in omni sciẽtia: & qui destruentes hũius mundi sapientiã, & uelut uictores eius effecti dicunt se paratos esse ad captiuãdum omnem intellectum extollentẽ se & erigentem aduersus scientiam Christi. Et si quidem ille sit quem superius diximus imperitus & idiota, sed fidelis & timens deũ, melius est modicum illud fidei huic iusto super diuitias peccatorũ multas, quas ex huius seculi sapientia compararũt. Super ambos autem istos est qui diues est in uerbo dei & scientia ueritatis, id est qui secundum Paulũ diues est in omni uerbo & in omni scientia, & nihilominus diues est in operibus bonis. 1 Cor. 1

Si autem uis scire quid est diuitẽ esse in omni uerbo, breuiter te docebo. Incipe discutere à primo uerbo Geneseos, inde in uerbo Exodi, post hęc in uerbo Leuitici, in Numeris, in Deuteronomio, ditesce de Iesu Naue. ditesce de omnib. simul Iudicibus, & iã inde per cõsequentiã de singulis quibusq; scripturę diuinæ libris usquequo peruenias ad Euangelicas apostolicasq; diuitias. Nã uerbi causa, si quis uni uerbo psalmorũ operã dederit, & integrũ psalteriũ cũ uoluerit canit, diues est quidem, sed nõ in omni uerbo atq; omni scientia, sed est diues in solo uerbo psalterij. Vel si quis euãgelicę atq; Apostolicę lectioni studiũ tribuat, & in mandatis noui testamenti semetipsum exerceat, diues est et hic, sed non in omni uerbo, nisi euangelico tantũ & apostolico. Si uerò potuerit nouũ ac uetus testamentũ pari studio ediscere, atq; ex omni eius eruditione instrui, ita ut paratus sit reddere rationẽ de singulis quibusq; quæ scripta sunt, & uitam suã secũdum uerbum ueritatis eius quæ in scripturis cõtinetur aptare: iste uerò diues est in omni uerbo & in omni opere bono. Et istas puto esse diuitias de quibus dicit: Redemptio animę uiri propriæ diuitiæ eius. Melius est ergo modicũ iusto super diuitias peccatorũ multas, quoniã brachia peccatorũ conterent. Quõ potest hoc secundum literam stare, etiam si aliquis uim facere conetur per imperitiam? Sunt multa in scripturis ita posita, quæ etiã eum qui ualde brutus est & stertit mouere possunt, imò cogere ut necesse habeat litera derelicta ad intellectũ conscendere spiritalẽ: sicut & nunc faciũt brachia ista peccatoris quibus imminere contritionẽ cõminatur. Sed et in alio loco dicit: Contere brachiũ peccatoris & maligni. Quid ergo? brachiũ istud corporeum peccatoris & maligni putabimus conterendũ? Nõ facile hoc accidere uidemus. Sed si intueamur quomodo cũ elati fuerint in superbiam peccatores, & arcus suos parauerint, & sagittas illas suas, de quib. superius diximus, tetẽderint aduersus iustos: cum hæc omnis eorũ intentio domini fuerit uirtute destructa, sic merito dicitur brachiũ peccatoris esse contritũ. Vel alio modo, quoniam manus et brachium operis est indicium. Si ergo uideas peccatorẽ ad opus bonum, ad opus misericordiæ non extendentem manum suam, absurdum non erit dicere brachium eius esse contritũ. Sed huiuscemodi cõtritionem non à deo, sed à diabolo fieri credendũ est. Ipse est enim qui conterit & cõstringit brachia peccatorũ, ne ad misericordiam extendantur. Fit ergo quędam contritio peccatorũ à deo, cum insidiantes eos iusto destruit & deterret: quædã uerò à diabolo, cum boni operis studia uelut uinctis et contritis infideliũ brachijs impedit. Et est alia contritio, quę à deo quidem concedit, impletur aũt à diabolo, illa de qua dicebat diabolus ad dominũ. Veruntamen immitte manum tuã & tãge omnia quæ habet, nisi in faciẽ te benedixerit, & tum accepit eum in potestate. Vnde & ipse Iob ait: Manus enim dñi est quæ cõtigit me. Suffulsit autem iustos dominus. Qui infirmi sunt & fragiles, opus habent suffultore. Vbi ruina imminet & lapsus, ibi quæritur suffultura. Omnis autem homo quantũ ad humanã fragilitatem spectat & infirmus est, & promptus ad lapsum. Et in hoc quidem psalmo scriptum est, quia iustos suffulciat dominus, & in alio dicit: Suffulcit dominus oẽs qui cadũt, & erigit dominus Iob 1 Iob 19 Psal. 145

minus omnes elisos. Tantū est ut nos expergiscamur aliquādo & euigilemus, ut siquando per infirmitatem casus aliquis imminet, deprecemur dñm ut mittat nobis uerbum suum & sapientiam suā, quę suffulciat casuros & erigat. Cognoscit dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorū in æternū erit. Secundum scripturas sicut in multis locis obseruauimus, dominus non omnia cognoscit, sed sola illa quæ bona sunt: mala aūt dicit ignorare, non quod uere aliquid sit quod eius scientiam lateat, sed ea quæ indigna sunt notione eius, dicitur ignorare. Quod ostēdimus etiā de scripturis, cum dicit apostolus:
1 Cor. 14 Si qs in uobis propheta, uel spiritalis, cognoscat quę scribo uobis, quoniā domini sunt.
Matt. 7 Si quis aūt ignorat, ignorabitur. Et in euāgelio ubi dicit dñs ad peccatores: Nescio uos, discedite à me operarij iniquitatis. Sicut ergo & alibi dicit, cognoscit dominus qui sunt eius, sic hic non impiorū, sed immaculatorum dies cognoscere dicitur dominus. Digni enim scientia domini immaculatorū dies. Sed & hoc secundū literam nescio si possit cō sequenter exponi. Qui enim possunt esse dies immaculatorum, qui non sint etiam peccatorum? cum huius seculi dies una eademq; sit omnibus, atq; in eadē siue iusti, siue peccatores simul luce uersentur: sicut & ipse dominus de patre dicit, quia solē suū iubet oriri super bonos & malos. Quomodo ergo hic uelut exceptū aliquid & segregatū immaculatorū dies cognoscere dicitur dominus? Sed uideamus ne forte unusquisq; propriā sibi ipse faciat diem. Et siquando abijciētes mendaciū loquimur ueritatem cū proximo nostro, in ueritatis die & ueritatis luce uersamur. Similiter & cum retrahimus nos ab ijs qui oderunt fratres, & in tenebris ambulāt, & in dilectione fratrū permanemus, dies nobis facimus charitatis. Sed & cum iustitiā custodimus, & cū uisitātes uiduas atq; orphanos in tribulatione sua immaculatos nos custodimus ab hoc seculo, immaculatorū nobis ipsis facimus dies. Et isti sunt dies quos nosse dicitur, quando cognoscit dies immaculatorū. Verū si sacratiorē adhuc sensum in hoc loco uolumus perscrutari, possumus dicere quia dies mali sunt huius seculi, secundū q̄d scriptū est: Quoniā dies mali sunt. Dies autē boni alij sunt, qui et ipsi immaculatorū sunt, q̄s dominus cognoscit, in quibus et hęreditas eorū in æternū manet: tunc sine dubio cum iusti hæreditatem capiēt uitæ æternę, cōsequentes quæ oculus nō uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascēdit, quæ prępararuit deus diligētibus se. Illi sunt immaculatorū dies, in quibus non iste sol quē occasus excipit, & cuius nox succedēs lumē interimit, sed sol iustitię lucebit, qui nocte nesciat, qui lumē æternū sit, sicut scriptū est:
Esa. 60 Quia ipse dominus erit eis lux sempiterna. Et non confundent in tempore illo. Soli iusti non confundent in tempore malo. Tempus autē malum hic tempus iudicij nominat, propter multitudinē peccatorū, & eorū quos sæua tormēta suscipiēt. Tunc ergo in tempore resurrectionis cum oēs resurrexerint, & alij resurgunt in uitam æternam, alij in cōfusionem æternam, tunc inquit, iusti non confundentur, quia nihil dignum cōfusione in eorum actibus inuenietur. Addit autē: Et in diebus famis saturabūtur. Inquirēdum primo est qui sint dies famis. Cōminatur in quo-
Amos 8 dam loco deus per prophetā, & dicit: Ecce dies ueniunt dicit dominus, & immittam famem super terrā, non famem panis, neq; sitim aquæ, sed famem ad audiendū uerbi dei. Et circuibunt ab oriente usq; ad occidentē, ut audiāt uerbū domini & nō inuenient. Isti sunt ergo dies, & istud est tempus famis, cum non sunt qui uerbū dei loquantur, sicut et fames nūc est apud Iudæos. Nusquam enim prophetæ, nusquam sapiens, nusquam prudens æstimator, nusquam quinquagenarius, nusquam sapiens cōsiliarius, nusquā intelligēs auditor, omnia abstulit deus à Iudęa & Hierusalē. Sed & in nobis metus est ingēs, ne forte etiam nobis immineat fames. Sicut enim illi de quibus suprà diximus, legendo legem & non faciendo incurrerunt in hoc ut uerbi dei famem paterentur, & auferrent ab illis omnia dei dona quæ suprà diximus, & mandatū est nubibus (prophetis scilicet) ne pluerent super eos pluuiā uerbi dei, uerendū est ne tale etiā aliquod nobis correptionis inducat genus: sed magis efficiamur nō auditores legis tantū, sed & factores, ut mādet dñs nubibus suis, non uni, neq; duabus, sed pluribus, pluere super nos pluuiā, ut in ecclesia prophetæ duo uel tres dicant, & cæteri examinent: & si sedenti reuelatū fuerit, prior taceat, ut plures fiant operarij inconfusibiles recte tractantes uerbū ueritatis, ut di-
1 Cor. 3 cat unusquisq; doctorum & prędicantiū uerbum dei secundum Paulum: Ego plantaui & ille rigauit, sed deus incrementum dedit. Hęc aūt fient, si nos qui rigamur à nubibus

& audi-

& audimus uerbū dei, afferamus fructus illos quos enumerat Apostolus, id est fructus Gal.5
spiritus, qui sunt gaudiū, charitas, pax, patientia, lōganimitas, & cętera his similia. Quos
fructus si moramur afferre, uerendum est ne mandet nubibus obtruere à nobis imbres
suos, & incipiat unusquisq; sanctorum facere illud quod scriptū est: Qui autem intelli- Amos.5
git in tempore illo sedebit & tacebit, quia tēpus malum est. Sed meminisse debemus hi
storiæ antiquorū de famis tempore, quomodo iustus in tempore famis saturatur. Cōue
niens puto fames erat temporibus Heliæ prophetæ, quando clausum est cœlū annis tri 3 Reg.17
bus & mensibus sex. Et tūc populus quidem periclitabatur fame, sed Helias nō patieba
tur famem. Et tunc quidem pascebatur ab angelo, quādo & abijt in uirtute escę illius, et 3 Reg.19
permansit quadraginta diebus & quadraginta noctibus: nūc autem coruis ministranti-
bus pascebatur, cum ei in matutino panes deferrent, & ad uesperum carnes, & itērū re-
fertur bibisse aquam de torrente Corath, & uenisse in Sarepta Sidoniorū ad mulierē ui 3 Reg.17
duam famis tempore. & quia iustus erat, non est passus inediam famis, sed ubiq; ei abun
dantia præsto erat: atq; uno eodemq; tēpore erat peccatoribus fames: Helias autē quia
iustus erat, nesciebat famem. Sic ergo etiā si fames ueniat aliquando, quod dominus nō
præstet ecclesiæ suæ, si quando tamen accidat, qui habet intellectum & exercitū in me
ditatione uerbi dei, & cōstituit meditari in lege eius die ac nocte, atq; exercere se ad in-
tellectum spiritalem percipiendum, inueniet in illis panē illum qui de cœlo descēdit, &
fiet ei sermo dei abundans cibus, & profluens potus: & non solum cibus & potus, uerū
si profundiora sacramenta mysticę intelligentiæ potuerit perscrutari, erunt ei sermones
dei deliciæ. Potest etiā alio modo in hoc loco profundior sensus aperiri. Dominus et sal
uator ait: Veniet nox quādo nemo potest operari. Et hoc dicit de illo tēpore quod erit Ioan.9
post hoc seculum, tempore quo unusquisq; pro malis suis recipiet pœnas. Tūc ergo di-
cit noctem illam futuram, quum iam nemo potest operari aliquid, sed unusquisq; tūc pa
scitur ex operibus suis quæ hic positus operatus est. Quum ergo nox fuerit, nemo ope
ratur in illo tēpore malo: quū peccatores supplicijs affligūtur, erit sine dubio fames his
qui nullos fructus boni operis collegerunt. In illo autem famis tempore, saturabunt iu-
sti, ex fructibus scilicet iustitiæ suæ. Sicut enim in deserto sex diebus colligebāt manna, Exod.16
in sexta autem die non unius diei modum, sed quantum sufficeret in crastinum colligebant, & unusquisq; edebat in die sabbati quæ collegerat in die sexta: ita etiam nūc uelut
sexta quædā dies putanda est domini nostri Iesu Christi aduentus, & tempus hoc dispē-
sationis eius, quam passione sua hoc in seculo procurauit. Et idcirco dum in die sexta su
mus, colligamus māna dupliciter, ut sufficere nobis possit dū aduenerit uera sabbati ob
seruatio populi dei. Si enim nō collegerimus duplices cibos, qui nobis & in pręsenti se-
culo sufficiant & in futuro, in diebus famis nō saturabimur. Sic enim cū iusti saturabun-
tur in diebus famis: Peccatores, inquit, peribunt: inimici autē domini statim ut honorificati fuerint & exaltati, deficientes ut fumus deficiēt. Docet nos sermo diuinus quales
sint honores huius seculi. Cum eū uideris illum acceptis illius prouincię fascibus tumi-
dum, alium consulatibus elatum, alium diuersis magistratibus elatum, cū ergo omnem
istam uideris elationem, considera quia deficientes sicut fumus deficiēt: recordare etiā
quantos in his honorib. uideris, & usq; ad te quanta eos fastigia cōscendisse memineris,
& uide si nō oēs bene, posteaquam exaltati sunt, deiecti denuo & prostrati sicut fumus
defecerūt. Inimici autē domini statim ut honorabuntur & exaltabuntur, deficientes ut
fumus deficiēt. Econtrario uerò amici domini statim ut cōtempti fuerint & despecti &
ab homnibus humiliati, à deo exaltabuntur & erigētur: quoniā omnis qui se exaltat hu
miliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Post hęc adduntur quædā quæ nō parua indi-
gent expositione. ait enim: Mutuabitur peccator & non reddet, iustus autē miseretur et
commodat. Etiam hoc si secundum literā accipiamus, non uidebitur uerū. Multi etem
peccatores mutuo accipiunt pecuniā & reddunt cum fœnore, ita ut & ipsi interdum lu
crum ex pecunia quam sumpserant ceperint. Definit aūt hic propheta dicens: Mutuabi
tur peccator & nō soluet. Sed si intelligas quis est qui fœnerat, & quis est qui accipit fœ
nus, et requiras quis est peccator qui nō reddit pecuniā quā sumpsit, intelliges cōsequē
tiam habere quod scriptum est. Verbi gratia, cū docet Paulus & assistunt ei auditores,
Paulus est qui pecuniā fœnerat dominicam, auditores autem sunt qui ex ore eius pecu-

niam uerbi ſuſcipiũt fœneratã. Et ſi quidem iuſtus ſit qui ſuſcipiat ab eo pecuniã, reddet integrũ fœnus & dicet: Quinq; mnas mihi dediſti, ecce acquiſiui alias quinq;. Si iuſtus eſt, dicit: Quinq; talenta mihi dediſti, ecce habes decẽ: uel duo talenta mihi dediſti, ecce habes quatuor. Si uerò peccator eſt, ſuſcepto dei uerbo non operatur ex eo opera mandati, & non reddit uſuras, ſed conſumit omnia quæ accepit in fœnus. Ecce & nunc uos omnes quibus hæc loquor, pecuniã accipitis fœneratã uerba mea, hæc pecunia dñi eſt. Aut ſi dubitas, audi prophetã dicentẽ, quia eloquia domini eloquia caſta, argentũ igni probatum terrę purgatũ ſeptuplum. Si ergo male doceo, pecunia mea reproba eſt, ſecũdum illos quibus dictum eſt, argentum ueſtrũ reprobũ. Si autem bene doceo, pecunia uel argentũ non eſt meum, ſed domini eſt, & probatũ eſt. Licet ergo mihi fœnerare pecuniam domini, meam aũt propriam pecuniã non licet, quia uerbum domini prohibet humanam pecuniã fœnerari. Quæ eſt ergo humana & quæ domini pecunia? Ego puto quod Valẽtini ſermo humana pecunia eſt & reproba, & Marciõis & Baſilidis pecunia humana eſt & reproba, & omniũ hęreticorũ ſermo nõ eſt probata pecunia, nec domini eam integre in ſe habet figurã, ſed adulteram, quę (ut ita dicam) extra monetã ita figurata eſt, quia extra eccleſiam cõpoſita eſt. Si autem uideris aliquem non ſua propria, ſed
2 Cor. 13 dei uerba proloquẽtem, qui uere audeat dicere: An probamentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſti, ſcito quia iſte fœnerat quidem, & nõ ſuam ſed domini pecuniã fœnerat, & facit illud quod ſcriptũ eſt: Tota die miſeretur & fœnerat, habens autoritatem fœnerãdi ab ipſo ſibi meo deo Ieſu Chriſto datam: Ipſe eſt enim dominus qui in parabola data pecunia dicit ad ſeruos: Ite negociamini uſquequo redeã. Et ad illum ſeruũ qui
Matt. 25 pecuniam multiplicare contempſerat dicit: Quia oportuit te pecuniam meã dare nummulariis, & ego ueniẽs exegiſſem eam utiq; cũ uſuris. Iſte eſt ergo peccator qui mutuat & nõ ſoluet: iuſtus autem acceptam pecuniã reſtituet cum uſuris, hoc eſt acceptum dei uerbũ cum operibus repræſentat. Audis ſermonem de caſtitate, collaudas doctorẽ amplecteris doctrinam, admiraris magiſterium, per hæc ſuſcepiſti pecuniã caſtitatis. Et ſi quidẽ peccator es, egreſſus eccleſiã inſeris te negotijs ſecularibus. excipit te laſciuia, ſub ſequitur temulentia, corruptorũ hominũ malefida colloquia, oblitus cõtinuo omnium quę à doctore ſuſceperas, quę laudaueras, quę admiratus fueras, & ad impudica rurſum deuolueris ſcorta, & effectus es peccator, qui mutuatus es uerbũ caſtitatis, & nõ reddis opera caſtitatis. Similiter & ſi audieris uerbũ iuſtitiæ in eccleſia, egreſſus es foras, occurrit tibi uicinus cuius agellum cõcupieras, & cõtinuo oblitus eorũ quæ dicta ſunt, ut cupiditati tuę ſatisfacias inuadis quę aliena ſunt, & ſic mutuatus de iuſtitia pecunię nõ reddis uſuras, operans geſta iuſtitię. Sic ergo & de ſingulis quibuſq; mutuatur peccator & non ſoluet, iuſtus aũt miſeretur & cõmodat. Non ſolũ, inquit, fœnerat iuſtus, hoc eſt nõ ſolum prædicat uerbum, hoc eſt non ſolum docet imperitos, uerumetiam miſeratur in-
Oſee 6 firmos. Sequitur enim exemplum domini dicentis: Miſericordiã malo quàm ſacrificiũ. Quia qui benedicunt eum hæreditabunt terram, qui autem maledicũt eum, exterminabuntur. Qui benedicunt eum, id eſt qui benedicunt iuſtũ, hæreditabunt terram. Quam terram? Terram illam bonam, terram multã hæreditabunt illam fluẽtem lac & mel, ubi ſunt bona illa quæ uere bona ſunt, illam poſſidebunt qui benedicunt iuſtũ, maledicẽtes uerò eum exterminabunt. Et uobis parũ uidetur interdũ male loqui de ſanctis, et perleue eſt uobis dicere de ſeruis dei, ille talis & talis eſt, ille fingit & ille ſeculũ diligit, ille aũt impoſtor eſt, nõ audis quia qui maledicũt iuſtũ exterminabuntur? Aut ſi hoc parum uobis uidetur, audite alibi deum dicentem ad iuſtum: Inimicus ero inimicis tuis, & aduerſabor aduerſarijs tuis. Videtis quãti periculi ſit inimicari iuſtis, uel male loqui de ſanctis. Si enim uere credimus illud quod dixit dominus de unoquoq; ſeruorũ ſuorũ, quia eſuriui & nõ dediſtis mihi mãducare, et ea quę addit et dicit, quia q uni ex minimis meis fecit, mihi fecit, conſequẽs eſt ut & hoc dicat: Qui maledicebatis mihi, detrahebatis de me, & falſa cõtra me loquebamini, & accuſabatis me. Et ſi dixerimus: Dñe quando tibi malediximus, aut quãdo detraximus: aut quãdo falſa cõtra te loquuti ſumus? tũc dicet
Matt. 25 ad nos: Amẽ dico uobis, quia q̃d feciſtis uni ex meis minimis, mihi feciſtis. Sicut enim dantes manducare uni ex iſtis mihi feciſtis, & dãtes bibere uni ex iſtis mihi dediſtis, & ſicut induentes unũ ex iſtis, me induiſtis: ita maledicentes uni ex iſtis mihi maledixiſtis, & ſi

benedi-

benedixistis uel honorastis unũ ex his, mihi benedixistis, & me honorastis, sicut & alibi nihilominus dicit: Qui uos recipit, me recipit: & qui uos spernit, me spernit. Propterea ergo cõtineamus linguam nostram, & seruos domini admiremur, & benedicamus iustos, & nunquam detrahamus de eis, nec aperiamus os nostrum ad male loquẽdum, ne forte exterminemur, sed benedicamus, ut & nos benedictionem consequamur per Christum dominum nostrum, cui est gloria & potestas in secula seculorum. Amen. Matt. 10

Homilia IIII de eodẽ psalmo, ab illa parte: Apud dominũ gressus hominis diriguntur.

A DOMINO (inquit) gressus hominis diriguntur. Et alibi in hoc ipso psalmo dicit de gressibus iusti hoc modo: Lex dei eius in corde ipsius, et nõ supplantabuntur gressus eius. Sed & in septuagesimo secundo psalmo dicitur: Paulominus effusi sunt gressus mei. Gressus ergo à gradiendo nominamus, secundum illud quod in Exodo scriptum est, quod Moses uidit flammã ignis & angelum cum rubus arderet quidem, sed non combureretur, & dixit: digrediens siue transiens uidebo uisionẽ magnam hanc. Ex hoc ergo loco occasio nobis datur intelligentiæ eorũ quæ habemus in manibus. Igitur de his quę in Exodo scripta memorauimus, id est digrediens uidebo uisionem istam magnam, audiui quendam de sapientibus ante nos dicentem, cum explanaret hunc locum, quia non est possibile prius uidere uisum magnum, id est intueri atq; perspicere magna mysteria stanti in cõuersatione & actibus mũdi huius: sed transire oportet prius ab his, & transcendere omnia secularia, & sensum nostrum ac mentem liberam fieri, & tunc ad magnarum & spiritalium rerum intuitum peruenire, & ita demum uisum magnum uidere. Hunc quidem ille explanans locum quæ suprà memorauimus enarrabat. Nos uerò quibus studium est secundum scripturę monita, uerba sapientium laudare, & addere ad ea, possumus ad hæc quæ ille dixit tale aliquid addere. Vnusquisq; qui iter agit ad uirtutem, proficit in ambulando, ut paulatim per multos ꝓfectus itineris perueniat ad eã. Iter ergo agens & uelut quibusdã passibus gradiẽs digredi tur semper, & transit ea quæ explicuit, ac posteriora omittẽs ad ea quæ priora sunt se extendit. Digrediens ergo transit primũ locũ malitiæ, & inde proficiẽs passibus & ingressibus trãsit alias peccatorũ sudes, tũ deinde scrupeas nequitię cautes, & lubrica et prę rupta uitiorũ. Cũ uerò hæc etiã euaserit, semper ad ea quæ in antea sunt se extendẽs, minus restat malitiæ, & oñe quod proficit uiæ: si tamẽ incedẽdo cautius gressus suos obseruauerit ne labatur, ut singula quæq; digrediẽs malitiæ loca, ita ut non offendat pedem suũ in ea, secũdum hoc quod in Exodo scriptum est, uidere possit uisionẽ magnam. Nemo enim adhuc qui in malitia est, nec digredit eam & transit, poterit uisionẽ istam magnã secretorum dei, scientiæ scilicet & sapiẽtiæ, contueri. Magna ergo est uisio, cũ puro corde deus uidetur. Magna est uisio cum puro corde uerbũ dei, & sapiẽtia dei qui est Christus eius agnoscitur. Magna uisio est agnoscere & credere in spiritũ sanctum. Magna ergo hęc uisio scientia trinitatis est. Veruntamen etiã Moyses tunc uidebat in Exodo uisum magnum, et angelus dicitur qui uidebatur in rubo in igne, et magnam eam uisionẽ appellat. Intelligebat enim quis esset in angelo. Continuo deniq; dicit ad eum: Ego sum deus Abrahã, & deus Isaac, & deus Iacob. Vide ergo q̃ magna sit uisio hæc, quamuis & hoc ipsum sit magnũ scire quod deus facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignẽ urentem. Et nunc quidẽ Moysi adhuc pascenti pecora letro soceri sui, & gradienti uel transeunti ab his, magna est uisio hæc, in qua ei angelus dicit apparere. Si aũt etiam mare rubrũ trãsierit, & columna eum nubis obtexerit, & futuri baptismi adorauerit sacramenta, tũc etiam maiorem uisionem poterit uidere. Ingredietur enim caliginem & turbinem, ubi esse ipse dicitur deus, ubi scriptũ est, quia Moyses solus accedebat ad deũ, cęteri autem à longe stabãt. Et in tantum per istas magnas Moyses proficit uisiones, ut diceret ad deum: Si inueni (inquit) gratiã corã te, manifesta mihi teipsum, ut euidenter uideam te. Et tũc audit à deo, quia ponam te in foramine petræ, petra aũt erat Christus: ut per foramen breuissimum uideas posteriora mea, hoc est, ut ea quę in nouissimis tẽporibus implebunt per assumptionẽ carnis, agnoscas: faciem autem meã uidere non poteris. Sed digressi per quãplurimas uisiones, redeamus nũc ad hoc quod proposuimus de psalmo, quia à dño (inquit) gressus hominis diriguntur. Suprà exposuimus quomodo Ibid. Exod. 3 Exod. 13 Exod. 33

iter quis ingreditur ad uirtutem: quoniã qui iter agit ad uirtutem, multa ſunt quę digredi habet & tranſire. Ergo & tu qui ad Chriſtum tendis, qui eſt dei uirtus, digredere luxuriam, ſcorta, adulteria, digredere furta. falſa teſtimonia, tũ deinde digredere & auaritiã, & omnẽ pecuniæ cæterarumq; malarũ rerum concupiſcẽtiam, digredere iracundiam, digredere inuidiam per quam primum terra humanum ſanguinẽ bibit, digredere mendacium, digredere triſtitiam ſeculi. Niſi hæc omnia digreſſus fueris, uiſionẽ illã magnã domini uidere nõ poteris. Sunt ergo quidam in nobis greſſus & pedes, quibus iter hoc agimus, ſunt greſſus interioris hominis quibus ambulare poſſumus per illam uiam quæ dicit: Ego ſum uia ueritas & uita. Hoc ergo iter agentib. multis greſſib. utendũ eſt nobis ut illa omnia quæ ſuprà diximus tranſeamus, quia greſſus hominis à domino dirigũt. Nõ ſufficit homini uolẽti iſtud iter incedere ſola propoſiti ſui uolũtas, niſi & dominus direxerit greſſus eius: quia frequẽter accidit iter agentibus ut ambulent, quod iter tamen rectum tenere nõ poſſint, ſed decedant in aliquos errores: ut illi qui in philoſophiæ erudi tione uerſantur, uidẽtur quidem iter uirtutis incedere, ſed quia à domino non dirigunt greſſus eorum, non tenent iter rectũ. Sed & hæretici nihilominus ingrediuntur etiã ipſi iter, ſed cũ ſcripturas carnaliter, non ſpiritaliter intelligunt, declinãt in ſiniſtram. Si uerò ſpiritaliter intelligant, in ipſo autem ſpirituali intellectu apoſtolicæ nõ teneãt regulã ueritatis, decidunt nihilominus & ipſi ad dexterã, diabolo (ut ita dixerim) greſſus eorum non dirigente, ſed detorquẽte à uia recta. Nos ergo neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtram declinantes, ingrediamur mediam uiam quæ eſt Chriſtus dominus, quia in ipſo ambulãtium greſſus dominus dirigit. A domino ergo greſſus hominis dirigẽtur, & uiam eius cupiet, illam ſcilicet uiam de qua ſupra diximus. Cupiet enim qui à deo dirigit Chriſtũ, & deſiderabit permanere ſemper in Chriſto. Cum ceciderit, inquit, non conturbabitur. Superius dicens quia à domino dirigunt greſſus eius, hic de caſu eius loquitur. Videre go quia etiam his qui iter hoc incedũt aliquãdo accidat cadere, etiam his qui à domino diriguntur: ſed eſt multa differentia inter caſum iuſti & caſum iniuſti. Iuſtus, inquit, cum ceciderit nõ proſternitur: iniuſtus & qui ſpem nõ habet in deo poſitam, ſi ceciderit proſternitur & nõ ſurgit: id eſt ſi peccauerit, nõ pœnitet & peccatũ ſuum emendare neſcit.

Iacob. 3 Iuſtus aũt ſi in aliquo offenderit, ſi in uerbo. Apoſtolus enim eſt qui dicit: In multis cũ offendimus omnes, et ſi quis in uerbo nõ offendit, hic perfectus eſt uir. Offendit ergo et iuſtus in uerbo, fortaſſis etiam aliquãdo & in facto, ſed ſcit emendare, ſcit corrigere: ſcit ille qui dixerat neſcio hominẽ, paulo poſt cũ reſpectus fuiſſet à domino, flere amariſſime: ſcit & ille qui de tecto mulierem uiderat, & concupierat eam, dicere peccaui, quia tibi ſoli peccaui & malum coram te feci. Si ergo cum ceciderit iuſtus nõ proſternitur, nõ permanebit in peccato, ſed exiliet cito, tanq; damula ex retibus, & tanquam auis de laqueo. Iniuſtus aũt nõ ſolum permanet, ſed & proſternitur in peccatis Iuſtus aũt quid facit? Lex dei eius in corde ipſius, & nõ ſupplantabunt greſſus eius. Ibi dixit quia diriguntur greſſus hominis à domino, hic quia nõ ſupplantabũtur greſſus iuſti, quia dominus, inquit, confirmat manus eius. In alio pſalmo, id eſt in ſeptuageſimoſecundo dicit: Mei aũt pene moti ſunt pedes. Quod idipſum mihi uidetur intelligendũ ſimiliter. Proficientes etenim ad uirtutes uelut aſcenſu quodã nitimur, in quo aſcenſu ſi quis labatur & decidat, aſcẽſionis ſuæ perdit profectũ. Iſtius ergo effuſi ſunt greſſus. Hoc aũt fit, cum quis

Gen. 19 poſt profectũ retrorſum fuerit cõuerſus: ſicut accidit & uxori Loth, quę ingrediebatur bene egrediẽs de Sodomis, & effugiens pœnas malorũ ingrediebatur & aſcẽdebat ad montẽ quò angelo duce pergebat: ſed quoniã contra mandatũ dei fecit, quod iuſſa fuerat nõ reſpicere retrorſum neq; ſtare in omni regione illa, ſed ad montẽ aſcẽdere, atq; ibi ſaluari, cũ cõuerſa ad poſteriora retrorſum reſpexit, ibi effuſi ſunt greſſus eius, & perdidit omne quod fuerat ante digreſſa, permanſit perfecta ſtatuũcula ſalis. Hoc eſt qđ dominus in euãgelio dicit:

Luc. 9 Nemo mittens manũ ſuam ad aratrum, & retro reſpiciẽs aptus eſt regno dei. Vis tibi oſtendã et alios quorũ effuſi ſunt greſſus? recordare illos qui tranſierunt per mare rubrum tanquam per aridam, & peccantes in deſerto ceciderũt, & ibi effuſi ſunt greſſus eorũ. Sed & nunc ſi quãdo accidat aliquẽ uixiſſe in cõtinentia tribus aut quatuor annis, & eo amplius, aliũ in uerbi & doctrinæ ſtudio & ſapiẽtiæ laboribus operam dediſſe: tũc deinde ſi uictus fuerit hic, uel ad carnis luxuriam trãſeat, uel ad alia

peccata

peccata declinet, aut ad uitã se trãsferat seculi, uel ad negotia ac lucra corruptibilis uitæ cõuertat, nõ dubites de eo dicere quia effusi sunt gressus eius. Nos ergo deprecemur dominũ ut dirigat gressus nostros, & custodiat uias nostras, uti ne supplantent gressus nostri: ut in uia quã incedimus, hoc est in Christo domino nostro, quasi supra petrã stabilẽ uestigia nostra firmentur, ne quoquo modo supplantari possimus: per illũ scilicet cuius nos caput obseruamus, & ille nostrũ obseruat calcaneũ, cui utiq; nunq; nos oportet plãtam nudã præbere, sed semper debemus esse calceati pedes in præparatione euangelij pacis, ut si uenerit diabolus supplãtator, et inuenerit pedes nostros munitos, & supra petram stantes, inde nos supplãtare nõ ualeat. Quãuis em̃ paulo ante dixerimus posse etiã casum aliquẽ & lapsum accidere his qui uirtutis uiam sequunt̃, tamen obseruandũ est, quia ibi ubi dixit: Cũ ceciderit nõ prosternetur, superius nõ tam de iusto q̃ de homine puro proposuerat. Ait em̃: A domino gressus hominis dirigent̃, & uiã eius cupiet, cum ceciderit nõ prosternetur. In quo ostendit̃ esse aliquos casus qui tamẽ nõ cõtinuo indicent esse uictũ et prostratũ eum qui ceciderit. Sicut em̃ & in agone fieri solet, ut duobus inter se luctãtibus accidat primo quidẽ cadere unũ, ut cum ceciderit, surgat et uincat: ita etiã in nostro agone, qui est nobis aduersum principẽ huius mundi, si forte acciderit aliquẽ de nobis uinci, & in aliquo peccato cadere, possibile est ut post peccatũ resipiscat aliquis, & exurgat & perhorrescat malum quod admisit, & de cætero nõ solũ cõtineat se, uerũetiam satisfaciat deo, lauans per singulas noctes lectum suũ, & lachrymis rigans stratũ suũ, accipiens uerbũ propheticæ autoritatis qua dicitur: Nunquid qui cadit non adijciet ut resurgat? aut qui auersus est, non conuertit̃? Væ his qui auersi sunt auersione impudẽti, dicit dñs. Et iste est qui cadere quidẽ potuit, ꝓsterni uerò nõ potuit. Si aũt uideris aliquem cecidisse in aliquod peccatũ, & post casum desperantẽ cõuersionẽ & dicentẽ, iam quomodo possum ego saluus fieri qui cecidi? iam nulla spes est, peccata mea me colligant, quomodo audere possum accedere ad dominũ? Quomodo ad ecclesiã redire? & si hac desperatiõe iste talis recedat etiã à deo, hic non solũ cecidit, sed in casu suo prostratus atq; demersus est. Et est quidẽ optabile, ut athleta pietatis ac uirtutis maneat semper immobilis, ut ne unã quidẽ luctam (ut ita dicam) perdat, ne semel inclinetur aut supplãtetur. Quod si fieri nõ potest, sed euenerit eũ cadere, nõ iaceat post casum ne prosternatur, sed exurgat & emẽdet culpã, expurget pœnitẽtiæ suæ satisfactiõe cõmissum, ne etiam de ipso apostolus dicat: Et lugeam multos ex his qui ante peccauerũt, & non egerunt pœnitentiã de immunditia & fornicatione et impudicitia quã gesserũt. Quare etiã apostolus exẽpla palæstrici agõis assumpsit cũ dicit: Nemo coronatur nisi qui legitime certauerit, nisi ea nos scire uolebat legis certamina & agones? Qui et de seipso ait: Sic pugno, nõ quasi aerem uerberans. Et iterũ: Certamẽ bonum certaui. Quia ergo certamen nobis est et agon propositus, etiam legis agonẽ nosse debemus. Sunt athletę qui in omnibus certaminibus uincunt, & in omnibus coronantur. Inter pædas uincũt, inter agonios uincunt, inter andras uincunt. Alij uincuntur inter andras, sed coronant̃ inter agonios, nonnunq; etiam inter andras uincunt, Ergo aliquãti semper, aliquanti secũdo uel tertio coronantur. Certe miserum est, & ultimæ infelicitatis in oñibus agonib. tam uarijs atq; diuersis, ne unam quidẽ promereri coronã. Ita ergo & Christianus cui certamen est non aduersus carnem & sanguinẽ, sed aduersus principatus & potestates, & aduersus principes huius mũdi tenebrarũ harũ, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus, quum tantos habeat & tales aduersarios, tãquam agonista uigilare debet, si fieri potest, ut semper uincat quotiescunq; conflixerit, & primas inter pædas, id est inter pueros, statim capiat coronas. Vis tibi ostendam aliquos qui inter pueros, id est, in primo statim ꝛcte coronati sunt? Respice beatum Danielem, qui à puero & prophetiæ gratiã meruit, & iniquos arguẽs presbyteros, puer coronã iustitiæ & castitatis obtinuit. Vis tibi & alium proferam inter pueros coronatũ? Hieremiam uide, qui quum se propter adolescentiam excusaret à prophetãdo, audiuit à domino: Noli dicere quia puer ego sum, quoniã ad omnes quoscunq; mittam te ibis, & quæcunq; dixero tibi loqueris. Sed fortasse adultæ tibi iam istæ uideantur ætates. Dabo tibi athletã qui ante luctatus sit, & uicerit prius q̃ inter homines emiserit uagitus. Iacob adhuc intra uterũ matris suæ luctatus cũ fratre Esau, supplantauit eum & uicit, ex quo & supplantati & deuicti fratris benedictiones primogeniti

2 Cor. 12
2 Tim. 2
1 Cor. 9
2 Tim. 4
Dan. 13
Hier. 1
Gen. 25

primogeniti à parente ſuſcepit. Nã & illi pueri num tibi uidentur in puerili agone coronati, qui apud Bethlehem à bimatu & infrà pro domini nomine palmam cepere martyrij? Vides quanta in pueros coronarũ habemus exempla. Hęc de eo quod repetiuimus expoſitionem uerſiculi illius qui dicit: Quum ceciderit non proſternetur. Et quare non proſternatur, adiecit cauſam dicens: Quia dominus cõfirmat manũ eius. Et uide quàm conſequenter de ſingulis dicit: Ne cadat dominus (inquit) greſſus eius dirigit: ſi autem ceciderit, nõ proſternitur, dominus (inquit) firmat manum eius. Vides ergo quia domini ſemper auxilio indigemus. Primo ne cadamus: tum deinde etiã ſi ceciderimus, ut reſurgamus. Iuuenis fui & ſenui, & non uidi iuſtum derelictum, nec ſemẽ eius quęrens panem. Tota die miſereť & fœnerat, & ſemẽ eius in benedictione erit. Qui ſimpliciter dicunt, & ſecundum hiſtoriam accipienda eſſe uerba ſcripturæ diuinæ, dicent ſine dubio in hoc loco confirmare Dauid, quia tranſacta ætate iuuentutis ſuæ cũ iam uſq; ad ſenectutis ſuæ tempus ueniſſet, in omni hoc tempore nunq; ſe uidiſſe ita iuſtum derelictũ ut panibus indigeret. Et quid facimus de Paulo apoſtolo, qui enumerãs & exponẽs prophetarũ uitas dicit eos indigẽtes, tribulatos, in pellibus caprinis oberraſſe per cauernas petrarũ, & per ſpelũcas: & de ſeipſo cõmemorãs frequenter dicit, in fame & ſiti. Et cum hęc pati iuſtos frequẽter ſcripturarũ hiſtorijs cognoſcamus, quomodo nũc putandũ eſt hoc Dauid dicere ſecundum ſimplicẽ intellectũ? Sed uideamus ne forte ſint aliquę ętates interioris hominis noſtri, ad ſimilitudinẽ exterioris & corporalis ætatis. Vnde & interdũ ad uiros iam matura ætate dicit, quia pueri ſunt, & alijs quia ſenes, & alijs quia iuuenes, & hæc utiq; dici de corporali ętate non cõuenit. Deniq; cũ plurimi ante Abrahã ſexcentos & quingentos, ut minimũ trecentos annos uixiſſent, de nullo illorũ dictum eſt, quia ſenior & plenus dierũ fuerit, niſi Abraham tantummodo. Ex quo intelligendum eſt, quod nõ de ætate corporis, ſed de maturitate interioris hominis deſignatũ eſt. Vnde & nos optare debemus nõ pro ętate corporis, neq; pro officio presbyterij appellari presbyteri & ſeniores, ſed pro interioris hominis pfecto ſenſu & grauitate conſtantię, ſicut & Abraham appellatus eſt presbyter nutritus in ſenectute bona. Eſt ergo ętas aliqua ſecundum interiorem hominẽ puerilis, eſt et ętas iuuenilis, eſt & ſenilis ſecundũ quod Apoſtolus dicebat: Cum eſſem paruulus loquebar ut paruulus, ſapiebã ut paruulus, cogitabã ut paruulus: cum aũt factus ſum uir, euacuaui quæ erant paruuli. Ego hæc ab apoſtolo non de corporali ætate dici intelligo, ſed quoniam cũ in initio credidiſſet, fuit paruulus nuper genitus, rationabile et ſine dolo lac cõcupiſcẽs, tũc intelligebat ſcripturas ut paruulus, ſapiebat de euangelio ut paruulus; cogitabat ut paruulus: ſed poſt hęc proficiens ætate ad ſimilitudinẽ Chriſti (de quo ſcriptum eſt, quia proficiebat ętate & ſapiẽtia & gratia apud deũ & apud homines) deponebat quæ erãt paruuli: & propterea dixit, cũ factus ſum uir, quæ paruuli erãt depoſui. Ita ergo intelligendus eſt etiã Dauid dicere, iuuenis fui et ſenui: ut ſi diceret, cum eſſem paruulus ſecundũ interiorẽ hominem, nunc iam ſenui. Niſi eñ ſenuiſſet, propheta non eſſet. Namq; ſenũ eſt prophetare. Etiam ſi uideas aliquãdo iuuenem prophetantem, nõ dubites dicere de eo, quia ſecundum interiorem hominẽ ſenuit, propterea propheta eſt: Deniq; Hieremias cũ audiſſet, Priuſq; te plaſmarẽ in utero noui te, & antequam exires de uulua ſanctificaui te, & prophetam in gẽtibus feci te, reſpõdit quia iuuenis ego ſum, & neſcio loqui. Sed ille qui ei donauit gratiã ut nõ eſſet puer, ſed eſſet ſenior ſecundum interiorẽ hominẽ, ait ad eum: Noli dicere quia iuuenis ego ſum. Alioquin niſi hęc ita intelligañ, quid habebit rationis ut dicať puero, cuius ætas iuuenilis & rudis, noli dicere qa iuuenis ego ſum? hoc eſt dicere, nõ dicas quod uerũ eſt. Iuuenis ergo erat ſecundũ ætatẽ corporis: ſed quoniã dominus dederat uerba ſua in ore eius, quibus eradicaret & ſubuerteret & diſperderet, & rurſum ædificaret & plantaret, quæ uirtus uerborum animam eius illuminans & ſanctificans nõ eam ſinebat eſſe puerilem, ideo merito ad eũ dicitur: Noli dicere quia iuuenis ego ſum. Similiter ergo & hoc quod Dauid dicit: Iuuenis fui & ſenui, et nõ uidi iuſtũ derelictum, nec ſemen eius quęrens panem, ſecundũ hoc quod ſuprà de ętate iuuenili, uel ſenili interioris hominis diximus ſentiendũ eſt. alioquin ſecũdum exteriorẽ hominem ſi derelinqui à deo putãdus eſt iuſtus, cũ ægriditudo corporis aduenit, cũ tribulatio, cũ paupertas & ſingulæ quæq; huius uitæ moleſtiæ generanť: hæc mãxime iuſtis accidere ſolent

Matt.2

Heb.11

2 Cor.11

Gen.26

1 Cor.13

Luc.2

Hier.1

ſolent, quibus & perſecutionē pati pro nomine dei ſolenne eſt, ſed nō derelinquuntur cum patienter hæc omnia & tolerātes dicunt: Nemo nos ſeparabit à charitate dei, quæ Rom.8
eſt in Chriſto Ieſu, neq; tribulatio, neq; fames, neq; anguſtia, neq; nuditas, neq; gladius, neq; altitudo, neq; profundū, neq; alia creatura. Deniq; ꝓphetę, q̄ circuibāt in deſerto p̄ cauernas petrarum & ſpeluncas, egentes, tribulati, afflicti, licet in deſertis oberrarēt, & eſſent ab hominib. derelicti, multitudo tamen eos angelorū circundabat. Sic deniq; Heliſæus cū eſſet ab hominibus derelictus, cœleſti circundabatur exercitu, ſecundū quod ſcriptum eſt: Aperi oculos pueri huius, ut uideat quia plures nobiſcū ſunt q̄ cum illis. Et 4 Reg.6
uidit totū montem equitibus & curribus plenum. Nunquam ēm ſolus eſt iuſtus, ſed ne unius quidē, aut duorum, uel trium tantūmodo angelorū ſocietate ſubnixus eſt, ſed exercitus ei uirtutū cœleſtiū prę̄ſto eſt. Quod ſi pluribus adhuc teſtimonijs opus eſt, ſuſcipe & aliud: Iacob quandiu erat in domo parentum & cum fratre Eſau, nō erat cum exercitu angelorum: cum uerò ſeceſſiſſet ad ſolitudinem deſerti, et ſolus iter ageret ad Meſopotamiam, dormiuit in loco quodam, et exurgens dicit quia uocatur hic locus παρεμβολή, quod eſt caſtra, pro eo quod uidit ibi non unum, ſed plura caſtra dei. Hęc dicimus de eo quod nequaquā iuſtus dicitur derelinqui, in ſpiritalibus duntaxat bonis. In corporalibus ēm uide quid iuſtus dicit, in quibus etiam gloriatur: Vſq; ad hanc (inquit) horam 1 Cor.4
& eſurimus et ſitimus, & nudi ſumus, & colaphis cædimur, & laboramus operantes manibus noſtris. Et iterum: Maledicimur & benedicimus, perſequutionem patimur & ſuſtinemus, blaſphemati deprecamur. Sed quoniam iſte talis nō derelinquebat ſpiritu, dicebat: Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in iniurijs, in neceſſitatibus, in perſequutiōibus, in anguſtijs pro Chriſto. Dupliciter ergo derelinquit, qui derelinquitur. Corporaliter quidem hoc modo, quo ſuperius diximus pati omnes ſanctos, & non lædi. Derelinquuntur uerò ſpiritu illi de quibus dicitur: Quoniam non approbauerunt deum habere in notitia, tradidit eos deus in reprobum ſenſum, ut faciant quæ non congruūt, repletos omni iniquitate, nequitia, auaritia, plenos inuidia, homicidijs, cōtentione, dolo, ſuſurratores, detractores, deo odibiles, cōtumelioſos, ſuperbos, elatos, & cætera huiuſmodi mala pro quib. et derelinqui meruerūt. Quę quoniā aliena ſunt à iuſto, ꝓpterea dicit, quia non uidi iuſtum derelictum, nec ſemē eius quærens panem. Iterū ſi audis ſemen eius, ad ſemē corporeum rediturus es? Et quomodo uerū inuenies hoc quod ſemen iuſti non quærat panes, cum uideas Iſmael illum de ſemine natum Abrahę, quiq; Gen.21
cum mater eius fugiēs dominā ſuam Saram portaret eū in deſerto, & aquā utiq; quærebat & panes? Sed & Eſau de uia ueniens deficiebat inedia, & intantū famis rabie præci Gen.25
pitatus eſt, ut primatus ſuos lentis cibo diſtraxerit. Oportet ergo nos ſecundū ea quę ſuprà diximus, etiam ſemen iuſti intelligere ſpiritale. Et quid aliud ſemē iuſti dignū eſt putare, niſi diſcipulū iuſti, qui ſuſcepto ab eo uerbi dei ſemine, ad uitam generatur æternā? Verbi gratia, ſi orationib. ueſtris mererer eſſe iuſtus, & accipere à domino gratiā in uerbo ſapientię & ſcientię, ita ut poſſem ſecundū gratiam quam ipſe à domino meruiſſem, uobis quoq; miniſtrare uerbū dei, & ſerere illud in animabus ueſtris: tum deinde ingreſſus ſermo dei in animas ueſtras, & hærēs in corde ueſtro formaret mentes ueſtras ſecundum ſpeciē uerbi ipſius, id eſt ut hoc uelletis: & hoc ageretis quod uerbū dei uult, et per hoc ipſe Chriſtus formaretur in uobis: tunc uere efficeremini ſemē iuſti, quod nō quærit panem, habentes ſcilicet in uobis ſemper panem illū qui de cœlo deſcendit. Quòd ſi reſpondeas mihi, & dicas: quāti audierūt Petrum & Paulum, qui utiq; erāt iuſtiſſimi doctores, & tamen peccauerunt, & quō ergo ſemen iuſti dicentur? Sed uide ne forte ſicut non omnes qui ex Abraham ſunt, etiā ſemen Abraham dicuntur, quibus dicitur: Si filij Abraham eſſetis, opera utiq; Abraham faceretis: ita etiam illi qui audierunt Petrum & Paulum, & nō fecerūt quæ docuerat Petrus uel Paulus, non erant ſemen eorū: quia ſuſcepta ab eis uerbi ſemina, ex anima ſua uelut aborſione quadā abiecerunt & effuderūt. Deniq; & in hoc ipſo pſalmo dicit alio loco: Semen impiorū exterminabitur. Certū eſt autem quia impiorum ſemen corporale nō exterminabit. Iob deniq; ſemen Eſau ſemē impij erat, & utiq; non exterminat, ſed manifeſtatus eſt iuſtus à domino, & ꝓpheta eſſe oſtenditur, & à deo ſupra oēs iuſtos collaudari meret. Sed hoc eſt quod ſuperius diximus: q̄ ſicut ſemen iuſti ſermo & doctrina eius eſt, q̄ ſermo ita paſcit & reficit animas,

ut negen-

ut negẽtur panibus indigere, quia Christus panis eorum est: ita econtrario doctrina impiorum & sermo semẽ eorũ est quod exterminandũ dicitur, quia ex falsitate cõpositum est, et aduenientẽ luce ueritatis, certũ est qa mẽdacij tenebrę fugabunt. Tota die miserẽtur & fœnerat. Iustus tota die miseret, & tota die dicit fœnerare: ad nihil aliud uacat nisi ut fœneret de ea pecunia quę sibi abundat. Nũquid & hic hoc putabit, quia iustus tota die sedeat ad mensam, & habens pecuniã ante se hanc fœneret necessitatẽ patientibus? Forsitan hoc putabitur esse quod dictũ est per Moysen: Et tu fœnerabis gentib. multis, tu aũt mutuo nõ quæres. Sed certũ est quia de dominica pecunia dicat, quæ numularijs præcipitur erogari de thesauris sapientiæ & scientiæ dei prolata, ut faciamus de quinq; talentis decẽ, de duobus quatuor. Quãto aũt abundantiorem pecuniam habuerimus in anima nostra, tanto magis tota die fœnerabimus. Sed & nũc licet non sim iustus, tamen hoc q̃d loquor pecuniã uobis dominicã fœnero: sed uos orate ut efficiar iustus, & possim uobis iustitiæ pecuniã fœnerare, ut nõ solũ uerbo, uerũetiã iustitię exẽplo iustitiam doceam. Propterea sicut sunt pecuniæ iniustæ, quæ inique & cõtra legẽ congregantur per calumniã & mendacia, & diuersa auaritię mala: & rursum sunt pecuniæ quæ iuste et secundũ legẽ cõgregatę sunt, id est de proprijs & iustis laboribus: ita etiã in uerbo & doctrina esse inuenitur. Sũt uerba nec bene, nec iuste, nec legitime cõgregata, ut hæretico rum uerba sunt, et doctrina cõtra legẽ dei cõgregata, quę nos uelut iniquam pecuniã et pestiferã, & de malo collectã refugere debemus. Orate ergo ut hęc nostra pecunia quã uobis fœneramus tota inueniat ex iustis laboribus, tota de dominica moneta procedẽs ut & uos fœnus integrũ cõsignetis, & nos nõ audiamus, quia oportuit te pecuniã meã dare numularijs. Iuuenis ergo fui & senui, & non uidi iustũ derelictũ, nec semẽ eius quærens panem: Tota die miseretur & fœnerat. In superioribus dicitur, quia mutuatur peccator, & nõ reddit: hic quia iustus tota die miseretur & fœnerat. Et uide q̃p in contrarijs pares sint. Peccator non solum mutuo accipit, sed & cum acceperit nõ reddit: iustus aũt non solũ mutuo non accipit, sed & fœnerat: & non solum semel uel bis, sed tota die fœnerat, hoc est toto uitæ suæ tẽpore fœnerans miseret, unde & semẽ eius in benedictiõe erit. Declina à malo & fac bonũ, & inhabita in seculũ seculi. Hæc, inquit, audiẽs fac q̃d bonũ est, habitabis in seculũ, hoc est, si ita egeris quẽadmodũ edoctus es, habitatio tua erit æterna. Si em̃ respicias nõ ad ea quæ uidentur, sed quę nõ uidentur, qm̃ quæ uidentur tẽporalia sunt, quæ aũt nõ uidentur æterna sunt, habitabis in seculũ. Quia dominus amat iudiciũ, & nõ derelinquet sanctos suos. Quõ dominus amat iudiciũ? Dum nihil apud eũ sine iudicio fit, nihil sine ratione. Ita ergo & tu scies quoniã dominus amat iudicium, age omnia iusto iudicio & uero, audiens illum qui te admonet dicẽs: Cũ consilio omnia fac, cum cõsilio uinum bibe. Et nõ derelinquet dñs sanctos suos, in ęternũ conseruabuntur. Sicut dicit, quia habitabit in seculũ, ita & conseruabunt in ęternũ. Quod utrũq; ad futurũ respicit tempus, uel seculũ, cui conseruabunt sancti ut deinceps in æternitate perdurent. Iniusti punientur & semen impiorũ peribit, iusti aũt hæreditabunt terrã. Diximus iam hinc superius quale impiorũ sit semẽ, cum ad uerbũ doctrinamq; retulimus: & quomodo exterminabitur, dum omne mẽdaciũ à luce ueritatis uelut tenebrę effugatur. Iusti aũt hæreditabunt terrã. Et hinc superius iam diximus, quomodo siue iusti siue mansueti hæreditatẽ terræ bonę & magnæ illius consequantur, & quomodo habitẽt in ea in seculum seculi, non solum in seculum, sed in seculum seculi. Vide q̃p magna domini retributio. Pro labore triginta aut quadraginta, ut multũ certe quinquaginta annorũ recipit homo non solum seculi huius retributionẽ, sed in seculũ seculi. Si uerò permaneat quis in uerbo dei, & sapientiæ eius adhæreat, atq; in lucis æternitate persistat, perueniet etiam in hoc, ut referat deo gloriam in secula seculorum. Amen.

Homilia V de eodẽ psalmo, ab ea parte: Os iusti meditabitur sapientiã.

EX quidem uolens nos aperire os ad uerbũ dei, præcepit dicens: Loqueris, inquit, hæc sedẽs in domo, & pergens in uia, & iacens & surgẽs. Sed & Salo
Prou. 13 L mon in Prouerbijs simile aliquid breui cõmonitione distinguit, dicẽs: Aperi os tuum uerbo dei. Similiter etiã nunc propheta nos docet, cum dicit: Os iusti meditabitur sapientiam. Reuera em̃ nec debet aliud quicquam procedere de ore iusti, nisi sapientia. Vnde & uos imperitiores quique fratres audiẽtes sermonem

nem prophetæ, date studiũ & meditamini cum iustitię operibus etiam de ore uestro proferre sermonẽ sapientiæ. Quod ne difficile uobis uideatur præceptum, breuẽ uobis sapientię insinuabo sermonem. Apostolus ait, quia Christus dei est uirtus & dei sapientia. Si igitur Christum semper loquamini, si semper eius uerba meditemini, si præcepta eius in ore teneatis, digne os uestrum meditabitur sapientiam. Neq; enim hæc sola est sapiẽtiæ meditatio, si quis docere potest, uel latius in ecclesia disputare, contradicentes reuincere. Est quidem & hoc opus sapiẽtiæ, sed alius amplius, alius aũt minus. In alio hoc ipsum quod credit dei sapientiæ, sapientia reputatur: in alio & hoc quod acquiescit sapientib. & amat dicta sapientiũ, sapiẽtia dicitur: nõnullis uerò etiam interrogãtibus tantũmodo de sapientia, sapientia reputatur. Illud solũ obserue fratres, ne quis uestrum inueniatur non solum non loqui nec meditari sapiẽtiam, uerũ & odisse, atq; aduersarij ijs qui studiũ sapientiæ gerunt. Solent enim imperiti habere etiam istud cũ cæteris pessimum uitium, ut inanes & superfluos putent eos qui uerbo & doctrinæ operam dederint, & amplectuntur magis imperitiã suam q̃ illorum studia ac laborem: mutatisq; nominibus exercitia eorum uerbositatẽ, suam uerò indocibilitatẽ uel imperitiã, simplicitatẽ uocant. Optimus tamen & ille est qui sapientiam probat actibus, & esse sapiens uitæ suę probitate cognoscitur. Beatus ergo qui os suum aperit uerbo dei, & proficiens ætate secũdum Christum proficiet & sapientia. Certe si amplius non possumus in sapientia proficere, saltẽ illud obseruare nõ pigeat, in psalmis & hymnis & canticis spiritalib. & in oratione uel honore dei frequẽtius aperire os nostrũ. Est enim & hæc non parua sapientiæ meditatio, ut per hoc inueniatur semper os iusti sapiẽtiam meditari. Non tamẽ mihi uidetur ociosum quia nõ dixit, os iusti meditatur, quod utiq; ad præsens tẽpus spectare poterat, sed dixit, meditabitur sapientiã: quod sine dubio ad futurum respicit tẽpus, in quo etiam cæteri interpretes omnes absq; uno consentiunt. Ne forte ergo aliquid mysticũ designet hoc tẽpus, quo scilicet indicetur futuræ repromissionis, & gratiæ & hæreditatis spes talis quædam futura, ut os iustorũ non cibis & potu, neq; delitijs & uoluptatibus, nõ uescẽdo epulis, sed meditando sapientiam repleatur. Vltra ẽm nõ erit aliquis imperitus in regno dei, non indocilis permanebit, nullus erit à rerum sciẽtia peregrinus: oẽs efficiemur, si tamẽ merebimur, discipuli sapiẽtiæ. Si quis hic positus imbuitur & instruit̃ in his quæ potuit in carne positus attingere, ibi iã illuminabit̃ perfectioribus disciplinis, & ea quæ hic studio ac labore quæsita sunt, ad compendium futuræ ibi institutionis accedẽt. Qui uerò hic nondũ deposuit prima rudimẽta, sed adhuc ut paruulus loquit̃, & ut paruulus sapit, etiam ibi instituitur ut paruulus, quo effectus aliquando uir per profectum sapiẽtię quæ paruuli sunt deponat. Aut nõ tale aliquid si spiritaliter intelligatur etiã lex designat, cum dicit: Loqueris in eis sedens domi, & pergẽs in uia, & iacens, & exurgẽs? Quod ita possumus intelligere: Sedentes in domo & iacentes, cum in ecclesia quæ est domus dei, loquimur uerbũ dei, in hoc scilicet corpore positi, pergentes in uia, in illa quæ dicit: Ego sum uia, loquimur uerbum dei: & exurgentes, cum exurrexerimus è somno mortis in resurrectione, tunc loquimur illa quæ perfecta sunt, exurgentes de somno mortis, sicut & Salomon dicit de eo qui sapiẽtiam sibi amicam & familiarẽ fecit. Quia si sederis, sine timore eris, & si dormieris libenter somnũ capies, & nõ timebis terrorẽ superuenientẽ, neq; impetus impiorum irruentes super te. Sufficiant ista de eo quod scriptũ est: Os iusti meditabitur sapientiã. quibus additur: Et lingua eius loquetur iudicium. Duplici modo lingua iusti intelligitur loqui iudicium, siue pro eo quod omnia recto iudicio, & cũ deliberatione & cum consilio loquitur quæ loquitur, & nihil per iracundiã, nihil ut hominibus placeat, nihil ex tristitia, nihil ex metu, quæ singula solent utiq; nõ integrum hominibus seruare iudicium. uel certe quod semper de futuro iudicio loquitur iustus, ut commonens semper uel semetipsum, uel qui se audiũt, de futuri iudicij metu, & de supplicijs quæ præparata sunt peccatoribus, de futura examinatione, sed & de repromissionibus sanctorũ quæ præparatæ sunt eis à deo, & semetipsum saluum faciat, & eos qui se audiunt. Et hoc modo complebitur, quia lingua iusti loquetur iudicium. Si uerò oportet etiam hic declinationem futuri temporis obseruare, quia non dixit loquitur, sed loquetur: possumus etiam in hoc tale aliquid intelligere, quia nũc quãtumcunq; illud est quod de dei iudicio uel loqui possumus uel sentire, necesse est nos illud scire quod definit Apostolus, dicẽs:

Col. 3 1

1 Cor. 1

Prou. 3

Rom.11 Quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Si uerò peruenire pote-
2 Cor.13 rimus ad illam perfectionem de qua dicit: Tunc autẽ facie ad faciem, id est, quũ res ipsæ nobis euidentiores fient, quum cœperimus agnoscere rationem singularum rerum quę in hoc mundo uel gestę sunt uel geruntur, quali iudicio gestæ sunt, uel quo iudicio deus utatur in singulis, quibus prouidentiæ suæ dispensationibus: si quis dignus fuerit considerare & perspicere quomodo iudicia dei abyssus multa est: cũ plenius recipere poterimus gratiam spiritus illius qui omnia perscrutatur etiam alta dei, tunc uere & integre secundum prophetici uerbi distinctionẽ lingua iusti loquetur iudicia dei. Lex dei eius in corde ipsius. Non solum in ore iustus meditabitur sapientiam, & lingua loquetur iudicium, sed & in corde suo legem dei gerit: quia lex uelut radix quædam in profundo cordis posita, germinat uerba iustitiæ, uerba sanctitatis, quæ pfert iustus de corde suo, & nõ solum uerbum, uerum & actus etiam & gesta. Iudæi penè indesinẽter legem dei ore suo & labijs meditantur, sed non habent ea in profundo cordis defixa, & propterea dicitur ad
Esa.29 eos: Populus hic labijs me honorat, cor aũt eorum longe est à me. Nos ergo si secũdum hoc quod legimus ore nostro sapientiã meditemur, & lingua nostra loquamur iudiciũ, & lex dei sit in cordibus nostris, adipiscemur illud quod sequitur: Et nõ supplantabunt gressus eius. Puto nos meminisse eorũ quæ dudũ de gressibus disputauimus, & opus est nos in memoriã reuocare quæ dicta sunt, ut uideamus quomodo ingrediẽtes quidã supplantantur & effundũtur gressus eorũ. quod si seruatis in memoria & diligentius retinetis, scire debetis, quia si sapientiã dei meditemini in ore uestro, & lingua uestra loquat iudicium, & lex dei sit in cordibus uestris, nunquam supplantabuntur gressus uestri. Post hæc ait: Cõsiderat, inquit, peccator iustum. Considerat & intuetur peccator iustũ, & grauis est ei etiã ad uidendum, & ideo cõsiderat ut morti eum tradat: quod fecerunt sine dubio aduersus saluatorẽ illi qui prophetas occiderunt, & deum crucifixerũt, & nos persecuti sunt etiã nũc, & populũ dei qui est Christi, id est iustitiæ discipulos, cõsiderãt & morti tradere cupiũt, & quærũt mortificare eos. Sed quid dicit populus dei iustus & iustitiæ
Ioan.19 discipulus? Ille utitur uerbo magistri, & dicit: Non haberes in me potestatẽ, nisi tibi data esset desuper. Potest hoc & in tẽpore persecutionis gentilium de sanctis martyrib. & cõfessoribus aptari. Considerant enim impij persecutores unumquenq; iustorum, & quærũt mortificare eũ, Sed ne securũ reddat pacis tẽpore ista talis expositio, memẽto quia quotidianum habet iustus persecutorẽ diabolum, & ille est qui considerat iustum. Insidiatur enim semper, & sicut leo rugiens circuit quærens quem transuoret. Sed si fide plenus es, & confidis in domino, uide quid repromittatur. Dominus aũt nõ derelinquet eũ in manibus eius, peccatoris scilicet, nec damnabit eum cũ iudicabitur illi. Dupliciter intelligit hoc quod ait, iudicabitur illi, id est siue cum iudicatur iustus à deo, siue cũ ipse deus iudicatur cum iusto. Frequẽter em̃ diuina scriptura docet hoc fieri dicẽs: Quia ipse dominus in iudiciũ ueniet. Cum ergo iudicabitur iustus cum domino, nõ condemnabitur. & ideo dicit: Expecta dominũ. id est si tribularis, si in angustijs es, si in persecutionibus, expecta dominum, & custodi uiam eius, nec declines ad dexterã neq; ad sinistrã. Si enim indeclinabiliter expectaueris dominum, adipiscêris illud quod sequitur: Et exaltabit te, inquit, ut hæredites terrã. Frequẽter diximus de terra sancta, & de terra quæ in hæreditatẽ promissionum cœlestiũ nominatur, cuius naturæ etiã situs paulo euidentius in hoc uersiculo designat. Nã ista terra in qua nunc uiuimus deorsum esse dicitur, secundũ illud quod scriptum est: Deus aũt in cœlo sursum, tu aũt in terra deorsum. Illa aũt terra quæ in hæreditatem iustis promittitur, nõ deorsum sed sursum esse promittitur. Propterea ad eũ qui expectat dominum & custodit uiam eius, ait repromissionis sermo: Exaltabit te ut hæreditates terram. Nisi em̃ quis exaltetur & ascendat in altũ & efficiatur cœlestis, non potest hæreditatem terræ illius consequi. Vnde ego arbitror, quia sicut cœli istius, id est firmamenti, inferius solũ arida hæc in qua nos habitamus, terra eius dicitur: ita & illius superioris quod principaliter cœlũ dicitur, inferius solum in quo habitatores illi cœlestes conuersantur, & ut ita dicã dorsum ipsum firmamenti huius, merito (ut dixi) terra illius cœli esse dicitur: sed terra bona, terra sancta, terra multa, terra uiuorũ, terra fluẽs lac & mel. & ideo dicit nunc sermo diuinus: Exaltabit te ut hæredites terrã. Cum perierint peccatores uidebis. Fortassis hoc prius erit, ut peccatores & impios iusti uideãt cõdemnatos. Prius

enim

enim peccatoribus pœnæ & supplicia decernunt: quę cum uiderint iusti, & agnouerint quid interſit inter bonã uitam & malã, & cum intellexerint bene uiuẽdo de quãtis euaſerint malis, ita ut illi qui in pœnis ſunt uidẽtes eos in gloria dicant, nos ſtulti uitã eorum putabamus inſaniam: poſtea ergo & uiderint quomodo pereunt peccatores, tũc ipſi exaltabuntur & afferentur ad cœlũ ut hæreditent terram. Nunc iam ſermo monet, & ſolamen adhibet cauſæ huic, quæ crebro ſatis cor pene omniũ hominũ pulſat. Nam quia frequenter nos infirmi uidentes iniquos quoſq;, & impios in hac uita cũ omni felicitate degẽtes, & proſperis ſucceſſibus florẽtes, abundare diuitijs, honoribus, fœcunda & uniuerſa prole gaudere, delitijs fluitare, ſcandalizamur & dicimus in cordib. noſtris: Vbi eſt iuſtitia dei? Si per prouidentiam diuinã res agerent, permitteret deus hunc iniquum & impium in tantum felicitatis aſcendere? Propterea ergo nunc ſermo diuinus ex perſona iuſtorũ dicit: Vidi impium non ſolum exaltatũ, ſed ſuperexaltatũ & eleuatũ nõ ſuper arbores qualeſcunq;, ſed ſuper cedros Libani: ut & arbor excelſa nimis ſit, & locus mõtis cũctis excelſior: & tamen uidens hæc oẽia, tranſiui (inquit) & ecce nõ erat. Quid putas illud eſt quod tranſit iuſtus, ut iſta ceſſet elatio? Si meminiſtis in ſuperioribus cum dicere mus tranſiſſe Moyſen ut uideret uiſionẽ magnã, poteſtis & nunc ſcire quid eſt quod trãſire dicitur iuſtus. Cum uidemus extolli impios, & in nimiam ſuperbiam creſcere, trãſeamus & nos mente & intellectu ab his quæ uidentur & temporalia ſunt, & transferamus ſenſum noſtrum ad ea quæ non uidentur, & æterna ſunt. Cogitemus tẽporalia hæc eſſe & paucorũ dierũ quæ uident elata. Intueamur iudicij diẽ, & ita ſenſu noſtro cernemus iſtũ qui ſuperexaltatus eſt, & elatus ſicut cedrus Libani, in die iudicij omnino non eſſe. Qui em̃ nõ eſt particeps illius qui ſemper eſt, id eſt qui dixit: Ego ſum qui ſum, iſte neq; eſſe dicit. Denicq; peccatores non cõputantur eſſe. Vnde & Apoſtolus de uocatione gẽtium dicebat: Elegit deus quæ non ſunt, ut ea quæ ſunt deſtruat. Et in lib. Heſter dicitur: Non tradas domine ſceptrũ tuum his qui non ſunt. Donec ergo quis mirat ſuperbos in elatione ſua, donec adulatur quis peccatorib. & ſuperbis, certũ eſt eum non tranſiſſe, nec uidiſſe quæ nõ ſunt, ſed permanere in hoc præſenti ſtatu, & idcirco mirari in eis præſentem gloriã. Si aũt eo modo tranſeat quo ſuperius diximus, id eſt mente & ſenſu trãſcendat à præſentibus & tẽporalibus ad futura atq; perpetua, tũc uerò dicit de eo quem uiderit elatum ſicut cedros Libani, quia tranſiit, & ecce nõ erat: quoniã & cœlũ ipſum & terra tranſibunt. Apud deum oẽia quæ futura ſunt iam pro factis habẽtur. Denicq; dicebat: Dederũt in eſcam meam fel. quod ſine dubio futurũ adhuc erat, & iam factũ dicebatur. In ſiti mea potauerunt me aceto. & nõ dixit potabũt. Sic ergo apud deũ quæ futura ſunt iam facta dicunt. Quod ſi & tu imitator es dei, & imitaris Chriſtũ, nõ expectas quouſq; iſte elatus humilietur & extinguatur, ſed apud temetipſum, & in mente atq; animo tuo tranſiſſe ea iam cernis, ſi ipſe ſenſu ac mente trãſeas à præſentibus ad futura. Accipe & exemplum ad hæc quæ dicemus. Si nauigas, in naui poſitus uides terras & promõtoria & mõtes tranſeuntia: nõ quo illa cõtinuo moueant, ſed quia tu uẽto proſpero flante trãſis, illa ſe ſubducere uident, ac ferri: Ita & in hoc ergo ſi ſancto ſpiritu tuo mentẽ tuam perflante & ſpirante ſecundo & proſpero nauiges curſu, pertranſis ſenſu tuo oẽia hæc quæ uidẽtur, quia tẽporalia ſunt, & intueris illa quæ æterna ſunt, ſine dubio dicis, quia hæc oẽia quæ uidentur iam non ſunt, quia nec futura ſunt. Vidi ergo impiũ ſuperexaltatũ & elatũ ſuper cedros Libani, & trãſiui, & ecce nõ erat. Mouet me amplius adhuc aliquid in hoc loco. Video em̃ & alium impium qui exaltatur ſuper cedros Libani & extollit. Cum em̃ hæretici ſupra conditorẽ deum ſibi fingunt alium quendã deum, & exaltãtur atq; extolluntur in uerbo mendacij, negãtes creatorẽ omniũ deum, deum eſſe bonum, impijs ſuis prædicationib. extollunt ſupra cedros Libani, aduerſarijs ſcilicet poteſtatib. eminentes, quarum inſpiratione huiuſcemodi aduerſus creatorẽ omniũ deum cõmenta ſimularũt, pro eo quod legem ſecũdum literã tantũmodo intelligẽtes, & ſpiritalẽ eam eſſe ignorãtes, decepti ſunt in cogitationibus ſuis. Hos ergo ego ſi uideam, & tranſeam, ultra iã non erunt. Quid tranſeam? ſi tranſeam literã, ſi tranſgrediar hiſtoriæ ſuperficiẽ, & perueniam ad ſenſum ſpiritalẽ, quoniam lex ſpiritalis eſt; ſi omnia illa in quibus errant, & decipiunt ſpiritaliter explanẽ, dogmata eorũ impia & iniqua iam non erũt. Et ita cõplebitur, ut exaltatus impius & elatus me tranſeunte iam non ſit. Sed & cum quæritur locus eius non

Exod.3

1 Cor. 1

Heſter. 14

Pſal. 69

inuenitur. Locus impij dogmatis, litera legis est, quæ litera occidit. Cũ ergo nos à litera occidente transimus ad spiritũ uiuificantẽ, ne locus quidẽ impij dogmatis repudiata litera potest inueniri. Quomodo aũt quærimus eũ? Cũ disputamus aduersus eos & cum cõ quirimus ad inuicẽ, tunc quærimus locum dogmatis illius in litera legis historiæ, & ostẽditur secundum historiã stare non posse: amota litera ac reiecta, nusq; utiq; quærentibus nobis, & differentibus locus impij dogmatis inuenitur. Custodi innocẽtiã & uide æquitatem. Custodire innocentiã nos præcepit sermo dei. Intantũ corruptela morũ profecit in hominibus, ut apud quãplurimos innocẽtia pro stultitia iudicet: uerum scriptura summæ hoc uirtutis iudicat opus, quia innocentiã iudicat illam quæ nemini noceat, neminẽ lædat. Dum ergo dicit custodi innocentiã, hoc est quod nos seruare præcepit ut neminẽ lædamus, nemini noceamus. Hoc aũt obtinemus, si semper intento animo, & uigilãti uideamus æquitatem. Æquitatẽ ergo in hoc loco sic accipio, sicut ueritatẽ, sicut iustitiã, sicut uitam, quod Christus est. Hęc eñ uidendo simul etiam deum uidebimus. Custodi ergo innocẽtiã & uide æquitatẽ, quoniã sunt reliquiæ homini pacifico. Requiro quæ sunt reliquię istæ quæ homini pacifico reseruant? Reliquias dicere solemus cũ spiritus separat à corpore, uelut maiore parte hominũ in spiritu deputata, quę supersit pars corporis
1 Cor. 15 reliquiæ nominant. Si ergo credimus uerbis apostoli dicẽtis quia seminat corpus in corruptiõe mortis scilicet tẽpore, & surget in incorruptione cũ resurrectiõis tẽpus aduenerit, cũ etiã corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ, tũc erunt reliquiæ homini pacifico. Erunt aũt ibi pacifici hominis reliquiæ in pace, &
Ioan. 17 in requie. Dicit eñ & dominus de pacificis, qa etiã filij dei uocabunt. Pater uolo ut ubi ego sum, & isti mecũ sint. Sunt ergo cum Christo reliquię hominis pacifici. Iniqui autem exterminabuntur simul, id est omnes pariter exterminabuntur, quia unus finis erit eorũ gehenna Reliquiæ impiorum peribunt, tunc cum corpus & animã perditum dabit in gehennam is qui habet potestatẽ. Salus aũt iustorum à domino. Sed melius dicit in græco, Salus aũt iustorũ apud dominum. Non dixit, in cœlo salus iustorũ, & hoc enim præterit: nõ apud aliquã creaturã, quia nihil immobile uel immutabile: sed apud dominũ salus est iustorum, qui semper manet, semper idem est, semper immobilis est, nec usquam potest esse tutius salus hominis q̃ apud dominum. Ille mihi locus, ille mihi domus, ille mihi mãsio, ille requies, ille sit habitaculũ. Deniq; annunciat nobis à sancta scriptura nõ solũ regnum cœlorũ, sed regnũ dei. Vt & memini me iam sępe dixisse, regnũ cœlorũ est eorum qui adhuc in profectionibus sunt: regnũ uerò dei eorũ, qui iam ad perfectum uenerũt finem. Vnde & nunc salus iusti apud deum esse dicitur, cum utiq; perfectione uitæ usq; ad ipsum dominũ meruerit peruenire. Et protector eorũ est in tẽpore tribulationis. Qd est tẽpus tribulationis, nisi hoc in quo sumus cum per arctã & angustã uiã incedimus quæ ducit ad uitam? si tamẽ per angustam incedimus, quæ ducit ad uitã, & nõ per illam latam & spatiosam quæ diuitijs dilatatur, & luxuria dissoluitur, quæ in carnis uoluptatib. emolescit, quæ præsentẽ gloriam diligit. Horũ protector nõ deus est, sed mammona: eorum aũt qui in tribulatione & angustia sunt, protector est deus, quia multæ sunt tribulatiões iustorũ. Tribulantur eñ considerantes tẽpus iudicij & semetipsos discutientes, ne forte aliquid inueniatur in eis quod uocetur ad culpã. Qui ergo propter hoc tribulantur & solliciti sunt, erit deus protector eorũ in tẽpore tribulationis, in tẽpore iudicij, cum tradentẽ impij ad pœnas: tunc & adiuuabit eos dominus in tẽpore tribulationis, & eripiet eos, & auferet eos à peccatoribus, non solum ab hominibus peccatoribus, sed etiam à cõtrarijs potestatibus. uel certe eo tẽpore cũ anima separatur à corpore, & occurrũt ei peccatores dęmones, aduersæ potestates, spiritus aeris huius qui eam uolũt detinere, & reuocare ad se si quid in ea suorũ operum gestorũq; cognouerint. Venit eñ ad unamquãq; animam de hoc mundo exeuntẽ princeps huius mundi, & aereæ potestates, & requirunt si inueniant in ea aliquid suum: si auaritiam inuenerint, suæ partis est: si iram, si luxuriam, si inuidiam, & singula quæq; eorũ similia si inuenerint, suæ partis est, & sibi eam defendunt, & ad se eam trahunt, & ad partẽ eam peccatorũ declinant. Si uerò aliquis imitatus est illum qui dixit, ecce uenit princeps mundi huius, & in me nõ habet quicquam, si se aliquis ita obseruauit, ueniunt quidẽ isti peccatores, & requirentes in eo quæ sua sunt, & nõ inuenientes tentabunt nihilominus ad suã partẽ uiolenter eũ detorquere; sed dominus eripiet

eum

eum à peccatoribus. Et forte propterea iubemur cum quodam myſterio etiã in oratiõe petere, dicẽtes: Sed libera nos à malo. Sed cauſam qua eripiat iuſtos ſuos dominus à pec Matt. 6
catoribus, ſiue in tẽpore exitus, ſiue in tẽpore iudicij, cum dies ille ſecundum prophetã neceſſitatis & anguſtiæ, dies obſcuritatis & perditionis, iudicij dies aduenerit: tũc ergo cauſam qua eripi mereantur ſubiungit & dicit, quia ſperauerunt in eum. Sperantes ergo in ſe eripiet & de tribulatiõe & de neceſſitate. Quõ aũt ſperare debeat, uolo tibi de ſcripturis ſanctis oſtendere. Sicut nemo poteſt duobus dominis ſeruire, ita nemo poteſt in duobus dominis ſperare. Nemo poteſt in incerto diuitiarũ ſperare, & in domino. Nemo poteſt ſperare in principibus, & in deo. Nemo poteſt ſperare in uiribus equi, & in deo. Nemo poteſt ſperare in ſeculo, & in deo. Niſi eũ in ſolo deo ſperaueris, & uideat deus ſpem tuã in ſeculum æternũ eſſe cõuerſam, & quia aliam nullam omnino ſpem geris niſi in ipſo, qui uiuificat mortuos, & uocat quæ non ſunt tanquã quæ ſunt, non poteris eripi à peccatoribus. Solus eſt enim ipſe qui ſaluos facit ſperantes in ſe, per Chriſtum dominũ noſtrum, cui eſt gloria & poteſtas in ſecula ſeculorum, Amen.

Finis Homiliæ Quintæ ſuper pſalmum Trigeſimumſextum.

HOMILIA PRIMA DE PSALMO Trigeſimoſeptimo. Domine ne in furore tuo.

C REATOR humanorũ corporum deus ſciebat quod talis eſſet fragilitas humani corporis, quæ lãguores diuerſos poſſet recipere, & uulneribus, aliiſq; debilitatibus eſſet obnoxia: & ideo uenturis paſſionibus prouidens, etiam medicamenta procreauit ex terra, & medicinæ tradidit diſciplinam, ut ſi accideret ægritudo corpori, nõ deeſſet medela. Quo nobis tendit iſta præfatio? Ad animã ſine dubio reuocatur. Quoniam & ipſam cum creator omniũ condidiſſet, ſciebat quòd futura eſſet uitiorum capax, & ob hoc ſubdita atq; obonerata peccatis. Et ideo ſicut corpori medicamenta præparauit ex herbis arte diſciplinaq; compoſitis, ita etiam animæ medicamenta præparauit in his ſermonibus quos per diuinas ſcripturas ſeminauit atq; diſperſit: ut hi qui aliqua ægritudine fuerint oppreſſi, ſtatim ut uim morbi ſenſerint, atq; alicuius uulneris ſtimulum doloremq; perſperint, id eſt cum uiderint animam aliquid præter naturam gerentem, requirant aptam & conuenientem ſibi rationabilem diſciplinam, quæ eis ex præceptis dei poſſit mederi. Nam tradidit & medicinæ artis induſtriam. Cuius archiatros eſt ſaluator dicens de ſe, quia non opus habent qui ſani ſunt medico, ſed qui male habent. Et ille quidem erat archiatros qui poſſet curare omnẽ languorem & omnem infirmitatem: Diſcipuli uero eius Petrus uel Paulus, ſed & prophetæ medici ſunt, & hi omnes qui poſt Apoſtolos in eccleſia poſiti ſunt, quibusq; curando rũ uulnerũ diſciplina cõmiſſa eſt, quos uoluit deus in eccleſia ſua eſſe medicos animarũ, quia non uult deus noſter mortẽ peccatoris, ſed pœnitentiã & orationẽ eius expectat. Denicq; & iſte pſalmus qui nunc lectus eſt, nobis oſtendit, ut ſi forte aliquando præueniamur in delictis, qualiter nos & cũ quo affectu orare oporteat, & medico ſupplicare pro doloribus uel infirmitatib. noſtris. Si quando ergo prẽoccupauerit nos inimicus & ignitis iaculis ſuis uulnerauerit animã noſtram, primo hoc nos docet hic pſalmus, quod conuenit poſt peccatum confiteri peccatũ, & in memoriam recordari delictum, ut per recordationem culpæ ſtimulatum cor & cõcitatum pro delicto ſuo, interim refrenet ac reuocet ne quid tale ultra cõmittat: & propterea puto ſuperſcriptum eſſe ipſum pſalmũ, Pſalmus Dauid in recordationẽ. Quid ſit autẽ in recordationẽ, per totum ipſius pſalmi corpus enarrat. Videamus ergo nos omnes peccatores, ſi in aliquo delicto fuerimus inuẽti, uel quid dicere, uel quid facere debeamus, ut cũ hẽc in ſcriptura ſacra didicerimus etiam medelam uulneris noſtri conſequi mereamur. Bonũ quidẽ erat ſemper corpus (ut ita dixerim) animæ noſtræ in ſanitate durare, & armis dei circundatum ab omnibus telis ignitis diaboli maligni inuulnerabile pmanere, nullius languoris, nullius ægritudinis quicq;

experiri, nihilq; interiorem nostrum hominẽ uitij morbiq; suscipere. Quod si per negligentiam sui, atq; animi desidiam incurrerit in peccatum, quid ipsum cõsequat agnoscat. Argui uel corripi est doloris pœna, cruciatus & ita grauis est, ut etiã hi qui fideles & religiosi uidentur, si forte ut homines aliquando in delicto aliquo incurrerint & arguant, indignentur aduersus eos qui arguunt, & oderint eos. Corripiunt enim ut emendent. Et hoc malum fuit in causa, ut etiã à priori populo in odium haberẽtur prophetæ, persecutionibus agitarent. Hoc fuit causæ quod Esaiam secari fecit, quod Zachariam inter templum & altare compulit trucidari, Hieremiam in lacum cœni demergi. Et ad ultimũ hęc fuit causa quæ dominum nostrum Iesum Christum egit in crucem. Omnia enim quæ suprà enumerauimus scelera atq; flagitia, nõ alia ex causa cõmissa sunt, nisi quod dum omnes in medicinali disciplina resecari per correptionem delinquentiũ nolunt, curæ impatiens populus & medelæ, in pernitiem medentis exarsit. Beati ergo sapiẽtes iam ex ipsa scriptura appellantur hi, qui cum deliquerint si arguantur nõ oderunt arguentes. Ita eñ
Prou. 9 dicit scriptura: Noli arguere malos ne oderint te, argue sapientẽ & amabit te. Vides quo modo sapientem appellauit scriptura eum qui correptioni obnoxius est, non tamẽ odit, sed magis diligit arguentem? Tales erant illi qui ab Apostolo arguebantur, & confutati non oderant arguentes. Vnde & ego arbitror illũ qui in Corintho grauissime deliquerat, idcirco misericordiam consecutum, quoniã correptus ab apostolo, & ita acerbe correptus, ut à conuentu abscinderetur ecclesiæ, non tamen odio habuit arguentẽ, sed animaduersionẽ patienter accepit, & fortiter tulit. Ego arbitror quod etiam maiorẽ affectũ concepit erga Paulum, atq; erga omnes qui statutis Pauli in eius animaduersione parue
rant. Vnde & Paulus sententiã reuocat, & eiectum reconiungit ecclesiæ, & addit dicẽs:
2 Cor. 2 Confirmate in eum charitatem. Vidit enim eum post animaduersionẽ cõseruasse charitatem: & ideo dixit ut etiam post peccatum nõ tam tribueretur ei charitas, inerat enim, sed ut ab oñib. ea quæ inerat firmaretur. Necesse est ergo eum qui peccat argui: sed quoniam grauis nobis infirmioribus, quamuis sit utilis ista correptio, ferre eam sub omnium præsentia deuitamus. Et quid dico omnium præsentia? Interdum ne duos quidẽ cum arguimur adesse patimur testes, sed culpamus arguẽtem, & dicimus: Oportuerat te soli mihi dicere quæ uelis, & nõ sub multorum præsentia facere mihi ruborẽ. Dolemus, iactamur, efferuescimus, & in interioribus animę sensibus cruciamur. Quod si talis correptio est qua ab hominibus uel coram hominib. arguimur, quid faciamus si deus nos arguat, si ipse deus confutet & arguat in furore? nos qui episcopi arguentis iracundiam ferre nõ possumus, sed indignanter accipimus, illum furorem qui dei esse dicitur, arguentẽ nos quomodo tolerabimus? Sciens ergo propheta quamplurimas esse differentias arguẽdi, & uolens quasi homo pro delictis quidem argui, uerens autẽ ne grauiori pondere, id est ne in furore domini argueretur, ait, sicut iam & in alio psalmo ante dixerat, etiã hic: Domine ne in furore tuo arguas me. Similiter aũt dicit & quod sequitur: Neq; in ira tua corripias me. Oportet ergo nos aliqua & de correptiõe dicere, de qua generaliter nos Apo
Heb. 12 stolus docet dicens: Omnis quidẽ correptio ad præsens nõ uidet gaudij esse, sed mœroris, postea aũt fructũ pacatissimũ his qui per eam exercitati sunt reddet iustitiæ. Et uidete etiam pueros, quemadmodum cum corripiũtur uerberibus à pædagogis, uel doctoribus excitantur, molestę quidem accipiunt, & summum malum iudicant dolorem illũ, qui eis causa eruditionis infligitur: & quamuis profectus suos in huiuscemodi eruditiõibus, uel correptionibus esse positos non ignorent, tamen molestę atq; impatiẽter ferũt. Quod si eruditio puerorũ huiuscemodi est, quid sentire debemus de nobis senibus, qualem nobis uel eruditionem, uel correptionem imminere censemus, quæ non à dispensatoribus, neq; à pædagogis infertur? Nouit quippe scriptura pædagogum & dispensatorem & procuratorem paruuli. quid inquã existimare, uel sentire debemus, cum ab ipso patrefamilias eruditio nostra facta fuerit, atq; correptio? Iterũ redeamus ad similitudinẽ puerorum. Si corripiatur puer à pędagogo, non erit necesse eum correptionem paternę austeritatis agnoscere, quæ ex grauioribus delictis ac flagitiosioribus prouocat. Si corripiatur à doctore puer, nõ ita austerus erit magister sicut pater esse potest, si grauia delicta in filio cognouerit. Si enim corripiat pater pro maioribus grauioribusq; peccatis, & tantum sit commissum filij quod ad iracundiam cõcitauerit patrem, sine dubio post cruciatus

ciatus,post supplicia etiam abdicationis pœna metuẽda est.Si intellexisti similitudinẽ, transi mihi ab exemplo ad rem,& intellige de nobis omnibus quæ dicũtur. Omnes episcopi,atq; omnes presbyteri,uel diacones erudiũt nos,& erudiẽtes adhibẽt correptiones,& uerbis austerioribus increpant. Est aũt quando erudimur etiã à procuratoribus, & actoribus,id est ab his angelis quibus creditæ sunt dispensandæ & regẽdæ animę nostræ:quemadmodum describitur in quodã loco angelus pœnitentiæ,qui nos sucipit castigandos,sicut Pastor exponit,si cui tamẽ libellus ille recipiendus uidet. Interim diuersis eruditionibus succumbimus nos homines castigantibus nos& corripientibus:nondum tamẽ ab ipso patrefamilias castigamur,sed à procuratorib.angelis, q uniuscuiusq; nostri castigandi atq; emendandandi sortiunt officium, & est tolerabilius cũ ab aliquo horum corripimur.Sic quoq; interdum etiam pædagogo cõmissa est nostra correptio. Nam quicunq; sub lege erant,quoniã lex pędagogus noster fuit in Christo,delinquentes in lege à pędagogo corripiebantur,cum puniebantur ex lege. Puniebant em̃ uel cũ lapidabantur,uel cum aliquid eorũ quæ Moses scripserat perferebãt. Nullus ergo eorũ de quibus superius diximus ab ipso patrefamilias puniebatur.Nõ enim erat paterfamilias lex,neq; angelus pœnitentiæ.Sed sunt alia peccata pro quibus peccantẽ ipse paterfamilias punit,eum uidelicet qui mensuram facinorũ supergressus, ultra creaturæ contumeliam sceleris sui impietate tetendit.Nec tamen alius quis nouit præter deum solũ, qui uel quando procuratoribus tradi debeat castigandus,uel qui corripiendus actorib. quando etiam qui subiici debeat pędagogo,cui etiam inferiores sint horum omniũ correptiones,si quis scilicet talis est qui ipsam(ut ita dixerim) diuinam manum in suã prouocet ultionem.Si intellexisti quæ dicta sunt,si altiorem secutus es intellectum,intuere nunc qualiter hæc propheta prosequitur,cum dicit:Etiam si corripis me deus, noli me in ira corripere.Sed nos nec corrigi uolumus, nec pędagogum patimur commonentẽ, neq; procuratorum uel actorũ correptiones libenter accipimus.& propterea ab ipsa ira dei correptionẽ nobis inducí necesse est.Propheta em̃ dicit:Domine ne in furore tuo arguas me,neq; in ira tua corripias me.Sed qui hoc dicit,debet proferre aliquam rationẽ, quare nolit uel in furore argui,uel in ira corripi. Et quæ sit ista ratio uideamus, ut nos si delinquimus hanc rationem dicentes,& facientes secundum hoc quod docemur,nõ incurramus in uindictã furore arguentis,uel ira corripientis. Quoniã, inquit, sagittæ tuæ infixæ sunt mihi,& cõfirmasti super me manum tuam.Sermo domini sagittis est similis. deniq; & saluator ita dixit: Posuit me sicut sagittam electam,& in pharetra sua abscondit me.Qui ergo loquitur sermonem domini,sagittas iaculatur. Et cum loquitur corripiẽs & castigans,correptionis iaculo cor perforat audientis.Qui ergo ita suscipit uerba dñi, ut ex his quæ audit sermonibus cor suum configatur, & per stimulum eorum quæ dicta sunt ad pœnitentiam suscitetur, certum est quoniam in illum in uanum non abijt sermonis dei iaculum,neq; transuolauit, sed in ipso omnes illæ sermonũ dei defixæ sunt sagittæ.Deniq; ita & quodã loco ait: Vidisti quomodo cõpunctus est Achab? Merito ergo & nũc dicit,ppheta:Domine ne in furore tuo arguas me,neq; in ira tua corripias me. Digna est enim causa quæ subsequit̃,quæ ab eo correptionẽ furoris domini debeat tẽperare,quoniã sagittæ tuę infixæ sunt mihi. Verbi gratia,& nunc si ex ista omni multitudine auditorum sint aliqui conscij sibi in aliquo peccato,atq; utinã quidẽ nullus sit, ueruntamen necesse est esse aliquos cõscios sibi,& hi si his auditis quæ loquimur recte & fideliter audiãt & compungatur cor eorũ ex iaculis uerborũ nostrorũ,& transfixi talib. iaculis doleant,& cõuersi ad pœnitentiã dicant:Domine ne in furore &c.quoniã sagittæ tuæ infixæ sunt mihi.Si uerò audiẽs hæc non cõpungat̃,sed tanq; in corpore iã emortuo ita in anima eius nulla sagitta,nullũ iaculũ sensum doloris inueniat,nec ullã recordationẽ suorũ capiat peccatorũ:iste q̃ppe dignus est ut stimulis furoris domini corripiat̃, atq; iræ eius correptionibus arguat̃.Non em̃ potest dicere domino:Quoniã sagittę tuę infixæ sunt mihi.Atq; utinã oẽs qui nos audiunt cõpuncti & stimulati ex his quæ dicũtur,atq; ad pœnitentiã cõuersi dicant ad doctorem,quoniã sagittę tuę infixæ sunt mihi, & dum castigas nos uerbo dei,dum uerberas,dum in interioribus nos cõsciẽtiæ percutis:Confirmasti super me manum tuã. Confirmat nanq; manum supra pueros pædagogus dum uerberat & emendat,& confirmat manus cũ uerbera non negligẽter,aut leui

Esa.49

3 Reg.21

ter infliguntur. Ita etiam domino dicere quis potest cum miserit sagittas, sed per quos-
cunq; uult mittere sagittas uerborũ suorũ, quoniam confirmasti super me manũ tuam.
Cum enim manus domini assit, qui emittit uerborum iacula & infigit sagittas in audito
rum animam, merito etiam domino dicit, quoniam cõfirmasti super me manum tuam.
Nec est sanitas in carne mea à facie irę tuæ. Propterea ergo rogo non ipsius iræ tuæ po-
tentiam experiri, quoniã iudicium eius tantummodo accipiens & solam quodãmodo
faciem eius uidens, quæ ex solis uerbis diuinæ scripturæ deformat, iam doleo omne cor
pus meum, & conturbor: nec est ulla sanitas in carne mea, neq; pax in ossibus meis, tan
tum quòd faciem iræ tuæ ex scripturis sanctis non tamen ipsam irã sentire, uel uidere ui
sus sum. Et si ex hoc solo talia sunt quæ patior, propter hoc oro ut nõ ipsam iram patiar.
Vide ergo si non manifeste hæc dicuntur in eo quod ait: Et confirmasti super me manũ
tuam: Nec est sanitas in carne mea à facie irę tuæ. Potuit dicere, ab ira tua, sed nũc ait à fa
cie iræ tuæ. Si enim dixisset ab ira tua, superfluum erat illud sine dubio quod superius di
xit: Ne in ira tua corripias me. Nunc autem dixit, non est sanitas in carne mea à facie iræ
tuæ. Quoniam quidẽ sola facies iræ tuæ, id est cõsideratio ipsa indignationis, ita me per-
terruit & conuertit, ut iræ tuæ iam in me locus esse non debeat. Nec est sanitas in carne
mea à facie iræ tuæ. De eo qui apud Corinthum peccauerat iudicauit Apostolus, dicẽs:
1 Cor. 5 Tradere huiusmodi hominem Satanæ in interitum carnis. Nunquid putãdum est quod
iniquum fieri uolebat quem dicebat tradi debere Satanæ in interitũ carnis? Quin po-
tius apparet, quoniam pro salute eius tradebat carnẽ eius in interitum. Deniq; addit di-
cens: Tradidi eiusmodi hominẽ Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fiat in die
domini. ostendẽs nõ posse saluari spiritum, nisi caro in interitum traderetur. Quis ergo
sit interitus carnis, audi: Quia quod interierit, sine dubio mortuum est. Viuit autẽ caro
2 Cor. 4 in peccatore, mortua est caro in homine iusto. Propter quod & iusti dicunt: Sẽper mor
tificationem Iesu Christi in corpore nostro circumferentes, ut & uita Iesu Christi mani-
Col. 3 festetur in carne nostra mortali. Et iterum: Mandatũ accepimus dicens, mortificate mẽ
bra uestra quæ sunt super terram. Et beatus qui mortuus est peccato. secundũ quod di-
Rom. 6 ctum est: Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita uiuit pro
pter iustificationem. Tradi ergo in interitum carnis tale est, ut emoriatur sensus carnalis
in nobis, & non uiuat carnis cupiditas in ea. Ex eo enim quod moritur sensus carnis, ut
non secũdum carnẽ sapiamus, spiritus saluus efficitur. Alioquin dum uiuit sensus in no
bis carnis, & caro uiuit, non possumus de spiritalibus sapere. Hoc ergo modo Apostolus tradidit in interitũ carnis eum qui secundum carnem uixerat, ut sensu carnis emor-
tuo spiritus in die domini saluaretur. Si intellexisti apostolicum sermonem, ad id q̃d ꝓ-
positum est reuertamur. Vtinam in corpore meo siquãdo delinquo, & delictum ex sen-
su carnis uenit, superduceretur interitus carnis, ut spiritus saluaretur. Si enim caro infir-
mat, sine dubio ꝓficiens infirmitas etiam ad mortificationem peruenit carnis: & tũc est
quod recte dicitur: Quoniam non est sanitas in carne mea. Si uerò nõ infirmatur quidẽ
caro, sed redit ad sanitatem suam, id est ut sapiat quæ sunt carnis, ac desideret malũ, tunc
sanitas est in carne, quod utiq; spiritui non est bonum. Iste ergo qui arguitur, & recusat
per furorem domini argui, atq; iracũdia eius corripi, iustissimas causas huius excusatio-
nis ostendit, asserens se sagittis uerborum dei esse confixum, & ita turbatum, atq; perter
ritum à sola facie irę domini, ut nulla prorsus in carne eius sanitas, id est nullũ peccandi
ultra desiderium manserit. Memini me aliquãdo de illo capitulo euangelij disputantẽ,
in quo scriptum est: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, tale aliquid sen
sisse: quod antequam Saluator noster ueniret ad crucem, & crucifigeret carnẽ, atq; emo
ri eam faceret, antequam perfecte mortificaretur, prius dixit infirmari carnem suã: & do
nec infirmabatur quidem caro, spiritum promptum esse dicebat: cum uerò cruci eã tra-
dit, & perfecta morte consumat, tunc non iam promptum spiritum, sed in manibus pa-
tris positum esse testatur. Hæc autem ille in se describẽs nostris eruditionibus præbebat
exemplum. Propter nos enim & nobis infirmus erat. Ideo cõsideremus nosmetipsos, si
infirma est caro nostra, si nõ delicijs luxuriaq; resoluit, hæc ei uiciosa sanitas prę sto est.
Vide si per abstinentiam quotidianam infirma efficitur caro, si per continẽtiam desi de
ria refrenantur, libido comprimitur, uitia conquiescunt: tunc etiam si nondum emortua
est, ta-

est,tamen non est sanitas in carne tua,sed etiam membra tua interim mortificata sunt super terram.Quid est autē quod facit sanitatem in carne non esse? Si sentiamus faciē iræ dei.Dum em̄ recordamur iram dei,& ante oculos uultū eius adducimus, ex ipsa institutione eius,quæ propter hoc facies iræ appellata est, conturbata & exterrita caro infirmatur atq; langueſcit.Non est pax ossibus meis à facie peccatorū meorum. Etiam hæc debet dicere qui peccauit,& post peccatū peccasse se recordatur,sicut ipse Dauid dicebat in quinquagesimo psalmo:Et peccatū meum coram me est semper. Sunt quidā qui cū peccauerint securi sunt prorsus,nec cogitāt de peccato suo, nec uenit ad sensum eorum qd male gesserint,sed ita uiuūt quasi nihil omnino cōmiserint: isti ergo nō possunt dicere,quia peccatum meum coram me est semper.Cum uerò post delictum quis cōsumitur & affligitur pro delicto suo & cōscientiæ stimulis agitatur,mordet̄ sine intermissione,atq; occultis cōsutationibus impugnatur,iste merito dicit: Nō est pax ossib.meis à facie peccatorū meorum.Est sanè facies quædam etiam peccatorū,& (ut ita dixerim) color quidam & species,per quam recordari & recognosci solent ea quæ aliquādo cō missa sunt.Cū uerò ante oculos cordis nostri statuerimus peccata nostra,& unūquodq; intuentes,recognoscentes erubescimus,factiq; pœnitemus,tunc cōturbati, & exterriti merito dicimus nos non habere pacē in ossibus nostris à facie peccatorū nostrorū. Addat etiā hæc qui pœnitet pro peccatis suis,& dicat:Quia iniquitates meę superposuerūt caput meum,sicut onus graue grauatæ sunt super me.Qui em̄ nec dolent, nec grauant̄ p̄ peccatis suis,sed securi sunt atq; in delicijs fluitant,hæc dicere nō possunt, nec sentiūt quod iniquitates quidem suæ excrescunt,& ultra capitis sui uadunt proceritatē,ipsi uerò decrescūt,& in nihilū redigunt̄,& ideo nō possunt dicere: Quoniā iniquitates meæ superposuerunt caput meum,sicut onus graue grauatę sunt super me.Quomodo enim possunt dicere illi qui in delictis suis non solum delectantur, uerumetiam exultātes mala sua præferūt? Quibus profecto peccatū suum,nō onus efficitur, sed uoluptas.Nō est ergo illorum dicere hæc,sed eorum quibus libido iam sorduit,quibus uitia horruerūt,à quibus denicq; deprehēsa est omnis præsentium gratiarum uoluptas esse pro nihilo, qā postea omnino nulla futura est.Isti sunt qui possunt etiā dicere hæc quæ sequūtur.Quoniam fœtuerunt & putrefactę sunt cicatrices meę.Nolite(inquit Saluator)mittere margaritas uestras ante porcos: ibi appellans eos qui peccatorū fœtoribus delectātur sicut porci,qui fœtorem omnem tanquā odorem suauissimū expetūt. Considera ergo peccatorem qui peccatis suis delectatur,& lætus est in malis suis:quoniam & ipse in stercore fœtido uolutat̄,& nullū fœtoris eius,qui ex peccati stercore redditur, percipit sensum, uelut in summis uoluptatibus & gratissimis delicijs delectatur.Si uerò istū eueniat aliquando porcorū quidē sensum odoratūq; deponere,& sensum uerbi dei percipere, ita ut possit sentire fœtorem peccatorū suorum:statim conuersus ad pœnitentiā,& emendationem requirēs,impatiens propriį fœtoris efficitur,proclamans ad cœlestē medicū atq; ostendens cicatrices putrefactorum suorū uulnerum dicit:Fœtuerūt,& putrefactę sunt cicatrices meę à facie insipientiæ meę. Recte autem hic peccatū insipientiā nominauit.Nemo enim sapiens id aliquādo cōmittit.Miserijs afflictus sum, & curuatus usq; in finem.Sed uideas aliquando eum qui peccauit mœrentem, & contristatum tristitia quæ secundū seculū est:quæ enim secundum deum est tristitia, pœnitentiā in salutē stabilem operatur.Iste uerò dicit,quoniam miserijs afflictus sum,& curuatus sum usq; in finem.Propterea fortassis ipse sanctus Apostolus dicit sciens se aliquādo peccasse:Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Peccauit enim etiā ipse cū persecutus est ecclesiā dei.,ppter quod dicit:Nō sum dignus uocari Apostolus.Miserijs ergo afflictus sum ait.Nō dicit affligor adhuc. Si enim trāsierunt iam peccata mea, afflictus sum miserijs:si aūt permanēt,& in ipsis cōuersor adhuc,affligor miserijs. Miserijs ergo, inquit, afflictus, & curuatus sum usq; in finē. Si uideas eum qui peccauit non posse respicere in cœlum,sed curuato corpore demersoq; in terram uultu non solū corporis sed & animæ,& contorquentē sicut circulum collum suū,intelligis quomodo quis curuat̄ usq; in finē.Si uerò uis etiā per exempla cognoscere quomodo peccatis suis unusquisque curuetur,ita ut suspicere nō possit,nec in cœlū eleuare oculos suos:intuere illū publicanum,qui in euangelio ingressus templū,& delonge stans,nec audēs leuare oculos suos

Matt.7

Rom.7

1 Tim.1

ſuos in cœlum, ſed percutiens pectus ſuum, & confitens peccata ſua, dicebat: Deus, ꝓpi
tius eſto mihi peccatori. Huic nimirum cõuenit dicere, quia curuatus ſum uſq; in finem,
& tota die contriſtatus ingrediebar. Hoc autẽ dicens, uelut affectum ipſum & animum
pœnitentis exponit dicentis: Ex quo peccaui, nunquam riſi, nunquam lætatus ſum, nũ-
Matt. 5 quã mihi ipſi aliquid iocunditatis indulſi, ſed ſemper in mœrore fui, ſemper in pœniten
tia, ſemper in luctu. Tale eſt illud quod in Euangelio præcipitur, dicente domino: Beati
qui lugẽt, & beati qui flent. E contrario autem ſi quis peccator ſit, & multis malis obno
xius, & hic nullo flagitiorum ſuorũ ſtimulo pulſatus, inſuper etiam & rideat, & lætus ſit
atq; iocundus, nec in aliquo conſcientiæ ſtimulis agitetur, uide ſi nõ huic illa cõuenit di
Luc. 6 ci quæ ſcripta ſunt: Væ ridentibus nunc, quia lugebitis, & plangetis. Tota die contriſta
tus ingrediebar, quoniã renes mei completi ſunt illuſionibus. In renibus uel in lumbis
humanorum ſeminũ receptaculum eſſe dicitur: ex quo illud genus indicaẽ peccati q̃d
per libidinem geritur. Huius nanq; opus res eſt illa, quam Apoſtolus inter prima ſacrile
1 Cor. 6 gia deſignauit, dicens: Tollens ergo membra Chriſti faciam membra meretricis? Abſit.
Cum ergo quis propenſius, & incontinentius in huiuſcemodi laſciuiam fluxerit, tunc
renes eius, uel lumbi repleti eſſe illuſionibus aſſeruntur. Illuſio em̃ eſt diaboli illudentis
hominem atq; in huiuſcemodi peccati incontinentiam prouocantis. Nõ ergo mirũ eſt
ſi peccatorum hominum renes illuſionibus repleti ſunt, cum & Iob de dracone qui dia-
Iob 38 bolus intelligitur, ita dicat: Virtus eius omnis in lumbis eſt, & potẽtia eius in umbilico
uentris eius. Virtus ergo diaboli præcipue circa lũbos hominis eſt, unde fornicatio, ad-
ulteriaq; procedunt, unde puerorum corruptio, unde omnis ſpurcitia generatur. Ita ſa-
nè etiam mulierum circa umbilicum uentris eſt culpa, quod honeſtiore uoluit indicare
ſermone in quibus uidelicet utriſq; draconis diaboli uirtutem, potentiãq; eſſe deſignat.
Et non eſt ſanitas in carne mea. In hoc profectũ ſuum oſtendit, & proximũ eſſe ad mor-
tificationem carnis indicat atq; interitum eius. Nam ideo hoc & hic ſecundo repetit, ut
adhibitum iam eſſe remedium tentationum moleſtijs declararet. Afflictus ſum, & humi
liatus ſum ualde. Feſtiuitatibus domini panẽ nos afflictionis edere iubemur, & in ipſis
feſtiuitatibus dicitur, ut humiliet homo animam ſuam: & cũ feſtiuitas propitiationis in
Iudit 8 dicitur, dicitur: Humiliate animas ueſtras. Quoniam ergo qui pœnitet pro delictis ſuis
ſeipſum affligit, humiliat ſicut & ille publicanus, de quo ſuperius diximus, propterea et
conſequẽter dicit in eo quod ſe ex corde pœnitere cognoſcit, obſecrãs ne in furore dñi
arguatur, neq; ira eius corripiaẽ, ex hoc quod dicit: Afflictus ſum, & humiliatus ſum ual
de. Nõ enim ſolũ afflictus ſum, neq; ſolũ humiliatus ſum, dicit, ſed ualde afflictus ſum, &
ualde humiliatus ſum. Vt exempli gratia dixerim, ſi dines aliquis ſecundũ ſeculũ in mul
ta affluẽtia poſitus, & hic ſubito decidat atq; in egeſtatem ultimã redigaẽ, domo quoq;
pulſus & patria, inſulis ac ſcopulis relegatus ſqualentẽ atq; infelicẽ in ſolicitudine exi-
gat uitam: tunc deinde recordatus patriæ ac parentũ, nobilitatis, familiæ, bonorũ ſubſtã
tiæ, diuitiarũ abundãtiæ ac totius illius uitæ qua in delicijs uixerat, quibus iſte planctib.
quibus mugitibus recordationẽ priſcę beatitudinis recolet, ut ſit ei maior pœna recor-
dari quæ perdidit, quàm pati quę perferat? Ad huius exempli ſimilitudinẽ intuere mihi
etiam eum qui uitã in ſobrietate & caſtitate iuſtitiaq; tranſegit, qui in actib. bene ſibi cõ
ſcius erat: iſte ſi decidat de patria ſua, id eſt de eccleſia, in inſulam quandam, atq; in hor-
rentes ſcopulos quæ peccati ſedes eſt propellaẽ, & ex facultatib. ac diuitijs ſuis quę erãt
ei in omnib. operibus ſuis bonis, deuoluatur, & uideat ſe in ultima paupertate poſitum:
omnes enim eius iuſtitiæ quas fecit nõ reminiſcentur ꝓpter peccatũ: ſi ſe ergo in talib.
uideat, quibus gemitibus, quibusq; rugitibus ꝓclamabit, dicens: Rugiebã à gemitu cor
dis mei? Domine in cõſpectu tuo omne deſiderium meũ, & gemitus meus. Omnia ergo
ex quo deliqui, ſiue cõcupiui concupiſcentiã ſecularẽ, ſiue quid aliud cõmiſi, omnia an
te te ꝓfero, & in orationib. meis in cõſpectu tuo pono. Et gemitus meus à te non eſt ab
ſcõditus. Noſti enim quia ſemper ingemiſco. Cor meũ cõturbatũ eſt, & deſeruit me uir-
tus mea. Tu uide domine cor meũ quia cõturbatũ eſt pro peccatis meis. Et cõſequẽter
exoro ne in furore arguar, neq; in ira corripiar. Quod ſi mea me fortitudo deſeruit, ſine
dubio fui aliqñ fortis, & cõuerſatio mea fuit bona, poſtea uerò cecidi, quia deſeruit me
fortitudo mea, & lumen oculorũ meorũ nõ eſt mecũ. Hæc uox illius uideẽ eſſe qui poſt

illumi-

illuminationem, post traditionem doctrinæ, post agnitionem ueritatis in tenebris decidit. Ne ergo & nos eadē patiamur, sed potius ut lumē nostrū sit semper in nobis, & opera lucis agētes habeamus fiduciā tanq; filij lucis in Christo Iesu, semper oremus, & deū patrem incessabiliter deprecemur, cui est gloria, & potestas in secula seculorum, Amē.

Homilia Secunda de eodem Psalmo ab illa parte: Amici mei, & proximi mei.

QVI pro peccatis suis cōfitetur deo, & animo dolet dum pœnitet, sciēs post exitum uitæ quæ pœna immineat peccatori, hæc dicit, exponens quāta pati necesse sit eum qui se ad pœnitentiā emendationēq; conuertit, quomodo derelinquant eū amici & proximi sui, & longe efficiant pro eo quod ipse se ad exomologesin peccati sui mœrorēq; cōuertit. Dicit, ergo amici mei & proximi mei aduersum me appropinquauerunt & steterunt. Intellige mihi fidelem quidem hominem, sed tamen infirmum, qui etiam uinci ab aliquo peccato potuit, & propter hoc mugientem pro delectis suis, & omni modo curam uulneris sui sanitatemq; requirentem, licet præuentus sit & lapsus, uolentem tamen medelam ac salutem reparare. Si ergo huiusmodi homo memor delicti sui confiteatur quæ cōmisit, & humana confusione paruipendat eos qui exprobrant eum confitentem, & notant uel irridentiille aūt intelligens per hoc uenia sibi dari, & in die resurrectionis pro his quibus nūc cōfunditur coram hominib. tūc ante angelos dei confusionem atq; opprobria euasurū, ut nolit tegere & occultare maculā suam, sed pronunciet delictū suū, nec uelit esse sepulchrū dealbatū, quod deforis quidē Matt. 23
appareat hominibus speciosum, id est ut uidentibus se quasi iustus appareat, intus autē sit repletus omni immunditia & ossibus mortuorū. Si ergo sit aliquis ita fidelis ut si qd conscius sit sibi, procedat in mediū, & ipse sui accusator existat: hi autē qui futurū dei iudicium non metuunt, hæc audientes cum infirmantibus quidem non infirmentur, cum scandalizantibus nō urantur, cum lapsis nō iaceant, sed dicāt longe te fac à me, neq; accedas ad me, quoniā mundus sum: & detestari incipiant eum quē ante admirabant, & ab amicitijs recedāt eius qui delictum suū noluit occultare: super his ergo consequēter dicit qui exomologesin, id est confessionē, facit. Amici mei, & proximi mei aduersum me appropinquauerūt & steterūt, & proximi mei delonge steterunt. Sed hæc non oportet formidare eū qui post delictū saluari cupit, neq; notā eorū pertimescere, qui sua quidē peccata nō cogitant, nec memores scripturæ sunt diuinæ dicētis: Noli improperare homini conuertenti se à peccato, sed memor esto quoniā omnes sumus in culpis. Nō ergo cogitet de talib. sed cogitet de anima sua, exorans deū, ut ab ipso exaudiat, & subleuet post casum suum, ut possit etiā dicere quæ sequuntur: Quoniā iniquitatē meā ego pronūciabo, & cogitabo pro peccato meo. Licet amici mei, & proximi mei cōtrarij sint, & propinqui mei longe se faciant à me, dū ego ipse mei accusator efficior, dū crimina mea nullo me arguente cōfiteor, dum nolo imitari eos, qui etiā cū in iudicijs arguant, & testibus conuincantur, & tortoribus etiā arguantur, tegunt tamen mala sua, & plus apud eos obtinet cōmissi pudor q; cruciantis pœna. Ego uerò qui scio nihil latere deū, sed nuda esse omnia & manifesta in cōspectu eius, quicquid abscōdo, occulto quod nouit, cur non potius ipse me arguo, ipse me cōfuto? quid expecto accusatorē cū accusator meus conscientia mea mecū sit? Sic forte & ille mihi parcet, si mihi ipse nō parcā. Ergo proximi mei delonge steterūt, et uim faciebāt qui quærebāt animā meam. Et qui quærebāt mala mihi locuti sunt uanitatē. Hęc iterū de alijs dicit. Sunt enim quidā qui quęrunt mala iusto, & nō sic gaudēt cū audierint de bonis eius aliquid, sicut gratulant cū audierint mala, & uelut insultāt cum in malis aliquibus uiderint iustū. Et isti sunt qui cū uiderint iustū confitentē peccata sua, uelut noxiū quoddā euomūt uirus. propter quod dicit: & uim faciebant qui quęrebant animā meam. Et qui quærebant mala mihi locuti sunt uanitates. Et uere manifestissime peruidetur, quia non solum ij qui iusto quęrunt mala, sed etiam omnis qui cuicunq; mala conatur inferre, loquitur uanitatē. Non em̄ loquitur ea quę sē cūdum deū sunt, qui quærit agere mala. Vnde oportet magis quærere bona. Vtinā possemus etiam his qui oderunt nos reddere bona pro malis, et inimicis nostris uel suadere quæ bona sunt, uel optare feroces animos eorū ad concordiā atq; pacē reuocare, ut per hoc efficiamur filij patris q̄ in cœlis est, qui solē suū oriri iubet super bonos & malos, &

pluit

pluit super iustos & iniustos. Qui ergo quærebāt mala mihi locuti sunt uanitates, & dolum tota die meditabantur. Vide insidiatorem iusti. Iam enim iustū uoco eum qui in primis sui ipse accusator efficitur, sicut sermo scripturæ designat. Nam ut illum sapientē dicit scriptura, qui cum arguitur nō odit arguētem, sed insuper diligit eum: sic & iustus dicitur qui post delictum non permanet in delictis, nec expectat diabolum fieri accusatorem suum, neq; ut ille ꝓferat in medium peccata ipsius, sed ipse se arguit, & cōuincit, & per confessionem suam liberatur à morte. Qui enim quærebāt mala mihi locuti sunt uanitatem, & dolum tota die meditabantur. Ego autē uelut surdus non audiebam. Nihil hac uirtute præclarius, nihil excellentius inueniri potest, ut audiēs unusquisq; maledicos atq; obtrectatores suos male loqui, carpere, detrahere, incusare, ipse auertat aurē suā quasi non audiens, & declinet oculū suum tanquā non uidens, ne iracundia exasperet, & prosiliat, ad uindictam, ne quærat oculum pro oculo, nec uerbum pro uerbo, nec maledictum pro maledicto, nec mendaciū pro mendacio, nec crimē pro crimine. Talis ergo est iustus. Iam enim (ut dixi) iustum eum dicō qui per confessionem suam peccatorū suorū euomit passiones. Ego autem sicut surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo nō audiens. Cum maledicerer, cum criminarer, cum omnia probra de me homines proferrēt, ego eram sicut surdus, & non audiebā, & sicut mutus non aperui os meum, pro maledictis nulla maledicta reddebā. Sed quid ꝓdest nos hæc exponere? quid prodest hæc nos de scripturis sanctis aperire, si non horū meminerimus in eo ipso tempore quo res expetit, cum maledicimur à fratribus, cū detrahunt de nobis, cum etiā in faciem probris & conuitijs lacessimur, cum omnia fiunt ut excitetur furor noster, & animus ad iracundiam moueatur? Tunc oportet horū meminisse, tunc recordemur quia scriptum est: Factus sum sicut homo non audiens, & nō habens in ore suo increpationem. Interdum dicit aliquis aduersum me, & forsitan mentit̄, interdū etiā uera sunt quæ dicit, ego tamen possum multa peiora de illo dicere, & uere dicere: & si quidē peccator sum, & nihil horū memini quæ nūc diximus, imitabor illius malitiam, & reddēdo maledicta pro maledictis efficiar similis illi, sed nō similis deo efficior. Si uerò iustus sum, sicut surdus non audio, & sicut mutus non habens in ore suo increpationem, nihil respondeo, & habēs in quibus arguā, nō arguo. Intelligo enim quia qui recte arguit, impassibiliter debet arguere, ut salutem expetat eius qui arguit̄, nō uindictam. Cū ergo quis detrahit de me, uel male de me loquitur, si arguam eum, nō facio cōpetenter. Ex iracundia enim & indignatione hunc arguo, uolens ei inferre tristitiā, non illam quæ secūdum deum est, quæ pœnitentiā in salutem stabilem operatur, sed tristitiam quæ lædat animā, non emendet. Si ergo horū meminimus, hæc quidem nō facimus, sed cū tale aliquid acciderit nobis, dicimus quia factus sum sicut homo nō audiēs, & non habēs in ore suo redargutiones. Quare aūt talis effectus sum? Quoniam, inquit, in te speraui. Nisi enim sperassem in te, & credidissem tibi dicenti: Mihi uindictā, ego retribuā, dicit dominus, meipsum utiq; uindicassem: nūc uerò memor sum præcepti illius quo iubemur nō nos ipsos uindicare, sed dare locū iræ. Et inuenies hęc in scripturis diuinis, & legis. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo increpationes. Quoniā in te domine speraui, tu exaudies me domine deus meus. Ego sicut surdus non audiebam eos qui me criminabātur, sed tu audi ea quæ loquuntur. Si essemus tales
3 Reg. 18 quales nos esse uult sermo diuinus, sicut Helias diceremus utiq; deo ut daret pluuiā &
1 Reg. 7 plueret: sicut Samuel in diebus messiū peteremus ut præstaret de cœlo imbriū copiam, & audiremur. Nunc autē quomodo nos audiet deus, cū nos ipsum nō audiamus? Quomodo faciet ille quod uolumus, cum nos quæ ille uult nō faciamus? Vult nos tales esse deus, ut quasi diį cum deo loquamur. Vult nos esse filios dei, ut consortes & cohęredes
Ioan. 11 efficiamur filij dei, & dicamus sicut ipse dixit: Pater scio quia semper me audis. Scimus
Psal. 82 quia dixit ad nos deus: Ego dixi, diį estis, & filij excelsi oēs. Sed nos ꝓ meritis nostris illud magis, quo digni sumus, & quod sequit̄, expectamus: Vos uerò sicut homines moriemini, & sicut unus ex principib. cadetis. Quia dixi, ne forte insultēt mihi inimici mei. Cum criminarer, & uicem criminantibus nō redderē, hęc dicebā: Si reddidi retribuentibus mihi mala, utiq; derelinquar à deo, & derelictus cadā necesse est. Cū aūt cecidero insultabūt mihi inimici mei. Si uerò nō reddidero mala ꝓ malis, sed deo dereliquero iudicium

dicium,ab ipso adiutus non decidam,sed stabo fortiter,& non insultabunt mihi inimici mei.Dixi etiã hoc:Dum cõmouerentur pedes mei,in me magna locuti sunt. Quamdiu stetero intrepidus & immobilis,non loquentur magna contra me inimici mei,non em̃ habẽt quod dicant.Statim aũt ut trepidauero,non dicã cecidero,statim incipiẽt exprobrare,& dicere. Vides hũc:ecce & ipse quid fecit:& cum hæc doceat, agit alia,cõtraria enim eorũ quę docet agit.Isti ergo tale dicant necesse est.Dum cõmouentur pedes mei super me magna locuti sunt. Alius aũt hoc melior quantũ ad personas pertinet quæ inducũtur à prophetis,uel ipsę sibi cõparantur,illud dicit:Mei aũt paulo minus moti sunt pedes.Illius quidẽ moti sunt pedes,mei aũt paulo minus moti sunt.Fortassis aũt sit alius aliquis,cuius nec parũ quidẽ, nec paulo minus moti sunt pedes, illius opinor qui dicit: Statuit super petrã pedes meos.Ille nihil prorsus de cõmotione pedũ suorũ,sed de stabilitate testatur. Beati ergo sumus si nulla omnino cõmotio in nostris pedibus accusatur, sed sunt stãtes super petrã,id est super ipsum dominũ Iesum Christũ. Quod si ita stabiles esse nõ possumus,secundus nos iste saltẽ & inferior suscipiat gradus,ut uel paulominus moueantur gressus nostri. Quoniam ego in flagella paratus sum.Etiã hæc uox boni, & optimi(ut ita dixerim)peccatoris est,qui deliquerit quidẽ,expectet tamẽ delictorũ flagella,quibus in præsenti optet emendari,ne puniat̃ & pereat in futuro.Propone tibi ante oculos peccatorẽ dicentẽ ad dominũ: ego quoniã peccaui, iam nũc in flagella paratus sum,noli me reseruare igni æterno,noli me reseruare exterioribus tenebris.Dum in hac uita sum,redde mihi peccata mea, quoniam flagellas omnẽ filiũ quem recipis. Oro te flagella me quoq;,et noli me reseruare cum his qui non flagellantur,qui in laboribus hominũ nõ sunt, & cum hominibus nõ flagellabuntur,id est qui penitus derelinquuntur à te,quorum emendationẽ correptionem̃q; non quæris.Sciens ergo quę sit differentia cum flagellatur peccator ab eo qui flagellat omnem filium quem recipit, & quæ sit differentia eius qui dignus non habetur flagellis,ait ad dominum:Ego in flagella paratus sum,id est si uolueris superducere lãguores in me,mittere ægritudines, tolerabiliter feram:scio quia dignus sum ut non solum per ægritudines peccata mea soluant̃,sed per omnes afflictiones purgari desidero, tantũ ut æternis pœnis et cruciatibus nõ reseruer. Si placet inferre damna,sustineo: si placet omnes facultates perire,depereant,tãtum ne anima pereat apud te. Si per mortem charorum & propinquorũ uis me purgari, moriantur etiã ipsi,ut & ipsi ex huiusmodi uinculis liberentur,auferãtur filij,dum adhuc pueri sunt, & in rudibus annis positi nondũ grauioribus peccatorũ sordibus maculati sunt. Omnibus igitur flagellis emendari,uerberariq; paratus sum,& nihil horum recuso, tantũ ut supplicia æterni ignis effugiã.Ego ergo in flagella paratus sum,& dolor meus coram me est semper.Ante oculos meos habeo dolorem meum,ut futuros pœnarũ dolores,præsentibus possim doloribus compensare. Quoniã iniquitatem meam pronũcio. Pronunciationẽ iniquitatis,id est confessionẽ peccati,frequentius diximus. Vide ergo quid edocet nos scriptura diuina,quia oportet peccatum non celare intrinsecus.Fortassis enim sicut ij qui habent intus inclusam escam indigestã,aut humoris uel phlegmatis stomacho grauiter & molestę imminẽtia,si uomuerint releuant̃:ita etiã hi qui peccauerunt,si quidẽ occultant,& retinent intra se peccatũ,intrinsecus urgẽtur,& propemodũ suffocãtur à phlegmate, uel humore peccati. Si aũt ipse sui accusator fiat, dum accusat semetipsum,& confitet̃,simul euomit & delictũ,atq; omnẽ morbi digerit causam. Tantũmodo circũspice diligẽtius,cui debeas confiteri peccatũ tuũ. Proba prius medicũ,cui debeas causam languoris exponere, qui sciat infirmari cũ infirmãte, flere cũ flente, qui cõdolẽdi et cõpatiendi nouerit disciplinã:ut ita demum si quid ille dixerit, q̃ se prius et eruditum medicum ostenderit & misericordem, si quid cõsilij dederit, facias, & sequaris:si intellexerit,& præuiderit talem esse languorem tuum qui in cõuentu totius ecclesiæ exponi debeat,& curari,ex quo fortassis & cæteri ædificari poterũt, & tu ipse facile sanari,multa hoc deliberatione,et satis perito medici illius cõsilio procurandũ est.Quoniam iniquitatẽ meã ego pronunciabo,& cogitabo pro peccato meo:Quicunq; uestrũ conscius sibi est in aliquo peccato,& ita securus est quasi nihil mali fecerit,cõmoueatur ex hoc sermone qui dicit:Cogitabo pro peccato meo.Bonũ est eũ qui delinquit nõ esse securũ, & uelut qui nihil deliquerit, nullã sollicitudinẽ gerere, nec cogitare quomodo

possit suum delere peccatum. Si in corpore tuo macula aliqua uel uulnus oriatur, aut ex collisione aliqua intumescat, sollicitus es & perquiris quid curæ debeat adhiberi, quō corpori sanitas antiqua reddatur. Si circa oculos se aliquis acerbus humor infuderit, sollicitus es, & perquiris quomodo succurras, & præuenias cæcitatem. Cum anima tua ægrotet, & peccatorū languoribus urgeatur, securus es, contemnis gehennā atq; ignis ęterni supplicia despicis, & irrides? Iudicium dei paruipendis, et commonentem te ecclesiam despicis? Communicare non times corpus Christi accedens ad eucharistiam, quasi mundus & purus, quasi nihil in te sit indignum, & in his omnibus putas quod effugi-
1 Cor. 11 as iudicium dei? Non recordaris illud quod scriptum est, quia propterea in uobis infirmi, & ęgri, & dormiunt multi? Quare multi infirmi? Quoniam non seipsos dijudicant, neq; seipsos examinant, nec intelligunt quid est communicare ecclesiæ, uel quid est accedere ad tanta et tam eximia sacramenta, patiuntur hoc quod febricitantes pati solent, cum sanorum cibos pręsumunt, sibimetipsis inferentes exitiū. Hæc de eo quod dictum est: Cogitabo pro peccato meo. Sequitur: Inimici autem mei uiuunt, & confirmati sunt super me. Ad quę omnia subsonare illud debet: Ego autem cogitabo pro peccato meo. Et quamuis uideam, frequenter enim nos peccatores si uideamus inimicos nostros uiuentes ausiores contristamur, & querelas aduersus diuinam prouidentiam fundimus. Qui autem saluari uult, ad hęc omnia semper hoc sibi respōdeat, etiam si inimici mei uiuunt, & confirmati sunt super me, ego tamē cogitabo pro peccato meo. Et quamuis uideam me peccatorem esse, considerans tamen etiam cæterorum peccata quæ fortassis grauiora sunt, uidens quoq; eos pro peccatis suis non esse sollicitos, cōparās me illis qui omnino de grauissimis delictis suis nihil cogitāt, & cogitās pro peccato meo, spem habeo in te. Et multiplicati sunt qui oderūt me inique. Impossibile est in hac uita positum odio nō haberi. Christus Iesus odio habitus est. Et qd dico impossibile est in hac uita positum odio nō haberi? Deus ipse qui in hāc uitam nō uenit, odio habet ab aliquibus. Si
Psal. 139 enim nō haberetur odio, nequaquā diceret propheta. Nónne odientes te domine oderam, & super inimicos tuos tabescebā? Perfecto odio oderam illos. Marcionistę, & Basilides, & Valentini oderunt deū, & uerba eius oderūt. Cum ergo deus odio habeat, & Christus usq; in hodiernū diē à Iudæis anathema fiat, cū spiritus sanctus qui in ꝓphetis locutus est ab hæreticis odio habeat, tu uis odio non haberi, sed ab omnib. diligi, & be-
Luc. 6 nedici? Vide ne te inueniat illa sentētia quæ dicit: Væ cū benedixerint uobis oēs homines. Quin potius illud tantūmodo obseruemus, ut & nos dicamus, quoniā multiplicati sunt qui oderunt me inique. Opto cum odio habear, ut sciat conscientia mea quoniam iniuste odium patior. Odio habiti sunt etiā prophetæ, sed iniuste, odio habitus est Christus, sed gratis. Si autem pro peccato meo odio habeor, nō possum dicere, quia multiplicati sunt qui oderūt me iniuste. Iuste enim odio habeor, si perosus fuero propter inhonestos actus meos, & turpes. Non possum dicere, quia oderunt me gratis. Atq; utinā tanta cōfidentia dicere possimus & nos, quia multiplicati sunt qui oderūt me iniuste. Qui retribuunt mihi mala pro bonis. Ego quidem bona cum eis agebā, illi uerò obliti bonorum meorū reddebāt mala pro bonis, criminabantur me, quoniam sequebar iustitiam. Criminant̄ me, & exprobrant inimici mei pro ijs siqua mihi aliquādo cōmissa sunt, nec erubescunt me iustitiam subsequentem, nec dant ueniam præteritis malis pro præsentibus bonis. Verū tu domine quoniam subsequebar iustitiā, ne derelinquas me domine deus meus. Et hæc uox confitentis est, & misericordiā postulantis: Ne derelinquas me domine deus meus, ne discesseris à me. In alio quidē psalmo dicit: Spiritum sanctū tuū ne auferas à me. In hoc dicit ad ipsum deū: Ne discesseris à me. Ex quo ostenditur à quibusdam meritis suis discedere deum, & apud alios pro suis meritis permanere. Infelix tamen homo ille à quo discesserit deus, beatus aūt est ille cū quo permanet deus. Attende in adiutoriū meū domine deus salutis meæ. Et nos ergo oremus, et dicamus: Attende in adiutorium meum, quoniā grandis est pugna, & potētes sunt aduersarij. Infestus est hostis, inuisibilis inimicus per istos uisibiles impugnat. Attende ergo in adiutoriū nostrū, & adiuua nos per sanctum filium tuū dominum nostrum Iesum Christum, per quem omnes nos redemisti, per quem tibi gloria, & potestas in secula seculorum. Amen.

Finis Homiliæ 11 de Psalmo Trigesimoseptimo.

HOMILIA PRIMA DE PSALMO TRIGESIMOOCTAVO, DIXI CVSTODIAM VIAS MEAS.

ICVT unus homo proficit ſecundum deum, & ſtudiũ ſibi adhibens melior ſeipſo efficitur, ita etiam populo uniuerſo accidebat. Propter quod & ipſo proficiente, etiam legis ei fiebat augmentum. Denique quomodo in lege ſcriptum eſt, præcepta quædam ſacerdotibus ſunt & leuitis de ſacrificijs cæterisq; ſolennibus: uerũ cum proficeret populus eo tempore quo inerat ei uirtus adhuc proficiendi, non ſtetit res in illo primo ordine, ſed alligatæ ſunt illis eminentiores quædã legislationes ſecundo & tertio. Et ſi quis uult ſcire quę ſunt iſta quæ de ſacerdotibus ac leuitis adiecta ſint, legat primum librum Paralipomenon, et patienter inſpiciat omnem illum catalogum nominum, & inueniet ibi admirandũ quendam ordinem & diſtributionem tribuum pro ſuo quoq; nomine & loco pręcipuum quid in ſolenni ordine eſſe ſortitam. Sed & leuitas & ſacerdotes inueniet diuerſis officijs atq; ordinibus diſtributos, ut alij quidẽ ſint ad aperiendas ianuas tẽpli præpoſiti, alij quibus claues creduntur, alijs ſacrificiorũ & altariũ cura cõmittitur. Et multa ſunt quę ex illius libri hiſtoria poſſumus dicere de ſacerdotalib. inſtitutis. Si quis ergo inſpicere poteſt quomodo exẽplari, et umbræ cœleſtiũ deſeruiũt ludęi, aſcendat ab inferiori uerbi crepidine ad ſumma eius ac ſuperiora faſtigia, & cõtempletur ex ijs futuri ſacerdotij ſtatũ & electionẽ illam cœleſtẽ: atq; inibi contemplabitur qui ſunt iſti ordines ſacerdotales, uel quę ſint officia leuitarũ quæ in cœleſtibus miniſterijs exhibentur, et omnia in cœlis mẽte cõijciet, quę diſpoſita uidit in terris. Erit eñ & ibi populus, & ex populo dei electi leuitę & ex his rurſum electi & eximij ſacerdotes, & ſacerdotũ nihilominus differẽtię quãplurimę: ſicut in primo libro Paralipomenõ indicatur uigintiquatuor eſſe ordines ſacerdotum, alios quidẽ ſub Eleazaro, alios uerò ſub principe Ithamar, quorum & ephemerię eſſe dicunt. Sed dicat aliquis fortaſſis auditorum: Quid hęc pertinent ad pſalmum? Plurimũ. Nam ſuperſcriptio eſt huius pſalmi. In finem pro Idithun pſalmus Dauid. Hunc Idithun inuenimus unũ eſſe ex his quibus hymnorũ ſtudium dei ac ſollicitudo cõmiſſa eſt. Oportuit ergo nos inuenientes hoc nomen pſalmi ſuperſcripti, oſtẽdere quis fuerit iſte Idithun, & quomodo poſt primã legẽ, ſecũda facta ſit de obſeruationibus ſacerdotalibus ordinatio. Apud Gręcos quicunq; carmina, uel ſonos muſicos cõſcribebãt, quib. eis uiſum fuiſſet in agone ea canenda pręſtabant: & fiebat ut alius quidẽ coronaretur in agone, alius aũt uictori conſcriberet carmen. In pſalmis ergo diuinæ ſcripturę quicunq; ſuperſcripti, ſecundũ ſeptuaginta interpretes, uictoriales, uel ad uictoriam uel uictori attitulantur, pro eo uidelicet q; uelut uictoriæ laus in ipſis inferat. Fecit ergo Dauid diuino ſpiritu repletus pſalmum hunc, & dedit Idithun, cui officium canendi deo hymnos fuerat iniunctũ, tanquam pollẽti in huiuſmodi diſciplina. Et ideo ergo ſuperſcribitur: In finem pro Idithun pſalmus Dauid. Sed nũc iam uideamus quid uox proferat iuſti, & uidentes tanq; in ſpeculo noſmetipſos intueamur ſi poſſimus tales eſſe, aut ſi multũ nobis deeſt, aut certe iã proximi ſumus, licet nõdum plene aſſecuti ſumus. Quoniam igitur multorum peccatorum initium humanus eſt ſermo, et os noſtrũ multis malis miniſtrat, et ualde difficile eſt inueniri hominẽ, qui una ſaltem hora os ſuũ & linguã ſuã obſeruet à peccato, ait: Dixi cuſtodiam uias meas, ut non peccem in lingua mea. Mihi ipſi dixi, & intra me loquutus ſum, & hæc addidi: Sic uolo ſeruare uias meas, ut non peccẽ, hoc modo ſeruare poſſum ſi cuſtodiam linguã meã. Ex uerbis enim, inquit, tuis iuſtificaberis, & ex uerbis tuis condemnaberis. Et iterũ: Amen dico uobis, de omni otioſo uerbo reddetis rationẽ in die iudicij. Nõ ſolũ, inquit, de eo quod male locuti fueritis, ſed quod otioſe locuti fueritis, qa malus ſermo non eſt otioſus, operatur enim opus malũ. Otioſus aũt ſermo eſt qui neq; boni neq; mali aliquid agit. Si ergo in die iudicij rationẽ reddemus, non ſolum pro malis uerbis, ſed etiã pro otioſis, quis gloriabitur caſtum ſe habere cor? aut quis cõfidit dicens mũdus ſum à peccato? Veruntamen ait iuſtus: Dixi cuſtodiã uias meas, ut nõ peccem in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam. Alibi quidẽ ſcriptum eſt: Omni cuſtodia ſerua cor tuum, hic aũt: Poſui ori meo cuſtodiam. Et iterum alibi ſcriptum eſt: Vide circumduc

1 Paral. 9

Ibidem

Matt. 12

Ibid.

Prou. 4

Eccles.28 cumduc sepem spinarum circa possessionem tuam. Et iterum: Pecuniam tuam & aurū tuum alliga, & ori tuo facito ostium & seram, & uerbis tuis iugum & stateram. Ego arbitror quod obseruatio horum mandatorum obseruantem & mansuetum faciat & beatum, non solum rerum exitus, uerumetiam ipsa obseruantia. Dum enim semper obseruat os suum & linguam custodit, ne prius sermonem proferat quàm discutiat, & pertractet apud semetipsum si oporteat dici, si sermo talis est qui debeat proferri, si persona talis est quæ aut debeat, aut possit audire, si tempus opportunum est proferēdi sermonis: dum singula ista perpendit, excluditur omnis iracundia & timor & incōsulti furoris impetus mitigatur, atq; omnem penitus deliberationem talis abscindit: & ita demum uelut ex tranquillitate quadam & conuicti animi per mansuetudinem sermo procedens, proferentibus gratiam præstat & audientibus medicinam. Verum quoniam in illo maxime tempore peccamus, quando peccator consistit aduersum nos, instigans & prouocans ut aliquid tale emittamus ex ore, in quo rei teneamur in futuro iudicio, hoc describens sanctus propheta dicit: Dum cōstitit peccator aduersum me obmutui, & humiliatus sum & silui à bonis. Si quādo peccator astitit aduersum me & loquebatur de me male, & obtrectabat atq; irritabat me ut similia ei redderem, & paria de meo ore proferrē, ego in illo tempore silentium meditabar, ut nihil penitus responderem. Propterea ergo dicit: Dum constitit peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum & silui à bonis. Nos uerò aliquando si nolumus humiliari, alia cogitamus & dicimus apud nosmetipsos. Quid hoc est? Iste me contemptui habuit & ausus est talia in os ingerere, & ita aduersum me mouere sermonem: nónne & ego huic similia, aut etiam grauiora inferam, ut & ipse audiat peiora quàm dixit? Sed iustus non ita agit, quin potius humiliat se, etiā si seruus sit ille qui obtrectat, et cōuitia ingerit, aut si humilis et peccator sit & indignus, Ille dicit, dum constitit peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Non dixit & silui tantummodo, sed à bonis silui: in quo ostendit quod cum sint in me bona, & edoctus atq; institutus sim bonis dogmatibus atq; disciplinis, & possim etiam cæteros docere quæ bona sunt, tamē in eo tempore quo peccator assistit aduersum me & cōuitijs lacessit ac iurgijs, ego etiam bona uerba mea cohibeo & reprimo: ne uel illi ignem suæ perditionis inflammem, dum non potest pariter parere malis, & conspicere bona, uel sermonum meorum faciam detrimentū. Quid ergo? Hoc uidebitur perfectum esse quod dicit: Dum constitit peccator aduersum me obmutui, & humiliatus sum & silui a bonis: aut profectus quidem est, nondum tamen perfectio. Tria nanq; in hoc loco de scripturis puto posse assignari, in quo dicit stare peccatorem aduersum se, & loqui in auribus suis ea quibus irritari & exacerbari possit ad retribuendum. Et siquidem ego paruus sum, similia, & oculum pro oculo requiro, dentem pro dente, & maledicta pro maledictis repono. Si uerò iam aliquantum profeci, nondum tamen perfectus sum, & taceo & fero conuitia patienter, nec quicquam omnino respōdeo. Si
1 Cor.4 uerò sim perfectus, nō taceo, sed cum maledicor, benedico, sicut & Paulus dicebat: Maledicimur & benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus, blasphemati deprecamur. Et quoniā qui hæc agunt, id est qui pro maledictionibus benedictiones reddūt, qui pro blasphemijs deprecantur, uidentur hominibus uelut pecudes & purgamenta, tanquam qui sensum iniuriæ non habeant, propterea ergo addidit dicens: Tanquā purgamenta huius mundi facti sumus omnium peripsema. Sed nos nolumus cum Apostolis purgamenta huius mundi fieri, sed uolumus non contemni ab hominibus, imò potius & timeri, & satisagimus reddere his qui lædunt, & præuenire uindictā quā sibi dominus reseruauit dicens: mihi uindictā, ego retribuam, dicit dñs. Verū si non possumus in tantū proficere, & ad istud culmen ueritatis ascendere, ut dicamus cū Paulo: Maledicimur & benedicimus, persecutionem patimur & sustinemus, blasphemati deprecamur, uel hoc quod adhuc per prophetā docemur, dicamus: Dum cōstitit peccator aduersum me obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis. Et quid addidit his? Et dolor, inquit, meus renouatus est. Hi q in agonis certamine mutuis inter se uerberibus agūt, in his semp præparare conant, ut illata sibi ab aduersarijs uerbera fortiter ferāt, nec sensum doloris accipiāt, & est eis summa uirtus, lacertorū ictus uel calciū absq; dolore suscipe. In qbus ille est pfectior, qui ad ictū uulneris, nullū recipit stimulū doloris. Secūdus uerò est is q

dolet

dolet quidem, sed nequaquā doloribus cedit. Tale aliquid intellige etiā in nobis, cū maledicimur, & assistit aduersum nos antagonista, si quidē bene instituti sumus, & animo lōga meditatiōe roborati, in nullo penitus ex illatis maledictis uel cōuitijs cōtristamur, sed sumus pro nimia mētis cōstantia ac patientia uelut sensu doloris carētes, & per multam mansuetudinem (ut audeam ita nominare) uelut imitatores efficimur quodāmodo dei. Deus enim maledicit̄ ab hæreticis, blasphemat̄ ab his qui prouidentiā eius negant, culpatur ab his qui thesauros sapientiæ eius ignorant: & dic mihi, nūquid potes hoc cogitare, quod pro his omnibus iniurijs doleat quidem deus, sed patiat̄ sicut nos? an tanctę diuina natura per impassibilitatē, necę sensus doloris ullatenus recipit, necę ullis aut iniurijs, aut cōuitijs excitat̄? Talis ergo erit, imò imitabitur talē omnis perfectus et iustus, qualis erat ille qui dicebat: Maledicimur & benedicimus, persecutionē patimur & sustinemus, blasphemati deprecamur. Qui aūt nondū est perfectus, proficit tamen, cum maledicit̄ obmutescit & humiliatur, & silet à bonis. Sed iste qui huiusmodi est dolet, & dicit: Et dolor meus renouatus est. Describe mihi uulnus quod curatur, & curam eius, pficientem & iā proximā cicatrici: tum deinde in ipso uulnere quod iam cœperat obducere cicatricem, intuere aliud uulnus infligi, & per hoc uulnus recēs, illud pristinū renouare. Tale etiā euenit huic qui proficit, sed nondū perfectus est, nec iā ad summā pductus est sanitatem. Si ergo dum adhuc in tenero est cutis, accedant ei maledictorū & cōuitiorum uulnera, renouatur dolor, & parant̄ angustiæ, & tūc merito dicit, dum cōstitit peccator aduersum me obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis, & dolor meus renouatus est. Vide ergo quomodo is qui in certamine positus est, qui se refrenare cupit ab ira cundia uel furore, & dū ipse hæc apud se meditatur, & irritatio ei superuenit peccatoris, quæ eum cōturbet quidē & fatiget, nō tamen uincat, sed quamuis prouocet̄ & inflammetur ad respondendū, remordens tamen dolorem suū cohibeat & reprimat, hic dicit: Dolor meus renouatus est. Pro eo quòd scilicet iam proficiebā, & iam me ad sanitatē peruenisse credebam, anteę exacerbarer, & anteę cōuitijs lacesserer: sed modo rescindit̄ uulnus meū, & maledicti mucronibus renouatur, dum iniuriæ dolor patientiā rumpit. In consequentibus adhuc amplius passionē describit eius qui proficit, cum dicit: Cōcaluit cor meū intra me. Cum enim audit quis maleloquentis & detrahentis uocē, nō potest sine dolore, sicut ille qui perfectus est, qui iam diuturna cōstantia beatitudinem meruit: sed iste dolet, & dolens corde cōcalescente feruet intra se ac perturbatur, sed nō eo usqę, ut & sermonem proferat corde turbato, uerū concalescit quidē in interioribus suis rei indignitate permotus, sed caloris sui flammas per silētium decoquit. Videamus etiā alium sermonē iusti, quem & summo studio debemus æmulari. Et in meditatione mea exardescet ignis. Et ego meditor eloquia domini, & frequenter in ipsis me exerceo, sed nescio si talis sum, ut in meditatione mea ex uno quoqę sermōe dei ignis procedat, & accendat cor meū, & inflammet animā ad ea quæ meditor obseruanda. Et ego nunc loqr sermones dei, sed optarem ut primo in meo corde, secundo quoqę in auditorū mētibus exardescerēt: sicut erant illi sermones quos loquebatur Iesus, de quibus dicebāt illi qui audierāt: Nónne cor nostrū erat ardens in nobis cū in uia aperiret nobis scripturas? Vtinam & nunc adaperientib. nobis scripturas diuinas concalesceret cor nostrū intra nos, & in meditatione nostra accenderetur ignis, & cōcitaremur in opus eorū quę audimus & legimus. Tales denicę erant & Hieremiæ sermones, secundū quod scriptū est, cum dicit ad eum dominus: Ecce dedi sermōes meos retrorsum in os tuū ignem. Quare ignē? Quia sermones quos loquebatur accendebant auditores, & nihil tepidū in eis necę frigidum permanebat: sed sicut ignis consumit ac interimit omnem materiā, nec immundum aliquid in se recipit, aut pollutum: ita & hi quorū cor diuini uerbi ignis accēderit, non patientur ultrà materialibus & mūdanis sordibus pollui, nihil in se tepidū recipiēt, & quod euomi dignū sit, nec patientur multiplicata in se iniquitate refrigescere charitatē: sed erūt semper lampades eorū accensæ, & lucernæ ardentes, & ipsi parati tanctę serui expectantes dnm suum de nuptijs redeuntem. Aut non iste erat ignis ille de quo saluator noster dicebat: Ignem ueni mittere in terrā, et quid uolo nisi ut ardeat? Iste proculdubio ignis est qui frigus peccati fugat, & calorē spiritus reuocat. Hoc nimirū est etiā qđ in actibus Apostolorum refertur, cū dicit quia uisę sunt eis diuisæ linguæ sicut ignis, & Luc. 24 Hier. 5 Act.

cõsedisse super apostolos, pro eo scilicet quod euãgelij uerbũ prædicaturi & ignei uigoris deberẽt gratia roborari, ut auditorũ animę flãmam per sermonis traducẽ sumerent. Sed unde mihi hoc ut linguæ ignis ueniat in cor meũ, & de lingua ignea ego quoq; ꝓferam sermonẽ, ut ex me uelox sermonibus meis accendat̃ ignis in cordibus auditorũ, & arguat eũ q̃ peccauit, & efficiatur ei sermo meus suppliciũ, ut adustus & inflãmatus sermonibus meis ueniat in pœnitentiã, quæ salutẽ stabilem operatur ex tristitia quæ secundum deũ est, quã ex uerbi dei increpatione suscepit? Atq; utinã possim ita accẽdere omnem animã auditorũ, ut quicunq; sibi cõscius est, nõ ferẽs nostri sermonis incendiũ, sed omnibus intra se uiscerib̃ inflãmatus, uelocius cõsumeret latentes intrinsecus uitiorũ sordes: ut posteaq; interemisset omne quicquid carnis & materiæ crassioris propriũ est
Matt. 5 & amicũ, tunc iã ignis iste fieret in eo lux & lucerna ardẽs: quæ nõ sub modio, sed super candelabrũ poni deberet, ut illuminaret omnes qui in domo sunt. Si ergo accẽdit te ser-
2 Cor. 2 mo auditus, & intellexisti quid dixit apostolus: Et quis est qui me lætificet, nisi qui cõtristatur ex me? Quoniã uerba ipsius erãt ignis, & lętabat̃ apostolus sicubi uidebat aliquẽ audito sermone suo contristatũ & compunctũ ex his quę audierat, quodam conscięntiæ suæ ignę succẽsum ex recordatione delicti, ꝓpterea dicebat: Et quis est qui me lętificet, nisi qui contristat̃ ex me? Ita ergo & nos satis agamus ut in meditationib. nostris accendatur ignis, qui nos primo exurat, & recordatione & cõscientia peccatorũ, postea uerò expurgatos iã uitijs illuminet & illustret. Locutus sum, inqt, in lingua mea. Quid locutus sit in lingua sua, cõsideremus. Videt̃ ẽm mihi per hæc mysticũ aliquid indicare. Ait ergo: Notũ fac mihi dñe finẽ meũ, & numerum dierum meorũ qui est, ut sciã quid desit mihi. Si, inquit, notũ feceris finem meũ mihi, & quãtus sit numerus dierum meorũ notũ feceris mihi, potero per hæc etiã illud agnoscere, quid desit mihi. Aut forte per hæc etiã illud uidebit̃ indicari, quia sicut omnis artis est aliquis finis, uerbi gratia, structiõis finis, domũ facere, naupagij, nauẽ cõstruere quæ possit fluctus maris superare, & ferre impetus uentorũ, & uniuscuiusq; artis est aliquis talis finis, propter quẽ ars ipsa uidetur reperta: ita fortassis est uitæ nostræ uel totius mũdi finis quidã, propter quem gerunt̃ omnia quæ geruntur in uita nostra, uel propter quẽ mũdus ipse uel institutus est uel cõstat. Cu-
1 Cor. 15 ius finis etiã apostolus meminit dicens: Deinde finis cum tradiderit regnũ deo & patri. Ad quem finẽ utiq; festinandũ est, ut sit operæprecium hoc ipsum quod à deo creati sumus. Et rursus, sicut corporis nostri cõpago parua quædam & exigua ab initio natiuitatis, cõfestim tamen urget, et tendit ad finem quendã proceritatis suæ per ętatis augmenta, & iterũ, sicut anima nostra secundũ hoc quod in corpore hoc degit, festinat primo loquelam recipere balbutientẽ, secundo deinde clariorẽ, tum demũ ad disputationẽ perfectam atq; integram peruenire: hoc modo etiã omnis uita nostra imbuitur quidẽ nunc uelut balbutiẽs inter homines in terris: cõsummatur uerò, & ad summũ peruenit in cœlestib̃ apud deũ. Cupit ergo Propheta ista de causa agnoscere finẽ suũ propter quem factus est, ut intuens finẽ, & dies suos perspiciens & cõsiderãs perfectionẽ, uideat quantum sibi deest ad illum finem quò tendit, Verbi gratia, ut si ponamus aliquẽ artificio traditum, & hunc dicere ad magistrũ suũ, uolo scire quæ sit artis huius perfectio, & nosse qui sit faber perfectus uel structor: & cũ hoc didicerit, requirat quãtum sibi deest ab illa perfectione, uel quantũ profecerit in artis disciplina, ut cũ utrũq; cognouerit, sciat quid habeat, & quid perfectioni desit agnoscat: ita etiã & nũc propheta orat à deo discere ut innotescat sibi finis, & numerus dierũ suorũ qui sit. In quo nõ est putandũ quod de corporali tẽpore & annis huius uitæ loquatur, sed omnem numerũ dierũ scire uult qui fue-
Psal. 119 rit in prima uita, qui fuerit in secũdo incolatu, qui in tertio. Multum enim, inquit, incola fuit anima mea. Velut si dicerent illi qui exierunt ex Ægypto: Notum fac mihi domine finem meũ, quæ est terra bona, & terra sancta, & numerũ dierũ meorũ in quibus ambulo, ut sciam quid desit mihi, quantum restat usquequo perueniam ad terram sanctam repromissionis: ita & hic uult nosse numerũ dierũ in quibus iter agit. Habemus enim dies quosdam quidem in hoc mũdo, quosdam autem & extra hunc mundũ. Alium enim facit diem solis iste cursus nostri huius cœli spatijs terminatus, aliũ habet diẽ ille qui ad secundi cœli peruenire meretur ascensum. Multo enim clariorẽ diẽ ducit ille qui usq; ad tertiũ cœlũ uel rapi uel peruenire potuerit, ubi non solum ineffabile lumẽ inueniet, uerumeti-

rumetiam uerba quæ homini loqui nõ liceat, audiet. Noui & alios dies, quorũ numerũ fortassis propheta merito requirit. Nã sicut in hoc cœlo sol exortus, & uniuersum mundum illustrans diẽ facit: ita & in corde iusti, ꝺd pro cõstantia & firmitate fidei firmamẽtum merito appellat̃, si exoriat̃ sol iustitiæ Iesus Christus dñs noster, & illuminet eum lumine scientię & ueritatis, diem facit in corde eius: & quanto frequentius exoritur & illuminat, tanto maiorem sibi talium dierum numerum computabit. Digne ergo conscius sibi propheta de huiuscemodi illuminatione dicit: Notum fac mihi domine finẽ meum, & numerũ dierũ meorũ quis est, ut sciam quid desit mihi. Et addit: Ecce ueteres posuisti dies meos. In greco scribitur παλαιους, quod significat mensurã quatuor digitorũ. Volẽs ergo docere nos qui iam in hac uita breues & perpaucos ducimus dies, dixit hũc uersiculũ de quo suprà diximus. Ex quo intelligitur quia possit & alius dicere, ꝙa dies meos posuisti unum digitũ, uelut cõsequẽs de temporis breuitate, & alius duos digitos uel tres. Quæro aũt si potest aliquis hominũ dicere quia dies mei decem digiti sunt, aut uiginti, aut etiã amplius. Et quia loca difficilia incurrimus, uelim requirere sicubi in scripturis tale aliquid inuenimus, ex quo possit aperiri planius id quod uidetur obscurũ. In Esaia scriptũ recordor: Quis metitus est (inquit) manu aquam, & cœlũ palmo, & omnẽ terram pugillo? Ex quibus consideret quisquis ille est prudentior auditorũ per singula loca differentias mensurarum, quõ eorum quidem qui cœlũ merentur appellari, pars uitæ quæ cœlestis est, palmo dei metiri dicitur, quicunq; ille est dei palmus: & eorum quorum uita adhuc terrena est, pugillo dei uita metitur. Sed pugilli diuini differentiã nũc requirere, & nostrũ sermonẽ & auditum uestrũ fortassis excedat. Verũtamen sicut ibi manu aquam metitus est, palmo cœlũ, & omnẽ terrã pugillo, & appẽdit mõtes in statera, & colles in iugo: ita etiã hic secundũ eandẽ consequentiã mensura ista intelligenda est, quoniam nihil deo sine mensura est, nihil sine pondere, sed oĩa ei in numero constant & mẽsura. Ita quoq; prophetę uita & numerata et dimetita deo est, dũ prouidentię eius rationibus regitur. Addit etiã in sequentibus & dicit: Substantia mea tanq; nihilum ante te est. Nisi addidisset ante te, ualde cõtristabar, pro eo quod humanã substantiã nihil esse dixisset. Nunc uerò quia dixit ante te, uelut diceret ad cõparationẽ quidẽ uel angelorum uel reliquarũ creaturarũ non est abiecta, nec minima substantia mea. Denicq; & si bene egerimus, & mandata domini seruauerimus, ad consortiũ inuitamur angelicum. Erũt (inquit) sicut angeli dei in cœlo. Ad cõparationẽ dei uerò etiã si Petrus sim, aduersus quẽ portæ inferi nõ præualebũt, substãtia mea ante eum nihil est. Et satis proprio uocabulo naturæ usus est. Nihil em̃ est oĩe, quãuis magnũ sit, quicquid ex nihilo est, solus em̃ est ille qui est, & qui semper est. Nostra aũt substãtia tanq; nihil est ante eum: quippe quia ab eo ex nihilo procreata est. In sequentibus uerò uelut explanans hoc ipsum qꝺ dixit, quia substãtia mea tanq; nihilũ ante te est, addit & dicit: Verũtamen uniuersa uanitas omnis homo uiuens. Quõ accipis uiuens? siquidẽ ueram uitam uanitatẽ putamus, utquid laboramus? Sed uide ne forte hoc quod dicit omnis uiuens, de hac præsenti uita accipiendum sit, sicut scriptũ est, & testimonijs cõprobabimus. Omnia enim quę in hac uita sunt apud homines, uana sunt, etiã si Moses in hac uita sit, & ipse enim ex parte cognoscit, & ex parte prophetat, & per speculum & in ænigmate uidet, & umbrã scit, ac figuras docetur, & ueritatẽ nõdum uidet, & ideo est quidem uiuens, sed uanitas est uita eius. Et uis uidere quia uanitas est? Cum uenerit quod perfectũ est, destruent̃ ista quæ ex parte sunt. Oĩe autem quod destruitur uanitas est. Et si quicquid ex parte est destruitur, si prophetæ ex parte cognoscunt, recte etiam ipsorũ uita uanitas appellatur. Destruuntur aũt inferiora, cũ uenerint ea quæ meliora sunt & perfecta, & per hoc uana esse arguuntur, per quod tanq; ex parte & imperfecta destruuntur. Vniuersa ergo uanitas, omnis homo uiuens. Quia aũt de hac uita accipiat̃ ista sentẽtia, audi Ecclesiasten protestãtem & dicentẽ: Laudaui omnes qui mortui sunt, super omnes qui uiuunt, quicunq; ipsi uiuũt usq; modo, & bonus super istos duos qui nondũ natus est. Laudat ergo mortuos plusquam uiuos, quia illi hoc saltem lucri habẽt, quod de uinculis huius corporis liberati sunt, nec ultra carne ac pellibus induti sunt, nec ossib. ac neruis inserti sunt, nec ultra subiacẽt necessitati corporis. Si ergo intellexisti quale sit uiuere in carne, etiã si Moyses sit quis, uel quisquis ille est, molesta ei est ista uita. Nõ em̃ à corruptione resoluitur, quæ

Esa. 40

Matt. 22

1 Cor. 13

Eccles. 6

mortali corpore terrenoq; circundat. Vide ergo qa uniuersa uanitas est om̃is homo uiuens. Contẽnamus uanã istam uitã, & festinemus ad sanctã uitam, & beatã ac ueram, & in illam animo & mẽte tendamus om̃i uanitate discussa. Nec dicamus dulcẽ istã lucem, qua nũc utimur. Hoc em̃ illi dicunt, qui dulcedinẽ uerę lucis ignorãt, sed ne auspicia quidem ueri luminis ulla senserũt, nec sciunt angelicã uitã sperandã esse animę, quum ex uanitate uitæ huius euaserint. Vnde & nos qui hæc credimus, iã mẽte & fide trãsferamur ad cœlũ, & in terris ambulantes cõuersationẽ habeamus in cœlis, ut ibi sit thesaurus noster ubi est & cor nostrũ, & ut regnũ cœleste cõsequi mereamur, per Iesum Christũ dominum nostrum, cui est gloria, & potestas & imperium in secula seculorum. Amen.

Homilia secunda super, Dixi custodiam uias meas, ab illa parte
Verumtamen in imagine pertransit homo.

QVANQVAM in imagine ambulet homo. Imago necessario alicuius est imago. Nam & scriptura sancta cum imaginem nominat, interdũ quidẽ definit, & dicit cuius sit imago, interdum autẽ absq; ulla definitione ponit imaginẽ. Deniq; de saluatore cum dicit qui est imago, nõ siluit cuius imago esset, sed addidit dicens: Qui est imago dei inuisibilis primogenitus om̃is creaturę. Et rursum cũ docet nos de diuersis imaginibus, & quia singuli quiq; aliquã imaginẽ portẽt, dicit: Sicut portauimus imaginẽ terreni, ita portemus imaginẽ cœlestis. Cũ adiectione, uel terreni, uel cœlestis imaginem nominauit. Alibi autẽ absq; ulla definitione dicit, sicut & hoc loco ait: Quanq̃ in imagine ambulet homo. Sed in imagine cuius? Dei, an imagine terreni, an imagine cœlestis? Quõ sciã in hoc quid est quod docere nos uult scriptura diuina, quæ absq; ulla adiectione ait: Quanq̃ in imagine (nescio cuius) ambulet homo? Et si quidẽ de iustis solis diceret, sine dubio dixisset, quãquam in imagine cœlestis ambulet homo. Aut si de peccatoribus tantum diceret, dixisset certe, in imagine terreni ambulet homo. Verũ qm̃ generaliter de uniuersis mortalibus pronunciat, quorũ alij imaginẽ cœlestis portãt, quicunq; secundũ legẽ dei uiuunt, alij terreni imaginẽ portant, qui carnaliter uiuunt: ꝓpterea necessario reticuit specialẽ imaginis designationẽ, & generalẽ sententiã de omnibus hominibus protulit, quia om̃is homo in imagine ambulet. Tuũ est iã discutere, & exquirere ex uniuscuiusq; fide & operibus, ex cõuersatiõe & actibus, ex cogitationib. & uerbis, & cõsiderare utrũ in imagine cœlestis ambulet, an in imagine terreni. Si misericors es sicut pater tuus cœlestis misericors est, sine dubio in te patris cœlestis imago est. Si nõ solũ amicis tuis benefacis, sed etiã inimicis reddis bona ꝓ malis, sicut pa
1 Cor. 11 ter cœlestis solẽ suũ oriri facit sup̃ bonos & malos, & pluit sup̃ iustos & iniustos, imago in te cœlestis est. Et si sic in om̃ibus perfect⁹ es, sicut pater tuus cœlestis ꝑfectus est, imago in te cœlestis est. Et rursum si nõ es imitator Christi nec apostoli Pauli, q dicit: Imitatores mei estote sicut ego Christi, sed imitator es operũ diaboli qui homicida fuit ab initio: & si terrena sapias, & terrena loquaris, et thesaurus tuus et cor tuũ in terra sit, terreni imaginẽ portas. Verũ quia in his locis inuenti sumus, in quibus de imagine sermo commotus est, necessarium uidetur etiam psalmi illius uersiculum in mediũ producere, in q̃ de peccatoribus scriptum est: Domine in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges. Constat ergo quia peccatorũ imaginẽ in ciuitate sua deus ad nihilum redigit: iustorum aũt imaginẽ sine dubio tuetur & seruat. Hęc est ergo imago terreni, id est peccatorum, quã ad nihilũ rediget deus in ciuitate sua: id est, si quis exierit de hoc mũdo, & tulerit secũ imaginẽ terreni, ꝓpter huiuscemodi imaginẽ in ciuitate illa dei ad nihilũ redigetur, nec cõsequet̃ partẽ inter ciues cœlestis illius ciuitatis, q cœlestis imaginis nõ reportat insignia. Sed & aliud sacramentũ mihi uidet̃ cõtinere iste uersiculus, quòd huius quidẽ mundi uita & conuersatio imaginaria quædã sit & imago, futura aũt non sit imaginaria, sed uera: & hoc est qd̃ dicit̃, quia imaginem habet unusquisq; uirtutis, nõ tamẽ proprie & syncere uiuit in ipsa uirtute. Tale autem quod dicimus: Sapientia & scientia pars est magna uirtutum: sed in præsenti uita si quis putat se cognouisse nondum cognouit sicut oportet scire, qui enim cognoscit, in ænigmate cognoscit. Ergo in imagine scientiæ ambulamus & nõ in ipsa sciẽtia, per quã facie ad faciem cognoscitur. Ita nihilominus & in ipsa sapiẽtiæ imagine, & nondũ in ipsa sapientia ambulamus, quia nondum

reuelata

reuelata facie gloriã domini ſpeculamur. Eadẽ audeo de iuſtitia dei dicere, quod in imagine iuſtitiæ ambulamus, & nondum in illa iuſtitia quæ eſt facie ad faciem incedimus. Neq; enim capere poterit humana natura pellibus & carne ueſtita, oſſibus & neruis inſerta, nudam ipſam iuſtitiæ ſynceramq; ueritatem, ferre & tolerare ſecundũ naturæ ſuæ potentiam ac uirtutẽ. Siquidẽ ipſe Chriſtus eſt natura uirtutum: ipſe enim iuſtitia, quæ humano generi non in plenitudinẽ ſplendoris aduenit, quia Ieſus Chriſtus ſeipſum exinaniuit forma dei ut formam ſerui acciperet. Et ſi quidem de ſolis Iudæis ſermo ſcriptura loqueretur, dixiſſet forſitan, quanquam in umbra ambulet homo: ſed quia ut arbitror de melioribus ſermo fit q; erant illi qui ſecundum umbrã legis uiuebant, propterea ſcriptũ eſt, quanq; in imagine ambulet homo. Quod clarius ad intellectũ ueniet ex ſermonibus apoſtoli Pauli, qui tres quaſdã ſpecies proprietatis deſignat in lege, umbrã dicẽs & imaginem & ueritatem. Ait nanq;: Vmbram enim habens lex bonorum futurorum, *Heb.10* non ipſam imaginem rerum, per ſingulos annos ijſdem ipſis hoſtijs quas offerũt indeſinenter nunq; poteſt accedẽtes facere perfectos. Ergo lex umbrã habet futurorũ bonorum non ipſam imaginem rerum, oſtendens ſine dubio aliã eſſe imaginem rerum quàm illam quæ legis umbra deſignatur. Et ſi quis poteſt deſcribere obſeruantiã illam Iudaici cultus, cõſideret templũ illud non habuiſſe imaginem rerũ, ſed umbram: uideat quoq; altare umbram eſſe, uideat & hircos & uitulos qui adducunt ad uictimã umbram eſſe illa omnia, ſecũdũ illud quod ſcriptum eſt: Vmbra enim eſt uita noſtra ſuper terram. Si quis uerò tranſire potuerit ab hac umbra, ueniat ad imaginẽ rerum, & uideat aduẽtum Chriſti in carne factum, uideat eum põtificem, offerentem quidem & nunc patri hoſtias, & poſtmodum oblaturũ: & intelligat hæc omnia imagines eſſe ſpiritalium rerum, & corporalibus officijs cœleſtia deſignari. Imago ergo dicit hoc quod recipit ad pręſens, & intueri poteſt humana natura. Si potes mente & animo penetrare cœlos, & ſequi Ieſum qui penetrauit cœlos, & adſiſtit nũc uultui dei ,p nobis, ibi inuenies illa bona quorum umbram habuit lex, & imaginẽ Chriſtus oſtendit in carne, quæ præparata ſunt beatis, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit. Quæ quũ uideris intelliges quia qui in ipſis ambulat, & in illorũ deſiderio & cupiditate perdurat, iſte nõ in imagine, ſed in ipſa iam ambulat ueritate. Veruntamẽ in imagine ambulat homo. Repetamus ergo ſermonem illum quem dixit Apoſtolus, in quo generales duas imagines deſignauit, unam quidem terrenam, aliam uerò cœleſtem, & comparemus ad hoc, quanquam in imagine ambulat homo: & hoc quod generaliter dictũ eſt, in multas ſpecies diuidamus, ut cum diuiditur ſermo per ſingula, atq; diſcutitur, clareſcat quod intrinſecus latet. Hoc eſt autem quod dicimus: Omnis poteſtas inimica, & unaquęq; uirtus diuina quæ auxilium præſtat his qui ſalutẽ conſequi cupiunt: ſingulæ harũ imagines quaſdam exprimũt in anima eorum qui ſe ad receptaculum earum diuerſis ſtudijs exhibẽt, Verbi gratia ſicut ſuperius diximus, oẽs quidẽ homines, aut cœleſtis, aut terreni imaginem portamus, ſed & in his ipſis multa diuerſitas. Vtputa omnis peccator portat imaginem terreni, ſed non omnis ſimiliter. Non æque imaginem terreni portat homicida & mendax, aut adulter & conuitioſus, aut puerorum corruptor & fur, quamuis omnes iſti terreni imaginẽ portent, ſed multa eſt inter ipſos differentia pro diuerſitate peccati. Secundum has ergo diuerſitates imaginis terreni, cõtemplare etiam diuerſitatẽ imaginis cœleſtis, & intuere Paulum portantem imaginem cœleſtis, & Timotheũ. Et quid? putamus quia ſimiliter ut in Paulo, ita & in Timotheo erat imago cœleſtis? Nihil amplius, nihil pręclarius habebat imago Pauli præter imaginẽ Timothei? Ego arbitror qa ſecũdum hoc quod pręcedebat uitę merito, uerbi potẽtia, magnanimitate propoſiti Paulus Timotheum, ita & in illo maior ac ſplẽdidior refulgebat imago cœleſtis, qualẽ in illo faciebat imaginẽ Chriſtus, cum in eo loqueretur: & aliam & longe (ut ego arbitror) inferiorẽ in illo faciebat imaginẽ qui dicebat: Et dixit angelus qui loquebatur in me, & ſic *Zach.1* per ſingula etiã apud teipſum requirẽs, diuerſitatẽ inuenies imaginis ſiue terrenę in peccatoribus, ſiue cœleſtis in ſanctis. Omne ergo quod agit à nobis per ſingulas horas uel momẽta, imaginẽ aliquã deformat: & ideo per ſingula ſcrutari debemus actus noſtros, & noſmetipſos probare in illo opere, & in illo ſermone, utrũ cœleſtis an terrena imago in anima noſtra depingit. Sed & illud admonere uos inutile nõ uidebit, quod multi in

1 Cor.15

hoc mun-

hoc mundo propter imagines malorũ regum imò potius tyrannorũ perierunt, pro hoc tantũmodo quod tyrãnicę apud eos imagines deprehẽsę sunt, et hoc solũ eis sufficit ad crimen. Perscrutetur ergo nunc se unusquisq; uestrũ, & cordis sui arcana recenseat, ac diligenter inquirat quas ibi imagines gerat. Si inuẽtus fueris habere ibi formas diaboli, et imaginẽ Satanæ, quod tibi erit uitæ refugiũ? quis miserebitur tui, cum de intimo cõclaui cordis tui tyrannica imago proferet? Sin aũt uis ut per species tibi huiusmodi imagines designẽ, audi. Ira, imago tyrannica est, auaritia, dolus, superbia, tumor, gloriæ seculares, inuidiæ, ebrietates, comessatiões, & his similia. Quas si nõ citius abieceris de domo tua, si nõ detraxeris & abraseris à sensib. tuis omnẽ fucũ pessimę huius picturę, & omne figmentũ uenenati coloris absterseris, ipsæ te imagines perire faciẽt. Hęc de eo qđ scriptum est: In imagine ambulat homo. Sequitur: Thesaurizat & ignorat cui cõgreget ea. Oportebat eñ requiri quæ sunt quæ thesaurizantẽ & ignorantur cui congregentur, & quæ sunt quę congregantur & nõ ignorantur cui permanent. Sequitur: Et nunc quę est expectatio mea? nónne dñs? Sicut sapiẽtia nostra Christus est, & iustitia Christus est, se
1 Cor. 1 cundũ quod scriptũ est: Qui factus est sapiẽtia nobis à deo, & iustitia & sanctificatio &
Hier. 9 redẽptio: ita & expectatio, id est patiẽtia nostra Christus est. Propterea non glorietur sapiens in sapientia, nec fortis in fortitudine sua, quia omnia habemus in Christo. Et nunc ergo quę est expectatio id est patiẽtia mea? Dominus. Et substãtia mea à te est. Si habeo substantiã diuitiarũ spiritaliũ, à deo est. Insufflauit eñ deus in faciẽ hominis spiritum uitæ, & factus est homo in animam uiuam. Ab omnibus iniquitatibus meis eripe me. Necessario addidit ab omnibus, q̃ scilicet nulla nos teneat & cõstringat iniquitas. Sed quo modo deus ab iniquitatibus eripiat, consideremus. Si pœnitẽtes pro malis gestis cõuertamur ad deum, suscipiens à nobis deus conuersionem nostram, absolutionẽ iniquitatũ donat secundum mensuram cõuersionis. Cui enim plus remittitur, plus diligit: & propterea dicitur quia mulieri illi multa remissa sunt, quia dilexit multũ. Pro mensura ergo pœnitẽtiæ, remissionis quãtitas moderatur: ne nosmetipsos seducamus, putãtes nullis hæc regulis, nullis dispensari iudicijs. Puto eñ quod qui omnes iustitias impleuerit, ille omnes abluat iniquitates: qui uerò paucas, uel partẽ aliquam iustitiæ operatus est, partẽ aliquam iniquitatũ resoluat: qui uerò perfectã pro omnibus malis et integram pœnitentiã gesserit, ita ut purum cor iam offerat deo, iste simul omnẽ labẽ diluit peccatorũ: si uerò ex parte pœnituit, & ex parte iam meruit absolutionẽ. Hęc ergo sciẽs propheta, & quia quosdã quidẽ eripit deus ab omnibus iniquitatibus suis, quosdam ab aliquibus iniquitatibus liberat, puto quod propterea cõfidẽs egisse se ea quibus dignũ esset eũ ab omnibus iniquitatib. eripi, dicit audacter ad dominũ: Ab omnib. iniquitatib. meis eripe me. Opprobriũ insipiẽti dedisti me. Donec habemus peccata necesse est nos exprobrari ab insipiente, & accusatore nostro diabolo: & si inueniantur peccata nostra non essę deleta, sed scripta in nobis stylo diaboli, per hæc ipsa quę gessimus exprobrabit nos inimicus. Sicut eñ bona quęq; scripta dicuntur nõ atramento, sed spiritu dei uiui, ita mala quæq; cõscribuntur atramẽto & calamo diaboli. Propter quod dñs & saluator noster deleuit chirographũ peccatorũ nostrorũ, quod erat aduersum nos diabolo adstipulãte cõscriptũ,
Esa. 44 sicut & ante prædixerat per prophetã dicentẽ: Ecce deleo sicut nubẽ iniquitates tuas, & sicut nebulã peccata tua, & ultra nõ ero memor. Vt ergo nõ exprobremur ab insipiente, cõuertamus nos ab omnibus iniquitatibus nostris, ne deprehẽdens in nobis maculas peccatorũ, id est suę uolũtatis insignia, exprobret, & dicat: Ecce hic Christianus dicebat, & signo Christi signabat in fronte, meas aũt uolũtates & mea chirographa gerebat in corde. Ecce iste qui mihi & operib. meis renũciauit in baptismo, meis rursum operibus se inseruit, meisq; legibus paruit. Liberati ergo ab omnibus iniquitatibus, studeamus ne in die iudicij huiuscemodi opprobrijs insipiẽtis diaboli succũbamus. Obmutui et nõ aperui os meum, quia tu es qui fecisti. Iam & hoc superius exposuimus, cũ tractaremus illũ uersiculũ qui ait: Dum consistit peccator aduersum me, obmutui & humiliatus sum & silui à bonis. Bonum est enim eo tẽpore cum aduersum nos, uel derogationũ, uel cõuitiorum, uel probrorum tela iaciunt, nos huius uersiculi meminisse, qui ait: Obmutui, & non aperui os meũ, quia tu es qui fecisti. Hoc sanè requirendũ uidetur, quid est quod dixit: Tu es qui fecisti, nec tamẽ adiunxit quid fecerit. Sed ordo ipse nos docet, quoniã

quidem

quidē uelut agonē quendā inter nos, & consistentē aduersum nos peccatorē describit: & quia hoc ipsum indicet fecisse deū, id est quòd exercitij nostri causa & ꝓfectus deus fecerit ista certamina. Ideo ergo memor ero, quia tu fecisti agones istos, & tu nobis hęc exercitia patiētiæ præparasti. Cū em̄ ad iracundiā prouocaret, cum conuitijs lacesseret, ne patiētiæ lineas excederē, & uerbū aliqd̄ quod tibi nō placeat proferrē de labrijs meis, obmutui, & nō aperui os meū. Si uerò amplius aliquid secundū Pauli statuta ualuero profligare, non solū obmutescā, & nō aperiā os meum, sed & cū maledicor, benedicam & blasphematus deprecabor. Amoue à me plagas tuas, à fortitudine manus tuę ego defeci. Quod latini interpretes plagas dixerūt, in gręcis codicibus flagella scriptū est, ut sit amoue à me flagella tua. Quod uidet utiq; dicere positus quasi in correptiōe flagellorū cum sicut homo pro peccatis corripit, uel flagellat ut emendetur. Sicut & illud à quam plurimis intelligit quod scriptū est: Fili noli tædiare à disciplina dei, neq; deficias cū ab eo increparis. Quē enim diligit deus, corripit, flagellat aūt omnē filium quem recipit. Si quando ergo quis huiuscemodi correptionibus increpatur, cōpetēter dicere uidet: Amoue à me flagella tua. A fortitudine manus tuæ ego defeci. Sed illud cōpetenter uidet aptari qd̄ scriptū est: In increpationib. propter iniquitatē corripuisti uel erudisti hominē. Sed noui ego & alia flagella quibus uehemētius cruciamur, illa scilicet quę per prophetā describit sapientia (Prophetā etem̄ eū dico) Quis dabit in cogitatu meo flagella, & in corde meo correptionē sapiētię, ut ignorationib. meis quę feci nō parcatur, & peccata mea nō prætereant? Vides quō orat flagellari cor suū ꝓ peccatis suis, & uerberari cogitatiōes suas? Si quādo ergo uides temetipsum post peccatū affligi & cruciari in corde, & à propriis cogitationibus accusari: si quādo notari te uides à cōscientia tua, et eius uerberibus flagellari, spē tibi emendationis ac salutis præsume. Vicinior nanq; tibi conuersionis est uia, q̄ illis qui nec peccasse se quidē sentiūt, nec in delictis suis cōtristātur, nec flagella conscientiæ patiuntur. Tu ergo si uideris te flagellari & cruciari in cogitationibus tuis, & spē salutis de proximo attendens, dicito de his qui peccauerūt quidē similiter, tamē similiter nō pœnitent pro delictis: Quia in laboribus hominū non sunt, et cū hominibus nō flagellabūtur, propterea tenuit eos superbia. Tu ergo si cruciaris & affligeris in corde tuo, dic ad dominum: Multa quidē flagella peccatorū, sed sperātes in domino misericordia circundabit. Ostēdimus igitur dupliciter hominibus flagella præparari: siue sensibiliter extrinsecus, quum uel lāguoribus, uel damnis, uel diuersis afflictionum generibus flagellamur: siue etiā quum ex recordatione delicti perurgentis conscientiæ stimulis terebramur in corde. Ad utrunq; ergo conuenit dici, amoue à me plagas tuas. Sed fortasse aliquis dicit, esto quia pro his cruciatibus qui extrinsecus inferuntur commoda huiuscemodi uideatur oratio, quæ cessare supplicat cruciatus, nūquid & cordis stimulum ac mentis respectū uidebitur inhibere? Mensura in omnibus quærit, multo magis in flagellis mēsura percōmoda est, si em̄ fuerint ultra mensuram, nocebūt tibi etiam ipsa quæ bona sunt, & quid de flagellis dicam? Mel (inquit Salomon) inueniens manduca quantum sufficit, ne forte satiatus euomas. Quod si in melle mēsura utilis est, quanto rectius requiretur & seruabitur in flagellis? Propter quod & apostolus uerens nimia flagella cordis eius qui deliquerat, & nimiū tristabat, dicebat: Ne forte maiore tristitia absorbeatur qui huiusmodi est. In increpationibus pro iniquitate erudisti hominē, & tabescere fecisti sicut araneā animā eius. Anima quæ peccat crassior efficitur. Talis nanq; est natura peccati, propter quod scriptū est: Incrassatū est cor populi huius. Sicut aūt peccatū incrassescere facit, ita econtrario uirtus subtilem animā reddit, & ut extorqueā quodāmodo uocabuli nouitatē, omne quod in ea corporeū est, abstergit & perimit, & purius eam incorpoream reddit. Quod aūt crassescat, & ut ita dicā carnea efficiatur anima peccatoris, indicatur ex eo quod scriptū est: Nō permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. Carnē sine dubio nominat animas crassiores et peccatrices. Si ergo incressescat anima, ut efficiat caro, quid remedij deus pręparet, docet. In increpationibus, inquit, pro iniquitate erudisti hominē, & tabescere fecisti sicut araneā animā eius. Est ergo opus dei ut tabescere faciat, et cōsumat omne quicquid est crassioris materiæ q̄ circundat anima, ut extenuet & elimet prudentiā carnis, & ita demū animā ad subtilem rerum cœlestiū & inuisibilium reuocet intellectū. Talia quædā inuenimus

Heb.12

Psal.72

Prou.25

Gen.6

sub

Ezech.11 ſub ſacramento non minimo apud Ezechielem prophetam deſignari, cũ in lebetẽ, uel cacabum carnes immitti dicunt & decoqui, & dicit quia coctæ ſunt & detabuerũt, uel decoctę ſunt carnes & excoctũ eſt ius. Scripta ſunt hęc ĩſdẽ ipſis ſermõibus, pro eo ꝙ lebetes uel cacabi nos ſuſcipiẽt flãmis ſuccẽſi, in quos iniiciemur nos ꝙ animas noſtras incarnauimus uel incraſſauimus, ſi nõ prius dũ in hoc mundo ſumus, peruenerimus per pœnitentiã ut tabeſcãt carnes noſtrę, & craſſitudo animę noſtræ ad ſubtilitatẽ deducat araneę. Si hinc adhuc carnes fuerimus egreſſi, mittemur in illos cacabos ꝙ ſuccendunt lignis, uel fœno, uel ſtipula, id eſt operib. noſtris quę ſuperpoſuerimus fundamẽto Chri
Hier.1 ſti. Tale eſt illud (ut opinor) quod Hieremias dicit: Vidi (inquit) lebetem uel cacabũ ardentem, & facies eius à facie aquilonis. Vel iterum cum uirgam uidit nuceam. Requiramus ergo de iſta ſententia, quod propterea ſimul uirgã oſtẽdit, & cacabum igne ſuccenſum, ut ſi quidẽ diſciplinas accipias per uirgam & emẽderis, cacabo nõ indigeas ſuccenſo: ſi uerò permanes indiſciplinatus, & uirga nõ emẽdaris, id eſt uerbo correptionis uel
1 Cor.4 cõfutatus uel pœnitens, & tali uirga correptus qualẽ dicit Paulus: Quid uultis in uirga ueniã ad uos, aut in charitate ſpiritus & mãſuetudinis? Si ergo tali uirga nõ emẽdaris, in cacabũ mitteris, & cacabus ſuccendẽ. Propterea ergo uidit Hieremias ſimul utrũq;, & uirgã, & cacabum ſuccenſum, ut metuentes utrunq;, alterum uideamus ex altero. Hæc propter hoc quod ſcriptũ eſt: Tabeſcere feciſti ſicut araneã animã eius. Si ergo ſermonẽ ad naturã animalis iſtius retorquemus, ex illa parte qua opus ſubtiliſſimum et quod uix oculus cõprehẽdere poteſt expleat, apta uidebitur expoſitio iſta, quã ſuperius explana
Eſa.59 uimus. Si uerò quis ad illud referat ꝙd Eſaias in libro ſuo ſcribit, ꝙa telã araneę texuerũt aliter accipiendũ eſt: quia omnia quæ texit & agit peccator, tã nihil ſcias eſſe ꝙ ſunt illa quę texit aranea, licet uaria uideant et cõpoſita, licet exquiſita quadã arte digeſta. Quãta texuerũt illi diuites qui ante nos fuerũt, qui diuitias uariis artibus, & callidis adinuentionibus congregabant, qui magiſtratus, qui honores, qui conſulatus diuerſa ambitiõe quærebãt, iſti oẽs telas araneæ texuerunt. Tam enim uana, tam friuola ꝙ eſt araneæ textrina, fuerunt omnia quæ gerebant, & propterea tabefactæ ſunt ſicut araneę animæ eorum. Verumtamen uanitas oẽis homo. Iam hoc in ſuperioribus explanauimus. Exaudi orationẽ meam deus & deprecationẽ meam, aurib. percipe lachrymas meas. Oportet iterũ & cum lachrymis offerre orationẽ deo, & ex intimis penetralibus in precẽ dñi cõmoueri, ut mens credens, de iudicio futuro, recordationẽ delictorum ſuorũ nõ abſq; lachrymis, & lamentatione recenſeat: quum quis reſolutus in lachrymas dicit ad dñm: effundo in cõſpectu tuo oratiõem meam. Auribus ergo percipe lachrymas meas, & ne ſileas, inquit, à me, id eſt me orãte ne ſileas. Sed quid? Adhuc loquente me dic, ecce adſum. Quia incola ego ſum apud te, & peregrinus ſicut omnes patres mei. Quia peregrinus ſum, neceſſario etiam & incola ſum, non enim ſum ſicut tu. Tu enim æternus es ſolus, & nos quantum inuenitur habemus initium. Ego autem ſi dignus efficiar eſſe apud te, incola tamen ſum, & peregrinus apud te: quia & omnes patres mei incolæ fuerunt, & peregrini apud te: & Abraham peregrinus eſt apud te, quia non erat ſemper, ſed tũc eſſe cœpit quando tu uoluiſti, & Iſaac & Iacob & omnes iuſti. Remitte mihi ut refrigerem priuſquàm abeam, & amplius non ero, quoniam incola ſum: donec apud te ſum, tãdiu ſum: ſi autem à te exiero, perdidi etiam hoc ipſum quod ſum, et ero tanquàm qui nõ ſum. Deniq; propterea de peccatoribus dicit: Et erunt tanquam qui non ſunt. Et alibi: Qui uocauit ea quæ non ſunt. Remitte mihi ut refrigerem priuſquàm abeam, & amplius non ero. Sciendum tamen eſt quod in nobis eſt, ſiue ut ſimus, ſiue ut non ſimus. Donec enim adhæremus deo & inhæremus ei qui uere eſt, etiam nos ſumus. Sin autem abſceſſerimus ab eo & non adhæſerimus deo, noſtro uitio in contrarium decidimus. Non ergo per hoc ſubſtantialis animę deſignatur interitus, ſed non eſſe dicitur cum in eo nõ permanet qui uere & ſemper eſt, ex quo ipſe eſt. Propterea ergo & ſermo nos propheti
Ioſ.22 cus adhortatur dicens: Poſt dominum deum noſtrum ibimus, & ipſi adhęrebimus. Sed & nos ipſi dicamus: Adhæſit anima mea poſt te, in Chriſto Ieſu domino noſtro, cui eſt honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Finis Homiliæ ſecundæ in pſalmum Trigeſimum octauum.

EPISTO-

EPISTOLARIS PROLOGVS BEATI HIERONYMI PRESBYteri ad Damasum Papam in expositionem Cantici Epithalamij Canticorũ secundum Origenem, cuius doctrinam & eloquentiam laudibus effert mirum in modum idem Hieronymus.

BEATISSIMO PAPAE DAMASO. HIERONYMVS

ORIGENES cum in cæteris libris omnes uicerit, in Cantico canticorum ipse se uicit. Nam decem uoluminibus explicitis, quę ad uiginti usq; uersuum millia penè perueniunt: primum septuaginta interpretes, deinde Aquilam & Symmachum & Theodotionẽ, & ad extremũ Quintam editionem quam in Actio litore inuenisse se scribit, ita magnifice aperteq; disseruit, ut inde mihi uideatur in eo completum esse quod dicitur: Introduxit me rex in cubiculũ suum. Itaq; illo opere prætermisso, quia ingentis est ocij, laboris & sumptuum, tantas res, tamq; dignum opus in latinum transferre sermonem, hos duos tractatus quos in morem quotidiani eloquij paruulis adhuc lactentibus composuit, fideliter magis quàm ornate interpretatus sum, gustum tibi sensuum eius non cibum offerens. Tu animaduertas quanti sint illa æstimanda quæ magna sunt, cum sic possint placere quæ parua sunt.

ORIGENIS HOMILIAE DVAE IN CANTICVM CANTICORVM, INTERPRETE DIVO HIERONYMO.

QVOMODO didicimus per Mosen quędam esse non solum sancta sed & sancta sanctorum, & alia non tantum sabbata, sed & sabbata sabbatorum: sic nunc docemur scribente Solomone esse quædã nõ solum Cantica, sed & Cantica canticorum. Beatus quidem is qui ingreditur sancta, sed beatior qui ingreditur sancta sanctorũ. Beatus qui sabbata sabbatizat, sed beatior qui sabbatizat sabbatorum sabbata. Beatus similiter & is qui intelligit cantica, & canit ea: nemo quippe nisi in solennitatibus canit: sed multo beatior ille qui canit Cantica canticorũ. Et sicut is qui ingredit in sancta, plurib. adhuc indiget, ut ualeat introire in sancta sanctorum: & qui sabbatum celebrat quod à domino populo constitutum est, multa adhuc necessaria habet ut agat sabbata sabbatorum: eodem modo difficile reperitur, qui omnia quæ in scripturis cõtinentur cantica peragrans, ualeat ascendere ad Cantica cãticorũ. Egredi te oportet ex Aegypto, & egressum de terra Aegypti pertransire mare rubrum, ut possis primum canticũ canere dicẽs: Cantemus domino, gloriose eñ magnificatus est. Licet aũt primũ dixeris cãticum, adhuc longe es à Cantico canticorũ. Perambula terram deserti spiritaliter, donec uenias ad puteum quem foderũt reges, ut ibi secũdum canticum canas: Post hæc ueni ad uicina sanctæ terræ, ut super Iordanis ripam constitutus cantes canticũ Mosi, dicẽs: Attende cœlum & loquar, & audiat terra uerba oris mei. Rursum habes necessariũ ut milites, & terrã sanctã hęreditate possideas, & apis tibi prophetet, & apis te iudicet: Debbora quippe apis interpretat̃: ut possis & illud carmẽ, quod in libro Iudicum cõtinetur, edicere. Ad Regnorum deinceps uolumen ascendẽs ueni ad canticum quando Dauid fugit de manibus omnium inimicorũ suorũ & de manu Saul, & dixit: Dominus firmamentũ meũ & fortitudo mea & refugiũ meum & liberator meus. Perueniẽdum tibi est ad Esaiam, ut cum illo dicas: Cantabo canticũ dilectę uineę meæ. Et cum uniuersa transieris, ad altiora cõscende, ut possis anima decora cum sponso & hoc canere Canticum canticorũ. Sed quot ex personis constet, incertus sum. Orãtibus aũt uobis, & reuelãte domino, quatuor mihi in his uideor inuenisse personas, uirum & sponsam, cum sponsa adolescentulas, cum sponso sodaliũ greges. Alia dicunt̃ à sponsa, alia à sponso, nõnulla à iuuẽculis, quædam à sodalibus sponsi. Cõgruum quippe est ut in nuptijs adolescentularũ sit multitudo cum sponsa, iuuenum turba cũ sponso Hęc oñia noli foris quærere, noli extra eos qui prędicatione euãgelij saluati sunt. Christum

Heb.9 Leuit.25 Exod.15 Deut.32 Iudic.5 2 Reg.22 Esa.5

Eph. 5 ſtum ſponſum intellige: Eccleſiã ſponſam ſine macula & ruga, de qua ſcriptũ eſt: Vt exhiberet ſibi glorioſam eccleſiã nõ habentẽ maculã, neq; rugam, aut aliquid eorũ, ſed ut ſit ſancta & immaculata. Eos uerò qui cũ ſint fideles, nõ ſunt tamẽ iſtiuſmodi quales ſermo præfatus eſt, ſed iuxta modum quendã adepti uidentur ſalutẽ, animaduerte credẽtium animas & adoleſcentulas eſſe cũ ſponſa: angelos uerò & eos qui peruenerunt in uirum perfectũ, intellige uiros eſſe cum ſponſo. Inde igitur mihi uidẽtur quatuor ordines unum & unã, duos choros inter ſe cõcinentes, ſponſam canere cũ iuuẽculis, ſponſum canere cum ſocijs. Et cum hoc intellexeris, audi canticũ canticorũ, & feſtina intelligere illud & cum ſponſa dicere ea quæ ſponſa dicit, ut audias quę audiuit & ſponſa. Si aũt non potueris dicere cum ſponſa quæ dixit, ut audias ea quæ dicta ſunt ſponſæ, feſtina uel cũ ſponſi ſodalibus fieri. Porro ſi & illis inferior es, eſto cum adoleſcẽtulis, quæ in ſpõſæ delicijs commorantur. Hæ quippe in hoc libro, fabula pariter, & epithalamio ſunt perſonæ: ex quo & gentiles ſibi Epithalamiũ uendicarunt, & iſtius generis carmen aſſumptũ eſt. Epithalamium ſiquidẽ canticum canticorũ. Primum ſponſa orat & ſtatim in medijs præcibus auditur: uidet præſentẽ ſpõſum, uidet adoleſcẽtulas ſuo comitatui copulatas. Deinde reſpõdet ei ſponſus: & poſt ſpõſi eloquia, dum ille pro eius patitur ſalute, reſpõdent ſodales, donec ſponſus ſit in recubitu, & à paſſione cõſurgat, ſe quædã ſponſæ ornamenta facturos. Verũ iam ipſa uerba ponenda ſunt, in quibus prius uox ſpõſæ deprecantis auditur.

Cantic. 1 OSCVLETVR me oſculo oris ſui. Quorũ iſte eſt ſenſus: Quouſq; ſponſus meus mittit oſcula per Moſen, mittit oſcula per prophetas? lã ipſius cupio ora cõtingere, ipſe ueniat, ipſe deſcẽdat. Orat igit̃ ſponſi patrẽ, & dicit ad eum: Oſculet̃ me oſculo oris ſui. Et quia talis eſt ut cõpleatur ſuper eam propheticũ illud in quo dicit̃: Adhuc te loquente dicam, ecce adſum: ſponſam ſponſi pater exaudit, mittit filium ſuum. Vidẽs illa eum cuius deprecabatur aduentum, orare deſtitit, & ad eum cõminus loquit̃: Quoniam bona ubera tua ſuper uinũ, & odor unguentorũ tuorũ ſuper omnia aromata. Spõſus igitur Chriſtus miſſus à patre uenit unctus ad ſpõſam, & dicitur ad eum: Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatẽ, propterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis prę participibus tuis. Si me tetigerit ſpõſus, & ego boni odoris ero, & ego liniar unguẽtis, & ad

2 Cor. 2 me uſq; eius unguenta peruenient, ut poſſim cũ apoſtolo dicere: Chriſti bonus odor ſumus in omni loco. Nos aũt cũ hæc audiuimus, adhuc peccatis uitijſq; fœtemus, de quibus propheta pœnitẽs loquitur: Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Peccatũ odoris eſt putidi, uirtus ſpirat unguenta, quorũ typos reperies in

Exod. 30 Exodo. Inuenies quoq; ibi ſtacten, onycha, galbanẽ, & reliqua. Hæc quidẽ ad incẽſum: deinde ad opus unguentarij uaria ſumunt̃ unguẽta, in quibus eſt nardus & ſtacte. Et de

Exod. 31 us qui fecit cœlũ & terrã, loquitur ad Moſen dicens: Ego impleui eos ſpiritu ſapiẽtiæ & intellectus, ut faciãt opera artis unguentarię: & unguẽtarios deus docet. Hæc niſi ſpiritaliter intelligant̃ nónne fabulę ſunt? niſi aliqd habeãt ſecreti, nónne indigna ſunt deo? Neceſſe eſt igitur eũ qui audire ſcripturas ſpiritaliter nouit, aut qui certe nõ nouit, & deſiderat noſſe, omi labore contendere, ut non iuxta carnem & ſanguinẽ conuerſet̃, quo poſſit dignus fieri ſpiritaliũ ſecretorũ, & ut aliquid audentius dicã, ſpiritali cupidine uel amore accẽdatur. Si quidem eſt & ſpiritalis amor: & quomodo eſt quidã carnalis cibus, & alius ſpiritalis: & alia carnis potio, alia ſpiritus: ſic eſt quidã amor carnis à Satana ueniens, alius amor ſpiritus à deo exordium habens: & nemo poteſt duobus amoribꝰ poſſideri. Si carnis amator es, amorem ſpiritus non capis. Si omnia corporalia deſpexiſti, nõ dico carnem aut ſanguinẽ, ſed argentũ & poſſeſſiones, ſed ipſam terram ipſumq; cœlũ, hæc quippe pertranſibunt: ſi iſta omnia contẽpſiſti, & ad nullũ horũ anima tua obligata eſt, neq; quoquã uitiorũ amore retineris, potes amorẽ capere ſpiritalẽ. Ita locuti ſumus quia euenit occaſio, ut de amore ſpiritali aliqua diceremus. Expedit aũt nobis Salomonis cuſtodire pręceptum, & magis illius qui per Salomonẽ loquebat̃ de ſapiẽtia, ita di-

Prou. 4 cens: Ama illã & ſeruabit te: circunda illã, & exaltabit te: honora illã ut te amplectatur. Eſt quidã ſpiritalis amplexus, atq; utinam cõtingat ut meam ſponſam altior ſponſi am-

Cantic. 2 plexus includat, ut ego quoq; poſſim dicere quod in eodẽ libro ſcriptũ eſt: Siniſtra eius ſub capite meo, & dextra illius amplexabitur me. Oſculet̃ me ergo oſculo oris ſui. Mo-

Matt. 6 ris eſt ſcripturarum imperatiuum modum pro optatiuo ponere, ut ibi. Pater noſter qui

es in

es in cœlis, sanctificetur nomen tuũ, pro utinam sanctificetur. & nũc in præsenti: Oscu-
let̃ me osculo oris sui, pro eo q̃d est, utinã osculet̃. Deinde conspicit sponsum. Venit de
libutus unguẽtis: nec aliter ad spõsam poterat uenire, nec decebat aliter patrẽ ad nupti-
as filiũ destinare. Varijs eum unxit unguentis, fecit illũ Christũ: uenit diuersis odoribus
spirans, & audit, quia bona ubera tua super uinum. Cõgrue sermo diuinus unã eandẽq̃
rem pro locorum qualitate diuersis uocabulis nuncupat. Quando hostia offert̃ in lege,
& uult intellectum ostẽdere, pectusculum separationis affatur. Quãdo uerò recũbit ali
quis cum Iesu, & sensuũ eius cõmunione perfruitur, non pectusculũ ut suprà, sed pectus
alloquitur. Porrò cum sponsa loquit̃ ad sponsum, quia nuptiale carmẽ inducit̃, non pe
ctusculum, ut in sacrificio, non pectus, ut in Ioanne discipulo, sed ubera nominat, dicẽs:
Quia bona ubera tua super uinum. Cõmunica ut sponsa cum sensibus spõsi, & scias qa
inebriant atq̃ lętificãt istiusmodi cogitatus. Qũo aũt calix domini inebrians quamopti
mus est, sic ubera sponsi omni meliora sunt uino, quia bona ubera tua super uinũ. In me-
dijs precib. ad sponsum uerba cõuertit. Et odor unguentorũ tuorũ super omnia aroma
ta. Non uno, sed omĩbus spõsus uenit unctus unguẽtis. Si aũt & ad meam animã factam
spõsam suam sponsus uenire dignabitur, q̃ oportet esse formosam, ut illũ de cœlo ad se
trahat, ut descẽdere faciat ad terras, ut ueniat ad amatã? Quali pulchritudine decorãda
est? quali debet amore feruere, ut ea loquat̃ ad illã quæ ad perfectã locutus est spõsam?
Quia ceruix tua, quia oculi tui, quia genæ tuæ, quia manus tuæ, quia uẽter tuus, quia hu
meri tui, quia pedes tui. De quibus si cõcesserit dominus disputabimus, qũo sponsę mẽ
bra uarientur, & singularum partium laus diuersa dicatur, ut post disputationem etiã ad
nostrã dici animã similiter laboremus. Bona igitur ubera tua super uinũ, & odor unguẽ
torum tuorũ super omĩa aromata. Si uideris sponsum, tunc intelliges uerũ esse quod di-
citur: Qm̃ bona ubera tua super uinũ, & odor unguentorũ tuorũ super omĩa aromata.
Multi habuerunt aromata. Regina Austri detulit aromata Solomoni, & plures alij aro 3 Reg. 10
mata possederunt: sed habuerit quis quãtalibet, nõ possunt Christi odoribus cõparari,
de quibus nũc spõsa ait: Odor unguentorũ tuorũ super omĩa aromata. Ego arbitror qa
& Moses habuit aromata & Aaron, & singuli ꝓphetarũ: uerum si uidero Christum, &
suauitatẽ unguentorũ eius odorẽq̃ percepero, statim sententiã profero dicẽs: Odor un Cant. 1
guentorum tuorũ super omĩa aromata. Oleum effusum nomẽ tuum. Propheticũ sacra-
mentum est. Tantũmodo nomẽ Iesu uenit in mundum, & unguentũ prædicat̃ effusum.
In euãgelio quoq̃ mulier accipiẽs alabastrũ unguẽti nardi pistice preciosæ, caput Iesu Marc. 15
pedesq̃ perfudit. Obserua diligẽter quę de duab. super caput effuderit saluatoris. Siqui
dẽ peccatrix super pedes, & ea quę dicit̃ nõ fuisse peccatrix, super caput eius fudisse mõ Luc. 7
stratur. Obserua inquam, & inuenies in euãglica lectione, nõ fabulas & narrationes ab
euãgelistis, sed mysteria esse cõscripta. Impleta est utiq̃ odore unguẽti domus. si qd pec
catrix habuit, ad pedes referendũ est: & si quid ea quæ nõ peccatrix, ad caput. Nec mirũ
domum fuisse odore cõpletam, cum hoc odore mundus cõpletus sit. Scribitur in eodẽ
loco de Simone leproso & domo eius. Ego puto leprosum mũdi istius esse principem,
& hũc leprosum Simonẽ nuncupari, cuius domus ad aduentum Christi suaui odore cõ
pleta sit agente pœnitentiã peccatrice, & sancta caput Iesu unguẽti odoribus perfundẽ
te. Vnguentũ effusum nomẽ tuum. Quomodo unguentum quod effusione sua odorem Cant. 1
lõge lateq̃ dispergit, sic Christi nomẽ effusum est. In uniuersa terra Christus nominatur,
in omni mundo prædicatur dominus. Vnguẽtum em̃ effusum nomen eius. Nunc Mosi
nomen auditur, quod prius Iudæę tantum claudebatur angustijs. neq̃ em̃ Græcorũ quis
piam meminit eius, neq̃ in ulla gentilium literarũ historia de illo ceu cæteris scriptũ ali
quid inuenimus. Statim ut Iesus radiauit in mundo, eduxit secum legẽ & prophetas, &
uere cõpletum est: Vnguentũ effusum nomen tuũ. Propterea iuuenculæ dilexerunt te.
Quia per spiritũ sanctum charitas dei diffusa est in corda nostra, cõgrue nomẽ effusiõis
infertur: Vnguentum effusum nomen tuum. Hæc dicẽs sponsa adolescentulas cõspicit.
Quando illa sponsi patrem rogabat, & ad ipsum sponsum cõminus loquebat̃, nec dum
adolescentulæ aderant: in medijs uerò precibus ingreditur iuuẽcularum chorus, & spõ
sæ laudatur eloquijs. Propterea iuuenculę dilexerunt te, & attraxerunt te. Adolescentu
lę q̃ respondent: Post te in odore unguentorum tuorũ curremus. Quàm pulchrę sponsi

pediſſequæ necdum fiduciã habent ſponſæ. Sponſa nõ poſt tergũ ſequitur, ſed ingredi-
tur iuncta lateri. Apprehẽdit dexterã ſponſi, & manus eius ſponſi dextera continet. Fa-
3 Reg. 11 mulæ uerò ingrediunt poſt eã. Sexaginta ſunt reginæ & octoginta cõcubinæ & iuuen-
culæ quarũ nõ eſt numerus. Vna eſt colũba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ, una eſt
ei quæ cõcepit illam. Poſt te ergo in odore unguentorũ tuorũ curremus. Cũ omi hone-
ſtate deambulantibus dictũ eſt. Poſt te in odore unguẽtorũ tuorũ curremus, ſecundum
1 Cor. 9 illud: Curſum conſummaui. & illud: Qui in ſtadio currunt, oẽs quidẽ currunt, unus aũt
accipit brauium. Brauium Chriſtus eſt. Et hæ quidẽ adoleſcentulæ, quas ꝓpter amoris
Ioan. 3 exordium foris ſtare cognoſcimus, iuxta illud exẽplum: Amicus aũt ſponſi ſtans & au-
diens eum, gaudio gaudet propter uocẽ ſponſi. Tale quiddã & adoleſcentulæ ſuſtinẽt:
introeunte ſponſo forinſecus remanẽt, ſponſa uerò ſpecioſa, perfecta, ſine macula, ſine
ruga, in ſponſi cubiculũ, in regium penetral ingreſſa reuertit ad iuuenculas, & nũciat
Cant. 1 eis quæ ſola conſpexerit, dicitq; Introduxit me rex in cubiculũ ſuũ. Non ait, introduxit
nos plures in cubiculũ ſuum: plures foris remanent, in cubiculũ ſola ingreditur ſpon-
ſa, ut uideat theſauros abſconditos & tenebroſos, renũcietq; iuuenculis. Introduxit me
rex in cubiculũ ſuũ. Rurſus adoleſcentulæ, id eſt ſponſarum incipientiũ turba quamplu
rima, ingreſſa ſponſa cubiculũ ſponſi, & uidente diuitias uiri ſui, dum illius præſtolan-
tur aduentũ, lætæ cõcinunt: Exultabimus, & lætabimur in te. Pro ſpõſæ perfectione læ-
tantur. Non eſt æmulatio in uirtutibus. Amor iſte mundus, amor iſte ſine uitio eſt. Ex-
ultabimus & lætabimur in te. Diligemus ubera tua. Illa quæ maior eſt iam tuorũ uberũ
lacte perfruitur, & loquitur exultans: Bona ubera tua ſuper uinũ. Iſtæ uerò quæ exulta-
tionem & lætitiam deferũt, adoleſcentulæ quippe ſunt, deferũt charitatem & dicũt: Ex
ultabimus & lætabimur in te. Diligemus ubera tua ſuper uinũ. Diligemus inquiũt, non
diligimus. Deinde loquũtur ad ſponſam: Aequitas dilexit te. Laudant ſponſam nomen
illi æquitatis à proprijs uirtutib. imponentes. Aequitas dilexit te. Rurſum ad adoleſcen-
Ibid. tulas ſponſa reſpondet: Nigra ſum, & ſpecioſa filiæ Hieruſalẽ, ut tabernacula Cedar, ut
pelles Solomonis. Ne intueamini me, quia ego ſum denigrata, quoniam deſpexit me
Sol. Speciosa quidem eſt, & poſſumus inuenire quomodo ſpecioſa ſit ſponſa, quærimus
aũt quomodo nigra & ſine candore ſit pulchra. Pœnitentiam egit à peccatis, ſpeciem
ei largita eſt conuerſio, & ideo ſpecioſa cantat. Quia uerò necdũ omniũ peccatorũ ſor
de purgata, necdum lota eſt in ſalute, nigra dicit, ſed in atro colore non permanet. Fit
itaq; candida qñ ad maiora conſurgit, & cũ ab humilib. incipit ad alta conſcendere, di-
citurq; de ea: Quę eſt iſta quæ aſcendit dealbata. Et quò manifeſtius hoc myſteriũ deſcri
bat, non ait ut in pleriſq; codicib, legitur: Innixa ſuper fratruelem ſuũ, id eſt, ἐπισηριζο-
μένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδοῦν αὐτῆς, ſed ἐπὶ τὸ στῆθος αὐτοῦ, id eſt ſuper pectus eius recũbens. Si-
gnificanterq; de anima ſponſæ & ſermone dicit, ſuper pectus illius recũbens, quia prin
cipale ibi cordis eſt noſtri. Vnde à carnalib. recedentes ſpiritalia ſentire debemus, & in
telligere multo melius eſſe ſic amare, q; amare deſiſtere. Aſcendit igitur recũbens ſuper
pectus fratruelis ſui: & quæ nũc in exordio cantici nigra ponit, in Epithalamij fine de
ea cantat: Quæ eſt iſta quæ aſcendit dealbata? Intelleximus quomodo & nigra & for-
moſa ſit ſponſa. Si aũt & tu non egeris pœnitentiam, caue ne anima tua nigra dicat &
turpis, & duplici fœditate turperis: nigra propter peccata præterita, turpis propter hoc
quia in eiſdem uitijs perſeueras. Si uerò pœnitentiam egeris, nigra erit anima tua pro-
pter antiqua delicta, propter pœnitentiam uero habebit aliquid, ut ita dicam: Aethiopi
ci decoris. Et qa ſemel Aethiopem nominaui, uolo teſtem ſcripturã ſuper hũc aduoca-
Num. 12 re ſermonem. Aaron & Maria murmurant qa Moyſes Aethiopiſſam habet uxorem, &
nũc Moſes Aethiopiſſam ducit uxorẽ. Siquidẽ lex eius ad hãc noſtrã Aethiopiſſam trãſ
migrauit, Murmuret Aaron ſacerdotiũ Iudæorũ, murmuret & Maria ſynagoga eorum,
Moyſes de murmuratione non curat, amat Aethiopiſſam ſuã, de qua & alibi dicit per
Matt. 9 prophetam: Ab extremis fluminũ afferent hoſtias. Et rurſum: Aethiopia præueniet ma
nus eius deo. Pulchre præueniet. quomodo enim in euangelio mulier illa quę ſanguine
fluebat, archiſynagogi filiam curatione præuenit, ſic Aethiopia Iſrael ęgrotante ſanata
Rom. 11 eſt. Illorum delicto ſalus gentibus facta eſt ad æmulandũ eos. Nigra ſum, & ſpecioſa fi-
liæ Hieruſalem. Et tu eccleſiaſtica anima ad filias Hieruſalem cõuerte ſermonẽ, & dic:

Me

Me plus amat ſponſus, me magis diligit quàm uos, quæ multæ filiæ Hieruſalem. Vos foris ſtatis, & ſponſam cubiculũ uidetis intrantem. Nemo dubitet nigram uocatã eſſe formoſam. Qui nos ſumus, ut cognoſcamus deum, ut cãtica cantici prædicemus, ut ab Aethiopæ finib. ut ab extremo terræ ueniremus ſapientiã ueri audire Solomonis? Et quãdo Saluatoris uox intonantis audit: Regina Auſtri ueniet in iudiciũ, & cõdemnabit homines generationis huius, quia uenit à finib. terræ audire ſapientiã Solomonis, & ecce plus quàm Solomon hic: audi myſtica quæ dicantur. Regina Auſtri uenit à finib. terræ eccleſia, & condemnat homines generationis huius, id eſt Iudæos carni & ſanguini deditos. Venit à finibus terræ audire ſapientiã Solomonis, nõ illius qui in Teſtamento ueteri prædicatur, ſed huius qui in euangelio Solomone maior eſt. Nigra ſum & ſpecioſa filię Hieruſalẽ, nigra uelut tabernacula Cedar, ſpecioſa ut pelles Solomonis. Ipſa quoque nomina cũ ſponſæ decore cõueniunt. Aiunt Hebræi, Cedar interpretari tenebras. Nigra ſũ ergo ut tabernacula Cedar, ut Aethiopes: ſpecioſa ut pelles Solomonis: quas eo tẽpore in tabernaculi ornamento cõpoſuit, qñ templũ ſummo ſtudio & labore fabricatus eſt. Diues quippe Solomon, & in omni ſapientia illius nemo præceſſit illũ. Nigra ſum & ſpecioſa filiæ Hieruſalẽ, ut tabernacula Cedar, ut pelles Solomonis. Ne intueamini me, quia ego ſum denigrata. Satisfecit de nigrore ſuo, & per pœnitentiã ad meliora cõuerſa annunciat ſe filiabus Iſrael nigrã quidẽ eſſe, ſed pulchrã, ſecundũ quod ſuperius expoſuimus, & dicit: Ne intueamini me, quia ego ſum denigrata. Ne, inquit, admiremini coloris eſſe me tetri, ſol deſpexit me. Pleno qppe radio in me luminis ſui fulgor illuxit, ut eius ſim calore fuſcata. Neq; em̃ ut decuerat, ut ſolis dignitas expetebat, illius in me lumen accepi: delicto eorũ ſalus gentibus facta eſt, & rurſum incredulitate gẽtiũ ſciẽtia Iſrael. Habes utrũq; apud Apoſtolũ. Filij matris meæ pugnauerũt aduerſum me. Conſiderandum quomodo ſponſa dicat, filij matris meæ pugnauerũt aduerſum me: & quando aduerſus eam fratrũ pugna ſurrexit. Vide Paulũ eccleſiæ perſecutorẽ, & intelliges quomodo filius matris eius pugnauerit aduerſum eã. Perſecutores eccleſię egerũt pœnitentiã, & aduerſarij eius rurſum ad ſororis ſigna cõuerſi prędicauerũt fidem quam ante deſtruebant. Hoc prophetico ſpiritu ſponſa nunc cantans, ait: Dimicauerũt in me, poſuerunt me cuſtodem in uineis. Vineam meã non cuſtodiui. Ego eccleſia, ego ſponſa, ego ſine macula, plurimarũ cuſtos ſum poſita uinearum à filijs matris meæ, qui cõtra me aliquãdo pugnauerãt. Qua ſollicitudine curaq; diſtricta, dũ plures cuſtodio uineas, uineam meam non ſeruaui. Intellige hoc de Paulo, & alio quocunq; ſanctorum, qui p omnium ſit ſalute ſollicitus: & uidebis quomodo uineam ſuam non cuſtodiens, aliorũ uineta cuſtodiat: quomodo etiam ut alios lucrifaciat, ipſe in quibuſdã damna ſuſtineat: etenim cũ fuerit liber ex omnibus, ſeipſum ſeruum fecit, ut omnes lucrifaceret: Factus ſum, inquit, infirmus infirmis, ludæis ludæus, his qui ſub lege erant, quaſi ſub lege, & cætera: dicatq;: Vineã meã non cuſtodiui. Deinde conſpicit ſponſum, qui conſpectus abſceſſit. Et frequenter hoc in toto carmine facit: quod niſi quis ipſe patiatur, nõ poteſt intelligere. Sæpe Deus teſtis eſt, ſponſum mihi aduentare conſpexi, & mecum eſſe quam plurimum: quo ſubito recedente, inuenire nõ potui quod quærebam. Rurſus igitur deſidero eius aduetum, & nõnunquam iterum uenit: & cum apparuerit, meisq; manibus fuerit cõprehẽſus, rurſum elabitur: & cum fuerit elapſus, rurſum à me inquiritur, & hoc crebrò facit, donec illum uere teneam, & aſcendã innixus ſuper fratruelem meum. Annuncia mihi quẽ dilexit anima mea, ubi paſcis, ubi cubas in meridie. Non quæro alia tẽpora, quando ueſpere, quando diluculo, quando in ſolis paſcis occubitu: illud tẽpus in quiro, quando in florente die, quãdo plena luce in maieſtatis tuæ ſplẽdore uerſaris. Annuncia mihi quẽ dilexit anima mea, ubi paſcis, ubi cubas in meridie. Diligẽter obſerua ubi meridiem legeris. Apud Ioſeph meridie fratres prandiũ celebrant. Angeli meridie Abrahæ ſuſcipiũtur hoſpitio, & cætera iſtiuſmodi. Quære, & inuenies ſcripturã diuinã nõ fruſtra ſeu fortuitu unumquenq; uſurpare ſermonem. Quiſputas eſt dignus è nobis ut ad meridiẽ uſq; perueniat, & uideat ubi paſcat, ubi cubet ſponſus? Annũcia mihi quẽ dilexit anima mea, ubi paſcis, ubi cubas in meridie. Niſi enim tu mihi annũciaueris, incipio errabunda iactari, & dum te quæro, in aliorũ greges incurro. Et quia aliorum erubeſco aſpectus, faciem meam atq; ora mox cõtegere incipio. Sum quippe ſpõſa formoſa,

Matt. 12

1 Cor. 9

Gen. 44. 18

& alijs nudam faciem meã non oſtẽdo, niſi tibi ſoli quem iam pridẽ deoſculata ſum. Annuncia mihi quem dilexit anima mea, ubi paſcis, ubi cubas in meridie, nequãdo fiam ſicut cooperta ſuper greges ſodalium tuorum. Vt iſta non patiar, ut nõ fiam cooperta, ut ora non contegam, & ad alios uſq; peruenies, incipiam forſitan & eos amare quos neſcio: idcirco annũcia mihi ubi te quæram, & inueniam in meridie, ne forte fiam quaſi cooperta ſuper greges ſodaliũ tuorum. Poſt hæc uerba ſponſus ei cõminatur & dicit: Aut cognoſce temetipſam, quoniã regis es ſponſa, & formoſa, & à me facta formoſa. Siquidem ego mihi exhibui glorioſam eccleſiam, non habentem maculam, neq; rugam. Aut ſcito, quia ſi te non cognoueris, & tuam ſcieris dignitatem, patieris hæc quæ ſequũtur. Quænam iſta ſunt? Si nõ cognoueris temetipſam ô pulchra in mulieribus, egredere tu in ueſtigijs gregum, & paſce non greges ouium, nõ agnorum, ſed hœdos tuos. Statuet quippe oues à dextris, & à ſiniſtris hœdos. Si non cognoueris temetipſam ô pulchra in mulieribus, egredere tu in ueſtigijs gregum, & paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum. In ueſtigijs, inquit, paſtorum nouiſſima fies, non inter oues, ſed inter hœdos tuos, cum quibus habitans nõ poteris mecum, id eſt cum bono paſtore eſſe. Equitaui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te amica mea. Si uis intelligere ô ſpõſa, quomodo ſcire te debeas, cognoſce cui te comparauerim: & tunc uidebis talem te eſſe quæ turpari nõ debeas, cum tuam ſpeciem cognoueris. Quid eſt igitur, equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te? Scio equitem ſponſum Propheta dicente: Et equitatio eius ſalus. Aſſimilata es ergo equitatui meo in curribus Pharaonis. Quantum differt equitatus meus qui ſum Dominus, et demergo in fluctibus Pharaonẽ, & criſtatos eius & aſcẽſores eius & equos & currus eius: quantum, inquam, differt equitatus meus ab equis Pharaonis, tãto melior es omnibus filiabus tu ſpõſa, tu eccleſiaſtica anima, omnibus animabus quę nõ ſunt eccleſiaſticæ. Igitur ſi eccleſiaſtica anima es, omnibus animabus es melior: ſi nõ es melior, non es eccleſiaſtica. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te proxima mea. Deinde pulchritudinem ſpõſæ ſpiritali amore deſcribit. Genæ tuæ ut turturis. Faciem illius laudat, & genarum rubore perfunditur. Pulchritudo quippe mulierum in genis dicitur eſſe quamplurima. Ita & nos pulchritudinẽ animæ intelligamus in genis. Labia uero eius, & linguam intelligẽtiam prædicemus. Collum tuum ut monile. Vt ornamentum quod ſolet uirginum collo pendere, & nuncupatur ὁρμίσκος, ita ſine hoc decore & tuum ipſum collum eſt ornamentũ. Poſt hæc ſit ſponſus in recubitu. Requieuit ut leo, ut catulus leonis obdormiuit, ut deinceps poſſit audire, Quis ſuſcitabit eũ? Quo interim dormiente apparent ſpõſæ, ſponſi ſodales angeli, & his eam ſermonibus conſolantur. Nos tibi aurea ornamenta facere non poſſumus: non enim tam diuites ſumus ut ſponſus tuus, qui aureum tibi monile largiatur. Nos ſimilitudinem auri faciemus. nõ habemus aurum. Et in hoc quoq; lætãdum eſt, ſi ſimilitudines auri, ſi ſtigmata faciamus argenti. Similitudines auri faciemus tibi, cum ſtigmatibus argenti. uerum non omni tempore, ſed donec ſpõſus tuus ſurgat à cubitu. Cum enim ille ſurrexerit, ipſe tibi aurũ ipſe faciet argentũ, ipſe tuam mentem ſenſumq; decorabit, & eris uere diues in ſponſi domo ſponſa formoſa, cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Abacuc 3

Homilia ſecunda ex Origene traducta ab eo loco in quo ſcriptũ eſt: Nardus mea dedit odorem ſuum. uſq; ad eum locũ in quo ait: Quia uox tua ſuauis, & forma tua decora, & cætera.

OMNES animæ motiones uniuerſitatis cõditor Deus creauit ad bonũ: ſed proſu noſtro fit ſæpe ut res quæ bonæ ſunt per naturã, dum male his abutimur, nos ad peccata deducãt. Vnus de animæ motibus amor eſt, quo bene utimur ad amandũ, ſi ſapientiã amemus & ueritatẽ. Quando uerò amor noſter in peiora corruerit, amamus carnẽ & ſanguinẽ. Tu igitur ut ſpiritalis, audi ſpiritaliter amatoria uerba cãtari, & diſce motum animæ tuę, & naturalis amoris incendiũ ad meliora tranſferre, ſecũdum illud. Ama illam, & ſeruabit te, circumda illam, et exaltabit te. Viri diligite uxores ueſtras, ait Apoſtolus: ſed nõ ſtetit in eo quod dixerat, uiri diligite uxores ueſtras: uerũ ſciens eſſe dilectionem uirorum in propriis quoq; uxoribus inhoneſtam, ſciens eſſe placentem deo, docuit quomodo uiri uxores ſuas amare deberẽt,

Prou. 4
Epheſ. 5

inferens

inferens: Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus ecclesiam. Et hæc quidē in proœmio eorum quæ postea differenda sunt diximus. Quia amici sponsi dum rex in recubitu suo est (requiescēs enim dormiuit ut leo, & ut catulus leonis) sponsæ promiserāt donec ille consurgeret similitudines auri & argenti esse facturos, non habentes aurum ut spon sus, & quodammodo alijs uerbis sponsi passio prædicata est: non irrationabiliter ad hęc sponsa respōdet, & ipsa dispensationem quandam passionis intelligēs ad id quod audie rat, Similitudines auri faciemus tibi cum stigmatibus argenti, donec rex in recubitu suo est, ait: Nardus mea dedit odorē suum. Fasciculus guttæ fratruelis meus mihi, in medio *Cant.1* uberum meorum demorabitur. Quomodo igit̄ aptabimus ei id quod præcessit: Donec rex in recubitu suo est, id quod sequitur, Nardus mea dedit odorē suum? Loquitur euan gelium quia uenit mulier habens alabastrum unguenti nardi pistici pretiosi, nō illa pec *Ioan.12* catrix, sed sancta, de qua nūc mihi sermo est. Scio quippe Lucam de peccatrice, Matthæ um uerò & Ioannem & Marcum non de peccatrice dixisse. Venit ergo non peccatrix il la, sed sancta, cuius nomen quoq; Ioannes inseruit, Maria quippe erat habens alabastrū unguenti nardi pistici pretiosi, & effudit super caput Iesu. Deinde super hoc indignan tibus non omnibus discipulis, sed Iuda solo dicente: Potuit uenundari hoc trecentis de narijs & dari pauperibus, respondit magister, atq; Saluator: Semper pauperes habebitis uobiscum, me autem non semper. Præueniens quippe hæc in diem sepulturæ meæ fecit. Ideo ubicunq; prædicatum fuerit euangelium istud, dicetur & quod fecit hæc in memoriam eius. In figura ergo istius quod nunc loquitur, Nardus mea dedit odorem suum, illa super caput domini fudit unguentum: & tu quoque assume nardum, ut postquam caput Iesu suaui odore perfuderis, possis audacter effari, Nardus mea dedit odorem suum, & à Iesu reciprocum audire sermonem, quia ubicunq; prædicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur & quod fecit hæc in memoriam eius. Tu quoq; facito, in uniuer sis gentibus prædicato. Quando autem hoc facies? Si factus fueris ut Apostolus, & dixe *2 Cor.2* ris: Christi bonus odor sumus, in omni loco in his qui saluātur, & in his qui pereunt. Bo na opera tua nardus sunt. Si uerò peccaueris, peccata tetro odore redolebūt. dicit quip pe pœnitens: Computruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ. Non de nardo propositum est nūc spiritui sancto dicere, neq; de hoc quod oculis intue mur euangelista scribit unguento, sed de nardo spiritali, de nardo quæ dedit odorem su um. Fasciculus stactes, id est guttæ, siue stillæ, fratruelis meus mihi. Guttam unguenti, ca siam, galbanum, in Exodo legimus præcepto Domini in thymiama, id est in sacerdotale *Exod.25* chrisma cōfectum. Si ergo uideris Saluatorem meum ad terrena aut humilia descenden tem, uidebis quomodo uirtute magna, & maiestate diuina ad nos modica quędam stilla defluxerit. De hac stilla & propheta cecinit dicens: Et erit de stilla populi huius congre *Mich.2* gandus congregabitur Iacob. Et sicuti secundū alium sensum, Lapis erat præcisus è mō- *Dan.2* te sine manibus nostri in carne Saluatoris aduētus: neq; enim totus mons fuit qui descē dit ad terras, nec poterat humana fragilitas totius montis magnitudinē capere: sed lapis ex monte, lapis offensionis, & petra scandali descendit in mundum: sic secundum alium intellectum stilla nuncupatur. Oportebat quippe ut quia omnes gentes in stillam situlæ reputatæ sunt, is qui pro omnium salute factus est omnia, etiam stilla fieret ad eas liberā das. Quid enim pro nostra salute non factus est? Nos inanes, & ille exinaniuit semeti psum formam serui accipiens. Nos populus stultus & non sapiens, & ille factus est stul titia prædicationis, ut fatuum dei sapiētius fieret hominibus. Nos infirmi, infirmum dei *1 Cor.1* fortius hominibus factum est. Quia igitur uniuersæ gentes ut stilla situlæ, & ut momen tum stateræ reputatæ sunt, idcirco factus est stilla, ut per eū à uestimētis nostris odor stil læ procederet, iuxta illud: Myrrha & stilla & casia à uestimētis tuis, à domibus elephan *Psal.45* tinis, ex quibus lætificauerunt te filiæ regum in honore tuo. Quæ in xliiij Psalmo dicun tur ad sponsam: Fasciculus stillæ fratruelis meus mihi. Consideremus quid sibi fratruelis nomine uelit. Ecclesia quæ hoc loquitur de fratruele, nos sumus ex gentibus cōgregati. Saluator noster sororis eius est filius, id est Synagogæ. duæ quippe sorores sunt, ecclesia & Synagoga. Saluator ergo (ut diximus) filius Synagogæ sororis, uir ecclesiæ, sponsus ecclesiæ, fratruelis est spōsæ suæ. Fasciculus stillæ fratruelis meus mihi, in medio uberum meorum commorabitur. Quis ita beatus ut habeat hospitem in principali corde, in me-

dio uberum,in pectore suo,sermonẽ Dei? Tale est quippe quod canitur: In medio uberum meorum cõmorabitur. Si non fuerint fractæ mammæ tuæ, in medio earum habitabit sermo diuinus. Decebat in carmine nuptiali mammas potius appellari quàm pectus. Et perspicuum est cur ad expositionem eius quæ dicit: In medio uberum meorum commorabitur, sit assumptum, Si non fuerint fractæ mammæ tuæ, in medio uberum tuorum commorabitur sermo diuinus. Vnde dixit: Si non fuerint fractæ mammæ tuæ? De Ezechiele. Eo quippe loco ubi Hierusalem dominica corripitur uoce, inter cętera dicitur ad
Ezech.23 eam: In Ægypto fractæ sunt mammæ tuæ. Castarum ubera non frãguntur, sed meretricum ubera laxis pellibus irrugãtur. Pudicarum erecta sunt ubera, & uirginali roboretumentia. Suscipiunt sermonem sponsi & dicunt: In medio uberum meorũ commorabitur. Botrus Cypri fratruelis meus mihi. Initiũ est sermonis in germine, & initium Cypri, id est floritionis in uerbo. unde ait. Botrus Cypri, id est, floritionis fratruelis meus mihi. Non omnibus est botrus Cypri, sed his qui eius flore digni sunt. Alijs uua uaria est: huic soli quæ nigra est & formosa, in floris decore se præbet. Botrus Cypri fratruelis meus mihi. Non simpliciter ait: Botrus Cypri fratruelis meus, sed cum additamẽto mihi, ut doceret, non omnibus eum esse botrum Cypri. Videamus autẽ in quibus regionibus botrus iste sit sponsæ. In uineis Engaddi, quod interpretatur, oculus tentationis. In uineis igitur oculi tentationis botrus Cypri fratruelis meus mihi. Tentationis oculus in præsenti est. Siquidem in tentatione moramur in hoc mundo, & tentatio est uita humana super terram. Dum in hac luce uersamur, in uineis sumus Engaddi. Si autem meruerimus postea transplantari, à nostro agricola trãsferemur. Nec dubites quin possis de Engaddi uineis ad loca meliora transferri. Agricola noster ad transferendam uineã crebra meditatione
Psal.80 iam calluit. Vineam enim ex Ægypto transtulisti, eiecisti gentes, & plantasti eam. Operuit montes umbra eius, & arbusta eius cedros Libani. Et hæc quidem quę exposuimus, locuta sit sponsa de sponso, significans amorẽ suum & sponsi uenientis hospitium, quomodo in medio uberum & sui cordis arcano sponsus ueniens cõmoretur. Rursus sponsi
Cant.1 ad eam sermo dirigitur, & dicit: Ecce specios a proxima mea, ecce specios a, oculi tui colũbæ. Illa sic dicit ad sponsum, Ecce speciosus fratruelis meus: non adiungit, & proximus meus. Hic autẽ quando loquitur ad eam: Ecce specios a, adiungit, & proxima mea. Quare autem illa non dicit: Ecce speciosus proximus mihi, sed tantũ, ecce speciosus? Quare ille nõ solum specios a es dicit, sed specios a es proxima mea? Sponsa si longe fuerit à spõso, non est specios a: tunc pulchra fit, quando dei uerbo coniungitur. Et merito nunc docetur à spõso, ut proxima sit, & à suo latere nõ recedat. Ecce specios a proxima mea, ecce specios a. Incipis quidem esse specios a ex eo, quod proxima mihi es: postquam autẽ esse cœperis specios a, etiã sine additamẽto proximæ, absolute es specios a. Ecce specios a proxima mea, ecce specios a. Videamus & aliam laudem specios æ, ut & nos æmulemur spõ-
Matt.5 sæ fieri. Oculi tui colũbæ. Qui uiderit mulierem ad concupiscẽdum eam, iam mœchatus est eam in corde suo, oculos non habet columbæ. Si quis uerò oculos colũbæ nõ habet,
Prou.27 domũ fratris sui ingreditur infelix, non seruans illud quod in Prouerbijs est præceptũ: In domũ fratris tui ne intres infelix. Pro eo qd Septuaginta infelix interpretati sunt, Aquila Hebræam exprimẽs ueritatem ἀγροικὸν posuit. Qui autẽ habet oculos columbæ uidet recta, & misericordiã promeretur. Videns quippe recta misericordiam cõsequetur. Porro quis uidet recta nisi qui casto cõspectu, & puris intuetur oculis? Noli igit mihi de his tantũ carnis oculis intelligere quæ dicta sunt, licet & de his intellexisse nõ inutile sit: sed ingrediens ad interiora cordis tui, & alios oculos mente perquirẽs, qui & à dei mandato illuminantur, mandatũ quippe dei illuminãs oculos, illud enitere, labora, cõtende, ut sancte intelligas uniuersa quæ dicta sunt, & similis spiritui ei qui in specie descendit colũbę, audias quia oculi tui columbæ sunt. Si intelligis legẽ spiritualiter, oculi tui colũbæ sunt.
Mar.4 Si intelligis Euangeliũ ut se uult intelligi Euangeliũ & prædicari, uides Iesum omnẽ languorem & infirmitatẽ non solum eo tempore quo carnaliter facta sunt, fuisse medicatũ, sed hodiecp medicantẽ: & nõ tantũ tunc ad homines descendisse, sed hodiecp descẽdere,
Matt.28 & esse præsentẽ. Ecce enim, inquit, uobiscũ sum omnibus diebus usq ad cõsummationẽ seculi. Oculi tui colũbæ sunt. Ecce specios a proxima mea, ecce specios a, oculi tui columbæ. Has de se spõsa audiens laudes sponso uicem in laudibus tribuit, nõ quo ei quod nõ

habet

habet ſuo præconio largiatur,ſed intelligens decorem atq; conſpiciẽs ait: Ecce ſponſus fratruelis meus equidem pulcher,lectus noſter umbroſus. Quæro lectum in quo ſponſus cum ſponſa requieſcat,& ni fallor corpus humanum eſt.Siquidem ille in Euangelio paralyticus qui iacebat in lecto,& abire in domum ſuam ſublato grabato uoce iuſſus eſt Matt.9 Saluatoris,antequam ſanaret ſuper debile membrorum ſuorum corpus iacebat, quod poſtea dei uirtute ſolidatum eſt.ſic ego intelligo, Tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam.Neq; enim ad hoc filius dei de cœleſtibus ad terrena deſcẽderat,ut de lectulis imperaret,& conſurgentem ab ægrotatione ſua ſine lectulo non pateretur aſcẽdere. Tolle inquiens grabatum tuum,& uade in domum tuam. Et tu igitur à Saluatore ſanatus tolle grabatum tuum, & uade in domum tuam, ut cum ad te uelut ſponſam uenerit ſponſus,& in eo tecũ fuerit reclinatus,dicas:Ecce ſponſus fratruelis meus, equidem pulcher,acclinatio noſtra umbroſa. Ecce ſpecioſus fratruelis meus, ipſe & ſpecioſus eſt, & umbroſus.Per diem quippe ſol non uret te,neq; luna per noctem. Trabes domorum noſtrarum cedri.multitudinis uerba ſunt. Videntur aũt mihi uiri hæc dicere qui cum ſponſo ſunt,de quibus ſuperius ſermo præfatus eſt.Domos cedrinas trabibus intextas, & cypreſſis contignatas.Siquidem pro ſtibe aſcendit cypreſſus, & pro coniza aſcendit myrtus. Requirens igitur cuius naturæ iſta ſunt ligna & cedrum imputribile, & cypreſſum odoris optimi deprehendens,labora & tu ita cõtignare domũ tuam,ut de te quoq; poſſit dici: Trabes domuum noſtrarũ cedri, & cõtignationes nõſtræ cypreſſi. Poſt hæc ſpõſus loquitur:Ego flos campi,& lilium conuallium. Propter me qui in ualle eram,deſcendit in uallem,& in uallem ueniens fit lilium:pro ligno uitæ quod plantatũ eſt in paradiſo dei,totius campi,id eſt totius mundi,& uniuerſæ terræ flos factus eſt.Quid enim ſic poteſt eſſe flos mundi,ut uocabulum Chriſti? Vnguentum effuſum nomen eius.Aliter idipſum dicitur:Ego flos campi,& lilium cõuallium,&hęc quidem de ſemetipſo.Deinde ſponſam laudãs ait: Vt lilium in medio ſpinarum,ſic proxima mea in medio filiarum.Sicut lilium nõ poteſt ſpinis comparari,inter quas ſemper exoritur, eodẽ modo proxima mea ſuper omnes filias lilium eſt in medio ſpinarũ. Iſta audiens ſponſa uicem reddit ſpõſo,& ſentiens illius etiam ſuauitatem in uocem laudantis erumpit. Vnguentorũ quippe odor licet ſuauiter ſpiret,& ſenſum odore demulceat, non tamen eiuſmodi eſt,ut ſuaue ſit ad edẽdum.Eſt autem aliud quod optimi ſaporis ſit & odoris,id eſt ut fauces dulcore delectet,& ſpiritum mulceat odoratu:tale eſt malum, & iſtiusmodi eſt naturæ, ut utraq; in ſe poſſideat.Idcirco uolens non ſolum beneuolẽtiam ſermonis, ſed & dulcorem eius ſponſa laudare, ait: Vt malum in lignis ſyluæ,ita fratruelis meus in medio filiorum.Omnia ligna,omnes ſyluæ arbores ad comparationẽ ſermonis dei ſyluæ inferaces exiſtimãtur,ad Chriſtum ſaltus eſt omne quod dixeris,& infructuoſa ſunt omnia.Quæ enim poſſunt dici ad eum comparata fructifera? Etiam ligna quæ uidebantur fructibus incuruari, ad collationem aduẽtus eius infructuoſa monſtrata ſunt. Ideo ut malum in lignis ſyluę, ita fratruelis meus in medio filiorũ.In umbra eius concupiui,& ſedi.Quàm pulchre non Cant.2 ait in umbra illius cõcupiſco,ſed in umbra eius cõcupiui:& non ſedeo,ſed ſedi. Siquidẽ in principio nõ poſſumus cum eo proprium cõferre ſermonem,uerũ in principio(ut ita dicam)quadam maieſtatis illius umbra perfruimur.unde & in prophetis legiſ: Spiritus faciei noſtræ Chriſtus dominus, cui diximus: In umbra eius uiuemus in gentibus & ab umbra ad umbram aliam tranſmigramus.Sedentibus enim in regione & umbra mortis, lux orta eſt eis.Et trãſeamus ab umbra mortis,ad umbram uitæ. Semper iſtiuſmodi ſunt profectus,ut in exordio deſideret quiſpiam ſaltem in uirtutum umbra cõſiſtere.Ego puto ideo & natiuitatem Ieſu ab umbra cœpiſſe,& nõ in umbra,ſed in ueritate finitã:Spiritus,inquit,ſanctus ueniet in te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi. Natiuitas Chriſti ab umbra ſumpſit exordium:non ſolum aũt in Maria ab umbra eius natiuitas cœpit, ſed & in te ſi dignatus fuerit naſcitur ſermo dei.Fac igitur ut poſſis capere umbrã eius, & cum umbra fueris dignus effectus,ueniat ad te (ut ita dicã) corpus eius,ex quo umbra naſcitur.Nã in modico fidelis,& in maioribus erit fidelis.In umbra eius cõcupiui & ſedi. Vides quia non ſemper in umbra ſtetit,ſed inde ad meliora tranſierit, dicẽs:Et fructus eius dulcis in gutture meo.Ego,inq;,deſideraui in umbra eius requieſcere,ſed poſtq; me ſua protexit umbra,etiã fructu illius ſaturatus ſum,& fructus eius dulcis in gutture meo.Introducite

Luc.1 Matt.25 Cant.2

troducite me in domũ uini. Foris stetit spõsus, & ab sponsa susceptus est. In medio quippe uberum illius requieuit. Proximæ iuuenculæ nõ sunt istiusmodi ut sponsum hospitẽ habere mereantur. Multitudini foris in parabolis loquitur. Quàm uereor ne multæ adolescentulæ forte nos simus. Introducite me in domũ uini. Cur tamdiu foris maneo? Ecce sto ante ostium & pulso. Si quis mihi aperuerit, ingrediar ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecũ. Introducite me. Et nunc eadẽ dicit sermo diuinus, ecce Christus loquitur, Introducite me. Vobis quoq; catechuminis loquit̃: Introducite me. Introducite, nõ simpliciter in domum, sed in domum uini, impleatur uino lætitię, uino spiritus sancti anima uestra, & sic introducite in domum uestram sponsum, uerbum, sapientiam, ueritatẽ. Potest
Cant.2 autẽ & ad eos dici qui nõdũ perfecti sunt, Introducite me in domũ uini. Ordinate in me charitatẽ. Elegãter loquutus est, ordinate. plurimorũ qppe inordinata est charitas: quando quod in primo loco debent diligere, diligunt in secundo: quod in secundo, diligũt in primo: & quod oportet amare quarto, amant in tertio: & rursus tertiũ in quarto, & est in plerisq; charitatis ordo peruersus. Sanctorũ uerò charitas ordinata est. Volo ad intelli-
Ibid. gendũ hoc quod dictũ est, Ordinate in me charitatẽ, aliqua exempla replicare. Te uult diuinus sermo diligere patrem, filiũ, filiam, uult te sermo diuinus diligere Christũ, nec dicit tibi, ne diligas liberos, ne parentibus charitate iungaris. Sed qd dicit tibi? ne inordinatam habeas charitatẽ, ne primum patrem, aut matrem, deinde me diligas, ne filij & filiæ
Matt.10 plusquam mei charitate tenearis. Qui amat patrem aut matrem super me, non est me dignus. Qui amat filium aut filiã super me, non est me dignus. Recole conscientiã tuam de patris, matris, fratrisúe affectu, & considera qualem circa sermonem dei & Iesu habeas charitatem, statim deprehẽdes magis te filium aut filiam diligere, quàm uerbum, magis te parentes amare quàm Christum. Quisputas ita proficit ex nobis, ut præcipuam, & primam inter omnia sermonis Dei habeat charitatem? qui in secundo loco liberos ponat?
Eph.5 Iuxta hunc modum ama uxorem tuam. Nullus quippe aliquando suam carnem odio habuit, sed amat ut carnem: Et erunt, inquit, duo in carne una, & nõ in uno spiritu. Ama &
1 Cor.6 deum, sed ama illum non ut carnem, & sanguinẽ, sed ut spiritum. Qui enim adhæret deo, unus spiritus est. Igitur ordinata est charitas in perfectis. Vt autem post deum etiam inter nos ordo ponatur, primum mandatum est, ut diligamus parẽtes, secundum ut filios, tertium ut domesticos nostros. Si autem filius malus est, & domesticus bonus, domesticus in charitate filij collocet̃. Et ita fiet ut sanctorũ ordinata sit charitas. Magister quoq; & dominus noster in Euangelio præcepta de charitate constituens ad uniuscuiusq; dilectionem proprium aliquid apposuit, & dedit intelligẽtiam ordinis his qui possunt au-
Deut.6 dire scripturam dicentem: Ordinate in me charitatem. Diliges dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota mente tua, & ex tota anima tua, & ex tota uirtute tua. Et dili-
Matt.22 ges proximum tuum sicut teipsum. non proximum ex toto corde, ex tota anima, & ex
Matt.5 tota uirtute, & ex tota mẽte. Rursus inquit: Diligite inimicos uestros, & nõ apposuit, ex toto corde. Nõ est inordinatus sermo diuinus, nec impossibilia præcipit, nec dicit, diligite inimicos uestros ut uosmetipsos, sed tantũ, diligite inimicos uestros. sufficit quod eos diligimus, & odio non habemus. Proximũ uerò ut teipsum. Porrò deũ ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & ex tota uirtute. Si hæc intellexeris, & intellecta cõpleueris, feciſti quod sponsi sermone pręcipit̃. Introducite me in domũ uini, ordinate in me charitatẽ. Quisputas è nobis charitatis est ordinatæ? Confirmate me in unguentis. unus de interpretibus posuit ὀιναωθίνωμ. Hæc autẽ sponsa loquitur. Stipate me in malis. In quibus malis? Vt malum in lignis syluæ, ita fratruelis meus in medio filiorũ. Idcirco in malis eius stipate me, quia uulneratę charitatis ego. Quàm pulchrũ est, & decorum à charitate uulnus accipere. Alius iaculũ carnei amoris excepit, alius terreno cupidine uulneratus est, tu nuda membra tua, & præbe te iaculo electo, iaculo formoso. siquidẽ deus sagittarius est. Audi scripturã de hoc eodem iaculo loquentem, imò ut amplius admireris, audi
Esa.49 ipsum iaculum quid loquatur: Posuit me in sagittã electã, & in pharetra sua seruauit me, & dixit mihi, Magnũ est tibi hoc uocari puerũ meum. Intellige sagittã quid dicat, & quo modo à deo sit electa. Quàm beatũ est hoc iaculo uulnerari. Hac sagitta uulnerati fuerũt
Luc.24 illi qui inter se inuicem cõferebant: Nónne cor nostrũ ardẽs erat in uia cũ aperiret nobis scripturas? Si quis sermone nostro, si quis scripturæ diuinæ magisterio uulneratur, & po-

test

teſt dicere quia uulneratæ charitatis ego, hũc & illud forſitan ſequit̃ (quid forſitã dico? manifeſtam promo ſententiã) Siniſtra eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabit̃ me. Habet & in ſiniſtra, & in dextera ſermo dei ſapientiã, quæ cum pro intellectus uarietate ſit multiplex, in ſubiacẽti una eſt. Ipſe Salomon de læua, & dextera ſapiẽtiæ docuit, dicens: Longitudo enim, & anni uitæ in dextera eius: in ſiniſtra aũt ipſius diuitiæ, & gloria. Igit̃ læua eius ſub capite meo, ut faciat requieſcere, & brachiũ ſponſi fiat ceruical meum, & reclinet̃ animæ principale ſuper ſermonẽ dei. Læua eius ſub capite meo. Non expedit tibi habere ceruicalia quæ lamentatio ſequatur. In Ezechiele ſcriptũ eſt: Vę iſs qui conſuunt ceruicalia ſub omni cubitu manus. Noli cõſuere ceruicalia, noli capiti aliunde requiẽ quærere, habe ſponſi læuã ſub capite tuo, & dic: Læua eius ſub capite meo. quam cum habueris, omia tibi quæ ſunt in læua tribuunt̃. Dicis quippe: In ſiniſtra eius diuitiæ, & gloria, & dextera eius amplexabitur me. Totã te ſponſi dextera cõplectatur. Lõgitudo quippe & anni uitæ in dextera eius: & ob id longæ uitæ, & multorũ dierũ eris ſuper terram bonã, quã dñs deus tuus dat tibi. Adiurauí uos filiæ Hieruſalem in uirtutibus, & in uiribus agri. Quid adiurat ſponſa filias Hieruſalẽ? Si leuaueritis, & ſuſcitaueritis charitatem. Quandiu charitas dormit in uobis ô filiæ Hieruſalẽ, ô adoleſcẽtulæ, quę in me nõ dormit, quia uulnerata ſum charitate. In uobis autẽ quæ plures eſtis, & adoleſcentulę, & filiæ Hieruſalẽ, dormit charitas ſpõſi, Adiurauí ergo uos filię Hieruſalẽ, ſi leuaueritis, & non ſolũ leuaueritis, ſed & ſuſcitaueritis, quę in uobis eſt charitatẽ. Creator uniuerſitatis cũ uos conderet, inſeruit in cordibus ueſtris ſemina charitatis. Nunc aũt ſicut alibi dicit̃: Iuſtitia dormiuit in ea, ſic dilectio dormitat in uobis. iuxta quod & alibi dicit̃: Spõſus requieuit ut leo, & ut catulus leonis. Adhuc in infidelibus, & in his q corde ſunt dubio dormitat ſermo diuinus, uigilat in ſanctis: dormitat in his qui tempeſtatibus fluctuãt, ſuſcitatur uerò eorum uocibus qui cupiunt uigilante ſponſo ſaluari. Statim ſit eo uigilante trãquillitas, ſtatim undarũ moles conquieſcunt, ſpiritibus contrarijs cõcrepatur, fluctuũ rabies ſilet: illo dormiẽte tempeſtas, mors, & deſperatio eſt. Adiuro ergo uos filiæ Hieruſalem in uirtutibus, & in uiribus agri. Cuius agri? Nẽpe illius agri pleni, quẽ benedixit dominus. Si leuaueritis, & ſuſcitaueritis charitatẽ, quoaduſq; uelit uox fratruelis mei. Ecce hic uenit ſaliens ſuper montes. Hæc adhuc loquitur eccleſia, exhortãs adoleſcẽtulas, ut ad ſponſi præparentur aduentum. Si tamen uenire uoluerit, & ſuum illis præbere colloquium. Adhuc igitur loquẽte ea, uenit ſponſus, quẽ digito monſtrat, & dicit: Ecce hic uenit ſaliens ſuper montes. Intellige ſponſæ animam beatam atq; perfectã, quæ citius uideat, citius ſermonis cõtempletur aduentũ, quæ ſibi ſapiẽtiã ueniſſe ſentiat, & charitatẽ, & dicat nõ uidentibus, Ecce hic uenit. Orate ut & ego poſſim dicere, Ecce hic uenit. Si em potuero dei diſſerere ſermones, quodammodo & ego dicam, Ecce hic uenit. Quo? Nõ utiq; ubi uallis, non ubi humilia loca. Quo uenit? Saliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles. Si fueris mons, ſalit in te ſermo dei. Si non ualueris eſſe mons, ſed fueris collis, ſecundus à monte, tranſiliet ſuper te. Quàm uerò pulchra, & cõuenientia rebus uocabula. Salit ſuper montes, quia maiores ſunt: tranſilit ſuper colles, quia minores ſunt. Nõ tranſilit ſuper montes, non ſalit ſuper colles. Ecce hic uenit ſaliens ſuper montes, tranſiliẽs ſuper colles. Similis eſt fratruelis meus capreæ, aut hinnulo ceruorum in mõtibus Bethel. Hæc duo animalia in ſcripturis frequẽtius nominãtur: & quo amplius admireris, ſæpius iuncta ponuntur, Et hæc ſunt ait quæ manducabis, poſt paululum inferẽs capreã, & ceruum. In præſenti quoq; libro pariter nominantur ceruus, & caprea. Quodammodo em cognata ſibi ſunt, & uicina iſta animalia. Caprea, id eſt dorcas, acutiſſime uidet. Ceruus interfector ſerpẽtũ eſt. Quiſ putas eſt dignus è nobis, qui iuxta dignitatẽ loci atq; myſterij, plenam poſſit explicare rationem? Oremus dominũ, ut nobis largiat̃ ſenſum ad aperiendas ſcripturas, & poſſimus dicere: Quomodo aperuit nobis Ieſus ſcripturas. Quid igitur? dicimus quia dorcas hoc eſt caprea ſecundum eorũ phyſiologiam qui de naturis omnium animalium diſputant, ex inſita ſibi ui nomen acceperit. Ab eo enim quod acutius uideat, id eſt παρὰ τὸ ὀξέως ὁρᾶν, dorcas appellata eſt. Ceruus uerò ſerpentũ inimicus ac debellator eſt, ita ut ſpiritu nariũ eos extrahat de cauernis, & ſuperata pernicie ueneni eorũ pabulo delectet̃. Forſitan ſaluator meus caprea fit iuxta θεωρίαν, ceruus iuxta opera. Quænam iſta ſunt opera? Interficit ipſe ſerpẽtes, contrarias fortitudines iugulat.

ideo

Psal.74 ideo dicam ei: Tu contriuisti capita draconum super aquas, tu cõtriuisti caput draconis. Similis est fratruelis meus capreæ, uel hinnulo ceruorũ super mõtes domus dei. Bethel quippe interpretatur domus dei. Nõ omnes montes domus dei sunt, sed qui montes ecclesiæ sunt. Inueniuntur quippe & alij montes erecti, & cõsurgentes aduersus scientiam dei, montes Ægyptiorum & Allophylorum. Vis scire quia similis est fratruelis meus capreæ, aut hinnulo ceruorũ super montes Bethel? Esto mons ecclesiasticus, mõs domus dei, & ueniet ad te sponsus similis capreæ, uel hinnulo ceruorũ super mõtes Bethel. Cernit sponsum appropinquasse uicinius, qui ante super mõtes uersabatur & colles, assimulat eum transilientẽ atq; salientem. Et post hæc ad se, & ad alias adolescentulas aduenisse
Cant.2 cognoscẽs, dicit: Ecce hic retro post parietem nostrum. Si ædificaueris parietem, & feceris ædificationem dei, ueniet post parietem tuũ, Prospiciens per fenestras. Vna fenestra unus est sensus, per hunc prospicit sponsus, alia fenestra, alius est sensus, & per hunc spõsus sollicite cõtuetur. per quos sensus non prospicit sermo dei? Quid sit autem prospicere per fenestras, & quomodo per eas sponsus aspiciat, sequẽs docebit exemplũ. Vbi nõ
Hier.9 prospicit sponsus, ibi mors inuenit̃ ascendens, ut legimus in Hieremia: Ecce mors ascendit per fenestras nostras. Quando uideris mulierem ad concupiscẽdum eam, iam mors
Eccl.7 ascendit per fenestras tuas. Eminens per retia. Intellige quia in medio laqueorũ ambulas, & subtus machinas transeas imminentes, omnia retibus plena sunt, diabolus laqueo cuncta compleuit. Si autem uenerit tibi sermo dei, & cœperit eminere de retibus, dices:
Psal.124 Anima nostra erepta est de laqueo uenantium. Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Benedicti uos à domino qui fecit cœlũ & terram. Eminet igitur sponsus per retia tibi uiam faciens. Iesus descendit ad terras, subiecit se retibus mundi. uidẽs magnum hominum gregem retibus impeditum, nec ea ab alio nisi à se posse cõscidi, uenit ad retia assumens corpus humanum, quod inimicarum fortitudinum laqueis tenebatur, ea tibi dirupit, & loqueris: Ecce hic retro post parietẽ nostrum prospiciens per fenestras, eminẽs
Cant.2 per retia. Cum eminuerit dicit tibi. Respondet fratruelis meus, & dicit: Surge, ueni proxima mea, uiam tibi feci, cõscidi retia, sic ueni ad me proxima mea. Surge, ueni proxima mea, speciosa mea, columba mea. Cur ait surge? cur propera? Ego pro te sustinui rabiem
Matt.26 tempestatum, ego fluctus qui tibi debebant̃ excepi. Tristis est facta anima mea propter te usq; ad mortẽ. Surrexi à mortuis fractis mortis ianuis, & inferni uinculis dissolutis. Ideo dico tibi. Surge, ueni proxima mea, speciosa mea, colũba mea, qa hyems trãsiuit, pluuia abijt, flores uisi sunt in terra. Ego à mortuis surgens tempestate compressa tranquillitatem reddidi. Et quia secundum dispensationem carnis ex uirgine, & uoluntate patris creui, & sapientia & ętate profeci, Flores uisi sunt in terra, tempus sectionis adest. Sectio
Ioan.15 remissio peccatorum est. Omnem enim ramum (ait) in me manentem, & afferẽtem fructum pater meus mundat, ut fructus maiores afferat. Habeto fructus, & priora quę in te infructuosa sunt auferent̃. Tempus quippe sectiõis adest, uox turturis audita est in terra nostra. Non sine causa in sacrificio assumitur par turturum, aut duo pulli columbarum. Nam idem ualent, & nunquã dictum est separatim par tãtummodo columbarũ, sed par turturum, & duos pullos columbarũ. Columba spiritus sanctus est. Spiritus aũt sanctus quando de magnis & occultioribus sacramentis, & quæ multi capere nõ possunt loquitur, in turturis appellatione signatur, id est in eius auis quæ semper in montiũ iugis & in arborum uerticibus cõmoratur. In uallibus autẽ & his quæ ad homines usq; perueniũt, columba assumitur. Denicq; saluator quia hominẽ est dignatus assumere, & uenit ad terras, multiq; tunc circa Iordanẽ peccatores erant, idcirco spiritus sanctus non in turturẽ uertitur, sed columba fit, inter nos propter hominum multitudinem auis mansuetior cõuersatur. Turtur autem uidetur (uerbi gratia) Moysi & uni cuilibet prophetarum recedentium in montes & deserta, & ibi accipientium sermones dei. Vox ergo turturis audi
Luc.21 ta est in terra nostra. Ficus produxit grossos suos. A ficu dignoscite parabolam: cum ramus eius tener factus fuerit, & folia miserit, scitote qa iuxta est æstas. Vult nobis dei eloquium nunciare, post hyemem, post procellas animarũ appropinquasse messem, & ait, Ficus produxit grossos suos, uites florescũt, dederunt odorem. si iam rumpuntur in florem, tempus aduenier, & erunt uuæ. Surge, ueni proxima mea, speciosa mea, columba mea. Hæc quę superius exposuimus sponsus nõ audientib. adolescẽtulis, sed sola sponsa

audiente

audiente loquitur. Volumus autem & ipsius iam audire sermonẽ loquentis ad spõsam: Surge,ueni proxima mea, columba mea, & ueni columba mea sub tegmine petræ. Et Moyses sub tegmine petræ ponit, ut uideat posteriora dei. In tegmine antemuralis. Primum ueni ad id quod ante murũ est, & postea poteris introire ubi murus est petræ. Ostende mihi faciem tuam. Vsq; ad præsentem diem similia dicuntur ad sponsam: necdũ enim habebat fiduciã, ut reuelata facie gloriam domini cõtemplaretur. Quia uerò iam ornata est atq; composita, dicitur ei: Ostende mihi faciem tuam. Nõdum erat enim uox eius ita suauis, ut mereretur ei dici: Audire me fac uocem tuam. Quãdo ergo didicit loqui: Tace enim ait, & audi Israel, & scito quid loquar: & suauis facta est uox eius spõso, secundum illud propheticũ: Suauis fiat ei postulatio mea: tunc ad eam sponsus effatur: Et audire me fac uocem tuam: quia uox tua suauis est. Si aperueris os tuũ uerbo dei, dicet tibi sponsus: Vox tua suauis est, & aspectus tuus speciosus. Quapropter cõsurgentes deprecemur dominũ, ut digni efficiamur spõsi sermone, sapientia: Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Cant.2
Ibid.
Psal.119

COMMENTARIVS IN CANTICVM CANTICORVM, QVI VT EST PIVS ET ERVDITVS, ITA MEA quidem sententia, Hieronymi non est, nec Origenis, nec alicuius Græci. Vide censuram nostram.

PROLOGVS

EPITHALAMIVM libellus, id est nuptiale carmen, in modum, mihi uidetur dramatis à Solomone cõscriptus, quem cecinit instar nubentis sponsæ, & erga spõsum suum, qui est sermo dei, cœlesti amore flagrantis. Adamauit enim eum, siue anima quæ ad imaginẽ eius facta est, siue ecclesia. Sed & magnificus hic ipse atq; perfectus spõsus, quibus uerbis usus sit ad coniunctã sibi animam, uel ecclesiam, hæc ipsa scriptura nos docet. Sodales quoq; sponsę adolescentulę cum ipsa sponsa positæ quæ dixerunt, quæq; etiam amici ac sodales sponsi, ex eodẽ nihilominus libro, qui Canticum canticorum intitulatur, cognoscimus. Possibilitas enim data est etiam ipsis amicis sponsi aliqua dicere, ea duntaxat quæ audierant ab ipso sponso lætantes de coniunctione sponsæ. Fit ergo sermo ab ipsa sponsa, non solum ad sponsum, sed etiam ad adolescentulas: & rursum sponsi sermo non tantummodo ad sponsam, sed etiam ad amicos dirigitur spõsi. Et hoc est quod suprà diximus, carmen nuptiale in modum dramatis esse conscriptũ. Drama enim dicitur multarum personarum cantilena, ut in scenis agi fabula solet, ubi diuersæ personæ introducuntur, & alijs accedẽtibus, alijs etiam discedentibus, à diuersis, & ad diuersos textus narrationis explet. Quæ singula suo ordine scriptura hæc continet, totũq; corpus eius mysticis formatẽ eloquijs. Sed primo scire nos oportet, quoniam sicut puerilis ætas non mouetur ad amorẽ possibilium, ita nec ad capiendũ quidem uerba hæc, paruula & infantilis interioris hominis ætas admittitur, illorum scilicet qui lacte in Christo aluntur, nõ cibo forti, & qui nũc primum rationabile & sine dolo lac concupiscunt. In uerbis enim Cantici canticorũ ille cibus est, de quo dicit Apolus: Perfectorũ autẽ est solidus cibus: & tales requirit auditores, qui p possibilitate sumendi exercitatos habeant sensus ad discretionẽ boni & mali. Et quidẽ paruuli quos diximus, si ueniãt ad hæc loca potest fieri ut nihil quidem ex hac scriptura proficiant, nec tamen ualde lædant, uel ipsa quæ scripta sunt legentes, uel quę ad explanationẽ eorum dicenda sunt, recensentes. Si uerò aliquis accesserit, qui secũdũ carnem tantũmodo uir est, huic tali non parum ex hac scriptura discriminis, periculiq; nascetur. Audire em̃ pure & castis auribus amoris nomina nescies, ab interiori homine ad exteriorẽ & carnalem uirum omnem deflectet auditum, & à spiritu conuertetur ad carnẽ, nutrietq; in semetipso cõcupiscentias carnales, & occasione diuinæ scripturæ cõmoueri & incitari uidebitur ad libidinẽ carnis. Ob hoc ergo moneo, & cõsiliũ do omni qui nõdũ carnis & sanguinis molestijs caret, neq; ab affectu naturę materialis abscedit,

Heb.5

ut à lectione libelli huius eorumq; quæ in eo dicentur, penitus temperet. Aiunt ẽm obseruari etiam apud Hebræos, quod nisi quis ad ætatem perfectã maturamq; peruenerit, libellum hunc ne quidẽ in manibus tenere permittat. Sed & illud ab eis accepimus custodiri, quando quidẽ moris est apud eos omnes scripturas à doctoribus & à sapiẽtibus tradi pueris, simul & eas quas ἀναπτύξεις appellant, ad ultimũ quatuor ista obseruari, id est principiũ Geneseos, in quo mundi creatura describitur, & Ezechielis ꝓphetæ principia, in quibus de Cherubim refertur, & finem in quo templi ædificatio continetur, & hunc Cãtici canticorũ librum. Igitur necessarium mihi uidetur, anteq; ad ea quæ in hoc libello scripta sunt, discutiẽda ueniamus, de amore prius ipso qui est scripturę huius causa præcipua, pauca disserere, & post hæc de ordine librorũ Solomonis, in quib. hic liber tertio loco positus uidetur. tum etiam de attitulatione libelli ipsius, cur Canticũ cãticorum superscriptus sit: atq; etiam quomodo dramatis in modum, & tanquã fabula quæ in scenis personarũ immutatione agi solet, uideatur esse compositus. Apud Græcos quidẽ plurimi eruditorũ uirorũ uolentes inuestigare ueritatis indaginẽ, de amoris natura multa ac diuersa etiam dialogorũ stilo scripta protulerũt, conantes ostendere nõ aliud esse amoris uim, nisi quæ animã de terris ad fastigia cœli celsa perducat, nec ad summã posse beatitudinem perueniri, nisi amoris desiderio prouocante. Sed & quæstiones de hoc quasi in cõuiuijs propositæ referuntur, inter eos puto inter quos nõ ciborũ, sed uerborum cõuiuiũ gerebatur. Alij uerò etiam artes quasdam quibus amor hic in anima gigni uel augeri posse uideatur, conscriptas reliquerunt. Sed has artes carnales homines ad uitiosa desideria, & culpabilis amoris ministeria traxerunt. Non ergo mirũ sit, si & apud nos ubi quãto plures simpliciores, tanto plures & imperitiores uidẽt, difficilẽ diximus & periculo ꝓximã de amoris natura disputationẽ: cum apud Græcos qui eruditi & sapientes uidẽt, fuerint tamen aliqui qui de his non ita acceperint, ut scriptũ est, sed occasione eorũ quæ de amore dicta sunt. in lapsus carnis & in impudicitiæ præcipitia corruerũt, siue ex his quæ scripta erant (ut suprà memorauimus) admonitiones quasdam & incitamenta sumentes, siue incontinentiæ suæ uelamen scriptis ueterũ præferẽtes. Ne ergo & nos tale aliqd incurramus, ea quæ à ueteribus bene & spiritaliter scripta sunt, uitiose & carnaliter aduertentes, tã corporis q̃ animæ nostræ palmas ꝓtendamus ad deum, ut dominus qui dedit uerbum euangelizantibus uirtute multa, donet & nobis in uirtute sua uerbũ quo possimus ex his quæ scripta sunt, intellectum sanũ, & ad ædificationem pudicitiæ aptũ, uel nomini ipsi, uel naturæ amoris ostendere. In principio uerborũ Moysi, ubi de mũdi conditione cõscribitur, duos inuenimus homines creatos
Gen.1 referri. Primũ ad imaginẽ & similitudinẽ dei factum, secundũ è limo terræ factum. Hoc Paulus apostolus bene sciẽs, & ad liquidũ in his eruditus, in suis literis apertius & euidẽ
2 Cor.4 tius binos esse & per singulos quosq; homines scripsit. Sic enim dixit: Nam si is q foris est homo noster corrumpitur, sed ille qui intus est, renouatur de die in diem. Et iterum:
Rom.7 Condelector enim legi dei secundũ interiorem hominem. & his similia quanta cõscribit? Vnde puto neminem iã debere dubitare, quod Moyses de duorũ hominũ factura uel figmento scripserit in principio Geneseos, cũ uideat Paulũ qui melius utiq; q̃ nos intelligebat ea quæ à Moyse scripta sunt, duos homines esse per singulos quosq; dicentẽ. Quorũ unum, id est interiorem, renouari per singulos dies memorat: alterũ uerò, id est exteriorẽ, in quibusdã sanctis, & talibus qualis erat Paulus, corrumpi perhibet & infirmari. Quòd si alicui uidebit de hoc adhuc aliquid dubitandũ, in locis ꝓprijs melius explanabit. Nunc autem propter quid memoriã fecerimus interioris & exterioris hominis ꝓsequamur. Ostendere enim ex his uolumus, quod scripturis diuinis per homonymias, id est per similes appellationes, imò per eadẽ uocabula, & exterioris hominis mẽbra, & illius interioris hominis partes affectusq; nominant, eaq; nõ solũ uocabulis, sed & rebus ipsis sibi inuicẽ comparãtur. Verbi gratia, uetatur aliquis esse puer secundũ interiorem hominẽ, quẽ possibile est crescere, & ad ętatẽ iuuenis adduci, atq; inde succedentibus incremẽtis peruenire ad uirum perfectũ, & effici patrem. His autem nominibus uti uoluimus, ut consona diuinę scripturę, illi scilicet quæ ab Ioãne scripta est, uoca
1 Ioan.2 bula poneremus. Ait enim ille: Scripsi uobis pueri, quoniã cognouistis patrẽ: scripsi uobis patres, quoniã cognouistis eũ qui ab initio est. Scripsi uobis iuuenes, quoniã fortes

estis

estis,& per uerbū dei quod manet in cœlo,uicistis malignū.Euidens utiq; est nec ab ullo arbitror omnino dubitari,quod pueros hic Ioannes uel adolescētes, uel iuuenes,uel etiam patres secundū animæ,non secundū corporis appellet ætatē. Sed & Paulus dicit in quodā loco:Non potui uobis loqui quasi spiritalibus sed quasi carnalibus,tanq; paruulis in Christo lac uobis potū dedi,non escam. In Christo autem paruuli proculdubio secundū animæ,non secundū carnis nominantur ætatē.Deniq; idem Paulus etiam in alio loco ait:Cum essem paruulus, loquebar sicut paruulus,sicut paruulus sapiebā, sicut paruulus cogitabam:Cū aūt factus sum uir,destruxi quæ erant paruuli. Et iterū alibi dicit:Donec occurramus omnes in uirū perfectū, in mensurā ætatis plenitudinis Christi. Scit enim occursuros esse omnes qui credūt in uirū perfectū,& in mensuram ætatis plenitudinis Christi.Igitur sicut hæc quæ memorauimus ætatū nomina,eisdem uocabulis & exteriori homini ascribuntur & interiori:ita inuenies etiam membrorū nomina corporaliū transferri ad animæ membra,seu potius efficientiæ hæc animę affectusq; dicendi sunt.Dicit ergo in Ecclesiaste:Sapientis oculi in capite eius.Item in Euangelio: Qui habet aures audiendi,audiat.In Prophetis quoq;: Sermo domini qui factus est in manu prophetæ Hieremiæ,siue alterius cuiuslibet. Simile est etiam illud quod ait ille:Pes autem tuus non offendit.Et iterū:Mei aūt paulo minus moti sunt pedes.Euidenter quoq; & uenter animæ designat,ubi dicit: Domine à timore tuo in utero concepimus. Nam inde quis dubitet,cum dicit: Sepulchrū patens est guttur eorū?Et iterū: Præcipita domine, & diuide linguas eorū.Sed & id quod scriptū est: Dentes peccatorū contriuisti. Et iterum:Contere brachiū peccatoris & maligni.Et quid opus est me de his plura colligere,cū abundantissimis testimoniis scripturæ diuinę repletæ sint? Ex quibus euidenter ostenditur membrorū hæc nomina nequaquam corpori uisibili aptari posse, sed ad inuisibilis animæ partem uirtutesq; debere reuocari: quoniam & uocabula quidē habent similia,aperte aūt & sine ulla ambiguitate non exterioris, sed interioris hominis significantias gerūt. Est ergo materialis huius hominis, qui & exterior appellat,cib.potusq; naturæ suę cognatus,corporeus iste scilicet, & terrenus. Similiter aūt & spiritalis hominis ipsius qui & interior dicit, est proprius cibus, ut panis ille uiuus qui de cœlo descendit.Sed& potus ille est ex illa aqua quā promittit Iesus,dicens:Quicunq; biberit ex hac aqua quam ego do ei, non sitiet in ęternum. Sic ergo per omnia similitudo quidem uocabulorū secundū utrūq; hominem ponitur: rerū uerò proprietas unicuiq; discreta seruat,& corruptibili corruptibilia præbent, incorruptibili uerò incorruptibilia proponuntur. Vnde accidit,ut simpliciores quidam nescientes distinguere ac secernere quę sint quę in scripturis diuinis interiori homini, quę uerò exteriori deputāda sint, uocabulorū similitudinib. falsi ad ineptas quasdam fabulas & figmenta inania se contulerint:ut etiam post resurrectionē cibis corporalib. utendū crederent,potūq; sumendum non solū ex illa uite uera, & uiuente in secula,uerū & ex his uitib. ligni.Sed de his aliàs uidebimus.Nūc ergo(ut præcedenti obseruatione distinximus)est quidē secundū interiorem hominem alius sine filijs & sterilis, alius uerò abūdans in filijs. Secundum quod & illud aduertimus dictū: Sterilis peperit septem, & fœcunda in filijs infirmata est.Et ut in benedictionibus dicit:Non erit in uobis sine filijs & sterilis. Igit si hęc ita se habent,sicut dicit aliquis carnalis amor,quem &Cupidinem appellauerūt poetę,secūdum quem qui amat,in carne seminat; ita est & quidam spiritalis amor,secundū quem ille interior homo amans in spiritu seminat. Et ut euidentius dicam,si quis est qui portat adhuc imaginē terreni,secundū exteriorē hominem, agitur cupidine & amore terreno.Qui uerò portat imaginē cœlestis secūdū interiorē hominē,agit cupidine & amore cœlesti.Amore aūt & cupidine cœlesti agit anima cū perspecta pulchritudine & decore uerbi dei speciem eius adamauerit, & ex ipso telū quoddā & uulnus amoris acceperit,Est enim uerbū hoc imago,& splendor dei inuisibilis primogenitus omnis creaturę,in quo creata sunt omnia quę in cœlis sunt, & quę in terris, siue uisibilia,siue inuisibilia.Igit si quis potuerit capaci mente conijcere & considerare horū omniū quę in ipso creata sunt decus & speciē,ipsa rerū uenustate percussus, & splēdoris magnificētia ceu iaculo(ut ait Propheta)electo terebratus,salutare ab ipso uulnus accipiet et beato igne amoris eius ardebit.Oportet etiam nos illud scire, quod illicitus amor, & contra legē,

1 Cor.3

1 Cor.13

Eph.4

Eccl.2
Matt.13
Hier.20
Psal.91.73

Psal.55
58
9

Ioan.4

Hier.15
Exod.23

ſicut accidere poteſt homini exteriori, uerbi gratia, ut non ſponſam uel coniugẽ amet, ſed aut meretricẽ, aut adulteram: ita & interiori homini, hoc eſt animæ, accidere poteſt amor, non in legitimum ſponſum quem diximus eſſe uerbum dei, ſed in adulterum aliquem & corruptorem. Quod ſub hac eadem figura euidenter declarat Ezechiel ꝓphe
Ezech.23 ta, ubi Oollam & Oolibã introducit ſub ſpecie Samariæ & Hieruſalẽ, adulterino amore corruptas, ſicut locus ipſe ſcripturæ propheticę oſtendit uolentib. plenius ſcire. Exardeſcit autem etiam hic ſpiritalis amor animæ, aliqñ quidem ut edocuimus erga aliquos ſpiritus nequitiæ, aliquãdo erga ſpiritum ſanctum. & uerbum dei, qui eſt ſpõſus fidelis, & eruditæ animæ uir dicitur, & cuius ipſa ſpõſa in hac præcipue ſcriptura quæ habetur in manibus, nominatur, ſicut præſtante domino, plenius oſtendemus, cum uerba ipſius libelli explanare cœperimus. Videtur aũt mihi diuina ſcriptura, uolẽs cauere ne lapſus aliquis legentibus ſub amoris nomine naſceretur, pro infirmioribus quibuſcꝫ eũ qui apud ſapiẽtes ſeculi Cupido, ſeu amor dicitur, honeſtiori uocabulo charitatem uel dile-
Gen.24.29 ctionem nominaſſe. Verbi gratia, ut cum dixit de Iſaac: Et accepit Rebeccã, & facta eſt ei uxor, & dilexit eam. Et iterum de Iacob & Rachel ſimiliter dicit ſcriptura: Rachel autem erat decora oculis, & pulchra facie, & dilexit Iacob Rachel, & dixit, ſeruiam tibi ſeptem annis pro Rachel filia tua iuniore. Euidẽtius autem immutatus uſus uocabuli hu
2 Reg.13 ius apparet in Amnon, qui adamauit ſororem ſuam Thamar. Scriptum eſt enim: Et factum eſt poſt hæc, & erat Abſalon filio Dauid ſoror decora facie ualde, & nomẽ ei Thamar, & dilexit eã Amnon filius Dauid. dilexit poſuit pro adamauit. Et tribulabatur, inquit, Amnon, ita ut infirmaretur propter Thamar ſororem ſuam: quoniã uirgo erat, & graue uidebatur in oculis Amnon facere ei aliquid. Et poſt pauca de uiolentia quã intulit Amnon Thamar ſorori ſuæ, ita dicit ſcriptura: Et noluit Amnon audire uocẽ eius, ſed inualuit ſuper eam, & humiliauit eam, & dormiuit cũ ea, & odiuit eam odio Amnõ magno ualde. quoniam maius erat odium quo oderat eã, ꝙ dilectio qua dilexerat eã. Et in his ergo, & in pluribus alijs locis inuenies ſcripturam diuinã refugiſſe amoris uocabulũ, & charitatis dilectionisꝙ poſuiſſe. Interdum (licet raro) proprio tamẽ uocabulo amorem nominat, & inuitat ad eum atꝙ incitat animas, ut cũ dicit in Prouerbijs de ſa
Prou.4 pientia: Adama eam, & ſeruabit te: circumda eam, & exaltabit te: honora eam, & complectetur te. Sed & in eo libello qui dicitur ſapientia Solomonis, ita ſcriptũ eſt de ipſa ſapientia: Amator factus ſum decoris eius. Arbitror autẽ quod ubi nulla lapſus uidebat occaſio, ibi tantum nomen amoris inſeruit. Quid enim paſſibile, aut quid indecorũ poſſit aliquis aduertere in amore ſapiẽtię, uel in eo qui ſe amatorẽ profiteatur eſſe ſapiẽtiæ? Nam ſi dixiſſet, quia adamauit uel Iſaac Rebeccã, uel Iacob Rachel, paſſio utiqꝫ aliqua indecora per hęc uerba erga ſanctos dei homines potuiſſet intelligi, apud eos pręcipue qui neſciunt à litera cõſcendere ad ſpiritũ. Apertiſſime autem in hoc ipſo libello qui ha
Cant.5 betur in manibus, amoris nomen charitatis uocabulo permutatũ eſt, in eo ubi dixit: Adiuraui uos filiæ Hieruſalẽ, ſi inueneritis fratruelem meum, ut annuncietis ei, quia uulneratæ charitatis ego ſum: pro eo utiqꝫ ut diceret: Amoris eius telo percuſſa ſum. Nihil ergo intereſt in ſcripturis diuinis, utrum charitas dicaẽ, an amor, uel dilectio: niſi quod in tantum nomen charitatis extollitur, ut etiam ipſe deus charitas appelletur, ſicut Ioãnes
1 Ioan.4 dixit: Chariſſimi diligamus inuicẽ, quia charitas ex deo eſt, & omnis qui diligit, ex deo natus eſt, & cognoſcit deum: qui autem non diligit, nõ cognoſcit deum, quia deus charitas eſt. Et quãuis alterius temporis ſit dicere aliquid de his quæ exẽpli cauſa ex Ioãnis epiſtola protulimus, tamen breuiter etiã aliqua perſtringere, non eſt uiſum abſurdũ. Diligamus, inquit, inuicẽ, quia charitas ex deo eſt. & poſt pauca: Deus charitas eſt. In quo oſtendit & ipſum deum charitatẽ eſſe, & iterum eum qui ex deo eſt, charitatẽ eſſe. Quis autem ex deo eſt, niſi ille qui dicit: Ego ex deo exiui, & ueni in hunc mundũ? Quod ſi
Ioan.16 deus pater charitas eſt, & filius charitas eſt: charitas autẽ & charitas unũ eſt, & in nullo differt: cõſequenter ergo pater & filius unum bene dicunt. Et ideo conuenienter Chriſtus ſicut ſapientia, & uirtus, & iuſtitia, & uerbũ, & ueritas, ita & charitas dicit. Et ideo dicit ſcriptura: Quia ſi charitas manet in uobis, deus in uobis manet. Deus aũt, id eſt pater & filius, qui & ueniunt ad eum qui perfectus in charitate eſt, ſecundũ uerbũ domi-
Ioan.14 ni & ſaluatoris dicentis: Ego & pater ueniemus ad eum, & manſionẽ faciemus apud eũ.

Scien-

Sciendum ergo est, quòd hæc charitas quæ deus est, cum in aliquo fuerit, nihil terrenũ, nihil materiale, nihil corruptibile diligit. Cõtra naturam nanq; est ei corruptibile aliqd diligere, cum ipsa sit incorruptionis fons. Ipsa est enim sola quæ habet immortalitatẽ. Si quidẽ deus charitas est, qui solus habet immortalitatẽ, lucẽ habitãs inaccessibilẽ. Quid autem aliud immortalitas nisi uita æterna est, quam daturum se promittit deus credẽtibus in ipsum solum uerum deum, & quem misit Iesum Christũ filiũ eius? Propterea ergo in primis, & ante omnia hoc amabile & placitũ dicitur esse deo, ut quis diligat dominum deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, & ex totis uiribus suis. Et quia deus charitas est, & filius qui ex deo est, charitas est, sui simile aliquid requirit in nobis: ut hanc charitatẽ quę est in Christo Iesu, qui est charitas, uelut cognata quadam per charitatis nomen affinitate sociemur: sicut & ille qui iam coniũctus ei dicebat: Quis nos separabit à charitate dei, quę est in Christo Iesu domino nostro? Hęc autẽ charitas omnẽ hominem proximũ diligit. Ob hoc eñ arguit Saluator quendam, qui opinabatur quòd iusta anima erga eam quæ iniquitatib. inuoluta est, propinquitatis iura nõ seruet: & ista de causa texuit istam parabolam, quæ dicit, quod in latrones incidit quidã, dum descendit ab Hierusalem in Hiericho: & culpat quidem sacerdotem ac leuitam, qui uidẽtes seminecem, præterierunt: amplectit autem Samaritanũ qui misericordiam fecerit, & hũc fuisse ei proximum ipsius qui proposuerat responsione firmauit, & ait ei: Vade, & tu fac similiter. Etenim natura omnes nobis inuicẽ proximi sumus. Operibus uerò charitatis fit proximus ille qui potest benefacere, ei q nõ potest. Vnde & Saluator noster factus est proximus nobis, nec pertransiuit nos cum semineces ex latronum uulneribus iaceremus. Igitur sciendum est dei charitatẽ semper ad deum tendere, à quo originem duxit, & ad proximũ respicere, cũ quo participium gerit, utpote similiter creatã in corruptione. Sic ergo quæcũq; de charitate scripta sunt, quasi de amore dicta suscipe, nihil de nominibus curans. Eadem nanq; in utroq; uirtus ostenditur. Quod si quis dicat, quia & pecuniam, & meretricem, & alia similiter mala eodẽ uocabulo quod à charitate duci uidetur, diligere appellamur: sciendum est in his non proprie, sed abusiue charitatẽ nominari. Sicut (uerbi gratia) & deus nomen principaliter in eo est, ex quo omnia, & per quem omnia, & in quo omnia. quod utiq; aperte uirtutem, & naturam trinæ singularitatis denunciat. Secundo uerò in loco, & (ut ita dixerim) abusiue deos dicit scriptura etiã illos ad quos sermo dei fit, sicut confirmat Saluator in euãgelijs. Sed & cœlestes uirtutes sub hoc nomine appellari uidẽtur, dum dicitur: Deus stetit in synagoga deorũ, in medio autem deos dijudicat. Tertio uerò in loco iam non abusiue, sed falso, dij gẽtium dæmones appellantur, cum dicit scriptura: Omnes dij gentium dæmonia. Itaq; & primum charitatis nomen in deo est, propter quod iubemur diligere deũ ex toto corde nostro, ex tota anima nostra, & ex totis uiribus nostris, utpote eum à quo habemus hoc ipsum, ut diligere possimus. In ipso iam sine dubio cõtinetur, ut & sapientiam, & iustitiam, & pietatẽ & ueritatem, omnesq; uirtutes pariter diligamus. Vnum eñ atq; idem est diligere deũ, & diligere bona. Secũdo loco, quasi abusiuo & inde deriuato nomine, etiã proximũ diligere iubemur, tanquam nosipsos. Tertium uerò est quod falso sub charitatis titulo nominatur, diligere uel pecuniam, uel uoluptates, uel omne quicquid ad corruptelã pertinet & errorem. Non ergo interest utrũ amari dicatur deus, an diligi. Nec puto quod cuipari possit si quis deum sicut Ioannes charitatem, ita ipse amorem nominet. Denicq; memini aliquem sanctorũ dixisse Ignatium nomine de Christo: Meus autem amor crucifixus est: nec reprehendi eum pro hoc dignũ iudico. Sciendum autẽ quod omnis qui uel pecuniam diligit, uel ea quæ in mũdo sunt materiæ corruptibilis, uirtutẽ charitatis quę ex deo est, ad terrena & ad caduca deducit, & rebus dei abutit ad ea quæ nõ uult deus. Nõ eñ deus dilectionem horum, sed usum hominibus dedit. Hæc autem paulo latius discussimus, uolentes de natura charitatis & amoris apertius attentiusq; distinguere, ne forte quoniam scriptura dicit, quia deus charitas est, omne quod diligitur etiã si corruptibile sit, ex deo esse, & hoc charitas & dilectio putaret. Sed ostẽditur res quidem dei, & munus eius esse charitas, non tamen semper ab hominibus, ad ea quę dei sunt, & quę deus uult, opus eius assumi. Sed & hoc scire oportet, quod impossibile est, ut nõ semper humana natura aliquid amet. Omnis nanq; qui ad id ætatis uenerit, quam pubertatẽ uo

1 Tim. 6

Rom. 8

Luc. 10

Psal. 82

1 Cor. 8

cant,amat aliquid seu minus recte,cum amat quæ nō oportet: seu recte & utiliter, cum amat quæ oportet. Verum nonnulli hunc amoris affectū, qui animę rationabili insitus est beneficio conditoris,aut ad amorem pecuniæ trahūt & auaritiæ studiū,aut erga gloriam captandam,& fiunt inanis gloriæ cupidi:aut erga scorta sectãda, & inueniunt impudicitiæ libidinisq; captiui:aut ad alia his similia uirtutē tãti boni huius effundūt. Sed & cum erga diuersas artes amor iste ducitur,quæ manu ministrantur,aut per studia præsentis uitæ non solum necessaria,ut(uerbi gratia dixerim)erga artem palæstricã,uel cursus exercitia,aut certe etiam erga geometricam,uel musicam, uel arithmeticam cōferr, atq; ad alias uel huiuscemodi disciplinas, nec sic quidem mihi uidetur usus eius probabiliter sumi. Si enim quod bonum est, hoc & probabile est: bonum autem proprie nō erga usus corporeos,sed in deo primū & animi uirtutib.intelligitur: consequenter ille amor probabilis est,qui deo & animi uirtutibus coaptat. Et hoc ita se habere definitione ipsius saluatoris ostenditur,ubi interrogatus à quodam,quod esset mandatum omniū maximum, & primum in lege,respondit:Diliges dominū deum tuum ex toto corde tuo,& *Matt.22* ex tota anima tua, & ex totis uiribus tuis. Secundū uerò simile est illi:Diliges proximū tuum sicut teipsum. Et adiecit:In his duobus mandatis omnis lex pendet & prophetæ: ostendens per hæc duo iustum amorem legitimumq; cōstare,atq; in his uniuersam legē *Matt.19* prophetasq; pendere. Sed & quod ait:Nō adulterabis:Nō occides: Nō furtū facies:Nō falsum testimoniū dices, & si quod aliud mandatū, in hoc uerbo restauratur,in quo ait: Diliges proximū tuum sicut teipsum.quod hoc modo facilius explanabitur. Ponamus uerbi gratia,mulierem amore alicuius uiri ardentē,cupientemq; in consortiū eius asciſci,nōne omnia ita aget,& omnes motus suos ita temperabit, ut scit illi placere quem diligit:ne forte si in aliquo contra uoluntatem illius egerit,consortia eius uir ille optimus refutet atq; spernat? Poteritne hęc mulier quę erga amorē uiri illius toto corde,tota anima,totisq; uiribus feruet,aut adulterium cōmittere, quæ eum nouerit amare pudicitiã? aut homicidium,quæ eum nouerit mitem? aut furtū, quæ ei sciat liberalitatem placere? aut concupiscet aliena, quæ omnes suas cōcupiscentias erga amorem uiri illius habeat occupatas? Sic ergo in charitatis perfectione,& omne mandatum restaurari dicit,& legis uirtus prophetarumq; pendere. Propter istud charitatis uel amoris bonū sancti, nec in tribulatione angustiantur,nec aporiati exaporiantur,nec deiecti pereūt, sed quod in præsenti est momentaneum, & leue tribulationis eorū supra modum æternum gloriæ pondus operat illis. Non em̄ omnibus,sed Paulo,& his qui ei similes sunt,præsens hæc & momentanea ac leuis dicitur tribulatio: quia perfectam charitatem dei in Christo Ie- *Gen.29* su per spiritum sanctum habent in corde suo diffusam. Sic denicq; & Iacob patriarchã amor Rachel per septem annos cōtinuos in laboribus positum diurni æstus,& nocturni frigoris ustionem sentire non siuit. Sic ipsum Paulum in amore huius incēsum audito di- *1 Cor.13* centem:Charitas omnia patitur,omnia credit,omnia sperat,omnia tolerat,charitas nūquam cadit. Nihil ergo est quod non toleret,qui perfecte diligit. Plura autem quãdo nō toleramus,certum quod ob hoc quia charitatem quæ omnia tolerat,nō habemus. Et si non ferimus aliqua patienter,idcirco est quia charitas nobis deest, quæ omnia patit. In luctamine quoq; eo quod est nobis aduersus diabolū,quòd frequenter cadimus, nō dubium est quin ob hoc fiat quod non est in nobis charitas illa quę nunquam cadit. Hunc ergo amorem loquitur prę sens scriptura,quo erga uerbum dei anima beata utitur,& inflammatur: & istud Epithalamij carmen per spiritum canit quo ecclesia sponso cœlesti Christo coniungitur ac sociatur,desiderans misceri ei per uerbum,ut cōcipiat ex eo, & saluari possit per hanc castam filiorum generationem,cum permanserint in fide,& sanctitate cum sobrietate:utpote cōcepti ex semine quidē uerbi dei,editi uerò genitiq; uel ab immaculata ecclesia,uel ab anima nihil corporeum,nihil materiale requirēte,sed solo uerbi dei amore flagrāte. Hæc interim nobis ad præsens de amore,uel charitate,quæ in Epithalamio hoc Cantici canticorum refertur,occurrere potuerunt. Sed sciendū est tam multa esse quæ dici debeant de charitate hac,quanta & de deo:siquidē ipse est charitas. Scit enim nemo patrem nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Similiter aūt etiã ipsum filium,quoniam & ipse charitas est,nemo scit nisi pater,& secūdū hoc quod charitas dicitur. Solus autem spiritus sanctus est,qui ex patre procedit,& ideo scit quę in deo

sunt

sunt, sicut spiritus hominis scit quæ in homine sunt. Hic ergo paracletus, spiritus ueritatis, qui de patre procedit, circuit quærens si quas inueniat dignas & capaces animas, quibus reuelet magnitudinẽ charitatis huius quæ ex deo est. Nũc ergo iam ipsum deum patrem, qui charitas est, inuocãtes, per eam quæ ex ipso est charitatẽ, etiam ad reliqua discutienda ueniamus. Et tentemus primum de eo requirere quid illud sit, quod cũ tria uolumina ecclesia dei à Salomone scripta susceperit, primus ex ipsis Prouerbiorũ liber positus sit, secundus is qui Ecclesiastes appellatur, tertio uerò in loco Cãtici canticorũ uolumen habeatur. Quæ ergo nobis occurrere possint in hoc loco, ista sunt. Generales disciplinæ quibus ad rerũ scientiam peruenitur tres sunt, quas Græci Ethicam, Physicam, & Theoricen appellauerũt, nos has dicere possumus moralem, naturalem, & inspectiuam. Nonnulli sanè apud Græcos etiam Logicen, quã nos rationalem possumus dicere, quarto in numero posuere. Alij non extrinsecus eam, sed per has tres quas suprà memorauimus disciplinas innexam cõsertamq; per omne corpus esse dixerũt. Est enim Logice, & uelut nos dicimus rationalis, quæ uerborũ, dictorũq; uidetur cõtinere rationes, proprietatesq;, & improprietates, generaq;, & species, & figuras singulorũ quoq; edocere dictorum: quam utiq; disciplinã, non tam separari, quàm inseri cæteris conuenit & intexi. Moralis autem dicitur per quam mos uiuendi honestus aptatur, & instituta ad uirtutem tendentia pręparantur. Naturalis dicitur ubi uniuscuiusq; rei natura discutitur, quo nihil cõtra naturam geratur in uita, sed unumquodq; his usibus deputet̃, in quos à creatore productum est. Inspectiua dicitur, qua supergressi uisibilia, de diuinis aliquid & cœlestibus contemplamur, eaq; sola mente intuemur, quoniam corporeum supergrediuntur aspectum. Hæc ergo ut mihi uidetur sapientes quiq; Græcorum sumpta à Salomone, utpote qui ætate & tempore longe ante ipsos prior ea per dei spiritũ didicisset, tãquam propria inuenta protulerunt, & institutionum suarum uoluminibus comprehẽsa posteris tradẽda reliquere. Sed hæc ut diximus Salomon ante omnes inuenit, & docuit per sapientiã quam accepit à deo, sicut scriptum est. Et dedit deus prudentiam Salomoni, & sapientiam multam ualde, & latitudinem cordis sicut arenam quæ est ad oram maris, & multiplicata est in eo sapientia super omnes antiquos filios hominum, & super omnes sapientes Ægypti. Salomõ ergo tres istas, quas suprà diximus generales esse disciplinas, id est moralem, naturalem, & inspectiuam, distinguere ab inuicem ac secernere uolens, tribus eas libellis edidit suo quoq; ordine singulis consequenter aptatis. Primo ergo in Prouerbijs moralem docuit locum, succinctis (ut decuit) breuibusq; sententijs uitæ instituta cõponens. Secundam uerò quæ naturalis appellatur, cõprehendit in Ecclesiaste. In quo multa de rebus naturalibus disserens, & inania ac uana ab utilibus necessarijsq; secernens, relinquendã uanitatem monet, & utilia rectaq; sectanda. Inspectiuũ quoq; locum in hoc libello tradidit, qui habetur in manibus, id est in Cantico canticorũ, in quo amorem cœlestium, diuinorumq; desideriũ incutit animæ sub specie sponsæ ac spõsi, charitatis & amoris uijs perueniendũ docens ad consortium dei. Hoc uerò eum ueræ philosophiæ fundamentũ ponentem, & ordinem disciplinarũ, institutionumq; condentem, quod nõ latuerit, neq; ab eo abiectus sit etiam rationalis locus, euidẽter ostẽdit in principio statim Prouerbiorum suorum. Primo omnium per hoc ipsum quod Prouerbia attitulauit libellum suum, quod utiq; nomẽ significat aliud quidem palàm dici, aliud uerò intrinsecus indicari. Hoc enim & cõmunis usus prouerbiorum docet, & Ioannes in Euãgelio saluatorem ita scribit dicentem: Hæc in prouerbijs locutus sum uobis, ueniet hora cũ iam nõ in prouerbijs loquar uobis: sed manifeste de patre annunciem uobis. Hæc interim in ipsa tituli inscriptione. In sequenti uerò statim subiungit discretionẽ sermonis, & distinguit scientiam à sapientia, & à sapientia disciplinam, & intellectum uerborũ aliud ponit: & prudẽtiam dicit in eo esse, ut excipere quis possit uerborum uersutiam. Distinguit etiam iustitiam uerã à directione iudicij: sed & astutiam nominat quãdã his quos imbuit necessariã, illam credo per quã sophismatũ intelligi ac declinari possit argutia. Et ideo dicit innocẽtibus per sapientiã dari astutiam, sine dubio ne in uerbo dei decipiãtur fraude sophistica. Sed in hoc mihi uidetur rationalis disciplinæ meminisse, per quã doctrina uerborum, dictorumq; significantiæ discernuntur, & uniuscuiusq; sermonis proprietas certa cũ ratione distinguitur. In qua præcipue erudiri cõuenit pueros. Hoc enim hortatur, cum dicit:

3 Reg. 4

Ioan. 16

Dan.13 Vt det puero iuniori ſenſum,& cogitationẽ.Et quia qui in his eruditur,neceſſario rationabiliter per ea quæ didicit ſemetipſum gubernat,& uitam ſuam moderatius librat, propterea dicit:Intelligẽs autem gubernacula acquiret. Poſt hæc uerò cognoſcẽs in uerbis diuinis quibus per prophetas humano generi traditus eſt ordo uiuẽdi,diuerſos eſſe eloquij tropos,& uarias dicẽdi ſpecies:ac ſciens haberi in eis aliquam figuram,quæ Parabola appelletur,& aliam quæ obſcura dictio uocetur, aliaſq; quæ ænigmata nominẽtur,& alias quæ dicta ſapientum dicantur,ſcribit:Intelliges quoq; parabolam,& obſcurum ſermonem,dictaq; ſapientũ & ænigmata.Per hæc ergo ſingula, rationalẽ locum manifeſte & euidenter exponit,ac more ueterum ſuccinctis breuibusq; ſententijs ingentes & perfectos explicat ſenſus.Quæ ſi quis eſt qui in lege domini meditetur die ac nocte, & ſi qs eſt ſicut iuſti os quod meditatur domini ſapientiam,inueſtigare diligentius poterit,& inuenire:ſi tamen recte quis ierit,& quærens pulſauerit oſtiũ ſapientiæ, petẽs à deo ut aperiatur ſibi,& mereatur accipere per ſpiritum ſanctum uerbum ſapientiæ, uerbum ſcien-
Prou.1 tiæ,fieriq; particeps illius ſapientiæ quæ dicebat:Extẽdebam enim uerba mea,& non audiebatis.Et merito extendere ſe dixit uerba in eius corde,cui dederit deus(ſicut ſuprà diximus)latitudinem cordis. Dilatatur nãq; illius cor qui poteſt ea quæ breuiter in myſterijs dicta ſunt, latiore doctrina ſumptis ex uoluminibus diuinis aſſertionib. explanare. Oportet igitur ſecundum hanc eandem ſapientiſſimi Solomonis doctrinã eum qui ſapientiã ſcire deſiderat,incipere ab eruditiõe morali, & intelligere illud quod ſcriptũ eſt:
Eccl.1 Concupiſti ſapientiã,ſerua mãdata,& dominus dabit eam tibi. Ob hoc magiſter hic qui primus homines diuinam philoſophiam docet,operis ſui exordiũ prouerbiorũ poſuit libellum,in quo(ut diximus)moralis traditur locus:ut cũ intellectu, moribusq; quis profecerit,ueniat etiam ad naturalis intelligentiæ diſciplinã,atq; ibi rerum cauſas naturasq; diſtinguens agnoſcat uanitatem uanitatum relinquẽdam, ad æterna autem & perpetua properandũ.& ideo poſt Prouerbia,ad Eccleſiaſten uenitur,qui docet(ut diximus)uiſibilia omnia & corporea caduca eſſe & fragilia,quę utiq; cum ita eſſe deprehẽderit is qui ſapientiæ ſtudet,ſine dubio contemnet ea ac deſpiciet,& uniuerſo(ut ita dicam) ſeculo renũcians tendet ad inuiſibilia & æterna,quæ ſpiritalibus quidẽ ſenſibus, ſed adopertis amorum quibuſdam figuris docentur in Canticis canticorum. Ideo enim nouiſſimũ locum tenet hic liber,ut tunc ad eum ueniatur,cum & moribus quis fuerit defecatis,& rerum corruptibilium atq; in corruptibilium ſcientiã diſtinctionemq; didicerit,per quę in nullo poſſit ex his figuris,quib.ſponſæ ad ſpõſum cœleſtis, id eſt animæ perfectæ amor ad uerbum dei deſcribitur ac formatur,offendere. Præmiſſis nanq; his quibus purificatẽ anima per actus ac mores,& in rerum diſcretionem naturalium perducitur,cõpetenter ad domeſtica uenitur,& ad myſtica, atq; ad diuinitatis contẽplationẽ ſyncero & ſpirituali amore cõſcenditur.Hanc ergo triplicem diuinæ philoſophiæ formã etiam in illis ſanctis ac beatis uiris arbitror præſignatã, pro quorũ ſanctiſſimis inſtitutionibus deus ſum
Exod.3 mus dici uoluit deus Abrahã,deus Iſaac,deus Iacob.Abraham tanquam moralem declarat philoſophiam,per obedientiam.Tanta enim eius fuit obedientia,& obſeruatio man
Gen.12 datorũ,ut cum audiret,Exi de terra tua,& de cognatione tua & de domo patris tui,non
22 ſit cũctatus,ſed ſtatim fecerit,imò & aliquid amplius fecerit.Audiẽs enim ut immolaret filium ſuum,nec inde quidẽ dubitat,ſed obtemperat præcepto: & ad exẽplum obedientiæ quę eſt moralis philoſophiæ,poſteris dandũ,nec filio ſuo unico pepercit.Iſaac quoq;
26 naturalem philoſophiam tenet,cum & puteos fodit,& rerum profunda rimatur. Sed & Iacob inſpectiuum tenet locum,quippe qui & Iſrael ob diuinorũ contemplationem no
28 minatus ſit,& qui caſtra cœli uiderit,& domum dei,atq; angelorũ uias, id eſt ſcalas à terris in cœlum porrectas proſpexit. Vnde & merito inuenimus tres iſtos beatos uiros altaria fixiſſe deo,hoc eſt philoſophiæ ſuæ conſecraſſe profectus, quo ſcilicet edocerent nõ hæc ad artes humanas ſed ad Dei gratiam referenda.Sed & in tabernaculis degũt,ut per hæc oſtendant,neq; in terris habendum eſſe aliquid proprium huic qui diuinæ philoſophiæ ſtudet,ſed ſemper promouendum,nõ tam de loco ad locum, quàm de ſcientia inferiorum,ad ſcientiam perfectorum.Sed & alia multa in ſcripturis diuinis inuenies quę ordinem hunc quem in libellis Solomonis contineri diximus,ſecundum hanc eãdem formam deſignant;ſed ea nunc nobis proſequi aliud in manibus habentibus longum eſt.Si

quis

Eccleſiaſtis libri ſumma ac caput.

quis ergo primum locum in emendandis moribus, mandatisq; seruādis, qui per prouer bia designatur, impleuit: post hæc autem deprehensa uanitate mūdi, & rerū caducarum fragilitate perspecta, uenit in hoc ut renunciet mundo, & omnibus quæ in mundo sunt: consequenter ueniet etiam ad cōtemplanda & desideranda ea quæ nō uidentur & æterna sunt. Ad quæ tamē ut peruenire possimus, indigemus diuina misericordia, si forte ualeamus perspecta pulchritudine uerbi dei salutari in eū amore succendi, ut & ipse digne tur huiusmodi animam diligere, quam desideriū sui habere perspexerit. Post hæc exigit nos cōsequentia sermonis dicere etiam de superscriptione ipsa Cātici canticorū. Simile enim est hoc illis quæ in tabernaculo testimonij appellantur sancta sanctorū, & illis quę Exod.29 in libro Numerorum memorantur opera operum, quæq; apud Paulū dicuntur secula se Rom.16 culorū. Sed quomodo differant à sanctis sancta sanctorum in Exodo, & quomodo diffe rant opera ab operibus operū in Numerorum libro, tractātibus prout potuimus, dictū est à nobis. Sed & de seculo seculorū in locis quibus occurrit nō omissum est, & ne eadē repetamus illa sufficiant. Nunc ergo requiramus primo quæ sint cantica, quorū cantico rum hoc esse canticum dicitur. Puto ergo quod cantica sint illa quæ dudum per prophe tas, uel per angelos canebātur. Lex enim dicitur per angelos ministrata in manu media- Gal.3 toris. Illa ergo omnia quæ per illos annunciabant, cantica erant per amicos spōsi præce dentia. Istud uerò unum canticum est, quod ipsi iam sponso spōsam suā suscepturo epi- thalamij specie erat canendū: in quo sponsa nō adhuc per amicos sponsi cātari sibi uult, sed ipsius iam spōsi pręsentis audire uerba desiderat, dicēs: Osculetur me osculo oris sui: Cant.1 unde & omnibus canticis merito præfertur. uidetur enim cætera cantica quæ lex & pro phetæ cecinerunt, paruulæ adhuc sponsæ, & quæ nondū uestibula maturæ ætatis ingres- sa sit decantata: hoc uerò canticum adultæ, & iam ualde robustæ, & quæ capax sit iam ui rilis potentiæ, perfectiq; mysterij, decantari uidetur. Secundum quod dicitur de ipsa qa una sit perfecta colūba. quæ si perfecta, ergo & perfecti uiri spōsa perfectæ suscepit uer- Ibid. ba doctrinæ. Primum ergo canticū cecinit deo Moyses & filij Israel quādo uiderūt Ægy ptios mortuos ad littus maris, & quando uiderūt manum fortem & brachium excelsum domini, & crediderunt deo & famulo eius Moysi. Tunc cantauerūt dicētes: Cantemus Exod.15 domino, gloriose enim honorificatus est. Ego autē arbitror quòd nō possit ad istud per fectum quis & mysticū canticum peruenire, & ad istam perfectionem spōsæ, quæ in hac scriptura cōtinetur, nisi prius ambulet per siccū in medio mari, & fiat ei aqua murus à de xtera læuaq;, & sic euadat de manibus Ægyptiorum: ita ut uideat eos mortuos ad littus maris, atq; intuens manum fortem domini, quia interfecit Ægyptios, credat domino & famulo eius Moysi. Moysi aūt dico legi atq; euangelijs, omnibusq; diuinis scripturis. tūc enim merito cantabit & dicet: Cantemus domino, gloriose enim honorificatus est. Sed istud cāticum canet quis cum primum liberatus fuerit à seruitute Ægyptiorū. Post hæc autem cum trāsierit per hæc omnia quæ in Exodo, & quæ in Leuitico scripta sunt, & ue nerit ad hoc ut in diuinos numeros assumatur, tunc iterum secūdum canticū canet, cum exierit de ualle Zareth, quod interpretatur aliena descensio, & uenerit ad puteū de quo scriptum est: Et dixit dominus ad Moysen. Cōgrega populum, & dabo eis aquam de pu Num.21 teo bibere. Ibi enim cantabit & dicet: Initiate ei puteum. Foderūt illum principes, excu derunt eum reges gentiū in regno suo cum dominantur eorū. Sed de his plenius in Nu merorum libro, secundū quod dedit nobis dominus, dictū est. Oportet igitur uenire ad puteum qui à principibus fossus est, & à regib. excusus est, in quo opere nemo plebeus operat, sed omnes principes, omnes reges, regales scilicet & principales animæ, quæ al titudinem putei aquā uiuam cōtinentis inquirūt. Post illud canticū uenitur ad Deutero nomij canticum, de quo dicit dominus: Et nūc scribite uobis uerba cantici huius, & do- Deut.32 cete illud filios Israel, & inijcite illud in os eorum, ut fiat mihi canticum istud ad testimo nium in filijs Israel. Et uide quantū & quale sit canticum istud cui ad audiēdum terra nō sufficit, sed conuocat & cœlū. Ait enim, Attēde cœlum quæ loquar, & audiat terra uer ba ex ore meo. Vide q; magna sint, q; ingentia quæ dicuntur. Expectetur (ait) sicut plu uia eloquium meum, & descēdat sicut ros super gramen, & sicut nix super fœnum, quia nomē domini inuocaui. & reliqua. Quartum canticū est in libro Iudicum, de quo scriptū est: Et cantauit Debbora & Barach filius Abinoem in die illa dicētes: Incipiendo princi Iud.5

pales

pales in Israel in proposito populi benedicite dominũ. Audite reges, auribus percipite satrapæ. & reliqua. Hæc autẽ quæ canit apis esse debet, cuius opus tale est, ut eo reges & mediocres utantur ad sanitatem. Debbora nanq; apis interpretatur, quę istud canticum canit, sed & Barach cum ipsa: interpretatur autẽ Barach coruscatio. Et canitur istud cãticum post uictoriam, quia nec ante quis potest quæ perfecta sunt canere, nisi ubi aduersarios uicerit. Sic denicq; & in ipso cantico dicitur: Exurge, exurge Debbora, exuscita milia populi. Exurge, exurge, cane canticum, exurge Barach. Verum & de his plenius in illis oratiũculis quas de libello Iudicum edidimus, diserta reperies. Quintũ post hæc canticum est in secundo libro Regnorum, cum locutus est Dauid ad dominum uerba cantici huius in die qua liberauit eum dominus de manu omniũ inimicorum suorum, & de manu Saul, & dixit: Dominus mihi petra & munitio mea, liberator dominus Deus meus custos erit mihi. Si ergo & tu potueris cõsiderare qui sunt inimici Dauid, quos in primo & secundo Regnorum libro superat ac prosternit, & quomodo dignus factus est ut Domini adiutorium mereretur & liberaretur ab huiusmodi inimicis: tunc poteris & tu quintum istud canticum canere. Sextũ est canticum in primo Paralipomenon libro, ubi constituit Dauid in principio ad laudandum Dominũ Asaph, & fratres eius, & est initium cantici istius tale: Laudate Dominũ, & confitemini, & inuocate eũ in nomine eius, notas facite in populis uoluntates eius, canite ei, & hymnum dicite, narrate omnes adinuentiones eius quas fecit Dominus, & cætera. Sciendum tamen est quod canticum quidem quod est in secundo Regnorũ libro, ualde simile est psalmo xvij. Quod autẽ est in primo libro Paralipomenon, in initijs quidem usq; ad eum locũ ubi dicit: Et in prophetis nolite malignari, simile est ciij. psal. Posteriora uerò ab hoc loco similitudinẽ gerunt primarũ partium xcv. psal. ubi dicitur: Cantate domino omnis terra, usq; ad eum locum ubi ait: Quia uenit iudicare terram. Igitur si in his concludendus est numerus canticorũ, septimo in loco ponẽdus uidebitur liber hic Cantici canticorũ. Si quis uerò etiam Esaiæ canticum cum cæteris numerandum putet licet non ualde conuenire uideatur, ut præcessisse putetur Esaiæ canticum, quod longe posterioribus temporibus Esaias scripserit: tamen si quis putet quod prophetica dicta nõ temporibus, sed ratione pensanda sint, adiunget etiã illud canticũ: & dicet hoc quod Solomon cecinit, Canticũ esse canticorũ nõ tantũ eorum quæ prius, sed & eorũ quæ postmodũ canenda uidebantur. Si quis uerò putet etiam ex libro psalmorũ debere assumi, sicubi in eo uel canticũ scribitur, uel canticũ psalmi, multitudinẽ congregabit præcedentiũ canticorum. Iunget enim cæteris etiã xv simul graduũ cantica: & requirens singulorũ uirtutes canticorũ, atq; ex his proficientis animæ gradus colligens, ac spiritalis intelligẽtiæ ordinẽ iterum cõsequentiamq; componens, ostendere poterit, cũ magnificis gressibus incedẽs spõsa per hæc omnia perueniat usq; ad thalamũ sponsi, digrediẽs in locum tabernaculi admirabilis usq; ad domũ dei in uoce exultationis & cõfessionis sonus epulãtis: & peruenies usq; ad ipsum (ut diximus) thalamum spõsi, ut audiat & loquatur cuncta hæc quæ cõtinentur in cantico canticorũ.

Iud. 5

2 Reg. 22

1 Paral. 16

Esa. 6

Adhuc autem possumus & hęc inquirere prius quàm ad ipsum corpus libelli ueniamus: cur Solomon qui uidetur obtẽperare in his tribus libellis uolũtati spiritus sancti, in Prouerbijs quidẽ dicatur Solomon filius Dauid qui regnauit in Israel, in secũdo uerò libello non Solomon scribitur, sed uerba, inquit, Ecclesiastæ filij Dauid regis Israel in Hierusalem. & filiũ quidem se esse Dauid, similiter ut in primo, & regẽ Israel scribit, sed ibi prouerbia, hic uerba ponit: & seipsum quem ibi Solomonẽ, hic Ecclesiasten nominat. Et cũ ibi gentem solam in qua regnauerat, posuisset, hic & gentem posuit, & locum regni Hierusalem designat. In Cantico canticorũ uerò neq; gentis nomẽ, neq; locũ in quo regnet, neq; omnino quod rex sit, neq; quod patrem Dauid habeat scribit, sed tantũmodo Canticũ (ait) canticorũ quod est ipsi Solomoni. Et quãuis difficile mihi uideat, aut perscruta ri, aut pertingere posse horũ differentias, aut utcũq; inuestigatas palàm proferre, & chartulis credere: tamen inquantũ capere uel sensus noster, uel auditus legentiũ potest, paucis aperire tentabimus. In plurimis Solomonem Christi typum ferre, uel secundum hoc quod pacificus dicitur, uel secũdum hoc quod regina austri uenit à finibus terræ audire sapientiã Solomonis, nõ puto dubitandũ. Hic ergo & secundum quod filius Dauid dicitur, regnat in Israel, & secundũ quod supra eos reges pro quibus ipse rex regũ dicitur, regnat

Prou. 1

Eccl. 1

Cant. 1

gnat

gnat. Et rursus, uerus Ecclesiastes ipse est, qui cũ in forma dei esset semetipsum exinaniuit formam serui accipiens ut cõgregaret ecclesiam. à cõgregando enim ecclesiã, Ecclesiastes appellatur. Tũ uerò quis ita Solomon, id est pacificus sicut dominus noster Iesus Christus, qui factus est nobis sapiẽtia à deo & iustitia & pax? Igit̃ in primo Prouerbiorũ libro cũ nos moralibus instituit disciplinis, rex esse dicit̃ in Israel necdũ in Hierusalem: quia & si Israel dicamur propter fidem, nõ tamen in hoc peruentũ est ut ad Hierusalẽ cœlestem peruenisse uideamur. Vbi uerò profecerimus, & in hoc uentum fuerit, ut ecclesię primitiuorũ quæ in cœlis est sociemur, atq; Hierusalẽ cœlestẽ discussis diligẽtius priscis & naturalibus causis matrẽ nostram noscimus cœlestẽ: tũc iam nobis etiã ipse Christus Ecclesiastes efficitur, & non solum in Israel, sed & in Hierusalẽ regnare dicitur. Cũ uerò ad perfectionẽ omniũ uentũ fuerit, & spõsa ei perfecta omnis duntaxat rationalis creatura iungetur, quia pacificauit per sanguinẽ suum non solũ quæ in terris sunt, sed & quæ in cœlis: tunc Solomon tantũmodo dicetur cum tradiderit regnũ deo & patri, cũ euacuauerit omnem principatũ & potestatẽ. Oportet enim eũ regnare donec ponat inimicos suos sub pedibus suis, & nouissimus inimicus destruatur mors. Et ita pacificatis omnib. patriq; subiectis, cũ erit iam deus oĩa in omnibus, Solomon tantũmodo, id est solus pacificus nominabit̃. Competenter ergo in hoc libello qui de amore sponsæ & sponsi erat scribẽdus, etiam pro hoc neq; filius Dauid, neq; rex, neq; aliud horũ quod ad corporeũ pertinere possit intellectum scribitur, ut merito de eo perfecta iam sponsa dicat: Quia & si aliquando cognouimus Christum secundũ carnẽ, sed nunc iam non nouimus. ne quis putet eam corporeum aliquid amare, aut in carne positum, & macula aliqua amori eius credatur induci. Propterea Canticũ canticorum Solomoni tãtummodo est, & neq; filio Dauid, neq; regi Israel, neq; aliqua in his prorsus miscetur carnalis nominis intelligẽtia. Et ne mireris quod cum unus atq; idem sit Dominus atq; saluator noster, dicamus eum uelut minorem primo in Prouerbijs, & deinde proficientem in Ecclesiaste, & post hæc habere perfectionem in Cantico canticorũ, cum hæc etiam in euangelijs uideas scripta, ubi propter nos & ipse in nobis dicitur proficere. Sic enim refertur, quia Iesus proficiebat ætate & sapientia apud deum & homines. Puto ergo quòd pro his omnibus, neq; filius Dauid, neq; rex Israel scribitur: sed & pro eo adhuc, quòd in Cantico canticorũ sponsa iam intantum profecerat, ut maius aliquid esset quàm est regnum Hierusalem. Nam Hierusalem cœlestem dicit apostolus esse, atq; ad eam memorat credẽtes accedere. Hũc ergo sponsum ad quem nũc sponsa festinat, idem Paulus cũ eum pontificem maximum dicit, ita de eo scribit, quasi qui non in cœlis sit, sed penetrarit & pertransierit omnes cœlos, & illuc quoq; eum hæc sua perfecta sponsa sectetur, immò illuc adhærẽs ei & cõiuncta cõscenderit. est enim facta cum eo unus spiritus. Vnde uidetur mihi & ad Petrũ, qui non poterat eum primo sequi cum diceret: Quo ego uado uos non potestis uenire modo, dixisse, Sequeris autẽ postea. Quod autem sit aliquid maius & ab Israel, inde colligimus, quod in Numerorũ libro omnis quidem Israel numeratur, & xij. tribus Israel certo sub numero censentur: Tribus uerò leuitica, utpote cæteris eminẽtior supra hunc numerum habetur, & nequaquã in Israelitico numero deputatur. Dicit enim ita: Hæc est uisitatio in qua recẽsiti sunt filij Israel secundũ domus familiarũ suarum. Omnis uisitatio eorum cum uirtute sua sexcenta tria milia quingenti quinquaginta. Leuitæ autẽ non sunt numerati cũ eis, sicut præcepit dominus Moysi. Vides quomodo ut eminẽtiores à filijs Israel sequestrãtur leuitæ, nec in eorũ numero sociantur: Et rursum leuitis eminentiores scribũtur sacerdotes. Sic enim in eadem scriptura cõtinetur: Et locutus est, inquit, dominus ad Moysen, dicẽs: Accipe summã leuitarum, & constitues eos in conspectu Aaron sacerdotis, & ministrent ei. Vides & in hoc quomodo superiores leuitis nominet sacerdotes, & rursus leuitas eminẽtiores ponit filijs Israel? Hæc autẽ uisi sumus discutere paulo curiosius, uolentes etiã per hæc ostendere rationẽ, quia in ipsis quoq; attitulationib. librorum suorum Solomon differentijs usus est necessarijs, & aliud in Prouerbijs, aliud in Ecclesiaste, aliud etiam in Canticorũ cantico ex ipsa inscriptione tituli designauit. Et adhuc quod in Cantico canticorum ubi iam perfectio ostẽditur, neq; filius Dauid, neq; rex scribitur, potest etiam hoc dici: quia cum factus fuerit seruus sicut dominus, & discipulus sicut magister, uidetur iam neq; seruus esse seruus, factus uidelicet sicut dominus: neq;

Phil. 2 Ecclesiastes

1 Cor. 1 Prouerbia Salo

Ecclesiastes.

Cantica.

1 Cor. 15

2 Cor. 5

Gal. 4

Eph. 4

Ioan. 13

Num. 2

Num. 3

neq; discipulus esse discipulus, quippe qui sicut magister effectus est: sed fuisse quidē ali quādo discipulus nūc uerò esse sicut magister: & fuisse quidē seruus aliquando, nūc uerò esse sicut dominus. Simili igitur ratiōe etiā de rege & in his in quos regnat aduerti posse uidebitur, cum regnū iam tradetur Deo & patri. Sed & hoc nō lateat, nōnullos attitulationem libelli huius Cantica canticatorū scribere, quod nō recte scribitur. Non em̄ pluraliter, sed singulariter Canticū hic dicitur canticorū. Hæc quasi in præfatione dicta sunt à nobis de superscriptione ipsa, uel attitulatiōe libelli. Iā nūc domino nostro nos adiuuā te ipsius operis adoriamur exordia, & tamē ne illud quidē remaneat in nobis omissum, quod quibusdam requirendū uisum est adhuc de ipsa attitulatione, ac superscriptiōe libri, quæ ita habetur, Canticū canticorū quod est ipsi Solomoni. Sic enim accipiūt, quasi canticum hoc esse dixerit canticorū Solomonis, ut ex plurimis suis canticis hoc unū esse signauerit. Sed nos quomodo recipiemus huiusmodi intelligentiā, cū neq; ecclesia Dei ulla extrinsecus Solomonis cantica legēda susceperit: neq; apud Hebræos, à quibus elo quia dei ad nos uident esse trāslata, aliqd præter hos tres libellos Solomonis, q & apud nos sunt, amplius habeat in canone? Volunt tamē qui hoc asserūt, inde cōfirmare sentētiam, quod in Regnorū tertio libro scriptū est, multa fuisse Solomonis cantica, ut unū ex multis esse cōfirment. Hoc ibi ergo refert: Et deus dedit prudentiā Solomoni, & sapientiam multā ualde, & latitudinē cordis sicut arenā quæ est ad orā maris, & factus est sapiens Solomon ualde super sapientiā omnium antiquorū, & super omnes sapientes Ægypti, & super Ethan Ezraiten & Heman & Chalcal & Dorda filios Maol, & erat nomi-
3. Reg. 4. natus in uniuersis gentibus per circuitū: & locutus est Solomon tria milia parabolarū, et erāt cantica eius quinq; milia. Ex his ergo quinq; milibus canticis uolūt uideri hoc unū esse canticū quod habemus: sed usq; quò uel ubi cantata sint, nō solum ad usum, sed ne ad notitiā quidē peruenit ecclesiarū dei. Operosum est aūt & procul ab opere propositō, si uelimus nūc inquirere q̄ multorum librorū cōmemoratio fiat in scripturis diuinis, quorum lectio nulla nobis omnino est tradita. Sed neq; apud Iudæos haberi quidē usum huiusmodi reperimus lectionū. quæ siue pro eo q̄ aliqua supra humanā intelligentiā continebāt, placuit spiritui sancto auferri de medio, siue quod essent de scripturis his quæ appellant apocryphæ, pro eo quod multa in eis corrupta, & cōtra fidem ueram inueniunt à maioribus tradita, nō placuit eis dari locū, nec admitti ad auctoritatē, supra nos est pronūciare de talibus. Illud tamē palàm est, multa uel ab apostolis, uel ab euāgelistis exēpla esse prolata, & Nouo testamento inserta, quæ in his scripturis quas canonicas habemus, nunq; legimus, in apocryphis tamē inueniunt, & euidēter ex ipsis ostendunt assumpta. Sed ne sic quidem locus apocryphis dandus est: nō enim transeūdi sunt termini quos statuerūt patres nostri. Potuit enim fieri, ut apostoli uel euāgelistæ sancto spiritu repleti scirent quid assumendū ex illis esset scripturis, quidúe refutandū: nobis autē nō est absq; periculo aliquid tale præsumere, quibus nō est tanta spiritus abundantia. Et ideo de præsenti uersiculo nos eam tenemus æditionē quam supra exposuimus, maxime cū euidens in eo habeatur distinctio, ubi ait, Canticū canticorū, quod est ipsi Solomoni. Si enim uoluisset intelligi canticorū Solomonis hoc esse canticū, dixisset uti q̄, canticū canticorum quæ sunt Solomoni, uel canticū ex canticis Solomonis: nunc aūt quia dixit, quod est Solomoni, ostēdit istud canticū quod est in manibus, & quod erat ei canendū, esse Solomonis. Et hoc de attitulatione quā proposuit cōtinere. Videamus ergo iā & quæ sequūtur.

HOMILIA PRIMA.

Cant. 1. OSCVLETVR me ab osculo oris sui. Meminisse oportet illud quod in præfatione præmonuimus, quia libellus hic Epithalamij habēs speciem dramatis in modum conscribitur. Drama autem esse diximus ubi certæ personæ introducuntur, quæ loquuntur, & aliæ interdum superueniunt, aliæ recedunt, aut accedunt, & sic totum in mutationibus agitur personarum. Hæc ergo erit totius libelli species, & secundum hanc pro uiribus historica à nobis aptabitur expositio. Spiritalis uerò intelligentia secundum hoc nihilominus quod in præfatione signauimus, uel de ecclesiæ ad Christum, sub sponsæ uel sponsi titulo, uel de animæ cum

uerbo

uerbo dei cõiunctione dirigitur. Introducitur ergo nũc per hiſtorię ſpeciem ſpõſa quędam quæ ſuſcepit quædã ſponſaliorũ & dotis titulo digniſſima munera ab ſponſo nobiliſſimo. Sed plurimo tempore morã faciente ſponſo, ſollicitari eam deſiderio amoris ſui, & confici iacentẽ domi ſuæ, & agentẽ omnia quatenus poſſit aliquãdo uidere ſponſum ſuum, atq; oſculis eius frui. Quæ quoniam nec differri amorẽ ſuum, nec adipiſci ſe poſſe quod deſiderat uidet, conuertat ſe ad orationẽ, & ſupplicet deo, ſciens eum patrẽ eſſe ſponſi ſui. Conſideremus ergo eam leuantem ſanctas manus ſine ira & diſceptatione in habitu ornato cum uerecundia et ſobrietate, ornatam digniſſimis ornamẽtis, quibus ornari decet nobilem ſponſam: æſtuãtem uerò deſiderio ſponſi, & interno uulnere amoris agitatam, orationem (ut diximus) fundere ad deũ, & dicere de ſponſo ſuo: Oſculetur me ab oſculo oris ſui. Hæc ſunt quæ dramatis in modũ cõpoſita, hiſtorica continet explanatio. Interior uerò intellectus uideamus ſi hoc modo poterit cõpetẽter aptari. Eccleſia ſic deſiderans Chriſto cõiungi. Eccleſiam autem cœtũ omniũ aduerte ſanctorũ. Hæc ergo eccleſia ſit quaſi omniũ una perſona, quæ loquatur & dicat: Omnia habeo. repleta ſum muneribus quæ ſponſaliorum uel dotis titulo ante nuptias ſumpſi. Dudum eñ cũ prępararer ad coniugiũ filij regis & primogeniti omnis creaturę, obſecuti ſunt et miniſtrauerunt mihi angeli ſancti eius, deferẽtes ad me legem ſponſalis muneris loco. Lex nanq; per angelos diſpoſita dicit in manu mediatoris. Miniſtrauerunt mihi etiam *Gal.3*
prophetæ. Locuti ſunt enim omnia & ipſi, per quæ non ſolum oſtenderẽt & indicarent mihi de filio dei, cui me delatis his quæ appellant arris & muneribus dotalibus ſpõdere cupiebant: uerũ ut & in amorẽ me eius deſideriumq; ſuccenderent, pronunciauerũt mihi propheticis uocib. de aduẽtu eius, & de innumeris uirtutibus, operibusq; eius immẽſis repleti ſpiritu ſancto prædicauerũt, pulchritudinẽ quoq; eius, & ſpeciem, ac manſuetudinem deſcripſerunt, ita ut omnibus his ad amorẽ eius integraliter inflammarer. Sed quoniam ſeculũ iam pene finitum eſt, & ipſius quidem præſentia non datur mihi, ſolos autem miniſtros eius uideo aſcendentes & deſcẽdentes ad me, propter hoc ad te patrẽ ſponſi mei precem fundo & obſecro ut tandẽ miſeratus amorẽ noſtrum mittas eum: ut iã non mihi per miniſtros ſuos angelos duntaxat & prophetas loquatur, ſed ipſe per ſemetipſum ueniat, & oſculetur me ab obſculo oris ſui, uerba ſcilicet in os meũ ſui oris infundat, ipſum audiam loquentẽ, ipſum uideam docẽtem. Hæc enim ſunt Chriſti oſcula quæ porrexit eccleſiæ, cum in aduẽtu ſuo ipſe Chriſtus in carne poſitus euãgelizauit ei uerba fidei & charitatis & pacis, ſecundũ quod Eſaias promiſerat, & præmiſſus ad ſpõſam dixerat: Nõ legatus, neq; angelus, ſed ipſe dominus ſaluabit nos. Tertio uerò expo *Eſa.33*
ſitiõis loco introducamus animã, cuius omne ſtudiũ ſit cõiungi & cõſociari uerbo dei, & intra myſteria ſapiẽtiæ eius ac ſciẽtiæ uelut ſpõſi cœleſtis thalamos intrare, cuiq; animæ præſentia eius etiã munera data ſunt, dotis ſcilicet nomine. Sicut eñ eccleſiæ dos fuit legis & prophetarũ uolumina, ita huic lex naturę et ratiõalis ſenſus ac libertas arbitrij dotalia munera deputentur. Habens aũt hæc dotis ſuæ munera, ſit ei primo eruditionis doctrina à monitoribus doctoribusq; deſcendens. Sed quoniã in his nõ eſt ei plana atq; perfecta deſiderij ſui & amoris expletio, deprecẽt ut mẽs eius pura & uirginalis, ipſius uerbi dei illuminationib. & uiſitationibus illuſtretur. Cũ enim nullo hominis, uel angeli miniſterio diuinis ſenſibus & intellectibus mens impleẽt, tũc ipſius oſcula uerbi dei ſuſcipere ſeſe credat. Propter hæc ergo & huiuſmodi oſcula dicat anima orãs ad deũ: Oſculetur me ab oſculo oris ſui. Dũ eñ inde capax fuerit, ut ipſius uerbi dei caperet uerã ſolidamq; doctrinã, neceſſaria ſuſcepit oſcula, id eſt ſenſus ab ore doctorũ: ubi uerò ſponte iã cœperit obſcura cernere, enodare perplexa, inuoluta diſſoluere, parabolas & ænigmata, dictaq; ſapientũ cõpetentibus intelligẽtiæ lineis explicare, tũc iam oſcula ipſius ſponſi ſui, id eſt uerbi dei, ſuſcepiſſe ſe credat. Ideo aũt oſcula pluraliter poſuit, ut intelligamus uniuſcuiuſq; obſcuri ſenſus illuminationẽ, oſculũ eſſe uerbi dei ad animã pfectã delatũ. Et ſecundũ hoc forte dicebat, pphetica & perfecta mẽs: Os meũ aperui & attraxi ſpiritũ. Os aũt ſponſi intelligimus uirtutẽ dei, qua illuminat mentẽ, & uelut ſermone quodam amoris ad eam facto, ſi tamen capere mereatur tantę uirtutis præſentiã, incognita quæq; ſibi & obſcura manifeſtat: & hoc eſt uerius, propiusq;, & ſanctius oſculum, quod à ſpõſo dei uerbo porrigi dicitur ſpõſę, purę ſcilicet animę, & perfectæ. Cuius rei *Pſal.118*

imago est illud osculũ, qđ in ecclesia sub tẽpore mysteriorũ nobis inuicẽ damus. Quoti es ergo in corde nostro aliquid quod de diuinis dogmatib. sensibusq; quærit, absq; monitorib. inuenimus, totiẽs oscula nobis data esse à spõso dei uerbo credamus. Vbi uerò quærẽtes aliquid de diuinis sensibus inuenire nõ possumus, tunc affectu huius orationis assumpto petamus à deo uisitationẽ uerbi eius, & dicamus: Osculet̃ me ab osculo oris sui. Scit aũt pater uniuscuiusq; animæ capacitatẽ, & nouit quo tempore, cui animæ, quæ
Cant. 4 oscula uerbi sui porrigere in intellectibus duntaxat & sensibus debeat. Quia bona sunt ubera tua super uinũ, & odor unguentorũ tuorũ super omnia aromata. Intellige prius quasi in historiæ dramate sponsam eleuatis ad deũ manibus orationẽ fudisse ad patrẽ, et orasse ut iã ueniret ad eam spõsus, & ipse ei osculũ proprij oris infunderet. Dũq; hęc oraret ad patrẽ, in ipsa oratione qua dixit: Osculet̃ me ab osculo oris sui, parat etiã alia orationis uerba subiũgere, ac dicere: quia in hoc principio sermõis affuisset spõsus, & orãti ei astitisset, ac reuelasset uerba sua, ipsumq; spõsum unguẽtis mirificis, & quibus spõsum fragrare decebat, cõstituisset deliburũ. Spõsa uerò ubi adesse uidit eũ pro quo orabat ut adesset, & adhuc loquẽti sibi præstitũ qđ orabat, ac data sibi ab ipso oscula quę popposcerat, læta pro hoc reddita, & decore uberũ, ac fragrantiæ ipsius odore permota, propositæ orationis sermonem conuertit ad præsentiam sponsi qui aderat: & cũ dixisset: Osculetur me ab osculo oris sui, subiũgit post hęc ad præsentẽ iam spõsum, dicẽs: Bona ubera tua super uinũ, & odor unguentorũ tuorũ super omnia aromata. Hæc interim secundum historicam intelligentiã, quam dramatis in modũ prædiximus textam. Nunc uerò quid intellectus interior habeat, requiramus. Diuersis uocabulis principale cordis appellari in scripturis diuinis inuenimus, quæ uocabula pro causis, ac rebus de quibus agi
Matt. 5 tur aptari solẽt. Interdũ eñ cor dicit̃, ut: Beati mũdo corde, &: Corde credit̃ ad iustitiã.
Rom. 10 Si uerò cõuiuj tẽpus sit, pro specie, & ordine discumbentiũ, uel sinus, uel pectus appel
Ioan. 13 latur: sicut Ioannes in euãgelio refert de quodam discipulo quem amabat Iesus, quod in sinu eius uel supra pectus eius recũberet, ille profecto cui innuẽs Simõ Petrus dicebat: Interroga quis hic de quo dicit. Post hæc uerò recũbens super pectus Iesu, dicit ei: Domine quis est? In his enim certum est quod Ioãnes in principali cordis Iesu, atq; internis doctrinæ eius sensibus requieuisse dicat̃, ibi requirẽs & perscrutans thesauros sapiẽtiæ & scientiæ qui recõditi erant in Christo Iesu. Sed quod sinus Christi in loco dogmatum sanctorum accipiatur, puto indecens nõ uideri. Diuersis ergo modis ut dicere cœperaLeuit. 7 mus principale cordis in scripturis sanctis designat̃, sicut & in Leuitico nihilominus, ubi de sacrificijs pectusculum separationis, et braciũ sacerdotibus sequestrat̃: & in hoc sequestratũ ac separatũ pectusculum & brachium, pręcellẽs cæteros homines principale cordis, & operũ decus uult esse in sacerdotibus. De quo plenius in libro Leuitico prout dominus dare dignatus est exposuimus. Secundũ hæc ergo etiã in pręsenti loco, quãdoquidẽ amatorium uidetur drama quod agit̃, in uberibus principale cordis intelligamur, ut tale uideatur esse quod dicitur: Cor tuum ô sponse meus, id est dogmata quę intra te sunt, uel doctrinæ gratia, superat omne uinũ, quod cor hominis lætificare solet. Sicut enim in his de quibus dicit: Quia deum uidebunt, cor competenter dictum esse uidetur, & inter discũbentes sinus, ac pectus ponitur, pro habitu sine dubio discumbentium, formaq; conuiuj: & rursus ut apud sacerdotes pectusculũ & brachium mysticis designatur eloquijs: ita etiã arbitror in præsenti loco, ubi amantiũ habitus & colloquia describuntur, gratissime hoc ipsum principale cordis in uberibus appellatum. Bona ergo sunt ubera spõsi, quandoquidem thesauri sunt in eis sapientiæ & scientiæ reconditi. Vbera autem hæc uino cõparat sponsa, sed ita compurat ut præferat. Vinum aũt illa intelligenda sunt dogmata, & doctrinæ, quæ per legem & prophetas ante aduentum sponsi sumere sponsa consueuerat. Sed nunc considerans hanc doctrinã, quæ ex uberibus ꝑfluit sponsi, miratur & stupet, uidens eam longe prẽstantiorem quàm illam ex qua ante aduentum sponsi lætificata fuerat, tanquã ex uino spirituali quod ministrabant sancti patres & prophetę, qui etiã huius generis plantauerunt uineas, ut Noe primus, & Esaias in cornu in loco uberi, & coluerunt eas. Videns ergo nũc multam esse eminentiam dogmatum & scientiæ apud sponsum, & longe ex eo perfectiorem ꝙ fuit apud antiquos emanare doctrinã, dicit: Bona sunt ubera tua super uinũ: super illam scilicet doctrinam

qua

qua lætificabar ab antiquis. De hoc enim antiquorũ uino intelligẽdus est ecclesiastes di
cere, ubi ait: Ego dixi in corde meo: ueni, & tẽtabo te in lętitia, & uidebo in bono. Et ite Eccles. 2
rum de eisdem uineis loquens idem Ecclesiastes dicit: Magnificaui mihi opus meũ, ædi Ibid.
ficaui mihi domos, plantaui mihi uineas, feci mihi hortos & paradisos, & reliqua. Sũt au
tem huius uineę mystici etiam ministri quidã, qui uini fusores appellantur. Sic enim idem
dicit: Et feci mihi cantores & cantatrices in lętitia filiorum hominum, uini fusores, & ui Ibidem
ni fusitrices. Vide ergo si possimus tum in cæteris, tum etiã in hoc intelligere sãluatorẽ
ueteri uino nouella uberum suorum fluenta miscentem, cum Maria & Ioseph quæren- Luc. 2
tes inuenerunt eum in templo sedentem in medio doctorũ, & audientẽ atq; interrogan
tẽ eos, quando & mirabãtur omnes super responsis eius. Sed & ibi fortassis species for
mæ huius expletur, ubi ascendens in montem docebat populos, & dicebat: Dictum est Matt. 5
antiquis: Non occides: ego autem dico uobis: Omnis qui irascitur fratri suo sine causa,
reus erit. Et dictũ est antiquis: Non adulterabis: ego autem dico uobis: Omnis qui uide
rit mulierem ad cõcupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo: Inquantũ er-
go doctrina hæc eius præcellit illam antiquam, intantum sponsa intelligit & pronũciat
bona esse ubera eius super uinum. Sed & quòd uorax dicitur filius hominis, & bibẽs, &
dicunt: Ecce homo uorax & uinum bibẽs: ad hoc nihilominus respicit: tale et illud uinũ Matt. 11
fuisse in Cana Galilææ quod bibebatur in conuiuio nuptiali, quo deficiẽte fecit et aliud
uinum cui testimõium reddit architriclinus quod sit ualde bonum, & eo uino quod ex- Ion. 2
pensum fuerat multo præstantius: cum dicit, omnis homo primo bonum uinũ ponit, &
cum inebriati fuerint id quod deterius est, tu autẽ seruasti uinum bonum usq; nunc. Sed
& Solomonẽ qui pro accepta dei sapientia in admiratione fuit reginæ Sabæ, quæ uene
rat tentare eum in quæstionibus: in quibus eum eadem regina scrutetur et miretur, audi
scripturam referentem: Et uidit, inquit, regina Saba omnem sapientiã Solomonis, et do 3 Reg. 10
mum quam ædificauit, & apparatum cõuiuij eius, & sedem puerorum eius, & ordinem
ministrorum eius, & uestes eius, & uinifusores eius, & holocausta eius, quę offerebat in
domo dei, & stupefacta est, & reliqua. In his ergo aduerte quomodo hæc quæ uenit à fi
nibus terrę audire sapiẽtiam Solomonis, inter cætera miratur & cibos cõuiuij eius, uel
uini fusores eius, & super his dicitur obstupuisse. Nescio aũt si ita ineptã putemus fuisse
reginam, quæ ob hoc uenerat à finibus terræ ut audiret sapientiã Solomonis, ut miretur
cibos corporales, & uinũ istud cõmune, ac pincernas uini in ministerio regis. Quid emi
in his admiratione dignũ reginæ uideatur, quæ communia penè omnibus sunt homini
bus? Sed mihi uidetur miratam esse cibos doctrinæ eius & uinum dogmatũ, quæ ab eo
per diuinam sapientiam prædicabantur. Hoc erat uinũ & illud quod per Hieremiam re
fertur de filijs Ionadab filij Rechab, qui eo tempore quo peccata populi inualuerant, et
pro iniquitatibus plebis captiuitas imminebat, conuocati sunt ut biberẽt uinũ, & dixe
runt, quia mandauerat eis pater suus Ionadab ne biberent uinum ipsi & filij sui in secu-
lũ, neq; domos ædificarent, neq; seminarent semen, neq; plantarent uineas, sed in taber
naculis habitarẽt omnibus diebus uitæ suæ. Et amplectitur eos Deus eo quòd custodie Hier. 15
rint præceptum patris sui, & noluerint bibere uinum. Pro peccatis enim tunc populi, et
iniquitatibus eorum, erat uinea eorum ex uinea Sodomorũ, & palmites eorum ex Go-
morra, uua eorum uua fellis, & botrus amaritudinis: uenenũ aspidum, & furor draconũ
erat uinum eorum. Propter hoc ergo laudabiles habẽtur filij Ionadab, qui tale uinũ, ue-
nenata scilicet dogmata, et aliena à fide dei, bibere et suscipere recusarũt. Propter hoc er
go fortassis percussit deus uineas Ægyptiorũ, sicut in psalmo scriptũ est, ne tale facerẽt Psal. 105
uinũ. Igitur si intellexerimus uini differẽtias, easq; pro diuersitate dogmatũ cõstare per-
spexerimus, quod ait hic sponsa: Quia bona sunt ubera tua super uinum, super uinũ utiq;
intelligamus bonum, non malum. Bonis enim, non malis cõparata dogmatibus sponsi
dogmata præferunt. Bonũ enim uinũ gustauerat prius in lege & prophetis: ex quo ue-
lut præmeditata erat spõsa lætitiã cordis accipere, ac prępparare, ut capere posset etiã il-
lam quę affutura erat per ubera ipsius sponsi, excellentiorẽ cunctis cernens eorũ doctri
nam, & ideo dicit: Bona sunt ubera tua super uinum. Et uide si adhuc formę huic aptare
possimus illam euãgelij parabolam, quę dicit: Simile est regnum cœlorum thesauro ab Matt. 13
scondito in agro, quẽ qui inuenerit, abscõdit, & præ gaudio eius uadit, & uendit omnia

quæ habet,& emit agrum illum. Est ergo thesaurus is nō in deserto aliquo loco, neq; in syluis,sed in agro absc̄ditus. Et possibile utiq; est agrū illum habere etiam uineas, quæ afferant uinum,habere etiam thesaurū propter quem distractis omnibus emit agrum illum is qui inuenerat ibi thesaurum. Potest ergo dicere ille qui emit agrū,quia bonus est thesaurus qui est in agro,magis quàm uinum quod est in eo. Ita ergo & bonus est sponsus,atq; ubera spōsi,quę uelut thesaurus absc̄ditus est in lege & ꝓphetis, magis quàm uinum quod est in eis,illa scilicet doctrina quæ palàm est,& lætificat audiētes. Bona ergo sunt ubera sponsi. Thesauri enim sunt sapientiæ & scientię in eo absconditi: qui cum aperti & reuelati fuerint oculis sposæ, multo præstantiores ei uidebuntur quàm fuit prius istud uinum legis et doctrina prophetica. Sed & si tertiam expositionē de anima perfecta,& uerbo Dei sentire debeamus, possumus dicere: quia quis donec paruulus est,et nondum semetipsum ex integro obtulit Deo, bibit uinū quod affert ager ille, qui habet intra se etiam thesaurum absconditū,& bibens lætificatur ex uino. Cum autem obtulerit & deuouerit semetipsum deo,ac Nazaræus fuerit effectus, atq; inuenerit thesaurum absconditum, & ad ipsa ubera fontesq; peruenerit uerbi Dei, uinū & siceram iam non bibet, dicens ad ipsum Dei uerbū de his thesauris, qui in ipso scientiæ & sapientiæ recōditi sunt: Quia bona sunt ubera tua super uinum. Sunt aūt unguenta quædam sponsi,q̄-
Cant.4 rum fragrantia delectata est sponsa, & dicit: Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Aromata species sunt pigmentorum. Sponsa autem habuit quendam usum & notitiam aromatum, hoc est uerborum legis & prophetarum, quibus ante aduentum sponsi mediocriter licet,instrui tamen uidebatur,& exerceri ad cultum dei,utpote par-
Gal.3 uula adhuc & sub curatoribus & actoribus agens & pædagogis. Lex enim pędadogus noster fuit ad Christum. Hæc autem omnia aromata fuerāt,in quibus nutriri usa est, & spōso suo præparari. Sed ubi uenit plenitudo temporum, & adoleuit, atq; unigenitum suum pater spiritu sancto unctum misit in hunc mundū, odorata sponsa diuini unguenti fragrantiam,sentiens q̄ quod illa omnia aromata quibus prius usa uidebatur, lōge inferiora sint ad comparationē suauitatis noui huius & cœlestis unguenti, ait: Odor unguentorū tuorū super omnia aromata. Et quoniā Christus idem sponsus,atq; idem pontifex dicitur: Pontifex quidem secundum hoc quod mediator est dei & hominum omnisq; creaturæ, pro qua & propitiatio factus est semetipsum offerēs hostiā pro peccato mundi: Sponsus uerò secundū hoc quod ecclesiæ iungitur nō habenti maculam aut ru-
Exod.30 gam,aut aliquid horū: considera ne forte unguentū illud pōtificale quod in Exodo cōponi iubetur arte pigmentarij,istius unguenti quod nunc odorata spōsa miratur,teneat rationem: & uidens quod illa quidem aromata quibus cōpositū unguentum uidebatur quo Aaron unctus est, quoniam erant terrena & materiæ corporalis, hoc aūt unguentum,quo nunc unctū uidit sponsum spiritale est & cœleste,idcirco dicat: Quia odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Videamus ergo quomodo cōpositū sit illud
Ibid. unguentū. Et locutus est dominus,inquit,ad Mosen dicēs: Accipe tibi florē myrrhę electæ quingētos siclos,& cinamomū suaue ducentos quinquaginta siclos, & calamū suauem ducētos quinquaginta siclos, & casiæ quingentos siclos secundū siclū sanctum,& oleū ex oliuis Hin,& facies illud oleū chrismatis sancti unguentū arte pigmētarij. Hæc autem in lege quidem referri audierat spōsa, sed rationē eorum ueritatem q̄ nunc perspicit. Vide ergo quod istæ quatuor species unguenti istius, formā tenebāt incarnationis uerbi Dei, quod ex quatuor elementis compaginatū corpus assumpsit,in quo corpore myrrha illa mortis eius,quā siue ut pontifex pro populo,siue ut sponsus pro spōsa suscepit,seruat indicia. Quod uerò nō simpliciter myrrha,sed flos myrrhę,& myrrhę electæ scriptū est,non solū mortem eius, sed & primogenitū eum futurū ex mortuis indicabat, atq; eos qui complantati fuissent similitudine mortis eius, non solum uocatos, sed electos futuros. Cinamomum uerò immaculatum dicitur,propter ecclesiā sine dubio,quam purificauit lauacro aquæ,& immaculatam fecit non habentē maculā,aut rugam,aut aliquid huiusmodi. Sed & calamus assumitur, qui lingua eius etiā est calamus scribę uelociter scribentis,doctrinę gratiā pigmētis designās suauitatis. In eis quoq; species adhibet calidissimas, ut referātur ad ardētissima: in qua re uel spiritus sancti feruor, uel futuri per ignē iudicij ostēditur forma. Numerus uerò quingentorū, uel ducentorū

quinqua-

quinquaginta siclorũ in eo mysterium tenet centupliciter perfectorũ, ut remissionẽ peccatorum per eum datã significet. Quinquagenarius enim iubileus in his est quintupliciter positus. Sed hæc omnia oleo puro colliguntur, per quod ostenditur, uel misericordię, uel salutis causa fuisse, quod is qui erat in forma dei formã serui susceperit: uel ea quæ ex materiali substãtia in Christo fuerãt assumpta, per spiritũ sanctum redacta in unũ fuisse, atq; in unã speciẽ quę est persona mediatoris effecta. Illud ergo oleũ materiale nullo genere oleum lætitię appellari potuit. Istud aũt oleum, id est spiritus sancti unguentũ, quo unctus est Christus, et cuius nũc odorem percipiens sponsa admirata est, oleum lætitię, quia fructus spiritus gaudiũ est, merito appellatur: quo unxit eum deus, qui dilexit iustitiam & odio habuit iniquitatẽ. Propterea enim dicitur: Vnxit eum dominus deus suus oleo lætitiæ præ participibus suis. Et ideo odor unguentorum eius est super omnia aromata. Simili autẽ expositione utimur, etiã si ad unamquanq; animã in amore & desiderio uerbi dei positam transferatur hic sermo, cui fuerint omnes doctrinæ per ordinẽ decursæ, in quibus ante agnitionem uerbi dei exercitata uidẽt & erudita, siue ex moralibus descendẽtes, siue ex naturalibus scholis. Erant enim ei omnia ista aromata quædã, pro eo quod in his institutio probabilis, & morum conquiritur emẽdatio, quod deprehenditur in his uanitas seculi, & caducarũ rerum respuuntur falsa miracula. Erant ergo ei hæc omnia uelut aromata & odoramenta quædã animæ pigmenta. Sed ubi ad cognitionem diuinorum mysteriorũ, & diuinorum dogmatum scientiam uentũ est, ubi ad inanuas sapientiæ ipsius, & sapientiæ non huius mũdi, neq; principum huius mũdi qui destruuntur accessum est, sed ad ipsam Dei sapientiam, quæ inter perfectos dicitur, & ubi mysterium quod prioribus generationibus non fuit notum, filijs hominum reuelatum est: ubi, inquam, anima ad tanti cognitionẽ ascendit arcani, merito dicit: Odor unguentorum tuorũ, spiritalis scilicet intelligẽtia & mystica, super omnia aromata moralis naturalisq; philosophiæ. Non aũt lateat nos quod in quibusdam exemplaribus pro eo qđ legimus: Quia bona sunt ubera tua super uinum, inuenimus scriptum: Quia bonę sunt loquelæ tuæ super uinum: quod quamuis uideantur significasse euidentius ea ipsa quæ nobis spiritali interpretatione diserta sunt, tamẽ nos Septuaginta interpretũ scripta per omnia custodimus, certi quod spiritus sanctus mysteriorũ formas obtectas inesse uoluit in scripturis diuinis, & nõ palàm atq; in propatulo haberi. Vnguentum exinanitũ nomen tuum. Propterea adulescẽtulæ dilexerũt te, ac traxerũt te post se. In odore unguentorum tuorũ curremus. Historica quidẽ expositio eadem quæ in superioribus, percurrit etiam in præsenti loco, donec fiat aliqua mutatio personarum, ita quippe ordo dramatis qui à nobis in hac expositione receptus est, poscit. Possunt sanè in prophetia quędam uideri ex persona sponsæ prolata de Christo, quod futurum esset in aduentu domini & saluatoris nostri, ut nomen eius ita per orbem terræ & per uniuersum mũdum diffunderetur, ut fieret odor suauitatis in omni loco, sicut & Apostolus dixit: Quia Christi bonus odor sumus in omni loco: alijs quidem odor ex morte in mortem, alijs aũt odor de uita in uitam. Si enim omnibus fuisset odor de uita in uitam, dixisset utiq; & hic: omnes dilexerunt te & traxerunt te. Sed nunc ait, ubi nomen tuum est factum unguentum exinanitum dilexerunt te, non illæ uetulæ, ac ueterem hominem indutæ animę, neq; rugas habentes, neq; maculas, sed adolescentulæ in augmento scilicet ætatis & pulchritudinis positæ animæ, quæ semper innouantur, & de die in diem renouantur, nouũ se hominem induentes qui secundum Deum creatus est. Propter istas ergo adolescẽtulas, & in augmentis uitę & profectibus positas, exinaniuit se ille qui erat in forma dei, ut fieret unguentum exinanitum nomen eius: ut non iam inacceſſam lucem tantummodo haberet, & in forma dei permaneret, sed uerbum caro fieret, quo possent istæ adolescẽtulæ & in augmentis profectuum positæ animæ, non solum diligere, sed & trahere eũ ad se. Trahit enim unaquęq; anima & assumit ad se uerbũ dei, pro capacitatis et fidei suę mensura. Cum aũt traxerint ad se animę uerbũ dei, & sensibus suis atq; intellectibus inseruerint, & dulcedinis eius & odoris senserint suauitatẽ, ubi unguentorũ eius fragrãtiam ceperint, ratione duntaxat aduẽtus eius, & redemptionis ac passionis causas, charitatẽq; agnouerint, qua pro salute omniũ usq; ad mortẽ crucis immortalis accessit, & his omnibus uelut diuini cuiusdã & ineffabilis unguẽti odoribus inuitatę adolescẽtulę, id est ani

Psal. 45

2 Cor. 2

mæ plenę uigoris atq; alacritatis effectę, currũt post ipsum, atq; ad odorẽ suauitatis eius nõ lento gradu, nec tardis passibus, sed rapido cursu, & tota properatione festinãt, quẽadmodum & ille qui dicebat: Sic curro ut comprehendam. Verum quod ait: Vnguentum exinanitum nomẽ tuum, propterea adolescentulę dilexerunt te, & traxerũt te post se: In odorem unguentorum tuorum curremus: trahunt ad se Christum adolescentulæ, si quidem de ecclesiis intelligatur, quæ una quidẽ est cum perfecta est. Multæ uerò sunt adolescentulæ, cum adhuc instruuntur & proficiunt. Istæ ergo trahunt ad se Christum per fidem, quia Christus ubi uiderit cõgregatos duos, uel tres in fide nominis sui, uadit illuc, & est in medio eorum, fide eorum tractus & unanimitate prouocatus. Si uerò tertia expositione de anima uerbum dei sequẽte intelligi hæc oportet, quæcũq; anima fuerit erudita primo in moralibus, secũdo etiã in naturalib. exercitata, per illa omnia quæ in his disciplinis edoceri suprà ostendimus, ipsa morum emendatio, & eruditio rerũ, ac probitas disciplinæ trahit ad se uerbũ Dei, & libẽs trahitur: gratissime enim ad eruditas animas uenit, & trahi se ab his indulgenter accipit, benigneq; cõcedit. Requiro sanè, si solum nomen eius, quia unguentũ factũ est exinanitũ, tantum operis egerit, & ita suscitarit adolescentulas, ut primo traherent eũ ad se, & habentes eum apud se, caperent unguentorũ eius odorẽ, & statim currerẽt post eũ: si hæc inquam omnia solo nomine eius effecta sunt, quid putas faciet ipsa eius substãtia? Quid ex illa adolescẽtulæ istæ uirtutis, quid uigoris accipient, si quo pacto potuerint aliquando ad ipsam eius incõprehensibilem atq; ineffabilem substantiã peruenire? Ego puto quod si ad hoc aliquãdo peruenerint, iam non ambulent neq; currãt, sed uinculis quibusdam charitatis eius astrictę adhęreant ei, ne ultrà mobilitatis alicuius ullus in eis resideat locus, sed sint cum eo unus spi-
Iodn.17 ritus, & cõpleatur in eis illud quod scriptum est: Sicut tu pater in me, & ego in te unum sumus, ita & isti in nobis unũ sint. Sed nũc interim (ut uidetur) spõsa cõsociatis sibi adolescẽtulis multis, quarũ in posterioribus nullus esse numerus dicit̃, ab uno solo sensu id est odoratu tantũmodo capta, currere se in odorem unguentorum spõsi commemorat: siue quod ipsa cursu indigeat adhuc & profectu, siue quod ipsa quidem perfecta sit, pro his aũt adolescentulis quæ adhuc cursu & profectibus indigent, etiam ipsa se currere fatetur: sicut & ille qui cũ ipse sub lege non esset, fit tamẽ sub lege, ut eos qui sub lege sunt lucrifaciat. Et iterũ cum in lege sit Christi, his tamẽ qui sine lege sunt fit & ipse sine lege, ut eos qui sine lege sunt saluet. Et hoc fit (ut diximus) solo adhuc odoratu eius accepto. Quid putas agẽt cum & auditũ earũ & uisum & tactum, gustumq; occupauerit uerbum dei, & singulis quibusq; sensibus uirtutes ex se competentes naturæ earum capacitatiq; præbuerit? Ita ut oculis si uidere potuerit gloriam eius, gloriam tanquam unigeniti à patre, aliud ultra iam uidere nolit, neq; auditus aliud quàm uerbũ uitę et salutis audire. Sed et cuius manus palpauerit de uerbo uitę, nihil ultra materiale, nihil fragile caducũq; palpabit, nec gustus cum gustauerit bonũ uerbũ dei, carnemq; eius & panem qui de cœlo descendit, aliud quid post hæc gustare patietur. Prę dulcedine nanq; ipsius, & suauitate omnis reliquus ei sapor asper uidebitur & amarus, & ideo hoc solo uescetur. Omnem nanq; suauitatem quãcunq; cupierit in hoc inueniet, ad omnia nanq; aptum se reddit, et habilẽ. Denicq; his qui ex incorruptibili semine regenerãtur, rationabile & sine dolo efficitur lac: his uerò qui infirmantur in aliquo, olera se præbet ad hospitalitatis amicitiã, & gratiã. His uerò qui pro possibilitate sumendi, exercitatos habẽt sensus ad discretionem boni & mali, cibum se solidũ præbet. Si qui uerò sunt qui exierint de Ægypto, & secuti columnam ignis & nubis in eremum uenerint, de cœlo ad illos descẽdit, minutũ & subtilem eis præbens cibum angelico similem, ita ut panem angelorum mãducet homo. Habet & alias multas in semetipso atq; innumeras ciborũ differẽtias, quas interim pelle quis & carne ossibusq; indutus & neruis capere non potest. Qui autẽ dignus fuerit redire & esse cum Christo, quicq; in paruo fidelis inuẽtus, constituet̃ super multa, ille gustabit et capiet uoluptatem domini, perductus ad locum quendã qui pro huiusmodi ciborum copijs & uarietatibus, delitiarũ nominat̃ locus. Propter quod & in Eden positus dicitur, quod delitias indicat. Ibi enim dicetur ad eum, delitiare in domino. Delitiabitur aũt nõ in uno solo edendi gustandiq; sensu, sed & auditu delitiabitur & uisu & tactu odoratuq; delitiabitur. In odorẽ nanq; unguenti eius curret. Et ita omnibus sensibus

suis

ſuis delitiabitur in uerbo dei is qui ad ſummã perfectionis ac beatitudinis uenerit. Vnde & in his poſiti locis, deprecamur auditores horum, ut mortificent carnales ſenſus, ne quid ex ijs quæ dicuntur, ſecundũ corporis motus excipiant, ſed illos diuiniores interioris hominis ad hæc capiẽda ſenſus exhibeãt: ſicut Solomon edocet nos, dicens: Senſum autem diuinũ inueniẽs. Et ut Paulus quoq; ad Hebræos ſcribit de perfectis (ut ſuprà memorauimus) qui exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni uel mali: oſtendẽs eſſe in homine præter hos corporeos ſenſus, quinq; alios nihilominus qui exercitio quęrun tur, et exercitati dicunt, cum ſcilicet intelligentiã rerũ acumine acriore diſcutiunt. Non enim perfunctorie & ut libet audiendũ eſt quod apoſtolus de perfectis dicit, quia exercitatos habent ſenſus ad diſcretionẽ boni uel mali. Quod ut clarius eluceſcat, ſumamus ſi uidetur exemplũ ab his corporalib. ſenſibus, & ita demũ ſtatim ad illos diuinos quos ſcriptura nominat ſenſus interioris hominis ueniemus. Si em̃ corporeus oculus exercitium uiſus habeat, nullo impediẽte obſtaculo, integre & abſq; ulla falſitate, uel colores corporũ, uel magnitudines qualitatesq; deprehendet. Nam ſi aut caligine, aut alia qualibet infirmitate impediat aſpectus, & rubrum pro albo, et uiridẽ pro nigro, aut rectum putat eſſe aliquid, cum curuũ ſit & tortuoſum, conturbabitur ſine dubio iudicium mentis, & aliud pro alio agetur. Ita ergo & interior uiſus, niſi eruditiõe & induſtria fuerit exercitatus, quo per multã peritiam diſcretionẽ boni habeat ac mali, ſed ignorãtia & imperitia tanquã caligo oculis inciderit, aut etiam malitiæ alicuius languor tanquã lippis oculis acceſſerit, diſcrimẽ boni aut mali intueri nullatenus poſſit: & inde fiet ut mala ꝓ bonis agat, bona uerò pro malis ſpernat. Secundũ hãc uerò formam quã de uiſu corporis animæq; tractauimus, conſequenter etiam de auditu et guſtu & odoratu, tactuq; per ſingulas quaſq; ſui generis uirtutes ſenſuum corporaliũ referemus ad animę ſenſus, quę in ſingulis adhibere debeãt exercitia, quæq; debeat emẽdatio parari, dilucide recognoſcemus. Hæc aũt paulo latiori exceſſu proſecuti ſumus, oſtendere uolentes odoratum ſpõſæ & adoleſcentularum, quo odoratæ ſunt odorem unguentorũ ſponſi, nõ corporis ſenſus, ſed diuini odoris illius, & interioris qui appellatur hominis, dici: Hic ergo odorationis ſenſus in quo ſanus eſt et integer, odore Chriſti accepto ex uita adducit ad uitã. Si uerò non ſit ſanus, hoc odore ſuſcepto de morte in mortẽ deijcit, ſecundũ illum qui dicebat: Quoniam Chriſti bonus odor ſumus, alijs quidem de uita in uitam, alijs aũt odor de morte in mortem. Deniq; & hi quibus intellectus herbarũ eſt pigmentorũq; peritia, ferunt quædam eſſe pigmenta, quorum ſi odorem ceperint nõnulla animalia cõtinuo intereunt: alia uerò eodem odore recreantur, uitamq; recipiunt. Et nũc ergo in his ipſis expoſitionibus & ſermonibus quos habemus in manibus, uidetur alijs eſſe uita ex uita, alijs uerò mors ex morte. Nã ſi hæc exponi ita audiat animalis qui dicit̃ homo, qui nõ poteſt percipere & intelligere quæ ſunt ſpiritus dei, irridebit ſine dubio, atq; inepta hæc eſſe & inania pronunciabit, dicens ſomnia potius quàm rerũ cauſas & dogmata diuina tractari. His ergo odor hic Cantici canticorũ efficit̃ de morte in mortẽ, ſcilicet de morte infidelitatis, in mortem iudicij & condẽnationis. Sequentibus uerò ſpiritalẽ ſenſum & ſubtilem, atq; intelligentibus maiorem ineſſe ueritatem in his quæ non uident̃, q; in his quæ uidentur, & ueriora haberi apud deum inuiſibilia & ſpiritalia magis q; uiſibilia & corporalia, amplectẽda ſine dubio huiuſmodi intelligentia uidebit̃ & ſequenda. Agnoſcunt enim tale eſſe intelligendæ ueritatis iter quo peruenitur ad deũ. Sed ſiquidem alienus à fide ſit is, qui hæc ſtulta iudicat et irridenda, nihil mirũ. Si uerò aliquis ex his ſit qui uidentur credere, & ſcripturarũ auctoritatẽ recipere, nõ tamen recipit expoſitionis huius ſpiritalis formã, ſed irridet & derogat, tentemus ex alijs ſcripturarũ locis inſtruere eum, ac perſuadere. Qui ſi forte poterit ſic reſipiſcere, & talia quædã dicamus ad eum, ſcriptum eſt: Præceptũ dñi lucidum illuminans oculos. Dicat ergo nobis, qui ſunt oculi qui illuminantur luce præcepti. Et iterum: Qui habet aures audiendi, audiat. Quæ ſunt aures iſtæ, quas q habuerit, ipſe ſolus uerba Chriſti audire dicatur? Et iterum: Quoniam Chriſti bonus odor ſumus deo, & in alijs: Guſtate & uidete quoniam ſuauis eſt dominus. Et quid alius ait: Manus noſtræ palpauerũt de uerbo uitæ. Putásne in his omnibus nõ mouebit̃, ut aduertat hæc uniuerſa non de corporeis ſenſibus dicta, ſed de his quos ſecundũ interiorẽ hominẽ ineſſe unicuiq; docuimus? niſi ſi cõtentionis

Heb. 5

2 Cor. 2

Pſal. 19

Matt. 13

Pſal. 33

1 Ioan. 1

& iactantiæ uitio agitur qui eiusmodi est. Quibus uitijs quoniã & uisus ille interior excęcatur,& odoratus occluditur,& obturatur auditus,merito nec uidere quæ spiritualia sunt,nec audire potest, sed nec odorẽ istũ Christi capere, quo nunc recepto adolescentulæ istæ in quibus bene sanus & uigens erat hic sensus,in odorẽ unguẽtorum eius currunt post ipsum,nec deficiunt currentes,aut laborãt, quia suauitate odoris ipsius qui est de uita in uitam,refectæ iugiter inualescunt. Potest adhuc & hoc modo accipi quod ait.
Cant.1 Vnguentum exinanitũ nomen tuum.Propterea adolescentulæ dilexerunt te. Vnigeni
Phil.2 tus dei filius cum in forma dei esset,exinaniuit semetipsum,& formã serui accepit. Exi-
Ioan.1 naniuit autem de plenitudine sine dubio in qua erat.Illi ergo qui dicũt, quia de plenitudine eius nos omnes accepimus,ipsi sunt adolescẽtulæ,quę de ea plenitudine ex qua se ille exinaniuit,& factum est unguentũ exinanitum nomẽ eius, percipiẽtes dicunt:Post te in odorem unguentorũ tuorum curremus. Nisi enim exinanisset unguẽtum, hoc est plenitudinẽ diuini spiritus,& humiliasset se usq; ad formam serui, capere eum nullus in illa diuinitatis plenitudine potuisset, nisi sola fortassis sponsa, pro eo quod uidet indicare,quia unguentũ istud exinanitum non sibi, sed adolescentulis dilectionis dederit causam.Sic em̃ dicit: Vnguentũ exinanitũ nomen tuũ, propterea adolescentulæ dilexerũt te.Ac si diceret:Adolescentulę quidem propterea dilexerũt te,quia exinanisti te de forma dei, & factum est unguentũ exinanitum nomẽ tuum. Ego autem nõ pro exinanito unguẽto, sed pro ipsa unguentorũ plenitudine dilexi te. Hoc em̃ indicat in eo loco ubi
Cant.4 dicit:Odor unguentorũ tuorum super omnia aromata. Quod uerò etiam ipsa cum adolescentulis post ipsum se cursuram dicit, hanc aio esse causam, quod perfecti quiq; omnia omnibus fiant,ut oẽs lucrifaciant,sicut iam suprà exposuimus. Introduxit me rex in cubiculũ suum,exultemus & iocundemur in te. Cum indicasset sponso suo spõsa,quod adolescentulæ odore eius captæ currerent post ipsum, cum quibus etiã ipsa cursura esset, ut eis formam præberet in omnibus, nunc quasi laboris sui cõsecuta iam palmã pro eo quod cõcurrerit currentibus, introductã se dicit ab sponso rege in cubiculũ eius, ut ibi uideret cunctas opes regias.In quo utiq; merito iocundat & exultat,utpote quæ secreta iam regis & arcana prospexerit.Hic est,secundũ propositũ dramatis ordinẽ,quasi historicus intellectus.Sed quoniã cuius res agitur, ecclesia est ad Christum ueniẽs, uel anima uerbo dei adhęrens,quod aliud cubiculum Christi et promptuarium dei credendum est,in quo uel ecclesiam,uel animam cohęrentem sibi introducat,nisi ipse arcanus
1 Cor.2 sensus eius & recõditus, de quo & Paulus dicebat: Nos autẽ sensum Christi habemus, ut sciamus quę à deo donata sunt nobis. Hæc illa sunt quæ oculus nõ uidit,nec auris audiuit,nec in cor hominis ascenderũt,quæ præparauit deus his qui diligunt eũ. Cum igitur Christus animã in intelligẽtiam sui sensus inducit, in cubiculũ regis introducta dicitur,in quo sunt thesauri sapientiæ ac scientiæ eius abscónditi. Non mihi autem uacuum uidetur,quod cum potuisset dicere:Introduxit me spõsus meus, aut fraternus meus,aut aliquid huiusmodi,ut ei moris est:nunc quia cubiculũ dictura erat, regis dixerit cubiculum,& non aliud nomẽ posuerit,in quo posset fortassis aliquis etiam mediocris intelligi. Sed propterea arbitror in his regem nominatum, ut ostenderet per hoc nomen præditues cubiculum, utpote regium,& multis atq; immẽsis opibus repletũ.Prope hunc omnino mihi uidetur fuisse & ille qui dixit raptum se esse usq; ad tertium cœlũ,& inde in paradisum,& audisse uerba ineffabilia quæ nõ licet homini loqui. Quid enim putas esse illa uerba quæ audiuit? nónne à rege audiuit? & in cubiculo, & prope cubiculũ positus audiuit? Et erãt credo illa uerba talia quędã,quæ hortarentur eum ad maiorẽ profectum,& promitterẽt ei quod si perseueraret usq; in finẽ,& ipse posset intrare Regis cu-
Esa.45 biculum,secundũ illud quod per Prophetã quoq; promittitur:Dabo tibi thesauros obscuros,occultos,inuisibiles.Aperiã tibi ut cognoscas quia ego sum dominus deus tuus, qui uocaui nomen tuũ Israel.Currunt ergo adolescentulæ post ipsum,& in odorẽ eius, unaquæq; tamen pro uiribus,alia quidẽ uelocius,alia paulo tardius,alia etiã inferius cæteris et ultimo,alia primo loco. Verũtamen currunt omnes,sed una est perfecta,quę cu
Cant.1 currit sic,ut perueniret,& sola acciperet palmã.Sola,em̃ est quę dicit:Introduxit me rex in cubiculũ suum,cũ prius nõ de se sola sed de pluribus dixisset,quia post te in odorẽ unguentorum tuorũ curremus.Introducitur ergo in cubiculũ Regis, & efficit regina, &

ipsa

ipsa est de qua dicit: Regina astitit à dextris tuis in uestitu deaurato, circumdata uarietatibus. De his aũt adolescentulis quæ post ipsa cucurrerant, & procul ab ea in ipsis currẽdi spatijs remanserant, dicitur: Adducentur regi uirgines post eam, proximæ eius adducentur tibi: Adducentur in lætitia & exultatione, inducentur in templũ regis. Sed & illud etiam in hoc aduertere debemus, quod sicut rex habet cubiculũ quoddã in quod reginam siue sponsam suam introducit: ita habet & sponsa suum cubiculũ in quod monetur per uerbũ dei ingressa claudere ostiũ, & ita conclusis illis omnibus diuitijs suis intra illud cubiculũ orare eum qui uidet in abscondito, & perspicit quantas opes, animi scilicet uirtutes, intra cubiculũ suum sponsa condiderit, ut uidens eius diuitias det ei petitiones suas. Omni em̃ habenti dabitur. Quod autem ait, exultemus & iocũdemur in te, uidetur ex persona adolescentularũ dici, uel optantium, & petentiũ à sponso, ut quemadmodum sponsa cõsecuta est quæ perfecta sunt, & exultat, ita ipsę etiã suum implere cursum, & peruenire usq; ad Regis cubiculum mereantur, ut perspectis & intuitis omnib. his de quibus illa gloriatur, etiam ipsæ exultẽt sicut & illud, & iocundẽtur in eo. Vel etiam ad sponsam potest dictũ uideri ab adolescentulis cõgratulantibus ei & promittentibus etiã, ut participes fiant exultationis eius & lætitiæ: Diligemus ubera tua super uinum. Sponsa quidẽ postquam oscula meruit ab ipso sponsi ore suscipere, & uberibus eius perfrui, ait ad eum: Bona sunt ubera tua super uinum. Adolescẽtulę uerò quę nõdum ad id beatitudinis uenerant, neq; summam perfectionis acceperant, neq; usu & operibus fructus perfectæ charitatis expleuerãt, ut quasi expertæ pronunciarẽt de uberibus eius, quia bona sunt, uidentes tamen sponsam delectari & reficí ex uberibus sponsi, ex fontibus scilicet sapientiæ & scientiæ quæ de uberibus eius fluunt, & pocula cœlestis doctrinæ sumentes tanquã imitatrices perfectionis eius, & desiderantes eisdẽ uestigijs incedere, promittunt, & dicunt: Diligemus ubera tua super uinum: id est, nos quidẽ nondum in id perfectionis ascendimus, ut iam diligamus ubera tua plus q̃ uinũ, uel certe ubera tua quæ sunt super uinum: (utroq; enim modo sensus stare uidebitur) gerimus tamen spem, utpote adolescẽtulæ, in id ætatis proficere, quo possimus non solũ pasci et alí ex uberibus uerbi dei, sed & diligere alentem. Istę sunt autem adolescentulæ (ut sępe iam diximus) animæ, quæ primis & initio ualentibus eruditionibus uidẽtur imbutę, & uelut uino quodam lætificatæ, institutione tutorum duntaxat curatorũq; & pędagogí, utpote paruulæ, & quæ haberent quidem in uiribus amare uinum, non tamen haberẽt in ętate, ut amore uberũ sponsi moueri aut excitarí possent. Sed ubi aduenit plenitudo temporũ, & Christus in eis profecit ætate & sapiẽtia, & iam sentire cœperint quid sint ubera sponsi, quæq; in his perfectio uerbi dei, et doctrinę spiritalis plenitudo designet, etiam promittũt, quia plus q̃ uinum quod nunc tanquã paruulæ bibunt, dilecturæ sint ubera sponsi: id est propensiores futurę erga perfecta, & omni plenitudine decreta dogmata Christi, q̃ iam antea, siue in communibus studijs, siue in legis & prophetarũ uisæ sunt institutionibus extitisse. Æquitas dilexit te. Etiam hoc mihi uidentur adolescentulæ proloqui, uelut satisfacientes pro eo quod dilecturas super uinum se promiserũt ubera sponsi, & non iam in præsenti diligant, neq; integram uim charitatis ostendant. Est ergo uox ista uelut incusantium semetipsas: quasi quę nondũ abiecta omni iniquitate peruenerint ad æquitatem, ut possint iam diligere super uinum ubera sponsi, scientes incõueniẽs esse, ut aliquid adhuc resideat iniquitatis in eo qui ad perfectionẽ spiritalis et mysticæ doctrinæ peruenerit. Quia ergo summa perfectionis in charitate cõsistit, charitas aũt nihil iniquitatis admittit, ubi autẽ nihil iniquitatis est, ibi sine dubio est æquitas, merito ergo æquitas esse dicitur, quæ diligit sponsum. Et uide si nõ ob hoc etiam uidetur illud in Euangelio à saluatore dictum: Si diligitis me, mãda mea seruate. Si ergo qui diligit Christum, mandata eius custodit, & qui mandata eius custodit, nulla est in eo iniquitas, sed æquitas in eo pmanet: æquitas ergo est, quæ mãdata eius custodit, & diligit Christum. Et rursum: Si is qui mandata custodit, ipse diligit Christũ, mãdata autem in æquitate seruant̃, & ęquitas est quæ diligit Christũ: qui iniquum aliquid gerit, neq; mandata custodit, neq; diligit Christum. Erit ergo ut quantum iniquitatis in nobis est, tantũ lõgesimus à dilectione Christi, & tantum mãdatorum eius præuaricatio habeatur in nobis. Et ideo regulam quãdam directam ponamus esse æquitatẽ, ut si quid in nobis iniquitatis est

Pſal. 45

Cant. 1

Cant. 1

Ioan. 14

tis est, hanc adhibentes & superducentes directoriã mandatorũ dei, si quid in nobis curuum, si quid tortuosum est, ab huius regulæ linea resecet, ut possit & de nobis dici: Æquitas dilexit te. Possumus autem etiam sic accipere, ut uideatur simile esse quod dixit: Æquitas dilexit te, ac si dixisset: Iustitia dilexit te, & ueritas, & sapientia, & pudicitia, & singulæ quæq; uirtutes. Nec mireris sanè, si dicimus uirtutes esse quę diligunt Christum cum in alijs ipsarũ uirtutum substãtiam Christum soleamus accipere. Quod et frequenter inuenies in scripturis diuinis pro locis & opportunitatibus aptari. Inuenimus nanq;
Psal.85 ipsum & iustitiam dici, & pacem, & ueritatem. Et rursum scriptum est in Psalmis: Iustitia & pax osculatæ sunt, &: Veritas de terra orta est, & iustitia de cœlo prospexit. Quę utique omnia & ipse esse, & rursum ipsum dicuntur amplecti. Sed et sponsus idem dicitur, idem etiam sponsa nominatur, ut in prophetia scriptum est: Sicut sponso imposuit mihi mitram, & sicut sponsam ornauit me ornamento.

Homilia Secunda.

Cant.1 VSCA sum & formosa filiæ Hierusalem, ut tabernacula Cedar, ut pelles Solomonis. In alijs exemplaribus legimus: Nigra sum & formosa. Rursus in hoc persona sponsæ loquentis introducitur: loquentis autem non ad illas adolescentulas, quæ cum ipsa currere solent, sed ad filias Hierusalẽ, quibus tanquam his quæ derogauerint fœditati eius, respõdere uidetur, & dicere: Fusca quidem sum, uel nigra, quantũ ad colorem spectat, filiæ Hierusalẽ: formosa uerò si quis interna membrorũ lineamenta perspiciat. Nã & tabernacula, inquit, Cedar, quæ est gens magna, nigra sunt, & ipsa gens Cedar nigredo uel obscuritas interpretatur. Sed et pelles Solomonis nigrę sunt, nec tamen ob hoc tãto Regi in omni gloria sua pellium uisa est indecora nigredo. Non ergo mihi ô filiæ Hierusalem, exprobretis culpam coloris, cum siue naturalis, siue exercitio quæsita corpori pulchritudo non desit: Hæc continet historicũ drama, & pro positæ fabulæ species. Sed redeamus ad ordinem mysticum. Hæc sponsa quæ loquitur, ecclesiæ personam tenet ex gentibus congregatæ. Filiæ uerò Hierusalem ad quas ei sermo est, illæ sunt animæ quæ propter electionẽ patrũ charissimæ quidẽ dicuntur, inimicæ autem propter euangeliũ. Istæ sunt filiæ Hierusalem ciuitatis terrenæ, quæ uidentes ecclesiã ex gentibus, quamuis pro eo ignobilẽ, quod generositatẽ sibi Abrahã, & Isaac, & Iacob nõ possit ascribere, obliuiscentem tamen populũ suum, & domũ patris sui, atq; ad Christũ uenientem, spernunt eã, & pro ignobilitate generis offuscant. Quod sponsa sentiens filias prioris populi imputare sibi, & pro hoc etiã nigrã se appellari, quasi quæ paternæ eruditionis nõ habeat claritatẽ, respondẽs ad hæc, dicit: Nigra sum quidẽ ô filiæ Hierusalẽ, pro eo quod nõ descẽdo de stirpe clarorũ uirorũ, neq; illuminationẽ Mosi legis accepi, habeo tamen pulchritudinem meam mecũ. Nam & in me illud primum est, quod ad imaginem dei in me factum est: nunc accedens ad uerbũ dei, recepi speciẽ meam. Quamuis enim pro coloris obscuritate cõparetis me tabernaculis Cedar, & pellibus Solomonis, tamẽ et Cedar ex Ismaele descendit. Secũdo nanq; loco ex Ismaele na
Gen.16 tus est, qui Ismael nõ fuit expers diuinæ benedictionis. Sed & pellibus Solomonis comparatis me, quæ nõ aliæ sunt q̃ pelles tabernaculi dei, & tamen miror uos ô filiæ Hierusalem, mihi coloris uelle exprobrare nigredinem. Quomodo non meministis quod in
Num.12 lege uestra scriptũ est, quid passa sit Maria, quę derogauit Moysi cũ Æthiopissam nigrã accepisset uxorẽ? Quomodo ignoratis illius imaginis adumbrationẽ in me nũc uerita te cõpleri? Ego sum illa Æthiopissa, ego sum nigra quidẽ pro ignobilitate generis, formosa uerò propter pœnitentiã & fidẽ. Suscepi em̃ in me filium dei, recepi uerbũ carnẽ factũ. Accessi ad eum qui est imago dei primogenitus omnis creaturæ, & qui est splendor gloriæ, & fulgor substãtiæ eius, & facta sum formosa. Tu ergo quid improperas cõuertenti se à peccato, quod utiq; lex fieri uetat? Et quomodo tu gloriaris in lege, præuaricans legẽ? Verum quoniã in his locis sumus ubi ecclesia quæ ex gentibus uenit, nigrã se esse dicit & formosam, quãuis longũ uideatur esse & operosum, colligere ex scripturis diuinis, in quibus uel qualiter sacramẽti huius forma præcesserit: tamẽ nõ mihi penitus omittendũ uidet, sed quàm potuerit breuiter memorandũ. Primo ergo in Numerorum libro de Æthiopissa ita scriptũ est: Et locuta est Maria ad Aaron, & derogauerunt

Moysi

Moysi propter mulierem Æthiopissam quam accepit uxorem, & dixerunt: Nunquid Moysi soli locutus est dominus? Nõne & nobis locutus est? Et iterũ in tertio Regnorũ libro scriptũ est de Regina Saba, quia uenit à finibus terræ audire sapientiã Solomonis, hoc modo: Regina Saba audiuit nomẽ Solomonis, & nomen domini, & uenit tentare 3 Reg. 10
eum in parabolis, & uenit in Hierusalẽ in uirtute magna ualde: & cameli portãtes odoramenta, & aurum multum ualde, & lapidem preciosum, et ingressa est ad Solomonẽ, & locuta est ei omnia uerba quę erãt in corde suo, & enunciauit ei Solomon omnia uerba eius, & non fuit uerbũ quod omiserit rex, & nõ enunciauerit ei rex. Et uidit Regina Saba omnem prudẽtiam Solomonis, & domum quam ædificauit, & cibos Solomonis, & sedem puerorum eius, & ordinem ministrorum eius, & uestes eius, & uini fusores eius, & holocausta eius quæ offerebat in domo domini, & obstupuit, & dixit ad regem Solomonem: Verus est sermo quem ego audiui in terra mea de uerbo tuo, & prudẽtia tua, & non credidi ijs qui loquebantur mihi, usquequo uenirem, & uiderunt oculi mei, & ecce nec media pars est quæ nunciabãtur mihi. Addidisti eñ bona super omnem auditionem quã audiui in terra mea. Beatę mulieres tuæ, beati pueri isti qui assistũt in conspectu tuo semper, & audiunt omnem prudẽtiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus, qui tibi dedit sedem Israel. Quoniam dilexit dominus Israel, & uoluit eũ permanere in ęternũ, posuit te Regem super eos, ut facias iudicium cum iustitia, et iudices eos. Et dedit Solomoni centum uiginti talenta auri, & odoramenta multa ualde, & lapidẽ preciosum. Nũquam talia uenerant odoramenta, nec in tanta multitudine quæ dedit Regina Saba regi Solomoni. Hãc autem historiam paulo latius repetere uoluimus, & inserere huic expositioni nostræ, scientes intantũ conuenire hæc ad personam ecclesię quę ex gentibus uenit ad Christum, ut ipse dominus in euãgelijs Reginæ huius faceret mentionem, dicens eam uenisse à finibus terræ, ut audiret sapientiã Solomonis. Austri autẽ re- Matt. 12
ginam dicit eam, pro eo quòd Æthiopia in Austri partibus iaceat, & à finibus terrę quasi in ultimo posita. Inuenimus aũt huius ipsius reginæ etiã Iosephũ in historia sua facere mentionẽ, addẽtem etiã hoc, quod posteaquã regressa est, inquit, à Solomone, Cambyses rex miratus eius sapientiam, quam sine dubio ex Solomonis sapientia susceperat, cognominauit inquit, nomen eius Meroen. Refert autem quod non solum Æthiopię, sed & Ægypti regnum tenuerit. Addemus autem adhuc & ea quæ in lxvij. psalmo de hac eadem forma continentur. Ait ergo ibi: Dispergе gentes quæ bella uolunt, ueniẽt legati ex Ægypto, Æthiopia pręueniet manus eius deo. Est adhuc quarto in loco apud Sophoniam prophetam de hac eadem figura hoc modo scriptũ. Propterea sustine me (dicit dominus) in die resurrectiõis meę, in martyrio, hoc est in testimonio, quoniã iudiciũ meum est ad cõgregationes gentiũ, ut suscipiã reges, & effundã super eos omnem iram indignationis meæ. In igne zeli mei consumetur omnis terra. Quoniam tunc conuertã in populis linguam in generationem eius, ut inuocent omnes nomẽ domini, & seruiẽt ei sub iugo uno. De ultra flumina Æthiopiæ suscipiã eos qui dispersi sunt, & afferẽt sacrificiũ mihi. In die illa nõ cõfunderis Saba ab omnibus adinuẽtionibus tuis, in quibus impie egisti in me. Sed & in Hieremia scriptũ est, quod principes quidã populi Israel mi- Psal. 68 Soph. 1 Hier. 38
serint Hieremiã in lacum Melchiæ filij regis, qui erat in domo carceris, & deposuerunt eum cum funibus, & in lacu nõ erat aqua, sed cœnũ, & erat in cœno. Audiens aũt Abdimelech, Æthiops uir eunuchus, qui erat in domo regis, quia miserũt Hieremiã in lacũ, locutus est regi, & dixit: Domine rex male fecerunt uiri isti omnia quæ fecerũt in Hieremiã prophetã, quia miserunt eum in lacũ, & morietur ibi à facie famis, quoniã non sunt iam panes in ciuitate. Et præcepit rex ipsi Abdimelech Æthiopi, dicens: Tolle hinc triginta homines, & educ eum de lacu, ut non ibi moriat. Et quid plura? Abdimelech Æthiops fuit qui Hieremiã eduxit de lacu. Et paulo pòst factus est sermo dñi ad Hieremiã dicẽs: Vade, & dic Abdimelech Æthiopi, dicẽs: Sic dicit dñs deus Israel: Ecce ego aduco uerba mea super ciuitatẽ istã in mala, & nõ in bona, & saluabo te in die illa, & non dabo te in manus hominũ quos tu times. A facie eorũ saluans saluabo te, & in gladio nõ cades, sed erit anima tua in salutẽ, quoniã cõfisus es in me, dicit dñs. Hęc interim ad præsens de scripturis sanctis occurrere potuerũt, quib. mihi uideẽ propositi de Cãticis canticorum uersiculi mysteriũ cõprobari, in quo dicit: Fusca sum, siue nigra, et formosa filię

Hieru-

Hierusalē, sicut tabernaculū Cedar, & sicut pelles Solomonis. Inuenitur ergo Moyses
Num.12 in Numeris accipere Æthiopissam uxorē fuscam, uel nigram, pro qua Maria & Aaron derogant ei, & indignantes dicunt: Nunquid Moysi soli dominus locutus est? nōne & nobis locutus est? In quo si diligenter consideres, nec consequentiā sermo inuenitur habere historicus. Quid enim conuenire ad rem uidebitur, ut indignātes pro Æthiopissa dicant: Nūquid soli Moysi locutus est dominus? nōne & nobis locutus est? Oportebat enim, si hoc erat in causa, dici ab eis, non oportuit te ô Moyses, uxorē accipere Æthiopissam, & de semine Cham, sed de genere tuo, et de domo Leui. Horū nihil dicunt, sed aiunt: Nunquid Moysi soli locutus est deus? nónne & nobis locutus est? in quo & mihi uidetur secundū mysterium magis intellexisse quod gestum est, & uidisse quod iā Moyses, id est spiritalis lex, in nuptias & coniugiū cōgregatæ ex gentibus migraret ecclesię: & Mariā quæ synagogæ derelictæ formā, & Aaron qui sacerdotij carnalis tenebat imaginem, uidentes ablatū esse à semetipsis regnū, & datum esse genti facienti fructus eius dicere: Nūquid Moysi soli locutus est deus? Nōne & nobis locutus est? Deniq; & Moyses ipse cum tanta & tam magnifica eius opera fidei ac patiētiæ referant, nunquam tantis à deo elatus est laudibus, ut nunc cum Æthiopissam duxit uxorem. Nunc de eo dici
Ibid. tur, quia Moyses homo mansuetus ualde super omnes homines qui sunt super terram. Nunc & illud de eo dicit dominus, quia si fuerit in uobis propheta, in uisionibus loquar ei, aut in somnijs, nō ita ut famulo meo Moysi, qui in omni domo mea fidelis est. Os ad os loquar ad eum, in specie, & non in ænigmate, gloriam domini uidit. Et cur nō timuistis detrahere famulo meo Moysi? Hæc omnia pro coniugio Æthiopissæ Moyses audire meruit à domino. Verū de his plenius in libro Numerorū prosecuti sumus: quæ si qs dignum iudicat noscere, illa perquirat. Nūc aūt sufficiat approbare ex his quod ipsa est nigra, & formosa, & Æthiopissa, quā Moyses, id est lex spiritalis, quę sine dubio uerbū dei & Christus est, in cōiugium suum ascisci, licet obtrectent, & derogent filiæ Hierusalem, plebs scilicet ista cum sacerdotibus suis. Videamus autem & ea quæ ex tertio Regnorum libro, ptulimus de regina Saba, & ipsa nihilominus Æthiopissa, cui testimoniū dat dominus in euangelijs, quòd in die iudicij ueniat cū uiris generationis incredulæ, et cōdemnet eos, quia uenit à finibus terrę audire sapientiā Solomonis. & addit, quia plus Solomone hic, docēs per hoc plus esse ueritatē, q̄ ueritatis figuras. Venit ergo & hęc, imò secundū figuram eius ecclesia uenit ex gentibus audire sapientiam Solomonis ueri, & ueri pacifici domini nostri Iesu Christi. Venit & hæc primo quidē tentans eum per ænigmata & quæstiones, quæ ei prius insolubiles uidebantur: atq; ab ipso de agnitione uerbi dei, & de creaturis mūdi, uel de immortalitate animæ, & iudicio futuro, qđ apud eam & apud doctores eius gentiles duntaxat philosophos incertū semper aut dubium manebat, absoluitur. Venit ergo in Hierusalem, ad uisionem scilicet pacis, cum multitudine & uirtute multa, non enim cum una sola gente, ut prius synagoga solos habuit Hebręos, sed cum totius mundi gentibus uenit, deferens etiam munera digna Christo odoramentorum siquidē suauitates, opera scilicet bona, quæ ad deum per odorē suauitatis ascendūt. Sed & auro uenit repleta, sensibus sine dubio & rationabilib. disciplinis, quas ante fidem adhuc ex cōmuni & scholari eruditiōe collegerat. Detulit etiam lapidē pretiosum, quem ornamēta morū possumus intelligere. Cum hoc ergo apparatu intrat ad pacificū regem Christum, & ipsi aperit cor suū, in confessione & pœnitentia scilicet prę cedentiū delictorū, & locuta est ei omnia quæ erant in corde suo, propter quod & Christus, qui est pax nostra, enūciauit ei oīa uerba eius, et non est uerbū quod omiserit rex, & nō enūciauerit ei. Deniq; cū iam tempus passionis appropinquaret, sic loquit ad eā,
Ioan.15 id est ad electos discipulos suos: Iā nō dicā uos seruos sed amicos, quia seruus nescit qd faciat dominus eius. Ego aūt nota feci uobis omnia quęcunq; audiui à patre meo. Sic ergo impletur quod dixit, quia nō fuerit uerbū quod nō enunciauerit pacificus dominus reginæ Sabæ, id est ecclesię ex gētibus cōgregatæ. Quod si intuearis ecclesiæ statū, & dispensatiōes eius ordinationesq; eius cōsideres, tūc aduertes quomodo regina mirata sit omnem prudentiā Solomonis. Simul & require, cur non dixerit omnem sapientiā, sed omnem prudentiā Solomonis: quoniā quidem eruditi uiri prudentiā de humanis negotijs, sapientiam de diuinis intelligi uolūt. Idcirco fortassis et ecclesia nūc interim Christi

pruden-

prudentiam miratur, dum in terris est, & inter homines conuersatur. Cum autem uenerit quod perfectũ est, & de terris translata fuerit ad cœlum, tunc uidebit omnem sapientiam eius, cum iam non per speciem, nõ per ænigmata, sed facie ad faciẽ de singulis quibusq; perspiciet. Vidit autẽ & domũ quam ædificauit, sine dubio incarnationis eius mysteria. Ipsa enim domus quam ædificauit sibi sapientia. Vidit & cibos Solomonis. Illos puto de quibus dicebat. Meus cibus est, ut faciam uoluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Vidit & sedem puerorũ eius. Ecclesiasticum puto ordinem dicit, qui in episcopatus uel presbyterij sedibus habẽt. Vidit & ordinatiões, siue stationes ministrorum eius. Diaconorũ (ut mihi uidetur) ordinem memorat astantium diuino ministerio. Sed & uestes eius uidit. Illas credo quibus induit eos, de quibus dicitur: Quicunq; autẽ in Christo baptizati estis, Christum induistis. Sed & uini fusores eius, arbitror dici doctores, qui uerbum dei & doctrinã quasi uinum populis miscent, quod auditorum corda lætificet. Vidit & holocausta eius orationũ sine dubio supplicationumq; mysteria. Hęc ergo omnia ubi uidit in domo regis pacifici, imò Christi, nigra hæc & formosa obstupuit, & ait ad eum: Verus est sermo quẽ audiui in terra mea de uerbo tuo, & de prudentia tua. 3 Reg. 10
Propter enim uerbum tuum quod agnoui uerum esse uerbũ, ueni ad te. Omnia etenim uerba quæ mihi dicebantur, & quæ audiebam cum essem in terra mea, à doctoribus scili cet seculi & philosophis, non erant uera. Istud est solum uerum uerbũ quod est in te. Sed fortassis quærendũ uidebitur, quomodo dicebat Regi Regina hæc quia nõ credidi his quæ dicebantur mihi de te, cum utiq; non uenisset ad Christũ, nisi credidisset. Sed uide si possumus hoc modo soluere quod proponitur. Nõ ijs, inquit, credidi qui loquebantur mihi. Non enim fidem meam in illos qui locuti sunt de te, sed in te direxi, id est non hominibus, sed tibi credidi deo. Et per illos quidem audiui, ad te autem ueni, & tibi credidi. Apud quem multo plura uiderunt oculi mei, & annunciabãtur mihi. Reuera enim cum peruenerit nigra hæc & formosa in Hierusalem cœlestem, & ingressa fuerit uisionem pacis, multo plura & magnificentiora & nunc ei sunt annunciata, perspiciet. Nũc enim tanquam in speculo & ænigmate, tunc aũt uidebit facie ad faciem, cum consequetur ea quę oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt. Et tunc uidebit quia nec medietas eorũ est, quæ audiuit in hac sua terra posita. Beatæ ergo sunt mulieres Solomonis, animæ sine dubio quæ uerbi dei & pacis eius participes fiunt. Beati pueri eius qui assistunt in conspectu eius semper: Non illi qui aliquando assistunt, & aliquãdo non assistunt, sed qui semper, & sine intermissione assistũt uerbo dei, uere beati sunt. Talis erat & illa Maria quæ sedebat secus pedes Iesu, & audiebat eum, cui & testimoniũ reddidit ipse dominus, dicens ad Martham: Maria optimam partem elegit, quæ nõ auferetur Luc. 10
ab ea. Adhuc nigra hæc & formosa dicit: Benedictus qui uoluit dare te super sedẽ Israel. Vere enim quia dilexit dominus Israel, & uoluit ut staret in æternum, posuit te regem super eum. Quem pacificũ sine dubio. Christus enim est pax nostra, qui fecit utraq; unum, & medium parietẽ sepis soluit. Et post hæc omnia, dedit, inquit, cxx. talenta auri regi Solomoni regina Saba. Numerus hic cxx. consecratus est uitæ hominũ eorum qui fuerunt in diebus Noe, quibus istud conceditur spatium uitę, quo inuitantur ad pœnitentiã. Ipse autem numerus annorum & Moysi uitæ fuit. Offert ergo Christo ecclesia in auri specie & pondere, non solum multitudinẽ sensuum suorum & intellectuũ, sed legi dei cõsecratos indicat sensus suos per hunc qui Moysi annos uitæ continet numerum. Offert etiam suauitates odoramentorũ, quales & quãtæ nunquam uenerãt. Vel orationes in hoc, uel opera misericordiæ intellige. Nunquam enim uel tam recte orauerat, ut nũc cum accessit ad Christum, uel tam pie operata fuerat, ut cum cognouit iustitiam suam nõ facere coram hominibus, sed coram patre qui uidet in abscondito, & reddet palàm. Sed multũ est alienis in locis simul uniuersa persequi hæc, quæ nec testimonij gratia uidenẽ assumpta. Sufficiãt ista de tertio libro Regnorum, uideamus aliqua & ex his quæ de lxvij. psalmo protulimus, ubi ait: Æthiopia præueniet manus eius deo. Si eñ intuearis quomodo ex delicto Israel sit salus gentibus, & quod illorum lapsus introeundi uiã nationibus dedit, aduertes quomodo præuenit & præcedit Æthiopię manus, hoc est gentium populus, illos ad deum, quibus primis data sunt eloquia dei: & in hoc cõpleri, Æthiopia prę ueniet manus eius deo: & fit nigra ista formosa, etiam si nolunt, etiam si inuident & obtrectant

filię Hierusalē. Sed & prophetę testimoniū quod posuimus, ubi suscepit dominus etiam eos qui ueniunt de locis quæ sunt ultra flumina Æthiopum, & afferunt hostias deo, simili sensu aduertendū puto. Videtur enim mihi, quòd ultra flumina Æthiopiæ esse dicitur ille, qui nimijs & superabundātibus peccatis infuscatus est, & atro malitiæ fuco infectus niger & tenebricosus est redditus: & tamē ne hos quidē repellit dominus, sed oēs qui sacrificia contribulati spiritus, & humiliati cordis offerūt deo, cōfessionis scilicet ac pœnitentiæ titulo ad eum conuersi, non repellūtur ab eo. Sic enim pacificus dicit dominus noster: Ego uenientē ad me non repello. Potest autem & de illis dictum uideri, quod ultra flumina Æthiopū positi uenient etiam ipsi ad deum hostias deferentes, qui postea cū intrauerit omnis plenitudo gentium, quæ fluminibus Æthiopū comparatur, uenient etiam ipsi, & tūc omnis Israel saluabitur: & pro eo ultra flumina Æthiopū dicantur, quasi qui ulteriores & posteriores sint his spatijs, in quibus currit inundatq; gētium salus. Et ita forte compleri uidetur hoc quod dicit, quia in die illa non cōfunderis omnis Israel ex omnibus adinuentionibus tuis, quibus impie egisti in me. Supereſt ut illud testimoniū
Hier. 38 quod de Hieremia assumpsimus, explicetur, ubi Abdimelech nihilominus Æthiops uir eunuchus, cum audisset quia Hieremias in lacum missus est à principibus populi, educit eum inde. Et puto incōueniens nō uideri si dicamus, quem principes Israel cōdemnauerunt, & in lacū mortis miserunt, iste alienigena & obscuræ gentis homo & degeneris, id est populus gentium, educit eum de lacu mortis, resurrectionē scilicet eius à mortuis credens, & fide sua hūc quē illi in mortē tradiderant, iste de infernis reuocat ac reducit. Sed & eunuchus hic Æthiops esse dicit, credo quod castrauerit semetipsum propter regnū
Prou. 17 dei, uel etiā quod semen malitiæ in semetipso nō habeat. Seruus quoq; est regis, quia seruus sapiēs imperat stultis dominis. Interpretat autem Abdimelech, seruus regū. Et ideo dominus relinquēs populū Israel ꝓ peccatis suis, ad Æthiopē uerba dirigit, & ad ipsum mittit prophetā, & ipsi dicit: Ecce ego adduco uerba mea super ciuitatē istam in mala, & non in bona: & saluabo te in die illa, & nō te dabo in manus hominū, sed saluans saluabo te. Salutis autem causa hæc est ei, quia eduxit prophetā de lacu, id est quod fide sua qua Christū resurrexisse credat à mortuis, eduxisse eum ex lacu uidetur. Habet ergo plurima testimonia fusca hæc, uel nigra, & formosa, in quibus libere agat, & cum fiducia dicat ad
Cant. 1 filias Hierusalem, quia fusca sum quidem, uel nigra sicut tabernacula Cedar, formosa aūt sicut pelles Solomonis. De pellibus Solominis scriptū aliquid proprie non memini. Pu
Matt. 6 to autem referri posse ad gloriam eius, de qua dicit Saluator: Quia nec Solomon in oēi gloria sua opertus est sicut unum horum. Nomen tamen ipsum pelliū in tabernaculo te-
Exod. 36 stimonij inuenimus frequēter referri, sicut cū dicit: Et facies pelles ex caprarū pilis operimentum super tabernaculū testimonij, xi pelles facies, longitudo pellis unius xxx cubitorum, latitudo quatuor cubitorū. Eadē mensura erit xi pellibus, & coniunges quinq; pelles simul, & alias sex simul, & replicabis sextam pellem à fronte tabernaculi: & facies quinquaginta ansulas per oram pellis unius, & quinquaginta ansulas per orā pellis alterius, per quas coniungant una ad alteram: & facies circulos æreos quinquagenos, & cō iunges ex ipsis pelles, & erit unum totum: & replicabis quod supereſt ex pellibus, medietatem pellis unius à fronte tabernaculi, & ex alia medietate quod supereſt, uelabis posteriora tabernaculi cubitū hinc, & cubitum inde, ex eo quod abundat in longitudine pellium, & erit adopertum tabernaculū ex lateribus hinc & inde. Puto ergo quòd harū pellium mentio fiat in Cantico canticorū, & istæ dicantur esse Solomonis, qui accipitur in pacificum Christum. Ipsius ergo est tabernaculū, & ea quæ ad tabernaculum pertinent: & præcipue si illud tabernaculū cōsideremus, quod dicitur tabernaculū uerum, quod fixit deus & non homo, & quod ait, non enim in manu facta sancta intrauit Iesus exēplaria uerorum. Si ergo pulchritudinē suam sponsa pellibus comparat Solomonis, illarum sine dubio pellium gloriā & pulchritudinē dicit, quæ operiunt illud tabernaculū quod fixit deus & non homo. Si uerò nigredinē suam quæ exprobrari à filiabus Hierusalē uidebatur, pellibus contulit Solomonis, huius tabernaculi quod exemplar ueri tabernaculi uocat, accipiendæ sunt pelles: quasi quod & ipsæ nigræ sint quidē, utpote caprarū pilis textæ, & tamen usum ornatūq; exhibeāt diuino tabernaculo. Quod autem uidet esse persona una quæ loquit, & pluribus se uel tabernaculis Cedar in nigredine, uel Solo-

monis

monis pellibus comparauit, ita accipiendum est: quia una quidem persona uidetur ecclesiæ, innumeræ tamen sunt quæ per orbem terræ diffusæ sunt, atq; immensæ congregationis ac multitudinis populorũ. Sicut & regnum cœlorum unum quidem dicitur, sed multæ tamen in eo mansiones memorantur esse apud patrem. Potest autem & de unaquaq; anima quæ post peccata plurima conuertitur ad pœnitentiam dici, quòd nigra sit quidẽ pro peccatis, formosa propter pœnitentiam & fructus pœnitẽtiæ. Deniq; & de hac ipsa quæ nunc dicit: Nigra sum & formosa, quia non in finem in nigredine ista permãsit, post hæc dicunt de ea ipsa filiæ Hierusalem: Quæ est ista quæ ascẽdit dealbata incumbens super fraternũ suum? Ne uideatis me, quoniam infuscata sum ego, quia despexit me sol. In fuscata siue denigrata. si cõpetenter nobis uidetur aptata expositio quam in superioribus. uel de Æthiopissa quæ à Moyse suscepta est in coniugiũ, uel de regina Saba Æthiopum quæ sapientiam Solomonis uenit audire, texuimus: merito nũc hæc quæ fusca uel nigra est & formosa, satisfacere uidet pro nigredine uel fuscatione sua, causasq; reddere exprobrantibus, quasi quæ nõ natura talis, nec ita à conditore creata sit, sed ex accidentib. hoc passa sit. Ex eo (inquit) quia sol despexit me. In quo ostendit non de nigredine corporis fieri sermonẽ, quòd utiq; sol obscurare & denigrare solet, cum respicit magis q; cũ despicit. Ita deniq; & apud illam omnem gentem Æthiopũ ferũt, cui naturalis quædam inest ex seminis carnalis successiõe nigredo, quòd in illis locis sol radijs acrioribus ferueat, & adusta iam semel atq; infuscata corpora genuini uitij successione permaneant. Contrarij uerò ordinis est animæ nigredo. Nã neq; aspectu, sed despectu solis inuritur, neq; nascendo, sed negligendo conquirit: & ideo sicut ignauia assumitur, ita & industria repellit & repulsatur. Deniq;, ut superius dixi, hæc ipsa quæ nunc nigra dicit esse, in fine Cantici huius dealbata memoratur ascendere incumbẽs super fraternum suum. Effecta est ergo nigra, quia descẽdit: si autem cœperit ascendere & incumbere super fraternũ suum, & adhærere ei, nec omnino separari ab eo, erit dealbata & candida: abiectaq; omi nigredine, ueri luminis luce circumfusa radiabit. Dicit ergo nunc ad filias Hierusalẽ pro nigredine sua satisfaciens: Non putetis ô filiæ Hierusalem, quòd naturalis est ista nigredo quam uidetis in uultu meo: sed scitote quoniã despectu solis est facta. Sol em̃ iustitiæ quia me nõ inuenit recte stantem, nec ipse in me rectos direxit lucis suę radios. Ego enim sum populus gentiũ, qui prius nõ aspexi ad solẽ iustitiæ, nec steti ante dominũ: & ideo nec ille me aspexit, sed despexit, neq; astitit mihi, sed præterijt. Hoc autem ita esse etiam tu qui Israel dices, re ipsa expertus iam iamq; cognosces & dices: Sicut enim me aliquando non credente tu assumptus es, & misericordiã consecutus, & te respexit sol iustitiæ, me autẽ utpote inobedientem & incredulũ despexit, & spreuit: ita & nunc quia tu incredulus & inobediens factus es, ego spero respici à sole iustitiæ & misericordiam consequi. Quod autem mutua nobis sit solis ista despectio, & ego primo ꝓ inobediẽtia mea despectus sum, tu uerò respectus: nunc autem etiam tibi non solum despectus solis, sed & cæcitas quædam licet ex parte contigerit, testem tibi producam magnificũ, & cœlestis secreti cõsciũ Paulum, qui ita dicit: Sicut enim uos (de gentibus sine dubio loquens) aliquando nõ credidistis deo, nunc autem misericordiã cõsecuti estis propter istorum incredulitatem: ita & isti non crediderũt in uestra misericordia, ut ipsi misericordiam cõsequantur. Et item in alijs dicit: Quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentium intraret. Hinc ergo est in me quã exprobras ista nigredo, quia despexit me sol propter incredulitatem & inobediẽtiam meam. Cum uerò recte stetero ante eum, & non fuero obliquus in aliquo, neq; declinauero ad dexteram, neq; ad sinistrã, sed fecero rectas semitas pedibus meis cõtra solem iustitiæ incedẽs in omnibus iustificationibus eius sine querela: tũc & ipse rectus me respiciet, & nulla erit obliquitas, nec erit causa ulla despectus, & tunc reddetur mihi lux mea & splẽdor meus: întantumq; propelletur à me quam nunc exprobratis ista nigredo, ut etiam lux mũdi merear appellari. Sic ergo sol iste quidem uisibilis ea corpora quibus à summo libramine insederit, infuscat & urit: ea uerò quæ procul sunt & ab ista collibratione longius posita, conseruat in candore suo, nec omnino urit ea, sed illuminat. Sol uerò spiritalis, qui est sol iustitiæ, in cuius pennis sanitas esse dicitur: ecõtrario eos quidem quos recti cordis inuenerit, & ad libram sui splẽdoris cõsistentes, illuminat, & omni fulgore circumdat: eos autem qui obliquè incedunt cũ eo, necessario etiam

Ioan. 14

Cant. 8

Rom. 11

ipse oblique non tam respicit q̃ despicit, hoc eis præstante incõstantia sua & instabilitate. Quomodo enim qui peruersi sunt, possunt suscipere quod rectum est? Velut si curuo ligno adhibeas rectissimam regulam, uidebitur quidem per regulã argui materiæ praui tas, non tamẽ regula est quæ ligno causam peruersitatis imposuit. Et ideo festinandũ est ad uias rectas, & standum in semitis uirtutum, ne forte sol iustitiæ rectus incedens, si nos obliquos stare inueniat & peruersos, despiciat nos & efficiamur denigrati. Inquantũ eñ incapaces fuerimus lucis eius, intantum tenebris & nigredini dabimus locum. Hic enim est ipse sol qui & lux uera, illuminans omnem hominem uenientem in hunc mũdum, & qui in hoc mundo erat, & mũdus per ipsum factus est. Nõ enim per istud uisibile lumen mundus factus est, cum & ipsum portio sit mundi, sed per istud uerum lumen, à quo lumine si nos peruersi incesserimus, despici dicimur. Et ipsum enim nobis peruerse incedentibus, peruersum quoq; incedit, sicut scriptũ est in maledictionibus Leuitici: Et si incesseritis (inquit) mecum peruersi, & nolueritis obedire mihi, adijciã uobis plagas septem. Et
Leuit.26 post pauca: Et si (inquit) nõ fueritis emendati, sed incesseritis mecum peruersi, incedã, & ego uobiscum peruersus. Siue ut in alijs exemplaribus legimus: Si incesseritis mecũ obliqui, incedam & uobiscũ obliquus. Et post aliquanta iterum dicit ad ultimum: Et quoniã ambulauerunt in conspectu meo obliqui, & ego ambulabo cum eis in furore obliquus. Hæc assumpsimus, ex quib. probaremus qualiter despicere, hoc est oblique aspicere sol dicatur: Et euidenter claruit quòd hos despiciat, & cum his oblique incedat ac peruerse, qui oblique incedunt cum eo. Sed & hoc quod admonuit prẽsens locus, indiscussum nõ omittamus, quia sol duplicis uidet esse uirtutis, unius qua illuminat, alterius qua adurit. Sed pro rebus aut materijs subiacentibus, aut illuminat aliquid luce, aut infuscat & obdu
Exod.9 rat aliquid ardore. Secũdum hæc ergo fortassis & induratse dicitur deus cor Pharaonis, quod scilicet talis fuerat materia cordis ipsius, quæ præsentiam solis iustitiæ nõ ea parte qua illuminat, sed ea qua adurit & indurat, exceperit: ppter hoc sine dubio quod & ipse
Exod.4 affligebat Hebræorũ uitam in operibus duris, & quod luto & latere conficiebat eos. Et erat utiq; cor eius secundũ ea quæ cogitabat luteum & limosum. Et sicut materiã luti sol iste uisibilis stringit & indurat, ita sol iustitiæ his ijsdem radijs quibus illuminat populum Israel, Pharaonis cor cui inerant luteæ cogitationes, pro ipsis motuũ suorum qualitatib. indurabat. Hæc aũt quod ita se habeant, & non cõmunem (ut hominibus uidetur) historiam famulus dei per spiritũ sanctum scribat, ostenditur etiam inde, quod ubi refert ingemuisse filios Israel, nõ dicit à luto, neq; à latere, neq; à paleis ingemuisse eos, sed ab operi
Exod.2 bus suis inquit. Et rursum: Et ascendit, inquit, clamor eorum ad deum. Non dixit à luto & latere, sed iterũ ab operibus suis. propter quod & subiungit: Quia exaudiuit dñs gemitus ipsorũ. cum utiq; non exaudiuit eorum gemitũ, qui non ex operibus suis clamant ad dominũ. Hæc quamuis per excessum dicta uideañ, tamen locorum opportunitate commoniti nequaq; iudicauimus omittẽda, maxime cũ habeant aliquid similitudinis ad hoc quod dicit hæc quæ infuscata est, quia despexerit eam sol. quod utiq; ostendit ibi accidere, ubi peccatorũ causa præcedit: & ibi infuscari uel aduri aliquem sole, ubi peccati materia subsistit. Vbi uerò non est peccatũ, sol neq; adurere dicitur, neq; infuscare, sicut de iu-
Psal.121 sto refertur in psalmis: Per diem sol non uret te, neq; luna per noctẽ. Vides ergo quia sanctos in quibus peccatorũ nulla causa est, sol nunq; adurit. Vt eñ diximus, duplicis uirtutis est sol: iustos quidẽ illuminat, peccatores uerò non illuminat, sed adurit, quoniã & ipsi oderunt lucem, quia male agunt. Deniq; ob hoc deus noster ignis dicitur esse cõsumẽs, & nihilominus lux in quo tenebræ non sunt. lux sine dubio iustis, & ignis efficitur peccatoribus, ut cõsumat in eis omne quod in anima eorum corruptibilitatis aut fragilitatis inuenerit. Quod aũt in multis scripturæ locis, & sol & ignis non iste uisibilis, sed ille inui
Cant.1 sibilis & spiritalis dicatur, ipse etiam si recenseas, abundãter inuenies. Filij matris meę dimicauerunt in me, posuerunt me custodem in uineis, uineam meam non custodiui. Adhuc ipsa quæ fusca quidẽ pro delictis prioribus, formosa uerò est pro fide & cõuersatione, etiam hæc dicit, asseuerans quod filij matris suæ dimicauerunt non cõtra eam, sed in ea: & post hoc bellum quod in ea gesserunt, constituerunt eam uinearum custodem, nõ unius uineæ, sed multarũ. Astruit aũt hæc eadã, quod præter illas uineas quas à filijs matris suæ custodire posita est, habuerit aliam propriã uineã quam nõ custodierit. Hæc est

propo-

propoſiti dramatis fabula. Sed nunc inquiramus quæ ſit mater ſponſæ huius quã hæc allegat, qui ſint etiam filij eius qui dimicauerunt in ea, & confecto bello tradiderunt ei uineas quas cuſtodiret, quaſi quæ nõ potuiſſet ſeruare eas, niſi ab illis dimicatũ fuiſſet. Illã uerò ſuſcepta aliarum uinearũ cuſtodia propriam uineam noluiſſe, uel nõ potuiſſe ſeruare. Ad Galatas Paulus ſcribens, ait: Dicite mihi qui ſub lege uultis eſſe, legem non audiſtis? Scriptũ eſt enim, quoniam Abraham duos habuit filios, unum ex ancilla, & unũ de libera. Sed is quidem qui de ancilla ſecundũ carnem natus eſt: qui uerò de libera, ſecũdũ repromiſſionẽ quæ ſunt allegorica. Hæc enim ſunt duo teſtamenta, unum quidẽ in mõte Sina in ſeruitutẽ generans, quæ eſt Agar. Sina enim mons eſt in Arabia, qui confertur huic quæ nunc eſt Hieruſalẽ, & ſeruit cum filijs ſuis. Quæ autem ſurſum eſt Hieruſalem, libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrum. Hanc ergo Hieruſalẽ cœleſtem dicit eſſe Paulus, & ſuã & omniũ noſtrũ credentiũ matrem. Deniq; addit in poſterioribus & dicit: Propter quod fratres non ſumus filij ancillæ, ſed liberæ, qua libertate liberauit nos Chriſtus. Euidenter ergo Paulus pronunciat, quod omnis qui per fidem à Chriſto cõſequit libertatem filius ſit liberæ: & hanc dicit eſſe ſurſum Hieruſalẽ, quæ libera eſt, quæ eſt mater omnium noſtrũ. Huius ergo matris & ipſa hæc ſponſa filia eſſe intelligitur, in his qui dimicauerunt in ea, & conſtituerunt eam cuſtodem uinearũ. Vnde uidentur iſti qui tantã poteſtatem habuerint, ut & bellum gererent in ea, & ordinarent eam uinearũ cuſtodẽ, non cuiuſcunq; humilis, aut cõtemnendi loci fuiſſe. Poſſumus ergo & apoſtolos Chriſti accipere filios matris ſponſæ, hoc eſt Hieruſalem filios cœleſtis, qui pugnauerũt prius in iſta quæ ex gentibus congregatur. Pugnauerunt autem ut uincerẽt in ea illos quos prius habuit infidelitatis & inobedientiæ ſenſus, & omnem elationem extollentem ſe aduerſus ſcientiã Chriſti, ſicut Paulus dicit: Cogitationes deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiã Chriſti. Pugnauerunt ergo nõ aduerſus eam, ſed in ea, hoc eſt in ſenſibus & corde eius, ut deſtruerent & depellerent omnem infidelitatẽ, omne uitium, omnesq; doctrinas quæ ei inter gentes poſitæ falſis ſophiſtarũ aſſertionib. inoleuerant. Fuit ergo apoſtolis Chriſti grande bellũ, donec ex ea mẽdacij turres & muros peruerſæ doctrinæ ſubruerent, donec iniquitatis argumenta proſternerent, & operãtes hęc atq; ſuccẽdentes in corde eius dæmones debellarent. Vbi ergo effugauerunt ab ea oẽs ſenſus infidelitatis antiquæ, non eam relinquunt ocioſam, ne forte per ocium rurſus antiqua ſurrepant, & redeant quæ repulſa ſunt: ſed dant ei opus quod agat, & conſignant ei cuſtodiã uinearum. Vineas accipiamus ſingula quæcũq; uolumina legis ac prophetarũ. Erat enim unuſquiſq; eorũ ſicut ager plenus quẽ benedixit dominus. Hæc ergo iſti uiri fortes poſt uictoriã belli ſeruanda ei & cuſtodienda conſignant. non eñ relinquunt eam (ut diximus) ocioſam. Sed & euangeliſtarũ ſcripta, atq; ipſorũ apoſtolorũ literas poſſumus ſimiliter uineas accipere, quas huic quæ ex gentibus congregat, pro qua etiã dimicauerunt, cuſtodiendas colendasq; tradiderunt. Quod uerò ait, quia ſuam propriam uineam non cuſtodierit, illam poſſumus eruditionẽ dicere, qua unuſquiſq; exercebat ante fidem: quam ſine dubio credens Chriſto, relinquit ac deſerit, & ea quæ ſibi lucra uidebantur, ducit propter Chriſtũ detrimenta. Sicut & Paulus gloriatur legis obſeruãtias, & omnem Iudaicæ inſtitutionis gloriam fuiſſe ſibi ut ſtercora, tantum ut in Chriſto inueniretur non habens ſuam iuſtitiã quæ ex lege eſt, ſed iuſtitiã quæ ex deo eſt. Sicut ergo Paulus accepta Chriſti fide, non cuſtodiuit uineã ſuam, Iudaicæ ſcilicet traditionis obſequia: & idcirco fortaſſe non cuſtodiuit, quia cum plantata eſſet à deo uitis uera, cõuerſa eſt in amaritudinẽ uitis alienæ, & erat iam uitis Sodomorum uinea eorum, & palmes eorũ ex Gomorra, & botrus amaritudinis in eis, & furor draconum uinum eorum, & furor aſpidum inſanabilis. Ita & apud gentes erãt plurimæ huiuſmodi doctrinæ, quas poſt illa bella quibus pro fide & agnitione Chriſti à doctoribus dimicatũ eſt, ſuperatas dicit: puto q̃ omnino criminis loco ducatur, ſi cuſtodierit aliquis huiuſmodi uineas, & agrũ colat ultra uenenatis & noxijs conſitum diſciplinis. Nec mireris ſi his culpis aliquando fuiſſe uideatur obnoxia hæc quæ ex nationum diſperſione colligitur, & iam Chriſto ſponſa præparatur. Recordare quomodo prima mulier ſeducta eſt, & in præuaricatione facta: quæ non aliter ſalua fieri dicit̃, niſi per filiorum generationẽ, illorum duntaxat qui permanẽt in fide & charitate cum ſanctitate. Hoc ergo quod de Adam & Eua ſcribit̃, ſic aſſeuerat

Gal. 4

2 Cor. 10

Gen. 26

Phil. 3

Eph.5 Apostolus. Mysterium magnũ est in Christo & in ecclesia: qui eam ita dilexit, ut semet-
Rom.5 ipsum traderet pro ea, cum esset adhuc impia hæc ipsa, sicut ipse dixit: Cum enim adhuc secundũ tempus impij essemus, Christus pro nobis mortuus est. Et iterum: Quia cum adhuc essemus infideles, Christus pro nobis mortuus est. Nõ ergo mirum est, si hæc quę se ducta, & in præuaricatione facta, & quæ impia secundũ tempus fuit & peccatrix, talem dicatur uineam coluisse eo tempore, cum adhuc impia erat, quã relinquere debuerit, & nequaq; omnino seruare. Quod si etiam tertiũ explanationis locũ placet exequi, referamus hæc ad unamquanq; animã, quæ conuersa ad deum, & ad fidem ueniẽs, patitur sine dubio cogitationũ pugnas, & obluctationes dæmonũ reuocare eam nitentiũ ad prioris uitæ illecebras, uel infidelitatis errorẽ. Sed ne hoc fiat, néue rursum dæmonibus in eã tãtum liceat, prospexit diuina prouidẽtia ut paruulis quibusq;, & his qui pro semetipsis ad uersus astutias diaboli & dæmonũ pugnas dimicare non possunt, utpote infantes adhuc & lactentes in Christo, daret angelos propugnatores & defensores: qui uelut tutores & procuratores cõstituti sunt à deo eorum, qui in infirma ætate positi pro semetipsis (ut diximus) pugnare non possunt. Et ut hoc cum maiori fiducia agant, conceditur eis semper uidere faciẽ patris qui in cœlis est: & istos puto esse paruulos quos uenire ad se Christus
Matt.18 iussit, & nõ siuit prohiberi, & quos semper dixit uidere faciem patris. Nec tibi contrariũ uideatur, si eos hæc anima quæ ad deũ tendit, matris suæ filios appellat. Si enim animarũ mater Hierusalẽ cœlestis est, & angeli nihilominus cœlestes nominantur, nihil dissonãs uidebit, si hi qui similiter ut ipsa cœlestes sunt, ab ea filij matris appellent. Super omnia autem congruũ uidebitur & conueniens, ut quibus unus est pater deus, una sit & Hierusalem mater. Quod uerò ait: Vineam meam non custodiui, institutа illa ac mores & propositum in quo exercebat secundum ueterem hominẽ uiuens, indicare uidetur laudabiliter à se nõ esse seruata. Ex quo aũt adiutorio angelorũ dimicauit, & uicit eam, penitus à se effugauit ueterem hominẽ cum actibus suis, cõstitutaq; est ab eis uinearum custos, sensuum scilicet & dogmatũ diuinorum, ex quibus possit uinum bibere, quod lætificet cor
Cant.1 eius. Annuncia mihi quẽ dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie, ne forte efficiar sicut adoperta super greges sodalium tuorũ. Adhuc spõsa loquitur etiam hęc, sed ad sponsum, & non iam ad filias Hierusalẽ. Igitur ab initio ubi ait: Osculetur me, usq; ad hũc locum: Super greges sodalium, cuncta quæ dicta sunt, uerba sunt sponsæ. Sed primo sermo eius ad deum factus est, secundo ad sponsum, tertio ad adolescentulas: inter quas & sponsum media quædã, & ut se dramatis huius species habet, quasi mesochorus effecta, nunc ad ipsum, nunc etiam ad filias Hierusalẽ respondens, dirigit uerba. Hos ergo nunc ultimos sermones suos ad sponsum facit, requirẽs ab eo ubi pascat in meridie, & ubi collocet gregem, uerens ne dum requirit eum, incurrat in ea loca ubi sodales sponsi locatos per meridiẽ greges seruant. Ostenditur aũt per hæc quia sponsus hic etiã pastor sit. In superioribus aũt didiceramus eũ esse & regem, pro eo sine dubio quod homines regat: pastorem uerò pro eo quod oues pascat: spõsum autem pro eo quod habeat sponsam, quæ cum eo regnet, secundum quod scriptum est, Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato. Hæc interim continet dramatis ipsius qui est quasi historicus ordo. Nunc autem requiramus intelligentiã mysticam: & si oportet præuenire paululũ ea quæ in posterioribus præferenda sunt, quo quis effectus sit horũ sodaliũ pateat, memoremus illud quod scriptũ est: quia reginæ sunt sexaginta, sed ex his omnibus una sit columba, & una perfecta, ac particeps regni. Cæterę uerò iam inferiores sunt, quia octoginta appellantur concubinæ. Adolescentulæ uerò quarũ numerus nullus est, post ordinem concubinarũ ponuntur. Istæ aũt omnes animarũ earum differentiæ sunt, quæ in Christo credentes, diuersis ei affectibus sociant: ut uerbi gratia dicamus omnem ecclesiam per illam figurã cor-
1 Cor.12 pus esse Christi, qua Apostolus dicit: in quo corpore diuersa esse membra pronũciat, & alios esse oculos, & alios manus, alios etiã pedes, & singulos pro operũ studiorumq; suorum meritis in membra corporis huius aptari. Secundũ hanc ergo speciem & hęc intelligenda sunt: & alias quidẽ animas putandũ est in hoc sponsali dramate quæ magnificentiori affectu sponso atq; illustriori sociant, apud eũ reginarũ loco & affectu haberi alias quarum inferior sine dubio in profectibus & uirtutibus honor est, cõcubinarũ loco duci: & alias adolescentularũ quæ uidentur extra aulam quidem positæ, non tamẽ extra urbem re-

bẽ regiam. Posteriores uerò & post omnes quæ suprà memoratæ sunt, ésse eas quę oues appellantur. Si uerò perspiciamus attentius, adhuc fortassis etiam harũ omniũ inuenie mus inferiores alias, & ultimas omniũ: illas scilicet quę in sodalium eius gregibus nume rantur. Et ipsi enim habere greges quosdam dicunt, in quos nõ uult spõsa incurrere, & ob hoc petit à sponso ut annũciet sibi ubi pascat, ubi meridiem faciat. Ne forte (inquit) Cant. 1
efficiar sicut adoperta super greges sodaliũ tuorũ. Quęritur ergo sodales isti qui habe re quosdam greges dicunt, utrũ spõso operam dantes, & sub ipso uelut pastorũ princi pe agentes hoc faciant, quãdoquidem sodales eius nominãtur: an proprium aliquid, & sequestratũ habentes, & quod non sit cum animo sponsi: quandoquidẽ refugit spõsa, & ueretur ne forte incurrat sodalium greges dum spõsum suũ requirit. Sed & quod dixit: Ne forte efficiar nõ adoperta, sed sicut adoperta, require ne forte innuat per hoc esse ali quas sodalium quasi spõsas habentes etiam ipsas habitũ spõsalem, & esse adopertas, & 1 Cor. 11
sicut Apostolus dicit: Velamen & potestatẽ habẽtes super caput. Et ut manifestior ser monis huius explanatio fiat, iterũ quasi dramatis ordine quod dicitur exequamur. Ex poscit ab ipso sponso suo spõsa, ut ei locum secreti sui indicet & quietis: quandoquidẽ amoris impatiẽs etiã per meridiẽ cupit audire spõsum, eo pręcipue tẽpore, quo clarior lux, & splẽdor diei perfectus & purus est, ut assistat ei oues pascẽti uel refrigerãti: & stu diose uult uiam discere, qua ire ad eum debeat, ne forte si nõ fuerit edocta itineris huius anfractus, incurrat greges sodaliũ, & uideatur similis esse alicui illarũ quæ adopertæ ue niunt ad sodales eius, nec pudoris curã gerũt, aut uerent passim discurrere, & multis ap parere. Ego autẽ quæ à nullo, inquit, alio uideri uolo nisi à te solo, scire desidero quo ad te itinere ueniã, ut secretũ sit, ut nemo sit medius, ut nullus arbiter peregrinus & alienus occurrat. Et forte ob hoc requirit ista loca in quibus pascit spõsus oues suas, & ostẽdit ei uerecũdiam suam, pro qua non uult incurrere greges sodaliũ: ut ille segreget oues suas à sodalibus, & seorsum pascat: ut non solum sponsa nõ uideatur ab alijs, sed & arcanis & ineffabilib. mysterijs sponsi secretius perfruatur. Nũc ergo uideamus per singula: & pri mo quidẽ uide si possumus dicere, quod dominus cuius portio fuit Iacob, & funiculus hæreditatis eius Israel, ipse intelligẽdus sit spõsus. Sodales uerò eius angeli illi ad quo- Deut. 32
rũ numerũ cũ diuideret excelsus gentes, & dispergeret filios Adã, statuit terminos gen tium secundũ numerũ (ut ait) angelorũ dei: & isti sint fortassis greges sodalium sponsi, gẽtes scilicet cũctæ, quæ uelut pecora sub angelis pastoribus cõstitutæ sunt: Grex uerò sponsi ille dicatur, de quibus ipsa in euangelio ueritas dixit: Oues meæ uocem meã au- Ioan. 10
diũt. Vide enim & obseruãter intende, quoniam dixit oues meæ, quasi sint & aliæ oues quæ nõ sint eius, sicut & ipse in alijs dixit: Vos nõ estis de ouib. meis. Quæ singula huic occulto mysterio cõuenienter uidebunt aptari. Quæ si ita se habẽt, cõpetenter sponsa uniuscuiusq; sodaliũ gregẽ spõsam eius intelligi uoluit, quam adopertã nominauit. Sed quoniã certa erat quod super omnes illas ipsa esset, nõ uult similis uideri alicui illarũ, ut pote quæ sciret tantũ se debere præcellere illas sodaliũ sponsas quas spõsa nominat ue lut adopertas, quantũ eminẽtiæ sponsus suus habebat ad sodales. Sed & ꝓ hoc adhuc ui debitur percõtandi causas habuisse, quando quidẽ boni pastoris scit esse studiũ, ut opti ma ouibus pascua requirat, & ut uiridantia atq; opaca quæq; ad requiẽ nemora meridia ni æstus inueniat. Quod quidẽ sodales sponsi facere nesciũt, nec in eligẽdis pascuis, aut sciẽtiæ tãtũ, aut sollicitudinis gerũt: & ob hoc dicit: Annũcia mihi ubi pascis, ubi cubile habes in meridie: cupiens tẽpus scilicet illud quo copiosius mũdo lumen infundit, quo magis merus est dies & purior & florulẽtior est lux. Tũc (inquit) annũcia mihi ô tu quẽ dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubile habes in meridie, ne forte efficiar ut adoperta super greges sodaliũ tuorũ. Nouo nũc nomine spõsa appellauit spõsũ. Sciẽs em ipsum esse filiũ charitatis, imò ipsum esse charitatẽ quæ ex deo est, quasi uocabulũ ei istud po suit: Quẽ dilexit anima mea. Et tamẽ nõ dixit, quem dilexi, sed quẽ dilexit anima mea: sciens nõ qualicũq; dilectione, sed ex tota anima, & ex totis uiribus, & ex toto corde ha bendã esse dilectionẽ spõsi. Vbi pascis (inquit) & ubi cubile habes. Puto aũt quod & ꝓ- pheta de hoc loco quẽ nũc spõsa discere ab ipso sponso desiderat, & audire, etiam ipse Psal. 24
sub eodẽ positus pastore dicat: Dominus regit me, siue ut in alijs legimus: Dominus pa scit me, & nihil mihi deerit. Et quoniã sciebat alios pastores uel ignauia, uel imperitia sa

ciente greges in locis aridioribus collocare, de hoc optimo pastore dñs dixit: In loco uiridi ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me. ostẽdens pastorẽ hũc non solum abundantes aquas ouibus suis, sed & salubres & puras, & quæ per omnia reficiãt prouidere. Sed quoniam ab hoc statu quo ut ouis sub pastore deguerat, conuersus ad rationabilia in excelsiora profecit, idq; adeptus est per conuersionẽ, subiungit & dicit: Animam meam cõuertit. Eduxit me super semitas iustitiæ propter nomen suũ. Hinc uerò quandoquidẽ in hoc profecerat ut iustitiæ incederet uias, iustitia autẽ habet sine dubio impugnãtem se iniustitiã, & necesse est eum qui iustitiæ iter incedit habere pugnas aduersantiũ, fide cõuersus & spe dicit de eis. Nam & si ambulẽ in medio umbræ mortis, nõ timebo mala quoniã tu mecũ es. Post hæc uerò quasi gratiã referens ei qui se pastoralib. imbuerat disciplinis: Virga inquit tua & baculus tuus quibus institutus uideor ad pastoris officiũ, ipsa me cõsolata sunt. Hinc uerò ubi uidit sese à pastoralibus pascuis ad rationabiles cibos & mystica secreta translatũ, addit & subdit: Parasti in cõspectu meo mensam aduersus eos qui tribulãt me. Impinguasti in oleo caput meũ, & calix meus inebriãs q̃ præclarus est. Et misericordia tua subsequet̃ me omnibus diebus uitæ meæ, ut inhabitem in domo dñi in longitudine dierũ. Illa ergo prima, id est pastoralis institutio, initiũ eorum fuit, ut in loco uiridi collocatus, super aquã refectionis educaret̃. Hæc uerò quæ sequunt̃ de profectibus ad perfectionẽ requirunt̃. Et quoniã de pascuis & uiriditate, p-posuimus, cõueniens etiam uidetur de euãgelijs cõfirmare quæ diximus. Inueni etiã ibi pastorẽ hunc bonum de pascuis ouium differentẽ, ubi ad hoc quod pastorẽ se profiretur, etiã ostium se esse cõmemorat, & dicit: Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur, & ingredietur & egrediet̃, & pascua inueniet. Hunc etiam nũc sponsa percontat̃, ut ab eo audiat, & discat in quibus pascuis oues agat, uel in quibus amœnitatib. meridianos procuret æstus: meridiem appellans illa scilicet cordis secreta, quibus clariorẽ scientiæ lucem à uerbo dei anima cõsequitur. Hoc enim tempus est quo sol excelsiorẽ circuitus sui uerticem tenet. Si quãdo ergo sol iustitiq; Christus ecclesiq; suę excelsa & ardua uirtutum suarũ secreta manifestat, amœna eam pascua cubiliaq; meridiana uidebitur edocere. Nam quum adhuc initia habet discendi, & prima (ut ita dicam) ab eo scientiæ suscipit rudimenta, tunc dicit propheta: Et adiuuabit eam mane diluculo. Nũc ergo quia perfectiora iam quærit, & excelsiora desiderat, meridianum scientiæ lumẽ expoſcit. Hinc puto & Abrahæ post multas eruditiones quibus apparens ei deus imbuit eum de singulis & docuit, post refertur quia uisus sit ei deus ad quercum Mambre sedẽti ad ostium tabernculi sui meridie. Et respiciẽs (inquit) oculis suis, uidit, & ecce tres uiri stabant super eum. Quod si credimus hæc per spiritum sanctum scripta, nõ puto frustra placuisse diuino spiritui, ut etiam tempus & hora uisionis scripturæ paginis mandaret̃, nisi & horæ istius, & temporis ratio aliquid conferret ad scientiam filijs Abrahæ, quibus utiq; sicut opera Abrahæ facienda, ita & uisitationes istæ sperãdæ sunt. Qui enim potest dicere: Nox præcessit, dies autẽ appropinquauit, sicut in die honeste ambulemus, non in comessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in cõtentione & æmulatione: & quum hæc omnia trãsierit, supergressus uidebitur tempus hoc quod nox præcessit, & dies appropinquauit, & festinare non ad initium diei, sed ad meridiẽ, ut & ipse ad gratiam perueniat Abrahæ. Si enim lux quæ in ipso est mentis, & puritas cordis clara fuerit & splendida, iste meridianum tempus in semeipso habere uidebitur: & per hanc puritatem cordis, quasi in meridie positus deum uidebit, sedẽs ad quercum Mambre, quod ad uisionem interpretat̃. Apud uisionẽ ergo sedet in meridie, qui uacat ad uidendũ deum. Inde deniq; non dicitur intra tabernaculũ, sed foris ad ostium sedere tabernaculi. Foris etenim est extra corpus posita mẽs eius qui lõge est à corporalibus cogitationibus, longe à carnalibus desiderijs, & ideo ab his omnibus foris positũ uisitat deus. Eiusdẽ quoq; mysterij est, quod & Ioseph fratres suos cũ suscepisset in Aegypto, in meridie eos pascit, & in meridie adorãt eũ cũ muneribus. Propterea deniq; puto & de his quæ Iudæi in saluatorẽ cõmiserunt, nullũ euãgelistarũ uoluisse scribere, qa meridie hæc gesta sunt, cũ utiq; sexta hora nõ aliud q̃ meridianũ tempus ostendat, nullus tamẽ meridiẽ nominauit. Sed Matthæus ita dixit: Ab hora aũt sexta tenebræ factæ sunt super omnem terram usq; in horam nonã. Lucas uerò: Erat iam quasi hora sexta, & tenebrę factę

Pſal. 23

Ioan. 10

Pſal. 46

Gen. 18

Rom. 13

Matt. 27

Luc. 23

sunt

sunt super omnẽ terram usq; in horam nonã deficiẽte sole. Sed & Marcus: Cum aũt es- Mar.15
set facta hora sexta tenebræ factæ sunt super omnẽ terram usq; in horã nonã. Vnde apparet, quia in uisitatione quidem Abrahæ, & in conuiuio patriarcharũ apud Ioseph nõ indigebat ut tẽpus istud sub nomine sexti numeri significaretur, sed ut meridies diceretur. Volebat enim sponsa, quæ iam tũc in illis adumbrabat, discere ubi pasceret spõsus, & ubi haberet cubile, & ideo meridiem nominat. Euangelistę uerò in his quę narrabãt, non meridianũ tempus, sed horæ sextæ numerũ requirebant, ad enarrandum scilicet sacrificium hostiæ eius, quę oblata est in die paschæ pro redemptione hominis, qui in die sexta formatus est à deo, posteaquã terra produxit animã uiuentem secundũ genus, quadrupedia & repentia, & bestias terræ. Ob hoc igitur in præsenti loco illuminari spõsa desiderat pleno scientiæ lumine, ne per imperitiam errans, in aliquo similis efficiatur illis doctorum scholis, quæ nõ per ipsam dei sapientiam, sed per philosophorũ & principũ huius mũdi exercent. Hoc enim & apostolus dicere uidet in eo ubi ait: Quia loquimur 1 Cor.2
dei sapiẽtiam in mysterio absconditam, quam nemo principum huius mũdi cognouit. Et iterum hęc eadem significat, cum dicit: Non enim spiritum huius mundi accepimus, sed spiritũ qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Ob hoc ergo requirit spõsa Christi meridiana cubilia, & plenitudinẽ sciẽtiæ poscit à deo, ne uideat esse sicut una ex philosophorum scholis, quæ adoperta nominatur, pro eo quod plenitudo ueritatis apud eos tecta est & adoperta. Spõsa autẽ Christi dicit: Nos autẽ reuelata facie gloriã dei speculamur. Nisi cognoueris te ô bona, siue pulchra inter mulieres, egredere tu in uestigijs gregum, & pasce hœdos tuos in tarbernaculis pastorũ. Vnius Chilonis scilicet ex septẽ quos apud Grẽcos singulares fuisse in sapiẽtia fama cõcelebrat, hęc inter cętera mirabilis fert esse sententia, qua ait: Scito teipsum, uel cognosce teipsum. Quod tñ Solomon, quem præcessisse omnes hos tẽpore & sapientia ac rerũ scientia in præfatione nostra docuimus, ad animã quasi mulierem sub cõminatione quadam loquẽs dicit: Nisi cognoueris temetipsam ô pulchra inter mulieres, & agnoueris pulchritudinis tuæ causas inde descẽdere, q̃d ad imaginẽ dei facta es, per quod inest tibi plurimũ naturalis decoris, & cognoueris q̃ pulchra eras ex initio: quamuis & nunc iam præcellas cęteras mulieres, & pulchra inter eas sola dicaris, tñ nisi cognoueris teipsam quæ sis, nõ em̃ ex cõparatiõe inferiorũ uolo bonã uideri pulchritudinẽ tuam, sed ut tibijpsi & decori tuo collata atq; exæquata respondeas. Quod nisi feceris, iubeo te exire, & in ultimis gregũ uestigijs collocari, & iam non oues, neq; agnos, sed hœdos pascere, illos scilicet qui pro prauitate & lasciuia à sinistris staturi sunt regis in iudicio præsidentis. Et cum tibi introductæ in cubiculum regium ostẽderem quæ summa sunt bona, si nõ cognoueris temetipsam, ostendam tibi etiam quæ sunt ultima mala, ut ex utroq; proficias, tam malorũ metu q̃ bonorũ desiderio. Si enim nescieris temetipsam, & in ignorãtia tui uixeris, nec sciẽtiæ studium gesseris, sine dubio nec tabernaculũ proprium habebis, sed & per pastorũ tabernacula discurres, & nunc in illius tabernaculis pastoris pasces hœdos inquietũ animal ac uagum & peccatis deputatũ. Hæc autem patieris, donec rebus ipsis & experimẽtis intelligas, quantũ mali sit animam nescire seipsam, neq; pulchritudinẽ suam, per quã pręcellat cęteras, nõ uirgines sed mulieres, illas scilicet quę corruptionẽ passæ sunt, nec in uirginitatis integritate permãserũt. Hæc sunt quæ spõsus post illa omnia quæ locuta fuerat spõsa, austera quadã cõminatione spõsæ animos ad agnitionis suæ curã suscitãs, per ordinẽ propositi dramatis dicit. Sed nunc cõsequenter, ut cætera, ad Christũ hæc & ad ecclesiã referamus, qui ad spõsam suam, ad animas scilicet credentiũ loquẽs, summã salutis & beatitudinis in suimet agnitione cõstituit. Quomodo ergo anima cognoscat semetipsam, nec facile puto, nec breuiter explicari posse: tamẽ, p uiribus pauca ex multis aperire tẽtabimus. Videt ergo mihi duplici modo agnitionẽ sui animã capere debere. Quid quidẽ sit ipsa, & qualiter moueat, id est qd in substãtia, & quid in affectib. habeat: utputa ut intelligat si boni affectus sit, aut nõ boni, aut recti propositi, aut nõ recti: & quidẽ si recti sit, si erga omnes uirtutes eũdẽ tenorẽ habeat, tam in intelligẽdo q̃ in agẽdo, an erga necessaria tãtũ, & quæ in prõptu sunt. Et utrũ in eo sit ut recipiat profectus, ut augeat in intellectu rerũ augmẽto q̃ uirtutũ, an in isto stet & resideat, in quod potuit peruenire: & utrũ erga semetipsam tantũmodo uacet excolendã, an alijs ꝓdesse, & cõferre

ferre aliquid utilitatis ſtudeat,uel in uerbo doctrinæ,uel in exẽplis geſtorũ. Si uerò cognoſcat ſemetipſam non eſſe boni affectus, neq; recti ꝓpoſiti, in hoc ipſo,ut intelligat utrum ei ſatis deſit,& procul à uia uirtutũ ſit,an in ipſo iam poſita ſit itinere,& incedere iam conetur,cupiens quæ in ante ſunt apprehẽdere,& quæ retro ſunt obliuiſci, ſed nõdum appropinquauerit:aut proxima quidẽ ſit,nondũ tamẽ ad perfectionẽ uenerit.Sed & in eo opus uidetur eſſe animæ cognoſcentis ſemetipſam,ſcire ſi hæc ipſa quæ operat̃ mala,ex affectu & ſtudio operet̃,an fragilitate quadã, &(ut ille ait)quod quaſi nõ uult agẽs,& quæ odit faciens:& rurſus ea quæ bona ſunt,affectibus & recto propoſito gere re uideatur. Verbi gratia,ſi iracundiã apud aliquos quidem cohibet,apud aliquos autẽ effert,an ſemper eam cohibet,& apud nullum omnino profert.Similiter & triſtitiam,ſi in aliquibus quidẽ negotijs reijcit, in aliquibus autẽ recipit,an in omnibus omnino nõ recipit.Ita & timorẽ,aliaq; ſimiliter quę uirtutibus uidẽtur eſſe cõtraria.Adhuc & iſtud opus eſt animæ cognoſcentis ſe,ſi gloriæ multũ cupida ſit,aut parum,aut omnino nihil. Quod inde colligit,ſi laudib.multũ,aut mediocriter delectetur, aut omnino nihil: & ſi in opprobrijs ſatis,aut parum,aut omnino nihil cõtriſtetur.Sed & in dando,& accipiẽdo cognoſcentis animæ ſemetipſam ſunt quædam indicia,ſi quod tribuit,& prębuit ita cõmunicabili affectu,& quaſi cui æquitatẽ haberi inter homines placeat:an(ut ille ait) ex triſtitia,aut neceſſitate,uel certe gratiam ſiue ab accipiẽtibus,ſiue ab audiẽtib. quærẽs.Sed & in accipiẽdo anima quæ cognoſcit ſemetipſam obſeruabit, utrũ indifferẽter habeat ea quæ accipit, an uelut ſuper aliquo bono gaudeat.Sed & in intellectu pẽſabit ſemetipſam huiuſmodi anima,ut cognoſcat an facile moueat̃ cuiuſcunq; ueriſimilis iudicio,& ſurrepat̃ ei arte uel ſuauitate,uel callidítate ſermonũ,an raro hoc,an nũquã omnino patiat̃. Sed ſufficiant hæc in hoc agnitionis genere à nobis dicta. Poſſibile eſt emꝫ uolenti horum ſimilitudinẽ,& alia innumera colligere,quibus cognoſcere ſemetipſam anima probetur,& pulchritudinem ſuam quã ad imaginẽ dei in conditione ſuſcepit, ſi reparare ac reſtituere potuerit, cõtẽplari.Hoc igitur eſt quod prſeęns ſermo ſub ſpecie mulieris animã docet,ut cognoſcat ſemetipſã,& ait: Niſi cognoueris temetipſam, hoc eſt niſi per ſingula quæ ſuprà memorauimus duxeris ſenſus tuos,& diſcretionẽ ſingulorum tenueris,quæ agenda ſint,quæ cauenda,quid deſit tibi,& quid abundet quid emẽdandum ſit,quidũe ſeruandũ:ſed ſi uolueris indifferẽter agere inter cæteras animas cõmunis uitæ hominũ,quas hic mulieres appellat,inter quas tu pulchra es, utpote quæ iã oſcula uerbi dei ſuſceperis,& cubiculi eius arcana perſpexeris: ſi inquã nõ te cognoueris,ſed indifferenter ut cõmune uulgus agere uolueris,exi in ueſtigijs gregũ,id eſt,eſto in reliquo grege:ſi nihil egregiũ poſt hæc omnia quæ in te collata ſunt agis, neq; temet ipſam cognoſcens à cõuerſatione gregali ſequeſtraueris.Et eris nõ ſolum in grege, ſed in ueſtigijs gregũ. Vltimus emꝫ fiet & nouiſſimus,qui primatus ſuos nõ intellexerit. Et ob hoc ubi iam ſciẽtiam neglexerit,neceſſe eſt ut circumferat̃ omni uento doctrinæ ad deceptionem errorũ,ita ut modo quidem apud illum paſtorem,id eſt doctorẽ uerbi tabernaculum ponat,nunc uerò apud alium:& ſic ubiq; circumferatur,paſcens non oues quod eſt animal ſimplex,ſed hœdos,laſciuos ſcilicet& inquietos ſenſus,atq; ad peccatũ deputatos diuerſis doctoribus excolens ad hoc ipſum quæſitis.& hæc erit pœna culpæ illius animæ quę ſeipſam non ſtuduerit agnoſcere,& illum ſolũ ſequi paſtorem qui animam ſuam poſuit ꝓ ouibus ſuis. Hæc eſt una ſpecies qua intelligere ſemetipſam anima in affectibus & actibus ſuis debeat.Illa uerò alia pars ꝓfundior eſt & difficilior,qua iubetur anima quæ tamẽ iã in mulieribus pulchra eſt,agnoſcere ſemetipſam. Quod ſi obtinere potuerit,ſperet ſibi bona omnia:ſi minus,ſciat exeundũ ſibi poſt ueſtigia gregũ, & paſcẽdũ hœdos in tabernaculis paſtorũ alienorũ à ſe. Videamus ergo & incipiamus pro uiribus etiam huius partis agnitionẽ diſcutere.Dicit per prophetã ſermo diuinus:Illuminate uobis lumen ſciẽtię.Sed & in donis ſpiritalibus,unum quidem donũ maximũ eſt,quod per ſpiritum ſanctum miniſtratur,ſermo ſcientiæ: cuius ſciẽtię opus illud prin
Matt.11 cipale eſt,quod in euangelio ſecundũ Matthæum quidem ita dicit: Nemo nouit filium niſi pater,neq; patrem quis nouit niſi filius,& cui uoluerit filius reuelare.In Luca aũt ita
Luc.10 ait:Nemo ſcit quid ſit filius niſi pater:& nemo ſcit qd ſit pater,niſi filius, & cui uoluerit
Ioan.10 filius reuelare.Secũdũ Ioannẽ uerò ita ſcriptũ eſt:Sicut agnoſcit me pater,& ego agnoſco

ſeo patrem. In quadrageſimo uerò quinto Pſalmo dicit: Vacate, & cognoſcite, quoniã ego ſum deus. Igitur principale munus ſcientiæ eſt cognoſcere trinitatem. Secũdo uerò in loco cognoſcere creaturam eius, ſecũdũ eum qui dicebat: Ipſe enim mihi dedit horũ quę ſunt ſcientiam ueram, ſubſtantiã mundi, & uirtutem elemẽtorum, initium & finem & medietatem temporũ. & reliqua. Inter hæc ergo animæ erit quædam etiã ſui agnitio, per quã ſcire debet quæ ſit eius ſubſtantia, utrum corporea, uel incorporea, & utrũ ſimplex uel ex duobus, aut tribus, an uerò ex pluribus compoſita. Sed & iuxta quorũdam quæſtiones utrũ facta an omnino à nullo facta: & ſi facta ſit, quomodo ſit facta: utrum ut putant aliqui, in ſemine corporali etiam ipſius ſubſtantia cõtinetur, & origo eius pariter cũ origine corporis traducitur: an perfecta extrinſecus ueniẽs, parato iam & formato inter uiſcera muliebria corpore induit. Et ſi ita ſit, utrũ nuper creata ueniat, & tũc primum facta cũ corpus uidetur eſſe formatum, ut cauſa facturæ eius animãdi corporis ne ceſſitas extitiſſe credatur: an prius & olim facta, ob aliquam eauſam ad corpus ſumẽdũ uenire exiſtimetur: & ſi ex cauſa aliqua in hoc deduci creditur, quæ illa ſit cauſa ut agnoſci poſſit, ſciẽtię opus eſt. Sed & illud requiritur, utrũ ſemel tantum corpore induat, & id poſtmodũ depoſitũ ultra non quærat, an cum ſemel ſuſceptũ depoſuerit, iterum aſſumat: & ſi ſecundo ſumptũ ſemper habeat, an aliquãdo iterum abijciat. Et ſiquidẽ ſecundum auctoritatẽ ſcripturarũ conſummatio immineat mundi, & corruptibilis ſtatus hic in incorruptibilem mutabitur, ambiguum non uideri, quod in præſentis uitæ ſtatũ ſecũdo aut tertio in corpus uenire poſſit. Nã ſi recipitur hoc, neceſſario ſequit ut huiuſmodi ſucceſſionibus cõſequentibus finem neſciat mũdus. Et adhuc agnitionem ſui anima requirat, ſi eſt aliquis ordo, aut ſunt aliqui ſpiritus eiuſdẽ ſubſtãtiæ cum ipſa, alij uerò nõ eiuſdem ſed diuerſi ab ea, id eſt ſi ſunt & alij ſpiritus rationabiles ut ipſa eſt, & alij carentes ratione: & ſi eadem eſt ipſius quæ & angelorum ſubſtantia, quoniã rationabile à rationabili nequaquã differre creditur. Aut ſi non eſt quidem talis per ſubſtantiã, ſed erit talis per gratiam, ſi meruerit: an nõ poſſit omnino ſimilis effici angelis, niſi hoc naturæ ſuæ qualitas, aut ſimilitudo receperit. Reddi em̃ poſſe uidebit quod amiſſum eſt, nõ tamen conferri id quod ex initio cõditor non dederit. Sed & hoc adhuc ad cognoſcendã ſemetipſam anima requirat, ſi uirtus animæ eius accedere poteſt & decedere. An eſt immutabilis, an acquiſita ſemel ultra nõ defluit. Et quid opus eſt plura commemorare, quibus ex cauſis ſemetipſã cognoſcat anima, ne forte ſi neglexerit perfecte ſemetipſam cognoſcere, exire iubeat in ueſtigijs gregum, & paſcere hœdos, & hoc nõ in ꝓprio tabernaculo, ſed in tabernaculis paſtorũ: cũ pręſto ſit uolenti hæc perſequi largiſſimas occaſiones ex his quę ſuprà memorauimus ſumere, in quibus ſeſe exercere in ſermone ſciẽtię pro uiribus poſſit? Dicãtur uerò hęc à uerbo dei etiã ad animam quę in profectibus quidem poſita eſt, nondum tamen ad ſummũ perfectionis aſcendit. Quę pro eo quidẽ quod proficit pulchra dicitur: ut autem peruenire poſſit & ad perfectionẽ, fiat ad eã cõminatio neceſſaria: ꝙ niſi per iſta ſingula quę ſuprà diximus ſemetipſam cognouerit, & uigilãter exercuerit in uerbo dei & lege diuina, cõtinget ei de his ſingulis opiniones colligere diuerſorũ, & ſequi homines nihil egregiũ, nihil ex ſpiritu ſancto locutos. hoc eſt enim exire in ueſtigijs gregum, & eorum doctrinam ſectari, qui & ſi ipſi permanſerint peccatores, nullum peccantibus remedium prouidere potuerint. Quos qui ſequit, hœdos utiq; qui peccatorum indicium tenẽt, uidebitur paſcere, circumiens tabernacula paſtorũ, diuerſas ſcilicet ſectas philoſophorũ. Intuere ergo plenius quàm terribile eſt quod ſub hac adumbratur figura. Exi (inquit) tu in ueſtigijs gregũ. quaſi ad eam loquitur quę intus iam ſit anima, & intra myſteria collocata: pro eo tamen quod negligat ſemetipſam cognoſcere, & requirere quę ſit & quid, uel quomodo agere debeat, quidũe non agere, dicitur ei, exi tu: quaſi quę ob hanc deſidię culpam foras mittatur ab eo qui pręeſt. Sic ingens animę periculum eſt ſcientiam ſui agnitionemq; negligere. Sed fortaſſe quia duplicem expoſitionem dedimus agnitionis ſuę animę, uidebitur cuipiã ſecundum eam quidem quę de moribus de actibus ſuis diſcutere negligit, & inquirere de profectib. ſuis, aut perſcrutari de uitijs, merito ei dici: Exi: per quod uideat quaſi de interioribus foras propelli. Si uerò ſecũdum ęditionem aliam, qua diximus quòd naturam ſubſtãtiamq; ſuã agnoſcere debeat, & ſtatum uel in quo fuerit, uel in quo erit, grauc

1 Cor. 15

ue credetur. Quę enim facile talis anima inuenietur, ita perfecta, ita præpotẽs, cui horũ omnium ratio & intelligentia pateat? Ad hoc respondebimus, quoniã sermo qui habetur in manibus non ad omnes animas fit, neq; ad adolescẽtulas quibus hic loquitur spõsus, neq; ad cæteras mulieres, neq; ad octoginta concubinas, aut sexaginta reginas, sed ad illam, quæ inter omnes mulieres sola pulchra dicit̃ & perfecta. Vnde apparet ad dilectas quasq; animas hæc dici, quibus cũ gratia multa sentiendi & intelligendi à deo data sit, negligunt tamen scientiæ partes, & cognoscẽdi semetipsas nullũ adhibẽt studiũ. His ergo cõminatur sermo diuinus: quia quibus multum datur, multum ex eis exigitur. Et humilis quidem & uenia & misericordia dignus erit, potentes autẽ potenter cruciabũtur. Si ergo & tu anima quę pulchrior es, & eminentior inter cęteras uerbi gratia doctrinis, negligas temetipsam, & in ignorantia tui maneas, qũo poterũt uel hi qui ædificari desiderant instrui, uel conuinci & argui cõtradicentes? Digne ergo cũ comminatione
Cant.1 quadã ad eam dicitur: Exi tu in uestigijs gregũ, & pasce hœdos tuos in tabernaculis pastorum. Potest ad hoc trahi etiam illud quod Moyses scribit: Quod si qua Israelitica mulier adulterauerit, lapidetur. Si uerò filia sacerdotis, ignib. exurat̃. Sic ergo iusta uidebit̃ esse cõminatio in eos qui capaces esse possunt ad agnitionem & scientiam, sed per desidiam negligũt: in quos iustissima indignatio spõsi est, quia scit unius negligentiã cedere ad damna multorũ. Similis enim uidebitur huiusmodi anima, uel illi qui acceptũ denariũ abscondit in terrã, ne lucri aliquid ex eo pecuniæ dominus acquireret: uel illi quẽ
Gen.38 occidisse dicitur deus, qui malignus erat, Onã uel Her scilicet, qui accepta semina scientiæ naturalis posteritati inuidẽs profundebat in terra. Pastores quoq; (sicut & ante iam diximus) si quidem ad ecclesiam cõminationis hic sermo fit, mundi huius principes accipiendi sunt, uel illi angeli, sub quorum cura reliquæ gentes habent̃, siue forte in hoc, si ue secretioribus causis quibusdam seductæ. Si uerò ad unamquanq; animã cõminatio ista referatur, quæ semetipsam negligit agnoscere, sapientes & magistri huius seculi intelligendi sunt, docentes sapiẽtiam huius mundi: ut in summa hoc intelligatur, quia necesse est animã eã præcipue quæ bona & pulchra est sensibus, & ingenio uigilans, cognoscere semetipsam, & dare operam ad agnitionem tui per exercitia doctrinæ, & studia diuina, ac per hoc agi spiritu dei & spiritu adoptiõis. Aut si talis hęc anima semetipsam neglexerit, & à diuinis studijs declinauerit, necesse est eam operã dare studijs mũdanis & sapiẽtiæ seculi, & agi spiritu mũdi huius iterum in timore. Quod designat apostolus cũ
1 Cor.2 dicit: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui est ex deo. Et
Rom.8 iterum: Nõ accepistis enim iterum in timore spiritũ seruitutis, sed spiritũ accepistis adoptionis, in quo clamamus Abba pater. Hæc interim nobis de præsenti loco occurrere potuerunt, nunc iam cõuertamur ad consequentia. Equitatui meo in curribus Pharaonis similem te arbitratus sum proxima mea. Historicus quidem sensus hoc uidet̃ ostẽde
Exod.14 re. Sicut (inquit) tũc in Aegypto cũ Pharao persequens populũ Israel processit in curribus & equitatu, & meus hoc est domini mei sponsi equitatus longe præcellabat currus Pharaonis, & pręstãtior erat, utpote qui illos superauerit & in mare demerserit: ita & tu proxima mea spõsa præcellis omnes mulieres similis effecta equitatui meo, qui Pharaonis curribus cõparatus, potẽtior utiq; est & magnificẽtior. Hic interim mihi uidet̃ esse ordo sermonũ ipsorũ uerborumq; directio. Videamus autem ne forte secundũ intelligentiam mysticam animas quæ sunt sub illo spiritali Pharaone, & sub spiritalibus nequitijs positæ, currus dicat esse Pharaonis & quadrigas eius, quas ipse agit & ducit ad persequendũ populũ dei, & ad opprimendum Israel. Certũ em̃ est quia tentationes & tribulationes quas excitãt dæmones sanctis, per animas aliquas excitant ad hoc ipsum aptas & cõuenientes. Quibus tanquam curribus ascensis exagitant & impugnant, uel ecclesiã dei, uel singulos quosq; fideliũ. De equitatu uerò domini, qui sit eius iste equitatus, in Exodo quidẽ ubi superant̃ currus Pharaonis & demerguntur in mare, nihil legimus
Exod.14 scriptum, nisi tãtũ quod dominus currus Pharaonis & exercitũ eius proiecit in mare rubrum. Inuenimus tamen in quarto Regnorum libro, quod Helisæus de aduẽtu hostiũ
4 Reg.6 qui cũ equitatu & curribus uenerãt, formidanti puero suo dicit: Ne timeas, quoniã plures sunt nobiscum q̃ cũ illis. Et orauit (inquit) Helisæus, & dicit: Domine aperi oculos pueri huius ut uideat. Et aperuit dñs oculos eius & uidit. Et ecce mons plenus equitibus

bus erat,& currus ignei in circuitu Helisæi, qui descenderant ad eũ. Sed & in propheta Habacuc manifeste & euidẽter legimus de equitatu dñi, & quod ascendat equos suos. Abacuc 3
Sũt ergo scripturæ uerba hæc: Nũquid in fluminibus irasceris domine, aut in fluminib. furor tuus, aut in mari rubro impetus tuus? qui ascẽdes equos tuos,& equitatus tuus salus. Sũt ergo equi domini, quibus ascendit,& equitatus eius. Quos ego nõ alios esse puto quàm illas animas quæ frenũ disciplinæ eius accipiũt,& iugũ portant suauitatis eius, & quæ spiritu dei agunt,& in hoc est eis salus. In reuelatione Ioannis legimus, quod ap- Apoc. 6
paruit ei equus,& sedens super eum quidã fidelis & uerus,& cum iustitia iudicãs, cuius nomẽ est uerbũ dei. Ait ergo: Et uidi cœlũ apertum, et ecce equus albus, & qui sedebat super eum uocabatur fidelis & uerus,& cũ iustitia iudicãs & pugnãs: & oculi eius sicut flamma ignis, & super caput eius diademata multa habentia nomen scriptũ, qd nemo nouit nisi ipse, & adopertus erat uestimẽto sanguine cõsperso,& uocabatur nomẽ eius uerbũ dei. Et exercitus eius erat in cœlo,& sequebãtur eum in equis albis, induti byssino albo puro. Sed opus est gratia dei, quæ horũ nobis aperiat intellectũ, quo possimus aduertere qd istæ indicẽt uisiones, qui sit equus albus, & qui sit qui sedet super eũ, cuius nomen est uerbũ dei. Et forte quidẽ dicet aliquis albũ esse equũ corpus quod assumpsit dominus, & quo ille qui in principio erat apud deũ deus uerbũ, uel uestitus uel uectus est. Alius autem animam dicet, quã assumpsit primogenitus omnis creaturæ, & de qua dicebat: Potestatem habeo ponendi eam, & potestatem habeo iterum sumendi eam. Ioan. 10
Alius uerò utrunq; simul, corpus atq; animam, quasi ubi peccatũ non fuerit, equum dici album putabit. Alius adhuc quarto loco ecclesiã dicet, quæ & corpus eius nominat, album uideri equũ, quasi non habentem maculam aut rugam, quã sibi ipse sanctificauit lauacro aquæ. Secũdum autem hæc singula etiam illa accipiet quæ sequuntur, militiam cœli,& exercitũ uerbi dei, & quomodo singuli quiq; eorũ sequentes uerbum dei equis albis sedeant,& byssinis albis induantur & mũdis. Huic ergo equo albo quo ipse uehit qui uerbũ dei appellatur, uel huic equitatui cœlesti qui eum sequit in albis nihilominus equis, cõparat & similem facit Christus ecclesiam suã. In curribus autem Pharaonis uel ita possumus accipere, ut quantum hic domini equitatus equitatũ & currus Pharaonis euincit & præcellit, tantũ tu quę pulchra es in mulieribus, præcellis et euincis omnes reliquas animas, quæ adhuc iugũ Pharaõis portãt,& sessores eius patiunt: uel certe quod equitatus hic meus, qui lauacro aquæ mũdatus, purus & candidus factus est,& uerbum dei meruit habere sessorẽ, ex curribus assumptus est Pharaonis. Inde eĩ omnes ueniũt credentes quia Christus uenit in hũc mundũ peccatores saluos facere. Hoc ergo modo potest explanari uersiculi huius sensus. Equitatui meo qui fuit ante in curribus Pharaonis,& nunc sequit me in equis albis purificatus in lauacro aquæ, similẽ te arbitror proxima mea. Beatæ ergo sunt illæ animæ quæ dorsum suũ curuauerũt ut suscipiant sessorem uerbũ dei super se,& frena eius patiunt, ut quocunq; ipse uoluerit flectat eas,& agat habenis præceptorũ suorũ: quia iam non propria uolũtate incedunt, sed ad omnia ducuntur & reducunt uoluntate sessoris. Et fortassis uidebitur secundum hoc quod ex multis animabus cõgregata est ecclesia, & exemplũ uitæ accepit à Christo, quod non tã ab ipsa deitate uerbi dei acceperit, quę utiq; supereminet eos actus, uel affectus, qui ad exemplũ dari hominib. debeãt: sed illa anima quę assumpta est ab eo, in qua fuit summa perfectio, illa sit ad exemplũ posita,& ipsa dicat hic, proxima mea: cuius similitudinẽ habere debeat etiã ecclesia, quæ ex multis cõgregat animabus, illis scilicet quę prius fuerãt sub iugo & curribus Pharaonis,& equitatus domini appellant. Quæ aũt ex duabus expositio cõuenire magis proposito uersiculo uideatur, probabis etiam tu qui legis. Quã speciosæ factæ sunt genę tuę tãquã turturis, ceruix tua sicut redimicula. Ordo dramatis huiusmodi uidetur habere cõsequentiã, quod posteaquã austeriore usus est cõminatione spõsus ad sponsam, protestatus ei quod nisi cognosceret semetipsam exitura esset in uestigijs gregũ,& pasceret nõ oues, sed hœdos, erubuerit super austeritate præcepti, sed et rubor uerecũdiæ diffusus in uultu speciosas effecerit genas eius, & multo q̃ fuerãt pulchriores: nõ solũ autem genæ, sed & ceruix eius tam decora sit reddita, quasi monilium redimiculis adornata. Pulchritudo ergo genarũ turturibus comparat, quod per huiusmodi aues simul honestas uultus & alacritas indicet. Hęc est historici dramatis explana

1 Cor. 12 tio. Sed ueniamus ad rem. Paulus apostolus scribēs ad ecclesiā Corinthiorū ita ait: Corpus autem non est membrū unum, sed multa: Et si dixerit pes quia non sum manus, non sum de corpore, nō propterea nō est de corpore: & si dixerit auricula, quia nō sum oculus, nō sum de corpore, non propterea nō est de corpore. Si totū corpus est oculus, ubi est auditus? si totū auditus, ubi odoratus? Nūc autē deus posuit unūquodq; membrū in corpore sicut uoluit. Et cū plura de hoc disputasset, ad ultimū dicit: Vos aūt estis corpus Eph. 5 Christi & membra ex parte. Et iterum ad Ephesios scribēs dicit: Subiecti inuicē in timore Christi. Mulieres uiris suis subiectę sint sicut domino: quia uir caput est mulieris, sicut & Christus est caput ecclesię, ipse Saluator corporis. Sed sicut ecclesia subiecta est Christo, ita & mulieres uiris suis in omnibus. Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit ecclesiam suā, & semetipsum tradidit pro ea, ut eā sanctificaret lauacro aquę in uerbo, ut ipse sibi præpararet gloriosam ecclesiam non habentē maculam, aut rugā, aut aliquid huiusmodi, sed ut esset sancta & immaculata. Et post pauca: Nemo, inquit, em̄ aliquādo carnem suam odio habuit, sed nutrit & fouet eam sicut & Christus ecclesiā, quia mēbra sumus corporis eius, & reliqua. Per hęc ergo edocemur, quomodo spōsa Christi quę est ecclesia, etiā sit corpus eius et mēbra. Si ergo audias spōsi mēbra nominari, ecclesiæ mēbra dici intellige. In quibus sicut sunt aliqui qui dicunt oculi, pro intelligētię sine dubio ac sciētiæ lumine, & alij aures pro audiēdo uerbo doctrinę, alij manus pro bonis operibus religiosisq; ministerijs, ita sunt alij & qui genæ eius appellent. Genæ aūt partes uultus dicunt, in quibus honestas et uerecūdia animę agnoscit: per quod sine dubio illi in mēbris ecclesiæ declarantur, qui castitatis & pudicitiæ excolūt honestatē. Pro his ergo ad omne corpus spōsę dicit, q̄ speciosę factæ sunt genæ tuæ. Et obserua quia nō dixit, q̄ speciosæ sunt genæ tuæ: sed q̄ speciosæ factæ sunt: ut ostendat prius quidē nō eas ita fuisse speciosas, sed postea q̄ suscepit oscula spōsi, et ipse qui loquebat per ꝓphetas prius affuit, & mūdauit sibi ipsi ecclesiā suā lauacro aquæ, & fecit eam nō habere maculam aut rugam, & agnitionē sui præstitit ei, tūc factæ sunt speciosę genę eius. Tūc enim castitas & pudicitia & uirginitas quæ prius nō fuerat, per ecclesiæ genas speciosо decore diffusa est. Quę tamē genarū species, id est pudicitię & castitatis, turturibus cōparat. Turturū ferunt huiusmodi naturam esse, ut neq; masculus præter unā fœminā adeat aliam, nec fœmina plus q̄ unum patiatur marem: ita ut si accidat altero intercepto super esse alterum, pariter cū cōiuge extinctus sit ei cōcubitus amor. Cōuenienter ergo similitudo turturis aptatur ecclesiæ, quod uel alterius uiri post Christū coniugiū nesciat, uel quod continentię & pudicitię in ea tanquā turturū uolitet multitudo. Secundum hanc intelligentiā etiam ceruicem spōsæ accipiamus. Quæ sine dubio illæ intelligi debēt animæ, quæ Christi iugum suscipiunt dicentis: Suscipite super uos iugum meū, quia iugū Matt. 11 meum suaue est. Obedientia ergo eius ceruices eius appellant. Ceruix ergo eius speciosa facta est sicut redimicula, & merito. Quam enim prius præuaricationis inobedientia turpem fecerat, nūc obedientia fidei speciosam fecit & pulchrā. Ceruix ergo tua speciosa facta est sicut redimicula. Ad utrūq; enim subaudit, speciosa facta est. Redimicula hic dicit constrictiones uel cōnexiones moniliū quæ in ceruicibus sedere solent, ex quibus deducit, & descendit per omne collū reliquus ornatus. Ipsi ergo ornamento quod ceruicibus & collo imponi solet, ceruicē spōsæ cōparauit. Quod dictū ita aduertimus Ceruicem diximus subiectionem & obedientiā dici, pro eo quod quasi iugum Christi suscipiat, & fidei eius obedientiam præbeat. Ornamentū ergo ceruicis eius quæ est obedientia, Christus est. Ipse enim prior factus est obediens usque ad mortem: & sicut per unius, Adæ scilicet, inobedientiā peccatores cōstituti sunt multi: ita & per unius obedientiā, Christi duntaxat, iusti constituent multi. Ornamentū ergo & monile ceruicis ecclesiæ, obedientia Christi est. Sed & ceruix ecclesiæ, id est obediētia eius, similis effecta est obediētiæ Christi, quod est monile ceruicis. Magna ergo in hoc laus sponsæ est, magna ecclesię gloria, ubi imitatio obediētię eius exequat obediētię Christi, quam imitat ecclesia. Hęc ipsa species mōilis etiā in Genesi memorat à Iuda patriarcha Thamar nu- Gen. 38 ruí suę, quādo cū ea quasi cū meretrice cōcubuit, data. Quod nō omnibus patet mysterium. Intelligit per hoc, quod Christus ecclesiæ, quā ex multorū dogmatū prostitutione collegerat, futuræ perfectiōis hęc dedit pignora, & istud obediētiæ monile ceruici eius

imposuit

itudines auri faciemus tibi cũ distinctionibus argenti, quoadusq; rex sic
. Suprà diximus quod specie dramatis libellus hic ordinatus personarũ
ontexitur: & nũc ergo uidẽt hęc amici uel sodales sponsi ad spõsam lo-
ũ intelligentiã mysticam & ut suprà iam diximus, aut angeli, uel etiam
atriarchæ possunt intelligi. Nõ enim tũc solum cum post baptismũ Ioan
ntatus est à diabolo dominus, accesserunt angeli et ministrauerũt ei, sed Matt. 4
ræsentiæ corporalis ministrauerunt semper. Nã & lex disposita in manu Gal. 3
ĩt mediatoris. Et ad Hebręos scribẽs apostolus dicit: Si em̃ qui per ange Heb. 2
ermo factus est firmus. Ipsi ergo erant uelut actores & procuratores ap-
spõsæ cũ pædagogo lege, donec plenitudo temporũ ueniret, & mitteret
natum ex muliere, factũ sub lege, & adduceret eam sub actoribus & pro
edagogo lege, ut ipsius uerbi dei oscula, doctrinã scilicet uerbaq; suscipe
go tẽpus horũ adesset, in multis angelorũ ministerio excolebat̃ sponsa,
tunc hominibus & loquebant̃ ea quę res poscebat & tempus. Nõ enim
ẽtu Saluatoris in carne sponsam dici, aut ecclesiam putes, sed ab initio hu
& ab ipsa cõstitutione mũdi. Imò ut Paulo duce altius mysterij huius ori
n, ante etiam constitutionẽ mundi. Sic enim dicit ipse: Sicut elegit nos in Eph. 1
Christo ante constitutionẽ mundi, ut essemus sancti & immaculati corã ipso in charita-
te, prædestinãs nos in adoptionẽ filiorũ. Sed & in Psalmis scribit̃: Memẽto cõgregatio- Psal. 74
nis tuę domine, quã cõgregasti ab initio. Prima etenim fundamẽta cõgregationis eccle
siæ statim ab initio sunt posita, unde et apostolus dicit ædificari ecclesiam nõ solũ super Eph. 2
apostolorũ fundamentũ, sed etiam prophetarũ. Inter prophetas aũt numerat̃ et Adam,
quia magnũ mysteriũ ꝓphetauit in Christo & in ecclesia, dicẽs: Propter hoc relinquet Gen. 2
homo patrẽ suum & matrẽ suam, & adhærebit uxori suę, & erũt ambo in carne una. Eui
denter enim de his dictis eius dicit Apostolus, quia mysteriũ hoc magnũ sit. Ego autem Eph. 5
dico in Christo & in ecclesia. Sed & idẽ Apostolus quũ dicit: Sic em̃ ecclesiã dilexit, ut
semetipsum traderet pro ea sanctificãs lauacro aquæ: non utiq; ostendit eam prius non
fuisse, quomodo enim dilexisset eam quæ non erat? sed eam sine dubio dilexit quę erat.
Erat aũt in omnibus sanctis qui ab initio seculi fuerũt facti. Diligẽs igitur eam, uenit ad
eam. Et sicut pueri sui cõmunicauerũt carni et sanguini, similiter et ipse particeps factus
est eorundẽ, ac semetipsum pro eis tradidit. Ipsi enim erant ecclesia quã dilexit, ut eã uel
numerositate augeret, uel uirtutibus excoleret, uel perfectiõis charitate de terris trans-
ferret ad cœlũ. Ministrauerũt ergo & prophetæ ab initio, ministrauerũt & angeli. Quid
enim aliud fiebat tunc cũ apparuerũt tres uiri Abrahę sedẽti ad quercũ Mambre? Licet Gen. 18
illa angelorũ species plus aliquid ꝯ angelicũ ostenderit ministeriũ: nã trinitatis ibi my-
steriũ prodebatur. Hoc erat & in Exodo, cũ angelus dñi dicitur in flamma ignis appa- Exod. 3
ruisse Moysi in rubo. Continuo aũt in subsequentibus dominus & deus loqui in ange-
lo scribitur, & ipse deus esse Abrahã & deus Isaac & deus Iacob designat̃. Quod quidã
hæreticorũ legentes dixerunt: Deum legis & prophetarũ longe inferiorẽ esse ꝯ Iesum
Christũ & spiritũ sanctũ: & eousq; impietatẽ suam protenderũt, ut plenitudinẽ quidem
in Christo ponant & in spiritu sancto, imperfectionẽ uerò & infirmitatem in deo legis.
Sed hæc aliâs. Nunc autẽ nobis propositũ est ostendere, quomodo sancti angeli qui an
te aduentũ Christi uelut paruulæ adhuc sponsæ tutelam procurabant, ipsi sint amici &
sodales sponsi, qui ad eam dicere uideant̃: Faciamus tibi similitudines auri cũ distinctio Cant. 1
nibus argẽti, usq; quo rex sit in recubitu suo. Indicant ergo quod ipsi faciant sponsę non
aurum (neq; enim habebãt tale aurum quale dignũ erat offerri sponsæ) sed pro auro si-
militudines auri se facere promittũt, et nõ unam similitudinẽ, sed multas. Ita etiam dicũt
de argento, sed quasi habẽtes licet paruã argenti materiam, promittunt se ei facere nõ si
militudines, sed distinctiones argenti: utpote quibus nõ tanta abũdaret argẽti materia,
ut connexũ aliquid & solidũ opus ex eo producere possent, sed distinctiones solas, ac si
gna quędã parua uelut pũcta interfererent illi operi, quod ei ex auri similitudine facie-
bant. Hæc ergo amici sponsi, illi de quibus suprà diximus, spõsæ faciũt ornamenta. Sed
quid in his secreti cõtineatur & quid elocutiõis nouitas ipsa parturiat, omnipotẽtis uer
bi ac spõsi patrẽ precemur, ut ipse nobis arcani huius claustra patefaciat, quo possimus

impoſuit. Similitudines auri faciemus tibi cũ diſtinctionibus argenti, quoaduſq; rex ſit in recubitu ſuo. Suprà diximus quod ſpecie dramatis libellus hic ordinatus perſonarũ immutatione contexitur: & nũc ergo uidẽt hęc amici uel ſodales ſponſi ad ſpõſam locuti, qui ſecundũ intelligentiã myſticam & ut ſuprà iam diximus, aut angeli, uel etiam prophetæ, aut patriarchæ poſſunt intelligi. Nõ enim tũc ſolum cum poſt baptiſmũ Ioannis in deſerto tentatus eſt à diabolo dominus, acceſſerunt angeli et miniſtrauerũt ei, ſed ante aduentũ præſentiæ corporalis miniſtrauerunt ſemper. Nã & lex diſpoſita in manu per angelos dicit̃ mediatoris. Et ad Hebræos ſcribẽs apoſtolus dicit: Si ẽm qui per angelos habitus eſt ſermo factus eſt firmus. Ipſi ergo erant uelut actores & procuratores appoſiti paruulæ ſpõſæ cũ pædagogo lege, donec plenitudo temporũ ueniret, & mitteret deus filium ſuũ natum ex muliere, factũ ſub lege, & adduceret eam ſub actoribus & procuratorib. & pædagogo lege, ut ipſius uerbi dei oſcula, doctrinã ſcilicet uerbaq; ſuſciperet. Antequã ergo tẽpus horũ adeſſet, in multis angelorũ miniſterio excolebat̃ ſponſa, qui apparebãt tunc hominibus & loquebant̃ ea quę res poſcebat & tempus. Nõ enim tu mihi ex aduẽtu Saluatoris in carne ſponſam dici, aut eccleſiam putes, ſed ab initio humani generis, & ab ipſa cõſtitutione mũdi. Imò ut Paulo duce altius myſterij huius originem repetam, ante etiam conſtitutionẽ mundi. Sic enim dicit ipſe: Sicut elegit nos in Chriſto ante conſtitutionẽ mundi, ut eſſemus ſancti & immaculati corã ipſo in charitate, prædeſtinãs nos in adoptionẽ filiorũ. Sed & in Pſalmis ſcribit̃: Memẽto cõgregationis tuę domine, quã cõgregaſti ab initio. Prima etenim fundamẽta cõgregationis eccleſiæ ſtatim ab initio ſunt poſita, unde et apoſtolus dicit ædificari eccleſiam nõ ſolũ ſuper apoſtolorũ fundamentũ, ſed etiam prophetarũ. Inter prophetas aũt numerat̃ et Adam, quia magnũ myſteriũ ꝓphetauit in Chriſto & in eccleſia, dicẽs: Propter hoc relinquet homo patrẽ ſuum & matrẽ ſuam, & adhærebit uxori ſuę, & erũt ambo in carne una. Euidenter enim de his dictis eius dicit Apoſtolus, quia myſteriũ hoc magnũ ſit. Ego autem dico in Chriſto & in eccleſia. Sed & ídẽ Apoſtolus quũ dicit: Sic ẽm eccleſiã dilexit, ut ſemetipſum traderet pro ea ſanctificãs lauacro aquæ: non utiq; oſtendit eam prius non fuiſſe, quomodo enim dilexiſſet eam quæ non erat? ſed eam ſine dubio dilexit quę erat. Erat aũt in omnibus ſanctis qui ab initio ſeculi fuerũt facti. Diligẽs igitur eam, uenit ad eam. Et ſicut pueri ſui cõmunicauerũt carni et ſanguini, ſimiliter et ipſe particeps factus eſt eorundẽ, ac ſemetipſum pro eis tradidit. Ipſi enim erant eccleſia quã dilexit, ut eã uel numeroſitate augeret, uel uirtutibus excoleret, uel perfectiõis charitate de terris transferret ad cœlũ. Miniſtrauerũt ergo & prophetæ ab initio, miniſtrauerũt & angeli. Quid enim aliud fiebat tunc cũ apparuerũt tres uiri Abrahę ſedẽti ad quercũ Mambre? Licet illa angelorũ ſpecies plus aliquid ꝙ angelicũ oſtenderit miniſteriũ: nã trinitatis ibi myſteriũ prodebatur. Hoc erat & in Exodo, cũ angelus dñi dicitur in flamma ignis apparuiſſe Moyſi in rubo. Continuo aũt in ſubſequentibus dominus & deus loqui in angelo ſcribitur, & ipſe deus eſſe Abrahã & deus Iſaac & deus Iacob deſignat̃. Quod quidã hæreticorũ legentes dixerunt: Deum legis & prophetarũ longe inferiorẽ eſſe ꝙ Ieſum Chriſtũ & ſpiritũ ſanctũ: & eouſq; impietatẽ ſuam protenderũt, ut plenitudinẽ quidem in Chriſto ponant & in ſpiritu ſancto, imperfectionẽ uerò & infirmitatem in deo legis. Sed hæc aliâs. Nunc autẽ nobis propoſitũ eſt oſtendere, quomodo ſancti angeli qui ante aduentũ Chriſti uelut paruulæ adhuc ſponſæ tutelam procurabant, ipſi ſint amici & ſodales ſponſi, qui ad eam dicere uideant̃: Faciamus tibi ſimilitudines auri cũ diſtinctionibus argẽti, uſq; quo rex ſit in recubitu ſuo. Indicant ergo quod ipſi faciant ſponſę non aurum (neq; enim habebãt tale aurum quale dignũ erat offerri ſponſæ) ſed pro auro ſimilitudines auri ſe facere promittũt, et nõ unam ſimilitudinẽ, ſed multas. Ita etiam dicũt de argento, ſed quaſi habẽtes licet paruã argenti materiam, promittunt ſe ei facere nõ ſimilitudines, ſed diſtinctiones argenti: utpote quibus nõ tanta abũdaret argẽti materia, ut connexũ aliquid & ſolidũ opus ex eo producere poſſent, ſed diſtinctiones ſolas, ac ſigna quędã parua uelut pũcta interſererent illi operi, quod ei ex auri ſimilitudine faciebant. Hæc ergo amici ſponſi, illi de quibus ſuprà diximus, ſpõſæ faciũt ornamenta. Sed quid in his ſecreti cõtineatur & quid elocutiõis nouitas ipſa parturiat, omnipotẽtis uerbi ac ſpõſi patrẽ precemur, ut ipſe nobis arcani huius clauſtra patefaciat, quo poſſimus

non ſolum ad intelligenda hæc illuminari, uerũ etiam ad proferẽda, ac ſecundũ menſuram eorũ qui lecturi ſunt, moderatione eloquij ſpiritalis accipere. Auri ſpeciẽ in multis ſæpe oſtẽdimus figurã tenere inuiſibilis & incorporeę naturæ: Argẽtũ uerò uirtutẽ uerbi ac rationis: ſecundũ quod & dominus dicit per prophetã: Dedi uobis argentũ & aurum: uos aũt feciſtis argentea & aurea Baalim: oſtẽdens per hæc & dicens, quia dedi uobis ſenſum & rationem qua me deum & ſentire poſſetis & colere: uos autem & ſenſum & rationem quæ in uobis eſt, ad colenda dæmonia trãſtuliſtis. Sed & eloquia domini, eloquia caſta, argentũ igne probatum dicitur. Et item in alijs argentũ ignitũ iuſti lingua memoratur. Cherubim uerò aurea dicũtur, quoniam quidẽ plenitudo ſcientiæ dei intuentur. Sed & candelabrũ in tabernaculo teſtimonij aureum & ſolidũ poni iubebatur: quod mihi uidetur formã tenere naturalis legis, in qua lex ſcientiæ habetur. Sed qd opus eſt multa cõgregare teſtimonia, quũ in prõptu ſit ſcire uolẽtibus in multis ſcripturæ locis hoc indicari, quod aurum ad ſenſum mentemq; reuocetur, argentũ uerò ad uerbum atq; eloquia referatur? Nũc ergo properemus ad contemplandũ quomodo ſecundum ea quæ præmiſimus, amici ſponſi dicant ſe ſimilitudines auri facere ſponſæ cum diſtinctionibus argenti. Videt̃ ergo mihi quod lex quæ per angelos diſpoſita eſt in manu mediatoris, quandoquidẽ umbram habeat futurorũ bonorũ, non ipſam imaginem rerum, & quæcunq; contingebant illis qui in lege referũtur, in figura & nõ in ueritate cõtingebant, iſta omnia ſimilitudines auri fuerunt, non aurũ uerũ. Quod ſcilicet aurũ uerum in illis quæ incorporea ſunt & inuiſibilia ac ſpiritalia intelligat̃: ſimilitudo uerò auri in quo nõ eſt ipſa ueritas, ſed umbra ueritatis, iſta corporea & uiſibilia accipiant̃. Verbi gratia, ſimilitudo auri fuit iſtud tabernaculũ manu factũ, de quo dicit apoſtolus: Nõ em̃ manu facta iſta introiuit Ieſus exẽplaria uerorũ, ſed in ipſum cœlũ. Ergo quæ in cœlis ſunt inuiſibilia & incorporea, illa ſunt uera: iſta aũt quæ in terris ſunt uiſibilia & corporea, exẽplaria uerorũ dicunt̃ eſſe, nõ uera. Iſta ergo ſunt quæ ſimilitudines auri appellantur: in quibus eſt & arca teſtamẽti & propitiatorij, & Cherubim, & altare incenſi, et menſa propoſitiõis, & panes, ſed & uelamen, & colũnæ ac ſeræ, & altare holocauſtorũ, & ipſum templũ, atq; omnia quæ in lege ſcripta ſunt. Omnia hec ſimilitudines erãt auri. Sed & ipſum aurũ uiſibile, pro eo quod uiſibile erat, nõ erat aurum uerũ, ſed ſimilitudo erat illius ueri auri inuiſibilis. Iſtas ergo ſimilitudines auri fecerũt ſpõſæ eccleſiæ ſponſi amici, angeli uidelicet & pphetæ: qui miniſtrauerũt in lege cæteriſq; myſterijs. Hęc (opinor) & Paulus intelligẽs dicebat: In religione angelorũ, in his quæ uidet fruſtra inflatus ſenſu carnis ſuæ. Omnis ergo iudaicus cultus & religio, ſimilitudines ſunt auri. Cum aũt conuerſus fuerit quis ad dominũ, & ablatũ fuerit ab eo uelamen, tunc uidebit aurũ uerum: cuius auri antequã adeſſet & cognoſcendũ ſe præberet, ſimilitudines fecerunt ſponſę amici eius, ut ex illis ſimilitudinibus cõmonita & prouocata, ueri auri deſideriũ caperet. Hoc enim factum indicat Paulus, quũ dicit: Hæc autem in figura contingebãt illis. Scripta aũt ſunt propter nos, in quos finis ſeculorũ deuenit. Sed & finem quẽ dicit Paulus, nõ intelligas corporalẽ. Finis enim corporalis multos inueniet pro quibus non ſunt ſcripta hæc: neq; enim huiuſmodi de his recipient intellectum. Sed finẽ ſeculorũ, perfectionẽ rerũ intellige, quæ utiq; Paulo & ſimilibus eius aduenirẽ, & propter ipſos ſcripta hæc eſſe dicũtur. Sed hæc in excurſu diximus, uolentes oſtẽdere quomodo amici ſponſi dicant ad ſponſam, facere ſe ei ſimilitudines auri cũ diſtinctionibus argẽti, per ea ſcilicet quæ in lege & prophetis p figuras & imagines & ſimilitudines & parabolas, ſcripta tradiderunt. Sunt tamen in his & paruę quędã diſtinctiones argẽti, indicia ſcilicet ſenſus ſpiritalis uerbi interpretationis rationabilis, licet & ualde rara & exigua. Ante aduentum nanq; domini uix ſicubi prophetarum aliquis parũ quid occulti ſermonis aperuit: uerbi gratia, ut Eſaias cum dicit: Vinea domini Sabaoth domus Iſrael eſt, et domus Iuda nouella dilecta. Et iterũ alibi: Aquæ multę, gẽtes multæ ſunt. Et Ezechiel nominans duas ſorores Oollam, & Oolibam, aliã Samariã diſtinguit eſſe & aliã Iudæam. & ſicubi talia quædã ipſis prophetis interpretãtibus aperiãtur, iſtę diſtinctiones argẽti dicunt̃. Vbi uerò Saluator & dominus noſter Ieſus Chriſtus aduenit nota faciẽs omnia uerbo uirtutis ſuę, in paſſione eius indiciũ datũ eſt, quod ea quæ in abſcõditis tenebantur, & arcana erãt, in lucẽ proferrent̃, et ad manifeſtationẽ uenirẽt per hoc quod uelum templi

Oſee 2

Pſal. 11

Exod. 37

Ibid.

Heb. 9

Col. 2

1 Cor. 10

Eſa. 5

Ezech. 23

templi quo ſancta ſanctorũ & arcana uelabant, ſciſſum eſt deſurſum eius uſq; deorſum palàm fore denũcians omnibus, quod intrinſecus uidebat obtectum. Sic ergo illud q̃d per angelos & prophetas miniſtratũ eſt, ſimilitudo auri fuit, cũ diſtinctionibus paruis & exiguis argenti. Hæc aũt quæ p ipſum dñm noſtrum Ieſum Chriſtum tradita ſunt, in auro uerò & argento ſolido collocata ſunt. Hæc enim quæ per amicos ſponſi facta eſt, ſimilitudo auri cũ diſtinctionibus argẽti, nõ in ſempiternũ manſura promittitur: ſed tẽpus ei ſtatuitur ab illis ipſis dicẽtibus, uſq; quo rex ſit in recubitu ſuo. Cũ enim recubans dormierit ut leo, & ut catulus leonis, & poſt hæc ſuſcitauerit eum pater, & reſurrexerit à mortuis, ſi qui fuerint cõformes reſurrectionis eius, iã nõ in ſimilitudine auri, id eſt nõ in rerum corporaliũ cultu manebũt: ſed aurũ uerũ ab ipſis percipient, credentes & ſperantes nõ ea quæ uident, ſed quæ nõ uident, nec quę in terris ſunt, ſed quę in cœlis, ubi Chriſtus eſt in dextera dei ſedens, & dicẽt: Quia & ſi cognouimus Chriſtũ aliquãdo ſecundũ carnem, ſed nũc iam non nouimus. Non ergo iam diſtinctionibus paruis argẽti, ſed in latitudinẽ diffuſo utentur argẽto. Audient enim quod in illa auri ſimilitudine petra quæ ſequi dicit, & potũ populo præbere, Chriſtus eſt, & mare baptiſmus eſt, & nubes ſpiritus ſanctus eſt, & manna uerbũ dei eſt, & agnus paſchæ ſaluator eſt, & ſanguis agni paſſio Chriſti eſt, & uelũ quod eſt in ſanctis ſanctorũ, quo diuina illa & arcana tegebant, caro eius eſt: aliaq; innumera ex eius reſurrectione patebũt, nõ iã parua ut prius diſtinctione, ſed latiſſima expoſitione patefacta. Adhuc autẽ ut clarius fiat quod dicit: Vſq; quo rex ſit in recubitu ſuo, etiã de ſecũda Balaã prophetia quæ de Chriſto ita cõtinet, proferemus: Orietur (inquit) ſtella ex Iacob, et exiet homo de ſemine eius, et dominabitur gentibus multis. Exaltabitur Gog regnũ eius, & creſcet regnũ eius. Deus educet eũ ex Ægypto ſicut gloria unicornis, & comedet gentes inimicorũ ſuorũ, & craſſitudines eorũ emedullabit, & iaculis ſuis ſagittabit eos. Recũbens ut leo requieſcet, & ſicut catulus leonis. Quis ſuſcitabit eũ? Cõſidera ergo & ex his diligẽtius, & uide quomodo omnis ſimilitudo auri uſq; ad extremũ tẽpus, ad recubitũ regis ſcilicet, ſtare memorat. Poſt hæc ergo exaltabit Gog, id eſt ſuper tecta, regnũ eius, quum uidelicet de terris ad cœleſtia fuerit tecta translatũ. Sed de his plenius prout dominus dedit, in Numerorum libro proſecuti ſumus. Requiramus ſanè ſi etiã ſanctis patribus ipſis et prophetis qui miniſtrauerũt uerbum ante aduentũ domini noſtri Ieſu Chriſti, perfectionis huius, ueriq; auri gratia data ſit: an tantũ futura hæc intellexerint, & in ſpiritu uẽtura præuiderint: atque ob hoc ſolũ dixerit dominus de Abrahã, quia deſiderauerit uidere diẽ eius, & uiderit, & lætatus ſit, quod ſcilicet in ſpiritu futura præuiderit. Et magis fortaſſe hoc ita eſſe etiã ille ſermo confirmet, qui ait: Multi iuſti deſiderauerunt uidere quæ uidetis, & nõ uiderũt & audire quę auditis, & nõ audierũt. Quãuis nec illis potuerit defuiſſe p̃fectio ueniens ex fide. Quę em̃ nos facta credimus, hæc illi maiore cũ expectatione futura credebãt. Sicut ergo ex aduẽtu Chriſti credẽtes p̃teritorũ fides, ita & illos futurorũ ad ſummam p̃fectionis adduxit. Quod ſi ad unãquãq; animã referat expoſitio, uidebit quòd donec paruula eſt adhuc anima & imperfecta, & ſub tutoribus et procuratoribus poſita, ſiue doctoribus eccleſiæ, ſiue angelis, qui paruulorũ cuſtodes eſſe dicunt, & uidere ſemper faciẽ patris qui in cœlis eſt, ſimilitudines auri fiũt ei, quũ nõ ſolidis & fortibus alitur uerbi dei cibis, ſed ſimilitudinibus imbuit, uelut ſi dicamus parabolis & exẽplis docet, pro quibus & ipſe Chriſtus dicit ætate creſcere & ſapientia & gratia apud deũ & homines. In illis ergo ſimilitudinibus imbuit, & fiũt ei paruulę diſtinctiones argẽti. Aperiuntur enim interdũ & his qui imbuunt parua aliqua & rara de ſecretioribus myſterijs, ut deſideriũ cõcipiãt maiorũ. Neq; enim deſiderari quid poteſt ſi penitus ignoret. Et ideo incipiẽtibus & primis in eruditionibus poſitis, ſicut nõ ſunt ad ſubitũ cũcta pandenda, ita neq; penitus abſcondenda ſunt ſpiritalia myſteria: ſed ut ait ſermo diuinus, faciendę ſunt eis diſtinctiões argẽti & ſcintillæ quędã ſpiritalis intelligẽtiæ animis eorũ initiãdæ ſunt, ut guſtũ quodãmodo deſiderãdę dulcedinis ſumãt, ne ut diximus ſi penitus ignoret, nec omnino deſideret. Verum quod paruulam nominamus animã, nemo ita accipiat quaſi ſecũdum ſubſtantiam paruula dicat: ſed ſi cui deeſt eruditio, & in qua eſt exiguus intellectus ac minima peritia, hanc paruulam dicimus animã. Igit hæc fieri cõuenit uſq; quo rex ſit in recubitu ſuo: id eſt uſq; quo in id proficiat huiuſmodi anima, ut capiat

1 Cor. 5

Cant. 1

Num. 24

Gen. 49

Apoc. 20

Ioan. 8

Matt. 13

Luc. 2

Leuit.26 piat regem,et habeat recũbentem in ſemetipſa. Sic enim dicit hic rex: Quia habitabo in eis & inambulabo in eis, profecto qui tantã uerbo dei cordis ſui latitudinẽ præbẽt, ut etiã in eis deambulare dicat, ſpatijs ſcilicet amplioribus intelligẽtię, agnitiõisq; diffuſioris. Ita ergo & recubare dicit in anima, illa ſine dubio de qua ipſe dñs dicit per prophe-
Eſa.66 tã: Super quẽ requieſcam, niſi ſuper humilẽ & quietũ, & trementẽ ſermones meos? Habet ergo rex iſte qui eſt ſermo dei, in illa anima quę iam ad perfectũ uenerit, recubitum ſuũ: ſi tamen nõ ſit in ea aliquod uitiũ, ſed plena ſit ſanctitate, plena pietate, fide, charitate, pace, omnibusq; uirtutibus. Tũc em̃ delectat in ea recubare regẽ, & habere recubitũ.
Ioan.14 Ad hanc enim animam dominus dicebat: Quia ego & pater meus ueniemus, & cœnabimus cũ eo, & manſionẽ faciemus apud eum. Vbi ergo cœnat Chriſtus cũ patre, & ubi manſionẽ facit, quidni recũbit? Beata illius latitudo animæ, beata ſtrata illius mẽtis, ubi pater & filius (ut nõ dubito) una cũ ſpiritu ſancto recũbit, cœnat, et mãſionem facit. Quibus putas opibus, quibus copijs tales cõuiuę paſcunt? Pax ubi primus cibus eſt, humilitas ſimul apponitur ac patientia, mãſuetudo quoq; & lenitas, & quod ſummę ei ſua uitatis eſt, puritas cordis. Charitas aũt in hoc cõuiuio principalẽ obtinet locũ. Tali ergo modo etiã tertia expoſitione ad unamquanq; animam referri poſſe uidebit, quod ait: Similitudines auri faciemus tibi cũ diſtinctionibus argenti, quoaduſq; rex ſit in recubitu
Cant.1 ſuo. Nardus mea dedit odorẽ ſuũ, ſiue odorẽ eius. In ſpecie dramatis uidet hoc oſtendi, quod poſt hęc uerba ingreſſa ſit ſpõſa ad ſpõſum, & unguẽtis ſuis unxerit eũ, ac miro q̃dam genere, quaſi nardus quæ prius odorẽ non dederat quũ eſſet apud ſpõſam, tunc dederit odorẽ ſuum, quum corpus cõtigit ſponſi, ut nõ tam ille ex nardo odorẽ quàm nardus ex ipſo ſumpſiſſe uideat. Si uerò ſecundum hanc differentiam quæ in alijs inuenitur exẽplaribus legimus: Nardus mea dedit odorẽ eius, inuenit adhuc aliquid diuinius: ut uidelicet unguentũ hoc nardi quo unctus eſt ſponſus, nõ tantũ ſuum qui Nardo ineſſe naturaliter ſolet, ſed ipſius ſpõſi odorẽ ceperit, & ipſius odorem ad ſpõſum reportauerit Nardus: ut in eo quo unxit eũ, odorem ſpõſi per ipſius unguenti munus acceperit, & hoc ſit quod dicere uideat: Nardus mea qua unxi ſpõſum, regreſſa ad me odorẽ mihi detulit ſpõſi, & uelut ſuperato naturali ſuo odore præ fragrantia ſpõſi, ipſius mihi detulit ſuauitatẽ. Hęc habet hiſtorici dramatis explanatio. Sed ueniamus iã nunc ad intelligen
Ioan.12 tiam ſpiritalem. Ponamus hic ſpõſam eccleſiã in perſona Mariæ, quæ decenter utiq; dicitur afferre libram unguẽti Nardi piſtici precioſi, & ungere pedes Ieſu, & detergere capillis ſuis, & recipere quodãmodo ac recuperare per crinẽ capitis ſui ad ſemetipſam unguentũ ex qualitate ac uirtute corporis eius infectum: & odorẽ non tam Nardi per unguentum q̃ ipſius uerbi dei ad ſe trahentẽ per capillos quibus abſtergebat pedes, & impoſuit capiti ſuo, non tam Nardi q̃ Chriſti fragrantiam: & dicere, quia Nardus mea miſſa in corpus Chriſti, reddit mihi odorem eius. Deniq; uide quomodo hęc ipſa referũtur. Maria (inquit) attulit libram unguẽti Nardi piſtici precioſi, & unxit pedes Ieſu, & exter
Ibid. ſit capillis capitis ſui. Domus aũt (inquit) tota repleta eſt odore unguẽti. Quod utiq; indicat, quia odor doctrinæ qui procedit de Chriſto & ſancti ſpiritus fragrãtia: repleuit omnem mũdi huius domũ ac totius eccleſiæ domũ. Vel certe repleuit omnem domũ animæ illius, quæ odoris Chriſti ſuſcepit participiũ, offerẽs primo fidei ſuę munus, uelut unguentũ nardi, & recipiẽs ex hoc gratiam ſpiritus ſancti & ſpiritalis doctrinę fragrantiã. Quid ergo intereſt, utrum in cantico canticorũ ſpõſa perungat unguento ſponſum, an in euangelio diſcipula magiſtrũ & Maria Chriſtũ, ſperans (ut diximus) redire ad ſe ex hoc unguento odorẽ uerbi & fragrantiam Chriſti: ut eo ipſo dicat: Chriſti bonus odor ſumus deo? Et quoniã plenũ fide fuit iſtud unguẽtũ & precioſi effectus, ob hoc et Ieſus teſtimoniũ reddidit ei dicens: Bonum opus operata eſt in me. Sic ergo rurſus in Cãtico canticorũ poſt aliquanta amplectitur emiſſiones ſponſę, ſicut hic opus Marię, ait enim:
Cant.4 Emiſſiones tuę paradiſus cũ fructu pomorum. Cyperus cũ nardis. Nardus cum crocis: Amplectit ergo & in his emiſſiões ac munera ſponſæ: Obſeruauimus ſane quod in his quæ nunc memorauimus, pluraliter primo, poſtmodũ ſinguläriter nardũ poſuit: quod puto ſecundũ illam rationẽ dictum, quia negotiator regni cœlorum plures primo margaritas negotiatur, uſq; quo ad unam perueniat precioſam. Et forte quod dixit: Emiſſiones tuæ paradiſus cũ fructibus pomorum, illos indicat fructus cũ nardis plurimis, quos

afferimus

afferimus ex institutiõibus & doctrina prophetica. Ex doctrina uerò ipsius domini nostri Iesu Christi, emissiones nostræ & munera non plures habent nardos, sed unam. Sed nunc redeamus ad eam quæ dicit: Nardus mea dedit odorem suum: & uide si possumus adhuc etiã hoc in loco intelligere præsenti, quod siquãdo ualuerimus integre & decenter exponere de deitate Christi, uirtutemq; eius ac maiestatem dignis assertionib. considerare, tũc fortassis merito dicet, uel ecclesia illa, uel anima quæ ita manifeste potuerit gloriã eius exponere: Nardus mea dedit odorem suum. Nec mirũ uideri debet, si Christus quemadmodũ fons est, & flumina aquæ uiuæ de eo procedũt, & quemadmodũ panis est, & uitã dat: ita & nardus est, & odorem reddit, & unguentũ est, quo qui uncti fuerint, Christi fiant, sicut dicit in psalmo: Nolite tangere Christos meos. Et fortasse secundum illud quod dicit apostolus, his qui exercitatos habẽt sensus ad discretionẽ boni uel mali, singulis quibusq; sensibus animę singula quęq; Christus efficitur. Idcirco eñ et uerum lumen dicitur, ut habeant oculi animæ quo illuminentur: idcirco & uerbum, ut habeant aures q̃d audiant: idcirco et panis uitę, ut habeat gustus animę quod degustet. Idcirco ergo & unguentũ uel nardus appellatur, ut habeat odoratus animę fragrantiã uerbi. Idcirco & palpabilis & manu tractabilis, & uerbũ caro factum dicitur, ut possit interioris animę manus contingere de uerbo uitæ. Hæc autem omnia unũ atq; idem est uerbum dei, quod per hęc singula affectibus orationis commutatum, nullũ animæ sensum gratiæ suæ relinquat expertẽ. Alligamentũ guttæ fratruelis meus mihi, in medio uberum meorũ manebit, siue cõmorabitur. Eiusdem adhuc uerba sunt sponsæ ad adolescentulas (ut uidetur) loquentis. Prius quidem dixerat, quia nardus sua dedisset odorẽ sponso, & quia per unguentũ quo unxerat eum, odoris fragrantium recepisset: nunc aũt ait, Fraternus meus mihi guttam redolet: & hanc non diffusam, neq; ut libet dispersam, sed colligatã & constrictam, quo scilicet odor ipsius suauitatis dẽsior reddatur & uehementior. Et hic (inquit) cum talis sit, in medio uberum meorum demoratur & cõmanet, & requiem ac mansionem suam facit in loco pectoris mei. Verum quod nunc primũ cognominauit eum fraternum suum sponsa, & nominis huius appellatiõe per totum penè libelli textũ frequenter utitur, dignũ puto ut prius requiramus appellationis ipsius causam, et quid, uel unde fraternus dicit̃, exponamus. Fraternus appellatur fratris filius. Requiramus quis sit primo frater spõsę, cuius hic filius habeatur. Vide si possumus dicere, sponsam quidem ex gentibus esse ecclesiam, fratrem uerò eius priorem populũ & fratrem, ut res indicat, seniorem. Quia ergo ex illo populo Christus secundũ carnem nasci tur, ob hoc ab ecclesia gẽtium fratris filius appellatur. Quod ergo ait: Alligamentũ guttæ fraternus meus mihi, corporeæ natiuitatis eius indicat sacramentũ. Vidẽt enim quodammodo alligamentũ esse et uinculum quoddã animę corpus, quod alligamentũ guttа in Christo diuinæ uirtutis ac suauitatis astringitur. Si autem ad unamquanq; animam quæ dicta sunt, referũtur, alligatura guttæ dogmatum cõtinentiæ constrictio, ac diuinarum sententiarũ nodositas intelligitur. Innexæ enim sibi inuicẽ sunt fidei ratiões, & uinculis ueritatis astrictæ. Denicq; & lex mundum dicit esse omne uas quod alligatũ est, immundum uerò quod solutum fuerit, & non ligatũ. Cuius rei hæc figura erat, quod Christus in quo nunq; fuit ulla immũditia peccati, alligamentũ guttæ dicitur. Et ideo anima non debet contingere aliquid dissolutũ, & quod nõ sit ratione subnixũ, & dogmatum ueritate constrictũ, ne immunda fiat. Qui enim immundũ contigerit, immundus erit secundum legem. Continget nanq; eum sensus irrationabilis, & alienus à sapiẽtia dei, & faciet eum immũdum. Vide autem si forte filium dei in carne guttam dictũ, & quasi breue aliquid & exiguum nominatum possumus accipere, sicut & Daniel de eo dicit: Lapidem paruum de monte excisum sine manibus, & factum post hæc montem magnũ. Vel sicut in libello duodecim prophetarũ nihilominus gutta quidẽ futura dicitur, quæ congreget populum. Est ergo & in prophetis ita scriptũ: Et erit ex gutta populi huius congregatus Iacob. Decebat enim eum qui ueniebat congregare nõ solũ Iacob, sed & omnes gentes, quę sicut Propheta dicit, reputatę sunt tanquã gutta ex situla, exinanientem se diuinitatis forma, effici ipsum ut guttã, & sic uenire ad congregandam guttam gentiũ, & guttã nihilominus reliquiarũ Iacob. Sed & in quadragesimoquarto psalmo dicitur ad dilectũ, cui etiam ipse psalmus ascribitur: Myrrha et gutta & casia à uestimentis tuis

Psal.105 *Heb.5* *Cant.1* *Leuit.8* *Leuit.11* *Dan.2* *Malac.2*

tis tuis. A ueſtimentis ergo uerbi dei, quæ eſt doctrina ſapientiæ, procedit myrrha, mortis duntaxat indicium pro humano genere ſuſceptæ. Gutta (ut ſuprà diximus) exinanita diuinitatis forma, ſeruilis formæ ſuſcepta dignatio. Caſia quoq;, quoniã id genus herbæ aquis indeſinentibus nutriri dicitur & coaleſcere, redemptionem humani generis per aquas baptiſmi indicat datam. Sic ergo alligaturã guttæ fraternum ſuum ſponſa tanquam nuptiali dramate loquens inter medium uberum ſuorum commorantem dicit: Vbera (ut ſuperius iam diximus) principale cordis aduerte, in quo eccleſia Chriſtum, uel anima uerbum dei deſiderij ſui uinculis alligatũ tenet & aſtrictum. Si quis enim uerbum dei toto affectu in corde ſuo, & toto amore conſtringit, ipſe ſolus poterit odorem
Cant. 1 fragrantiæ eius & ſuauitatis accipere. Botrus cyperi fraternus meus mihi in uineis Engaddi. Quantum ad literę ipſius explanationem, habet aliquid ambiguum quod ait: Botrus cyperi fratruelis mihi: quia & uua florens cyperus appellatur, & ſpecies quædã extrinſecus uirgulti eſt, quæ cyperus dicitur, ferens etiam ipſa floridum quendam fructum in modum florentis uuæ prolatum. Sed uidetur magis ad fructum uitis reſpicere ſermo, quandoquidem uinearum Engaddi facta eſt memoria. Engaddum autem ager terræ ludææ eſt, non tantum uineis quantum balſamis florens. Hic ergo erit hiſtoricus ſenſus ſponſæ loquentis ad adoleſcentulas, ut intelligatur dicens: Primo quidẽ: Nardus mea odorem mihi ſponſi mei reddit. Secundo uerò alligamẽtum guttæ effectus eſt fraternus meus mihi demorans inter media ubera mea. Tertio botrus cyperi ex uineis Engaddi ſuperans omne quicquid eſt in odoribus et floribus ſuauitatis: quo ſcilicet audiẽtes hæc adoleſcentulæ magis ac magis ad charitatem ſpõſi concitentur & amorem. Idcirco autem ſingulatim, & per ordinem, primo nardum ſuam, deinde guttam, poſt hęc etiam botrum cyperi nominat, ut per eos gradus quoſdam profectus doceat charitatis. Sed uideamus iam quid ſpiritalis habeat intellectus. Siquidem hic qui appellatur botrus, ad fructum uitis referendus eſt: Verbum dei accipimus ſicut ſapientiam et uirtutẽ, & theſaurum ſcientiæ, aliaq; multa, ita & uitem ueram dici. Sicut ergo his quibus efficitur ſapientia & ſcientia, non ad ſubitum, ſed per profectus quoſdam & gradus, pro ſtudijs & intentione ac fide eorum qui ei uel in ſapientia, uel in ſcientia, uel in uirtute participantur, ſapientes eos & ſcientes reddit uigentesq; uirtutibus: ita & in quibus uitis uera efficitur, non eis ad ſummum maturos botros producit & dulces, nec repente eis efficitur uinum ſuaue & lætificans cor hominis, ſed primo producit eis ſuauitatem tantummodo odoris in florem. Botrus hic florẽs eſſe memoratur in uineis Engaddi, ut gratia fragrantiæ ipſius imitatur in initijs animæ, ut poſt hæc pati poſſit acerbitatem tribulationum & tentationum, quæ propter uerbum dei credentibus excitantur: & ita demum maturitatis eius dulcedinem præbet, uſq; dum perducat eos ad torcularia ubi effunditur ſanguis uuæ, ſanguis noui Teſtamenti qui bibatur in die feſto in ſuperioribus, ubi ſtratum magnum paratum eſt. Sic ergo per ſingulos hos profectus graduum incedere oportet eos, qui per ſacramentum uitis, & botrum cyperi initiati, ad perfectionem feruntur, & calicem noui Teſtamenti ab Ieſu ſuſceptum bibere contendunt. Quod ſi cyperus ſui generis arbor accipiendus eſt, cuius fructus etiã flos non tantum odoris ſuauitatem, quantum & uim calefaciendi ac fouendi dicitur poſſidere: illa ſine dubio accipitur ſponſi uirtus, qua incaleſcunt animæ erga fidem eius & charitatem, quæ continge-
Luc. 24 bat eos qui dicebant: Nonne cor noſtrum erat ardens intra nos, cum adaperiret nobis ſcripturas? Vel certe quoniam de uineis Engaddi botrus hic florens nominatur eſſe: Engaddi aũt interpretatur oculus tentationis meæ: ſi quis eſt q; intellectũ habere poteſt, quomodo tentatio eſt uita hominis ſuper terram, & intelligit quomodo quis in deo eripitur à tentatione, & qui agnoſcit qualitatem tentationis ſuæ, ita ut poſſit de ipſo dici, quia in his omnibus non peccauerit labijs ſuis coram deo, huic botrus cyperi de uineis Engaddi efficitur uerbum dei. Obſeruandum tamen eſt quod uerba ſponſę ita referuntur, ut & nardus & alligamentum guttæ & botrus cyperi ipſi ſoli ſint, utpote quæ in hos iam profectus aſcenderit. Sola enim perfecta anima eſt quæ ita habet purum, & purgatum odoramentum ſui ſenſus, ut poſſit nardi & guttæ, & cyperi ex uerbo dei procedentis fragrantiam capere, & gratiam diuini odoris haurire.

Homilia

HOMILIA III

ECCE es ſpecioſa proxima mea: ecce es ſpecioſa: oculi tui columbarum. Secundo iam ſponſus cum ſponſa in uerbo colloquioq; miſceť. Et primo quidem ſermone inuitauit eam ad hoc ut cognoſceret ſemetipſam, dicens ei q̃ bona quidem eſſet inter mulieres, ſed niſi cognoſceret ſemetipſam certa quęq; pateret. Et quaſi quæ uelociter ad agnitionem ſui ſenſu intellectuq; cucurrerit, comparat eam equis ſuis, uel equitatui, quibus obtinuerit currus Pharaonis. Simul et genas eius pro inſigni uerecundia & cõuerſationis pernicitate turturibus comparat, ceruicemq; eius ornamentorum redimiculis. Nunc autem iam ſpecioſam profitetur eam, & ſpecioſam nõ ſic ut prius in mulieribus tãtum, ſed quaſi proximam ſibi, & adhuc in maius titulum laudis extollit, & affirmat quòd non tantum cum proxima eſt ei, ſpecioſa ſit, ſed & ſi contingat ei abſentem eſſe, etiam ſic ſpecioſa ſit. Hoc enim indicatur in eo quod cum dixiſſet: Ecce es ſpecioſa proxima mea, addit poſt hæc abſolute, & ſine ulla adiunctione: Ecce es ſpecioſa. Sed in ſuperioribus nõ laudauerat uiſum eius, credo quia nondum ad intuitum profecerat ſpiritalis intelligentiæ: nunc ergo ait: Oculi tui columbarum. Grandis in hoc profectus eius oſtenditur, ut quæ prius tantum ſpecioſa in mulieribus dicta eſt, nũc ut proxima ſpecioſa dicať, ex ipſo ſine dubio ſpõſo ſplendorẽ decoris accipiẽs: ut ſemel ab ipſo ſumpta pulchritudine, etiam ſi accidat ei paululũ ſpõſi abſentiam pati, nihilominus pulchra permaneat. Quod autem oculi eius cõparantur columbis, ob hoc profecto contingit, quia diuinas ſcripturas non iã ſecundũ literam, ſed ſecundum ſpiritum intelligat, & aſpiciat in eis ſpiritalia myſteria. Colũba enim indiciũ eſt ſpiritus ſancti. Spiritali ergo ſenſu intelligere legem et prophetas, hoc eſt oculos colũbę habere. Et hic quidem columbæ oculi eius appellantur, in pſalmis uerò huiuſmodi anima pennas ſibi dari colũbę deſiderat, ut uolare poſſit in intellectũ ſpiritaliũ myſteriorum, & requieſcere in atrijs ſapiẽtiæ. Sed & ſi dormire qs poſſit, hoc eſt collocari & requieſcere in medio ſortiũ, atq; intelligere ſortium rationem, & cognoſcere diuini iudicij cauſas, nõ ſolũ pennæ columbæ quibus in ſpiritalibus intellectibus uolet, promittuntur ei, ſed deargẽtatæ pennæ, id eſt uerbi & rationis ornamento decoratę. Scapulæ quoq; eius in ſpecie auri fieri dicuntur, ubi conſtantia fidei et dogmatũ ſtabilitas indicatur perfectorũ. Ergo ſi caput eſſe Chriſtus dicitur, nihil puto abſurdum uideri, ſi et oculi eorum qui ſecundũ interiorem hominẽ ſpiritaliter intelligunt, & ſpiritaliter dijudicant, ſpiritus ſanctus eſſe dicantur. Et ob hoc fortaſſis in lege ſicut agnus poſitus eſt, per cuius hoſtiã populus purificaretur in paſcha: ita & colũbę poſitæ ſunt, quibus purificatur homo ingreſſus hunc mundũ. Sed & de eo nunc dicere, & hoſtiarũ qualitates diſcutere, longior uideť exceſſus, & propoſito operi minime conueniens. Hæc aũt memoraſſe ſufficiat, pro eo quod præſens ſermo continet: Oculi tui colũbæ. quaſi diceret, oculi tui ſpiritales ſunt, ſpiritaliter uidẽtes, ſpiritaliter intelligẽtes. Poteſt adhuc ꝑfundiore fortaſſis ſacramẽto quod dixit: Ecce es ſpecioſa proxima mea, intelligi de præſenti ſeculo dictũ: quia ſpecioſa q̃dẽ ſit & hic eccleſia, cum proxima eſt Chriſto, & cum imitatur Chriſtum. Quod uerò iterauit, & dixit: Ecce es ſpecioſa, poteſt ad futurũ ſeculum pertinere, ubi iam non ſolum imitatione, ſed ipſa ſui perfectiõe formoſa eſt & ſpecioſa: ut ibi dicat eſſe oculos eius columbas, ut duorũ oculorum colũbæ duæ intelligantur eſſe filius dei & ſpiritus ſanctus. Et ne mireris ſi columba ſimul dicatur, cũ uterq; ſimiliter aduocatus dicatur, ſicut Ioannes Euãgeliſta declarat, ſpiritũ quidem ſanctum dicens paracletũ, quod eſt aduocatus. Et de Ieſu Chriſto nihilominus in epiſtola ſua dicit, quia ipſe ſit aduocatus apud patrẽ pro peccatis noſtris. Sed et apud Zachariã prophetã duæ oliuæ ad dexteram & ad ſiniſtram candelabri poſitæ, unigenitũ nihilominus & ſpiritũ ſanctũ deſignare creduntur. Ecce es bon⁹ fraternus meus, et quidẽ ecce es ſpecioſus, cubile noſtrũ umbroſum. Nũc primũ uidetur attentius inſpexiſſe ſponſi ſui pulchritudinẽ ſpõſa, et cõſideraſſe illis oculis qui columbæ eſſe dicti ſunt, decus & ſpeciẽ uerbi dei. Quia reuera non poteſt prius perſpici, nec agnoſci quãta ſit in uerbo magnificẽtia, niſi prius oculos quaſi colũbæ, id eſt intelligẽtiã ſpiritalem accipiat. Cõmune autem cubile ſibi quod dicit eſſe cũ ſponſo, corpus hoc mihi uideť indicari animę, in q̃ adhuc poſita digna habita ſit aſciſci ad conſortium uerbi dei. Idq; umbroſum, utpote non aridũ, ſed fructuoſum memorat, & tanq; denſitate

Cant. 1

Exod. 12

Ioan. 14

Zach. 4

denſitate boni operis nemoroſum. Sed hæc ſponſa dicit, anima duntaxat quę columbę iam oculos habet. Hi uerò qui tantũmodo credunt ſpõſo, non tamen perſpicere potue-
Eſa.53 runt in uerbo dei quanta ſit pulchritudo, dicunt: Et uidimus eũ, & nõ habebat ſpeciem, neq; decorem, ſed ſpecies eius indecora & deficiens præ filijs hominũ. Quæ autẽ bene profecit & ſupergreſſa eſt adoleſcentularũ & octoginta concubinarũ, & ſexaginta reginarum ordinẽ, iſta anima poteſt dicere: Ecce es decorus fraternus meus, & quidẽ ſpecioſus. Sed & ſi adhuc in corpore poſitus intelligam dẽſitatem ſpiritaliũ ſenſuum, et intelligẽtiam ſcripturarũ diuinarum tam crebra opacitate contextã, ut rapidior æſtus qui multos ſolet adurere et arefacere fructus eorum, me tamen tenebrare nõ poſſit, nec ulla uis tentationũ fidei in me germen arefacere, tunc poſſum dicere, quia cubile noſtrũ umbroſum. Quod autem dicit cubile noſtrũ, quaſi cõmunem ſibi cum ſponſo corporis ſui indicans eſſe locũ, ad illam ſimilitudinẽ dictũ intellige, qua et Paulus dixit: Quia corpora noſtra membra Chriſti ſunt. Cum enim dicit corpora noſtra, quaſi ſponſæ id eſſe corpus oſtendit. Cum uerò mẽbra Chriſti memorat, eadem corpora etiã ſponſi eſſe corpus indicat. Hæc ergo corpora ſi umbroſa ſunt (ut ſuperius diximus) bonis dũtaxat operib. referta & ſpiritaliũ ſenſuum denſitate cumulata, de his talibus dici poteſt: Per diẽ ſol nõ uret te, neq; luna per noctem. Iuſtum namq; tentationis ſol non adurit requieſcentẽ ſub umbra uerbi dei. Iſte enim ſol qui adurit iuſtũ, non eſt damnabilis: ſed ille magis qui ſe transfigurat in angelũ lucis. Bonus ergo & decorus dicit̃ fraternus: & quanto magis in ſpici potuerit oculis ſpiritalibus, tanto ſpecioſior inuenitur & pulchrior: quia non ſolũ illius ſpecies & pulchritudo mirabilis apparebit, uerũ & inſpicienti atq; intuenti eũ decus ingens & ſpecies formæ noua ac mirabilis orietur, ſecundum illud quod Apoſtolus uerbi dei intuens pulchritudinem dicit: Nam & ſi is qui foris eſt homo noſter corrumpitur, ſed qui intus eſt renouatur de die in diem. Merito ergo talis hæc anima cõmune habet cubile cum uerbo corpus ſuũ. Peruenit enim diuina uirtus uſq; ad corporis gratiã, quum in eo uel caſtitatis donum, uel continentiæ, aliorumq; bonorũ operum collocat gratiam. Conſidera ſanè, ne forte poſſit etiam illud corpus quod aſſumpſit ieſus, cõmune ei cum ſponſa cubile nominari, quoniã quidẽ uidetur per ipſum eccleſia Chriſto eſſe ſociata, & participium uerbi dei capere potuiſſe, ſecũdum quod mediator dei & homi-
Rom.5 num dicitur, & ſecundũ quod Apoſtolus dicit: Quoniã in ipſo habemus acceſſum per
Cant.1 fidem in ſpe gloriæ dei. Tigna domorũ noſtrarũ cedri, trabes noſtrę cypreſſi. Videtur ab ſponſo reſponderi ad gratiam eorum quæ dicta fuerunt prius ab ſponſa, quibus edoceat eã cuiuſmodi ſint tecta iſta cõmunia, & qualis in eis materia contignationis habeatur. Hæc habet hiſtorica narratio. Videtur autem eccleſia deſcribi à Chriſto, quę eſt do-
1.Tim.3 mus ſpiritalis, & domus dei, ſicut docet Paulus dicens: Si autem tardius uenero, ut ſcias quomodo te oporteat in domo dei conuerſari, quæ eſt eccleſia dei uiui, colũna & firmamentum ueritatis. Si ergo eccleſia domus dei eſt (quia omnia quę habet pater, filij ſunt) eccleſia domus filij Dei eſt. Frequenter autem & plurali numero appellant̃ eccleſiæ, ut
1 Cor.11 ubi ait: Nos talem conſuetudinẽ nõ habemus, neq; eccleſię dei. Et iterũ, ſcribit eccleſiis
Gal.1 Galatiæ Paulus, & Ioannes ſeptem eccleſiis. Sunt ergo ſiue eccleſia uel eccleſię, domus
Apoc.1 ſponſi & ſponſæ, ſiue animæ uerbi domus, in quibus tigna ſunt cedrina. Legimus etiam quaſdã cedros dei, ſuper quas uinea quæ trãslata eſt de Ægypto, extendiſſe dicit̃ traduces, ſiue arbuſta ſua, ſicut ait in pſalmis: Operuit montes umbra eius, & arbuſta eius cedros dei. Euidẽter igit̃ per hæc eccleſia cedri dei nominat̃. Cũ ergo dicit ſpõſus: Tigna domorũ noſtrarũ cedri, intelligere debemus cedros dei eſſe eos qui eccleſiã cõtegũt, et eſſe aliquos horũ ualidiores qui trabes appellant̃. Et puto quod cõuenienter hi qui epiſcopatũ bene miniſtrant in eccleſia, trabes dici poſſunt, quibus ſuſtentat̃ & tegitur omne ædificiũ, uel ab imbriũ labe, uel ardoribus ſolis. Secundo aũt horũ loco tigna presbyteros opinor appellari: & trabes quidẽ dici cypreſſos, quibus & fortitudo robuſtior, & odor ſuauitatis ineſt, per quod & in operibus ſolidũ, & in doctrinę gratia fragrantẽ deſignat epiſcopũ. Similiter aũt et tigna cedros appellauit, ut per hoc incorruptiõis uirtutis
Cant.2 & odoris ſciẽtię Chriſti plenos deſignaret debere eſſe presbyteros. Ego flos cãpi & lilium conualliũ: ſicut liliũ in medio ſpinarũ, ita proxima mea in medio filiarũ. Hęc ille qui ſpõſus et uerbũ & ſapiẽtia eſt, de ſemetipſo & de ſpõſa ad amicos ac ſodales ſuos loqui

uidetur

uidetur.Sed ſecundū propoſitæ expoſitiōis ordinem Chriſtus hæc de eccleſia loqui intelligēdus eſt, & ipſe dicere ſe florem eſſe campi & lilium conualliū. Campus planicies terræ dicitur, cui cultura adhibet & excolitur ab agricolis. Cōualles uerò ſaxoſa magis & inculta indicant loca. Poſſumus autem & campū illū intelligere populū qui per prophetas colebatur & legem: conuallem uerò ſaxoſum & incultū gentiū locum.Sponſus ergo hic in Iudæorū populo flos fuit: ſed quoniam neminē ad perfectū adduxit lex,idcirco in illo non potuit uerbū dei ad florem proficere, & ad perfectionē fructuū peruenire. In iſta tamen cōualle gentiū effectus eſt lilium,cuiuſmodi aūt liliū? tale ſine dubio quale & ipſe in euāgelijs dicit,quod pater cœleſtis ueſtit.Et,neq; Solomon in omni glo *Matt.6*
ria ſua indutus eſt ſicut unū ex iſtis.Fit ergo lilium in hac cōualle ſponſus,in eo quod ueſtiuit eum pater cœleſtis tali ueſtimēto carnis, quale nec Solomō in omni gloria ſua habere potuit.Nō enim Solomon habuit abſq; concupiſcentia uiri,et concubitu mulieris immaculatā,& nulli prorſus peccato obnoxiā carnem. Sed & cauſam cur is qui in campo flos fuerat,uoluerit eſſe in cōuallibus lilium,uidet oſtendere.Cum em̄ multo tempore flos fuiſſet in cāpo, nullū dicit ex ipſo campo florem ad imitationē ſui ac ſimilitudinē proceſſiſſe. Vbi uerò factus eſt in cōuallibus lilium, continuo etiā efficit proxima eius imitatione ipſius lilium:ut operępreciū fuerit,quoniā ipſe effectus eſt lilium,ut etiā proxima eius,id eſt unaquæq; anima quę ei approximat, & exemplū eius imitationem q; ſectatur,lilium ſiat. Quod ergo ait:Sicut lilium in medio ſpinarū,ita proxima mea in me- *Cant.2*
dio filiarum, accipiemus eccleſiā gentiū dici: quod uel è medio infideliū & non credentiū,quaſi ex ſpinis emerſerit,uel pro hæreticorū circumſtrepentiū ſe morſibus in medio ſpinarum poſita dicatur. Quod & magis uidebit ueriſimile pro eo quod dicit:Ita proxima mea in medio filiarū.Non enim filias appellaſſet illas animas,quę nunq; omnino uenerūt ad credendū.Omnes ergo hæretici primo ad credulitatē ueniūt, & poſt hęc ab itinere fidei & dogmatū ueritate dei declinant.Sicut et Ioānes apoſtolus in epiſtola ſua di *1 Ioan.2*
cit:Quia à nobis exierunt,ſed non erant ex nobis.Nā ſi fuiſſent ex nobis,permanſiſſent utiq; nobiſcum.Poſſumus autem & ad unamquāq; animā id referentes,huic quidem animæ quæ pro ſimplicitate ſui & planicie,uel æquitate cāpus dici poteſt, florē fieri uerbū dei,& initia bonorum operum docere. His uerò qui profundiora iam quærūt,& demerſiora ſcrutantur,quaſi in conuallibus uel pro claritate pudicitiæ,uel pro fulgore ſapientiæ efficit lilium, ut et ipſi fiant lilia erumpentia de medio ſpinarum,id eſt fugiētes cogitationes & ſollicitudines ſeculares quæ ſpinis in euangelio cōparatæ ſunt.Sicut arbor mali inter ligna ſyluę,ita fraternus meus inter medium filiorū.In umbra eius concupiui & ſedi, & fructus eius dulcis in faucibus meis. Decuit quidem ſpōſum & de ſemetipſo dicere,quid eſſet in cāpo,quid etiam in conuallibus:et de ſponſa quæ eſſet,uel qualis inter cæteras filias haberet:Sponſam uerò ad hæc reſpondentē non conueniebat de ſemetipſa aliquid dicere,ſed affici totam erga admirationē ſponſi & ipſius laudib.inhærere. Cōparat ergo eum arbori mali. Sed ne ex ſimilitudine ſermōis ſimpliciores aliqui arborem mali malā arborē putent,& à malitia dictam, dicamus nos arborē Meli,gręco quidem nomine utētes,ſed ſimplicioribus quibuſq; latinorū notiore q; mali. Melius eſt enim ut grammaticos offendamus,q; legentibus ſcrupulū aliquem in ueritatis explanatione ponamus. Cōparat igitur eū arbori meli, ſodales uerò eius reliquis arboribus ſyluæ.Sed ſponſum ita arbori huic meli ſimilem dicit,ut etiam concupiſſe ſe dicat ſub umbra eius ſedere,fructumq; eius dulcem ſibi effectū in faucibus aſſeueret. Et hæc ad adoleſcentulas loqui uidetur,ſicut & ſponſus locutus eſt prius ad ſodales ſuos. Sed nunc uideamus ſecūdum myſteriū,quos dicat ſponſa filios inter quos tanq; arborem meli prę-
cellere reliqua ſyluæ ligna aſſerat ſponſum:& uide ſi poſſumus ſecundū ea quæ in ſuperioribus de filiabus & ſpinis dupliciter expoſuimus,ita hic etiā filios uel eos qui aliquādo fuerunt,& nō ſunt,uel multitudinē cœleſtium miniſtrorū dictos eſſe intelligere.Ad omnes enim in initio pertinet illud quod ſcriptū eſt:Ego dixi dij eſtis, & filij excelſi om *Pſal.82*
nes.Sed differētia interceſſit per hoc quod ait: Vos aūt ut homines moriemini,& ſicut unus de principibus cadetis.Sed & illud in hoc reſpicit, quoniā quis in nubib.æquabit dño? aut quis aſſimilabit ei inter filios dei? Sicut ergo arbor meli inter reliqua ligna ſyluæ,ſic eſt ſpōſus inter reliquos filios,habens fructū qui nō ſolū ſapore oēs, ſed & odore præ-

re prȩcellat,& duos animæ ſenſus,id eſt guſtum et adoratum reficiat.Diuerſis nanq; co
piis menſam ſuam nobis præparat ſapientia.In qua non ſolũ panẽ uitæ apponit,ſed im-
molat carnes uerbi: & non ſolum miſcet in cratere ſuo uinum, ſed & mela odorata ſatis
adhibet & dulcia,quæ non tantum in ore & labiis ſuauitatem reddant, ſed & interiori-
bus tradita faucibus dulcedinem ſeruent.Poſſumus autem ligna ſyluæ accipere eos an-
gelos qui uniuſcuiuſq; hæreſeos auctores fautoresq; uiſi ſunt extitiſſe. Ita ut uideatur ec
cleſia comparãs ſuauitatẽ doctrinæ Chriſti ad aſperitatem hæreticorum dogmatum,ac
ſterilem infructuoſamq; doctrinam dicere:mela quidẽ ſuauia & dulcia eſſe dogmata ec
cleſiaſtica,quę in Chriſti eccleſia prędicantur:Ligna uerò ſyluę eſſe ea quę à diuerſis hę
reticis affirmantur. Et de iſtis uidebitur infructuoſis lignis ſyluæ dici,quod in euãgeliis
Matt.3 ſcriptum eſt:Ecce iam ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt.Omnis ergo arbor quæ nõ fa-
cit fructum bonum excidetur,& in ignem mittetur.Fraternus ergo ſponſæ eſt,ut arbor
meli in eccleſia ſponſi:cæteri uerò hæreſiarchæ,tãquam infructuoſa ligna ſyluæ diuino
iudicio ut ſecuri excidẽdi,& in ignem mittendi.Igitur in huius meli umbra concupiſcit
ſpõſa reſidere,uel eccleſia(ut diximus)in protectione filij dei,uel anima refugiens om-
nes reliquas doctrinas,& adhærens uni ſoli uerbo dei, cuius etiam dulcẽ habeat in fau-
cibus fructum,meditando ſcilicet indeſinenter legem dei,& ſemper eam uelut mundũ
animal ruminando. Verũ de appellatione umbræ iſtius, ſub qua ſedere concupiſſe ſe di
cit eccleſia, non puto abſurdũ, ſi ea quæ inuenire poſſumus in ſcripturis diuinis, profe-
ramus in mediũ,ut quæ ſit umbra meli huius dignius & diuinius agnoſcatur. Ait Hiere
Thren.4 mias in lamẽtationibus:Spiritus uultus noſtri Chriſtus dominus cõprehẽſus eſt in cor-
ruptionibus noſtris,cui diximus, in umbra eius uiuemus in gentibus. Vides ergo quõ
ſpiritu ſancto permotus Propheta uitã de umbra Chriſti prȩberi gentibus dicit.Et quo
modo non uitam nobis præbeat eius umbra,quũ & in conceptu corporis illius ad Ma-
Luc.1 riam dicatur:Spiritus ſanctus ueniet ſuper te, & uirtus altiſſimi obumbrabit tibi? Si er-
go obumbratio fuit altiſſimi in cõceptu corporis eius,merito umbra eius uitã gentibus
dabit.Et merito ſponſa eius eccleſia ſub meli umbra ſedere concupiſcit,ſine dubio ut ui
tæ, quæ eſt in eius umbra, particeps fiat. Reliquorũ uerò lignorũ ſyluæ umbra talis eſt,
ut qui ſederit ſub ipſa,ſedere uideat in regiõe umbræ mortis.Sed adhuc ut magis ac ma
gis planior reddatur locus qui habetur in manibus,requiramus quomodo apoſtolus di
Heb.10 cat:Legem umbram habere futurorũ bonorũ,& omnia quæ uel de diebus feſtis,uel ſab
batis,uel neomenijs ſcripta ſunt,umbram eſſe memoret futurorum bonorum,in his ſcili
cet quæ ſecundũ literam gerebãtur: & quomodo omnem ueterum culturam exemplar
& umbrã pronunciet eſſe cœleſtium.Quod utiq; ſi ita eſt, oſtenduntur ſub umbra legis
ſediſſe omnes quicũq; ſub lege erant,& umbram magis ueræ legis habebant. Nos autẽ
alieni ſumus ab umbra eorum,quoniam non ſumus ſub lege,ſed ſub gratia.Sed quãuis
non ſimus ſub umbra illa quam legis litera faciebat, ſumus tamẽ ſub umbra meliore. In
umbra enim Chriſti uiuimus inter gentes.Et eſt profectus quidam de umbra legis ueni
re ad umbrã Chriſti: ut quia Chriſtus eſt uita & ueritas & uia, efficiamur primo in um-
bra uiæ,& in umbra uitæ,& in umbra ueritatis,ut comprehendamus ex parte,& in ſpe-
culo ac in ænigmate,ut poſt hæc ſic incedamus per hãc uiam,quæ eſt Chriſtus,quo per-
uenire poſſimus in hoc,ut facie ad faciem cõprehendamus ea quę prius quaſi in umbra
& in ænigmate uideramus.Nõ enim quis poterit ad illa quæ uera ſunt et perfecta perue
Iob 8 nire,niſi prius deſiderauerit & concupierit in hac umbra reſidere.Sed & Iob omnẽ ho-
minum uitam dicit eſſe umbram ſuper terrã: credo pro eo quod anima in hac uita uela-
mẽto huius craſſi corporis obumbratur.Omnes ergo qui in hac uita ſunt, neceſſe eſt in
umbra quadam eſſe.Sed alij quidem ſunt ſedẽtes in regione umbræ mortis,hi profecto
Cant.2 qui non credunt Chriſto. Eccleſia uerò cum fiducia dicit:In umbra ſponſi concupiui &
ſedi quãuis certe fuerit tempus quo potuerit quis ſub umbra legis reſidẽs defendi à du-
ritia ardoris & æſtus.Sed tranſiit illud tempus,ueniendum eſt nunc ad arboris meli um
bram:& quamuis diuerſa quis utatur umbra,uidetur tamen omnis anima donec in præ
ſenti uita eſt,umbrã habere neceſſariã,propter illum credo ardorẽ ſolis, qui cum exor-
tus fuerit, cõtinuo ſemẽ quod non alta radice demerſum eſt, areſcit & deperit. Sed hũc
ardorem tenuiter quidem legis umbra propellit:Chriſti uerò umbra in qua nunc in gẽ-

tibus

tibus uiuimus,id est incarnationis eius fides,auertet penitus & extinguet.Ille ẽm q adu
rebat ambulantes sub umbra legis,tempore passionis Christi,sicut fulgur uisus est eeci-
disse de cœlo,quamuis etiam huius umbrę tempus in fine seculi compleatur,quia(sicut
diximus)post cõsummationẽ seculi iam nõ per speculum,nec in ænigmate,sed facie ad 1 Cor.13
faciem uidebimus ueritatem.Simile esse puto et illud quod scriptum est:Sub umbra ala Psal.16
rum tuarum exultabo.Sed & in sequẽtibus huius libelli ita dicit spõsa: Fraternus meus
mihi,& ego illi ipsi,qui pascit inter lilia donec respiret dies,& amoueantur umbræ.edo
cens per hoc quòd ueniet tempus,quum omnes umbrę remouebũtur,& per misericor-
diã dei patebit ueritas sola.Sed&quod ait:Et fructus eius dulcis in faucibus meis,illius Cant.2
animam hoc credo dicere,quæ nihil emortuum,nihil insensibile habet in faucibus suis,
& in nullo prorsus similis est illis de quibus dicitur: Sepulchrum patẽs est guttur eorũ.
Quicunq; enim uerba mortis & interitus de faucibus proferũt,ipsorũ fauces sepulchra
dicuntur:sicut sunt omnes qui uel contra ueram fidem loquuntur,uel cõtra disciplinam
castitatis & iustitiæ & sobrietatis aliquid proferunt. Ipsi ergo sunt quorum fauces sepul
chra sunt & loca mortis,unde mortis uerba proferuntur.Iustus autẽ dicit: Quàm dulcia Psal.119
faucibus meis eloquia tua.Et alius qui uerba uitæ docebat, ita dicit: Os nostrũ patet ad 2 Cor.6
uos ô Corinthij,cor nostrum dilatatũ est.Sed & alius qui uerbo dei aperuit os suum,in- Psal.119
quit:Os meum aperui & attraxi spiritũ. Introducite me in domũ uini.Sponsæ uerba Cant.2
adhuc sunt,sed ad amicos & familiares spõsi(ut arbitror)dirigunt: à quibus uidetur ex-
poscere,ut introducãt eam in domum lætitiæ,ubi uinum bibitur,& epulæ parant.Quæ
enim iam uiderat cubiculũ regium,desiderat etiam nunc regale introire cõuiuiũ,& frui
uino lætitiæ.Suprà iam diximus,amicos sponsi prophetas & omnes qui ministrauerũt
uerbũ dei ab initio seculi intelligendos,ad quos recte uel ecclesia Christi,uel anima uer
bo dei adhærens dicat, ut se introducant in domũ uini,id est ubi sapientia miscuit in cra
tere uinum suum,& deprecatur per seruos suos omnem insipientẽ & egentem sensu, di Prou.9
cens: Venite,mãducate panes meos,& bibite uinum quod miscui uobis. Ista est domus Matt.8
uini,domusq; conuiuij,in quo conuiuio omnes qui ueniunt ab oriẽte & occidente, re-
cumbent cum Abraham Isaac & Iacob in regno dei. Ad quam domum & ad quod con
uiuium prophetæ perducunt animas,quæ tamen eos audiunt & intelligunt. Sed & san
cti angeli cœlestesq; uirtutes quæ in ministerio mittunt,propter eos qui hæreditatẽ ca-
piunt salutis.Istud est uinũ cui scribunt isti psalmi qui pro torcularibus attitulant. Istud
est uinũ ex illa uite uindemiatũ quæ dicit:Ego sum uitis uera: quod expressit pater cœ- Ioan.15
lestis agricola.Istud est uinum quod attulerunt illi palmites, qui in Iesu permanserũt nõ
solum in terris,sed etiã in cœlis. Sic enim audio illud quod dicitur: Quia omnis palmes
qui non manet in me,nõ potest afferre fructum. Nemo enim producit fructum uini hu
ius,nisi qui permanet in uerbo,& sapiẽtia,& ueritate,& iustitia,& pace, omnibusq; uir
tutibus.Istud est uinũ,quo etiam inebriari iustis,& sanctis quibusque optabile ducitur.
Hæc puto & in spiritu iam tunc Noe contuens inebriatus esse dicitur: & Dauid admira Gen.9
tus huius conuiuij calicem,dicit: Et poculum tuum inebrians q̃ præclarum est.Ad hãc Psal.23
ergo domũ uini ecclesia,uel anima unaquæq; desiderat quæ perfectæ sunt intrare,&do
gmatibus sapientiæ mysterijsq; scientiæ,epularum uelut suauitate, & uini lætitia perfrui.
Sciendũ sanè est,quia sicut est istud uinum, quod de dogmatibus ueritatis pressum cõ-
miscetur in cratere sapientiæ:ita est contrarium uinum, cum iniquè inebriãtur peccato
res,& hi qui falsæ scientię dogmata pernicioſa suscipiunt.De quibus Solomon in puer
bijs dicit:Hi autem edunt cibos impietatis,uino autem iniquo inebriant. De hoc eodẽ Prou.4
uino iniquo etiam in Deuteronomio legimus ita scriptum: Ex uineis Sodomorũ uitis Deut.32
eorum,& palmes eorum ex Gomorra,uua eorũ uua fellis,& botrus amaritudinis eis,fu
ror draconum uinum eorum,& furor eorum aspidũ insanabilis. Illud autem uinũ quod
de uite uera procedit,nouum semper est.Semper enim per profectus discentiũ scientiæ
& sapiẽtiæ diuinæ innouatur agnitio.Et ideo dicebat Iesus discipulis suis:Quia nouum Luc.22
bibam illud uobiscũ in regno patris me.Innouat enim semper agnitio secretorum arca
norũq; reuelatio per sapientiã dei, non solũ hominibus,sed & angelis cœlestibusq; uir-
tutibus.Ordinate in me charitatẽ.Eiusdem sponsæ ad eosdem uerba sunt,nisi quòd pos Cant.2
sunt fortasse etiã apostoli Christi inter eos haberi, ad quos ista memorant. Quod ergo

ait:Ordinate in me charitatẽ,hũc habet ſenſum. Omnes homines amant ſine dubio aliquid,& nullus eſt qui ad id ætatis uenerit ut amare iam poſſit,& non aliquid amet:ſicut etiam in præfatione huius operis ſufficienter oſtẽdimus.Sed hic amor, uel hæc charitas in nonnullis quidem ſuo ordine & cõuenienter aptata procedit,in plurimis uerò cõtra ordinem.Dicitur autem contra ordinem eſſe in aliquo charitas, quũ aut id diligit quod non debet,aut quod debet diligit , ſed plus iuſto diligit,aut minus iuſto.In iſto ergo inordinata eſſe charitas dicit:in illis uerò quos ualde paucos arbitror eſſe, qui ſcilicet per uiã uitæ incedũt,& nõ declinant,neq; ad dextram,neq; ad ſiniſtram,in ipſis ſolis ordinata eſt charitas,& ordinẽ ſuũ tenet.Eſt autem ordo eius & menſura huiuſmodi,uerbi gratia,deũ diligere nullus modus,nulla menſura eſt,niſi hæc ſola,ut ei totum exhibeas quãtum habes.InChriſto enim Ieſu diligẽdus eſt deus ex toto corde,& ex tota anima,& ex totis uiribus.In hoc ergo nulla menſura eſt.Diligere uerò proximũ,eſt menſura aliqua.
Matt.22 Proximũ,inquit,tuum dilige ſicut teipſum. Si ergo aut in dei dilectione minus aliquid feceris quàm potes,& quàm in uiribus tuis eſt:aut inter te & proximũ tuum nõ ſeruaueris æquitatem,ſed aliquid differentiæ habueris:nõ eſt in te charitas ordinata,nec ordinẽ
1 Cor.8 ſuum tenens. Verum quoniã nobis ſermo de ordine charitatis eſt,diligentius per ſingula requiramus,uel quos diligi,uel quantũ diligi oporteat.Nã ſi(ut dicit Apoſtolus) mẽbra alterutrũ ſumus,puto quod hũc affectum erga proximos habere debeamus , ut eos nõ quaſi aliena corpora,ſed ueluti membra noſtra diligamus.Secũdum hoc ergo quod membra noſtra inuicem ſumus,æqualem erga omnes habere dilectionẽ,ſimilemq; cõ-
1 Cor.12 ueniet.Secundũ hoc uerò quod ſunt in corpore aliqua membra honorabiliora & honeſtiora,alia uerò inhoneſtiora & inferiora,puto quod rurſum pro mẽbrorũ meritis & honore,etiã dilectionis librari debeat modus . Si quis ergo rationabiliter cuncta agere ſecundũ uerbũ dei,ac ſuos etiam affectus temperare proponit, puto quod erga hæc ſingula ordinem charitatis & ſcire debeat & tenere. Verũ ut apertius fiat quod dicimus,paulo euidẽtioribus utamur indicijs.Si quis(uerbi gratia)laboret in uerbo Dei,atq; animas noſtras inſtruat & illuminet,uiam ſalutis doceat,uiuendiq; ordinem tradat,nõ tibi uidetur & hic proximus eſſe quidem,ſed multo amplius alio proximo diligendus , qui horũ nihil egerit? Nam & ſi ille quidem diligendus eſt,pro eo quod mẽbra unius corporis ſumus,uniuſq; ſubſtãtiæ:ſed hic multo amplius,qui cũ ius proximi nobiſcũ habeat, quod & cæteri homines habent,dat tamen hanc maiorem charitatis erga ſe cauſam,quod uiã dei oſtendit,& animæ ſalutẽ diuini uerbi illuminationibus confert. Quod ſi aliquis me errantẽ,& in præcipitio poſitũ muliebris peccati ad lucem reuocet ueritatis , & de ipſo iam interitu eripiat,ac retrahat ad ſalutẽ,atq; ex ipſis faucibus æternæ mortis eripiat,nõ tibi uidetur quod illa ipſa(ſi fieri poteſt)plenitudine charitatis qua deũ diligimus , diligendus ſit poſt Deum? Et ne putes quod nos ita præſumamus,audi apoſtolum Paulum
1 Theſſ.5 de his qui in uerbo Dei laborant,dicentem: Vt ſuperabũdãter habeatis in charitate eos qui huiuſmodi ſunt,propter opus ipſorum. Videamus & alium adhuc ordinem charitatis,eius duntaxat quæ erga proximos haberi uidetur. Si ſit non habens quidem docẽdi uel inſtruendi gratiam,neq; uerbum domini prædicandi, ſed tamẽ ſanctæ uitæ uir,innocens,immaculatus,& qui in iuſtificationib.& mãdatis Dei ingrediatur ſine querela, uidetúrne tibi talis hic uir in eodem charitatis ordine habendus,quo ille qui nihil horũ agit? quãdoquidẽ uterq; proximus dicitur.Nónne & hic propter opus ſuum,& uitę meritum(ſecundum Apoſtoli dictum)ſimiliter ut ille qui in uerbo Dei laborat,ſuperabũdantius habẽdus eſt in charitate propter opus uitæ ſuæ? Eſt adhuc alius ordo charitatis.
Matt.5 Iubemur enim & inimicos noſtros diligere.Sed uideamus ſi etiã in ipſis unus ſolus modus erit dilectionis,an ibi habebit locum ſermo iſte qui dicit:Ordinate in me charitatẽ. Puto ergo q; in his ſit ordo charitatis . uerbi gratia, eſt aliquis mihi inimicus, in alijs tamen bene agens,pudicus,ſobrius,mãdata Dei plurima ex parte cuſtodiẽs,in aliquibus tamen errans,ut homo.Eſt alius qui inimicus quidem ſit & ipſe nobis,tamẽ ſit ſuæ uitæ atq; animę inimicus,paratus ad ſcelera,preceps ad flagitia,nihil ſancti,nihil religioſi dicens,non tibi uidetur etiã inter ipſos inimicos quædã diuerſitas habenda charitatis? Puto quidem quòd ex his ſatis patuerit,eſſe uim quidem charitatis unam, multas tamẽ habere cauſas,& multos ordines diligendi,& ꝓpter hoc nunc dicere ſpõſam: Ordinate in

me

me charitatem, hoc est docete me diuersos ordines charitatis. Quod si adhuc addendū his aliquid uidetur, possumus & illud in medium adducere, quod ait Apostolus: Viri di Eph. 5
ligite uxores uestras sicut corpora uestra, sicut Christus dilexit ecclesiā. Quid ergo? debent quidem uiri uxores suas diligere, alias uerò mulieres non debent omnino diligere in omni castitate & sanctitate? An non uidebunt etiā ipsæ esse de proximis? Sed impendenda quidem est dilectio, uel in coniugem, uel in matrem, uel in sororem, si tamen fideles sint, & Deo adhærentes: & erga aliam mulierem nullā secundū quod ipsa proxima dicitur, est nobis impendenda dilectio. Quod si hoc absurdū uidetur, debet autem secūdum mandati ordinē etiā erga eas casta haberi dilectio, prorsus inter ipsas personas fœminarum quibus impendenda dilectio est, habendus profecto est ordo quidā in charitate, conueniensq; distinctio. Et maiori quidē cū honorificentia matri deferenda est dilectio, sequenti uerò gradu cum quadam nihilominus reuerētia, etiā sororibus. Proprio uerò quodā & sequestrato ab his more charitas cōiugibus exhibēda. Post has uerò personas pro meritis etiam & causis unicuiq; in omni (ut diximus) castitate deferenda dilectio est. Secundū hæc etiam de patre, uel fratre, atq; alijs propinquis obseruabimus. Erga sanctos uerò qui nos in Christo genuerūt, sed & pastores, atq; episcopos, uel qui uerbo Dei prę sunt presbyteri, aut qui bene ministrant in ecclesia, uel qui in fide præcellūt cæteros, quomodo nō pro uniuscuiusq; meritis affectio pensabit charitatis lōge eminētior q; erga eos haberi potest, qui aut nihil horum, aut nō integre egerunt? Sed & inter parentes fideles & infideles, & fratres fideles ac infideles, sororesq; potéstne fieri ut nō erga hos singulos diuersus ordo habeat charitatis? Quas diuersitates intuens sponsa, & uidens de his omnibus animæ ad perfectionem tendēti necessariam uideri scientiā earū rerū, ut uniuscuiusq; loci & ordinis mensuras possit tenere charitatis, dicit ad amicos sponsi, eos uidelicet qui uerbū Dei ministrant: Ordinate in me charitatē. hoc est docete me, & tradite mihi quomodo per hæc singula ordinem seruare debeam charitatis. Omnes em̄ homines (sicut iam diximus) secundū hoc quòd similes nobis sunt, similiter diligendi sunt: imò omnis rationabilis creatura à nobis, utpote rationabilib. æqualiter diligenda est. Adijciendū tamen in charitate est unicuiq; ad hoc quō est, & ad hoc quod rationabilis est: si (uerbi gratia) aut in moribus, aut in opere, aut in proposito, aut in scientia, aut in studijs cæteros præcellit: & pro his singulis secundū suū cuiq; meritum ad generalem dilectionē addendum est etiā specialis aliquid charitatis. Verū ut maior de his habeatur auctoritas, ab ipso Deo capiamus exemplum. Ipse enim amat omnia quę sunt æqualiter, ut nihil oderit eorum quæ fecit: neq; em̄ fecit aliquid quod odio haberet: nō tamen ob hoc similiter dilexit Aegyptios ut Hebræos, & Pharaonē ut Moysen & Aaron. Nec rursus reliquos filios Israel similiter dilexit ut Moysen & Aaron & Mariā: nec iterum Aaron & Mariā similiter dilexit ut Moysen, quamuis uerum sit ut dicit ad eum: Parcis autem omnibus, quia omnia tua sunt domine amator animarū. Spiritus enim in corruptionis est in omnibus: tamē ille qui mensura & numero & pondere disposuit omnia, secundū mensuram sine dubio uniuscuiusq; meritorum & dilectionis suæ temperat libram. Nunquid non putabimus quia non similiter ab eo dilectus est Paulus, cum persequeretur ecclesiā dei, sicut diligebatur, dum ipse pro ea persecutiones cruciatusq; to- 2 Cor. 11
lerabat, & dicebat sibi inesse solicitudinē omniū ecclesiarum? Multum est nūc, ut inter istos ordines charitatis etiā de affectu odij qui uidetur huic charitatis affectui cōtrarius inseramus, quia etiam dominus dicit: Inimicus ero inimicis tuis, & aduersabor aduersa- Leuit. 26
rijs tuis. Et iterum: Si peccatori tu adsistis, & ei quē odit dominus, amicus es. Quæ utiq; 2 Paral. 19
hanc habent absolutionē, quā & illud quod dictum est: Honora patrem tuū & matrem Exod. 20
tuam. Et iterū: Qui nō odit patrē, & reliqua. in quo profecto nimietas charitatis in deū Luc. 14
his qui aduersantur contrariū uidetur generare affectum, dum nulla potest esse cōsonantia luci & tenebris, & Christo cum Belial, nec eadem portio esse fideli cum infideli. His ergo ut potuimus de charitatis ordinibus expositis, patet ad intelligēdū quid sit q̄d poscat sponsa, id est ecclesia, uel anima tendens ad perfectionē, prę stari sibi ab amicis spōsi. quoniā introduci se poposcerat in domum uini, ubi sine dubio intellexerat in omnib. his quæ uiderat, eminere & præcellere gratiā charitatis, & ipsam didicerat maiorē omnium, solamq; esse charitatem quæ nunquā cadet: ideo deposcit ut ordinem eius discat,

ne forte aliquid inordinatum faciens uulnus ab ea aliquod accipiat, ut in posterioríb. dicitur: Vulneratæ charitatis ego sum. Ea autem siue ad angelos dici accipiamus, à quib. se instrui postulat & muniri, nihil absurdum uidebitur: secundū hoc quod de populo dicit: Lætamini gentes cū populo eius, & confortent eos omnes angeli Dei. Et ut in alijs dicitur: Circumdat angelus domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos. Et itē alibi: Nolite contemnere unum ex minimis istis qui in ecclesia sunt, quia angeli eorū semper uident faciem patris mei qui in cœlis est. Sed & in Apocalypsi Ioānis angelo Thyatirensi testimoniū dat filius dei pro charitate quam ordinauit angelus ipse in ecclesia sibi cōmissa. Sic enim scriptum est: Scio opera tua & charitatem tuam, & fidem, & ministeriū, & patientiā, & opera tua nouissima maiora q̄ priora. Sed & si ad prophetas hæc referamus, qui ministrauerūt uerbum dei ante aduentū sponsi, ut per ipsorū doctrinam uideatur ecclesia uelle ordinem discere charitatis, id est propheticis instrui uoluminib. non uidebitur absurdū. Sed & omnes sancti qui de hac uita decesserunt, habētes adhuc charitatem erga eos qui in hoc mundo sunt, si dicantur curam gerere salutis eorū, & iuuare eos precibus suis, atq̄ interuentu suo apud deum, non erit inconueniēs. Scriptum nanq̄ est in Machabæorū libris ita: Hic est Hieremias propheta Dei, qui semper orat p populo. Sed & ad apostolos hęc dici (ut suprà iam dixi) non uidebitur alienum: per hos enim omnis ecclesia Dei, uel anima quærens Deum, introducitur in domū uini (ut suprà diximus) & aromatibus atq̄ odoribus repletur, & cōponitur in melius, sicut in posterioribus legimus, & docemur omnē ordinē rationēq̄ charitatis. Cōfirmate me in unguentis, stipate me in malis, quia uulneratæ charitatis ego sum. In Græco quidem habetur: Confirmate me in myrrhis. Myrrhin genus quoddā arboris nominans, quod Latini putātes myrrha dictū, unguēta interpretati sunt. Igit̄ ordo sermonis huiusmodi est: Post eaquam sponsa & uerba ex ore ipsius sponsi audiuit, & cubiculū regis ingressa est, & domum uini locumq̄ conuiuij ac sapientię, & in eo uictimas & craterem mixtum sacramētis eius aspexit, quasi in horum omnium admiratione stupens, & saucia postulat ab ipsis nihilominus amicis & sodalibus sponsi ut confirmetur, & quasi deficiens sustētetur, incumbens paulum super arborem μύῤῥιν, uel meliam. Amoris enim uulnere percussa arborum solatia, syluarūq̄ sectatur. Hæc secundū literam. Sed ex his ut exequi possimus intelligentiā spiritalem, indigemus illa gratia quam cōsequi à deo meruit ipse Solomō, qui omnium quæ sunt radicum & arborū & uirgultorum naturas didicit, ut sciremus & nos quæ uis, & quę natura sit arboris myrrhæ, quo cōpetēter ex hac spiritalis aptari possit expositio. Hoc est autem quod solum peruenire ad nos de huius arboris notitia potuit, quia odorē solū habeat suauē, nullum tamen afferat fructum. Melia uerò arbor notum cunctis est, quod non solum ferat fructum, sed & dulcissimum & suauissimū ferat. Omnes igit̄ homines arbores dicunt̄, siue bonæ, siue malæ, & fructuosæ, siue infructuosæ, sicut & dominus in Euangelio dicit: Aut facite arborem bonā, & fructum eius bonum: aut facite arborem malam, & fructū eius malum. Et omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidet̄, & in ignem mittetur. Tres ergo differentiæ in hominibus uidētur esse. Quidam qui omnino nullum fructū afferunt, & ecce alij qui afferunt. Sed in his qui afferunt, aut mali sunt fructus, aut boni. Hic ergo sponsa (id est ecclesia Christi) confirmari se postulat, & reclinari quidem super unam arborem meliam afferentē fructus bonos: & recte ac cōpetenter. Super his enim confirmatur & stipatur ecclesia, qui in bonis operibus fructificant, & crescunt. Quid autem est quod in myrrhis, infructuosis scilicet arboríb. cōfirmari uult odore solo gaudētibus? Ego puto quod istos qui solo odore gaudent, & necdū fructus fidei afferūt, illos dicat quos Paulus ad Corinthios scribēs, dicit: Qui inuocant nomen domini nostri Iesu Christi in omni loco ipsorum & nostrū. Pro eo ergo quod inuocant nomē domini nostri Iesu Christi, habent in semetipsis odoris quandā ex ipsa inuocatione nominis suauitatem. Pro eo uerò quod non cū omni fiducia & libertate accedunt ad fidē, nullos fidei afferunt fructus. In loco hoc possumus nos catechumenos ecclesiæ intelligere, super quos ex parte aliqua cōfirmant̄ ecclesiæ. Habent enim & in ipsis nō parum fiduciæ, & spei plurimū, quod & ipsi fiāt aliquādo arbores fructiferę, & plantent̄ in paradiso Dei ab ipso agricola patre. Ipse em̄ est qui plantat huiusmodi arbores in ecclesia Christi, quæ est paradisus deliciarum. Sicut & dñs dicit: Om-

Deut. 32
Psal. 33
Matt. 18
Apoc. 2
2. Mach. 15
Matt. 12
Matt. 3
1 Cor. 1

cit: Omnis plantatio quam nō plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Stipat ergo *Matt.15*
ecclesia & inter melias, & super ipsas requiescit. Quæ meliæ illæ putandæ sunt animæ quæ quotidie innouantur ad imaginē eius qui creauit eas. Quia enim per innouationē sui imaginē reparant filij dei, merito & ipsæ arbores meliæ appellant, quia & ipse sponsus earū in superioribus dictus est, sicut arbor melia esse in lignis syluæ. Et ne mireris si idē ipse & arbor uitæ & diuersa alia dicatur, cū idē & panis uerus, & uitis uera, & agnus dei, & multa alia nominetur. Omnia nanq; hęc uerbū dei unicuiq; efficitur, prout mensura uel desideriū participātis exposcit: secundū quod & māna, qui cū esset unus cibus, unicuiq; tamē desiderio sui reddebat saporē. Præbet ergo seipsum nō solū esurientibus panem, & sitientibus uinum, sed & deliciari uolētibus, semetipsum & fragrātia exhibet poma. Propterea ergo & spōsa uelut refecta iam & bene pasta, fulciri in melijs se poscit, sciens in uerbo esse sibi non solum omnem cibum, sed & omnes delicias: & per ea maxime discurrit, dū se uulneratā sentit esse iaculis charitatis. Si quis usquā est qui fideli hoc amore uerbi dei arsit aliquādo, si quis est (ut propheta dicit) qui electi iaculi eius dulce uulnus plagāq; accepit, si quis est qui scientię eius amabili cōfixus est telo, ita ut diurnis eum desideriis nocturnisq; suspiret, aliud quid loqui nō possit, audire aliud nolit, cogire aliud nesciat, desiderare præter ipsum, aut cupere aliud uel sperare nō libeat: ista anima merito dicit: Vulneratæ charitatis ego sum: & ab illo uulnus accepi, de quo dicit Esaias: Et posuit me sicut iaculū electū, & in pharetra sua abscōdit me. Tali uulnere decet *Esa.49*
deū percutere animas, talibus iaculis telisq; configere, ac salutarib. eas uulnerib. sauciare: ut quia deus charitas est, dicat & ipse: Quia uulneratę charitatis ego sum. Et quidē in hoc quasi amatorio dramate spōsa charitatis se dicit uulnera suscepisse: potest autē similiter feruens anima erga sapientiam dei dicere, quia uulneratæ sapiētię ego sum: illa scilicet quæ sapiētiæ eius pulchritudinē potuit intueri. Potest & alia anima uirtutis eius magnificentiam cōtuens & admirata potentiā uerbi dei dicere, qa uulneratæ uirtutis ego sum. Talis credo aliqua sicut erat illa quæ dicebat: Dominus illuminatio mea & salus *Psal.27*
mea, quem timebo? Sed & alia anima erga amorem iustitiæ eius feruens, & dispensatiōnū ac ,puidētiæ eius iustitiā cōtuens, dicit sine dubio, uulneratæ iustitiæ ego sum. Et alia bonitatis eius ac pietatis immensitatē respiciens, similia loquitur. Sed & horum omniū generale est istud charitatis uulnus, quo se uulneratā prędicat sponsa. Sciendum tamen est, quod sicut sunt ista dei iacula, quæ animæ habēti desideriū bonorum salutis uulnus infligūt: ita sunt & iacula maligni ignita, quibus anima quæ nō est scuto fidei protecta, *Psal.10*
uulneratur in mortem. De ipsis dicit Propheta: Ecce peccatores intenderunt arcū, parauerūt sagittas suas in pharetra sua, ut sagittēt in obscuro rectos corde. Hic peccatores de occulto sagittantes dæmones inuisibiles dicit: & ipsi sunt habentes quædā iacula fornicationis, alia cupiditatis & auaritiæ, quibus quamplurimi uulnerantur. Habent etiam spicula iactantiæ uanæ gloriæ: sed ista ualde subtilia sunt, ita ut confixā se anima ab eis sauciatamq; uix sentiat, nisi si induta est armis dei, & stat uigilans & immobilis erga astutias diaboli, scuto semetipsam fidei per omnia contegens, & nullā prorsus corporis partem fide nudā relinquens. Quantacunq; aūt dæmones fecerint tela, si inueniant mentē hominis fide munitam, etiam si fuerint ignita, etiam si cupiditatū flammis & incēdijs ardeāt uitiorū, fides plena cuncta restinguit. Lęua eius sub capite meo, & dextera eius am- *Cant.2*
plectetur me. Descriptio est quidem amatorij dramatis sponsæ festinantis ad connubiū sponsi, uelut tamē paulo apertioribus corporis appellationib: currit. Sed cōuerte te uelocius ad spiritum uiuificantē, & refugiens appellationes corporeas, uere perspice quę sit uerbi dei læua, quæ sit dextra, quod etiam caput sponsæ eius, animę scilicet perfectę, uel ecclesiæ, & non te rapiat carnalis & passibilis sensus. Ipsa enim est hic spōsi dextera & læua, quæ in Prouerbijs de sapientia dicitur, ubi ait: Longitudo enim uitæ in dextera eius, in sinistra uerò eius diuitiæ & gloria. Et sicut hic sapientiā non ideo aliquā fœminā dici putabis, quia fœmineo nomine appellari uidetur: ita ne in hoc quidem quoniā masculino genere sponsus uerbum dei dicitur, corporaliter intelligere debes lęuā eius, aut dexteram, uel amplexus sponsæ, uel animę pro fœminini generis declinatione percipere: sed uerbum dei quamuis apud Grecos masculino, apud nos neutro genere proferat, super masculinū tamē & neutrum ac fœmininū genus, & super omne omnino quod ad

hoc reſpicit, eſſe cogitanda ſunt iſta de quibus ſermo eſt: & nō ſolum uerbum dei, ſed & eccleſia eius, atq; anima perfecta, quæ & ſponſa nominatur. Sic em̄ & Apoſtolus dicit:
Gal.3 In Chriſto enim neq; maſculus, neq; fœmina, ſed omnes in ipſo unū ſumus. Hæc autem propter homines qui aliter audire non poſſunt, niſi his uerbis quę in uſu habētur, in ſcriptura diuina humani more referuntur eloquij: ut uerbis quidem notis ea & ſolitis audiamus, ſenſu tamen illo quo dignum eſt de diuinis rebus & incorporeis ſentiamus. Nā ſicut is qui amatorē dicit ſe eſſe pulchritudinis ſapientiæ, hoc oſtendit quod naturalē qui in ſe eſt charitatis affectū ad ſtudia tranſtulerit ſapientiæ: ita & hic ſpōſa depoſcit, uel anima, uel eccleſia, ut ſponſus ſuus qui eſt uerbū dei, lęua quidem ſua caput eius ſuſtētet, dextera uerò eius omne eius reliquū complectatur & conſtringat corpus. Eſt autē læua in qua ſapientiam diuitias continere & gloriā dicit. Quas autē habet diuitias eccleſia, & quam gloriam, niſi illas quas accepit ab eo, qui cum diues eſſet, pauper factus eſt,
Ioan.12 ut illius paupertate eccleſia fieret diues? Quę aūt eſt gloria illa ſine dubio de qua dicit: Pater clarifica filium tuum, paſſionis ſine dubio gloriā deſignans. Fides ergo paſſionis Chriſti, gloria & diuitiæ eccleſiæ ſunt, quæ in læua eius continētur. Læuā aūt puto uerbū dei hoc modo debere intelligi: quoniā quidē ſunt in eo quædā diſpēſationes ante in carnationē geſtæ, ſunt uerò aliquæ & per incarnationē. Illa pars uerbi dei quæ ante aſſumptionē carnis in diſpenſationib. peracta eſt, dextera pōt uideri: hęc uerò quę per incarnationem, ſiniſtra appellari. Vnde & ſiniſtra diuitias & gloriam habere dicitur. Per incarnationem nanq; diuitias & gloriam quæſiuit, omniū ſcilicet ſalutē. In dextera autē longitudo uitæ eſſe dicit: per quod ſine dubio illa eius pars quæ in principio apud deū deus erat uerbū, ſempiternitas indicatur. Hanc ergo læuam eccleſia cuius Chriſtus eſt caput, optat habere ſub capite ſuo, & fide incarnationis eius caput ſuum muniri: Dextera uerò eius amplecti, id eſt illa agnoſcere, & de illis inſtrui, quæ ante huius quoq; per incarnationē geſtæ diſpenſationis tempus in arcanis habent & recōditis. Dextera nāq; ibi putanda ſunt eſſe omnia, ubi nihil de peccatorū miſerijs, nihil de fragilitatis lapſu cōtinetur. Hic uerò læua, ubi uulnera noſtra curauit, & peccata noſtra portauit, factus etiā ipſe pro nobis peccatum & maledictū. Quæ omnia quamuis caput & fidem ſuſtentent eccleſiæ, merito tamen ſiniſtra uerbi dei appellabuntur. In quibus aliqua etiā præter illam naturam quæ tota dextera eſt, & tota lux ac ſplendor & gloria, pertuliſſe memoratur. Adiuraui uos filię Hieruſalē in uirtutib. & in uiribus agri, ſi eleuaueritis & ſuſcitaueritis charitatem quoaduſq; uelit. Sponſa adhuc ad adoleſcentulas loquitur, prouocans eas & exhortās, imò & adiurās per ea quæ eis chara eſſe nouit & amabilia, ut ſi forte eleuare cœperint charitatem, iacentem quippe in eis, & excitare eā, utpote adhuc dormiētem apud eas, intantū eleuent eam, & intantum ſuſcitent, inquantum uoluerit ſponſus, nec minus aliquid in ea agant q̄ uoluntas ipſius patitur. Hæc eſt enim amātis ſpōſæ perfectio, ut à nullo uelit contra animū & uoluntatem eius fieri quem diligit. Et ut hoc non negligēter aut ſegniter agāt, per uirtutes agri, id eſt per plātaria & uirgulta quæ in agro ſunt, & per uires eius, ſine dubio per ea quæ in eo ſata ſunt, adiurant. Tali ordine, taliq; uerborum compoſitione textus hiſtorici dramatis dirigitur: nūc iam quid arcani intrinſecus contegat, requiramus. Omnis anima præcipue quæ filia eſt Hieruſalem, habet aliquem agrum proprium, qui ei ſecreta quadam per Ieſum meritorum ſorte delatus eſt. Sicut fuit & ille ager Iacob, cuius ſuauitate permotus Iſaac patriarcha, myſticis aiebat eloGen.26 quijs: Ecce odor filij mei ſicut odor agri pleni, cui benedixit dominus. Habet ergo unaquæq; anima (ut diximus) agrū ſuum, ita nanq; & conuerſatio eius, ager eſt eius. In hoc agro anima quæ diligens & ſtudioſa eſt, ſatiſagit & ſtudet plantare bonos ſenſus, & omnes excolere animi uirtutes: nō ſolum autē animi uirtutes, ſed & uires operum, quibus uidelicet impleri poſſunt miniſteria mandatorū. Eſt ergo (ut diximus) unicuiq; animus ſuus ager quem colit & plantat, & ſeminat ſecundū hæc quæ diximus. Eſt autē & om-
1Cor.3 nium ſimul filiarū Hieruſalē unus quidā & cōmunis ager, de quo Paulus ait, dei agricultura eſtis. Quē agrū cōmune exercitiū eccleſiaſticæ fidei & conuerſationis accipiamus, in quo certū eſt uirtutes ineſſe cœleſtes, & uires ſpiritaliū gratiarū. Vna enim quæq; anima quæ nūc filia Hieruſalē hic appellatur, ſciens quod matrem habeat Hieruſalē cœleſtem, cōferat aliquid neceſſe eſt ad agrū hūc excolendū, & cœleſti eū poſſeſſione dignū

cupiat

cupiat effici. In istius ergo agri uirtutibus eleuari charitatem Christi, & excitari ab adolescentulis & initia fidei habētibus protestatur ecclesia, & dicit ad eas: Si leuaueritis & excitaueritis charitatē quoadusq; uelit: hoc est, si iam ad hoc ueneritis, ut incipiatis agi non spiritu timoris, sed adoptionis, & in hoc ꝓfeceritis ita ut perfecta in uobis dilectio foras mittat timorē, & ut eleuetis atq; exaltetis in uobis charitatē & excitetis eam, tamdiu eleuate eam, & tandiu extollite, quādiu ipse uelit filius charitatis, immò ipse qui ex Deo est charitas: ne forte putātes sufficere humanæ charitatis mēsuras, in charitate dei minus aliquid cꝫ deo dignum est, agatis. Mensura enim charitatis hæc sola est, ut tantum quātum ipse uult diligatur: uoluntas autem dei semper eadem est, nec unquā mutatur. Nūquam ergo immutatio aliqua, aut finis ullus in dei charitate recipitur. Notandum sane est, q̄ non dixit si acceperitis charitatē, sed si leuaueritis: quasi quæ est quidem in uobis, sed iacet & nondum erecta est. Et rursum nō dixit, si inueneritis, sed si excitaueritis charitatē: quasi quæ sit intrinsecus quidē, sed iaceat & dormiat in eis, donec inueniat suscitantem. Ipsam credo & Paulus suscitabat tunc adhuc in discipulis dormientem, cū dicebat: Exurge qui dormis, & continges Christum. Vox fraterni mei. Frequēter nos admonere conuenit quod libellus hic in modum dramatis texitur. Præsens enim uersiculus quē proposuimus, tale aliquid indicat: quod cum sponsæ sermo esset ad adolescentulas filias Hierusalem, subito quasi eminus uocē sponsi senserit, quasi cū aliquibus loquētis: interruptoq; sermone quem faciebat ad adolescentulas, sponsa aurē conuerterit ad auditū qui ad eū peruenerat, & dixerit: Vox fraterni mei. Sponsum uerò intellige primo quidē antequā appareret oculis sponsæ, uoce ei sola agnitum: post hæc uerò etiam cōspectibus eius apparuisse super montes quosdam uicinos illi loco in quo sponsa morabat̄ salientē, & magnis quibusdam nō tam passibus cꝫ saltibus colles mōtesq; in modum cerui, uel capreæ transcendentē, & ita ad sponsam suam omni cum properatione uenientem. Vbi uerò ad domum intra quam sponsa cōmorabatur aduenit, stetisse eum paululū intellige post domum ita ut sentiretur quidē adesse, noudnm tamen domū palàm uellet & euidenter intrare, sed prius quasi sub amatoris specie per feneſtras aspicere uelle spōsam. Intellige aūt retia quædam prope domū sponsæ, aut laqueos esse positos, ut si forte ipsa, uel aliqua sodalium eius ex filiabus Hierusalē aliquando exisset, caperetur. Ad ista uerò retia uenisse spōsum certū est: qui cum capi ab eis nō posset, sed fortior eorū effectus, diruperit ipsa retia, diruptisq; eis super ipsa incedēs etiam per ipsa prospexerit: & postquā hoc opus fecerit, dicat ad sponsam. Exurge, ueni proxima mea, sponsa mea, colūba mea: hoc autē dicat ut ipso opere ostendat ei quomodo cū fiducia debeat cōtemnere iam retia quæ ei tetēderat inimicus, nec timeat laqueos quos ab se iam uiderat esse diruptos: & adhuc ut amplius ad se spōsam prouocet festinare, dicat ei: Quia oīe tempus quod iam graue uidebat̄ transiuit, & hyems quæ ei causa exorta uidebatur, absceſſit, pluuiq; inutiles abierunt, & tempus iam floridum uenit, nihil moreris iter aggredi ueniendi ad me. ecce enim & agricolæ, quia ueris iam tēpus arrisit, uineas colūt: uox enim tum & aliarū auium, tum etiam sonora & grata turturis uernantis auditur. Sed & ficus de ueris certa temperie germen suū produxit: uites uerò intantū de tēporis trāquillitate non dubitant, ut flores suos iam audeant odoresq; proferre. Hæc quidem de tranquillitate tēporis indicat sponsæ, ut maiore cum fiducia arripere iter audeat pergēdi ad sponsum. Sed & locū describit ei, in quo uult eam secū requiescere: & dicit uelamento cuiusdā saxi quod muro ipsi, uel loco promurali contiguū sit, opacissimū quendam effici locum: ad quem uenire eam uult, & ablato uelamine ibi eius reuelatā faciem contueri, ut facie ad faciem innotescat spōso suo, & non solum faciem eius reuelatam uideat spōsus & liberam, sed & uocem eius ibi audiat, certus iam quod & facies eius pulchra sit, & uox eius suauis ac delectabilis. Hæc aūt præuenientes cōiunximus, ne ordinem dramatis, & historiæ textū uideremur interrūpere. Sed prævenientes paululū usq; ad illum locum fabulę ordinem prosecuti sumus, ubi ait: Quoniā uox tua suauis, facies tua speciosa. Nunc ergo repetentes uideamus primo quid est quod ait: Vox fraterni mei. Ex uoce sola ab ecclesia sua primo Christus agnoscit̄. Primo enim uocem suā præmisit per prophetas, & cū non uideretur, audiebatur tamē. Audiebatur autem per ea quæ annūciabantur de eo: & tandiu sponsa, id est ecclesia quæ ab initio seculi congregabatur, solam uocē eius audiuit, usq; quo oculis suis eum uideret, &

Eph. 4.
Cant. 2.
Cant. 2.

diceret, ecce hic uenit saliens super mõtes, trãsiliens super colles. Saliebat enim super pphetícos mõtes, & sanctos colles, illos scilícet qui in hoc mundo imaginẽ eius formãq; gesserunt. Sed & si in apostolis eum ponas quasi in mõtibus salientem, & eminentẽ cunctis, & in collibus nihilominus his dũtaxat qui secũdo loco electi ab eo & missi sunt, nõ erit inconueniens. In his enim símilis efficitur capreę, & hinnulo ceruorũ. Capreę, quòd omnẽ uisum uisus eius præcellit. Et ceruo, quòd ad interitũ serpẽtis aduenit. Sed & unaquæq; anima (siqua tamen est quæ uerbi dei amore cõstringitur) siquando in disputatione sermonis est posita, ut nouit omnis qui expertus est, quomodo cum in arctum uenit, & angustijs propositionum quæstionũq; concluditur, siquãdo eam legis ac prophetarũ uel ænigmata uel obscura quæq; dicta concludunt, si forte adesse eum sentiat anima, & eminus sonitum uocis eius accipiat, subleuatur statim: & ubi magis ac magis propinqua re sensibus eius cœperit, & illuminare quæ obscura sunt, tunc eum uidet salientem supra montes & colles, altæ scilicet & excelsæ sensus sibi intelligentiæ suggerentẽ: ita ut meri-
Cant.2 to dicat hæc anima: Ecce hic uenit saliens in montibus, trãsiliens super colles. Hæc autẽ dicimus non immemores quod iam & in superioribus corã positus præsenti collocutus sit sponsæ: sed quoniam (ut sæpe diximus) dramatis speciem libellus hic continet, nũc in præsenti dicuntur aliqua, nunc etiam in absenti: & sic agitur immutatio personarum, ut uterq; ordo cõpetenter dirigi uideatur. Quãuis enim promittat sponsus, & dicat ad spon-
Matt.28 sam suam, qui sunt electi discipuli eius: Quia ecce ego uobiscũ sum omnibus diebus usq; ad consummationẽ seculi: tamẽ iterũ per parabolas dicit, quia paterfamiliãs uocauit seruos suos, & unicuiq; distribuit pecuniam negotiandi gratia, & profectus est. Et iterũ dicit: Quia abijt petere sibi regnum. Et iterum, quasi de absente sponso dicitur: Quia media nocte clamor factus est dicentiũ, quia uenit sponsus. Sic ergo nunc præsens est sponsus, & docet, nunc absens dicitur, & desideratur: & utrũq; uel ecclesiæ, uel animæ studiosæ conueniet. Cum enim pati persecutiones & tribulationes permittitur ecclesia, absens ei uidet. Et rursum cũ in pace proficit, & in fide ac bonis operibus floret, præsens ei esse intelligit. Sed & anima cũ quærit aliquẽ sensum, & agnoscere obscura quæq; & arcana desiderat, donec inuenire non potest, absens ei sine dubio est uerbũ dei. Vbi uerò occurrerit, & apparuerit quod requirit, quis dubitat adesse uerbũ dei, & illuminare mentẽ ac scientiæ lumẽ ei præbere? Et iterum subduci nobis eum atq; iterum adesse sentimus per singula quæ aut aperiuntur, aut claudũtur in sensibus nostris. Et hoc eousq; patimur, donec tales efficiamur, ut nõ solum reuisere nos, sed & manere dignetur apud nos secundũ
Ioan.14 quod interrogatus à quodam discipulo dicente: Domine quid est factũ quod incipis nobis manifestare temetipsum, & nõ huic mundo? respõdit saluator: Si quis diligit me, uerbum meũ custodit, & pater meus diliget eum, & ad ipsum ueniemus, & mansionẽ apud eum faciemus. Si ergo & nos uolumus uidere uerbũ dei atq; animæ sponsum salientem super montes, & exultantẽ super colles, primo audiamus uocem eius: & cũ audierimus eum in omnibus, tunc etiam eum uidere poterimus, secundũ ea quæ in præsenti loco uidisse describitur sponsa. Nam & ipsa quamuis & prius eum uiderit, non eum tamẽ ita uiderat, ut nunc salientem super montes, & exilientem super colles, neq; per fenestras suas procũbentem, neq; per retia prospicientem, sed magis uidetur quod prius hyemis tẽpore eum uiderit. Nũc enim primũ dicit ei: Quia hyems trãsiit. Igitur, ut res indicat, etiam per hyemem sponsæ suæ apparet, id est tribulationum & tentationum tempore. Sed & alia est illa uisitatio, in qua uisitatur paululum, & iterum deseritur, ut probetur ac rursus requiritur, ut caput eius sustentet, & ut tota cõplectatur, ne forte aut in fide titubet, aut corpus eius tentationũ pondere prægrauetur. Et ideo uidet mihi hyems fuisse illud tempus, cum caput suum fidei scilicet summitatem læua sponsi cõtineri poscebat, & dextera eius omne corpus amplecti. Nunc autem ista uisio quæ de mõtibus apparet, & collibus, gratiarũ puto spiritalium altitudines, potẽtiasq; designat. Sed & per fenestras quod prospicere dicitur, sensibus mihi lumen uidet præbere. Et retia quæ dirumpit, & conterit, laqueos indicari diabolicos puto, utpote tentationũ tempore tanquã hyeme iam peracta.
Psal.74 Ostendũtur etiam signa ueris, & æstatis, sicut in Psalmis dictum est: Æstatem & uer, tu fecisti ea. Inde denicq; & flores profectuũ protulit ecclesia, tentationibus superatis, & putationis dispẽsatione transacta, sicut in suis locis cũ ad hæc differenda uentũ fuerit ostendetur

detur, Ecce hic uenit saliens super mõtes, transiliens super colles. Historicũ ordinẽ iam prosecuti sumus: nunc autem quomodo Christus ad ecclesiam ueniens saliat super montes, & exiliat super colles, uidendum est. Exiliẽs enim magis quàm transiliens propositi sermonis proprietas habet. Isaac enim ambulans & progrediẽs maior fiebat, usq; quo fieret magnus ualde. Paulus autem non iam ambulando profecit, sed currendo, cum dicit: Cursum cõsummaui. Saluator autem noster & ecclesiæ sponsus, neq; ambulare, neq; currere, sed super hæc salire dicitur, & exilire. Si enim cõsideres quomodo parui tẽporis spatio occupatum falsis superstitionibus mundũ sermo dei percurrit, & ad agnitionem ueræ fidei reuocauit, intelliges quomodo saliat super mõtes, magna uidelicet quæq; regna saltibus suis superans, & ad recipiendã cognitionẽ diuinæ religionis inclinãs: & exiliat super colles cũ etiam minora regna uelociter subiugat atq; ad pietatẽ ueri cultus adducit: & sic de loco ad locum, de regno ad regnũ, de prouincijs ad prouincias prædicationis illustratione trãsiliens per eum qui dicebat: Quia ab Hierusalem in circuitu usq; ad Illyricũ repleuit Euangelium dei, intelliges quomodo super montes saliens ueniat, & exiliẽs super colles. Sed & alio modo potest intelligi, sicut suprà iam diximus. Quoniãquidem Moyses de ipso scripsit, & prophetæ nihilominus de ipso annũciauerunt. Sed & hæc annunciatio in lectione ueteris testamenti uelamen habet superpositũ: ubi uerò sponsæ, ecclesiæ scilicet ad eum conuersæ, ablatum est uelamen, subito uidet eũ in istis mõtibus, legis duntaxat uoluminibus salientẽ, & in collibus scripturæ propheticæ pro euidẽti manifestatione nõ tam apparentẽ q̃ exilientẽ. uerbi gratia, quasi si reuoluẽs singulas prophetícæ lectionis paginas inueniat de ipsis exilientẽ Christũ, & per loca singula lectionũ ablato nunc demũ quo prius tegebatur uelamine, ebullire eũ cernat, & emergere atq; euidẽti iam manifestatione proiũpere. Ob hoc credo & ipse Iesus cũ ad transformãdum se uenit, nõ in aliqua planicie, aut cõualle fuit, sed montẽ cõscendit, ubi & trãsformatus est: ut scias eũ semper in mõtibus, aut in collibus apparere, & ut te doceat ne usquã eum nisi in legis & prophetarũ mõtibus quæras. Quod autẽ sancti quiq; mõtes appellant, in multis scripturæ locis inuenies indicari, sicut ait in Psalmis: Fundamẽta eius in montib. sanctis. Et iterũ: Leuaui oculos meos in mõtes, unde ueniet auxiliũ mihi. Auxiliũ nanq; in tribulationibus, ex scripturarũ diuinarũ sensibus capimus. Possumus adhuc & mõtes in quibus salire uerbũ dei dicitur, & quasi liberius efferri, nouũ accipere testamentũ. Colles uerò de quibus quasi diu cõpressus & occultatus exilijt, ueteris testamenti sentire uolumina. Sed & apud Hieremiam uenatores & piscatores qui mittũtur capere homines ad salutem, in mõtibus & collibus eos capere dicuntur: Sic enim ait: Ecce mitto multos piscatores, & multos uenatores, & capient eos super omnem montẽ, & super omnẽ collem. Quod ego magis ad futurũ tempus in consummatione seculi implendum puto, ut cum missi fuerint angeli secundũ Euãgelicam parabolam messis tẽpore, ut separẽt frumenta à zizanijs, qui excelsioris uitæ & eminẽtioris fuerit cõuersationis, iste in montibus inueniatur, aut in collibus. Non inueniet in humilibus & deiectis locis, ne ibi mixtus uideatur esse zizanijs: sed in excelsioribus sensibus, & in eminẽtia fidei positus, saliẽti in montibus uerbo dei, & exilienti in collibus semper adhærẽs. Quod per aliã nihilominus parabolam, sub eodẽ tamen intellectu, dicitur in Euãgelio: Si quis in tecto est, non descendat tollere aliquid de domo. Potest adhuc & aliũ nobis sensum prædiues iste præsentis uersiculi sermo suggerere. Possibile nanq; est omnẽ qui plena fide credit in deũ, uel mõtem, uel collem appellari, pro qualitate scilicet uitæ & magnitudine intelligẽtiæ: etiamsi fuerit aliquando uallis, proficiente in eo Iesu ætate, & sapientia, & gratia, omnis uallis implebitur. Superbi autem quiq;, & elati ut montes & colles, humiliabunt: quoniam qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. De ipsis enim dicitur: Qui cõfidunt in domino sicut mõs Sion. & de Hierusalem dicit: Montes in circuitu eius. Vnde puto q̃ merito etiã saluator noster, quoniã & ipse dicitur lapis de mõte excisus sine manibus, & factus esse mons magnus, sicut rex regum, & pontificũ pontifex, potest etiam mons montium appellari. Verum ut etiam tertia expositio habeat locum, ad unamquanq; animam sermo dirigatur. Si qui sint capaciores uerbi dei, qui ab Iesu aquam sibi datam biberunt, & facta est in eis fons aquæ uiuæ salientis in uitam æternam, in his scilicet in quibus uerbum dei crebris sensibus & copiosis, uelut perennibus ebullit fluentis: in his uitæ ac

Rom. 15

2 Tim. 4

Matt. 17

Psal. 86

Psal. 120

Hier. 16

Matt. 13

Luc. 2

Psal. 125

scientiæ

scientiæ & doctrinæ merito mõtibus & collibus effectis, dignissime salire uerbũ dei dicitur & exilire, factus in eis per affluentiã doctrinæ fons aquæ uiuæ saliẽtis in uitam æternam. Similis est fraternus meus capreæ, hinnuloq; ceruorũ in montibus Bethel. Caprea uel ceruus quod inter munda habeantur animalia, manifeste ex his quæ in Deuteronomio
Deut. 14 scripta sunt indicat. est enim hoc modo scriptũ: Hæc enim sunt animalia quæ mãducabitis, uitulũ, & agnum ex pecoribus, & hircũ ex capris, ceruũ, & capream, & bubalum, & tragelaphũ, & ibicem, camelum, & pardum: Sed & quod sanctus ceruo cõparatur, in
Psal. 42 multis scripturæ diuinæ locis habet, ut in psalmo, ubi dicit: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus. Verũtamen in sermonibus quos ex Deuteronomio assumpsimus, etiã hoc nõ negligenter considerandum uidetur, q̃ dignum in animalibus mũdis enumerandis ordinẽ tenuerit, ut primo uitulũ, secundo agnum, tertio hircũ scriberet. In his uerò quæ secundũ eundem Moysen nõ offerũtur ad altare, primo ceruũ, secundo capream nominat: & ita post hæc reliqua per ordinẽ describit animãtia. Quorũ ratio his quibus abundantior gratia spiritalis in dono scientiæ cõcessa est, per spiritum sanctũ manifesta & euidens fiet. Nobis interim quoniã de ceruo & caprea dicere nunc in expositione præsentis uersiculi incumbit, cõueniens uidet ex scripturis diuinis congregare pro uiribus, quæ de his animalibus referunt, de quibus idem Moyses cũ de carnibus loqueret quæ in omni desiderio animæ comederent nõ oblatæ ad altare: sicut caprea, inquit, & ceruus. Egregiũ uerò quid xxviij psalmus, ubi de uirtutibus & efficaPsal. 28 cia uocis dei per ordinem scribit, de ceruo hoc modo dicit: Vox dñi perficientis ceruos, id est perfectos faciẽtis ceruos, & reuelabit cõdensa. Sicut enim uox domini intercidere dicitur flammam ignis, & cõcutere desertũ, ita perficere ceruos ac reuelare cõdensa memoratur. Sed & in Iob de ceruo ita inuenimus referri, ubi dominus ad Iob per turbinem
Iob. 39 loquens & nubem ait: Aut ergo obseruasti partus ceruorũ, aut numerasti menses eorum plenos ad partũ, dolores autem eorum soluisti, aut nutristi eorũ natos, aut sine doloribus partus eorũ emittes? Abrumpent filij eorum, & multiplicabunt in natiuitate: exibunt, et non reuertent. His adiungẽda sunt etiam illa quę in Prouerbijs legimus hoc modo: Ceruus amicitiarũ, & pullus gratiarũ loquitur tibi. Hæc interim ad præsens de ceruo nobis scripta occurrere potuerunt. Quæ ob hoc assumpsimus, ut loquamur nõ in doctrina humanæ sapientiæ, sed in doctrina spiritus, spiritalia spiritalibus cõparante. Et ideo inuocemus deum patrem uerbi, quod nobis uerbi sui manifestet arcana, sensumq; nostrũ remoueat à doctrina humanæ sapiẽtiæ, & exaltet atq; eleuet ad doctrinã spiritus, ut nõ ea quæ sentit carnalis auditus, sed ea quę cõtinet uoluntas spiritus sancti loquamur. Paulus apo
Rom. 1 stolus nos docet quod inuisibilia dei ex uisibilibus intelligantur, & ea quę nõ uidentur, ex eorum quæ uident ratione & similitudine cõtemplentur: ostendens per hoc quod uisibilis hic mundus de inuisibili doceat, & exẽplaria quædam cœlestiũ contineat positio ista terrena: ut ab his quæ deorsum, ad ea quæ sursum sunt possimus ascẽdere: atq; ex his quæ uidemus in terris, sentire & intelligere ea quæ habentur in cœlis. Ad quorum similitudinẽ quandam, quo facilius colligi per hæc ac sentiri possent diuersitates, creaturarũ quæ in terris sunt similitudinem conditor dedit. Et fortassis sicut hominem deus ad imaginem & similitudinẽ suam fecit, ita etiam cęteras creaturas ad alias quasdã cœlestes imagines per similitudinem cõdidit: & fortasse intãtum singula quæq; quæ in terris sunt, habent aliquid imaginis & similitudinis in cœlestibus, ut etiam granum sinapis quod minimum est in omnibus seminibus, habeat aliquid imaginis & similitudinis in cœlis: & hoc quod talis ei quædam cõposita est alternatio naturæ, ut cum minimum sit omnium semi num, maius fiat omnibus oleribus, ita ut possint uenire aues cœli, & habitare in ramis eius: similitudinẽ ferat nõ solum alicuius cœlestis imaginis, sed & ipsius regni cœlorũ. Sic ergo possibile est etiã cætera semina quæ in terris sunt, ut habeant aliquid in cœlestibus similitudinis, & rationis. Quod si semina, sine dubio & uirgulta: & si uirgulta, sine dubio & animãtia, uel alitum, uel repentiũ, & quadrupedum. Sed & illud adhuc potest intelligi, quod sicut granum sinapis non unam similitudinẽ tenet regni cœlorũ, & habitationis scilicet auiũ in ramis suis: sed habet & aliam similitudinẽ uel imaginẽ, perfectionis scilicet fidei, ita ut si quis habeat fidẽ sicut granum sinapis, dicat mõti transferri se, & transferet: ita possibile est ut etiã cætera non in uno aliquo, sed in pluribus speciem & imagi-

nem

nem cœlestium ferãt. Et cum plures sint (uerbi gratia) in grano sinapis uirtutes quæ rerũ cœlestium imagines teneant, ultimus & extremus eius usus est iste, qui habetur apud homines in ministerio corporali. Ita etiã in reliquis, uel seminibus, uel uirgultis, uel herbarum radicibus, uel etiam in animãtibus intelligi potest: ut usum quidem & ministeriũ hominibus præbeant corporale, habeant autẽ incorporalium rerũ formas & imagines, quibus doceri anima possit, & instrui ad cõtemplanda etiam ea quæ sunt inuisibilia & cœlestia. Et hoc fortassis est quod ille scriptor diuinæ sapientiæ dicit: Ipse enim mihi dedit eorum quæ sunt scientiam ueram, ut sciam substantiam mundi, & uirtutes elementorũ, initium, & finem, & medietatem temporũ, uicissitudinum permutationes, & cõuersiones temporũ, anni circulos, & stellarum positiones, naturas animaliũ, & iras bestiarum spiritum uiolentias, & cogitationes hominum, differẽtias uirgultorũ, & uirtutes radicum: sed & quæcũq; occulta & manifesta sunt cognoui. Vide ergo si possimus ex his scripturæ sermonibus, ea quæ discutere proposuimus, lucidius euidẽtiusq; colligere. Etem̃ scriptor iste sapientiæ diuinæ cũ singula quæq; enumerasset, ad ultimum dixit, quia occultorum, & manifestorũ acceperit scientiam: ostendens sine dubio quod unumquodq; eorũ quæ in manifesto sunt, referatur ad aliquid eorũ quæ in occulto sunt: id est singula quęq; uisibilia habere aliquid similitudinis & rationis ad inuisibilia. Quia ergo impossibile est homini in carne uiuẽti agnoscere aliquid de occultis & inuisibilibus, nisi imaginẽ aliquã & similitudinẽ cõceperit de uisibilibus: ob hoc arbitror, quod ille q̃ omnia in sapiẽtia fecit, ita creauit unamquanq; uisibiliũ speciẽ in terris, ut in his doctrinã quandã & agnitionem rerũ inuisibiliũ & cœlestiũ poneret: quo per hæc ascẽderet mens humana ad spiritalem intelligentiã, & rerũ causas in cœlestibus quęreret, ut posset edocta per sapientiã dei etiã ipsa dicere: Quæ in occulto sunt, & quæ in manifesto cognoui. Secundũ hæc quoq; agnoscit & substantiã mundi, nõ solum hãc uisibilẽ corporeamq;, quę palàm est, sed & illam incorpoream inuisibilẽq;, quæ in occulto est. Agnoscit etiã elemẽta mundi. nõ solũ uisibilia, sed inuisibilia, & utrorũq; uirtutes. Sed & initium quod dicit, & finẽ, & medietatem temporũ, initiũ ait uisibilis quidẽ mundi, quod ante sex milia nõ integros annos initiũ designat Moyses: medietatẽ quoq; secundũ temporũ rationẽ, finemq; illum qui speratur cũ cœlum & terra transibũt. Secundum occultorũ uerò sciẽtiam, initiũ illud quod intelligit is quẽ sapientia dei docuerit, quod nulla possunt tẽpora, nulla secula cõprehendere. Medietatẽ uerò hæc quæ nũc sunt: Finem uerò ea quæ futura sunt, id est, perfectionem cõsummationẽq; uniuersitatis. quæ tamẽ ex his uisibilibus conĵci possunt, & intelligi. Sed & uicissitudinũ permutationes, & temporũ conuersiones, & anni circulos, ex his quę uidentur refert ad inuisibiles rerũ incorporaliũ permutationes ac uicissitudines. Circulos quoq; annorũ temporalium, & præsentiũ refert ad antiquiores aliquos ac sempiternos annos, secundũ eum qui dicebat: Et annos æternos in mente habui. Sed & stellarum positiones non dubitauit ab his quæ palàm uidẽtur referre ad illa quæ in occultis sunt, qui occultorũ manifestorumq; scientiam meruit: & dicit esse aliquod sanctorũ genus quod de Abrahę pręcipue stirpe descẽdit, sicut stellas cœli. Sed & resurrectionis futuræ gloriã stellas esse secundum occultorũ scientiam pronunciauit, sequens eum qui dixit: Alia gloria solis, & alia stellarũ. Stella enim à stella differt in gloria, ita & resurrectio mortuorum. Nisi secundum hæc intelligeretur illud quod ait, naturas animaliũ, irasq; bestiarum, nunquam dixisset in Euãgelijs saluator: Dicite uulpi huic. neq; Ioannes de quibusdam dixisset: Serpentes generatio uiperarum. sed neq; propheta diceret de nõnullis quod equi admissarij facti sunt. Et item alius: Homo cũ in honore esset nõ intellexit, cõparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Sed & ille diligenter agnouit iras bestiarũ qui dicebat: Furor illis secundũ similitudinem serpentis, sicut aspidis surdę, & obturantis aures suas. Hæc erit ratio etiam de eo quod ait, spirituum uiolentias: uisibiliter quidem de uentis, & flatibus aeris, inuisibiliter uerò de uiolentijs immundorũ spirituum loquẽs, quos & Paulus uẽtos doctrinæ nominauit. Post hæc iam sequitur ut & cogitationes hominũ sciat corporaliter quidem quæ de humano corde procedũt, inuisibiliter autem intelligat eos, qui inĵciunt hominibus malas & pessimas cogitationes, sicut in Euãgelio scriptũ est. Cum diabolus misisset in cor Iudæ Ischariotis ut traderet dominum. Et ut in Prouerbijs dicit: Si spiritus potestatẽ habẽtis ascẽderit super te, locũ tuum

1 Cor. 15
Luc. 13
Matt. 3
Psal. 49
Eph. 4
Ioan. 13
Eccl. 10

ne

ne derelinquas, quia sanitas cõpescit peccata magna. Sed & bonarum cogitationum est
Psal.84 aliquis auctor: propter quod & in Psalmis puto scriptũ esse: Beatus homo cuius est auxi
76 lium abs te domine, ascensiones in corde suo disposuit. Et iterũ: Cogitatio hominis cõfitebitur tibi, & reliquiæ cogitationum diem festum agent tibi. Ita igitur cuncta secũdum ea quæ præfati sumus ex uisibilibus referri possunt ad inuisibilia, & à corporalibus ad incorporea, & à manifestis ad occulta, ut ipsa creatura mundi tali quadã dispensatione condita intelligat̃ per diuinam sapientiã, quæ rebus ipsis & exẽplis inuisibilia nos de uisibilibus doceat, & à terrenis nos transferat ad cœlestia. Hæ autẽ rationes non solum in creaturis omnibus habent̃, sed & scriptura diuina tali quadam sapientiæ arte conscripta est. Propter quædam nanq; occulta, & mystica uisibiliter populus educitur de Ægypto ista terrena, & iter agit per desertum, ubi serpens erat mordens, & scorpius, & sitis, ubi non erant aquæ, & cætera quæ in his gesta referuntur. Quæ omnia (ut diximus) occultorum quorundam formas & imagines tenẽt. Et hoc non in scripturis tantũ ueterum, sed & in gestis domini, & saluatoris nostri, quæ in Euãgelijs referunt̃, inuenies. Igitur si oĩa quę in manifesto sunt, secundũ ea quæ superius approbauimus, ad aliqua referũtur quæ in oc
Cant.2 culto sunt, cõsequens sine dubio est ut ceruus iste uisibilis, uel caprea quæ in Cãtico canticorum scribitur, secundũ rationẽ naturæ suæ quam corporaliter gerunt, referantur ad aliquas rerum incorporalium causas, ut illis occultis & inuisibilibus ceruis uideat̃ posse
Psal.28 cõuenire quod dictũ est: Vox domini perficientis ceruos. Quæ enim perfectio ex uoce domini fit istis uisibilibus ceruis? Aut quæ ad eos doctrina unquã ex domini uoce descẽdit? Si uerò spiritales ceruos quæramus, quorũ formã & imaginẽ tenet illud animal corporale, illos inuenias ad summã perfectionis ex uoce domini posse perduci. Sed & quorũ ceruorũ dominũ seruare decuerit partus, & uelut medẽdi officia præbentẽ parturiẽtibus astare cõuenerit, donec parerent filios tales, qui aduersarent̃, & persequerent̃ serpẽtium genus, ut dignũ est diuina maiestate, debemus aduertere qualium ceruorũ domini decet seruare partus, ne in aborsum decidãt: sed & menses eorũ numerare plenos ad partum, eorũq; labores & dolores custodire, ut generationes eorum nõ cadant in uanũ, sed ut perfecta sit eorũ natiuitas, & tãdiu parturiant donec formetur Christus in eis. Huiusmodi ceruorum pullos dominus nutrit, eorum duntaxat qui iactãt in domino cogitationem suam, ut ipse eos nutriat, & ipse seruet dolores partus eorum, cum ex timore dei & in uentre conceperint, & parturierint, & spiritum salutis pepererint. Huiusmodi partus dolores ipse dominus seruat, & curat. Sed & emittit dolores eorũ, ut euntes eant, & fleãt portantes semina sua, & sint in doloribus hominum ac flagellentur cum hominibus, ne forte teneat eos superbia. Isti quoq; ipsi cerui abrũpunt (ut ait) natos suos. Quos enim genuerint per Euangeliũ, abrumpũt eos à uinculis peccatorũ: & à laqueis diaboli, ne ultra uoluntati eorum teneantur obstricti. Isti etiam multiplicabuntur, & (ut ait) nõ reuerten
Gen.19 tur. Non enim imitabuntur uxorem Loth, nõ redibunt retrorsum. Sciunt enim quia qui
Luc.9 mittit manũ suam ad aratrũ, si retrospexerit aptus nõ erit regno cœlorũ: sed semper quæ retro sunt obliuiscunt̃, & in ea quæ ante se sunt se extendunt. Tales enim ceruos uox domini facit esse perfectos. Quæ uox domini, nisi illa quæ in lege & in prophetis habet̃, & peruenit usq; ad Ioannẽ, qui erat uox clamãtis in deserto? Et ipsa enim uox Ioãnis, qui di
Esa.40 cebat: Parate uiã domini, rectas facite semitas dei nostri, perfectos faciebat ceruos, ut essent perfecti in eodẽ sensu, & in eadem scientia. Qui enim talis est, merito dicit: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarũ, ita desiderat anima mea ad te deus. Ceruus quoq; amici-
Gen.3 tiarũ quis alius uidebit̃ nisi ille qui peremit serpentẽ illũ qui seduxerat Euam, & eloquij sui flatibus peccati in eam uenena diffundens, omnẽ posteritatis sobolẽ contagio preuaricationis infecerat: & uenerat soluere inimicitias in carne sua, quas inter deũ & hominẽ noxius mediator effecerat? Pullus uerò gratiarum potest accipi spiritus sanctus, à quo sitientes, & desiderãtes deum spiritales gratias, & dona cœlestia cõsequunt̃. Hæc aũt omnia à nobis dicta sunt, ut manifestior fieret causa, qua sponsa cõparare uidetur fraternum suum hinnulo ceruorum. Quod si etiã hoc requirẽdum est, cur non ceruo (ut in alijs) sed hinnulo ceruorũ cõparatur, illud aduerte, quod cũ in forma dei esset, filius datus est nobis, & puer natus est nobis, cuius potestas super humerũ eius. Ideo ergo hinnulus ceruorum, quia paruulus puer natus est. Et forte possunt cerui accipi sancti quiq;, ut Abrahã,

Isaac

Isaac, & Iacob, & Dauid, & Solomon, & omnes ex quorũ semine Christus secundũ carnem descẽdit. Quos ceruos uox domini perfectos facit, & ipsorũ est hinnulus iste, q ex ipsis secundũ carnem natus est puer. Mouet me etiam illud quod in ciĩ psalmo scriptum est, ubi ait: Montes excelsi ceruis. Et quidem de ceruis iam superius diximus quod sancti quiq; accipiunt̃, qui ob hoc in hunc mũdum uenerunt, ut serpentis uenena perimerent. Qui autẽ sint montes excelsi uideamus, quasi qui solis ceruis sequestrati uidentur, & ad quos nisi ceruus sit aliquis non possit ascendere. Ego puto quod personas trinitatis mõtes excelsos appellauerit, ad cuius capacitatẽ nullus nisi ceruus efficiat̃, ascẽdit. Sed ĩdẽ ipsi qui hic mõtes excelsi pluraliter appellant̃, in alĩs mons excelsus singulariter dicitur: sicut Esaias ait: In montẽ excelsum conscende qui Euangelizas Sion. Exalta in fortitudine uocem tuam, qui Euangelizas Hierusalẽ. Idem nãq; ipse qui ibi trinitas propter distinctionẽ personarũ, hic unus deus intelligitur pro unitate substantiæ. Satis sint ista de hinnulo ceruorũ. Nunc uideamus quomodo etiam capreæ uel damulæ comparetur fraternus. Hoc animal quantum ad græca uocabula, nomen à uidẽdo atq; clarius prospiciẽdo sortitum est. Et quis est qui ita uideat ut uidet Christus? Solus nãq; est qui uidet, id est agnoscit patrem. Nam etsi dicant̃ hi qui mundo sunt corde deum uisuri, uidebũt ipso sine dubio reuelante: quia & caprea habet in natura sua, ut nõ solum uideat ipsa & perspiciat acerrime, sed & alĩs uisum præbeat. Asserunt nãq; hi quibus medicinæ peritia est, inesse huic animali intra uiscera humorẽ quendam qui caliginem depellat oculorũ, & obtusiores quoscq; uisus exacuat. Merito ergo capreæ uel damulæ Christus cõparatur, quia non solum uidet ipse patrẽ, sed & uideri ab alĩs facit, quorũ uisus ipse curauerit. Obserua aũt ne audiẽs patrem uideri corporeum aliquid sentias, & deum uisibilem putes. Visus quo deus uidetur, nõ est corporis, sed mentis, & spiritus. Quod etiam ipse Saluator in Euãgelio uocabulo proprio distinguẽs dixit: Nemo uidet patrem nisi filius. Deniq; & ĩs quos facit Deum uidere, dat spiritum sciẽtiæ, & spiritum sapientiæ, ut per ipsum spiritũ uideãt deum. Et ideo dicebat ad discipulos: Quia qui me uidet, uidet & patrem. Et utiq; non ita inepti erimus, ut putemus quod qui secũdum corpus eum uidit, uiderit etiam patrẽ: alio qui inueniuntur & scribæ, & pharisæi, & hypocritæ, & Pilatus qui eum flagellis cecidit, & omnis populus qui clamabat: Crucifige crucifige eum, uidẽtes Iesum secundũ carnẽ, etiam deum patrẽ uidisse. Quod utiq; nõ solum absurdũ uidetur esse, sed & impium. Sicut enim cũ turbæ eum comprimerent eũtem cum discipulis, nullus eorũ qui premebãt & coarctabãt eum tetigisse dicitur eũ, nisi illa sola quę profluuiũ sanguinis passa uenit & tetigit fimbriam uestimẽti eius, & ipsi soli testimoniũ perhibet dicẽs: Quia tetigit me aliquis, ego enim sensi uirtutem de me exisse: ita & cum plures essent qui eum uidebãt, nullus eum uidisse dicit̃, nisi qui agnouit quod uerbũ dei, & filius dei est: in quo utiq; simul agnosci & uideri dicitur pater. Sed & hoc nos non prætereat, quod prius capreæ, & nũc hinnullo ceruorũ comparatur, cũ utiq; maius animal ceruus quàm caprea uideatur. Sed animaduerte ne illa potius in his habenda sit ratio: quia cũ dupliciter cõstet salus credentium, per agnitionem fidei & operũ perfectionẽ, ratio fidei quæ pro intuitu & inspectione cõtemplationis capreæ (ut diximus) comparatur, primus habeatur salutis gradus: secundo uerò in loco operũ perfectio quæ cerui formam tenet uincentis & perimentis uenena serpentiũ, id est artes diabolicas, memoretur. Si ergo sponsa similẽ dicit esse fraternum suum capreę, uel hinnulo ceruorũ in mõtibus Bethel, Bethel uerò domus dei interpretatur, mõtes ergo qui in domo dei sunt, possunt legis & prophetarũ, sed & euãgelica & apostolica accipi uolumina, in quibus & fides dei perficitur & contemplatur, & operum perfectio dicitur & adimplet̃. Ecce hic stetit post parietẽ nostrũ incũbẽs super fenestras, prospiciens per retia. Respõdet fraternus meus, & dicit mihi. Cũ considero difficultates inuestigandi sensus in his qui propositi sunt scripturæ sermonibus, simile me aliqd pati uideor huic, qui ad inuestigandũ uenationẽ odoratibus sagacis canis, pcedit: ubi interdum moris est, ut cũ uestigĩs intentus proximũ se uenator latentibus effectũ putauerit esse cubilibus, subito uestigiorũ deseratur indiciis, & rursum fixius impressis odoratibus easdẽ quas explicauerat retrorsum redeat uias, donec inueniat locũ in quo se altius excutiẽs uenatio latenter ad aliã transtulit uiã: quã cum uenator inuenerit, alacrior insequitur spe prædæ certior, & uestigĩ firmitate securior. Ita ergo & nos ubi se propositæ

explanationis quodãmodo ſubtraxere ueſtigia, paululum emẽſa repentes, & planiorem quam dudum uidebaſ expoſitionis ordinẽ perſequẽtes, ſperamus quod dominus deus noſter tradat in manus noſtras uenationẽ, quã præparantes, & ſecundũ ſcientiam matris Rachel rationabilis uerbi ſalib. cõdientes, benedictiones mereamur conſequi à ſpirituali patre Iacob. Propter quod neceſſariũ uidetur (ut diximus) breuiter dicta repetere, explanationẽq; priorẽ retexere, ut qui ſit lucidior ſenſus aperiatur. Intelligi ergo mihi uidetur exinitio propoſiti dramatis ſpõſam foris ſtare in biuio, & ob amorẽ ſponſi hinc atq; inde proſpicere ſi forte ueniat, ſi forte appareat, nec uiã ingredi uelle aliquã dũ ignorat unde magis ueniat, nec domi, ſed foris ſtare, & deſiderio eius agitari ac dicere: Oſculeť me oſculo oris ſui. ubi aũt uenit ſponſus, dicat: Bona ſunt ubera tua ſuper uinũ, & reliqua, uſq; ad eum locũ ubi ait: Poſt te curremus. Poſt hæc dilecta iam & uicẽ charitatis ab ipſo ſpõſo recipiens, introducatur in cubiculũ eius, & dicat: Introduxit me rex in cubiculũ ſuum. Sed & cætera quæ poſtea ſunt ſcripta, intus poſita loquať ad ſponſum præſentibus & aſſiſtentibus ſpõſæ quidem adoleſcẽtulis, ſponſi uerò ſodalibus. Veruntamen intelligatur ſponſus utpote uir, nõ ſemper in domo, neq; ſemper aſſidere ſpõſæ intra domum poſitę: ſed exeat frequenter, & illa eum quaſi amore eius ſollicita requirat abſentẽ: ſed & ipſe interdum redeat ad eam. Propter quod & uideatur per totũ libellum aliquando quidẽ uelut abſens requiri ſponſus, aliquando ſicut præſens loqui cum ſponſa. Ipſa autem ſponſa cum multa & magnifica in ſponſi cubiculo peruidiſſet, petit ſe etiam in domũ uini intro duci. Quo cũ ingreſſa perſpexiſſet quod ſpõſus utpote uir nõ reſederit in domo, ipſa rurſus amore eius exagitata, exierit foras, & circumiens peragret circa domũ nõ ingrediẽs, & ex omni parte proſpiciat quando ad eam redeat ſpõſus: & ecce ſubito uideat eum uicinorũ montiũ iuga immenſis ſaltibus ſuperantẽ deſcendere ad domũ in qua amore eius ſollicita æſtuat ſponſa. Perueniens uerò ſponſus ad parietem domus, ſtet paululum poſt ipſum, cõſiderans (ut fieri ſolet) aliquid, & animo retractans. Iam uerò etiam ipſe ſentiẽs aliquid amoris erga ſponſam, uſus altitudine ſua, quæ attingit uſque ad domus feneſtras, quæ feneſtræ habeant aliquam partem operis (ut aiunt) reticulati. Et tum incumbat quidem per feneſtras, eminẽtior autem ſic ſit feneſtris, attingatq; uſq; ad ſuperiora earũ quæ reticulato (ut diximus) opere diſtinctæ ſunt, indeq; proſpiciens alloquatur ſpõſam, & dicat ei. Exurge, ueni proxima mea, formoſa mea, columba mea, & reliqua. Hæc ſunt quæ, ut ſuperius deſignauimus, difficultatem plurimã dirigendi ordinis, & aperiẽdę intelligẽtiæ habere nobis uiſa ſunt. Quæ ut puto euidentiora fecerit repetita hæc nũc indago ſermonum. Spiritalis autem in his expoſitio non ita laborioſa ac difficilis habetur. Sponſa enim uerbi anima, quę in domo regali (hoc eſt in eccleſia) conſiſtit, docetur à uerbo dei, qui eſt ſpõſus ſuus, quæcunq; repoſita ſunt & recondita intra aulam regiam, & cubiculum regis: diſcit in hac domo, quæ eſt eccleſia dei uiui, cellas etiã uini illius quod de ſanctis torcularibus congregatũ eſt: cellas uini non ſolum noui, ſed & ueteris ac ſuauis, quæ eſt doctrina legis & prophetarũ: in quibus ſufficienter exercitata recipiat in ſe ipſum qui erat in principio apud deum deus uerbũ, ſed non ſemper ſecum permanẽtem: non enim poſſibile eſt hoc humanæ naturæ: ſed interdũ quidem uiſitetur ab eo, interdum uerò relinquatur, ut amplius deſideret eum. Cum uerò uiſitatur à uerbo dei ſecũdum propoſiti uerſiculi ſenſum, per montes ſaliens uenire dicit ad eam: excelſos ſcilicet & eleuatos reuelans ei cœleſtis ſciẽtiæ ſenſus, ita ut perueniat uſq; ad ædificationẽ eccleſiæ, quæ eſt domus dei uiui, columna, & firmamentũ ueritatis, & ſtet iuxta parietem, uel poſt parietem, ut neq; penitus abſcondatur, neq; omnino in promptu ſit. Verbũ enim dei, & ſermo ſcientiæ nõ in publico & palàm poſitus, neq; conculcandus pedibus apparet: ſed cum quæ ſitus fuerit inuenitur, & inuenitur nõ (ut diximus) in propatulo poſitus, ſed obtectus, & quaſi poſt parietem latens. Anima aũt quæ in eccleſia eſſe dicitur, nõ intra ædificia parietum collocata intelligitur, ſed intra munimenta fidei & ædificia ſapientiæ poſita, celſisq; faſtigijs charitatis obtecta. Propoſitũ ergo bonum, & fides rectorũ dogmatũ animã eſſe in domo eccleſiæ facit: cuius domus membra quædã ſunt, quæ uel cubiculũ, uel domus uini, uel alia huiuſmodi pro gratiarũ ſcilicet gradibus, & donorũ ſpiritaliũ diuerſitatibus appellantur. Sic ergo & paries nunc pars quædam domus huius eſt, quæ poteſt indicare dogmatũ firmitatẽ: ſub qua ſtare dicitur ſpõſus, & in quibus tam magnus & excelſus eſt,

Can. 1

Can. 2

ut emineat omne ædificiũ,& prospiciat sponsam,id est animam:& nondũ quidem apertum se ei,totũq; manifestet,sed quasi per retia prospiciẽs hortetur eam, & prouocet non sedere intrinsecus segnẽ, sed exire ad se foras:& conari ut non iam per fenestras & retia, neq; per speculũ in ænigmate,sed procedens foras facie ad faciem uideat eũ.Nunc enim quia nondũ potest ita eũ intueri,propterea nõ ante,sed retro ei & post parietẽ stet. Incũbit autẽ per fenestras,quæ sine dubio patebant ad recipiendũ lumen ad illuminãdam domum.Per has ergo sermo dei incũbens,& prospiciẽs prouocat exurgere, & ad se uenire animã.Possumus autẽ sensus corporeos fenestras intelligere,per quas aut mors,aut uita intrat ad animam.sic enim designat Hieremias propheta cũ de peccatoribus loquit̃, dicens:Ascẽdit mors per fenestras uestras. Quomodo ascẽdit mors per fenestras? Si oculi peccatoris uideant mulierẽ,& mœchentur eam in corde suo, sic mors ingressa est ad animam per fenestras oculorũ.Sed & cum recipit quis auditũ uanũ, & præcipue falsæ scientiæ dogmatũ peruersorũ,tunc per auriũ fenestras mors intrat ad animam. Si uerò anima intuẽs ornamentũ mundi, & ex pulchritudine creaturarũ conditorem omniũ intelligat deũ,& opera eius miretur,laudetq; operũ creatorẽ,ad animam hanc uita ingredit̃ per fenestras oculorũ.Sed & cum auditũ inclinat ad uerbũ dei,& rationibus sapientiæ ac scientiæ eius delectat̃,huic per auriũ fenestras ad animam sapientiæ lumẽ ingreditur. Per has ergo fenestras prospiciens uerbũ dei,& prospectũ suum ad spõsam animã dirigens,assurgere hortatur eam,& uenire ad se, id est corporea & uisibilia relinquere, & ad incorporea & inuisibilia ac spiritalia properare. Quoniã quæ uident̃ temporalia sunt, quæ autẽ nõ uident̃ æterna sunt.Sic & spiritus dei circũire dicitur,& quærere dignas animas,quæ apte,rectẽq; fieri possint ad habitaculũ sapientiæ.Quod autẽ per retia fenestrarũ prospicere dicit̃,illud sine dubio indicat,quod donec in domo huius corporis posita sit anima, nõ potest nudam & apertam dei sapientiã capere,sed per exẽpla quædam,& indicia atq; imagines rerum uisibiliũ illa quæ sunt inuisibilia & incorporea contemplatur:& hoc est prospicere ad eam sponsum per retia fenestrarũ.Si uerò de Christo hæc & ecclesia exponamus,domus in qua habitabat ecclesia, scripturæ sunt legis & prophetarũ. Ibi enim & cubiculum regis est omnibus diuitijs scientiæ ac sapientiæ repletũ.Ibi & domus uini,doctrina scilicet uel mystica,uel moralis,quę lætificat cor hominis. Aduenies ergo Christus stetit paululũ post parietẽ ueteris testamenti. Stetit enim post parietẽ,cũ nõ manifestaret̃ ad populũ:ubi uerò affuit tẽpus, & cœpit per fenestras legis ac prophetarũ per ea scilicet quæ de eo prædicata fuerãt, apparere, & ostẽdere se ecclesiæ intra domũ hoc est intra literam legis sedẽti,prouocat eam inde exire, & uenire foras ad se.Nisi enim exeat, nisi procedat,& progrediatur à litera ad spiritũ, nõ potest sponso suo cõiungi,neq; Christo sociari. Vocat ergo eã,& inuitat à carnalibus ad spiritalia,à uisibilibus ad inuisibilia,à lege uenire ad Euãgelia.Et ideo dicit ei:Surge,ueni proxima mea,formosa mea, columba mea.Et ut aliqua etiã de his quæ postmodũ dicenda sunt præueniamus,timentes sensum perdere qui occurrit in hoc loco: propterea fortassis & illud dicit ad eam, quia etiã hyems trãsiit,pluuia abijt:simul & passionis suæ tẽpus indicãs, quod trãsacta hyeme,& deiectis imbribus ipse passus est:simul & illud quoq; per spiritalem designans intelligẽtiã,quod usq; ad illud tempus quo Christus passus est, imbres fuerunt super terrã. Mandabat enim adhuc dominus imbribus,scilicet prophetis,ut pluerẽt uerbi pluuiam super terram.Sed quia usq; ad Ioannem Baptistam prophetica finiũtur officia, merito imbres abijsse,& discessisse dicũtur.Cessarunt autẽ prophetici imbres non ad damnũ credentiũ, sed ad maiora ecclesiæ lucra.Quid enim imbribus opus est, ubi flumẽ dei lætificat ciuitatem? ubi in corde uniuscuiusq; credentiũ fons aquæ uiuæ fit salientis in uitam æternam? Quid opus imbribus,ubi iam flores apparuerũt in terra nostra,& ex aduẽtu domini iam nõ excidit̃ ficulnea,quæ prius non attulerat fructum? Nunc enim iam produxit grossos suos.Sed & uineę dederũt odorem suũ. Vnde & unus quidã ex ista uinea dicebat: Quia Christi bonus odor sumus Deo in omni loco in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Sed hæc(sicut suprà designauimus)anteq; ad ipsa scripturæ loca ueniremus præsumpsimus,ne forte fugeret nos sensus, qui occurrisse uidebat̃ in tempore:nũc repetamus quo modo per retia prospicere dicat̃.Scriptũ est: Non enim inique tendunt̃ retia auibus. Et iterũ:Iustus si incurrerit in peccatũ,effugere iubet̃, sicut & damula ex laqueis,& auis ex

1 Cor.2

Hier.9

Eccl.9

retibus. Plena est ergo uita mortaliũ laqueis offensionũ, retibus plena deceptionũ, quas tendit aduersum genus humanũ ille, qui contra dominũ gigas uenator Nemrod appellatur. Verus etenim gigas quis alius est nisi diabolus, qui etiã aduersus deũ rebellat? Laquei ergo tentationũ, & decipulæ insidiarũ, diaboli retia appellantur. Et quoniã hęc retia ubiq; tetẽderat inimicus, atq; in ipsis pene omnes inuoluerat, oportebat esse aliquem qui fortior & eminentior fieret his, & contereret ea, ut sequentibus se uiam posset aperire. Idcirco ergo & Saluator prius q̃ in coniugium & societatẽ ueniret ecclesiæ, tẽtatur à diabolo, ut uincẽs retia tentationũ per ipsa prospiceret, & per ipsa uocaret eam ad se, docens sine dubio & ostendens ei, quod non per otiũ & delitias, sed per multas tribulationes & tentationes ueniendũ sibi esset ad Christũ. Nullus ergo alius fuit, qui retia ista superare potuerit. Omnes enim peccauerunt, sicut scriptũ est. Et rursus (ut scriptura dicit) Non est iustus super terram, qui fecerit bonum, & non peccauerit. Et iterũ: Nemo mundus à sorde, nec si unius diei fuerit uita eius. Solus ergo est dominus & Saluator noster Iesus Christus qui peccatũ nõ fecit: sed peccatũ eũ pater fecit pro nobis, ut in similitudine carnis peccati, de peccato damnaret peccatũ. Venit ergo ad ista retia, sed inuolui in eis solus ipse non potuit: quinimmo diruptis eis, & contritis dat ecclesiæ suæ fiduciã ut audeat iam cassare laqueos, & trãsire per retia, & cum omni alacritate dicere: Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenantium: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus. Quis autem cõtriuit laqueos, nisi ille qui solus in eis teneri nõ potuit? Quamuis & ipse in morte fuerit uoluntariè, & non ut nos necessitate peccati. Solus est enim qui fuit inter mortuos liber. Et quia liber inter mortuos fuit, idcirco deuicto eo qui habuit mortis imperiũ, abstraxit captiuitatẽ quæ tenebat in mortẽ. Et nõ solum semetipsum resuscitauit à mortuis, sed & eos qui tenebantur in morte, simul excitauit, simulq; sedere in cœlestibus fecit. Ascendens enim in altum captiuã duxit captiuitatẽ, nõ solum animas educens, sed & corpora eorũ resuscitans, sicut testatur Euãgelium, quod multa corpora sanctorum resuscitata sunt, & apparuerunt multis, & introierunt in sanctam ciuitatẽ Dei uiuentis Hierusalem. Hæc nobis expositio de retibus secũdo in loco assumpta est. Sit sane legentis iudicium, quæ earum mystícis dignius aptari possit eloquijs.

Rom.3 Eccl.7 Iob.25 Psal.124

Homilia Quarta.

VRGE, ueni proxima mea, speciosa mea, colũba mea, quoniam ecce hyems
8 transiit, pluuia abijt & recessit sibi, flores uisi sunt in terra, tempus putationis aduenit, uox turturis audita est in terra nostra. Arbor fici produxit germina sua, uites florentes dederunt odorem suum. Quid contineat ordo dramatis iam suprà descripsimus, nunc uerò quid uel sermo dei ad animam se dignam, sibiq; aptam, uel quid Christus ad ecclesiam dicere intelligendus sit, aduertamus. Sed interim primus sermo dei loquatur ad hanc speciosam decoramq; animam, cui per sensus corporeos, id est per intuitum lectionis, & per auditum doctrinæ, quasi per fenestras apparuit, proceritatẽq; suæ magnitudinis demonstrauit, ita ut in superioribus ei loqueretur incumbens, atq; inde euocans eam, ut procedat foras, & extra sensus iam corporeos effecta desinat esse in carne, ut merito audiat: Vos autem non estis in carne, sed in spiritu. Non enim aliter diceret eam uerbũ dei proximam sibi, nisi coniungeret se ei, & fieret cum eo unus spíritus: nec diceret eam speciosam, nisi uideret imaginem eius renouari de die in diem: & nisi uideret eam capacem spiritus sancti, qui in specie columbæ descendit in Iordane super Iesum, non ei diceret: Colũba mea. Cõceperat enim amorẽ uerbi dei, & cupiebat ad ipsum uolatu celeri peruenire, dicens: Quis mihi dabit pennas sicut columbæ, & uolabo, & requiescam? Volabo sensibus, uolabo intellectibus spiritalibus, & requiescam cum apprehendero sapientiæ & scientiæ eius thesauros. Puto enim quia sicut qui mortem Christi recipiunt, & mortificant mẽbra sua super terram, consortes efficiuntur similitudinis mortis eius: ita & hi qui uirtutẽ spiritus sancti recipiunt, & sanctificantur ex eo, & donis eius replentur, quia ipse in specie columbæ apparuit, etiam ipsi columbæ fiant, ut de terrenis et corporeis locis euolẽt ad cœlestia pennis sancti spíritus subleuati. Quod sit aũt tempus opportunũ quo hæc fieri possint, cõsequenter inseruit: Quia ecce hyems, inquit, trãsiit, pluuia abijt. Nõ enim ante anima uerbo dei iungitur & sociatur, nisi omnis ex ea hyems perturbationum ac uitiorũ procella discesserit, & ultra iam non fluctuet, & circumferatur

Psal.54 Cant.2 Rom.8

tur omni uento doctrinæ. Vbi ergo ex anima hæc cũcta discesserint, desiderioruṁq; ab eadem tempestas effugerit, tunc incipient in ea flores uernare uirtutũ, tunc eius mẽti & tempus putationis adueniet, & si quid superfluum & minus utile fuerit in eius sensibus uel intellectibus resecabitur, & ad gemmas spiritalis intelligentiæ reuocabit̃. Tũc etiam uocem turturis audiet, illius sine dubio sapientiæ quã dispensator uerbi loquit̃ inter perfectos, sapientiæ dei altioris quę abscondita est in mysterio. Hoc nãq; indicat appellatio turturis. Hæc nanq; auis in secretioribus, & remotis à multitudine locis uitam transigit, aut deserta montiũ diligens, aut secreta syluarum, procul semper à multitudine posita, et à turbis aliena. Quid autẽ est aliud quod opportunitati temporis huius, amœnitatiq; cõueniat? Ficus, inquit, produxit germina sua. Notandũ quidem fructus ipsius spiritus, qui sunt gaudiũ, charitas, pax, & cætera. Sed iam tamen germina eorũ proferre incipit spiritus hominis, qui in ipso est singulariter ficulnea nominatus. Sicut enim generaliter in ecclesia diuersæ arbores singulæ quæq; animæ credentiũ intelligũtur, de quibus dicit̃: Omnis arbor quã nõ plantauit pater meus cœlestis eradicabit̃. Et iterũ Paulus, qui se dicit adiutorẽ dei esse in agricultura dei, ait etiã ipse: Ego plantaui, Apollo rigauit. Sed & dominus in Euãgelijs, Aut facite arborẽ bonam, & fructũ eius bonũ: aut arborẽ malam, & fructum eius malum. Sicut ergo generaliter in ecclesia singuli quiq; credentiũ diuersæ arbores intelligũt̃: ita & in unaquaq; anima diuersę uirtutes efficacia eius diuersę arbores intelligunt̃. Est ergo & in anima ficus quædam quæ producit germen suũ: est & uitis quæ floreat, & reddat odorẽ suum. Cuius uitis palmites purgat pater cœlestis agricola, ut fructum plurimũ afferant. Sed hæc uitis primo per odoris suauitatem quę ex flore redditur, lætificat odoratũ: secundũ eũ qui dicebat: Quoniã Christi bonus odor sumus deo in omni loco. Hæc ergo initia uirtutum uidens sermo dei in anima, uocat eam ad semetipsum, ut festinet, & exeat: & abijciens cũcta corporea uenit ad eũ, ut perfectiõis eius particeps fiat. Idcirco igitur quasi adhuc iacenti, & in rebus corporeis incũbenti primo dicit: Exurge: & quasi quæ statim obedierit, & obsecuta sit uocanti, collaudat̃ ab eo, & audit, Proxima mea & columba mea. Et post hæc ne ad tentationũ turbines trepidaret, annunciat ei quod hyems discesserit, & pluuia transierit, & abierit sibi. Bene autẽ uitiorũ & peccatorum naturã uno miro sermone prolato significauit, ut huiusmodi diceret hyemẽ, & pluuiam, quę ex uitiorũ delicto tempestateq; descẽdat, sibi abijsse indicãs, & per hoc nullã esse substantiã peccatorũ. Non enim decidentia de homine uitia ad aliquã aliam substantiam peccatorũ congregant̃, sed sibi abeunt, & in semetipsa resoluta euanescũt, atq; in nihilũ redigunt̃. Et ideo dixit, quia abijt sibi. Fit ergo trãquillitas animæ apparẽte ei uerbo dei, & cessante peccato: & ita demũ florente uinea incipient uirtutes atq; arbusta bonorum operũ fructũ germinare. Sed nunc iterũ Christus hæc loquit̃ ad ecclesiã, & in anni circulũ omne præsentis seculi spatiũ ponit. Et per hyemẽ quidẽ illud indicat tempus, in quo uel Ægyptios grãdo, & turbines ac reliqua decẽ plagarum uerbera flagellabãt: uel cũ diuersa bella perferebat Israel: uel etiã cum ipsi Saluatori restitit, & incredulitatis turbine correptus, naufragio fidei submersus est. Vbi ergo illorũ delicto salus gẽtibus facta est, uocat nũc ad se ecclesiam, dicitq; ei. Exurge, & ueni ad me, quia iam hyems quę submersit incredulos, & uos in ignorãtia reprimebat, abscessit. Sed & pluuia pertrãsiit, id est iam nõ mãdabo nubibus, prophetis scilicet, ut pluãt pluuiam uerbi super terras: sed ipsa uox turturis, hoc est ipsa dei sapientia loquet̃ in terris, & dicet: Ipse qui loquebar adsum. Flores ergo credentium populorũ, & oriẽtium ecclesiarum apparuerunt in terra. Sed & putationis tẽpus per fidem meæ passionis & resurrectionis aduenit. Amputantur enim & execant̃ ab hominibus peccata, cum in baptismo donat̃ remissio peccatorũ. Vox quidem turturis (ut diximus) iã nõ per diuersos prophetas, sed per os ipsius sapiẽtiæ dei auditur in terris. Et ficulnea germinat, quæ potest in fructibus sancti spiritus accipi, qui nũc primum aperiunt̃, & demonstrantur ecclesiæ: uel etiam in litera legis quæ ante aduentũ Christi clausa erat & cõstricta, & indumento quodam intelligentię carnalis obtecta. Ex præsentia uerò eius & aduentu prolatũ est ex ea germẽ spiritalis intelligentiæ, & sensus uiridis & uitalis qui in ea tegebat̃ apparuit: ut ecclesia quæ tegebatur à Christo in ficulnea, id est in lege, nõ appareat arida, nec occidentẽ literam sequi, sed florentẽ, & uiuificãtem spiritum. Sed & uites florere dicunt̃, & dedisse odorẽ suum. Possunt quidẽ & diuer-

1 Cor. 3
Matt. 12
2 Cor. 2

sæ eccleſiæ quæ per orbẽ terræ habentur, uites dici florentes, aut uineæ. Vinea enim domini Sabaoth domus Iſrael eſt, & domus Iuda dilecta nouella. Iſtæ ergo uineæ cũ primo accedunt ad fidẽ, florere dicũtur: Cum uerò per religionẽ operum ſuorũ ſuauitate adornãtur, odorẽ ſuum dediſſe dicunt: Et nõ ſine cauſa puto quod nõ dixerit odorem dederũt, ſed odorem ſuũ: ut oſtenderet ineſſe unicuiq; animæ uim poſſibilitatis, & arbitrij libertatem, qua poſſit agere omne quod bonum eſt. Sed quia hoc naturæ bonũ præuaricatiõis occaſione decerptũ, uel ad ignominiã, uel ad laſciuiã fuerat inflexũ, ubi per gratiã reparatur, & per doctrinã uerbi dei reſtituitur, odorẽ reddit ſine dubio illum, quẽ primus cõditor deus indiderat, ſed peccati culpa ſubtraxerat. Poſſunt aũt & uites uel uineæ intelligi uirtutes cœleſtes & angelicæ, quæ hominibus largiũtur odorem ſuũ, id eſt doctrinæ & inſtitutionis bonũ, quo inſtruunt & imbuũt animas, donec ad perfectionẽ ueniant, & incipiãt capaces fieri dei. Sicut & Apoſtolus ad Hebræos ſcribẽs dicit: Nónne omnes ſunt miniſteriales ſpiritus in miniſteriũ miſſi, ꝓpter eos, qui hæreditatẽ capiũt ſalutis? Et ideo dicunt ab ipſis quaſi primũ florem, & odorẽ bonorũ operũ capere homines: ipſos uerò fructus uitis ab eo ſperare, qui dixit: Nõ bibam de generatione uitis huius, donec bibam illud uobiſcũ nouum in regno patris mei. Illi ergo perfecti flores & fructus ab ipſo ſperãdi ſunt: initia uerò & (ut ita dicam) proficiendi ſuauitas poteſt à cœleſtibus uirtutibus miniſtrari, uel certe per eos qui dicebãt (ut ſuprà diximus) quoniam Chriſti bonus odor ſumus deo in omni loco. Sed & alio modo poſſumus adhuc intelligere hęc quæ habentur in manibus, ut dicamus ueluti prophetiam quandam uideri ad eccleſiam factam, per quam uocetur ad repromiſſiones futuras, ut quaſi poſt cõſummationem ſeculi cum tempus reſurrectionis aduenerit dicatur ei: Exurge. Et quia ſermo hic ſtatim opus reſurrectiõis deſignat, tanquã ex reſurrectione clarior & ſplẽdidior effecta, inuitatur ad regnum, & dicitur ei: Veni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea, quia hyems trãſiit: Hyemem ſine dubio huius præſentis uitæ procellas & turbines nominãs, quibus humana uita tentationũ procellis agitatur. Trãſiit ergo hyems iſta cũ pluuijs ſuis, abijt ſibi. Sibi enim unuſquiſq; egit in hac uita omne quod egit. Principium uerò repromiſſionũ futurarum flores. Securim ad radicem arboris poſitam in cõſummationẽ ſeculi, ut excidat omnẽ arborẽ non facientem fructum bonũ, tempus putationis intellige. Vocem uerò turturis quæ in literis repromiſſionis auditur, quam manſueti in hęreditate ſuſcipient, Chriſti perſonã facie ad faciem, & nõ iam per ſpeculũ & in ænigmate docentis aduerte. Ficulnea uerò quæ germen ſuũ producit, totius congregationis iuſtorum fructus habeatur. Iſtæ uerò & ſanctiæ & beatæ angelicæ uirtutes, quibus electi quiq; & beati ex reſurrectione ſociabũtur, qui erũt ſicut angeli dei, ipſæ ſunt uites florentes & uineæ, quæ odorẽ ſuum unicuiq; animę, & gratiam quã à conditore ſuſcepit prius, & nũc iterum peditã recuperauit, impertiũt, ſuauitateq; cœleſtis odoris fœtorẽ tandem abiectæ ab eis mortalitatis corruptionisq; depellunt. Surge, & ueni proxima mea, columba mea, in uelaminibus petræ iuxta promurale. Oſtende mihi faciem tuã, & auditam fac mihi uocẽ tuam, quoniã uox tua ſuauis eſt, & facies tua ſpecioſa: Secũdum propoſiti dramatis ordinẽ ſponſus, qui ſaliẽs ſuper montes, & exiliens ſuper colles ad ſponſam uenerat, proſpiciens eam, & intuẽs per feneſtras, ſecũdo iam loco dicit ad eam. Surge, ueni proxima mea, ſpecioſa mea, colũba mea. Nunc uerò addit etiam hoc, ut oſtẽderet ei locũ ad quẽ uenire debeat, qui locus ſub uelamẽto & tegmine ſaxi ſit poſitus. Sit autẽ idem locus nõ tam iuxta murũ, quàm iuxta promurale quoddam. Promurale autẽ dicitur, cũ extra muros qui ambiũt ciuitatem, alius ducitur murus, & eſt murus ante murũ. Tum deinde quaſi ſi reuerentiæ cauſa ipſa ſpõſa obtecta ſit & uelata, petit ipſe ſpõſus, ut ueniens ad illũ locum quẽ ſuprà oſtẽdit, utpote ſecretiorem, ibi ei quaſi reiecto uelamine oſtẽdat faciem ſuam. Et quia pro multa reuerẽtia taceret ſponſa, deſiderat ſpõſus aliquãdo etiam uocẽ eius audire, & delectari in uerbis eius, & dicit, ut auditam ſibi faciat uocem ſuã. Videtur tamen quod non ei penitus incognita ſit facies eius, neq; uocis eius ignarus ſit, ſed quia interceſſerit aliquid, in quo nec faciem eius uiderit, nec uocẽ audierit. Iſte ſit propoſiti dramatis textus. Cui & hoc addit, quod ueris tempus agi uideatur, cum & flores apparuiſſe memorantur in terra, & uox turturis perſonare, & germẽ arbores produxiſſe. Propter hoc uelut opportuno tempore progredi prouocat ſpõſam, quæ ſine dubio hyemẽ totã intra domus clauſtra reſederit. Sed hæc

Heb. 1

Luc. 22

nullam

nullam mihi uidẽtur(quantum ad hiſtoricam narrationem pertinet) utilitatem cõferre legentibus,aut aliquam ſaltem narrationis ipſius ſeruare conſequẽtiam, ſicut in cæteris ſcripturæ hiſtoriſs inuenimus. Vnde neceſſe eſt cuncta ad ſpiritalem transferre intelligẽtiã. Primo ergo intellige mihi animæ hyemem,cum adhuc paſſionũ fluctibus iactaẽ, & uitiorum procellis ac duris malignorum ſpirituum flatibus uerberatur. In his poſitã non hortatur eã ſermo dei foras exire,ſed intra ſemetipſam colligi, & uniri undiq;, atq; cõtegi contra pernicioſos malignorũ ſpirituum flatus.Nulli tũc in diuinis literis ſtudio rum flores apud eam,nec profundioris ſapientiæ ſecreta,& recõdita myſteria quaſi per uocem turturis reſonant. Sed neq; odoratus eius gratiæ aliquid quaſi ex uineæ floribus recipit,neq; uiſus eius tanquam in ficulneæ germine delectaẽ,ſed ſufficit ut in tempeſta tibus tentationũ à lapſu peccati tuta ac munita permaneat. Quod ſi obtinuerit ut illæſa perduret,hyems ei tranſijt,& uenit ei uer. Ver nanq; ei eſt,cũ quies animo datur, & trãquillitas menti. Tunc ad eam uenit uerbũ dei,tunc eam uocat ad ſe,& hortatur ut exeat, non ſolum extra domũ,ſed extra ciuitatem:id eſt non ſolũ extra carnis uitia efficiaẽ,ſed extra omne quicquid corporeũ & uiſibile cõtinetur in mundo. Nanq; figuraliter in lege ciuitatẽ iam in ſuperioribus euidenter oſtendimus.Euocatur ergo anima extra murum,& uſq; ad promurale perducitur,cum abijciens & relinquens ea quæ uidenẽ,& tẽporalia ſunt,cõtendit ad ea quæ non uidentur,& ęterna ſunt.Oſtenditẽ ergo ei iter iſtud ſub uelamine petræ agendũ,non ſub aere nudo,neq; ut patiaẽ ſolis ardores,ne iterũ fuſca fiat,ne iterũ dicat,deſpexit me ſol: ꝓpterea ſub uelamine petræ agit hoc iter.Hoc aũt ipſum uelamen non uult ex frondibus ei eſſe aut linteis,aut pellibus,ſed petrã uult ei eſſe uelamen,id eſt firma & ſolida Chriſti dogmata. Ipſum nanq; eſſe petram Paulus pro- 1 Cor.10
nũciat dicens:Petra autem erat Chriſtus. Chriſti ergo doctrina & fide ſi obtegaẽ anima & ueleẽ,tuto poteſt ad illud peruenire ſecretũ,ubi reuelata facie gloriam domini contẽpletur.Merito autem uelamen iſtud petræ tutum creditur, quia & Solomon de ea dicit Prou.30
in Prouerbijs,quod ueſtigia ſerpentis non poſſunt deprehẽdi ſuper petram.Sic eñ ait: Tria ſunt quæ impoſſibile eſt mihi intelligere, & quartũ quod ignoro, ueſtigia aquilæ uolantis, & uiã ſerpentis ſuper petrã, & ſemitas nauis in pelago, & uias uiri in iuuẽtute. Serpẽtis ergo,id eſt diaboli,ueſtigia,id eſt ſigna aliqua peccati,in hac petra quę eſt Chriſtus,inueniri non poſſunt,quia ſolus eſt qui peccatũ nõ fecit. Huius ergo petræ uero uelamine anima tuto peruenit ad promuralem locum, id eſt ad contemplandũ incorporalia & æterna.De hac eadẽ petra alia uerbi ſpecie Dauid in xxxix pſalmo dicit:Et ſtatuit ſupra petrã pedes meos,& direxit greſſus meos. Nec mireris ſi apud Dauid petra hæc quaſi fundamentũ & crepido eſt animæ,per quam pergit ad deum, & apud Solomonẽ uelamen eſt animæ ad myſtica ſapientiæ ſecreta tendentis:cum & ipſe Chriſtus nũc uia dicaẽ,per quã credentes incedũt,nũc etiam præcurſor,ſicut ait Paulus: In quod præcur Heb.6
ſor introiuit pro nobis Ieſus.Simile eſt & illud quod perMoyſen dicitur à deo:Ecce po Exod.33
ſui te in foramine petræ,& uidebis poſteriora mea.Igitur petra iſta quæ Chriſtus eſt, nõ eſt ex omni parte clauſa,ſed habet foramen.Foramẽ uerò eſt petræ,qui reuelat & innoteſcere facit hominibus deũ.Nemo ergo uidet patrẽ,niſi filius: nemo ergo uidet poſtrema dei,id eſt quæ in poſtremis temporibus fiũt, niſi poſitus in foraminæ petræ, ſcilicet Ioan.6
cũ ea Chriſto reuelãte didicerit.Et hic ergo ſub uelamine petræ animã ꝓximã ſibi effectam inuitat ſermo dei ad promuralẽ locum, ſicut ſuprà iam diximus, ad contemplanda ea quæ non uidentur,& æterna ſunt,& ibi dicit ad eã:Oſtende mihi faciem tuã: profecto ut uideat,ſi nõ aliquid in uultu eius ueteris adhuc uelaminis habeat, ſed poſſit in- Ioan.1
trepidis obtutib. gloriam dñi ſpeculari,ut hæc ipſa dicat:Et uidimus gloriam eius,gloriã tanq; unigeniti à patre,plenũ gratię & ueritatis.Sed & cũ digna fuerit,ut de ipſa dicatur ſicut & de Moyſe dictum eſt,quia Moyſes loquebatur, & dominus reſpondebat ei, tunc cõpletur in ea quod ait:Auditam fac mihi uocem tuam.Ingens uerò laus eius oſtẽditur in eo quod dicitur:Vox tua ſuauis.Sic enim ſapiẽtiſſimus ꝓpheta Dauid dicebat: Cant.2
Suauis ſit ei diſputatio mea. Suauis autẽ eſt uox animæ, cum uerbũ dei quod loquitur, Pſal.135
cum fide & dogmatibus ueritatis exponit,cũ diſpẽſationes dei & iudicia eius explanat. Si uerò aut ſtultiloquiũ,aut ſcurrilitas,aut uanitas de ore eius procedũt,aut uerbũ otioſum,de quo reddenda ſit ratio in die iudicij, inſuauis & iniocunda uox iſta eſt. Ab hac

uoce Christus auertit auditū suum. Et ideo quęq; perfecta anima ponit ori suo custodiā, & ostium circumstātiæ labijs suis, ut talem semper sermonem proferat, qui sale cōditus det gratiam audientibus, & dicat de ea uerbum dei, quia uox tua suauis. Sed & facies tua
2 Cor. 3 (inquit) speciosa. Si intelligas illam faciem de qua Paulus dicit: Nos autem omnes reue
1 Cor. 13 lata facie: & item cum dicit: Tūc aūt facie ad faciem: tūc uidebis quę sit animę facies quę laudetur à uerbo dei, & speciosa esse dicat. Illa sine dubio quę quotidie renouat ad imaginem eius qui creauit eam, quæ non habet in se maculā, aut rugā, aut aliquid huiusmodi, sed est sancta & immaculata, qualē & ipse sibi exhibuit Christus ecclesiā, animas scilicet quæ ad perfectionē uenerūt, quæ omnes simul efficiunt corpus ecclesiæ. Quod corpus utiq; pulchrum uidebitur & decorum, si animæ ex quibus corpus illud efficit, in omni perfectionis decore permanserint. Sicut enim cū anima in iracundia est, turbatū & ferum reddit corporis uultum: cum uerò in mansuetudine & tranquillitate persistit, placidū mitemq; reddit aspectū: ita & ecclesiæ facies pro uirtutibus & motibus credentiū,
Eccl. 1 aut decora pronunciatur, aut turpis. secundū quod & scriptum legimus: Vestigiū cor-
Prou. 15 dis in bonis, uultus hilaris. Et item alibi: Cordis læti facies florida, in tristitijs aūt positi mœstus est uultus. Cor ergo lætū est, cū habet in se spiritū dei: cuius primus fructus charitas est, secūdus gaudiū est. Ex his puto quosdā sapiētes seculi assumpsisse illā sentētiā quæ dicit; quia solus sapiēs speciosus est, omnis autē nequā turpis est. Superest nobis ut aliquid apertius etiam de nomine promuralis dicamus. Quod (sicut suprà diximus) in-
Esa. 26 dicat murū esse ante murum. quod etiam in Esaia hoc modo dicitur: Pone murū & circa murū. Murus munimentū ciuitatis est. Alius uerò murus ante murū, uel circa murū, maiora & ualidiora munimēta designat. Per quod ostendit, quia euocās sermo dei animam & educens eam à corporalibus negotijs & corporeis sensibus, docere eā de futuri seculi mysterijs cupit, & inde ei munimenta cōquirere, ut spe futurorū munita & circundata in nullo possit uel illecebris uinci, uel tribulationibus fatigari. Nūc etiā uideamus quomodo hæc à Christo ad ecclesiam dicātur, quæ est proxima ei & speciosa. Speciosa aūt nulli alij nisi soli ipsi. Hoc enim significat cū dicit, speciosa mea. Hāc ergo excitat Christus, & ipsi euangeliū resurrectionis annūciat, & ideo dicit: Exurge, ueni, pxima mea, speciosa mea. Quia aūt dedit & ei pennas colūbæ, postea cū dormiuit in medio sortiū: media aūt inter duas uocationes Israelis ecclesia uocata est, quia primo Israel uocatus est, post hæc ubi ipse offendit & cecidit, uocata est ecclesia gentiū: cū aūt plenitudo gentiū introierit, tū iterū omnis Israel uocatus, saluabitur: in medio ergo harum duarum sortium dormit ecclesia. Et propter hoc dedit ei pennas columbæ deargētatas, qđ significat rationabiles pennas in sancti spiritus donis. Et posteriora dorsi eius, uel in uiriditate auri, ut quidā legunt, uel ut alij scriptū habēt, in pallore auri. Quod ostēdere potest, quia posterior illa uocatio quā ex Israel futurā dicit Apostolus, non erit in obseruātia legis, sed in preciositate fidei. Auri nāq; uiriditatis gerit speciem, fides uirtutibus florens. Potest autem dici in medio earum sortium dormire, uel quiescere ecclesia, in medio duorum testamentorū: & pennæ eius deargentatæ ex sensibus legis. Aurum in posterioribus dorsi eius, intelligi euangelici muneris donū potest. Ad hanc ergo ecclesiā dicit Christus: Veni tu columba mea, & ueni in operimēto petræ: docēs eā ut operta ueniat, ne quid patiat ab incursantibus eam tētationibus, sed sub umbra petrę incedat obtecta dicens: Spiritus uultus nostri Christus dns, cui diximus: In umbra eius uiuemus in gentibus. Obtecta aūt incedit & adoperta, quia debet potestatē habere super caput, ppter angelos. Cū autem uenerit ad promuralē locum, id est ad futuri seculi statū, ibi ad eam dicit: Ostēde mihi faciem tuam, & auditam fac mihi uocem tuam, quia uox tua suauis est. Auditā uult fieri uocem ecclesiæ suæ, quia qui eum confessus fuerit corā hominibus, & ipse cōfitebitur eum coram patre suo qui in cœlis est. Quia uox tua suauis est. Et quis non fatet suauem uocem ecclesiæ catholicæ fidem uerā confitentis, insuauē uerò & iniucundam esse hæreticorū uocē, qui nō dogmata ueritatis, sed blasphemias in deū, & iniquitatē in excelsum loquuntur? Sic & facies ecclesiæ speciosa est: hæreticorū uerò turpis & fœda: si quis est tamē qui bene nouerit pulchritudinē uultus ppare, id est si qs spiritalis est qui scit examinare omia. Nā apud imperitos & animales homines pulchriora uident mēdacij sophismata, cū dogmata ueritatis. Possumus aūt adhuc de loco pmu-

rali

rali etiã hoc addere, quod ꝑmurale ſinus ſit patris, in quo poſitus unigenitus filius, enarrat omnia & enunciat eccleſiæ ſuæ quæcunq; in ſecretis & in abſcõditis patris ſiníb. cõtinentur. Vnde & quídam ab eo edoctus dicebat: Deum nemo uidit unquam. Vnigenitus dei filius, qui eſt in ſinu patris, ipſe enarrauit. Illuc ergo euocat ſpõſam ſuã Chriſtus, ut & de omnibus eam quæ apud patrem habentur, edoceat & dicat: Quía omnia uobis nota feci quæ audiui à patre meo: & ut itcrũ dicat: Pater uolo ut ubí ego ſum, illic ſit & miniſter meus. Capite nobis uulpes puſillas exterminãtes uineas, & uineæ noſtrę flore bũt. Secundum dramatis ordinem mutata eſt perſona. non enim iam ad ſponſam, ſed ad ſodales loquitur ſponſus, & ipſis dicit, ut capiant uulpes puſillas quæ inſidiãtur uineis, ubi primum germẽ oſtẽderint, nec ſinũt eas peruenire ad florẽ. Capi ergo eas præcepit, ſaluti & utilitati conſulens uinearũ. Sed hæc, ut cœpimus, ſpiritali expoſitione diſcutienda ſunt. Et puto quod ſi de anima hæc quæ ſe uerbo dei coniungit, aduertas, uulpes contrariæ poteſtates & nequitiæ dæmonum intelligi debeãt, per cogitationes prauas & intelligentiam peruerſam exterminãtes in anima uirtutũ florem & fructum fidei perimẽtes. Prouiſio igit̃ uerbi dei qui eſt dominus uirtutũ, mãdat angelis ſuis qui ad miniſterium miſſi ſunt, propter eos qui hæreditatem capiũt ſalutis, ut capiant ex unaquaq; anima huiuſmodi cogitationes à dæmonib. immiſſas, ut abiectis eis poſſint florem uirtutis afferre. Capiant autem cogitationes malas in eo, cũ ſuggerũt menti non eſſe eas à deo, ſed eſſe à maligno ſpiritu, & dant animæ diſcretionẽ ſpirituum, ut intelligat quæ ſit cogitatio ſecundũ deũ, & quæ ſit ex diabolo. Vt autem ſcias eſſe cogitationes quas immittit diabolus in cor hominũ, uide in Euãgelio quod ſcriptum eſt: Cum autem immiſiſſet, in quit, diabolus in cor Iudę Iſchariotis ut traderet eũ. Sunt ergo huiuſmodi cogitationes quæ à dæmonibus inji̇ciũtur in cordibus hominũ. Sed quía non deeſt diuina prouidentia, ne forte per huiuſmodi importunitatem turbaretur libertas arbitrij̇, & nõ eſſet iuſta cauſa iudicij̇, idcirco benignis angelis & amicis poteſtatibus hominũ cura mãdatur, ut cum deceptores quaſi uulpes incurſare cœperint hominem, dextris eum auxilijs ſubleuent. Et ideo dicitur, Capite nobis uulpes puſillas. Competẽter ſanè cum adhuc puſillæ ſunt, capi eas mãdat & comprehẽdi. Dum enim cogitatio mala in initijs eſt, facile poteſt abijci à corde. Nam ſi frequẽter iteretur, & diu permaneat, adducit animam ſine dubio ad conſenſum: & poſt conſenſum intra cor ſuum confirmatum, certũ eſt quía ad peccati tendat effectũ. Dum ergo in initijs eſt, & puſilla eſt, capi debet & abijci, ne ſi adulta fuerit & inueterata, iam non poſſit expelli. Denicq; & Iudas initiũ mali habuit in amore pecuniæ, & hæc fuit illi uulpes puſilla. Sed & ab hac cum uideret dominus Iudæ animam quaſi florentẽ uineã lædi, capere eã uolẽs, & abijcere ex eo, cõmiſit ei pecuniæ loculos, ut poſſidens quod amabat, à cupiditate ceſſaret. Sed ille utpote habens ſui arbitrij̇ libertatẽ, non eſt amplexus medici ſapientiã, ſed indulſit ſemetipſum illi magis conſilio quo exterminabatur anima ſua, quàm quo ſanabat̃. Si uerò hęc de Chriſto & eccleſia intelligamus, ſermo uidebit̃ ad eccleſiæ doctores dirigi, & mãdari eis de captione uulpiũ exterminantiũ uineas. Vulpes aũt peruerſos doctores hæreticorũ dogmatũ poſſumus intelligere, qui per argumentorũ calliditatẽ ſeducũt corda innocentiũ, & uineam domini exterminãt ne floreat in fide recta. Datur ergo præceptum doctoribus catholicis, ut dũ adhuc puſillę ſunt iſtę uulpes, & nondũ plures animas deceperũt, ſed initiũ habet praua doctrina, arguere hos & refrenare feſtinent, & uerbo ueritatis contradicentes reuincere, & capere hos aſſertionibus ueris. Si enim permãſerint in principijs, & indulſerint, ſermo eorum ſicut cãcer ſerpit, & fiet inſanabilis: ut multi inueniant̃ qui decepti ab eis pugnare iam pro ipſis incipiãt, & defendere ſuſcepti erroris auctores. Sic ergo puſillas dignũ eſt uulpes capere, & doloſa hęreticorũ ſophiſmata in ipſis ſtatim initijs ueris aſſertionib. confutare. Vt aũt utriuſq; expoſitionis noſtræ euidẽtior clareſcat aſſertio, cõgregemus ex diuinis uoluminib. ſi cubí animalis huius mentio facta eſt. Inuenimus ergo in ſexageſimo ſecundo pſalmo de impijs ita dici: Ipſi uerò in uanũ quæſierunt animã meã, introibunt in inferiora terræ, tradẽt̃ in manus gladij̇, partes uulpiũ erũt. Sed & in Euangelio ſecundum Matthęũ ſaluator ad ſcribã qui dicebat ei: Magiſter, ſequar te quocũq; ieris, reſpondit, Vulpes foueas habẽt, & uolucres cęli nidos ubi requieſcãt, filius aũt hominis non habet ubi caput ſuũ reclinet. Similiter aũt & in Euangelio ſecũdum Lucã ad

Ioan. 1

Ioan. 13

Matt. 8

eos

eos qui dixerunt domino: Exi, & uade hinc, quia Herodes uult te occcidere, respõdit Ie
Luc.13 sus: Euntes dicite uulpi huic: Ecce ego eijcio dęmonia, & sanitates perficio hodie & cra
stina, & in die tertia cõsummabor. In libro quoq; Iudicum, Sampson cum uxor quę erat
Iud.15 ex genere Phyliſtinorũ, ei fuisset ablata, ait ad patrem eius: Innocẽs sum ego hac uice ab
Allophylis, quia faciam uobiscum mala. Et abijt Sampson, & accepit trecẽtas uulpes, &
accepit lampades, & ligauit caudam ad caudã, & posuit lampadẽ unam inter duas cau-
das uulpiũ, & accendit ignem in lampadibus, & emisit eas per messes Allophylorũ, &
incendit omnes messes eorum & stipulas eorũ, & uineas eorũ, & olиueta eorum. Adhuc
autem in secũdo libro Esdræ, ubi Tobias Ammanites impediuit ædificationẽ eorũ qui
de captiuitate redierant, ut ædificarent templum & murum, ait ad Allophylos: Nũquid
isti sacrificabunt, aut comedent immolata in hoc loco? Nónne ascendent uulpes, & de-
struent murum ipsorũ, quẽ ex lapidibus ædificãt? Hæc sunt interim quę ad præsens no-
bis ex scripturis diuinis occurrere potuerunt, in quibus animalis huius memoria facta
est, ut ex his sapiens quisq; lector prudenter possit conijcere, si apta usi sumus expositio
ne in his quę proposita sunt nobis, ad explanandũ id quod ait: Capite nobis uulpes pu-
sillas. Et quãuis operosum sit singula quæ exẽpli causa assumpsimus explanare, tñ quæ
poterimus, breuiter cõtingemus. Et primo de sexagesimosecũdo psalmo uideamus, ubi
cum iusti animã persequerentur impij, ille psallebat, dicẽs: Ipsi aũt in uanum quæsierũt
animã meam, introibũt in inferiora terræ, tradentur in manus gladij, partes uulpiũ erũt.
In quo utiq; ostẽdit quod uanis & inanibus uerbis praui doctores decipere uolẽtes ani
mam iusti, introire dicũtur in inferiora terræ, terram utpote sapientes, & de terra loquẽ-
tes, atq; in inferiora eius, id est in profundũ stultitię descendẽtes. Puto enim quod hi qui
carnaliter uiuũt, quia sibijpsis tantũmodo nocent, terra esse & in terra habitare dicunt.
Hi uerò qui terrenis & carnalibus sensibus scripturas intelligunt, & alios ita docẽdo de
cipiunt, pro eo ipso quod argutias quasdã & argumẽta carnalis & terrenæ sapientiæ cõ
fingant, in inferiora terræ dicuntur ingredi: uel certe quia grauius delinquunt qui terre
na docent, q̃ qui ita uiuunt, eis futura pœna etiã grauior imminet: ñdemq; ipsi in manus
gladij tradendi prophetantur, illius fortassis flammei & uersatilis. Quomodo aũt & par
Deut.32 tes uulpium fiant, uideamus. Omnis anima aut pars est dei, aut pars est cuiuscunq; q ac-
cepit potestatem super homines. Nã cum diuideret altissimus gentes, & dispergeret fi-
lios Adam, statuit fines gentium secũdum numerum angelorum dei, & facta est portio
domini Iacob. Cum ergo constet unamquãq; animã aut in parte dei, aut in parte esse al-
terius cuiuslibet, quoniãquidem per arbitrij libertatem possibile est unũquenq; ex par-
te alterius transire, uel ad partem dei si melius ipso iuuãte elegerit, uel si nequius ad dæ-
monũ portionẽ, hinc horum mentio habetur in psalmo: Qui in uanum quæsierunt ani-
mam iusti, partes erunt uulpiũ. ueluti si diceret & pessimorum & nequissimorũ dæmo-
num partes erunt: ut unaquæq; maligna uirtus & dolosa, per quam deceptiones & frau
des falsæ scientiæ introductæ sunt, figuraliter uulpes appellent: & hi qui in hunc errorẽ
deducuntur, & nolũt acquiescere sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi, & doctri
næ quæ secundũ pietatem est, sed decipi se patiuntur à talibus, isti talium partes uulpiũ
fient, & introibunt cum eis in inferiora terræ. Ipsi sunt & illi in quibus secundũ Euange
lium uulpes istæ quas suprà memorauimus, foueas habere dicuntur, in quibus filius ho
minis nõ habet, ubi caput suũ reclinet. Herodem quoq; uulpem nominatũ pro fallaci
Samſõ. vulpes. calliditate credẽdum est. Nã de Sampson qui trecentas uulpes cepisse, & colligasse per
caudas, atq; interiecisse lampades ardentes in medio caudarũ, atq; immisisse per mes-
ses Allophylorum, & incendisse eas cum stipulis & oliuetis uineisq; memorat, ualde mihi
difficilis formæ huius uel figuræ uidetur explanatio. Tentemus tamẽ aliqua ex his pul-
sare, p uiribus, & ponamus, sicut expositio nostra in superioríb. cõtinet, uulpes esse fal-
laces, peruersosq; doctores. Hos Sampson qui ueri & fidelis imaginẽ tenet doctoris, ca
ptẽs uerbo ueritatis, caudã ad caudã colliget, id est aduersantes sibi, & diuersa à se inui-
cem sentientes docentesq; cõfutet, atq; ex ipsorum uerbis, ppositiones collectionesq;
accipiens, in Allophylorũ segetem ignem cõclusionis emittat, & ex proprijs eorũ argu
mentis omnes eorũ fructus atq; uineas & olиueta pessimæ generationis incẽdat. Sed &
ipse numerus trecentarũ uulpium quæ à semetipsis diuersæ & dissonãtes erant, triplicẽ

formam

formam indicant peccatorũ. Omne enim peccatum aut in facto, aut in uerbo, aut in cõsensu mentis admittitur. Verum ne illud quidem quod in secundo libro Esdræ scriptũ diximus, penitus omittendũ est: ubi cum ædificarent sancta sanctorum, id est cum fides Christi & sanctorũ eius mysteria conderentur, inimici ueritatis, fideiq; cõtrarij, qui sunt sapientes huius seculi, uidentes absq; arte grãmatica & peritia philosophica, cõsurgere muros Euangelij, uelut cum irrisione quadã dicũt perfacile hoc posse destrui calliditate sermonum per astutas fallacias & argumenta dialectica. Hæc interim quantũ breuitas potuit pati de assumptis exẽplis dicta sufficiant. Nũc iam ad propositũ reuertamur. Videtur ergo in Cantico canticorũ præceptũ dari ab sponso amicis sibi uirtutibus, ut capiant & arguant contrarias potestates, quæ insidiantur animabus hominum, ne exterminent eorũ initia fidei, floremq; uirtutum sub specie secretæ alicuius & occultæ sapiẽtiæ, quæ quasi uulpes in foueis, ita in his hominibus qui semetipsos ad hæc sectãda prębuerint, delitescunt, Et quo facilius confutari possint & argui, dum paruæ sint uulpes ipsæ, & initia habent pessimæ persuasionis, capi iubentur. Nam si forte creuerint, & maiores fuerint uulpes effectæ, iam nequeãt ab amicis sponsi, sed ab ipso fortassis sponso solo capi poterũt. Sed & sancti quiq; doctores & magistri ecclesię, sicut acceperũt, potestatem calcãdi super serpẽtes & scorpiones, ita accipiunt potestatẽ etiam capiendi uulpes. Sic enim data est potestas eis super omnẽ uirtutẽ inimici. Vna sine dubio ex cæteris inimici uirtutibus est uulpes, quæ exterminat uineas florẽtes, quæq; cum adhuc parua est, capi iubetur, sicut & in centesimo trigesimoseptimo psalmo, beatus dicitur qui tenet & allidit paruulos Babylonis ad petrã, nec permittit sensum Babyloniũ crescere in semetipso & augeri, sed cum est in initijs allidit eũ, & tenet ad petram: tunc eñ facile perimitur. Sic ergo ordo explanationis percurrat. Capite uulpes nobis pusillas, quæ uulpes exterminant uineas florentes. Quod autẽ dicit nobis, hoc est mihi sponso & sponsę: uel certe mihi & uobis qui estis sodales mei. Potest autem & ita accipi: Capite nobis uulpes: & post distinctionẽ dici, pusillas exterminantes uineas, ut pusillas nõ tã ad uulpes q̃ ad uineas referamus: ut uideantur pusillæ quidẽ uineæ exterminari posse: id est paruæ quæq; animæ, & initia habentes, nõ firmæ & robustæ lædi posse à cõtrarijs potestatibus. Sicut in euangelio dicitur: Si quis scandalizauerit unũ de pusillis istis. In quo ostẽdit, quia scãdalizari nõ potest grandis & perfecta, sed pusilla & rudis anima, sicut in psalmo dicitur: Pax multa diligentibus nomen tuum, & nõ est illis scandalũ. Simili ergo exemplo potest uideri, quod pusilla quæq; uinea, incipiens uidelicet anima, possit à uulpibus, id est malignis cogitationibus, uel prauis doctoribus lædi, perfecta uerò & ualida nõ possit. Sed si capiantur à bonis doctoribus uulpes istæ, & abijciantur ex anima, tunc proficiet in uirtutibus, & florebit in fide, Amen.

Matt. 18

Psal. 119

ORIGENIS ADAMANTII HOMILIAE IN VISIONES ESAIAE.

Visio prima. Et factum est in anno quo mortuus est Ozias rex, uidi dominum sedentem super solium excelsum. Cap. VI. Homilia I.

QVANDIV Ozias rex uixit, non potuit uisionem uidere Esaias propheta. Erat enim Ozias peccator, & faciens malignum ante conspectum domini, & agens aduersus uoluntatem diuinæ legis. Ingressus est templum & sancta sanctorum, & ob hoc lepra perfusus in fronte est, ita ut extra ciuitatem uadens inter immundos computaretur. Talem igitur principem animæ oportet mori, ut uisionẽ dei uidere possimus. Neq; enim frustra scriptum est: Et factum est in anno quo mortuus est Ozias rex, uidi dominum. Vnicuique nostrum uiuit Ozias siue Pharao & non suspiramus Aegyptia opera facientes. Si autem moritur, tunc suspiramus, ut in Exodo scriptum est. Si Ozias uiuit, non uidemus gloriam dei: si aũt moritur, tunc uidemus statim ut moritur Ozias gloriam dei, tãtum hoc sit ut regnet in nobis sermo eius qui dixit: Ego aũt constitutus sum rex ab eo, & non regnet ira. Est quidem & peccati rex. Apostolus id

Rom.6 Ius ita ſciẽs,ait:Non ergo regnet peccatũ in mortali ueſtro corpore.Miſerabilis ille homo,cui peccatum regnat,qui tali ſe tradit regi,deſpiciens regnum dei, & ſubĳciẽs ſe uoluptati.Propterea uoluptatis amator,nõ eſt amator dei. Et ſecũdũ Apoſtolũ de quibuſ
2 Tim.3 dam dicitur: Amantes uoluptatem magis q̃ deum. Et quidem id ipſum non de his dictum eſt,qui omnino ſunt infideles,ſed de his qui intrinſecus commorantur uoluptatẽ magis q̃ deum amantes,qui habent figurationem pietatis, uirtutem autẽ eius negãtes. Hæc propter mortem regis Oziæ, poſt cuius interitum uidiſſe ſe ait uiſionẽ Propheta. Quæ eſt autẽ uiſio? Vidi dominũ ſedentem ſuper thronum excelſum & eleuatum, &c. Non omnis qui uidet deum, uidet eum ſedentẽ ſuper thronumexcelſum & eleuatum. Scio alium prophetam uidiſſe dominũ,& uidiſſe eum ſuper thronum ſedentem,ſed nõ excelſum,neq; eleuatum. Diſſerens ſcripturã Daniel,dicit:Throni poſiti ſunt.& nõ erat excelſus ille thronus.Et ueniam,ut ſedeam ad iudicandũ populum in ualle Ioſaphat.Ergo hic in ualle ſedit,& in ualle eum iudicaturus eſt,quẽ eſt condemnaturus. Aliud autẽ
Mich.1 eſt uidere eum ſedentem ſuper thronum excelſum & eleuatũ. Et in Michea:Egredere, & deſcendit deus.Et ut uideat Sodomam,deſcendit.Deſcendens ait,uidebo ſi ſecundũ clamorem eorũ uenientẽ ad me cõſummauerunt.Igitur deus aliquando ſurſum,aliquãdo deorſum iuxta dignitatem uidetur negotiorũ.Vidi ergo dominum Eſaias ait, ſedentem ſuper thronum excelſum & eleuatũ.Si uideo deũ in his qui hic ſunt regnantẽ,nõ eũ uideo ſuper thronũ excelſum & eleuatũ. Si uideo eũ regnãtem cœleſtibus uirtutib. uideo eum ſedentem ſuper thronũ excelſum& eleuatum.Quid eſt quod dicit cœleſtibus uirtutibus? Throni,dominationes,principatus, poteſtates,uirtutes cœleſtes ſunt. Et ſi uideo eum,quomodo eis regnet in uerbo,uidi dominum ſedentem ſuper thronũ excelſum& eleuatũ.Et plena erat domus gloria eius.Surſum quoq; eleuatus eſt thronus eius, plenaq; eſt domus gloria eius.Non arbitror,quia plena eſt domus gloria eius, hæc quæ
Pſal.24 in terra eſt.Domini eſt terra & plenitudo eius.Plenitudinẽ autẽ gloriæ dei nõ inuenies in præſenti:ſed ſi quis ædificauerit templũ deo,uidebit̃ gloria dei,& ſi ſeruat hoc quod dictum eſt,plena domus uidet̃ gloria dei. Neſcio autem an ſic domus gloria compleatur.Et in Leuitico quantũ ad præſens pertinet negotiũ, deo largiente, legitur in collecta quæ ſequitur,quia præcepit dominus quædã fieri ut uideatur domini gloria.Nec unquam apparebit gloria dei,ſi nõ hæc fiant. Cognoſcimus autẽ illa cum lecta fuerint.Et Seraphim ſtabant in circuitu eius,ſex alæ uni, & ſex alæ alteri.Duo uideo Seraphim,& unumquodq; eorũ in ſemetipſo habens ſex alas. Deinde diſpoſitio alarum. Et duabus quidem alis uelabant faciem,non propriam,ſed dei:duabus alis uelabãt pedes, nõ proprios,ſed dei:duabus autem alis uolabãt.Iuxta quod ſcriptũ eſt, contrarium ſibi uidet̃. Si ſtabant,uolare nõ poterant.ſcriptũ uero eſt:Seraphim duo ſtabãt in circuitu eius, ſex alæ uni,& ſex alæ alteri:& duabus quidem uelabant faciem, & duabus uelabant pedes, & duabus uolabant,& clamabant alter ad alterũ. Verum hæc Seraphim quæ circa deũ ſunt,quæ ſola cognitione dicunt:Sanctus,ſanctus,ſanctus,propter hoc ſeruant myſteriũ trinitatis,quia & ipſa ſunt ſancta.His enim in omnibus quę ſunt,ſanctius nihil eſt.Et
Caue nõ leuiter dicunt alter ad alterum,Sanctus, ſanctus,ſanctus,ſed ſalutarem omnib. cõfeſſionem clamore pronunciant. Quæ ſunt iſta duo Seraphim? Dominus meus Ieſus & ſpiritus ſanctus.Nec putes trinitatis deſerere naturã,ſi nominum ſeruantur officia.Operiebant faciem dei.Exordium enim dei ignotum eſt.Sed & pedes. Nouiſſimũ enim quod in deo noſtro eſt,non cõprehenditur.Sola enim media uidentur.Ante iſta quæ fuerint, neſcio:ex ĳs quæ ſunt,intelligo deũ.Poſt iſta quæ futura ſint,iuxta quod futura ſunt, neſcio.Quis pronunciauit ei? Dixit Eccleſiaſtes:Annũciate mihi priora & nouiſſima quę
Eſa.41 erunt,& dicã quoniã dĳ eſtis. Hinc & Eſaias ait:Priora annunciate nobis, & ponemus cor noſtrum,& ſciemus,& nouiſſima eorum quæ uentura ſunt,indicate nobis.Quæ uẽtura ſunt,in futurũ nunciate,& dicemus quoniam dĳ eſtis.Ex quo ſi quis dixerit pręterita,& poterit nouiſſima dicere:Deus eſt:quis ergo poteſt dicere præter Seraphim,Sanctus,ſanctus,ſanctus? Seraphim autem nudauerunt quandã partem dei,ut ita dicã,medietatem eius,& clamabant aliud ad aliud aſſiſtẽtia deo,atq; dicentia,Sanctus,ſanctus, ſanctus.Stant igitur & mouentur,ſtant cum deo,mouentur demonſtrãtia deum. Intelli ge enim quia uelant faciẽ,uelant pedes,non mouentur quæ uelata ſunt, nõ uelanť quæ

uolant

uolant,& dicunt:Sanctus,ſanctus,ſanctus dominus deus ſabaoth,plena eſt omnis terra gloria eius.Domini mei Ieſu Chriſti nunciatur aduentus, nũc itaq; plena eſt omnis terra gloria eius.Aut certe necdum plena eſt,ſed futurũ ut impleatur, cum expleta fuerit oratio,qua patrem nos ipſe dominus iuſſit orare.Cum oraueritis,inquiens,dicite:Pater noſter qui es in cœlis,ſanctificetur nomen tuum.Adueniat regnum tuum. Fiat uolũtas tua ſicut in cœlo & in terra.Adhuc in cœlo uoluntas eſt patris, in terris necdũ uoluntas eius expleta eſt,ut ipſe Ieſus iuxta diſpenſationem carnis quam induerat,ait:Dedit mihi uniuerſam poteſtatem,ut in cœlo & in terra.Nũquid poteſtatẽ non habet in terra is qui habebat in cœlis? & aliquid de mundo acciperet, qui in ſua uenerat? Sed ut ita crederetur deus in terra,quomodo credebat in cœlo,ergo accepit poteſtatẽ homo Chriſtus,quam ante non habuit:& uſq; ad præſens necdum habet in terra omniũ poteſtatẽ. In his quippe qui peccant,necdum regnat,ſed quãdo ei data eſt & horum poteſtas, cum ei ſubdita fuerint omnia,tunc complebitur poteſtas,& perambulabit ſubijciens ſibi omia. Quidã autem necdum uolunt ſubijci ei,uerum adhuc inimicis eius ſubijciuntur. Nos porrò dicamus:Nónne deo ſubiecta erit anima mea? apud eum enim ſalutare meum. Et duabus uolabant,& dicebant alterum ad alterum: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus deus Sabaoth,plena eſt omnis terra gloria eius.Et eleuatum eſt ſuperliminare à uoce qua clamabant.uoce Ieſu Chriſti & uoce ſpiritus ſancti.Si aliquis è nobis clamantium audierit uocem Ieſu Chriſti & ſpiritus ſancti,eleuatur ſuperliminare, & altius fit quàm eo tempore cum eleuatum eſt,quumq; dictũ eſt:Attollite portas principes ueſtras,& eleuamini portæ æternales,& introibit rex gloriæ.Et domus impleta eſt fumo.Ex remiſſione ignis cũcta impleta eſt domus.Fumus autem uapor ignis eſt.Et dixi:O miſer ego,quoniamcompunctus ſum,quia cum ſim homo,& immunda labia habeam. Non poſſum ſentire quare humiliauerit ſeipſum Eſaias. Verum dicit: teſtimonium enim dat ſcriptura,quia eius mundantur labia ab uno ex Seraphim qui miſſus eſt ad auferenda eius peccata. Vnus autem ex Seraphim dominus meus Ieſus Chriſtus eſt,qui ad auferenda peccata noſtra à patre miſſus eſt,& dicit:Ecce abſtuli iniquitates tuas,& peccata tua circũmundaui.Nec putes naturæ contumeliã,ſi filius à patre mittitur.Denicq; ut unitatẽ deitatis in trinitate cognoſcas,ſolus Chriſtus in præſenti lectione nunc peccata dimittit,& tamen certum eſt à trinitate peccata dimitti.Qui enim in uno crediderit,credit in omnibus.Deferatur ergo mihi de altario cœleſti forceps,ut tãgat labia mea.Forceps domini ſi tetigerit labia mea, mundat ea.Et ſi mundauerit ea,& circumciderit à uitijs,ut nuper diximus,aperiam uerbo dei os meum,nec ulterius ſermo immundus exiet ex ore meo:quia cum ſim homo,et immunda labia habeã,in medio quoq; populi immunda labia habẽtis habito.Seraphim quod miſſum fuit,mundauit labia prophetæ, non mundauit autem labia populi.Cõfeſſus eſt enim ipſe immunda labia ſe habere,& in medio populi immũda labia habẽtis habitare.Sed hoc quod miſſum eſt Seraphim,nõ iudicauit dignos eſſe de populo,ut & illorum labia emũdaret,& idcirco adhuc impie agũt, idcirco adhuc domino meo Ieſu Chriſto repugnant,adhuc ei maledicunt immundis labijs.Ego autem precor, ut ueniẽs Seraphim,emũdet labia mea.Et regem dominũ ſabaoth uidi oculis meis.Cur nõ dicamus in præſenti traditionem quandam Iudæorum ueriſimilem quidem,nec tamen ueram,& ſolutionem eius quare non inueniamus:Aiunt ideo Eſaiam eſſe ſectum à populo,quaſi legem præuaricantem,& extra ſcripturas annunciantem. Scriptura enim dicit:Nemo uidebit faciem meam,& uiuet.Iſte uerò ait: Vidi dominum ſabaoth.Moyſes(aiunt) nõ uidit,& tu uidiſti.Et propter hoc eum ſecuerunt, & cõdemnauerunt eum ut impium.Nõ enim ſciebant quia duabus alis uelauerunt faciem dei Seraphim. Vidi dominum,ſed faciem non uidit Eſaias,nec Moyſes uidit.Poſteriora uidit(ut ſcriptũ eſt)Moyſes. Veruntamen uidit dominum,etſi faciem eius non uidit. Et hic ergo uidit,licet faciem non uiderit.male igitur cõdemnauerũt Propheram.Et regem dominũ Sabaoth uidi oculis meis, & miſſus eſt ad me unus de Seraphim. Non eſt unus domini mei Ieſu Chriſti aduentus quo deſcendit ad terras:& ad Eſaiam uenit,& ad Moyſen uenit,& ad populum uenit,& ad unumquẽq; prophetarũ uenit:neq; tu timeas, etiamſi iam cœlo receptus eſt,iterũ uenìet.Quia autem & ante præſentiam carnalem ad homines uenerit, ipſum accipe teſtẽ denũciantẽ atq; dicentem:Hieruſalem Hieruſalẽ quæ occidis prophetas, & lapidas eos

Exod.33

Matt.6

Pſal.24

Matt.23

qui missi sunt ad te, quoties uolui colligere filios tuos. Quoties uolui. Non dicit, nõ uidi te nisi isto aduẽtu: sed dicit, quoties uolui. Et per singulos prophetarũ conuertẽs se, Ego, inquit, eram Christus, qui loquebar per prophetas. Dixi, neq; tu timeas, & nũc mittit̃ le-
Matt.28 sus Christus. Non mentit̃. Vobiscum sum (ait dñs) omnes dies usq; ad cõsummationem seculi. Nõ mentit̃. Vbi duo uel tres collecti sunt in nomine meo, & ego sum in medio eorũ. Quoniã igit̃ præsto est, & assistit Iesus Christus, & paratus est & prẽcinctus summus sacerdos offerre patri interpellatiões nostras, surgẽtes p̃ ipsum sacrificia patri offeramus. Ipse.n. ꝓpitiatio est ꝓ peccatis nostris, cui est gloria & imperiũ in secula seculorũ, Amẽ.

Homilia secunda, de eo quod scriptũ est: Ecce uirgo in utero cõcipiet, &c. Cap. VII.

QVANTVM ad dictum attinet, uerecundè fecit Achaz, cum ei fuisset imperatum, ut peteret signum in profundum aut in excelsum, & rationẽ reddidit cur petere noluerit. Ait quippe: Non petam, & non tentabo dominũ. Est tamen super hoc uerbo culpatus, & dicitur ad eum: Audite nunc domus Dauid. Nunquid modicum uobis præstare certamen hominibus, & quomodo domino præstatis certamen? Deinde dicitur hæc repromissio. Ideo dominus ipse dabit uobis signum. Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, & uocabis nomen eius Emmanuel. Hæc exponãtur, & de reliquis uidebimus, indigentes & in illis gratia dei ut manifestentur. Iubetur ut petat signum, non simpliciter, sed sibi ipsi. Sermo quippe ait: Pete tibi signum à domino deo tuo in profundum aut in excelsum. Propositum est signũ dominus meus Iesus Christus. Hoc enim est signum quod iubetur ut sibi postulet in profundũ aut in excelsum. In profundum quidẽ, quia qui descendit, ipse est. In excelsum uerò, quia qui ascendit super omnes cœlos, ipse est. Mihi autem hoc signum propositum dominus meus Iesus Christus in profundum & in excelsum, nihil prodest, si non mihi fiat mysterium de profundo & excelso eius. Cum enim ego recepero mysteriũ de Christo Iesu de profundo & excelso, tunc accipiam signum secundum præceptum domini, & dicetur mihi quasi habẽti in
Rom.10 memetipso profundũ & excelsum. Neq; dixeris in corde tuo, Quis ascendit in cœlum? Hoc est Christum deducere. Aut quis descendit in abyssum? hoc est Christũ ex mortuis reducere. Iuxta est uerbum tuum uehemens in ore tuo, & in corde tuo. Præcipitur ergo nobis omnibus, ut petamus nobis hoc signum, ut nobis utile fiat signum quod dat dominus deus in profundũ & in excelsum. Si quis aũt est qui sciat, & rationabili cõtemplatione cognoscat hoc quod dictũ est, in profundũ & in excelsum, nõ disiunctiuè esse dictũ. significat enim hoc quod utrunq; possit, Pete tibi signum à domino in profundũ & in ex-
Eph.3 celsum. Et in promissione aũt dixit Apostolus: Vt cognoscamus quid sit profundũ, & excelsum, & longitudo, & latitudo. Et dixit Achaz, non petam. Incredulus fuit. Dixit em̃: Pete tibi ipsi. Populus aũt usq; hodie non petit signũ, propterea non habet illum, & præbet domino certamen populus qui non recipit dominũ meum Iesum Christum. Deinde alia sequitur quæstio. Isto enim dicente: Non petam, neq; tentabo dominũ: & æstimante tentationem esse si peteret signum, ait: Audite nunc domus Dauid. Nunquid uobis modicum est præstare certamen hominibus, & quomodo domino præstatis certamen? Nõ præstat aũt certamen domino, neq; hominibus eum arbitror præstare certamẽ, qui petit signum in profundũ aut in excelsum. Certamẽ quippe dei est, quomodo saluet hominẽ. Non præstat igitur certamẽ domino qui confugit ad salutem. Qui uerò domino certante ut saluet hominẽ, fugit à salute, & procul recedit à domino, præstat domino certamẽ. Ideo dabit dominus ipse uobis signum. Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, et uocabis nomen eius Emmanuel. Veritas exẽplariorũ prophetæ huius dicit, uocabis. In Matthæo porrò scimus lectitari, Et uocabit̃ nomen eius Emmanuel. Non possumus dicere, quia oporteat minus aliquid facere de Propheta. Quomodo uerò euangeliũ hanc habet scripturã? Vtrum ab aliquo non intelligente, & ad faciliora currẽte, quomodo & in alijs multis factũ est: an sic à principio, ut dicat forsitan aliquis editum esse Euangeliũ: qui uult deliberet. Propheta quidẽ manifeste habet, & uocabis nomen eius Emmanuel. Noui quendã in exordio scripturarũ Euangelij legentẽ, Et uocabis nomen eius Emmanuel, dixisse intra seipsum: Quid est uocabis? Quis uocabit? Achaz. Et quomodo potuit Achaz de saluatore qui post generationes multas uenit, audire, Vocabis nomẽ eius Em-

manuel

manuel:atq; ita pro eo quod est uocabis,scripsisse uocabitur.Sed uide qa non Achaz dicitur:Et uocabis nomẽ eius Emmanuel,sed domui Dauid uide manifeste dictũ. Audite nunc domus Dauid:Nunquid modicũ uobis est præstare certamen hominibus,& quomodo domino præstatis certamen?Ideo dabit dñs ipse uobis signũ. Ecce uirgo in utero cõcipiet,& pariet filiũ,& uocabis nomen eius Emmanuel.Sed quãdo itaq; nõ intelligimus hoc quod dictũ est,nihil ex eo minus faciamus,neq; ad faciliora curramus,sed expectemus donec gratia dei subijciat nobis per illuminationẽ scientiæ illuminationem quæstionis:aut certe rursum gratia dei per quẽ uult illuminet nos, ut nõ ultra quæramus, sed quæstio nostra soluat̃.Si aũt temere ad nõ intellecta prorũpimus,nos ipsos causabimur. Quæ est ergo domus Dauid?Si Dauid Christus est,ut frequẽter probaui,domus Dauid nos sumus ecclesia dei:& dicit̃ nobis qui ecclesia sumus,ut nõ præstemus certamen deo suprà dictum,sed dante domino signũ suscipiamus illud. Nobis,nõ domui Dauid ista dicuntur.Et prophetatur,quia si quis est domus Dauid,uocabit nomẽ eius Emmanuel.In aduẽtu enim Christi sola ecclesia nostra de Christo dicit:Nobiscũ deus. His ut dedit gratia dei explanatis,alia iam quæramus ænigmata.Butyrũ & mel manducabit.Quomodo Christus prophetat̃ butyrũ & mel comesturus?Si hoc fuerit expositũ domino tribuente,rursus ea quæ sequũtur,aliam nobis ingerent quæstionẽ.Vtinamq; omnes faceremus illud quod scriptũ est:Scrutamini scripturas. Plura ex corporalib. cibis nominata sunt in scripturis pro escis spiritalibus. Quasi modo nati paruuli rationabile & sine dolo lac desiderate.Ergo est sine dubio lac rationabile,& oportet nobis istiusmodi lac quęrere.Rursum in Prouerbijs de melle scriptũ:Mel inueniens comede quod sufficit,ne forte plenus euomas.Num curauit spiritus sanctus de melle isto quod notũ est, ne forte plus comedamus?Sed sciens utiq; spũs sanctus mel spiritale ait:Mel inueniens comede quod sufficit. Quid aũt sentiens spiritus sanctus pręcepit nobis,ut si inueniremus mel,inuenibile est si quidẽ mel,comedamus quod sufficit?Vade(ait)ad apẽ,& disce quomodo operatrix est. Et inueniunt̃ prophetæ apes esse. Fingunt siquidẽ ceras, & mella cõficiunt, & si audẽti mihi expedit dicere,faui eorũ scripturæ sunt quas reliquerunt. Et uolens ueni ad scripturas,& inueni mel.Sed comede mel. Et in Prouerbijs rursus dicit̃:Bonus est enim fauus, ut indulcentur fauces tuæ. Putásne hoc dicit spiritus sanctus, Comede mel quod in usu est,bonum enim est?Ego nõ audeo dicere qa de melle corporeo mihi præcipiat spiritus sanctus,comede mel.Ecce nõ habeo,aut certe naturæ huiusmodi sum,ut de melle comedere non possim:qua ratione mihi dicit,comede mel,& noli comedere carnes,sed comede fili mel,bonum est enim.Si uideas apes prophetas,& opus eorũ mella uel fauos,tunc uidebis quomodo pro dignitate sancti spiritus intelligas, comede mel fili, bonũ est eẽ. Si quis meditatur eloquia diuina, & nutritur sermonibus scripturarũ,complet mandatũ diuinum iubens,comede mel fili:& faciens quod iussum est,potitur sermone qui sequit̃, Bonum est enim. Quia bonũ est hoc mel,quod in scripturis inuenitur.Quod aũt dicitur: Vade ad apem,istiusmodi est.Est quædã (ut ita dicã) apis super apes:& quomodo inter apes rex quidã est qui nominatur esse rex, sic princeps apũ dñs meus est Iesus Christus, ad quẽ mittit me spiritus sanctus ut comedã mel,bonum est enim,& fauus eius ut indulcentur fauces meæ.Et forte subtiliores literæ faui erunt,mel uerò est qui in his est intellectus.Iste porrò qui est natus ex uirgine Emmanuel,butyrũ & mel mãducat,& quærit ab unoquoq; nostrũ butyrum mãducare.Quomodo à singulis nostrũ butyrũ quęrit & mel, sermo edocebit.Opera nostra dulcia,sermones nostri suauissimi & utiles,mella sunt quę mãducat Emmanuel,quæ mãducat iste qui natus est de uirgine.Si uerò sermones nostri amaritudine pleni sint,ira,animositate,molestia,turpiloquio,uitijs, cõtentione,dedit in os meũ fel,& non comedit ab his sermonibus saluator.Comedet aũt saluator de sermonibus qui sunt apud homines,si fuerint sermões eorũ mel.Approbemus hoc de scriptutis: Ecce sto ad ostiũ,& pulso.Si quis aperuerit mihi ostiũ,ingrediar ad eum,& cœnabo cum illo,& ille mecum.Igitur ipse pollicetur se ex nostris cœnaturũ nobiscum esse. Certũ est autẽ quia & nos cum illo cœnamus,si cœnemus illũ. Comedẽs quippe de nostris bonis sermonibus,operib.& intellectu,repascit nos suis escis spiritalibus, & diuinis,& melioribus.Propterea qa beatũ est suscipere saluatorẽ, apertis ostijs principalis cordis nostri, præparemus ei mella,& omnem cœnã eius,ut ipse nos ducat ad magnam cœnã patris in

Ioan.5

Prou.25

Prou.6

Prou.24

Apoc.3

regno cœlorũ, quæ est in Christo Iesu, cui est gloria & imperiũ in secula seculorũ, Amen.

Homilia Tertia, de septem mulieribus. Cap. XI

SEPTEM mulieres patiuntur opprobriũ, & circumeunt quærentes eum recipere, qui possit auferre opprobriũ earum. Ipse septem mulieres repromittunt ut suum panem manducent, & uestimentis suis operiantur. Non necesse habent panem eius, sed nomen eius qui opprobrium earum possit auferre. Non indigẽt uestimentis hominis quem assumunt. Meliora habent uestimenta q̃ potest eis homo præstare. Lautiores habent cibos, q̃ conditio potest humana largiri. Cuius ergo sint septem mulieres, & quod sit opprobrium earum, dignum est considerare. Septem mulieres una
Esa.11 sunt. Spiritus enim dei sunt. Et ista una, septem sunt. Spiritus enim dei est spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & uirtutis, spiritus scientiæ & pietatis, spiritus timoris domini. Ista sapientia patitur opprobrium à multis sapientijs insurgentibus in se. Iste uerus intellectus sustinet opprobrium ab intellectibus falsis. Istud magnum consilium opprobratur à multis consilijs non bonis. Ista uirtus maledicit̃ à quadam, quæ cum non sit uirtus, repromittit se esse uirtutẽ. Ista scientia patitur opprobrium à quadam falsi nominis scientia nomen suum surripiente. Ista pietas exprobratur ab ea, quæ cum se dicat esse pietatẽ impietas est, & impios instruit. Iste timor patit̃ opprobriũ ab eo qui putatur esse timor, Multi enim pollicentur diuinũ metum, sed nõ cum scientia metuunt. Quomodo ergo istæ septẽ patiãtur opprobriũ consideremus. Vide sapientiã seculi huius, uide sapiẽtiam principũ mũdi huius, quomodo exprobrant sapientiã Christi mei, & quomodo exprobrant sapientiã iudaismi ueri, iuxta quem nos circũcidimur spiritaliter, isti uerò pręciduntur. Intellige itaq; quomodo sapiẽtia seculi huius & principũ mũdi istius, maledicũt sapientiæ: & ob hoc quærit̃ homo qui cum istis septẽ spiritalibus uelut mulieribus sit, ut auferat earum opprobriũ. Proprie unus est homo qui auferat earũ opprobriũ. Quis est iste homo? Iesus qui exiuit iuxta carnem de radice Iesse factus ex semine Dauid secundũ carnẽ, prædestinatus filius dei in uirtute iuxta spiritũ iustificationis. Exijt quippe de radice Iesse. Virga em̃ primogenitus omnis creaturæ, uirga nõ est qui in principio erat apud deum deus uerbũ, sed uirga de radice Iesse, qui iuxta carnẽ natus est. Exijt enim uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit. Quis est flos, & quæ est radix? Ambo enim in unũ idipsum subiacẽt. Differentia aũt est negociorũ. Nam si peccator es, nõ est tibi flos, neq; uidebis florẽ qui est ex radice Iesse. Veniet enim & ad te uirga, quo modo Apostolus uirgæ & floris loquit̃. De uirga quidẽ dicit: Quid uultis, in uirga ueniam ad uos? De
1 Cor.4 flore uerò: An in charitate dei & spiritu mãsuetudinis? Exijt ergo de radice Iesse uirga sapientiæ ei qui supplicijs plectit̃, uirga ei qui indiget increpatione, uirga ei qui necesse habet ut arguatur: Flos uerò ei qui iam eruditus est, & nõ indiget dura correctione, uel certe nõ indiget pœnis, sed ualẽti iam florere incipere, & ad perfectũ fructum exire. Primũ em̃ flos ostendit̃, deinde post florẽ uirga fit, & ad fructũ exit. Exijt uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescent super eum septẽ mulieres spiritus domini, spiritus sapientiæ & intellectus requiescet super eum. Spiritus em̃ sapiẽtiæ nõ requieuit in Moyse, spiritus sapientiæ nõ requieuit in Iesu Naue, spiritus sapientiæ nõ requieuit in singulis prophetarũ, in Esaia, in Hieremia. Nec uerò quasi blasphemantem me lapidetis dum uelim glorificare dominũ meum Iesum Christũ: sed sustinentes cõsiderate quod dicitur, & uidebitis quia in nullo eorũ requieuerit spiritus, nõ quod ad nullũ eorũ uenerit, sed quòd in nullo requieuerit. Venit super Moysen, & nõ credidit Moyses post spiritũ sapientiæ qui uenit ad eum. Audite enim, ait, cõtumaces. Nunquid ex petra ista educã uobis aquã? Venit super omnes iustos, uenit & super Esaiã, sed quid ait? Immunda labia habens, & in medio populi immũda labia habentis, ego habito. Venit spiritus sapiẽtię post illam forcipẽ, & ignẽ, uenit ad immunda labia habentẽ, sed non requieuit. Ministro quidem eo usus est, nõ aũt requieuit. Tribulatur ad quẽcunq; uenerit hominẽ. Peccat enim
Iob.15 omnis homo, nec est iustus super terrã qui faciat bonum, & nõ peccet. Nemo mundus à sordibus, neq; si una dies sit uita eius, numerati aũt menses eius. Igitur super nullũ requiescit. Possumus & de Euãgelio probare, quia uenit spiritus super multos, & nõ mansit in
Gen.6 eis. Ante paululũ lectum est: Nõ permanebit spiritus meus in hominibus istis in æternũ, Non ait, nõ erit, sed non permanebit. Vnũ uidit Ioannes solũ in quo permansit, & signũ

hoc

hoc erat:Super quem uideris ſpiritū deſcendentē,& manentē in eo,iſte eſt filius dei. Miniſtrauit quidā uerbo dei,ſpiritu deſcendēte:poſt modicū peccat, poſt modicū ociosum uerbum loquit̄:neſcio autē ſi & ſine peccato maneat. Putásne præſente ſpiritu peccare cōceditur? Super nullū ergo requieuit ſpiritus dei,ſecundū quod ſcriptum eſt:Exiet uirga de radice Ieſſe,& flos de radice eius aſcendit,& requieſcit ſuper eum ſpiritus dei,ſpiritus ſapiētiæ,ſpiritus intellectus,ſpiritus cōſilij & uirtutis.Propter hoc magni conſilij eſt angelus,propter hoc inualuit,& inualeſcens aſcendit, & mirant̄ eum uirtutes aſcendentem,& dicunt de eo:Iſte eſt dñs fortis & potens in prælio.Ad hunc ergo dicā in cœleſtia aſcendentē,uel ad fortitudinem eius,Et requieuit ſuper eum ſpiritus cōſilij & fortitudinis.Fortitudo mea, & laus mea dñs, & factus eſt mihi in ſalutē.Requieuit ergo ſuper eū ſpiritus dei,ſpiritus ſapiētiæ & intellectus,ſpiritus cōſilij & fortitudinis,ſpiritus ſapiētiæ & pietatis,& impleuit eum ſpiritus timoris domini. Mulieres igitur quærentes quē aſſumant,apprehendent ſeptem unū hominē.Et hoc ex prioribus pendet,&oportet primo cognoſcere quādo recipiant ſeptē mulieres unum hominē. Cum fortes Hieruſalē humiliati fuerint,cum luxerint thecę eorū ornamenta filiarū Sion,cum derelicta fuerit illa ſola,cū eliſa fuerit ad terrā,tunc apprehendent ſeptē mulieres unum hominē dicentes:Panem noſtrū manducabimus,& ueſtimentis noſtris operiemur: ueruntamen nomen tuū inuocet̄ ſuper nos.Tunc apprehendent & uere tenebunt ſeptē mulieres hominē unum Ieſum Chriſtū dominum noſtrū,iuxta quod intelligitur homo,iuxta quod natus eſt,iuxta quod corpus aſſumpſit.Apprehendent ſeptem mulieres hominē unum dicentes:Panem noſtrū manducabimus.Multi ambulant homines, & nullum apprehendunt mulieres,nullus eis placet homo.Nō enim propter inopiam hominum unum hominē apprehendunt,non propter raritatē hominis qualem uoluerunt,talem quæſierunt:unū ſolum repererunt hominē quem apprehenderunt, ut dicant ei:Panem noſtrū manducabimus, & ueſtimētis noſtris operiemur.Eſt quidā cibus ſapientiæ, eſt quidā cibus ſimiliter intellectus & reliquorū ſpirituum.Quis eſt iſte cibus? Non timeo dicere, cibus alius eſt extra iſtos:forte ut meus eſt cibus ſermo dei,qui ait:Ego ſum panis uiuens qui de cœlo deſcēdi,& uitam do mundo:ſic ſapientiæ cibus ipſe pater.Propter hoc eſt: Meus cibus eſt, ut faciam uoluntatē eius qui me miſit,ut cōſumem opus eius.Nec putandū eſt aliquo indigere ſapientiā & intellectū,cæteroſq; ſpiritus,quia alium cibum habeāt, cum totius diſpenſationis unus ſit cibus natura dei.Panem noſtrū manducabimus, & ueſtimentis noſtris operiemur.Eſt quidam ornatus ſapiētiæ quo decorat̄. Ornata eſt ſermone ſapiētia. Singulæ harum mulierū habent ornamenta. Veruntamen nomē tuum inuocetur ſuper nos,aufer opprobriū noſtrum.Quod eſt nomen ſapientię? Ieſus,Quid eſt,Inuocetur nomen tuū ſuper nos? Ego ſum ſapientia,uolo tuo nomine uocari, ut ego ſapientia dicar Ieſus,ut intellectus,& cōſilium magnum,& fortitudo,& ſcientia,& pietas & timor dei nominētur Ieſus,ut omnia in omnibus nomen tuū fiat. Nomen tuum inuocetur ſuper nos, aufer opprobriū noſtrū.Reuera abſtulit opprobriū Ieſus.Idcirco ſurgentes, oremus deū qui hunc miſit hominem,ut ſeptem mulierum ſpiritus in eo requieſceret,ut & nobis iſte homo tribuat cōmunionem harum mulierum: ut aſſumentes eas fiamus ſapiētes,intelligentes in deo & hominibus,uirtutibus adornantes animam noſtram in Chriſto Ieſu,cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum,Amen. Ioan.6

Homilia Quarta,de uiſione dei & Seraphim. Cap. VI

IMPOSSIBILE eſt inuenire principium dei. Principium ortus dei nuſquam comprehendis.Non dico tu,ſed neq; aliquis, neq; aliud quicquam eorū quæ ſubſiſtunt.Solus ſaluator & ſpiritus ſanctus qui ſemper fuerunt cum deo,uident faciem eius: & forte angeli qui uident iugiter faciem patris qui eſt in cœlis, uident & principia negociorum.Sic autem & pedes abſcondunt ante homines Seraphim. Nouiſſima enim ut ſunt,non ualent enarrari.Quis annunciauit de nouiſſimis? ait ſcriptura. Quæ uidemus(ut tamen concedatur,quia aliqua uidemus) media ſunt: quæ ante mundum fuerint,ignoramus.Fuerunt porrò quædam ante mundū. Quæ poſt mundum ſecutura ſint,ad certum non apprehendimus.Erunt autem alia poſt mundum.Ea igitur quæ ſcripta ſunt:In principio fecit deus cœlum & terrā,terra autē erat inuiſibilis,incompoſita,& tenebræ erant ſuper abyſſum,& ſpiritus dei ferebatur ſuper aquas,apprehendunt̄. Gen.1

Mundæ erant aquę iſtę, in quibus incubabat ſpiritus dei. Sed & tenebrę quę ſuper abyſſum erant, nō ſunt ingenitæ. Vtrunq; enim ex nihilo creatum eſt. Audi in Eſaia dicētem
Eſa. 45 dominū: Ego deus qui conſtruxi lucē, & feci tenebras: Audi ſapientiā in Prouerbijs præ
Prou. 8 dicantem: Ante omnes abyſſos nata ſum. Non erant iſta ingenita: ſed quādo, uel quomodo ſunt nata, neſcio. Velātur enim à Seraphim priora operū dei, id eſt facies dei: ſimiliter aūt & pedes. Ea quæ poſt extremū ſeculum futura ſunt in ſecula ſeculorū, quis poteſt exponere? Garrulorū eſt hominum horum notitiā polliceri, neſcientium quia homo ea tātum poteſt capere quæ media ſunt, & ea quæ poſt mundū uſq; ad cōſummationē in iudicio ſunt futura, de pœnis, de retributione. Et horū quoq; multa abſcōſa ſunt nobis, ut ꝓpter hoc quidem ſcriptū ſit, Duabus uelabāt faciem. Non ſolum aūt uelabant, ſed & contegebant, id eſt ſic uelabant, ut nec modicū uideretur priorum, dico aūt faciei: neq; paululum quid agnoſceretur nouiſſimorū, hoc eſt pedum eius. Duabus uolabant. Aperta ſunt media ad contemplandū. Et clamabant alter ad alterū. Nō alter ad plures, ſed alter ad alterum. Audire enim ſanctitudinē dei quæ annunciatur à Saluatore, iuxta dignitatem rei nemo poteſt niſi ſpiritus ſanctus: quomodo rurſum inhabitare ſanctimoniā dei quæ annunciatur à ſpiritu ſancto, nemo poteſt niſi ſolus Saluator, Ob id alter ad alterum clama
Eſa. 6 bant, & dicebant, Sanctus, ſanctus, ſanctus. Non eis ſufficit ſemel clamare ſanctus, neq; bis, ſed perfectū numerum trinitatis aſſumunt, ut multitudinē ſanctitatis manifeſtēt dei, quę eſt trinę ſanctitatis repetita cōmunitas, ſanctitas patris, ſanctitas unigeniti filij, & ſpiritus ſancti. Etenim ſanctificās & ſanctificati ex uno omnes. Qui ſanctificat Saluator eſt, iuxta hoc quod homo eſt à deo patre accipiēs ſanctitatē. Dicunt itaq;, Sanctus, ſanctus, ſanctus dñs deus Sabaoth. Interpretaſ Sabaoth (ut Aquila tradidit) dominus militiarū. Plena eſt omnis terra gloria eius. Olim plena domus erat gloria, nunc uerò his qui ſuper terrā ſunt, à Seraphim prophetaſ, quia futurum ſit ut uniuerſam terrā gloria dei mei Chriſtus impleat. In oīibus quippe qui cōuerſatione ſua glorificāt deū, gloria dei eſt, atq; ita uniuerſa terra plena eſt gloria dei. Olim nō omnis terra plena erat gloria dei, ſed unus angulus terræ, quando dicebaſ: Notus in Iudæa deus, in Iſrael magnū nomen eius. Gloria deo, qui miſit filiū ſuū, ut omnis terra plena fieret gloria ſua. Sed quid tibi prodeſt, ſi terra plena ſit propter eccleſias beatorū, qui ubicunq; ſunt, ſunt gloria dei, tu aūt nō ſis particeps gloriæ plenitudinis dei? Et tu ergo labora, & in cūctis enitere ut ſis gloriā dei quę rens, ut inhabitet & inueniat locū in te, & fias etiā tu cum omni terra in qua eſt gloria dei plena, gloria eius. Quomodo ſit per ſingulos noſtrū plenitudo gloriæ dei? Si quæ facio quæ loquor, in gloriā dei fiant, plenus ſermo meus & actus ſit gloria dei. Si & proceſſus, & ingreſſus meus in gloriā dei eſt, ſi cibus, ſi potus meus, ſi omnia quæ facio in gloriā dei fiant, & ego particeps ſum iſtius dicti, Plena eſt terra gloria eius. Cum ergo omnia iſta fecero, eleuatū eſt ſupliminare à uoce Seraphim, qua clamabant: Beatū eſt itaq; unūquēq; noſtrū ita laborare ut particeps fiat oſtij, & ſuperliminaris oſtij, quod iuxta intellectū eſt Chriſtus deus. Neq; eī indecens dictu reor oſtiū carnem, & ſuperliminare uerbum nuncupari. Eleuatum eſt ſuperliminare à uoce qua clamabāt, & domus repleta eſt fumo. Fumus iſte donū eſt de gloria dei. Et dixi: O miſer ego, quoniā cōpūctus ſum. Anteq; uideas uiſionē, non cōfiteris te eſſe miſerū ô Eſaia? Nō ait: quādiu uixit Oſias, neq; in ſenſum meū uenit quia miſer eſſem. Incipio aūt noſſe quia miſer ſum, quando uideo uiſionē mo
2 Paral. 26 riente mihi Oſia rege leproſo, & dico: O miſer ego. Nunc incipio & ego cōfiteri dñō, & dicere de memetipſo, O miſer ego, quō Eſaias dicit: O miſer ego. Proxime autē huic &
Rom. 7 Apoſtolus dicit: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Beatū eſt ergo ut miſerū me fatear. Si me humiliauero, & pœnitēs ſuper peccatis meis fleuero, exaudiet me deus, & dabit mihi liberatorē, & dicā gratias deo per Ieſum Chriſtū dñm noſtrū. Verū ex corde dicamus, Miſer ego ſum. Vnuſquiſq; recordeſ cauſas miſeriarū ſuarū, & delicta, & dicamus ſurgētes ad orationē, memores quidē quaſi cōfitētes, obliti aūt quaſi iam nō faciētes, & dicamus: Miſer ego, quoniā cōpunctus ſum. Nō eſt cōpunctus anteq; uideret uiſionē, anteq; Oſias morereſ: cum incipit pœnitentiā agere, ſtatim dicit: quoniā cōpunctus ſum. Si quis ſine ſenſu eſt iuxta interiorē hominem, cum peccator ſit, non cōpungitur: ſed quaſi in exteriora membra licet adhibeas ſtimulū, nō ſentit mortuū corpus, eodē modo ſi adhibeas peccatori uerba diuina mortificato ꝑ peccatū, & nō agē

ti pœ-

ti pœnitentiam, neq; mœstus est, neq; pœnitet, neq; habet tristitiam operantẽ confessionem, tristiciam quæ secundũ deum est. Si quis autẽ uult saluari, & audierit sermones arguentis se, & corripiẽtis, statim dicit: Omiser ego. Nec sufficit dicere, miser ego, apponẽdum est ei, quia compunctus sum. Vtinamq; amplius compungamur. Quãto em̃ plus compungimur, tanto plus nobis peccatorũ uincula laxanť. Propter hoc Achaz ille non multum utilitatis est consequutus, quia non multum cõpunctus est: sed cõpunctus quidem est semel tantũ. Quamobrem dictum est: Vidisti quomodo cõpunctus est Achaz. Si uerò quis talis fuerit ut non cesset compungi, dicit similiter ut apostolus: Nõ sum dignus uocari apostolus propter hoc quod persecutus sum ecclesiã dei. &: Mihi minimo omnium sanctorum data est ista gratia. &: Fidelis deus, quia Iesus Christus uenit in hũc mundum peccatores saluare, quorum primus ego sum. Vidésne quia multum compũctus est, & non semel, sed semper scribens, & loquens, & agens cõpunctus est? quomodo & Esaias in præsenti, qui dicit: O miser ego sum, compunctus sum, quia cum sim homo, & immũda labia habeã, & in medio quoq; populi immũda labia habentis habitem. Annotemus & aliud quiddã, quia peccata Esaię nõ in factis, sed tantũ in sermonib. erãt. Propter quod ait: Quia cũ homo sim, & immũda labia habeam. Erat aũt & populus immũda labia habens. Non decuit eum accusare populũ, & dicere plura peccata in eo esse quàm immundorũ labiorũ. Et regem dominũ sabaoth uidi oculis meis. Si qñ de deo cogitauerimus, cũ adhuc sumus peccatores, & nos dicamus quæ nũc dicit propheta: Et missus est ad me unus de Seraphim. Quàm bonus deus? Quia, inquit, audio confitentẽ Esaiam, dixit enim: O miser ego: quoniã audio pœnitentẽ, ait quippe: Cõpunctus sum: quia propria delicta pronũciauit dicens, quia cũ sim homo, & immunda labia habeã, & in medio quoq; populi immũda labia habentis habitẽ: & ego adhuc loquente eo dico, ecce adsum. Et missus est ad me unus de Seraphim, & in manu sua habebat carbonem. Carbo defert̃ ad prophetã, ut per ignis ustionẽ purgent̃ labia eius, quæ aliqñ peccauerãt. Quis est iste unus de Seraphim? Dñs meus Iesus Christus: iste iuxta dispẽsationem carnis missus est habẽs in manu sua carbonẽ, & dicens: Ignem ueni mittere super terrã. Et utinã iã ardeat. Et missus est ad me unus de Seraphim, & in manus eius habebat carbonẽ, quẽ acceperat forcipe de altari. Non quocũq; simpliciter & fortuito ꝓpheta igne purgatur, sed qui est de altario dei. Si purgatus nõ fueris altaris igne, residet tibi ille de quo dictũ est: Ite à me in ignẽ æternũ, qui præparatus est zabulo & angelis eius. Nõ est talis ignis de altari. Omnes igni tradẽdi sunt, sed nõ oẽsuni igni, alios de altario ignis expectat, alios ignis qui præparatus est zabulo & angelis eius. Tãgat ergo labia mẽtis & animę nostrę sermo corripiẽs, ut et nos dicamus, et tetigit os meũ. Si mũdauero os meũ, ut nihil ociosum, nihil fatuũ, nihil turpe, nihil scurrile (ut omnia semel nominẽ) nihil eorũ quæ interdicta sunt loquar, tũc possumus dicere, tetigit os meũ. Porrò quãdiu immũda labia habeo, & immũdas res gero, ꝓpter uerba peccati nõ tãgit os meũ ignis de altario, neq; mittitur ad me unus de Seraphim. Et dixit: Ecce tetigi labia tua, & abstuli iniquitates tuas, & peccata tua circumpurgaui. Mordeat nos sermo diuinus, exurat animas nostras. Dicamus audientes: Nónne cor nostrum ardens erat in nobis? ut auferant iniquitates nostræ, atq; peccata, & mundi effecti, mundo ore, mundoq; corde, & munda tota conscientia gratias agamus omnipotenti deo, in Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen. Matt. 25 Luc. 24

Homilia Quinta, de eo, quod scriptum est: Quis eleuauit ab oriente iustitiam, & de uisione iterũ aliter. Hæc allo quutio in Græco perperã ualde fuit, ideo iuxta sensum, & ordinem nõ etiam iuxta uerba translata. Cap. VI

A IT prophetes esse Christum uiuentem iustitiam, & putabamus ab Apostolo solum dictum esse, quia Christus sit iustitia, & sanctificatio, et redemptio, & sapientia. Forte autem & Apostolus instructus à prophetis, nouit anima tam esse iustitiã, & uiuentẽ. Quæ est ista iustitia? unigenitus dei. Quia autem nõ solum ab Apostolo ortum est Christum esse iustitiam, & uiuentem, & subsistentem iustitiam, sed inuenies, & à propheticis sermonibus hoc nobis mysterium exhibitum, certum & à capitulo in quo nũc lectio conquieuit. Quis enim, inquit, surgere fecit ab oriente iustitiã, & uocauit eã ad pedes suos? Vocauit iustitiã. Manifestũ est animatam eam esse si am 1 Cor. 1

bulet uocata. Vocauit aũt Christum pater, quo ob nostram salutẽ ad nos iter faceret, & descenderet de cœlo ad nos. Nemo enim ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descẽdit filius hominis. Vocauit eum de oriente: non de isto sensibili, sed de oriẽte lucis uerę. Propter quod scriptũ est: Quis exurgere de oriẽte fecit iustitiã, & uocauit eã ad pedes suos? Pater uocauit filium, imò ut uere dicamus, deus hominẽ uocauit iustitiã ad pedes suos, id est, incarnationẽ filij sui. Ideo & adoramus scabellũ pedũ illius, iuxta quod scriptũ est: Adorate scabellum pedũ eius, quia sanctum est. Caro siquidem domini honorẽ deitatis assumit. Quia autẽ principiũ lectionis altiori indiget expositione, oremus summũ regẽ ut sermo qui uocatus abierat, ad nos iterũ reuertatur, ut pauca iuxta possibilitatẽ nostrã edisseramus. Et factũ est in anno quo mortuus est rex Osias: uidi dominũ sedẽtem supra thronũ excelsum, & plena erat domus gloria eius, & Seraphim stabãt in circuitu eius, sex alæ uni, & sex alæ alteri: Et duab. quidẽ uelabant faciem eius, & duabus uelabãt pedes, & duab. uolabãt, & clamabãt alterũ ad alterũ, & dicebãt: Sanctus, sanctus, sanctus, dñs deus sabaoth, plena est terra gloria eius, & reliqua. Verũ ut & nos uideamus uisionem quã uidit Esaias, uocemus Iesum, qui nõ uidẽtibus largitus est oculos. Potest enim etiã nũc uenire & facere, ut ea quę in lectione sacramẽta dicta sunt, apertis oculis intueamur: repromittamus ei iam nos nõ ultra facere corpus Christi corpus meretricis, nec facere opera digna luctu. Vnusquisq; nostrũ hæc corde loquat ad deũ, & precemur ut aduentus eius etiã nũc fiat. Si enim nõ aduenerit Iesus, ista uidere nõ possumus. Precor ut mittat etiã ad me Seraphim, & cõprehenso de forcipe carbone purget labia mea. & qd dico labia mea? Esaias sanctus erat, & ideo tãtũ labia eius purgata sunt, quia labijs tãtũ, id est, sermone deliquerat. Ego uerò non sum talis, ut possim dicere, quod solũ immũda labia habeo, sed metuo ne immundũ cor habeam, immũdos oculos, immũdas aures, immundũ os. Quamdiu in omnibus istis pecco, totus immũdus sum. Si uidero mulierẽ ad concupiscẽdũ, iam mœchatus sum eam in corde meo. Ecce immũdos oculos habeo. Si de pectore meo exeãt cogitationes pessimæ, adulteria, fornicationes, falsa testimonia, ecce cor immundũ habeo. Quàm formosi pedes euangelizantiũ pacẽ, euangelizantiũ bona. Ego uerò timeo ne currens ad mala immundos pedes habeam. Extendo ad dominũ manus meas. Et forte auertẽs faciẽ suã dicit: Si extẽderitis manus, auertã faciẽ meã à uobis. Quis ergo me mũdat? Quis lauat pedes meos? Iesu ueni, sordidos habeo pedes propter me fias seruus, mitte aquã tuã in peluim tuã, ueni laua pedes meos. Et scio temerariũ esse quod dico, sed timeo cõminationẽ dicẽtis: Si nõ lauero pedes tuos, nõ habebis partẽ mecum. Ideo laua pedes meos, ut habeã partẽ tecum. Sed quid aio, laua pedes meos? Petrus hoc potuit dicere, qui nõ habuit necesse, nisi tantũ ut pedes eius lauarent, totus qppe mũdus erat. Ego potius cũ semel lotus sum, illo indigeo baptismate, de quo dominus ait: Ego aliud baptisma habeo baptizare. Cur ista diximus? Præparo & me & audiẽtes ad maiora mysteria. Si nõ ueniat, si descẽdat ad nos sermo dei: timeo eñ ne me fugiat, ne benedictionẽ quoq; meã dedigneť. Fugit quõdam sermo populum propter Achaz unũ peccatorẽ. Fugit inquã sermo populũ propter unũ peccatorem Achaz filiũ Zambri filij Zara ex tribu Iuda, qui inobediẽs fuit deo, & ideo anathematizatus est. Et quia nũc populi multitudo est propter parasceuen, & maxime in dominica die, quæ passionis Christi cõmemoratrix est (Neq; eñ resurrectio domini semel in anno, & nõ semper post septẽ dies celebrať) orate deũ omnipotentẽ, ut ueniat ad nos sermo eius. Etiã si peccatores estis, orate dominũ. Peccatores exaudit deus. Quòd si timetis illud qd in
Ioan. 9 euãgelio dicit: Scimus qa peccatores nõ exaudiat deus, nolite pertimescere, nolite cre-
Esa. 1 dere. Cæcus erat qui hoc dixit. Magis autẽ credite ei qui dicit, & nõ mentit: Et si fuerint peccata uestra ut coccinũ, ut lanã dealbabo. Et si uolueritis, & audieritis me, bona terræ edetis. Si uultis uel nũc audire, oremus in cõmune dñm, ut saltẽ nũc aduenientẽ uerbo, prophetica uerba dicta ualeamus aduertere. Factũ est, inqt, in anno quo mortuus est Osias rex, uidi dominũ sedẽtẽ super thronũ excelsum. Visio ascripta est. Cur regis tẽpus significatũ? Intẽdite quãdo oborta sit uisio. Cũ mortuus est Osias rex, uidit Esaias dominũ sabaoth sedentẽ super thronũ excelsum. Si qs ex nostris nouit qui fuerit Osias, & quę gesserit, ille põt nosse qd docuerit Propheta per spiritũ, qd exhibeat nobis sermo diuinus. Vadã ad uitã Osiæ, & requirã ex Regnorũ libris, & ex Paralipomenõ historiã de Osia:

ibiq;

ubiq; uidebo quia necessarium sit, si futurũ sit ut uideam dominũ sabaoth sedentẽ super thronum excelsum, mihi mori Osiam regem. Iste Osias ex semine Dauid descendẽs, & regnãs in populo Iuda, quãdiu quidẽ uixit Zacharias qui intelligebat (sic enim scriptũ est secũdo libro Paralipomenon) fecit rectũ in cõspectu domini. Nec sufficiens isto, fecit luminaria magna domino, & cõposuit tẽplum dei, & multæ fuerũt in religione eius uirtutes. Quando autẽ mortuus est Zacharias intelligens, tunc fecit malignũ. Quis hic qui fecit malignũ? Rex erat, nõ sacerdos. Alius ordo regius, alius ordo sacerdotalis. Voluit ingredi in templũ, & locũ agere sacerdotis, & facere opus quod nõ fuerat ei cõcessum. Introijt præueniẽs sacerdotes, & assumpsit uas libaminis. Ingressus aũt & princeps sacerdotũ, qui tẽpore illo erat, & octoginta sacerdotes cũ eo, dixit ad eũ princeps sacerdotũ: Nónne tu es Osias, & nõ sacerdos? Violenter perseuerauit, & lepra ascẽdit in frõtem eius. Proiectus est mortuus, egressus est de tẽplo, eduxit eum dominus. Igit̃ leprosus factus est, ꝓpter præuaricationẽ legis. Vnusquisq; sub regno est, siue peccati, siue iustitiæ. Si peccatũ mihi regnat, unus sum de regibus Israel, qui templum uiolẽter ingressi sunt. Si iustus sum iuxta mensurã profectus mei, & facio rectum, & perseuero ante conspectum dei, regnat mihi iusticia. Quãdiu uerò uixit leprorsus, Esaias immũda labia habuit. Quamdiu uixit iniquus, nõ potuit Esaias dominum Sabaoth uidere, & immunda labia habuit. sub iniquo quippe rege erat. Quãdo eñ incipit uidere uisionẽ dei? Anno quo mortuus est Osias. His similia & de multis scriptis poteris dicere tribuente deo. In Exodo istiusmodi quiddã scriptũ est. Et factũ est post dies aliquot, mortuus est rex Aegypti, & suspirauerunt filij Israel, & ascẽdit clamor eorũ ad deũ. Quãdiu uixit Pharao, nõ suspirauerunt filij Israel, & in peius positi ne gemendi quidem habuerunt liberã facultatẽ. Viuebat quippe rex qui imperabat eis & lateres & paleas facere. Quãdiu uixit Pharao nõ suspirauerunt ad deũ: cum mortuus est Pharao, tunc ualuerũt madida fletibus ora sustollere. Viuit rex malignus in pectore nostro, quãdiu uiuit Pharao Zabulus. Tũc lateres operamur, & paleas, tũc lachrymas intra silentiũ deuoramus, & iniq̃tatis opera prima facimus. Cum autẽ mortuus fuerit, dño deo nos uisitãte, tunc suspiramus ad dominum. Idcirco oremus dñm, ut regnum peccati quod est in mortali nostro corpore, moriat̃. Peccatum enim (ait) mortuũ est, ego autẽ reuixi. Et rursum: Peccatum reuixit, ego autẽ mortuus sum. Moriente uno qui potit̃ regno peccati Osia, moritur & Pharao. Cum morit̃ rex pessimus, erigo ad cœlũ oculos, & exaudit uocẽ meã deus, quomodo Abraham, & Isaac, & Iacob: & uideo dominũ Sabaoth sedentẽ & regnantẽ super excelsum solium, quem populus nõ uidit. Nondũ enim Osias mortuus fuerat. Volo quiddã simile interponere bonæ rei, quæ huic cõtraria est. Iste ipse Osias quamdiu uixit Zacharias intelligẽs, non fecit peccatũ in conspectu dei: moriente Zacharia declinauit à dño, ubi imperauit populo, & rexit urbẽ. Hæc diebus & noctib. legẽtes & audiẽtes dominũ dicentem: Oportuit te mittere pecuniam meam ad mensam, & ego ueniens cum usuris eam exegissem, non colligamus in sudario mnam creditam, nec pecuniam mittamus in terram, sed fœneremur eam populis. Et cum nos crediderimus dominicam rationem, uobis erit uidendum quomodo credita cum usuris exoluatis. Quam &c. Amen.

2 Paral. 26

Exod. 1

Rom. 7

Matt. 25

Homilia sexta. De eo quod scriptum est: Quem mittam, & quis ibit nobis &c. usq; ad eum locum in quo ait: Et conuertantur, & sanem eos. Cap. VI

VIDENS Esaias dominum sabaoth sedentem super thronum excelsum & eleuatum, uidens autẽ & Seraphim circumstantia eum, & remissam peccatorum accipiens per eum ignem, qui allatus de altario, labia eius contactu purgauit, ait se audisse uocem domini non imperantis, sed excitantis atque dicentis: Quem mittam, & quis ibit ad populum istum? Deinde dicit se respondisse domino: Ecce sum ego, mitte me. Factus autem in hoc loco, & scrutans ea quæ scripta sunt, inuenio aliud fecisse Moysen, aliud Esaiam. Moyses enim electus ad eductionem populi de terra Aegypti, ait: Prouide alium quem mittas. etiam uidetur contradicere deo. Esaias uerò non electus, sed audiens quem mittam, & quis ibit: Ecce, inquit, ego sum, mitte me. Dignũ est ergo spiritalibus spiritalia comparare, & requirere quis è duobus melius fecerit: Moysẽne, qui postquam electus est recusauit: an Esaias qui ne electus

ctus quidem ipse se obtulit ut mitteret ad populum. Nescio enim si potest quis eam cõtrarietatẽ negotiorum quæ in utroq; uidet intẽdens, dicere quia id ipsum fecerit Moyses, quod Esaias. Ego audacter feci comparãs duos sanctos & beatos uiros, & decernẽs, & dicens uerecũdius Moysen feciſſe, quàm Esaiam. Moyses quippe magnitudinẽ cõsiderabat, pręesſe populo ad educendum eum de terra Aegypti, & repugnare Aegyptiorum incantationibus & maleficijs. Propter hoc ait: Prouide aliũ quem mittas. Iste autem nõ expectãs audire quid ei iuberet ut diceret, ac si electus fuiſſet: Ecce, inquit, sum ego, mitte me. Vnde quia ignorãs quid ei iuberetur ut diceret, ac si electus fuiſſet: Ecce (ait) ego sum, mitte me: hæc iubet ut dicat, quæ erant inoptata dicenti. An non erat inoptabile ſtatim iuſſum prophetizare, à maledictionibus incipere dicentẽ: Aure audietis, & nõ intelligetis, & uidẽtes cernetis, & nõ uidebitis: Incraſſatũ est enim cor populi huius, & reliqua? Forte ergo (ſi tamen audenter expedit dicere) temeritatis & audaciæ mercedẽ conſecutus est, ut ea iubeat dicere quæ prophetizare nolebat. Quia aũt cõparauimus Esaiã & Moysen, cõponamus & aliã proximã cõparationẽ Esaiæ & Ionæ. Ille mittit prędicare euerſionẽ Niniuitis poſt tres dies, & piget eũ proficiſci nolentẽ cauſa malorũ ciuitatis. Iste uerò nõ expectans quid ei imperaretur ut diceret, ait: Ecce ego sum, mitte me. Bonũ est nõ proſilire ad eas quæ à deo sunt dignitates & principatus, & myſteria eccleſiæ, ſed imitari Moysen, & dicere cum eo, prouide aliũ quem mittas. Neq; enim ad principatũ eccleſiæ uenit qui saluari uult, & ſi præeſt, ſed ad ſeruitutẽ eccleſiæ, ſi oportet dicere & de Euãgelio: Principes quidẽ gentiũ dominantur eis, & qui poteſtatẽ habẽt in illis magiſtratus uocant. Non ſic autẽ erit in uobis: nec eĩ dominant principes in uobis, ſed qui uult ueſtrũ esſe maior, erit omniũ minimus. Qui uult esſe primus, erit omniũ nouiſſimus. Qui uocatur ergo ad epiſcopatum, non ad principatum uocatur, ſed ad ſeruitutẽ totius eccleſiæ. Si uis credere de ſcripturis, quia in eccleſia ſeruus ſit omniũ qui præeſt, ſuadeat tibi ipſe ſaluator & dominus, qui talis tantusq; factus est in medio diſcipulorũ, non quaſi diſcũbens, ſed quaſi miniſtrans. Accipiens enim linteũ poſtquã exutus est ueſtimẽtis, pręcinxit ſe, & mittens aquã in peluẽ cœpit lauare pedes diſcipulorũ, & detergere linteo quo erat præcinctus. Et docẽs quales oporteat esſe principes tanquã ſeruos, ait. Vos uocatis me magiſtrũ & dominum, & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego dñs & magiſter ueſter laui uobis pedes, & uos debetis alterutrũ lauare pedes. In ſeruitutẽ igit uocatus eccleſiæ princeps, ut poſſit ex ſeruitute iſta ire ad ſoliũ cœleſte, ſicut ſcriptũ est: Sedebitis ſuper thronos duodecim iudicantes duodecim tribus Iſrael. Audi uerò & Paulũ tam præclarũ uirũ dicentẽ, quia ſeruus fuerit omniũ credentiũ. Ego eĩ sum (ait) minimus apoſtolorum, non sum dignus uocari apoſtolus, quia perſecutus sum eccleſiã dei. Porrò ſi hoc non uidetur approbare ſeruitutẽ eius, ſed tantũ humilitatẽ, audi eũ dicentẽ: Facti sumus paruuli in medio ueſtrũ, quaſi ſi nutrix foueat filios ſuos, cũ poſſemus graues esſe, ut Chriſti apoſtoli. Imitatores ergo nos esſe expedit humiliũ ipſius domini ſermonum atq; factorũ, & apoſtoli eius, & facere quod factum est à Moyſe, ut etiã ſi uocatur aliquis ad principatum dicat, prouide alium quem mittas. Deo dicit: Nõ sum dignus ante heri & nudiuſtertius. Exilis uocis sum, & tardilinguis. Et quia deo dixit humiliter, exilis uocis sum & tardilinguis, audit à deo. Quis dedit os homini, & quis fecit ſurdum & mutũ, uidentẽ & cæcũ? Nonne ego dominus deus? Crede deo, cõſerua te ei. Licet ſubtilis uocis ſis, tardęq; linguę, trade te ſermoni dei. Dices poſtea: Os meũ aperui & attraxi ſpiritũ. Hęc quidẽ propter hoc quod ait Esaias. Ecce sum ego, mitte me. Faciamus autẽ ex parte & cũ eo. Voluit enim cum accepiſſet iam gratiam à deo, nõ in uacuũ eam accipere, ſed uti ea ad neceſſaria. Videns Seraphim, uidens dominũ ſabaoth ſedentem ſuper thronũ excelſum & eleuatũ, dixit: O miſer ego, quoniã cõpunctus sum, quia cũ homo ſim, & immũda labia habeã, in medio quoq; populi labia immũda habẽtis habitẽ, regẽ dominũ ſabaoth uidi oculis meis. Hoc dicẽs, & miſerũ ſe faciens, meret auxiliũ, ſuſcipiẽte deo humilitatẽ eius. Quod est iſtud auxiliũ? Miſſus est, ait, ad me unus de Seraphim, & habebat in forcipe carbonẽ, quẽ attulerat de altari, & tetigit labia mea, & dixit: Ecce abſtuli iniquitates tuas, & peccata tua circumpurgaui. Cõſecutus est beneficiũ, mũdus effectus, & remiſſionẽ accipiens peccatorũ. Cũ audiſſet: Quẽ mittam ad populũ, & quis ibit nobis, nõ propter priorẽ cõſcientiam auſus fuit dicere: Ecce ego, mitte

Exod. 4

Ion. 1

Mar. 9

Ioan. 13

Matt. 24

1 Cor. 15

1 Theſſ. 2

me

me,sed ubi audierat:Ecce abstuli iniquitates tuas.Igit quia sancti cõpungunt,& requirit inter Moysen & Esaiam,satisfaciamus ꝓ Moyse & etiã pro Esaia,dãtes & eis de scripturis sortẽ suam.Moyses nõ accepit remissionẽ peccatorũ,ut diceret quasi iam cõscius se mundatũ,mitte me.propter quod ait:Prouide alium quẽ mittas,habebat enim incõscientia interfectionẽ Aegyptij: forte autẽ ut homo sciebat se & quædã alia habere peccata,ꝓpterea recusat.Iste autẽ non quasi natura iustus postulat ministeriũ,sed quasi gratiam cõsecutus.Sic & Moyses si similem gratiam percepisset, audisset q̃,ecce abstuli iniquitates tuas,& hoc,circũmundaui peccata tua,nunquam forte dixisset:Prouide alium quẽ mittas.Habet ergo aliquid rationis,& Moyses recusans, & Esaias dicẽs: Ecce ego sum,mitte me.Sed uideamus etiã ea quæ præcipit dominus ut populo diceret: Vade & dic populo:Aure audietis,& non intelligetis,& uidẽtes cernetis, & nõ uidebitis.Incrassatum est enim cor populi huius,& auribus grauiter audierũt,& oculos clauserunt, nequando uideant oculis,& auribus audiãt:& corde intelligant, & cõuertantur, & saluẽ eos.bifariã sciens sermonis auditionẽ, & duplicem noscẽs constitutionẽ, hoc est aliud eorũ corporale, aliud spiritale,aut ad populũ prophetizans de his quæ in aduentu Christi futura erãt,quia esset tempus quãdo audirent,& nõ intelligerent ea.Siquidem cũ audirẽt dominũ meum Iesum Christum,uocem tantũ dictorũ audiere, nõ sensum. Et hoc ex eo manifestũ est,quia foris ad populũ in parabolis loquebatur, discipulis aũt secreto dissoluebat eas.Prophetat aũt q̃d euenit:Aure audietis, & nõ intelligetis. Porrò quòd de aduẽtu domini hoc sit populo ꝓphetatũ, ipse saluator dicit: Bene prophetizauit de uobis Esaias inquiẽs:Aure audietis, & nõ intelligetis. Cõcedamus ergo quia sermones *Matt.13* domini populus auscultans nõ potuerit nosse quæ dicta sint. Videamus autẽ q̃d sit hoc quod sequitur.Et uidentes uidebitis,& nõ scietis.Non si quis uidit ea quę saluator faciebat,statim uidens potuit intelligere cur facta sint. Veluti(exẽplũ assumamus) lauit pedes discipulorũ:& uidebãt quidẽ bene quomodo lauabat pedes magister discipulis,uidebant autẽ & alij qui erant præsentes,sed id tantum quod fiebat,non etiã cur fiebat. Similitudo quippe erat lauatio pedũ,qua lauit uerbũ dei pedes discipulorũ. Idcirco ait saluator ad recusantẽ Petrum,& dicentẽ:Non lauabis pedes meos. Quid ait? Quod ego facio,tu nescis modo,scies autẽ postea. *Ioan.13* Quid autẽ facis modo? dicit Petrus. Video te lauãtem pedes nostros,& peluem positã,linteo te præcinctũ,& seruientẽ nobis, & detergẽtem pedes nostros. Verũ quia non erat hoc negotiũ corporale,sed spiritale,Saluator nudatus mittit spiritalem aquã in peluẽ secundũ scripturas, & lauat pedes discipulorũ suorũ,ut cũ mundi fuerint,ascendant ad dicentẽ:Ego sum uia: & non pleni puluere,quem *Ioan.14* excutere uoluit super indignos,& non suscipientes pacẽ, neq; dignos eorũ quæ dicebãtur.Et quia hoc erat q̃d significabat,ideo ait:Quod ego facio tu nescis modo, scies autẽ postea.Erat autẽ hoc quod & reliquis dictũ est: Quia uos uocatis me magistrũ & dominum,&bene dicitis.Sum etenim.Si igitur ego dominus & magister laui pedes uestros, & uos debetis inuicẽ lauare.Ergo hoc dicit ut episcopus mittẽs aquã in peluem,& exutus uestibus suis,& præcinctus linteo me extendẽte lauet pedes meos? Siquidẽ uos,inquit,debetis inuicẽ lauare pedes uestros.Si hoc est quod dicit,nemo uestrũ mandatum seruabit.Nemo enim quibuscunq; uenientib.assumens linteũ diaconus, uel presbyter, siue episcopus lauat pedes.Sed si intelligas ea quæ scripta sunt, qui uere beati sunt episcopi seruientes ecclesiæ,mittunt aquam de scripturis in peluem animę,quod est secundũ scripturas,& tentãt pedum discipulorũ sordes lauare,& eluere,& proijcere.Et sic custodiunt episcopi mandatũ imitantes Iesum,sic & presbyteri. Vtinã & ego accipiã nũc aquam quæ possit animæ uestræ pedes lauare,ut unusquisq; uestrũ dicat cũ fuerit lotus, Laui pedes meos,quomodo inquinabo illos? Hoc enim sponsa dicit in Canticis cãticorũ,nõ ostendens corporeos pedes lotos,sed pedes nõ offendẽtes.De quibus dicit Salomon:Pes aũt tuus non offendat.De quibus & in psalmis scriptũ est: Mei aũt penẽ moti *Psal.72* sunt pedes. Verũ & quæ cõstituuntur uiduæ in ecclesiis:Si sanctorũ,inquit,pedes lauit. Si aũt uis apertius audire quomodo uidua lauat sanctorũ pedes,audi Paulũ in alio loco constituentẽ uiduis,& dicentẽ:Bene docẽtes ut pudicas efficiant adolescẽtulas lauãtes sordes pedũ iuuencularũ.Et istæ uiduæ dignę sunt ecclesiastico honore, quæcũq; sanctorũ pedes lauãt sermone spiritalis doctrinæ, sãctorũ uerò nõ masculorũ,sed mulierũ.Do *1 Tim.5*

cere

cere enim mulierem non permittit,neq; principari uiro. Vult esse mulieres bene docẽtes,ut ad castitatẽ suadeant nõ adolescẽtes,sed adolescẽtulas:indecẽs quippe est,ut mulier magistra uiri fiat:sed ut castitatem suadeant adolescẽtulis,& amare uiros, & liberos suos.Discamus ergo lauare pedes discipulorũ.Ista propter hoc dicta sunt:Vidẽtes uidebitis,& nõ scietis.Quoniam si quid fiebat à saluatore,ab his quidẽ qui nõ intelligebãt, uidebatur iuxta corpus, non uidebatur iuxta rationem: ab his uerò qui intelligebãt uidebatur quidẽ iuxta oculos,uidebat autẽ & iuxta intellectũ:ita ut non cõpleretur super beate uidẽtes,hoc quod dictũ est:Vidẽtes uidebitis,& nõ scietis, sed super peccatores. Sed & cuncta euangeliorũ oremus uidentes dupliciter uidere. quomodo facta sint iuxta corpus,qñ saluator noster uenit ad terras.Etenim similitudo erat,& typus futurorum
Ioan.9 unũquodq; quod fiebat in corpore. Veluti nescio quis à natiuitate cæcus uisum recuperauit:uere aũt cæcus iste erat à natiuitate gentiliũ populus, cui saluator reddidit uisum, saliua sua ungens oculos eius,& mittẽs ad Siloam,quod interpretatur missus.Mittebat quippe eos quos spiritu unxit ut crederẽt,ad Siloã,id est,ad apostolos & magistros,propter quod scriptũ est de Siloa,quia interpretatur missus. Et quotiescunq; incipimus ab Iesu uisitari,ut recipiamus animæ oculos,mittit nos ad Siloam,hoc est missus. Et unusquisq; ergo nostrũ quãdo legit ea quæ in euangelijs facta sunt,oret ne etiã in se cõpleatur: Videntes uidebitis,& non scietis.Si autem ut existimant simpliciores,illa quę facta sunt nõ propter nos,sed propter se tantũ facta sunt,& nõ erant exempla alterius rei,exponant quem hoc quod dictũ est: Videntes uidebitis & nõ scietis,habeat sensum.Nam si non ea quæ uidebant habebãt aliquẽ sensum sacratũ, ut cum carnalibus oculis etiam spiritaliter inspicerentur,nunquã dixisset: Videntes uidebitis,& nõ scietis.Ad approbationem autem horũ,& alterius scripti de euãgelio testimoniũ proferemus, quod iuxta eos qui tantũ literam sequunt,mendacium est.Dicit saluator & dominus noster ad dis-
Ioan.14 cipulos in euangelio secundũ Ioannem: Si crediderit is,non solum quæ ego facio facietis,sed & maiora horũ facietis. Videamus ergo si maiora aliqua fecerint discipuli. Quid maius est q̃ mortuum resuscitare? Quis non dico nostrum,sed apostolorũ mortuũ suscí
Actor.9 tauit? Refert historia quia Paulus Eutychum resuscitauerit à mortuis,& Petrus Tabitã, quæ interpretatur Dorcas.Ista aũtem & alia istiusmodi inueniri possunt:ubi sunt maio-
Matt.9 ra? Sed & cæcos saluator fecit rursum uidere,& quod maius est, eos qui sic nati fuerunt. Exhibeant quos cęcos ab utero manibus apostolorũ curatos aspexerint.Et alia infinita potest de euangelijs inuenire qui quærit,quia neq; apostoli his maiora fecerint,neq; eorum successores. Verum sermo scripturæ tale quiddam locutus est:His quę ego feci corporalibus,uos maiora facietis.Ego feci resurgere ex mortuis corporaliter,uos resurgere facietis ex mortuis spiritaliter.Ego cæcis sensibile hoc lumẽ infudi, uos spiritalẽ lucẽ nõ uidentibus dabitis.usq; ad hãc autẽ diem hæc maiora signa à corporalibus quæ fecit Iesus ego uideo fieri per fidelissimos discipulos Iesu.An non cæci nunc uident? & claudi ambulant? & leprosi mũdantur? & reliqua fiunt? Si is qui heri obcæcatus est accedẽs ad idolũ quasi ad deum,hodie inuocet deum uiuũ pristina derelinquens, nónne uidet? An non qui heri claudus erat propter peccatũ,nunc propter discipulorũ doctrinã iterum edoctus stabili graditur pede? Qui heri aridam habebat manũ, & otiosam ad benefaciendum,hodie recipiens manum habet eam uiuentẽ? Si uideris aliquem pollutũ, & lepram in anima habentem subito pœnitere,ac doctrinę sermone cõpunctum,nõ te pigeat dicere,quia maius sit hunc spiritaliter leprosum,q̃ quẽdam carnaliter fuisse purgatũ.Et hæcquidem largius profudit oratio,cupiens ostendere quid sit hoc quod dictũ est:Et uidentes uidebitis & non intelligetis.Quæ aũt causa est audientẽ nõ intelligere, & uidentẽ non uidere? Incrassatum est,inquit,cor populi huius. Siquidem necessarium est intelligi & hoc unde sit,non eadem est corporalis & spiritalis pinguedo,neq; eadem est corporalis tenuitas,& spiritalis.Etenim quod corporaliter crassum est,in carne fit,& nihil mihi nocet cor carneũ si incrassetur,neq; prodest à languore,uel à quacunq; causa attenuetur.Tale autem existimo fieri cor carneum eorũ qui formidine cõtinent. Quomodo enim toti tabescunt ab ægrotatione,sic aiunt & crassitudinẽ,& quicquid pinguę est circa cor eorum extenuari. Quid ergo mihi nocet si corporale cor meũ incrassetur? Esto uerò & attenuari cor meum,quid mihi exisio prodest? Sed cor nuncupatiuo cum

corporeo

corporeo corde uocabulo animæ nostræ principale nominatur, ut manifestū est ex eo quod in euāgelio dicit: Beati mundo corde. Neq; enim hi mūdo corde sunt, qui sanguinem, uel quodcunq; materiæ corporalis intrinsecus nō habēt. Sed dictū est: Beati mundo corde, p eo quod est, Beati qui mundū habēt principale animę. Principale nominatur pro corde. Quoniā igit principale animę nostræ quod esse dicit in corde corporeo, siue mundū est cor nostrū, siue immundū, immundū quidē quando cogitationes pessimæ egrediunt ex eo, homicidia, adulteria, furta, falsum testimonium, blasphemię: mundum aūt quādo cogitationes sanctæ, & intellectus diuini, & mens pura: propter hoc arbitrandū est attenuatum quidem esse dictum attenuatū à sancto spiritu eius qui saluat: incrassatū aūt & præfocatum à malitia eius qui peccat. Dicit enim de sancto spiritu qui est secūdū sapientiā, quia sit multifarius, tenuis, mobilis, & quia iustus accipiat hūc subtilem spiritū: Differt quippe hic spiritus ab omnibus spiritibus intellectualibus, mundis, subtilibus. Est ergo principale cordis tenue quidē quod spiritale est, pingue autē quod ex corporalis materiæ uitio cōcretum est, plenū cogitationibus corporalibus, quæ sunt in reprehēsione. Sic dicitur: Incrassatū est cor populi huius. Intellige ex eo incrassatum esse cor, quia nihil sit in eo præter humanas & carnales sollicitudines. Quomodo enim materia corporis pinguis est, eodem modo etiā corporei intellectus & cogitatiōes. Ex quo cum duo posita sint, incrassari cor ex secularibus curis, et attenuari ex sollicitudine spiritali, cū quis cogitat ea quæ domini sunt, proijciens pinguedinem ex corde, & sciens quia si incrassatū fuerit cor eius, neq; accipiat sermones dei, neq; uideat salutis sacramenta: deponamus & nos crassitudinem, & assumamus eam quæ dicta est tenuitatē, ut & nos dicamus quomodo prophetes: Sitiuit in te anima mea, cq; multipliciter tibi caro mea. In terra deserta inuia & inaquosa, sic in sancto apparui tibi: Non quasi sanctus fuerim naturaliter, sed si carnis prudentia tabescit, & si prudentia carnis extabuerit, tunc in sancto apparebo ei. Hæc in explanationem eius quod dictum est: Incrassatū est cor populi huius. Sequitur aūt: Et auribus suis grauiter audierunt. Nihil mihi nocet si grauiter audiam corporaliter, neq; ista mihi causa fit ut non audiam sermones dei. Quomodo enim nihil mihi nocet cæcitas corporalis, si non fuerit obcæcata anima mea: sic neq; leuitas neq; grauitudo auditionis corporalis impedit quicquam mihi. Est alia quædā grauitudo auditionis, quæ noceat animæ hominis. Quæ est ista grauitudo, quę est in auditione animæ? Peccatū, secundū scripturas, graue est. Propter quod sentiens quis peccata sua, dicit: Quasi onus graue grauatę sunt super me. Et quia grauis est iniquitas, propter hoc super talentum plūbi sedet, ut in Zacharia scriptū est. Ægyptij autem non quoniam grauia habebant corpora submersi sunt quasi plumbū in aqua uehementi, sed quia animæ eorum ad talentū plumbi, super quod sedebat iniquitas, aggrauatę erāt: propter quod submersi sunt tanquā plumbū in aqua uehemēti. Grauitudo ergo aurium à peccato fit, & leuitas à iustitia. Quid est quod faciat auditum non grauiter audire, sed leuiter? Pennæ uerbi, pennæ uirtutis. Etenim pennæ uerbi multum leuitatis afferunt. Quis dabit mihi pennas sicut columbę, & requiescam? Hoc dicit prophetes nō orans ut corporalis pennas accipiat columbæ, sed pennas colūbę spiritus sancti. Dicit autem rursus Salomon de diuite: Componet autem sibi pēnas quomodo aquila, & cōuertitur in domo eius qui præest illi. Si accipiamus igitur pennas leuiter audiemus. Si aūt peccauerimus, & negligentes fuerimus circa alas, & defluxerint pēnę nostræ, grauabimur, & grauiter audiemus. Auribus ergo suis peccatores grauiter audierunt. Omnes quidem Iudæi, qui tunc audierunt saluatorem, grauiter eum audierūt, ideo nō crediderunt. Vsq; hodie autem quotquot audientes scripturas, non audiunt sermonem spiritaliter, qui leuis est, sed literam quæ est grauis & occidens, grauiter audiunt. Atq; ita dupliciter auditur scriptura. Ab eo qui non intelligit quæ dicuntur grauiter auditur: ab eo uerò qui intelligit eā, non solum auditur nō grauiter, sed potius acute. Vnde & qui fit intelligens, fit auditor. Est & aliud autē quod prophetatur de populo Iudęorum, et de omnibus nobis si peccauerimus. Et oculos suos clauserunt, nequando uideāt oculis, & auribus audiant, & corde intelligant. Eorum qui nō uident, quidā cæci sunt, et propter cæcitatem non uident: quidam in tenebris sunt, et propterea non uident. Alij autem neq; in tenebris sunt, neq; cæci sunt, sed quia claudunt oculos, non uident. Et scit has differentias, quæ principales

Matt.5

Psal.63

Psal.38

Zach.5

Psal.54

cordis nostri sunt, scriptura diuina. Dicit enim Saluator his qui sunt in uinculis, exite: & his qui in tenebris, ut eis reueletur: & sedẽtibus in regione & umbra mortis, lux orta est eis. Isti non uiderunt ideo, quia fuerunt in tenebris, donec oriretur eis lux. Surdi audite, & cæci aspicite. Et ideo isti non uiderũt antè, quia naturaliter cæci erãt. Qui uerò extra ista sunt, quicq; ad cõparationem cæcorum, & eorum qui in tenebris sunt, multo peiores sunt: ij sunt qui ideo nõ uident, quia oculos sponte clauserant. Hoc aũt ita esse ut asserui
Ioan. 9 mus: Saluator mihi testimonio erit, dicens: Si cæci essetis nõ haberetis peccatum: Nunc autem dicitis quia uidemus, peccatũ uestrum manet. Et bene ait, dicitis quia uidemus. uere enim dicit quia uideant, & habeãt possibilitatẽ uidendi, sed claudentes oculos nõ uident. Et si quando uideris ingeniosam ad intelligendũ animam, & uelocẽ, et alacrem, non meditantem eloquia dei, cognosce quia non propter cæcitatẽ non uidet ea quę cõtinentur in scripturis, non ob id quia in tenebris sit, sed quia claudit oculos. Si ergo audieris scripturam diuinam dicentem his qui claudũt oculos, aperi oculos tuos, & recta uide, aperi oculos ab eo quod clauseras, tunc poteris uidere recta, et considerare lumen ueritatis. Et accusat quidem eos de quibus quæritur, cur oculos claudãt ne uideant. Nõ autem & hoc dicit, quia non expediat aliquando & claudere animæ oculos. Expedit enim, sicut manifestum fecit Esaias, dicens in his quę sequuntur: Quis annunciauit uobis locum æternum? Qui ambulat in iustitia, & loquitur ueram uiam & rectam, obturans aures ut non audiat iudicium sanguinis, claudens oculos ut non uideat iniquitatem. Si futurum est ut aperiẽs oculos animæ audiam & sentiam turpiloquia, melius est claudere auditus, quàm audire quę noceant. Quando ergo claudam? Quando mala dicuntur, ut neq; intelligam ea. Quando uidenda sunt eloquia dei? Quando cõuertimur, & sanat nos deus, mittens uerbum quod sanat eos qui uolunt curari in Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Homilia Septima. De eo quod scriptũ est: Da sapienti occasionem &c. Cap. VIII

Prou. 9 A sapienti occasionem, & sapientior erit, dicit sermo diuinus. Occasionem
D autem acceperunt sacratissimi apostoli ad intellectum propheticorum sermonum. Oremus deum ut accipiamus sapientiam, & possimus fieri sapientiores per occasionem apostolorum ad prophetas exponendos. Apostolus recordans
Heb. 2 huius dicti: Ecce ego & pueri quos deus dedit mihi, deinde infert, & edisserit. Quia ergo pueri communicauerunt sanguini & carni & ipse proxime eos factus qui participãtur eorum: ut per mortem destruat eum qui imperium habet mortis, hoc est zabulum, & eruat eos quicunq; metu mortis in sempiternam uitam rei erãt seruitutis. Igitur quia pueri participes effecti sunt sanguinis & carnis, & saluator noster communicauit carni atq; sanguini. Alienum enim erat à natura & diuinitate eius, sanguinem & carnem susci pere: propter nos autem ea quæ sibi erant aliena suscepit, ut domesticos sibi faceret qui fueramus alieni per peccatũ. Et quidem Apostolus sic exposuit, dicens: Quia ergo pue ri communicauerũt sanguini, & carni, & ipse proxime eos factus est qui participantur eorum. Ego autem dicam, quoniam quomodo & pueri communicauerunt sanguini & carni, et ipse proxime eos factus qui participãtur eorum: sic quia pueri non possunt fortiores audire sermones, debẽt enim ut pueri audire sermones dei, propter hoc factus in sanguine puerorum causa qui communicauerunt carni & sanguini, quasi paruulis loquens loquitur non diuina & ineffabilia, sed quæcunq; capere possunt paruuli. Paruuli autem omnes homines sunt, si eos comparas ad perfectionem uerbi: licet Moysen no
Matt. 11 mines, licet unum dixeris de prophetis, licet Ioãnem, quo maior in natis mulierũ nemo fuit: licet ad apostolos uenias: Petrum, cui portæ inferi non inualescent, uel Paulum qui
2 Cor. 12 raptus est usq; ad tertium cœlum, & audiuit indicibilia uerba, nõ deponis eorum gloriam, dicens, quia & ipsi in eis quæ intellexerunt comparatione eorum quę nõ intellexerunt paruulorum disciplinis eruditi sunt, quę hominibus traduntur. Dicit ergo saluator
1 Cor. 3 non de his quos Paulus in Christo paruulos nuncupat, & asserit lacte potandos, & nõ forti cibo, sed de omnibus simul hominibus: Ecce ego, & paruuli mei quos mihi dedit deus. Verum quo modo in pueris alij sunt alijs acriores, & ea quę eis sunt tradita uelocius consequuntur: sic inquam similem ingeniosis pueris factũ Mosen, & prophetas, sed

&

& domini nostri Iesu Christi Apostolus. Propterea sentientes semetipsos qui etiã si profecerint puerorũ profecerint profectu, dixerũt: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Nec enim adhuc ueritatis negocia, sed umbras negociorum conspiciebant, nec plenam lucem, sed obscuram imaginem. Ideoq; repetebãt, dicentes: Videmus nũc per speculum, & in ænigmate, tũc autem facie ad faciem. Quis ergo hęc legens & intelligens inflabitur & erigetur super scientiam, seu super quodcũq; donorũ? Etenim cuncta quæ ad pueros deuenerunt, multo inferiora sunt his quæ reposita sunt uiris. Debẽt ergo nõ eleuari, & superbire ij qui uidentur inter pueros acrioris ingenij & uelocioris. Istos autem pueros homines dicit omnes, quos & saluator demonstrabat: Ecce inquiẽs ego, & pueri mei quos mihi dedit deus. Donum accepit & saluator à deo. Nemo enim uenit ad eum, si non qui misit eum attraxerit uenientem ad saluatorẽ, sicut in euangelio quod secundum Ioãnem est didicimus. Et quoniam accepit donum à patre eos qui credunt, idcirco propheta de eis ait: Ecce ego & pueri quos mihi dedit deus. Nec putãdus est nõ habuisse qui accepit, cum adhuc habeat ipse qui dederit. Deinde in reliquis prophetat saluator in propheta, dicens futurum esse ut cũ acceperit pueros, signa & prodigia fiant in Israel. Habet autem ita: Et erũt signa & prodigia in Israel à domino sabaoth, qui habitat in mõte Sion. Qui enim habitat in speculatorio, & in omni anima potest cõspicere ueritatem, iste facit signa & prodigia per saluatorem, et post saluatorem per apostolos: & ubicunq; inuenitur anima apta ministerio signorũ & prodigiorum dei, siue iuxta spiritalem curationem, siue sensibiliter exhortando eos qui ueniunt ad fidem, nõ est ociosus deus, qui tunc fecit signa & prodigia, etiã nũc operari ea. Et si dixerint ad uos, Quærite uentriloquos, & eos qui de terra clamant, qui inania loquuntur, qui de uentre clamant, non gentes ad deum suũ requirunt, qui exquirunt de uiuentibus mortuos. Attendite quoniam obscure dicta sunt, & debet sensus deo ipso largiẽte & reuelante cohęrere superioribus. Docet ergo nos ut non simus aliorum sermonum discipuli, nisi cœlestium & bonorum. Sunt enim quidam loquentium & pollicentium doctrinam ueram, qui non loquuntur cœlestia, sed terrena. Qui est ex terra, de terra loquitur: qui de cœlo uenit, super omnes est, & quod uidit & audiuit, testificatur. Si quis (ait) pueris qui in me credunt, dixerit: Quærite uẽtriloquos, & eos qui de terra clamant, qui inania loquunt, qui de uentre clamant, ueluti quęrite dæmonia: ab una enim specie dęmonis uẽtriloqui πατικὸς omnia dæmonia nuncupauit. Si dixerint uobis, quærite uentriloquos, hoc est, quęrite à dęmonibus siue diuinationem, siue ueritatem, siue sacratam contemplationẽ, respondete eis quæ dico. Quæ sunt quę eos docet? In sequentibus dicit. Et sunt quidam qui mittunt uos, magis autem catechuminos, quantũ in ipsis est ad uentriloquos. Qui enim uolunt uos ire ad idola, de quibus scriptum est: Et omnes dij gẽtium dęmonia, uolunt uos ire non solum ad uentriloquos, sed ad omnem speciem dęmonũ. Veruntamen deus noster qui in cœlo & in terra uniuersa facit, euellat nos à dæmonibus, & familiares sibi faciat per saluatorem nõstrum Iesum Christum. Videte ergo nequãdo decipiat alicuius ex uobis anima, ut adhuc ambigat & dubitet, cũ audierit illum & illũ hominem, in illo idolo dæmon curauit illũ languorẽ, illud & illud diuinauit. Ista omnia idola sunt dæmonum, & hominum non cognoscentium ueritatem. Ascendite animo ad deũ, qui est omnium creator, & comparate pietatem istam omnium quæ annunciat esse pietas, nec est pietas, & uidete quia uos beati estis. Quis emi similis tibi populę saluate à domino? Et beata gens cuius dominus deus eius, populus quẽ elegit in habitationẽ sibi. Beata quippe gens fuit quondam Iudæorum, sed perdidit beatitudinẽ, & eiecta est de loco suo, quia eum qui missus est & testimonium habuit patris, non solum per legem & prophetas, uerũ & in signis & prodigijs, insidians interfecit. Beatitudo ergo transmigrauit ad nos Iesu Christi discipulos, & credimus in eo inconcusse & firme uiuentes iuxta hoc quod docti sum⁹. Et si dixerint ad uos: Quęrite uẽtriloquos, & eos qui de terra clamãt. Qui inania loquuntur, uaniloquos nominauit. Omnis sermo qui dicitur aut uacuus est, aut plenus ueritate. Vacuus est sermo omnis qui mendax est. Plenus est autem ueritate qui habet scientiam dei uniuersorũ, & docet ut credamus deo pollicenti regna cœlorũ sanctis suis. Vide ergo quid dicant, qui non fuerunt uaniloqui, neq; uacui unquã apparuerũt in cõspectu domini. Nos omnes ex plenitudine eius accepimus. Qui uaniloqui

1 Cor. 3

Esa. 8

Ioan. 3

1 Cor. 8

Psal. 144

Ioan. 1

sunt,non habẽt hoc ex plenitudine,sed omnes uacui sunt ueritate,uacui sunt uirtute, uacui sunt Christo.Si dixerint uobis,quærite eos qui de terra clamant,qui inania loquuntur,qui de uentre clamãt. Volo dicere & causam quare hoc potissimũ dæmoniũ uentri loquorũ nunc assumpserit sermo,ut dicat:Si dixerint ad uos,quærite uẽtriloquos.Inuenies omnes qui repromittunt,nec habẽt ueritatẽ,uentri suo seruientes,& quodammodo propter uoluptatem eius & abundantiam cuncta facere. Non solum autem gẽtiles, sed & eos,qui cum repromittãt in Christo religionem,hæretici sunt: & non tantũ illos, sed etiam in nobis qui ecclesiastici sumus, inuenies aliquẽ pro saturitate uentris cuncta gerere,ut honoretur,& accipiat munera quæ in ecclesia deferũtur.Iste talis de uentre loquitur,& fons sermonũ eius in uentre cõsistit.Non enim fons sermonum eius de corde bono fluit,nõ de bonis cogitatiõibus,nõ de sancto spiritu.Si quis ergo aliquãdo se docere promittit,obserue utrũ sermones eius de uentre habeant principium an nõ.Propositionem aũt quæ mihi dici potest,ipse interponam, ne forte quis ex uobis à quoquã eam audiẽs existimet aut scripturam sibi esse cõtrariam,aut nos inspexisse quomodo oporteat approbare sermonem in eos accusatorium,qui de uentre clamãt. Quæ est ergo
Ioan.7 propositio?Si quis,ait,credit in me,flumina de uẽtre eius fluent, fons aquæ saliẽtis in uitam æternam.Dicat itaq; aliquis de his qui proponunt. Si saluator repromittit hũc esse de uentre fontem aquæ salientis in uitam æternã,de iusto egrediẽ,& iustus de uẽtre clamat.Siquidem fons aquæ quem deus repromittit, in uentre eius est. Sed dicendũ est ne forte duos habeamus uentres, & alius sit corporalis, alius spiritalis, quõ reliquæ partes quæ uidentur in corpore nominari,ueluti sunt oculi, uerũ alij corporis, alij animæ.Si e-
Psal.118 nim dicitur de oculis: Mandatũ domini lucidum illuminans oculos, non puto hoc refe-
Matt.13 rendum ad oculos corporales.Et si dicitur:Qui habet aures audiendi audiat, nõ est putandum hoc dici de corporis auribus,sed de animæ, quas habent qui mundi sunt in auditu animæ.Sed & si dicitur in repromissionẽ:Pes tuus nõ offendet, non est arbitrandũ
Ioan.14 de corporis pede.Est enim quidam pes cordis ingrediẽs ad eum qui dixit:Ego sum uia.
Esa.26 Sic igitur similis uentri corporali uẽter est animæ,de quo loquitur iustus: A timore tuo domine in uentre cõcepimus & parturiuimus & peperimus spiritũ salutis tuæ,quã fecisti super terram. Quicũq; aũt plenũ habent uentrẽ uanis sermonibus, qui de terra sunt,
1 Cor.6 habent uentrẽ de terra subsistentẽ, de quo scriptũ est:Deus autẽ & istã & hæc destruet. Sancti ergo uentrẽ habent, in quo à timore domini & conceperunt, & plenus est uẽter eorum fontibus aquæ salientis in uitam æternam. De isto uentre ait ille: Aures & uẽter meus quasi uter plenus musto ac ligatus.Hæc enim dixit nõ de corporali uẽtre: nec eñ uẽter eius corporalis plenus erat diuinorũ et his proximorũ uino alligato in uentrẽ.Ista in solutionẽ propositionis.Nũc ad hoc quod cœpimus reuertamur. Si ergo dixerint ad uos,quærite uentriloquos,& eos qui de terra clamant,non gens ad deum suum,hęc eis respondete.Deficienter autem dicitur:Hæc eis respondete,nõ gens ad deum suum exquiritur.Vnaquæq; gens,si quærit Iouẽ,ad propriũ deum refert quod quęsiuit. Hęc eis respondete. Vos aũt Israelitæ habentes deum uerum qui est super omnia, cũ quæritis, nolite uentriloquos quærere,neq; de terra clamãtes,neq; uaniloquos, sed propriũ deũ. Qui quærunt de uiuẽtibus mortuos.Mortui enim sunt dæmones priuati uera uita,quæ dicit:Ego sum uita.Nolite ergo mortuos sciscitari de uiuis negocijs. Legem eñ suscepistis. O uos quibus persuaderi non potuit, ut quæreretis ista de uentriloquis, & de terra clamantibus uanis sermonibus sermonẽ ueritatis,& legem,suscipientes eã in adiutoriũ legis uestræ,attendite.In lege uestra scribitur:Nõ sequaris idola: iuxta legem facientes non attendatis uentriloquis,neq; his qui de terra clamant.Legem enim in adiutoriũ dedit,ut dicant, non est sicut uerbum istud,pro quo non est munera dare. Qui enim assumpsit legem,& nouit quia lex in adiutoriũ est,& pręcipue spiritalis,quę interdicit à uentriloquis & augurijs quærere: hic cũ intellexerit legem, debet admirãs eam dicere,nullum uerbum ita mundum apud Græcos & Barbaros,quale est uerbũ legis.Ab omni enim uerbo, ab uniuersa doctrina ueritatem pollicente differt lex, quæ à deo nobis data est.Legem enim in adiutoriũ dedit,ut dicant,non sicut uerbũ istud. Quid est quod non est sicut uerbũ istud? Multa sunt uerba,sed non sicut uerbũ istud.Nullum enim uerbum post uerbũ Mosi,post uerbũ prophetarũ,multo autem amplius post uerbũ Iesu Christi,

&

& apostolorũ eius. Vide si non clamant sensus dei quod dictũ est: Legẽ enim in adiutorium dedit: ut dicãt qui acceperunt legem in adiutoriũ, nõ est ut uerbum istud quod loquutus est Moyses in lege lata per angelos in manu mediatoris. Multo aũt dignius po- Gal. 3
test hoc ecclesia dicere, nõ est sicut uerbũ istud quod caro factum est, quod habitauit in nobis, cuius uidemus gloriam, non sicut Moyses uelamine obtectam, sed gloriam tanquam unigeniti à patre, pleni gratiæ & ueritatis. Non est sicut uerbum istud quod suscepit ecclesia, in quo credit, per quod & saluabitur, uerbum quod in principio erat apud deum deus uerbum, cui gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Homilia VIII De eo quod scriptũ est: Vlulate sculptilia in Hierusalem, & in Samaria, usq; ad eum locum in quo ait: Et cõmouebo ciuitates quæ habitantur. Cap. XIII

OLIM quidem quando peccauit populus prior, excidit à religione, & sculptilia fabricatus est Iudas in Hierusalem, & is qui Israel uocabatur in Samaria. Si autem & nunc aliquis cõsideret ex multitudine eorũ qui colliguntur peccatores, non pigebit eum dicere, quod unusquisq; deum faciens quod existimat esse bonum, & seruiens peccato, maledictus est faciens sculptile, & conflans opus manuum artificis, & ponẽs illud in absconso. In absconso quippe cordis multa facimus idola si peccemus. Vnde sermo nos edocet pœnitentiam agere, & ululare super scultilibus, & idolis quæ sunt in Hierusalem & Samaria. Et si quidem nos peccemus, qui esse de ecclesia cupimus, in Hierusalem facimus sculptilia. Si uerò ij qui extra ecclesiam constituti sunt quomodo hęretici peccauerint, faciunt idola in Samaria. Veruntamen omnes omnipotens deus iuxta suam bonitatem ad pœnitentiam prouocat, dicens: Vlulate sculptilia in Hierusalem & in Samaria. Quemadmodum etenim feci Samariæ & manu factis eius, ita faciam Hierusalem & idolis eius. Comminatur quæcunq; fecit Samaritanis, & his q de ecclesia sunt. Cum autem consummauerit deus omnia faciens in monte Sion, & in Hierusalem, inducet super sensum magnum principem Assyriorum, & super altitudinẽ gloriæ oculorũ eius. Docemur quid futurũ sit inimico nostro & zabulo, quem sensum quendam magnum nunc propheta nuncupauit. Quomodo enim serpens sapientior e- Gen. 3
rat omnibus bestijs quæ sunt super terram, & filij seculi huius sapiẽtiores super filios lucis in generatione sua sunt, & dispensator iniquitatis sapienter fecit secundũ sapientiam non bonam: eodem modo iste qui figuraliter princeps Assyriorũ dicit, magnus est sensus, & est mirari magnitudinẽ sensus eius: in quo abusus est ad instruẽdos sapientes mũdi istius, qui cum omni ueri similitudine, cunctaq; uirtute falsitatem sectarũ suarum cõponentes exhibent. Cũ ergo omnia fecerit deus in monte Sion, et in Hierusalem, & reddiderit ea quæ iustis repromissa sunt, tunc inducet supra sensum magnũ principẽ Assyriorũ, & super altitudinem gloriæ oculorum eius. Alta eũ sapientẽ sermo nouit, & exordium ruinæ eius ab inflatione cœpisse. Vnde & si inflati fuerimus, in iudicium incidemus diaboli, in quo incidit ipse Zabulus. Videamus aũt & inflationẽ eius quanta sit, ut eam caueamus, & non permittamus eum super nos uera dicere. Quid igitur dicit? Viribus faciam, & sapientiam intellectus auferã, fines gentiũ. Existimat fortitudine sua qđ uult in nobis se posse pficere. Et reuera si uincamur, & post hæc uerba peccemus, si post ecclesiã rursum in circũ, & ad equorũ cursus, & ad cõuentus gentiliũ eamus, quid aliud fit, quàm superatos nos possidet? Et quid dixit Zabulus uiribus faciã? cõsequitur in nobis peccatoribus, quod minatus est. Sed & si fornicemur post castitatem longi tẽporis, post sanctimoniam multã, quid aliud fit q̃ uera locutus probat̃ super nos, qui dixit uiribus faciam? Quid aũt et aliud repromittat iste magniloquax intueamur. Et sapientiã intellectus auferam, fines gentiũ. Sapientiã nescio quã pollicetur, de qua & propheta loquitur: Alienigena quędã sapientia est in eis. Est enim aliqua extranea à ueritate sapientia quã disperdet deus. Hanc iste habens existimat se esse sapientẽ, & dicit: Sapientiã intellectus auferam, fines gentiũ, & uires eorũ depascar. Peruenit enim ad omnes gentes operatio eius, sed saluator in omnes gẽtes mittens sermones suos, eruit eos, qui à Zabulo in cũctis gentibus captiui tenebant̃. Et uires eorũ depascar. Minatur se uires nostras prædatũ iri, & tradere aduersus nos militantibus. Et reuera est uidere eũ quibusdã hoc

facientem. Quando enim quis uincitur à Zabulo, & traditur dæmonibus spiritibus pessimis, uirtutibus contrarijs, quid aliud factum est quàm is dixerat: Et uires eorum depascar? Accipiens nostras uires depastus est nos. Et cõmouebo ciuitates quæ inhabitant. Et hoc Zabulus comminat, inhabitari cernit ciuitates ecclesias dei in Christo domino cõstructas, has cõmoturum esse se personat. Et frequenter quidẽ cõcussit ciuitates inhabitatas persecutionibus, frequenter cõcussit scandalis. Sed nos tentemus fundamentũ habentes super petram tales fieri, ut iste qui dicit: Cõmouebo ciuitates quę inhabitant, nos mouere non ualeat per procellas suas, neq; per spiritus aduersos. Verum ad omnia quæ acciderint stabiles perseueremus, utpote habentes ædificium super petram Iesum Christum, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Homilia IX de eo quod scriptũ est: Et audiui uocẽ domini dicentis: Quẽ mittam, & quis ibit ad populũ istum, & transgrediens modica peruenit usq; ad locũ in quo scribitur. Pete tibi signũ à domino tuo in profundũ, aut in excelsum. Cap. VI & VII

T audiui uocem domini dicentis, quem mittam, & quis ibit ad populũ istũ? E Et dixi, ecce ego sum, mitte me. Et ait: Vade, & dic populo huic: Aure audietis, & non intelligetis, & reliqua. De eo qui nunc lectus est Esaiæ prophetæ sermone, oremus deum, ut nobis gratiam largiatur, ut digna prophetico spiritu ualeamus exponere. Et audiui, inquit, uocem domini dicẽtis: Quem mittam. Postquam purgatus est labia propheta, paratus suscepit ministerium domini, & dicit: Ego sum, mitte me. Sed ut paratior esset ad hoc meminerat uocis Mosei. Nam & ille eadem utens uoce, mitte me, princeps populi, iudex q; factus, & famulus dei nuncupatus est. Audiui autem quendam Hebræum exponentem hunc locum, atq; dicentem, quia libenter quidem prophetes & paratus prophetiã suscepit ad populũ, ignorans quæ essent ei dicenda. Porrò audiens tristia quæ essent populo nuncianda, hoc est, aure audietis, & non intelligetis &c. in sequentibus pigrior fit: dicente ei uoce dei: Clama, respondit ei, & dicit, Quid clamabo? Arbitror autem hęc prophetari de Saluatore, quia futurum erat ut audientes non audirent, & uidentes nõ uiderent. Manifestius porrò fiet quod dicit, si consideremus paululum locum istum: cernẽtes aspicietis & nõ uidebitis, istiusmodi est. Videbant quidẽ uidere tunc cæcos respicientes, rationem aũt uisionis ignorabãt. Audiebant parabolas quas dissoluebat secreto discipulis saluator. Ipsi uerò nõ audiebant, nescientes quę dicebantur, propter hoc testificans eos dixit: Qui habet aures audiendi audiat. Nec enim priuati erant his auribus ut non audirent, sed interiores eorum aures grauatæ erant ad audiẽdum. Propter hoc prædicat eis, & p prophetam futura præfatur, dicens: Aure audietis, & non intelligetis, & cernentes aspicietis & non uidebitis. Incrassatum est enim cor populi huius. Quid sit hoc quod dicitur: Incrassatũ est cor populi huius, inspiciamus. Omnibus qui in præsentis uitę curis uersant cor incrassatum est: haud aliter eis qui in secularibus morãtur incrassatum est cor, q; si à spinis enecentur. Idcirco pinguescit cor, & non potest tenuioris spiritus suscipere notiones. Fugiamus ergo à talibus curis, ut attenuatũ cor nostrum deo acceptabile fiat. Fugiamus terrena negotia. Ista sunt enim quibus cor incrassatur. Propter hoc sermo subtilis erat, ut in Exodo scribit de
Exod. 24 eo quod ait: Quicunq; fuerint propter tenuitatẽ cordis eiusmodi, isti deum uidebũt. Talibus enim oculis deus uidetur. Tria sunt quę dicuntur: Incrassatum enim est cor populi huius, & auribus suis grauiter audierunt, & oculos suos clauserũt. Possunt autem & aliter manifestius intelligi quę hoc dicuntur in loco. Multi enim hominum putant inspicientes creaturas, & mundum istum cõtemplantes, uidere se ea. Et quid dico hominum? Ecce uolucres, & quadrupedia uident solem & lunam, & uniuersum simul cœlum cũ stellarum choro, sed rationes eorum non intelligũt. Soli uerò iusti & sancti per sapiẽtiæ dei rationem cõprehendentes inspiciunt ea. Ideo in viij psal. Dauid dicit: Quoniã uidebo cœlos tuos opera digitorum tuorum, lunam & stellas quæ tu fundasti. Quid em̃ nũc propheta non uidet cœlũ & lunam? Sed hoc quod ait, uidebo, si consideremus poterimus intelligere. Conuersi sunt ad iniquitates, quorum? non ait simpliciter patrum, sed cum additamento, patrum suorum priorum. Diximus hæc de nobis dici, & ijs qui inter nos sunt peccatores. Quomodo igitur qui inter nos sunt peccatores, conuersi sunt

non

nō ad iniquitates ſimpliciter patrum,ſed patrum ſuorum priorum? Duplices habemus patres & una ſpecies eſt peſſimorum patrū.Siquidem antequam crederemus, zabulus pater noſter fuit,ut ſermo euangelicus oſtēdit, dicens: Vos de zabulo patre eſtis.Cum autem credidimus,facti ſumus filij Dei. Si ergo poſt hæc peccauerimus, cōuertimur ad iniquitates,nō ſimpliciter patrū,ſed patrum priorum. Ad probatiōem autem huius rei, quia duplices habemus patres,utimur & Dauid teſtimonio in xliiij pſal.dicentis:Audi filia,& uide,& inclina aurem tuā, & obliuiſcere populi tui, & domus patris tui.Pater dicit,obliuiſcere domū patris tui:quaſi pater quippe cœpit, audi filia. Ergo duplices noſtri patres ſunt.Sed obliuiſcere,inquit,domus patris tui prioris.Si igit̄ oblitus prius domus patris tui prioris,rurſum fueris ad peccata conuerſus,incidiſti in id quod nunc dicitur peccatum:Conuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priorū.Dicebamus dudum Zabulum patrem noſtrum fuiſſe antequam deus noſter factus ſit pater, ſi tamen & nūc non habemus patrem Zabulū,quod & de Ioānis epiſtola approbabimus,in qua ita ſcribitur:Omnis qui facit peccatum,ex Zabulo naſcitur.Ex Zabulo namq; naſcimur,quoties peccamus.Infelix ille qui ſemper generatur à Zabulo. Rurſumq; multū beatus qui ex Deo ſemper naſcitur.Neq; enim ſemel dicam iſtum ex Deo natū, ſed per ſingula uirtutis opera ſemper iuſtus naſcitur ex Deo.Hoc autē ut plenius poſſit probari, & de Saluatoris noſtri quotidiana natiuitate dicamus,liquido id in iuſtis obtinētes,quod in deo præceſſerit.Saluator noſter ſplendor eſt gloriæ.Slendor autē non ſemel naſcitur,& de- Heb.1
inceps deſinit naſci:ſed quotieſcunq; ortum fuerit lumen ex quo ſplendor paritur,toties oritur & ſplendor gloriæ.Saluator noſter ſapientia eſt dei.Sapiētia uerò ſplendor eſt lucis æternæ.Sic igitur Saluator ſemper naſcit̄, & idcirco dicit,ante omnes colles generat me,nō ut quidam male legūt,genuit.Si ſemper ex patre naſcitur dominus, etiā tu in ſimilitudine eius iam adoptionis habens ſpiritum,generaris à domino per ſingulos intellectus,per ſingula opera,& efficeris filius Dei in Chriſto Ieſu, cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen. Finis.

HOMILIA I ORIGENIS
IN HIEREMIAM. CAP. I

D EVS ad benefaciendū promptus eſt:ad puniendum autem eos qui pœna digni ſunt,diſſimulat. Cum poſſit quippe tacens ſine conteſtatione uenturi punire eos quos ſimul dignos ſupplicio iudicauit, nunquam hoc facit:ſed etiam ſi condemnauerit,dicit quod ſibi ſemper dicere propoſitū eſt,ut liberentur à cōdemnatione per pœnitētiam,qui condemnati fuerant per delictum.Horū exempla cum de ſcripturis multa poſſimus accipere, ſufficiunt ad præſens incidētia, ut ueniamus ad eorum quæ lecta ſunt,contemplationem. Niniuitæ peccatores cōdemnati erant à deo.Adhuc enim xl dies,& futurum ut Niniue ſubuertatur.Noluit deus cū Ion.1
ſilentio punire damnatos:ſed dans eis locū pœnitentię & conuerſionis,miſit ad gentes Hebræorum prophetam,ut dicente illo,Adhuc xl dies & Niniue ſubuertetur,qui condemnati fuerant, non perirent, ſed agentes pœnitentiam, impetrarent miſericordiam Dei.Qui in Sodomis & Gomorris,iam erant exitio deſtinati, ut manifeſtum eſt ex ſermonibus Dei quos locutus eſt ad Abraham:attamen quod erat ſuum, fecerunt angeli, uolentes eos ſaluari qui ſe indignos ſalute iudicauerūt,hæc dicētes ad Loth:Eſt tibi hic Gen.19
aliqs gener,aut filij aut filiæ? Neq; uerò ignorabāt nō eſſe eos ſecuturos Loth,ſed oſtenderunt ſuam pariter & eius qui eos miſerat, benignitatē in homines & amorem. Horū quiddā ſimile inuenimus et in Hieremia ſcriptū eſſe. Eſt em̄ annotatū tēpus prophetiæ eius quādo cœpit prophetare,& quouſq;.Ergo qui ſcripturas legit, ſi lectioni diligēter intendat,& requirat eorum quæ ſcripta ſunt uoluntatē,diſcere poteſt ex hiſtoriæ ſuperſcriptione,quo tempore Hieremias exorſus ſit,& quo cōſummauerit prophetiā. Quid igit̄ ad me tempus hiſtoriæ? Legēs didici, quia cœperit prophetare in diebus Ioſiæ filij Amos regis Iuda,uſq; ad annum tertiumdecimum regni eius: deinde prophetauerit in diebus Ioachim filij Ioſiæ regis Iuda, uſque ad conſummationem undecimi anni Sedechiæ filij Ioſiæ regis Iuda. Et legens didici, quia per tres reges prophetia eius contexta

sit,usq; ad captiuitatem Hierusalem in quinto mense. Quid ergo docemur per hęc, si lectioni simus intenti? Condemnauerat deus Hierusalem propter peccata quę fecerat, & hæc erat extrema sententia, ut captiuitati relinqueretur. Veruntamē cum hominum sit amator, nec quenquam uelit perire, antequam depopulationis tempus instaret, misit et hūc prophetam, ut per sermones eius ad pœnitentiam conuerteretur, misit eundem & sub secūdo rege post primū, misit quoq; sub tertio. Quid plura? iam captiuitas imminebat, & adhuc adhortabatur Deus tribuens (ut ita dicam) & ante unam diem locum pœnitentiæ: unde scriptum est, usq; ad captiuitatem Hierusalem, & usq; ad quintū mensem prophetasse Hieremiā. Iam hostiū uincula restrinxerāt manus, & nihilominus hæc quo dammodo dicebat deus: Ecce captiui facti estis: agite (licet sero) pœnitentiā: rogate me & parcam uobis: possum eruere de captiuitate qui tradidi. Habemus itaq; quædam necessaria ex superscriptione ista, quę continet tēpora prophetiæ, quia iuxta suā clementiam exhortatur Deus semper homines ad salutem, ut cessante delicto, etiam captiuitas cōquiescat. Hæc autem & de nobis possumus intelligere: si peccauerimus, & nos captiui futuri sumus. Etenim tradi peccatorē satanæ, nihil distat ab eo quod Iudæi sunt traditi Nabuchodonosor. Vtiq; illos deus cōcessit aduersario propter frequētes impietates, sic nos propter peccata quæ fecimus, tradimur spiritali Nabuchodonosor: & q̄s tradidi, inquit, satanæ ut discāt nō blasphemare, Apostolus de alijs peccatoribus. Putas quantum malum est peccare, ut tradamur satanæ captiuanti animas eorū qui relinquuntur à Deo? Nō sine causa autem, neq; sine iudicio deus relinquit quos deserit. Cum enim miserit pluuiam super uineam, & uinea pro uua attulerit spinas, quid faciet, nisi ut mandet nubibus, ne pluant super eam imbrem? Quapropter in proximo est propter delicta nostra, quorum nobis conscij sumus, & nos captiuari. Futurum est enim ut tradamur si nō egerimus pœnitentiā, Nabuchodonosor atq; Babylonijs qui nos sensibiliter excruciēt. Istis iam adiacentibus sermones prophetarū, sermones legis, sermones apostolorū, sermones etiā domini & saluatoris nostri Iesu Christi hortantur ad pœnitentiā, prouocant
Hier.18 ad salutem. Si autem audierimus, credimus ei qui dixit: Et ego pœnitētiam agam de omnibus malis quæ loquutus sum facere eis. Et hæc quidem in procœmium. Post procœ-
Hier.1 mium autem ita scriptū est: Factus est domini sermo ad eum. Certum est quia ad Hieremiam. quid dicit sermo domini ad eum? Præcipuū ab omnib. quæ prophetis dicta sunt cæteris. Hoc enim nunquam ad ullum prophetarum dictum inuenimus. Abraham propheta nuncupatus est in eo quod dicitur, propheta est, & orabit pro te: & tamen non dixit ad eum Deus: Priusquam te plasmarem in utero noui te, & priusquā exires de uulua, sanctificaui te. Sed postea in extremo iam tempore sanctificatus est Abraham, quando egressus est de terra sua, & de cognatione sua, & domo patris sui. Ex repromissione natus est Isaac, & tamē neque ad eum reperimus hunc dictum esse sermonem. Et quid me necesse est per singulos currere? Hieremias præcipuum inter cunctos consequutus est donum, dicente domino: Priusquam te plasmarem in utero, noui te: & priusquam exires de uulua, sanctificaui te. Neq; uerò ignoramus quosdā esse qui ita referant, quasi maior sit Hieremias super Saluatore nostro & domino Iesu Christo. Sciendumq; plurima ex his esse quæ possunt Saluatori conuenire, quæ etiam nos interponemus. Pauca autē eorum quæ ad Hieremiam dicta sunt, coarctant intellectum, quasi non possint (ut plures existimant) ad dominum referri. Quæ sunt ergo quæ possunt conuenire domino? Ad omnes ad quoscunq; mittam te, ibis, & omnia quæ mādo tibi loqueris. Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum, ut eruam te, dicit dominus. Necdum ista ociose uidētur ad Saluatorē referri: ea uerò quæ sequuntur: Extendit dominus manum suā ad me, & tetigit os meū, & dixit dominus ad me: Ecce dedi sermones meos in os tuū, ecce constitui te hodie super gentes & regna, eradicare & dissperdere: de Hieremia difficilem faciunt interpretatiōem. Quas enim gentes eradicauit Hieremias? Quæ regna subuertit, ut merito ei dictum sit: Ecce constitui te hodie super gentes & super regna eradicare & suffodere? Quam habuit potestatem ad dissperdēdum, ut audierit, & dissperdere? Quænam uerò ædificauit, ut cōsequenter addatur, ædificare? Hieremias dixit: Non profui, neq; profuit mihi aliquis, & quomodo data est ei ædificatio atque plantatio? Hæc, ut diximus, ad Saluatorem relata non coarctant interpretātem. Hieremias enim in istis Saluatoris

uatoris figura est. Sed ea quæ sequuntur, & doctissimo homini difficultatem expositionis important: quomodo possint congruere domino. Et dixi: Quis es dominator domine? Ecce nescio loqui. Qui est sapientia, qui est uirtus Dei, in quo plenitudo diuinitatis inhabitat corporaliter, quomodo huic aptari potest, nescio loqui? Sed & illud, quia iuuenis ego sum? Interdicitur enim quasi non bene responderit. Sic & enim ei dicit dominus: Noli dicere quia iuuenis sum. Manifestum est quasi non bene dicentem fuisse reprehensum. Hæc sunt quæ Saluatori uidentur non cõuenire. Superiora autem facili intellectu ad eum referuntur. Dicere uerò alia super Hieremia, alia super Saluatore interpretanda esse, non permissum est. Sed qui bene scripturas nosse conatur, uehementer in isto instabit loco, uidens sub uno textu sermonis diuini intellectum, & dici hæc quoniã minora sunt, non conueniunt Saluatori, sed Hieremiæ: illa uerò quoniam maiora sunt, non Hieremiæ, sed Christo. Ob id cuncta nos ad Hieremiam referre tentabimus: Hoc est & ea quæ quum maiora sint, uidentur conditionem eius excedere. Quicunq; à Deo accepit uerba, sumens gratiam cœlestis eloquij, idcirco ea accipit ut regna gentesq; erudicet atq; subuertat. Sed quum nominentur gentes & regna, omni qui diuina uerba suscipit, nolo eum corporaliter intelligere regna & gentes, sed considerans animas hominum regnatas à peccato, iuxta id quod in apostolo scriptum est: Non regnet peccatum in uestro mortali corpore, uidẽs quoq; multas species delictorum, allegorizet regna & gentes per uaria delicta quæ humanas animas possederunt: & hæc erunt quæ euellẽtur atq; suffodientur à sermonibus Dei qui dati sunt siue Hieremiæ, siue cæteris sanctis. Ita fiet ut & prima quæ non uidebantur congruere Saluatori, ad Hieremiam referantur: & secunda ab eo qui scit figurate dicta quæ dicta sunt: Hieremiæ deputent. Dicit mihi aliquis auditorum, etiam alium pande sermonem, & cũcta quæ scripta sunt super Saluatore, quasi de eo sint scripta constitue: de secundis noli esse sollicitus. Apparet enim quia Saluator eradicauerit regna diaboli, & nationes subuerterit gentilem destruens uitã. In istis quod intellectũ difficilem facit, hoc est: quomodo possit Saluator dicere, nescio loqui, quia iuuenis ego sum, & cętera. in hoc sermone interpretantes coangustãtur. Iesum Christum scimus deum: quærimus uerba quæ dicta sunt iuxta personæ exponere dignitatem: quapropter necesse est nobis scripturas sanctas in testimonium uocare. Sensus quippe nostri, & enarrationes sine ijs testibus non habent fidem: & hoc quod dictũ est, in ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum, magis cõuenit ad interpretantis probationem, quàm ad quorumcunq; hominum numerum: ut firmem uerbum intellectus mei, accipiens duos testes de nouo & ueteri Testamẽto, accipiẽs tres testes de euãgelio, de Propheta, de apostolo. Sic enim stabit omne uerbum. Quomodo igit̃ ualebimus ista coniungere Saluatori? Det mihi testimonium uetus Testamentum, quia priusquam agnoscat puer bonum, aut malum, & cætera. Det etiam Esaias: Ecce uirgo concipiet in utero, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel. Ibiq; additur, priusquam cognoscat puer. Si autem & de euangelio accipere oportet testimoniũ, Iesus nec dum uir, sed adhuc infans, quia se exinaniuit formam serui accipiẽs, proficiebat. Nemo autem proficit qui est perfectus, sed ille proficit qui indiget profectu. Ergo proficiebat ætate, proficiebat sapientia, proficiebat gratia & apud Deum, & apud homines. Nam si euacuauerat seipsum ad nos descendens, & euacuãs seipsum resumpsit iterum ea de quibus se prius euacuauerat, quid indignum est profecisse eum sapientia, profecisse ætate, profecisse gratia apud Deum, & apud homines, & uera de eo esse ista quæ dicta sunt, Priusquam cognoscat puer bonum, aut malum, & ea quæ de eodem interposuimus? Sed dicit mihi aliquis: Etiam si potest de Saluatore intelligi dictum esse quia nesciat, & cætera huiusmodi quæ maiora sunt, & si puerum eum accipias, nónne offendis ista sentiendo de unigenito, & primogenito uniuersæ creaturæ, de eo qui antequam conciperetur, annunciatus est loquente Gabriele, Spiritus sanctus ueniet super te, & uirtus altissimi obumbrabit te, & audes dicere quia nesciat loqui? Quamobrem uidebo si potero aliquid dignum de Saluatore in hoc loco afferre, quod quædam nesciens maior sit si ea ignorauerit quàm si scierit. Vtamur uoce eius quomodo sint aliqua quæ nesciat. Respondit eis qui sibi dicebant, nónne in nomine tuo comedimus, & in nomine tuo bibimus, & in nomine tuo dęmonia eiecimus, & uirtutes multas fecimus? Discedite à me non

Rom. 6

Matt. 18

Esa. 7

Luc. 1

Matt. 7

non noui uos. Putásne hoc quod ait, non noui uos, minorem eius uirtutem approbat, an maiorem atq; mirabilem, quia malos perituros q; nesciat? Scit enim ab his differentias, scit meliora, scit dominus eos qui eius sunt, & si quis ignorat, ignoratur. Igitur (ut constat) peccator ignoratur à deo. Dicit mihi aliquis de auditoribus: Ostendisti qa nesciat peccatores deus, ostendisti quia ignoret eos qui operantur iniquitatẽ: neq; enim digni sunt agnitione eius: Quomodo approbabis magnum, & glorioſum esse quod ab eo dictum est nescio loqui, quod humanum est, & eloquio sæpe utimur, uerbi causa Hebrę orum uoce, siue Græcorum, siue reliquorum sermone? Ergo si ascenderis ad Saluatorẽ, & scieris eum in principio apud deum uerbum, inspice quia nesciat loqui, quum humanum sit hoc quod dicitur loqui, si ideo nesciat quia sint maiora quæ nouerit. Si autem et angelorum linguas humanis cõparaueris linguis, & scieris quia iste maior sit angelis (si
Heb. 1 cut testatus est de eo apostolus in epistola sua quam scripsit ad Hebræos) intelliges maiorem eum & angelorum linguis fuisse, quando tantum deus uerbum erat apud patrẽ. Discit ergo, & quodammodo accipit disciplinam non magnorum, sed inferiorũ, ac minorum. Sicut & ego balbutire disco, uiolentiam mihimetipsi faciens, quando cũ paruulis loquor: neq; enim scio (ut ita dicam) infantiliter loqui, & infractis uerbis iam grandę uus cum pueris sermocinari: eodem modo Saluator in magnificentia gloriæ quidem dei & in patre cõsistens non loquitur humana, nescit affari eos qui deorsum sunt. Quando autem uenit in corpus humanũ, dicit in exordio, nescio loqui, quia iuuenis ego sum. Iuuenis propter dispensationem: Senex iuxta hoc quod primogenitus omnis creaturę: iuuenis quia in consummatione iam seculorum, & in extremum huius uitæ tempus aduenit. Dicit itaq; nescio loqui. Scio enim quædam maiora loqui, scio quædam ad hoc sermone mortali uix eloqui terrestribus. Necdum assumpsi humanam fragilitatem, habeo eloquium tuum, uerbum sum, tibi scio loqui, hominibus nescio loqui, iuuenis sum. Noli dicere iuuenis ego sum, quoniam ad omnia ad quæcunq; mittam te, ibis. Deinde commouit manum ad tangendum os eius, ut ei det uerba quibus eradicet imperia. Neq; uero indigebat Saluator uerbis ut ea acciperet, quando erat in patre, nullis in cœlo dignis quæ mererentur euerti. Sed nunc accipit parua, differens maiora paulisper. Atq; ita ex hoc approbat, sicuti aliquibus glorioſe dixerat: Nescio uos, quia operarij estis iniquitatis: & nunc uerba glorioſe accepisse cum deus sit, & iuxta magnificentiam suæ dixisse gloriæ, nescio loqui, id est humana non noui. Siue autem ad Hieremiam, siue ad Saluatorem: Priusquam te plasmarem, in utero noui te, legens Genesim, & obseruans ea quæ ibi de conditione mũdi scripta sunt, inuenies quia scriptura diuina multum in sermonibus cauta non dixerit, priusquam te facerem, in utero noui te. Quando enim iuxta ima-
Gen. 1 ginem conditio est, dicit deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & non dicit plasmemus. Quando autem accepit lutum de terra, non est scriptum fecit hominem, sed plasmauit hominem: & posuit in paradiso hominem quem plasmauit, operari & seruare eum. Si potes intellige differentiam facturæ et plasmationis, quur dicens siue ad Hieremiam, siue ad Saluatorem, non dixerit priusquam te facerem in utero. Quod enim fit, non fit in utero: sed quod creatur de terræ puluere, hoc plasmatur in utero. Priusquam te plasmarem in utero scio te. Omnes nouit deus: quomodo quasi prę cipuo à cęteris Hieremię dicit noui te? An eos tantũ scit deus qui sciẽtia eius digni sunt? & cognoscit eos qui eius sunt, indignos uerò nescit neq; pater, neq; filius, dicẽs non noui uos? Nos cũ simus homines, si aliqua fuerimus prædi ti dignitate, alios nostra notitia dignos, alios iudicamus indignos: & qs scire nolumus, neq; audire uolumus, eos nescimus, quid arbitraris de uniuersitatis deo? Vult scire Pharaonẽ, uult Ægyptios nosse, sed indigni sunt notitia eius, sed ipsi faciunt ut ignorentur. Scit autem Moysen, scit prophetas, & si quis similis eorũ est. Multum te oportet laborare, ut nosse incipiaris à domino. Hieremiam quidem priusquam plasmarit in uentre cognouit: aliũ uerò de prophetis triginta annorũ cœpit nosse, alium quadraginta. Sermones sunt ineffabiles de Saluatore, & non magnopere quærendi. De Hieremia uerò eorũ qui scientiã scripturarũ habent, autoritatibus indigemus, quomodo dicatur: Priusquã te plasmarem in utero noui te, & priusq; exires de uulua matris tuæ, sanctificaui te. Deus sibi ipse sanctificat aliquos. Istũ nõ expectat ut sanctificet genitũ, sed prius sanctificat quàm de uulua egrediatur. Si ad

Saluatorem

Saluatorem (ut dixi) referas, non est malum dicere prius eum sanctificatum esse quàm natum. Sic & de domino intelligas, qui nõ solũ anteq; de uulua exierit, sanctificatus est, sed infinito ante tempore semper sanctus fuit: hic uerò anteq; de utero exiret, sanctificatus est. Prophetam in gẽtibus posui te. Si de Hieremia quæris quomodo sit propheta in gentibus positus, obserua in consequentibus cum iubetur prophetare ad omẽs gentes: nam istiusmodi scriptio est, quòd prophetauit Hieremias super omnes gẽtes Elam, Damasci, Moab: & habebis quia prophetauerit ad oẽs gentes, iuxta id quod dictũ est, prophetam in gẽtibus posui te, si tamẽ uolueris hæc de Hieremia dicta sentire. Si autem intelligentiam ad deũ transferas, iste uerè in uniuersas gentes prędicauit. Est quippe sicut alia multa, sic et propheta. Vt est princeps sacerdotũ, ut est Saluator, ut est medicus, similiter & propheta est. Moyses annuncians de eo non solum prophetã, sed admirabilẽ inter cunctos nominauit prophetã dicens: Prophetã ex fratribus uestris suscitabit uobis, dicit dominus deus noster, quasi me audite eum. Quicunq; non audierit prophetã illũ, interibit de populo suo. Iste est prophetes cõstitutus in gẽtibus, & accepit gratiã à deo, effusam in labijs suis: ut nõ solum cũ præsens aderat corpore, sed etiam nunc cum adest uirtute & spiritu, prophetet ad omnes gentes, & prophetia sua ex toto orbe attrahat homines ad salutẽ, et dixit: Quis es dominator domine? Ecce nescio loqui, qa iuuenis ego sum. Et dixit dominus ad eum: Noli dicere quia iuuenis ego sum: Quoniã ad omnes ad quoscunq; te mittam, ibis. Sæpe diximus solere esse aliquem puerũ iuxta eum qui intus est hominem, licet etiã senili corporis sit ætate: & econtrario frequenter inueniri paruulum secundũ eum hominem qui extrinsecus est etiam, & interius perfectum uirum. Talis erat Hieremias habens iam sibi cõcessam à deo gratiam in ætate corporis adhuc puerili, propter quod ait ei dominus: Noli dicere quia iuuenis sum. Signũq; huius rei, quia non sit iuuenis, sed uir consummatus, ostendit dicens: Quoniã ad omnes ad quoscunq; mittam te, ibis, & iuxta quæcunq; mando tibi loqueris. Nec timeas à facie eorũ. Scit enim eos sermo dei qui uerbi legatione funguntur, incurrere ab ijs periculum qui audire contemnunt. Increpati enim oderunt increpatiões, coarguti insequunt̃ arguentes. Omne quodcunq; malum est, semper patiuntur prophetæ. Non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & domo sua. Cuius rei nuper quoq; fecimus mentionem. Scit ergo (ut dicere cœpimus) deus mittens prophetam, quanta discrimina perpessurus sit, ideo exhortatur eum dicens: Ne timeas à facie eorum, quia ego tecum sum, ut eruam te, dicit dominus. Quæcunq; Hieremias passus est, scripta sunt: in lacum missus est luti, mãsit ibi comedens panem dei, & aquam tantum bibens, aliaq; multa quæ pertulit in libro eius continent̃. Quem autem prophetarũ non persequuti sunt patres uestri? dicit dominus ad Iudæos. Et necesse est eos qui uiuere religiose in Christo cupiunt, omni genere à cõtrarijs uirtutibus per ea quæ reperiuntur uasa, persequutionem pati. Qua de causa nihil nouum, aut peregrinũ uideatur his qui in tribulationibus affliguntur. Omnia quæ pręcepta sunt, faciant, tantum orent ut persecutionis causa Christus sit, ne propter iniusticiam, ne propter delicta, ne propter auaritiam deprimantur. Siquando autem propter iusticiam aliquis exagitatur, audiat: Beati estis cum exprobrant uobis, & persequuntur, & dicunt omne malũ aduersum uos, mei causa: gaudete & exultate, quia merces uestra magna est in cœlis. Sic enim persequuti sunt prophetas qui fuerant ante uos. Quoniam tecum sum ut eruam te, dicit dominus. Et extendit manum suam ad me dominus, & tetigit os meum, & dixit dominus ad me. Obserua differentias Hieremiæ & Esaiæ. Esaias ait: Immunda labia habens in medio populi immunda labia habentis ego habito, & regem dominum Sabaoth uidi oculis meis, Et quoniam confessus est nõ habere facta immunda, sed uerba tantum (usq; ad hunc enim finem peccata commiserat) non extendit dominus manum suam, neq; unum ex Seraphim manu sua labia eius tetigit, sed forcipe solum tangens ait: Ecce abstuli iniquitates tuas. Hieremiæ autem quia sanctificatus fuerat in uulua, non forceps mittitur, neq; de altari carbo succensus: nihil quippe habebat igne dignum: sed ipsa manus domini tetigit eum, propter quod dicit: Extendit dominus manum suam ad me, & tetigit os meum. Et dixit dominus ad me: Ecce dedi sermones meos in os tuum, ecce cõstitui te super gentes et regna eradicare. Qui sic beatus est, ut regna multa quæ Christo diabolus ostẽdit, regna dæmonum, regna peccati eradicet,

Deut. 18

Matt. 5

Esa. 6

Matt. 4

opus

opus habet ijs qui ei dati sunt à deo sermõibus. Scriptum est enim: Ecce dedi sermones meos in os tuum. Ecce cõstitui te hodie super gentes & regna eradicare. Quomodo autem regna sunt plurima, plures similiter & gentes. Nec potest aliquod regnum dici, nisi quod sub se cõtinet nationes. Verbi gratia dictũ sit, regnat fornicatio in homine peccatore, necesse est ut regnum fornicationis habeat gentes suas, & illud ipsum generet delictum auaritiæ & fraudis, quo uix aliquis immunis est. Habet regnũ suum, & sub regno uno multas possidet gẽtes, perplurimas scilicet species auaritiæ, & ob id opus est sermonibus dei, ut istiusmodi regna cum suis gẽtibus euellantur. Saluator in Euãgelio oſten-
Matt.15 dit dicẽs: Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis, eradicabitur. Sunt quædã intrinsecus in animabus uestris insita, quę nõ plãtauit cœlestis pater. Oẽs quippe cogitatiões pessimæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ, plantationes sunt quas nõ plantauit cœlestis pater. Si aũt uis scire cuius sit plãtatio istiusmodi cogitatus, audi quia inimicus homo hoc fecit, qui superseminauit zizania in medio tritici. Instat ecce deus, instat & zabulus habẽtes semina sua. Si dederimus locum zabulo, inimicus homo superserit plantationẽ quam nõ plãtauit cœlestis pater, utiq; eradicandã. Sin autẽ repulso zabulo locum dederimus deo gaudẽs deus sub principali cordis nostri sparget semen suũ. Nec aliquis existimet triste quiddam Hieremiam recepisse, quia constitutus sit ad eradicationẽ regnorũ & gentiũ. Bonitatis dei istud est indiciũ, eradicare uitia per sermões, inimica cœlestis regni regna destruere: & bellantes cum sua gẽte euertere nationes, eradicare et subuertere. Est quædam ædificatio zabuli, & est quædam ædificatio dei, quod super arenam extruitur, hoc zabuli est, super nullo enim stabilitur, abortũq; non solidat, quod autem super petram, ædificatur, hoc dei est.
1 Cor.3 Vnde & his qui eius sunt dicit: Dei agricultura, dei ædificatio estis. Super gentes eradicare, & subuertere, & disperdere. Si eradicatur aliquid, & eradicatio ipsa nõ dispergit, adhuc permanet quod euulsum est. Si subruitur domus, & lapides in ruina sunt integri, dissipata est domus, nõ tamẽ perdita. Opus est igitur benignitate dei, ut eradicatio ipsa & subuersio tota dispereat. Diligẽtius lege quomodo eradicata perdant. Paleas (inqt) comburite igni inextinguibili, & ligate manipulos zizaniorũ, et tradite eos igni. Sic ea quæ sunt eradicata, disperdantur. Si autem uis scire quomodo subuersio redigat in nihilum, quomodo ædificatiõis pessima materia in puluerẽ cõminuatur, domus ea quę propter lepram destrui iubetur, cum fuerit puluis effecta, extra ciuitatẽ proijcitur, ut ne la-
Psal.17 pis quidẽ ex ea residuus sit, iuxta quod scriptum est: Vt lutum platearũ delebo eos. Oportet quippe penitus interire malitiã. Subuersum est aliquid, lapides quoq; ipsi qui destructi sunt, cõterantur, ne ad aliquam ædificationem quam diabolus cõtinuare potest, assumi ualeant. Eradicatũ est quippiam, inuenit aduersarius etiã inter ea quæ eradicata sunt, aliquam semẽtem quam iterum seminet. Propter quod iubet dominus: Colligite, dicens, zizania, & cõburite ea igni scilicet, ut eradicatio quoq; zabuli & ipsa subuersio consumatur. Verum non tantũ in hoc stat sermo diuinus, ut eradicet & destruat & disperdat. Esto enim, eradicata sint oĩa in me mala, destructa, & dispersa sint pessima: qd mihi prodest si non pro eis quæ eradicata et suffossa sunt, meliora in me plantent atq; ędificentur? Propterea dei uerba primum faciunt quod necesse est, eradicant, destruunt, perdunt, & post hæc ædificant atq; plantãt. Obseruauimus semper in scripturis sanctis, primũ ea quæ uidentur tristia nominari, deinde ea quæ hilariora sunt, secũdo dici: Ego occidam, & ego uiuificabo. Nõ dixit prius, ego uiuificabo, & postea occidam. Impossibile est enim quod semel uiuificauit deus, aut ab eo ipso, aut ab alio occidi. Sed ego interficiã, & ego uiuificabo, ut fiat Paulus apostolus Christi Iesu. Hæc si intelligerẽt miserrimi hæretici, nunquam ad nos deferrent crebro ista dicentes: uidésne deũ legis et pro-
Psal.32 phetarum quomodo ferus est & inhumanus? quomodo dicit, ego occidam, & ego uiuificabo? non aduertentes in scripturis annunciationẽ suscitationis mortuorũ, non consi-
Rom.6 derantes resurrectionẽ iam cœpisse per singulos. Cõsepelimur enim Christo per baptismum, & consurgemus cum eo. A tristibus semper, sed necessarijs inchoat deus: ueluti,
Heb.12 ego occidam, & ego uiuificabo: ego percutiam, & ego sanabo. Quẽ enim diligit dominus, corripit, flagellat autem omnem filium quem recipit, & post hæc curat. Ipse dolorẽ facit, & iterum restituit læticiam. Similiter & in præsenti dominus ait: Cõstitui te hodie

super

super gentes & regna, eradicare, & suffodere, & disperdere, & ędificare & plantare. Verumtamen primum est, ut mala auferantur à nobis. Non potest in loco ædificationis malæ ædificare deus. Quæ enim participatio iustitiæ & iniquitatis? Aut quæ communicatio luci ad tenebras? Oportet maliciam ex imis sedibus eradicari. Oportet & ædificationem pessimam ab animabus nostris penitus auferri, ut postea sermones ædificent, atq; plantent. Possumus siquidem & aliter intelligere quæ scripta sunt: Ecce dedi sermones meos in os tuum. Et quid faciant sermones, dicit: Eradicare & suffodere & disperdere. Sermones eradicant nationes, sermones regna suffodiunt, sed non regna ista carnis & seculi: digna destruentibus, digna eradicantibus uerbis, ea quæ eradicata & subuersa sunt sensi. Putas in his quæ dicimus, est uirtus quam dominus tribuit, secundum quod scriptum est: Dominus dabit uerba euangelizanti uirtute multa, uirtus eradicans atq; Psal. 68
suffodiens? Si qua infidelitas, si quod mendaciũ, siqua malitia, siqua luxuria, siqua discordia non est suffossa, sicubi idolum in corde constructum est, illo depositio ædificetur templum dei, & inueniatur gloria eius in eo, & fiat non infertilis siue lucus exurgens, sed plantatio paradisi, ubi templum dei sit in Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia II. de eo quod scriptum est: Fugite de medio Babylonis. Cap. II.

QVOMODO corpus nostrum in aliquo terrę loco consistit, eodem modo & anima secundum statum suum in aliquo nuncupatiuo terræ loco est. Quod dico, sic fiet manifestius. Corpus nostrum aut in Aegypto est, aut in Babylone, aut in Palæstina, aut in Syria, aut certe ubicunq;. Similiter & anima in aliquo eiusdem terræ nominis loco est, alia in Babylone, alia in Aegypto, alia in Ammanitarum regione. & sic segregatim secundum sententiam scripturarum, pro qualitate uitæ locorum diuersitates distinguuntur. In Babylone est quando confunditur, quando turbatur, quando pace deserta bella sustinet passionum, quando tumultus malitiæ circa eam fremit, tũc ut diximus, in Babylone est. Et ad istam animam prophetalis sermo dirigit̃, dicens: Fugite de medio Babylonis, & resaluate unusquisq; animam suam. Donec enim quis in Babylone est, saluari nõ potest. Quod & si recordatus ibi fuerit Hierusalẽ, ingemiscit & dicit: Quõ cantabimus canticũ dñi in terra aliena? Et qa impossibile est in Ba- Psal. 136
bylone cõstitutũ deo organis canere, otiosa quippe ibi sũt organa hymnorũ dei, ꝓpter ea dicit̃ per prophetã: Super flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus dũ recordare mur tui Sion, in salicib. in medio eius suspendimus organa nostra. Suspẽsa sunt organa nostra cꝫdiu in Babylone fumus, in salicib. fluminũ Babylonis. Si aũt uenerimus in Hierusalẽ in locũ uisionis & pacis, organa quæ ante otiosa pendebant, tũc assumũtur in manibus, tunc grauiter citharizamus, & nõ est tempus quando nõ laudemus deum per organa quæ habemus in manibus. Igit̃ ut dicere cœperamus, semper anima in aliquo nuncupatiuo terræ loco est: & sicut peccatores in Babylone, sic ecõtrario iusti in Iudæa. Verumtamen iuxta qualitatem uitæ & fidei & in ipsa Iudæa locis inter se uarijs separant̃. Si ue enim in Dan est, quæ extremæ Iudææ partes sunt, siue in superioribus paululũ locis, melioribusq; cꝫ Dan, siue in mediis finibus Iudææ, siue circa Hierusalẽ: & est omnium beatissima, quæ in media Hierusalẽ urbe consistit. Qui uerò peccator est & nimijs sceleribus oppressus, hic in Babylone est: hoc autem modico minor, & necdum usq; ad summum peccatorũ culmen ascendens, in Aegypto & in partibus Aegypti cõmoratur. Et sicut qui in Iudęa sunt, nõ æqualia cuncti possidẽt loca: alius quippe in Hierusalem est, & alius in Dan, alius in Neptalim, alius in finibus Gad: sic omnes qui in Aegypto sunt, non æquales Aegypti partes incolunt. Alius in Taphni, alius in Mẽphi, alius in Syene, alius in Bubasti habitat. Quæ loca propheta Ezechiel plena mysterijs uoce testatur, nomina quoq; partium Aegypti exponens: de quibus si quis lector fuerit spiritalis dijudicãs omnia, & ipse à nemine dijudicatus nõ solũ maiores regiones allegorizabit, ueluti Iudæã & Aegyptũ & Babylonẽ, sed particulas quoq; terræ: & quomodo in Iudæa Hierusalem & Bethlehem, cæterasq; ciuitates ita in Aegypto legẽs Diospolim, Bubastim, Taphnim, Memphim, Syenen, pro intellectu rerum figurabit. Quis sapiẽs & intelligit ista? aut quis intelligens & cognoscit ea? Qui saltem in tenuiori sensu cõstitutus cognoscere poterit uoluntatẽ quam spiritus sanctus habet literæ? Verum nunc aliud ꝓpositũ

est,quid his qui in Babylone sunt,Dei sermone præcipiatur. Fugite de medio Babylonis.Nõ gradatim,non pedetẽtim, sed cum uelocitate,cum cursu fugite,hoc est ẽ fugere.Fugite de medio Babylonis.Quicunq; cõfusam habetis animã à uariorũ passione uitiorum,ad uos dirigit sermo.Et mihi quoq; id ipsum iubetur: siquidẽ adhuc sum in confusione inueteratus,& ideo in Babylone sum.Quid ergo præcipit Deus? Non dicit,exite de medio Babylonis,hoc enim potest fieri & gradatim,sed fugite de medio Babylonis.Ego quidem & in eo quod dicitur de medio,rationẽ quæro sermonis.Potest quippe euenire ut aliquis in Babylone sit,sed cum in extremis eius finibus cõmoretur, quodammodo extra Babylonem esse uideatur.Aliud autẽ est in medietate Babylonis cõsistere,ut ex omni parte æquale sit spatiũ,& ita in umbilico eius quasi in medio cordis animalis habitet.Sicuti ẽ animalis medietas cor est,& in euãgelio secundũ Lucã,cor terræ medietas terræ nominat: sic mihi uidet & in Ezechiele dictũ,in cor maris posita Tyrus:& nunc peccatores de medio Babylonis,hoc est de corde eius fugere debere. Fugite ergo de medio Babylonis,ut medietatẽ Babylonis deserẽtes in finib. eius incipiatis esse,nõ in medio.Quod si cui uidet obscurũ, sic fiet manifestius: qa qui ualde demersus est in uitijs,hic medius habitator est. Qui uerò paulatim relinquens malũ,& naturã suã ad meliora cõuertens non tam cœperit uirtutes possidere q̃ cupere, iste licet ex medio fugerit Babylonis,tñ necdum de Babylone discessit. Secundum istiusmodi expositiones decet sacras literas credere nec unum quidem apicem habere uacuum sapiẽtia Dei. Qui enim mihi homini præcipit,dicens:Non apparebis ante conspectum meũ uacuus, multo plus hoc ipse agit,ne aliquid uacuũ loquat.Ex plenitudine eius accipiẽtes ꝓphetæ,ea quę erãt de plenitudine sumpta,cecinerunt:& idcirco sacra uolumina spiritus plenitudine spirant,nihilq; est siue in prophetia,siue in lege,siue in euãgelio,siue in Apostolo,quod non à plenitudine diuinæ maiestatis descendat.Quamobrem spirãt in scripturis sanctis hodieq; plenitudinis uerba. Spirãt autem his qui habent & oculos ad uidẽda cœlestia,& aures ad audiẽda diuina,& nares ad ea quæ sunt plenitudinis sentiẽda.Hæc dixi,quia non sit simpliciter positum,fugite de Babylone, sed cum additamento necessario:Fugite de medio Babylonis,& resaluate unusquisq; animam suam. Primũ oportet fugere de medio Babylonis,deinde singulos animas suas resaluare cum fugerint. Neq; uerò dixit saluare,sed resaluare.Appositio syllabæ significat sacramentũ. Quia quondã gustantes salutem,& de ea propter peccata postea corruentes,uenerũt ad Babylonem. Cuius rei causa oportet resaluare animã suam,ut incipiat recuperare quod perdidit, secundum apostolum Petrum dicentem:Ista reportauimus finem fidei salutẽ,de qua salute exquisierunt & scrutati sunt prophetæ, qui propter nostram prophetauerunt gratiã. Veruntamen in nobis est fugere de Babylone,& in nostra positum est potestate, si uelimus resuscitare quod corruit. Tertium mandatũ est: Et neq; proijciamini in iniquitatẽ eius.Cum quis fugerit iniustitiã Babylonis, & nõ egerit pœnitentiã, tunc consequens est ut proijciatur.Obserua uerò scripturã,quomodo licet ex Hebræa lingua in Græcam sit translata,nihilominus quantum recipere potest differentias uerborũ, significãter ex presserit.Dicit quippe in alio loco:Elegi abiectus esse in domo domini,& non ait proiectus.In præsenti autem non posuit,& ne abijciamini in iniustitiam eius,sed ne ꝓijciamini in iniustitiam eius.Aliud est ẽ proijci,aliud abijci.Quod enim in despectione est & neglectu,hoc non proijcitur,sed abijcitur.Quod uerò foris est à salute,& à beatitudine alienum,hoc proijcitur.Quod & in alio loco declarat scriptura diuina dicẽs:Duces populi mei proijcientur ex domicilio rerum suarum propter pessimas uolũtates suas.Cleri enim eorũ non proderunt eis.Sed & tu ipse poteris congregare sicubi in scripturis ꝓiectionis & abiectionis nomen inueneris,ut ex cõparatione uerborũ magis possis confidens ferre sententiã. Quia dispensatio prouidentiæ etiã si non magnopere curauit ut disertitudinem,quæ in Græco sermone laudatur,Græce interpretando sequeret,curauit tamen ea quæ significantia sunt exhibere, & differentiam eorũ explanare dilucide his qui scripturas diligẽtissime perscrutãtur. Ne proijciamini in iniquitatẽ Babylonis, quia tẽpus uindictæ eius est à domino. Miro sensu supplicia dicit irrogari propter eius qui ea patitur ultionem.Quando enim quis nõ uindicatur & relinquitur impunitus,frequenter me dixisse memini id quod in duodecim prophetis scriptum est:Et nõ uisitabo

Luc.8
Ezech.27
Deut.16
1 Pet.1
Psal.83

super

ſuper filias ueſtras quando fornicãtur,& ſuper nurus ueſtras quãdo adulterantur. Non ergo ut quidam exiſtimãt,Deus peccatores punit iratus,ſed ſi ſic expedit loqui, magna ira eſt à Deo tormenta nõ perpeti. Qui enim punitur,etiam ſi ab ea quę uocatur ira Dei corripitur,ad hoc punitur ut emẽdetur. Domine(ait Dauid)ne in ira tua arguas me, ne que in furore tuo corripias me. Sed etiam ſi argues,argue nos in iudicio, & non in furore,dixit Hieremias. Inuenies autem etiam ex repromiſſione Dei in quoſdam correptionem dari. Ideo cum peccantibus Chriſti filijs pœna promittitur,miſericordia nõ denegatur,ut ſcriptum eſt: Si dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint,ſi iuſtitias meas prophanauerint,& mãdata mea nõ cuſtodierint,uiſitabo in uirga facinora eorum,& in flagellis iniquitates eorum: miſericordiam autem meam nõ diſpergam ab eis. Iſta conſiderans uide quomodo necdum pœna dignus ſit, qui uſq; ad præſens tempus cõmittit ſcelera,nec punitur. Viſitatio quippe Dei per uiſitati tormenta monſtratur: qui autem peccans corripitur,neſcis quid ei excurrat pro pœna. Hæc ꝓpter hoc quod dictum eſt,quia tempus uindictæ eius à domino eſt. Sequitur: Retribunem ipſe retribuet ei. Nõ per miniſtros retribuet Babyloni Deus, ſed ipſe retribuit qđ meretur. Volo quiddã dicere in additamento pronominis in eo quod ſcribitur ipſe: ait enim,retributionem ipſe retribuet ei. Non omnibus Deus ipſe retribuit quę merentur, ſed ſunt quidam quibus per alios reſtituit,ſiue puniens,ſiue medicans per dolorem, ut in pſalmis continetur: Miſit in eos iram indignationis ſuæ,furorem & iram & anguſtiã, immiſſionem per angelos peſſimos. His enim non ipſe reſtituit,ſed ad retributionẽ illorum miniſtris uſus eſt angelis peſſimis. Et alijs forſitan non per malos reddit,ſed per bonos,ut in eis qui ꝓ ſceleribus puniũtur. Multaq; ſimilia iſtiuſmodi per ſcripturas ſi ſcruteris,inuenies. Eſt autem quando miniſtrorum officium refutatur,retributionem Deus ipſe reſtituit,ut nunc Babyloni. Timeo quiddam obſcuri in loco manifeſto interponere,quod mihi uidetur latére,ſi taceã. Veruntamen audendum eſt ſaltẽ pauca perſtringere. Quando ſunt uulnera facilia & prompta curationi,medicus mittit ſeruum ſuũ,mittit diſcipulum,ut per eum languentem medicetur: neq; enim magna ſunt uulnera. Euenit quoque aliquoties ut ſectionis & ferri indigeat qui ſanatur: attamen non ipſe medicus pergit ad curam,ſed eligẽs unũ ex diſcipulis qui curare ualeat,eo utitur miniſtro. Quãdo uerò inſanabiles plagæ ſunt,ut & emortua carne putredo cõtabuerit,& intantũ mala ualetudo eſt,ut nõ ſerui, uel diſcipuli qui iam prope eum per ſcientiam artis acceſſit, ſed ipſius magiſtri manibus indigeat,tũc ipſe magnus medicus præcinctus lũbos ad ſectionem teterrimi uulneris concitatur. Similiter itaq;,quando ſunt minora peccata, nõ reſtituit Deus ipſe peccantibus,ſed alijs utitur miniſtris. Quãdo uerò per merita ſua ingens hominem ægritudo comprehendit,ut nunc Babylonem,quæ grauibus ꝓpriæ malitiæ eſt confuſa uulneribus,tunc ad retributionẽ Deus ipſe feſtinat. Similia quędã huic ſi requiris,inuenies & de Hieruſalẽ,quæ ei acciderũt poſt prophetas, ob id quia inſidiata ſit Chriſto. Sic finita eſt primi capituli continentia. Videamus& cętera: Calix aureus Babylon in manu Dei inebrians omnem terram. De uino eius biberũt gentes. Propter hoc commotæ ſunt gentes,& ſubito cecidit Babylon,& cõtrita eſt. Nabuchodonoſor uolens decipere homines per calicem Babylonis doloſum, nõ miſcuit in uaſe fictili qđ parabat potari,ſed neq; in paulo meliore,& æreo uaſe,uel ſtanneo,& quod iſta præcellit argenteo: uerum eligens uas aureũ, in eo poculũ temperauit, ut quis uidẽs decorem auri,dum radiantis metalli pulchritudine delectatur, & totus oculis hæret in ſpecie,nõ conſideret quid intrinſecus latitet,& accipiens calicem bibat neſciens calicẽ Nabucho donoſor,intelligens autem calicem aureum in pręſenti nominatum. Sed animaduertas peſſimorum dogmatum uerba mortifera qualem habeant compoſitionem,qualẽ decorem eloquentiæ,qualem rerum diuiſionem: cognoſces quomodo unuſquiſq; poetarũ qui putantur apud uos diſertiſſimi,calicem aureum temperauit,& in calicem aureũ uenenum iniecerit idololatriæ,& uenenũ turpiloquij, uenenum eorum quæ animam hominis interimunt dogmatum,uenenum,falſi nominis ſcientiæ. Sed meus Ieſus cõtrà fecit,ſciens aureum calicem zabuli,& præcauens ne aliquis ad fidẽ ſuam ueniens,ſuſpicaretur etiam Chriſti talem eſſe calicem,qualem eſſe requirat,& per ſimilitudinẽ materiæ formidaret errorem: ideo curauit ut haberemus theſaurũ iſtum in uaſis fictilibus. Sæpe

Pſal.6 Hier.2 Pſal.89 Hier.51

uidi aureum calicem in pulchro sermonis ornatu, & dogmatum uenena cõsiderans deprehendi calicem Babylonis. Calix aureus Babylon in manu Dei. Nõ semper calix aureus Babylon. Cum autem uenerit ad uindictam, & in manu Dei posita fuerit, tũc efficitur terra quæ quondam tacta est in Iubath. Neq; uerò iugiter in manu Dei cõtinetur, sed ultionis tantũ tempore, cum cœperit dominus ei restituere quod meretur, tũc in manu eius inebrians omnem terram iste calix aureus Babylon inebriabit. Quomodo autẽ uniuersam terrã inebriabit, facile scies, si cõsideraueris omnes homines ebrios. Inebriamur ira, inebriamur tristitia, inebriamur & mente excedimus amore, cõcupiscentijs & uana gloria. Quanta pocula temperauerit, quot inebriãtes porrexerit calices calix iste, quid necesse est dicere? Calix aureus Babylon inebrians omnem terram. Animaduerte omnem terram plenam esse peccatis, & non quæres quomodo Babylon omnem terrã inebriauerit. Sed si forte uideris iustum ebrium non esse de calice peccatorum, noli putare scripturam esse mentitam quæ dixerit, inebrians omnem terram, cum iste non inebrietur à Babylone, & tamen cõsistat in terra. Audi quia iustus non sit terra. Omnẽ terram inebriat calix iste aureus. Iustus uerò cum sit super terram, cõuersationẽ in cœlis habet. Et propter hoc non conuenit ulterius iusto dici: Terra es, & in terram ibis. Sed necesse est audenter loqui, dicit iusto Deus adhuc consistenti super terram: Cœlum es, & in cœlum ibis. Portat enim imaginem cœlestis. Igitur ut concludã, calix aureus inebriat omnem terram, id est omnes ab eo inebriamur quandiu terra sumus. De uino eius biberunt gentes, propter hoc commotæ sunt. Sicut in his qui bibunt istum qui in usu est uini liquorem, si super sitim & super mensuram biberint, uidemus ebrij corpus motũ uacillantes pedes, caput ac tempora prægrauata, os dissolutum, linguã significantem sermones ebrij & hærentibus labijs uerba precisa: similiter est uidere eos de calice aureo biberint Babylonis quomodo moueantur, quomodo instabiles gressu sint, quomodo debilitata mente & fluctuante cogitatu nihil firme teneant, sed semper in turbationib. agantur incerti. Quamobrẽ scriptura diuina de istiusmodi hominibus in alio loco ita ait: Propterea cõmoti sunt. Interponamus aliquid mysterij, quid de peccatore dicat Cain. Cum egressus est à facie Dei, habitauit in terra Naid, cõtra Eden. Naid in Græca lingua interpretatur cõmotio. Qui enim derelinquit Deum, qui deserit sensum de eo iugiter cogitandi, iste in terra Naid hodieq; habitat, id est in tribulatione mali cordis & mẽtis cõmotione cõsistit. Biberũt gentes, propterea cõmotæ sunt, & subito cecidit Babylon, & cõtrita est. Quando dicit repente cecidit Babylon, uidetur mihi prophetizare consummationem mundi subito futuram. Quomodo enim diebus diluuij comedebãt & bibebãt, emebant & uendebant, plantabant & ædificabant, donec ueniret diluuium, & tulit omnes, & subito uenit inundatio, similiter autem & in diebus Loth: sic & cõsummatio mũdi non per partes fiet, sed repente. Huic conferendũ existimato id quod scriptũ est in Iesu Naue, quãdo à uoce sola tubæ, Hiericho ciuitas corruẽs subito disperijt: & iuxta hãc similitudinem Babylonem quoq; in consummatione seculi casuram esse, & subito cõterendam. Et hæc quidem de consummatione dicta sint. Si uerò ueneris ad aduentũ Domini mei Iesu Christi, & uideris eius magnũ opus, quomodo subuerterit omnia gentiũ de idolis dogmata, ut credentes de erroris eximeret iugo, intelliges quia in tepore passionis eius Babylon extemplo corruit, & contrita est. Vnusquisq; nostrum cõsideret se ipsum, & animaduertat Babylonem in suo pectore corruisse. Si autem & in alicuius corde non cecidit ciuitas confusionis, huic Christus necdum aduenit. Veniente quippe eo Babylon ruere consueuit. Propter hoc ad orationum præsidia confugiẽtes, petite ut ueniat Iesus in corda uestra, & conterat Babylonem, & faciat ruere omnem malitiam eius, & reædificet pro his quæ subuersa sunt, pro Babylone quæ fuerat ante cõstructa, in ipso principali cordis uestri, Hierusalem ciuitatem sanctam Dei. Plangite eã, & accipite rhesinam correptionis eius, si quo modo sanabitur. Plangite ait Babylonem. Deinde quia omnis anima recipere potest salutem, & neq; una apud Deũ est insanabilis, idcirco cõsilium dat his qui possunt trãsmigrare in Hierusalẽ ad testimoniũ, habere rhesinã ad emplastra facienda, ut assumant medicamina, & quanto ualent studio sanitati restituãt Babylonem. Hoc experiamur & nos facere, deprecãtes Deum, ut det nobis rhesinã rationabilẽ, & de rationabili rhesina discamus ei malagma imponere, & oleũ & alligaturas,

Gen. 3

& im-

& imponentes alligemus uulnera Babylonis, imitantes Samaritanum, & sanetur misera ciuitas, & curata desinat esse quod fuerat. Istud est quod ait accipere rhesinam correptioni eius, si quomodo sanabitur. Vbi sunt hæretici? ubi sunt qui naturas quasdã introducentes, asserunt esse naturam desperabilem quę penitus non recipiat salutẽ? Si est natura quæ pereat, quæ alia talis erit ut Babylon? Attamen neq; istã despicit deus. Præcipit enim medicis deus, ut accipiãt rhesinã super Babylonẽ, si quomodo sanetur. Quidã igitur eorũ qui mandatum acceperant, accipientes rhesinam correptioni Babylonis si quomodo sanetur, fecerunt quod fuerat imperatum, reppererũt rhesinam ad correptionem eius, audientes posse fieri ut Babylon reciperet sanitatem. Et quia quod putauerũt nõ effecerunt: Babylon quippe in pristina malitia perseuerans, noluit se curari: satisfaciũt boni medici, & dicunt: Curauimus Babylonem, & non est sanata. Relinquamus eã. Vide autẽ homo, nequando angelis præcipiat Deus, ut ad languorẽ animæ tuæ medicaminum emplastra conficiant, si quomodo possis ab ægrotatione sanari: & respõdeãt angeli: Curauimus Babylonem, istam ostendentes à passionibus cõfusam animam tuã, & non est sanata. Non scientiam artis suæ, neq; rhesinæ uim criminantur, sed te qui præceptis eorum obsequi noluisti, dicentes: Curauimus Babylonem, & nõ est sanata. Relinquamus eam. Steterunt medici sub magno medico angeli Dei, uolentes curare imbecillitates nostras, uolentes animam liberare de uitijs, sed nos ipsi repellimus eos dum cõsilijs eorũ non acquiescimus. Vident se operam perdere, cũ loquuntur inuicem, & dicũt: Relinquamus eam, & abeamus unusquisq; in terrã suã. hoc est, credita nobis est à Deo medicina, ut animam curaremus humanam: adhibuimus adiutorium, medicinã imposuimus, multum contumax est, non uult obseruare quod dicimus, studium nostrum nõ sequitur effectus. Relinquamus eam, & abeamus unusquisq; in terrã suam, id est domesticum locum & propriũ. Caue homo nequãdo relinquat te medicus, siue angelus Dei, siue quicunq; hominum, cui credita est cura sermonum ad salutis medicinã deferendã. Si enim te dereliquerint & dixerint, abeamus unusquisq; in terram suam, quia appropinquauit in cœlum iudicium eius: manifestum est quia absceſſio eorum condemnatio tua sit, ut irremediabilis, nolentis & curari. Cum autem te deseruerunt, quid tibi aliud euenturũ est, nisi quod solet his accidere, qui à medicis desperãtur, utentes uoluntate morbi sui, ut ad peiora demergantur? Sic & his similiter in consuetudine istius uitæ à prudentibus medicis. Accedit aliquis eorum ad languentem, quãtum ars patitur, & industria medicamina non cessant: sed si aut ægritudo tanta sit ut repugnet curationi, aut ipse inualidus per impatientiam doloris contra faciat quàm iubet, relinquit medicus, desperat hui usmodi hominem & recedit, ne inter manus suas expirans causam interitus eius ad se retorqueat. Sic ergo & nos, ne in sanctorum angelorum manibus qui ad nos curãdos à domino destinati sunt, moriamur, relinquũt nos desperantes animã nostrã, & aiunt: Nõ est malagma imponere, neq; oleum, neq; alligaturas, quia appropinquauit in cœlum iudicium eius. Et eleuatum est usq; ad astra. Qui paruum habet peccatum, non usque ad cœlum & sidera iudicium eius effert. Pusillum enim & humile est. Qui uerò crescit in scelere, crescit & in iudicio, simulq; cum uitijs augetur & pœna: & quia intantum deliquit, ut iudicium eius usq; ad cœlestia subleuetur, & per impietatem suam resistẽs Deo ad superiora cõscendat, profert Deus iudicium suum in humiliationem eius iudicij qd celatum est à peccatore: & proferens iudicium suũ, humiliat quidem peccatorem, retribuit autem iusto digna uitæ eius, in Christo Iesu domino nostro, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Hier. 51

Ibid.

Homilia tertia. De eo quod scriptum est: Quomodo confractus est & contritus malleus uniuersæ terræ. Cap. V.

QVOMODO, ait, confractus & contritus est malleus uniuersæ terræ? quomodo facta est in exterminium Babylon? Quærendum inter hæc quis sit malleus uniuersæ terræ, quæ ue eius contritio: unde ait Propheta, quia ante confractus est quàm contritus: ut congregãtes ea quæ alicubi de malleo scripta sunt, cum inuenerimus nomen eius, inuestigemus etiam nominis uoluntatem ex his quę asserimus exemplis. Domus quondam componebatur Dei, iuxta tertium Regnorum li-

brum,& Salomon erat constructus & ædificans eam. Vbiq; quasi in laude dicitur de do
3 Reg. 6 mo Dei,qa malleus & securis nō sunt audita in domo Dei. Ergo quomodo malleus nō audiť in domo Dei,sic quia domus Dei ecclesia est,malleus in ecclesia non audiť. Quis est iste malleus uolens quantum in se est impedire lapides ædificationis tēpli, ut cōtriti non conueniant fundamentis eius? uide mihi zabulum si non ipse est malleus uniuersę terrę.Ego autem pronunciabo cōfidens,esse aliquem qui nō magnopere curet de malleo uniuersæ terræ.Et quoniam exemplū ad sanctū spiritum est de sensibili malleo,quæro materiam malleo fortiorem,quæ nihil ab eo percussa patiatur. Quam quidē quærēs repperi in eo quod scriptū est:Ecce uir stans super muros adamantinos,& in manu eius adamas.Refert autem de adamāte historia,quia fortior sit omni cædenti se malleo,incōtritus & incōuincibilis permanēs.Licet suprà stet malleus zabulus,& suppositus sit draco,qui est quasi incus indomabilis,nihil tamen in manu Dei, & in conspectu eius cōsistens adamas perpetitur.Duo itaq; contraria sunt adamanti isti,malleus & incus improducibilis.Iam quoddam est & apud nationes tritum uulgi sermone prouerbiū,ut de his qui anxietatibus & ingentibus malis premuntur,dicant, inter malleum sunt & incudē. Tu autem hoc refers ad zabulum & draconem,qui istiusmodi semper in scripturis ꝓpter uarietate causarum nominibus insigniuntur:& dicis quia sanctus,qui quasi murus adamātinus,uel in manu domini adamas est,non curet neq; de malleo,neq; de incude,sed quāto plus cæsus fuerit,tanto plus eius uirtutem splēdescere.Aiunt eos qui mercimonia lapidum exercent,quum uoluerint probare adamātem,ignorantes utrum sit adamas an non sit,quamdiu malleum & incudem non inuenerint:tunc autem persuaderi esse uerissimum adamantem,si indomitus lapis,si inter incudem & malleum perseuerat,si percutiēte desuper malleo,& incude supposita durior lapidū natura compingit. Talis uir est: ante tētationes ab his qui probare lapides nesciunt,ignoratur. Certissime autem nouit adamātinorum lapidum naturā solus Deus plurimis ignoratam. Ego ipse adhuc nescio utrum ueniente malleo,& percutiente me confringar & conterar, conuictus quia non sum adamas:an certe uerus adamas ostendar,si ingruētibus persecutionibus, periculis, tentationibus,tā contritus fuero ad ictus mallei quàm probatus. Et tu ipse percurre scripturas,& quære si quod potes inuenire uestigium bene à Deo promitti, ut malleus percutienda percutiat. Verbi gratia dictum sit. Ad intelligētiam enim obscuriorū sumunt exempla.Si malleus non esset,non esset tuba productilis,quæ iuxta legem ad solennitates Dei excutiat,quæ audientium animos clangore suo accendat ad bellū. Necessarius est malleus,ut tuba ꝓductilis fiat.Multa cooperatus est iste malleus tubæ ꝓductili Paulo,ut eum per uaria tentamenta produceret & approbaret,quia illæsus posset excudi,figuramq; assumere tubæ magnisonæ,non incertam dans uocem in audientes,ut præparentur ad militiæ bellum.Et quoniam malleus inuenitur cōtraria fortitudo, & draco incus producibilis,istiusmodi semper in scripturis malleo,uel quacūq; alia materia cōpo-
Gen. 4 situm nomen assumēs,instabo sermone.Cain generauit filios,& de Cain ortus est faber æris & ferri.Ergo ut zabulus qui omnium tentationum operator est, malleus diciť, ita qui ministrat,malleator est filius Cain.Quotiescunq; enim in tentatione incideris,scito malleum diabolum esse,& malleatorē eum per quem te zabulus insequitur.Velut in ꝓditione Saluatoris malleus zabulus,malleator Iudas fuit. Et multi erant malleatores in tēpore illo quo dñs passus est,clamantes, tolle de terra talem, crucifige crucifige eum. Omnia malleatoribus plena sunt.Quotquot enim in actu suo zabulum suscipiūt & ministrant ei ad probandum iustum & iniustum coarguendum, omnes malleatores sunt. Idcirco si heri malleator eras,& in manu malleū cōtinebas, nūc discens quia à Cain fratricida oriuntur malleatores,proijce malleū de manu tua, & trāsmigra ad malleatorum quæ spiritalis est generationem,sicut Enos, & reliquorum qui scripturarū laudib. efferuntur.Veruntamen finis cōfractio est atq; contritio.Est sciendū quidem, quoniam ꝓphetatus nunc malleus zabulus sit,malleus non partis alicuius terræ,sed uniuersę terrę, pro eo quod in omni terra malitia eius dispersa sit,& ubiq; malleus iste malū operať.Est aūt etiam hoc dicendū,zabulum uniuersæ terræ malleū esse,non cœli malleū. Neq; em tenuiori subst ātiæ cōuenit malleus, sed crassiori. Si portas imaginē terreni, malleus te, qa terrenus es,ꝓcutit.si peccas,& terra es,et in terrā ibis,experieris malleū uniuersę terræ &

ræ & in te operantem. Iuxta iſtum intellectum, illud quoq; animaduertendũ eſt: uniuerſæ terræ malleũ, quia aduerſum cũcta terrena potentiã ſuam exerceat, zabulũ eſſe: poſſe autẽ etiam minorem malleum intelligi, qui nõ uniuerſæ terræ ſit malleus, ſed illius (ut ita dicam) & illius partis terræ. Et ſi quidem una aliqua cõtraria fortitudo mihi repugnat, et colluctatur mecũ, non ualens cum uniuerſis ſimul hominibus congredi ut zabulus, tũc eſt quidem malleus in me, ſed nõ uniuerſæ terræ malleus, uerum (ut ita dicam) meæ tãtũ malleus terræ. Cõfracto autẽ & contrito malleo uniuerſæ terræ, quid neceſſe eſt arbitrari de malleo partiũ terræ? Simulq; exiſtimo admiratione dignum, quoniã uniuerſæ terrę malleus ſit cõminutus. Quid enim magnũ ſi fractus fuiſſet & contritus malleus partium terræ? Sed uerè nunc admirandũ eſt, quia uniuerſæ terræ malleus cõfractus atq; cõtritus eſt. Poſt hæc quæro quis ſit iſte qui uniuerſæ terræ malleum cõfregerit, & contriuerit. & dicam Moyſen nõ potuiſſe cõfringere atq; cõterere malleũ uniuerſæ terræ, neq; ante eũ Abraham, neq; poſt eum Ieſum Naue, neq; alium quenquam prophetarũ. Quis ergo potuit talem, tantũq; uirũ, & uniuerſæ terræ malleũ cõfringere & conterere? Quis eſt iſte? Ieſus Chriſtus confregit atq; contriuit malleũ uniuerſæ terræ. Et hoc nũc admirans in ſpiritu ſancto prophetes, ait: Quomodo confractus & cõtritus eſt malleus uniuerſæ terræ? Primo cõfractus, & contritus eſt deinde. Et quoniã repperi ſaluatorẽ eſſe qui cõfregerit malleum uniuerſæ terræ, & contriuerit eum, ueniam ad Euangeliũ, ut uideam primã tentationẽ, quando dixit ei zabulus, iſta omnia tibi dabo ſi procidens adoraueris me, & reliqua: & dicam quia in illo tempore non cõtriuerit Ieſus malleum uniuerſæ terræ, ſed tantum confregit eum. Cum uerò receſſit ab eo uſq; ad tempus, & tempore poſtea uenit inſtante, tũc contritus eſt, non ſolum cõfractus ut primum malleus uniuerſæ terræ. Et quia contritus eſt qui fuerat ante confractus malleus uniuerſæ terrę, idcirco per unum quenq; noſtrũ confringitur quidem quãdo introducimur in eccleſiã, & proficimus ad fidẽ. Conteritur autem & cõminuitur, quando ad profectũ uenimus. Quod ſi dubites conteri zabulum ad profectũ uenientibus nobis, audi apoſtolũ benedictione quadam benedicẽtẽ iuſtum atq; dicentẽ: Deus autẽ conterat Satanam ſub pedibus ueſtris uelociter. Animalis eſt iſte malleus, fortaſſe nunc furit aduerſum nos, & quærit quia iſta de eo pãdimus, & conteritur à nobis (neq; enim confringitur tantũ, & non etiã conteritur per nos) confringere nos econtrario & cõterere. Et multos quidẽ contriuit, eos qui non attendunt ſibi, neq; cuſtodia ſeruauerunt cor ſuũ. Verum nos confidentes in deo, credentes in Chriſtũ dei, non timeamus zabulum. Timor dei facit nos non timentes zabulũ, nihilq; ab eo petiſ, ſed & dicere non tantũ generaliter, uerum & de nobis ipſis: Quomodo confractus eſt, & contritus malleus uniuerſæ terræ? Illo autẽ confracto & cõminuto, Babylon fit in exterminium: nec prius cõfuſionis ciuitas diſſipatur, q̃ malleus uniuerſæ terræ cõfringatur & conteratur. Vnde & mirabiliter & præclaro ordine propheta uſus eſt dicẽs: Quomodo confractus eſt & cõtritus malleus uniuerſæ terræ? Quomodo facta eſt in exterminium Babylon? Quod primo factum eſt, primum enarrauit: quod ſecũdo, conſequenter expoſuit. Et hoc oportet per ſingulos ſcripturarum obſeruare ſermones. Quãdo itaq; fit in exterminium Babylon? Quando exterminantur omnes confuſiones de anima mea, neq; ulterius me confundit mors filij, aut obitus uxoris: cũ non eſt qui me irritet, & prouocet ad triſtitiam, ad iram, ad concupiſcentiam, ad uoluptatem, quando maneo incõfuſus, aſſumens rationem quæ me confirmet, & roboret, tunc mihi accidit quod dictũ eſt, Facta eſt in exterminium Babylon, hoc eſt uniuerſa confuſio. Fiunt autem iſta, id eſt confringi, & conteri malleum omnis terræ, & demoliri Babylonẽ, cum getens ſuperponũt malleo, & Babyloni. Scriptũ eſt enim: In gentibus ſuperponent tibi. hoc eſt, ij qui de gẽtibus ſunt ſuperponẽtur tibi ô Babylon, ſuperponent tibi ô mallee, ut cõfringaris, & cõteraris. Quãdo iſta facta ſunt? In aduentu domini mei Ieſu Chriſti, cum Euangeliũ cunctis gentib. prædicatũ eſt, tunc ſuperpoſiti ſunt pater & filius & ſpiritus ſanctus Babyloni, & malleo uniuerſæ terræ, & impletũ eſt hoc quod ſcriptũ eſt, In gentibus ſuperponẽtur tibi, & capieris Babylon, & nõ cognoſcis. Vtinam caperet Babylon & per ſingulos noſtrum. Ex anterioribus autẽ poteſt intelligi captiuitas Babylonis, quãdo capta ſuffoditur, ſubuertitur, deſolat, ut nihil in nobis reſideat confuſionis. Et capieris Babylon, & non cognoſcis: inuenta es, & comprehẽſa, quia domino reſtitiſti. Ergóne ſola Babylon

Rom. 16

domino reſtitit,& nõ potius õmes gẽtes,dum creatore deſerto idola ueneratæ ſunt,domino reſtiterũt? An figuraliter dicit omnẽ animam contrariam Hieruſalẽ, id eſt uiſioni pacis,Babylonem eſſe? Vnde & ſancti in Hieruſalem, peccatores in Babylone erant.Et ſi peccabant Hieroſolymitæ,mittebantur in Babylonem,& ſic conuertebãtur ad pœnitentiam in Babylone cõſiſtentes.Sancti uerò regrediebantur in Hieruſalem.Capitur ergo Babylon,& non cognoſcit.Babylon quippe legi nõ ſubijcitur.neq; enim poteſt non inuẽta Babylon cõprehenſa eſſe:ſed ob id comprehenſa eſt cũ inuenta eſt,quia domino
Hier.50 reſtitit.Deinde exordiũ alterius capituli.Aperuit dominus theſaurum ſuum, & protulit uaſa iræ ſuæ,quia opus domino uirtutum in terra Chaldæorum. Quoniam uenerũt tempora eius,aperite apothecas eius,ſcrutamini eam quaſi ſpeluncam, & diſperdite eam ne ſint eius reliquiæ.Exiccate omnes fructus eius,& deſcendat in occiſionem. Væ eis quoniam uenit dies eorũ,tempus uindictæ eorũ. Volẽs intelligere hoc quod dictũ eſt,Aperuit theſaurum ſuum,& protulit uaſa iræ ſuæ,quæro de alia ſcriptura uaſa iræ dei,& inuenio ad pleniorẽ comparationẽ iſtius ſcripturę ſcripturam apoſtolicã, ibiq; inuenio apo-
Rom.9 ſtolum mihi ſubijcientem quæ ſint uaſa iræ dei. Ait enim: Si autẽ uolens deus oſtendere iram ſuam,& notam facere potentiam ſuam,pertulit in multa patientia uaſa iræ præparata ad perditionem,ut oſtenderet diuitias gloriæ ſuæ in uaſa miſericordię quæ præparauit in gloriam,quos & uocauit non ſolum ex ludæis,uerum etiam ex gentibus. Generaliter apoſtolus omnes homines diuiſit bifariam,dicẽs quoſdam eſſe uaſa miſericordiæ, quoſdam uaſa iræ. Verbi gratia, Pharaonẽ & Ægyptios uaſa iræ:rurſus ſe qui primus miſericordiam conſecutus eſt,& eos qui in tempore de ludæis & gentibus crediderũt, uaſa miſericordiæ nuncupauit.Sunt ergo in theſauro dei uaſa iræ.Scriptũ eſt enim. Aperuit dominus theſaurum ſuũ,& protulit uaſa iræ ſuæ.Quis eſt iſte theſaurus domini in quo uaſa iræ inueniunt? Aliquis forſan quæret,utrũ in theſauro domini tantũ uaſa iræ ſint,& theſaurus dei qui eſt theſaurus omnium, nõ habet uaſa miſericordiæ:an aliud quid intelligi oporteat de theſauro dei,unde efferantur uaſa iræ eius? Theſaurũ domini ego confidẽs dicam eſſe eccleſiam eius,& in iſto theſauro id eſt eccleſia ſępe homines latitare qui ſunt uaſa iræ. Veniet igitur tempus quando aperiat dominus theſaurum eccleſiæ:nunc enim clauſa eſt eccleſia,& uaſa iræ cum uaſis miſericordiæ inhabitant,& paleæ cum frumento ſunt,& piſces perdendi ac proijciendi,cum bonis piſcibus qui in retia inciderant,continentur.Quam cum aperuerit iudicij tempore,& protulerit exinde uaſa irę ſuæ,dicet forſitan is qui eſt uas miſericordiæ,de egredientibus uaſis iræ ſuæ. Exierunt ex nobis, nõ enim erant ex nobis.Si enim fuiſſent ex nobis,permanſiſſent utiq; nobiſcum. Sed ideo egreſſi ſunt à nobis,ut oſtenderetur quia non erant omnes ex nobis.In aliud quiddam cupit ſermo prorumpere:quod autem audemus dicere,iſtiuſmodi eſt:In theſauro dei uaſa iræ ſunt:extra theſaurum uaſa peccantia non ſunt uaſa iræ,ſed uaſis iræ minora ſunt.Serui enim ſunt ignorantes uoluntatem domini ſui,& non facientes uoluntatem eius. Qui autem ingreditur eccleſiam,aut uas iræ eſt,aut uas miſericordię.Qui extra eccleſiam eſt, neq; uas miſericordiæ eſt,neq; iræ.Aliud quoddam nomen inquiro,qui extra eccleſiam commoratur:& quomodo decerno confidens non eſſe eum uas miſericordiæ, ſic econtrario ex rationis ueritate communitus aperte promo ſententiam, neq; uas iræ poſſe eũ dici,ſed uas in aliud quiddam reſeruatũ. Ergóne potero de ſcripturis approbare,nec miſericordiæ eum eſſe uas, nec iræ, ut & ſecunda expoſitio aliquid nobis utile in præſenti loco interponat,& ſane rurſus audeat in id quod iamdudum conatur ſermo prorumpe-
2 Tim.2 re? Ait apoſtolus:In domo autem magna non ſunt tantum uaſa aurea,& argentea,ſed & lignea,& fictilia,alia quidem in honorem,alia porrò in contumeliam.Si igitur quis mũdauerit ſemetipſum ab his,erit uas in honorem & ſanctificatum utile domino, ad omne bonum opus præparatum. Putásne magna domus in præſenti eſt, & in ea ſunt uaſa in honorem, & alia in contumeliam? An in illa quæ futura eſt domo, uaſa quidem aurea, & argentea quæ ſunt in honorem,inuenientur uaſa eſſe miſericordiæ: reliqua autem, id eſt mediocres homines,qui extra theſaurum ſunt,ne ſint uaſa iræ,ſeu miſericordię,hi poterunt iuxta diſpenſationem quandam profundam dei uaſa eſſe in magna domo, quæ mundata non ſunt,ſed ſunt uaſa teſtea in contumeliam,attamen neceſſaria domui? Vide autem ſi ualuero & hoc ipſum exemplum ex alio ſcripturæ teſtimonio comproba-

re

re.Inhonoratus est,inquit,Iechonias quasi uas cuius nulla est utilitas. Non ait,est quidē Hier.22
eius utilitas,in contumeliam autem eius est utilitas: sed quia erat ex domo dei & peccauit,in totum non est eius utilias. Habeo & aliam scripturam in qua dicitur de alio quodam peccatore.Et erit quasi testa in qua attrahes aquę pusillum, & in qua carbonem baiulabis.Et rursum affirmat non necessariū penitus,& ex omni parte esse uas inutile.Nūquid non igitur nos qui in domo ista dei sumus, quādo aperire cœperit dominus thesaurum suum,incipiemus mundari si tātum fuerimus uasa misericordię, proiectis uasis à nobis iræ? An certe iam exordium est oportere nos satagere non solū ut nō simus uasa iræ, sed ut ij qui sunt proijciantur à nobis? Tale enim quiddā est hoc quod apostolus Paulus Corinthijs ait:Intantum auditur inter uos fornicatio, quæ nec in gentibus, ut uxorē quidem patris aliquis habeat,&nō magis planxistis,ut auferatur de medio uestrum qui hoc opus gessit:quasi diceret,aperto thesauro dei egrediantur uasa iræ suæ. Aperuit siquidē dominus thesaurum,& protulit uasa iræ suæ.Legi alicubi quasi saluatore dicēte,& quæro siue quis personam figurauit saluatoris,siue in memoriā adduxit,an uerū sit hoc quod dictū est.Ait aūt ipsi saluator:Qui iuxta me est,iuxta ignē est:qui longe est à me, lōge est Mar.7
à regno. Vt enim qui iuxta me est,iuxta salutē est, ita & iuxta ignem est. Et qui audiens me,& audita præuaricans factus est uas iræ præparatum in perditionem,cū iuxta me est, iuxta ignē est.Si uerò quis cauens,quoniam qui iuxta me est,iuxta ignē est,longe factus fuerit à me ne iuxta ignem sit,talis quidē lōge futurus est & à regno. Et quomodo athleta qui non est in agone conscriptus,neq; flagella metuit,neq; expectat coronā: qui autē semel nomen professus est,si uictus fuerit,uerberatur atq; proijcitur, si uerò uicerit coronat:eodem modo qui ingressus est ecclesiam,ô catechumine ausculta,qui accessit ad sermonē dei,nihil aliud q; conscriptus est in certamine pietatis:& conscriptus, si non legitime certauerit,cæditur flagellis,quibus non uerberantur ij qui non in principio cōscripti sunt.Si autem contenderit fortiter ad fugienda uerbera & cōtumelias, nō solum iniuria liberabitur,sed incorruptam gloriæ accipiet coronam. Opus domino uirtutum in terra Chaldæorum.Iuxta diuersos intellectus terrenus locus multipliciter nominatur, & quo modo differēti inter se ratione plura saluator habet uocabula, cum unus in subiacēti sit, uarius autem in uirtutibus:sic & propter malitiam generis humani terrena negocia cum unum sint in subiacenti,intellectus diuersitate sunt plurima. Quod autē dico,sic fiet manifestius,cum exemplum quod à saluatore assumpsi edisserēs,ad ea quę sunt subiecta exemplananda transcendero. Vnum subiacens est domino meo Iesu saluatori.Hoc uno subiacente,alio intellectu medicus est.iuxta quod scriptum est: Nō necesse habent sani medi Matt.9
cū,sed male habētes.Alio intellectu pastor,secundū quod irrationabilibus præest. Alio intellectu rex,secūdum quod rationabilibus principatur.Alio intellectu uitis uera,secūdum quod inserti in eam homines uberrimos afferunt fructus,& exculti à patre agricola pinguedinem uitis ueræ ex unius radicis consortio assumūt. Iuxta alium intellectum sapientia,iuxta alium ueritas,iuxta alium iustitia. Veruntamen subiacēs unū est.Quo modo ergo in saluatore uno subiacēte plurimi intellectus sunt diuersorū eius nominū:sic & terrena negocia,iuxta subiacēs quidem unum sunt,iuxta autē intellectum plurima.Frequenter allegorizantes Babylonē diximus negocia esse terrena,quę semper cōfusa sunt uitijs, Ægyptū similiter affligentia. Chaldæorū uerò terram ob id quia plurima quæ geruntur in terris,stellis cōsecrent,& peccatorū nostrorū causas,siue uirtutē eorū quæ accidunt nobis,ex earū motibus asserāt fieri,eos esse diximus, qui talibus se superstitionibus dedicauerūt.Omnis igitur qui his credit,in terra Chaldæorū est.Si quis uestrū mathematicorum deliramēta sectatur,in terra Chaldæorū est.Si quis natiuitatis diem supputat,& uarijs horarū momētorumq; rationibus credēs hoc dogma suscipit, quia stellæ taliter & taliter figuratæ faciunt homines luxuriosos,adulteros, castos, aut certe quodcūq; eorū, iste in terra Chaldæorū est.Iam quidam existimant ex astrorū cursibus Christianos fieri. Quotquot autē ista sapitis,quotquot dictis istis creditis,in terra Chaldæorū estis.Cōminans ergo deus his qui in terra Chaldæorū sunt,his spiritaliter cōminatur qui seipsos genealogijs & fato consecrauerint,asserentes cuncta quæ inter mortales fiunt,aut ex astrorum motibus,aut ex fati necessitate pēdere.Sed deus Abrahā promouēs ad meliora,dixit ei:Ego sum qui te educo de terra Chaldęorū,Potens est ēm deus qui & nobis tribuat Gen.11
de

de terra Chaldæorũ exire, ut nullum alium absq; eo esse credamus, qui dispẽsans uniuersa, & regẽs uitam nostrã, pro qualitatibus meritorũ, accidentiũ diuersa moderetur. Neq; enim micans aliquod sidus, uel Phaethontis (ut aiunt) uel corrupti catamiti stella nostrorum causam continet negociorum. Et iuxta unum quidem argumentum in terra Chaldæorum est qui suprà dictis ratiocinationibus credidit: iuxta aliud uerò ascendit quis super tecta, & ueneratur militiam cœli. Inuenimus autẽ in Hieremia multam & his fieri cõminationẽ, qui libant militiæ dei. Opus ergo domino uirtutum in terra Chaldæorũ, quia uenerũt tempora eius. Aperite apothecas eius. Manifestum est quia terrę Chaldæorum. Sunt autem apothecæ Chaldæorum, doctrinæ natiuitatũ. Scrutamini eam quasi spelunca, & disperdite. Qui respuit supputationẽ natalium, qui ueritatis sermone utitur aduersum eam, qui ostendit nihil eorũ quę mathematici dicũt uerũ esse, qui docet inscrutabilia iudicia dei, nec ea posse ab hominibus comprehendi, qui asserit quia sydera nõ sunt causæ eorum quæ fiunt super terram, magis aũt eorum quæ nobis Christianis accidunt, iste exequitur præceptũ domini dicentis: Disperdite eam. Quid autẽ sit hoc quod sequitur, Nõ fiant ei reliquiæ, quærendum est. Ne aliqua, inquit, rescindatis Chaldæorum, aliqua reseruetis. Ob id iubet, ne pusillum quidẽ relinquatur in ea. Exsiccate omnes fructus eius. Quis ita beatus est ut possit exsiccare omnes fructus terræ Chaldæorũ, & descẽdãt in occisionem? Væ eis, quia uenit dies eorum, & est tempus uindictæ eorũ. Post hæc rursus alterius capituli continentia: Vox fugientiũ, & resaluatorũ de terra Babylonis, ad annunciandũ domino nostro in Sion uindictam. De his nũc prophetat, qui mores patrios relinquentes, & leges gentiũ, & incredulitatẽ ueterem, ueniũt ad sermonem dei. Tale enim quiddã significatur in eo quod dicit: Vox fugientiũ, & resaluatorũ de terra Babylonis. Vtinam & uestra catechumini uox fugientiũ esset de Babylone, fugientiũ uitia, fugientiũ peccata. Vox enim fugientiũ, & resaluatorũ. Non sufficit fugere de terra Babylonis, sed & resaluari ex terra Babylonis ad annunciandũ in Sion uindictã domino deo nostro, ut fugientes de terra Babylonis ueniatis ad Sion speculatoriũ ecclesiam dei. Ad annunciandũ in Sion, id est ecclesiam uindictã à domino deo nostro. Vindictã populi eius denũciate in Babylone multis, omni intẽdenti arcũ. Significanter positũ est multis: multi enim sunt qui in Babylone sunt, in Hierusalem uerò pauci. Nõ enim idcirco (ait) dilexit uos dominus deus uester qa multi eratis: uos quippe estis pauci ab omnibus. Et bene his qui ex parte dei erãt, dictũ est, pauci estis ex omnibus gẽtibus. Intellige porrò & hoc.
Matt. 7 Pauci sunt qui saluanť. Sed & illud: Cõtendite intrare per angustam portã. In lata autem & patenti annũciate in Babylone multis, omni intendenti arcũ. Non sit ex ea qui saueť. Disperdite, interficite omnia Babylonis. Nuper diximus de parabolis Babylonis, de uiris Babylonis, de semine Babylonio. Nõ sit & qui resaluetur de semine Babylonis, retribuite ei iuxta opera eius, secundũ omnia quæ fecit & facite ei, quia domino restitit, & aduersum dominũ deum sanctũ Israel. Quandiu habes in te cogitationes nequã resistentes pietati & fidei ueræ, habes in te Babylonios. Sed fac uindictã, & interfice omẽs peccatores terræ quę in te est, id est omnes Babylonios, ut possis mũdatus in Hierusalẽ trãsgredi ciuitatẽ dei in Christo Iesu, cui est gloria & imperiũ in secula seculorum, Amen.

Homilia Quarta. De eo quod scriptũ est: Clamauit perdix, cõgregauit quæ non peperit, faciens diuitias suas non cum iudicio, in medio dierum eius derelinquent eum, & in nouissimis suis erit insipiens. Cap. XVII

THRONVS gloriæ exaltatus ab initio locus, sanctificatio nostra sustentatio Israel. Domine omnes qui te dereliquerunt confundantur, discedentes super terram scribantur, quia dereliquerunt fontem uitæ dominum. Sana me domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero, quoniam gloriatio mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me, ubi est sermo domini? ueniat. Ego autem non laboraui subsequens post te, & diem hominis non concupiui, tu scis. Ad famosam uenimus quæstionem inspicere quid sit perdix, de quo scriptura nunc loquitur. Clamauit perdix, congregauit quę nõ peperit, faciens diuitias suas non cum iudicio. In dimidio dierum eius derelinquent eum & in nouissimis suis insipiens erit. Ex natura uolucris dignum uidetur quandam historiam cõmemorare, ut animal cognoscẽtes scire possimus utrum ad bonã an malam partem

tem nunc nominati perdicis intelligentiam referamus. Dicitur aũt hoc esse animal malignum, fraudulentũ, callidum, multũq; decipiens uenatores. Sæpe quippe ante pedes aucupis uoluitur, & in medio eius conatu quasi iam apprehẽdendus elabitur. Prædam sui ex uicinitate promittit, & hoc agit ne ad nidũ fœtuũ eius citus uenator occurrat. Cumq; iam senserit fugisse pullos suos, tunc & ipse illuso hoste discedit. Sed nequitiã eius uincit impuritas. Ambigendũ non est de eo quod dicturi sumus, quod ex ijs qui mãsueti in casis nutriuntur ueritas approbat: masculus in masculũ consurgit, obliuiscit sexũ libido præceps, pugnatur ad coitum, & una palma uictoris est polluisse quem uicerit. Si igitur malignum, si immundũ, si dolosum hoc animal est, impium uidetur ad meliorem partẽ huius referre nomen, & ad saluatoris nostri Iesu Christi intelligentiã temperare. Magis autem conuenit mala zabulo adiungere, & super aduersario lectionem intelligere præsentẽ: si tamẽ totius capituli nos secuta fuerit interpretatio. Incipiamus ergo ab eo quod scriptũ est: Clamauit perdix, cõgregauit quæ nõ peperit. Non proprias creaturas congregat zabulus, non ea colligit quæ ipse generauit, sed cum clamauerit alienas congregans creaturas, facit eas suas. Clamauit perdix per Valentinum, clamauit per Basilidem, per Marcionem, per omẽs qui alienæ à deo gloriæ cupiditate rapti sunt. Nullus enim eorum sonare poterat uocem domini Iesu, Meæ oues meam uocẽ audiũt. Sed erat uox Christi in Paulo, erat in Petro. Propter quod Paulus dicebat: An experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus? Vox autem congregantis quæ nõ peperit perdicis in illis est, qui simplices quosq; fidelium laqueo hæreticæ factionis impediunt. Clamauit itaq; perdix, congregauit quæ nõ peperit, facere diuitias suas nõ cum iudicio. Diues factus est perdix. Ecce eius quanta sunt milia, ingẽs turba, multi sunt populi captiuorum, & facit diuitias suas non cogitans iudicium, neq; habẽs in corde iustitiam, sed omnia sine lege gerẽs, merito arguitur nõ cum iudicio fecisse diuitias. Meus autem Iesus facit diuitias suas cũ iudicio. Exinanita est & deleta eius opulentia. In medio dierũ eius derelinquent eum. Nos omnes qui quondam fuimus sub clamãtis potestate perdicis. Clamauit quippe nõ solũ per eos quos suprà memorauimus, sed per omnes generaliter, qui quasi ad pietatẽ & ad religionem uocantes, sub cõtrario ueritati dogmate clamauerunt. Nos inquam uniuersi in dimidio dierum eius dereliquimus eum. Et omnes quidẽ dies huius seculi: sed quia eruit nos ex instanti seculo nequam dominus Iesus, idcirco in medio dierũ eius dereliquimus eum. Et nouissimum eius erit insipiens. Quando autem sapiens fuit, ut nouissimum eius merito insipiens fiat? Sed dicamus eum fuisse sapientẽ. Serpẽs quippe sapiẽtior erat omnibus bestijs super terrã quam fecit dominus deus. Sapiens fuit iuxta id quod scriptũ est, Adducam super sensum grandem principẽ Assyriorum. Dixit autem, uiolentia mea faciam, & sapientia intellectus auferam fines gẽtium, & uirtutes eorum depascam, & commouebo ciuitates inhabitatas. Si qs potest intelligat quomodo nouissimũ eius erit stultum. Iste ab eo quod fuit sapiens male, sapientior erat omnibus bestijs super terram. Fit econtrario, eo quod sapiens fuit male, insipiẽs. Intelliges uerò quid sit, nouissimum eius erit insipiens, si scias quomodo etiam tibi per apostolum præcipiatur, ut pro salute tua insipientiã recipias. Si quis, inquit, uidet sibi sapiens esse in uobis in isto seculo, stultus fiat. Soluit qui ante clamauit, stultus esto & fatuus, ut sapiens fiat. Si itaq; est quædã sapientia culpabilis, iuxta quã filij seculi huius sapiẽtiores sunt filijs lucis in generatiõe ista, bonus est deus qui contrarijs diuersa subuertit, ut faciat compleri id quod dictũ est: Nouissimũ eius erit insipiẽs. Quando nouissimũ eius erit insipiẽs? Oportet Christũ regnare usq; dũ ponat omnes inimicos eius deus sub pedibus eius. Cũ omnia ei subiecerit, nouissimus inimicus destruet mors. Cũ destructa fuerit mors, tunc extrema perdicis erũt, & nouissimũ eius fiet insipiẽs. Hæc de perdice. Principiũ uerò capituli secũdi istud lectũ est: Thronus gloriæ exaltatus ab initio locus, sanctificatio nostra, sustentatio Israel. Domine omnes q te dereliquerũt confundantur, discedentes super terram scribantur, quia dereliquerunt fontem uitæ dominum. Dixit Esaias beatus propheta uidens dominum & regnum eius: Vidi dominum sabaoth sedentẽ super sedem excelsam, & eleuatam. Vidit & Hieremias quomodo deus regnat, ppter quod glorificãs eũ ait: Thronus glorię, exaltatus ab initio locus, sanctificatio nostra. Siue de Christo uolueris ista intelligere non peccabis: siue de patre, nõ impie sentíes. Est emm thronus gloriæ excelsus, & à principio saluator est. Thronus

Ioan. 10
2 Cor. 13
Gen. 3
1 Cor. 3
1 Cor. 15
Esa. 6

nus gloriæ est propter quod regnum eius & sanctificatio nostra Christus est. Quia & ille sanctificans, & nos sanctificati ex uno omnes sumus. Sustentatio Israel. Sicut ipse iustitia Christus, ipse ueritas, ipse sanctificatio, similiter est ipse etiã sustentatio. Et non est aliqd iustum sine eo, neq; patiens quod in se nõ habet Christũ. Ipse est enim sustentatio Israel. Si autem ad patrẽ & hoc retuleris, non impie intelligis. Domine omnes qui derelinquũt confundantur discedentes. Vnusquisq; nostrum quando peccat, per ea quæ peccat Christum relinquit. Relinquens autem filium, reliquit & patrem. Iniustus à iustitia longe est, pollutus à sanctimonia, bellator à pace: & qui sub potestate inimici esse incipit, à redemptione fit alienus: & qui extra sapientiam dei est, sapientiam dei derelinquit. Docẽs itaq; nos propheta quid de omnibus qui dominum deserunt sit futurum, ait: Vniuersi qui te derelinquunt confundantur discedentes, hoc est quantũ te deserunt tantum confundantur discedentes. Super terram scribantur. Omnes homines describuntur, sancti in cœlo,
Luc.10 peccatores super terram. Dicit ad discipulos Iesus: Gaudete aũt, quia nomina uestra scripta sunt in cœlis. Igitur oportet lætari si talis quis fuerit, ut nomẽ eius scribatur in cœlis. Et quomodo iustorum nomina in superioribus conscribũtur, sic econtrario eorum qui conuersantur terrenè, qui non pertranseunt terrã Edon, sed agros terræ Edon, & uineas possident, scribuntur nomina quasi relinquẽtium deum super terram. Cõfundantur discedentes, super terram scribantur. Quo enim metro mensi sunt, remetietur eis ipsis. Sibi unusquisq; causa est ut scribatur super terram, si non cœlestia requirat in terra, si semper anima eius de istius mũdi negocijs æstuet, quæ uidentur seculo bona. Si uerò audiens le
Matt.6 sum loquentem: Nolite uobis thesaurizare thesauros super terram, ubi tinea & uermes exterminant, & ubi fures effodiunt & furantur, sed thesaurizate uobis thesauros in cœlo, qui thesaurizauerit sibi in cœlo, ipse sibi causa est, ut scribat in cœlis. Hæc propter id quod scriptum est, Super terram scribãtur, causamq; commemorat. Quia dereliquerunt fontem uitæ dominũ. Et in principio ipse propheta ex persona domini dicit: Me dereliquerunt fontem uitæ dominũ. Dicamus ergo & nos si nolumus derelinquere fontẽ uitæ dominum, uoce proximorũ Iesu Christi discipulorum qua locuti sunt ad magistrũ cum
Ioan.6 eis diceret, nunquid & uos uultis recedere? Quid igitur dicemus? Domine ad quem ibimus? uerba uitæ tu habes. Sic finita est etiam secundi capituli circũscriptio. Sequens oratio est ista continens: Sana me domine & sanabor, saluum me fac & saluus ero, quoniam gloriatio mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me, ubi est sermo domini? ueniat. Ego autem nõ laboraui subsequens post te, & diẽ hominis non cõcupiui, tu scis. Soli qui propter male
Matt.9 habentes uenit medico dicenti: Non indigent sani medico sed male habentes, dicẽdum est confidenter ab eo qui ægrotantem suam animam uult saluari, Sana me domine & sanabor. Etenim illa in Euangelio mulier sanguinem fluens omnẽ substantiã suam expendit in medicis, nec potuit à quoquam eorum sanari. Ad nullum quippe ex eis dignũ erat dici: Sana me domine & sanabor, nisi ad solum cui sufficit uestimenti tantũ fimbriã tangere, cui ego uni dicam, Sana me domine, & sanabor. Tũc siquidem medicinam sanitas sequitur, si Christus curare dignetur. Saluum me fac, & saluus ero. Falsus equus in salutem. Propterea ei dicam: Saluum me fac, & saluus ero. Et hoc ita gaudebo loqui, si omni renuncians gloriæ seculari potero & reliqua dicere, Quoniam gloria mea tu es. Aut cũ cõpleuero mandatum in quo præcipitur, non glorietur sapiens in sapientia sua, neq; fortis in uirtute sua, neq; diues in diuitijs, sed in isto glorietur qui gloriatur, intelligere & scire quia ego sum dominus. Beatus itaq; qui renunciauerit omni gloriæ quæ deorsum est, ueluti super nobili genere, super pulchritudine & corporalibus bonis, super diuitijs, & iactatione. Beatus qui cõtempta uana gloria dicit ad dñm, Quoniã gloriatio mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad me, ubi est sermo domini? ueniat. Ego autẽ non laboraui subsequẽs
Matt.16 post te. Iesus tibi dicit: Tolle crucẽ tuam, & ueni, sequere me. Et qui non reliquerit patrẽ aut matrem, & secutus fuerit me, nõ est dignus meus esse discipulus. Si igitur talis fueris, ut semper Christum sequaris, quanto plus sequutus fueris, tanto minus laborabis. Non enim lassitudo erit in Iacob, neq; apparebit dolor in Israel. Proptrea dixi, ut non laboremus ulterius laborãtes antequã inceperimus eum sequi. Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Si laborantes uenerimus ad Iesum, & eum fuerimus secuti, tunc dicere poterimus: Ego autẽ non laboraui subsequens post te, & diem

hominis

hominis non cõcupiui. Est quædam dies hominis, est quędam dies domini, id est dies resurrectionis quam omnis sanctus desiderat, non illam de qua scriptum est: Vę eis qui desiderant diem hominis. Nam dies ista est tenebra, & nõ lux. Quis est qui possit dicere, & diem hominis non cõcupiui? Explanatio uerbi conuincit nos, quia diem cõcupiscamus hominis. Frequenter quippe ægrotantes cum in phantasmate esse febrium cœperimus, & mortis limine urgeri, ad eos qui nos uisitant fratres lassas manus atollimus orãtes eos ut pro nobis dominum deprecentur, atq; dicẽtes: Roga mihi aliquod uitę spatium, roga ut aliquantisper in hac luce permaneam. Ista memorantes nõ diem sanctum domini, sed diem hominis desideramus. Quapropter longę uitę amore depositio, & desiderio humanæ diei, quæramus illam diem uidere in qua participes eius beatitudinis quæ in Christo est efficiamur, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen. Amos. 5

Homilia Quinta de eo quod scriptum est: Qui facit terram in fortitudine sua. Cap. x

TRES quodammodo uirtutes assumens propheta, fortitudinẽ, sapientiã, atq; prudentiã, unicuiq; earum propria opera distribuit, fortitudini terram, sapiẽtiæ orbem terrarum, prudentiæ cœlorum. Audi quippe scripturæ ordinem. Dominus qui fecit terram in fortitudine sua, & erexit orbem in sapiẽtia sua, & in sua prudentia extendit cœlum. Et nos igitur in nostra terra (dictum est quippe ad Adam, Terra es) necessariã habemus fortitudinẽ dei, quia absq; ea impossibile nobis est exequi quod carni repugnet. Cum autem mortificata fuerint membra super terram, tunc parent spiritus uoluntati. Siquidem iuxta apostolum, spiritu gesta carnis mortificantur. Dominus ergo qui fecit terram in fortitudine sua. Si autem & ad hanc terram uenias, & consideres id quod in Iob scriptum est, iuxta emendatissima tamen exemplaria, quomodo statuerit eam super nihilum, inuenies fortitudinem dei in medietate mũdi terræ libram sustinere. Veniam uerò ad orbem terrarum qui græce οἰκουμένη nuncupatur, id est inhabitatus. Scio animam meam inhabitatam, scio animam meam desertam. Si enim non habet deũ patrem, si non habet filium dicentem: Ego & pater ueniemus ad eam, & mansionem apud eam faciemus, si non habet spiritum sanctum, anima deserta est. Habitata autem est quando plena est deo, quando habet Christum & spiritum sanctum. Verum hæc & uere in scripturis dicuntur, in anima hominis patrem, & filium, & spiritũ sanctum commorari. Nam & Dauid in Psalmo confessionis tres spiritus postulat, dicẽs: Spiritu principali confirma me. Spiritum rectum innoua in uisceribus meis. Spiritum sanctum ne auferas à me. Qui sunt isti tres spiritus? Principalis spiritus pater est. Spiritus rectus, Christus. Spiritus sanctus, spiritus sanctus est. Hæc ad probationem eius rei diximus, quod habitatus est orbis terrarum in sapientia fabricantis eum. Sapiẽtia quippe auxiliabitur iusto super decem potestatem habenti ciuitates. Sapientiam autẽ & disciplinam qui abijcit infelix est, & uana spes eius, & labores eius insensati, & inutilia opera eius, ait sapiẽtia quæ titulo inscribitur Salomonis. Idcirco quãtum possumus laborare nitamur, ut habitata anima nostra à sapientia dei erigat. Cecidit quippe, & de sublimi corruit uenientibus nobis in locum istum miseriarũ. Cecidit habitata anima nostra postquam peccauimus, iniquefecimus, iniuste egimus, impie gessimus, & post ruinam indiget erectione. Si autem non uis ista sententia cõmuni adduci, totius orbis quæramus ruinam, post casum eius consequenter deus erigẽs prædicatur. Quicũq; est in isto orbe, ante erectionẽ cecidit. Si autẽ cecidit, cõsequenter erigendus fuit. nemo quippe sine casu subleuatur. Si autem erectus est, uideamus quæ ruina præcesserit. Omnes corruimus per peccatum in orbe terrarum. Est dominus qui erigit elisos, & eleuauit nos iacentes. In Adam omnes morimur atq; ita corruit orbis terrarũ, & indiget erectione, ut in Christo omnes uiuificemur. Igitur duplicem intellectũ de orbe tradidimus. Vnũ, quomodo singulę animæ, aut habitatę sint, aut desertæ. Alterũ, quomodo uniuersus orbis pariter ceciderit. Et in sua prudentia extendit cœlum. Non fortuitu sapientia in cœli ostẽsione assumpta est: inuenies & in Prouerbijs dictum: Dominus sapientia fundauit terram, prępararuit cœlos prudẽtia. Est ergo aliqua prudentia dei, quam nolo ut extra Christum requiras. Omnia quippe quæ sunt dei Christus est. Ipse sapiẽtia eius, ipse fortitudo, ipse sanctificatio, ipse iustitia, ipse sanctitas & redemptio Gen. 3 Col. 3 Rom. 8 Ioan. 14 Psal. 51 Sap. 3 Prou. 8

demptiõ, ipse ut in præsenti pro uarietate sensuum diuersis uocabulis nũcupatur. Aliud significat sapientia, aliud iustitia. Quando enim sapientia, dicitur disciplina ista diuinarũ rerum humanarumq; institutio. Quando iustitia, distributor & iudex meritorũ significatur. Quãdo sanctitas, illa uirtus describit quæ credẽtes deo efficit sanctos. Ita ergo mihi & prudentia eius intelligitur doctrina & demonstratio bonarum ac malarum rerũ siue neutrarum, atq; in hunc modum extendisse nunc dei cœlum prudentia. Audi quoniam extendi uerba & non intendisti. Asserit quippe extẽtionem quandam esse uerboũ similiter ut nunc dicitur. iuxta illud quoq; quod in alio loco scriptum est. Qui extendit cœlũ ut pellem. Extendit autem anima nostra quę prius fuerat cõtracta, ut possit capax esse sapientiæ dei. Verum ut ad propositum reuertamur, diximus quòd prudentia huius seculi in malũ sit, & nunc affirmamus eos qui cœlestem hominẽ portant, esse cœlestes. Si enim
Gen.3 ad peccatores dicitur: Terra es, & in terram ibis: quare nõ dicatur ad iustum cuius est regnum cœlorũ, cœlum es, & in cœlum ibis? Dicitur ei qui portat imaginẽ choici, id est terreni, terra es, & in terram ibis. Quapropter cœlesti & qui imaginẽ cœlestis portat, nũc conuenit dici, cœlum es, & in cœlum ibis. Vnusquisq; autem nostrum, aut cœlestia facta habet, aut terrena. Si terrena facta sunt, ad cognatam sibi terrã deducũt eum qui thesaurizat ea in terra, & nõ in cœlo. Rursumq; hæc quæ iuxta uirtutem gesta sunt, thesaurizatorẽ suum ad propinquas sibi cœlorum regiones subuehunt. Et iunxit: Educẽs nubes ab extremo terræ. Istiusmodi disputatio & in Psalmo nuper incidit, & dictũ est à nobis, quo modo deus eduxerit nubes ab extremo terræ. Quod quidem nũc rursum cogimur retractare, ut hi qui audierunt, plenissime quæ sciunt reminiscantur, & hi qui nõ interfuerunt aut oblíti sunt, textũ sermonis agnoscant quem tunc prout ualuimus exhibuimus. Dixi-
Psal.35 mus autem sanctos esse nubes. Etenim hoc quod scriptum est, Veritas tua usq; ad nubes, non potest referri ad inanimales nubes: sed ueritas dei usq; ad illas nubes est quæ audiũt mandatũ domini, & nouerunt quò pluuias differant, & à quibus eas suspendant. De his
Esa.5 nubibus dictum est, Et mandabo nubibus meis ne pluant super eam imbrẽ. De his enim quæ ex denso aere dicuntur constare, si non fuerit pluuia, non præcepit deus ne pluãt super uineam, aut quamcũq; regionem imbrem, sed omnino non apparent, ut in tertio Re-
3 Reg.17 gnorum libro legimus: quando in tempore Heliæ futuræ pluuiæ signũ in uestigio hominis ostensum est, atq; ita post nubẽ cõglobatam imber descẽdit ad terras. Istis uerò quasi subsistentibus nubibus iubetur pluuiam continere, cum indigna fuerit anima imbre cœlesti, & dicitur: Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem. Ita unusquisq; sanctorũ
Deut.32 nubes est. Moyses nubes erat, & quasi nubes loquebat: Attende cœlum & loquar, & audiat terra sermonẽ ex ore meo. Expectent ut pluuia uerba mea. Si nõ fuisset nubes nunquam dixisset: Expectentur ut pluuia uerba mea, & descẽdant ut ros eloquia mea. Quasi nubes dicebat, ut imbres super gramen, ut pluuia super fœnum, quia nomẽ domini inuo-
Esa.1 cauí. Similiter & Esaias ut nubes loquebat: Audi cœlum, & auribus percipe terra, quoniam dominus locutus est. Et quia ipse nubes erat, & sciebat alias nubes comprophetãtes sibi, ideo uaticinãs aiebat: Mandabo nubibus meis ne pluãt super eã imbrẽ. Si aũt iam dicimus qui sunt nubes, uideamus quomodo deus educat nubes ab extremo terræ. Ait
Mar.9 Saluator: Qui uult in uobis esse primus, sit omniũ nouissimus. Seruauit hoc mandatum
1 Cor.4 Paulus, & fuit nouissimus in hoc mundo, dicens: Puto enim deus nos apostolos nouissimos ostẽdit quasi mortificatos, quasi spectaculũ facti sumus in hoc mũdo angelis & hominib. Si quis ergo sanctus custodiẽs præceptũ Saluatoris factus fuerit in hac uita nouissimus, iste fit nubes. Et educit dominus nubes nõ à primis terræ, nõ à cõsulibus, nõ à iudi-
Matt.5 cibus, nõ à diuitibus: Beati enim pauperes spiritu, quoniã uestrũ est regnum cœlorũ. Vides quomodo ab extremis educat deus has corporeas nebulas? Propterea si uolumus nubes fieri ad quas perueniat ueritas dei, nouissimi omniũ fiamus, & tam affectu q; opere dicamus: Puto eẽ nos deus apostolos nouissimos ostẽdit. Quod si nõ sim apostolus, licet tamẽ mihi fieri extremum, ut educens nubes deus ab extremo terræ educat me. Et fulgura in pluuiã fecit. Aiũt naturaliũ causarũ scrutatores, quia fulgura ex nubiũ collisione generent in morẽ filicum duriorũ, quos cũ cõploseris sibi, medius ex his elabit ignis: atq; ita cũ fulgure pariter & tonitrua mugire, tonitruo scilicet sonitũ indicãte cõcussum, & fulgure excussi luminis claritatẽ. Si intellexisti exemplũ, considera nunc nubes rationales

nales. Moyses ñubes erat, Iesus Naue nubes erat. Isti si secũ loquãtur ex sermonibus eorum fulgura micant. Hieremias & Baruch nubes erant, sermocinentur inuicem, & uidebitis rutilare fulgura. Potes & tuipse de scripturis sanctis in hunc modũ inuenire cõcursus, ex quibus ignis emittatur. Vt autem ad nouũ testamentũ ueniamus, Paulus & Sylua nus duæ nubes in unũ conuenerũt, & ecce totũ mundũ epistolæ eorũ fulgore illuminãt. Fulgura in pluuiã fecit, & eduxit uentos de thesauris suis. Ergóne hi uenti qui super terras perflant in thesauris dei sunt, & nõ horũ est natura manifesta quomodo & qua ratione subsistãt? Sed sunt quidẽ uentorũ thesauri, thesauri spirituũ, spiritus sapiẽtię & intellectus, spiritus cõsilij & uirtutis, spiritus sciẽtiæ & pietatis, spiritus timoris dei, fortitudinis, & dilectionis, & charitatis. Potes & ipse de scripturis hos uentos cõgregare, & istorũ spirituũ inuenire thesauros. Vbi sunt isti thesauri? Vtiq; in quo thesauri sunt sciẽtiæ absconditi, in Christo sedem habẽt. Inde oriuntur hi spiritus, ut alius sapiẽs sit, alius fidelis, alius eruditus, & alius aliud donorũ Dei possideat. Alij enim per spiritũ datur sermo sapiẽtię, 1 Cor. 12
alij sermo scientiæ iuxta eũdem spiritũ, alij fides in eodem spiritu. Eduxit ergo nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit, eduxit uẽtos de thesauris suis, & iuxta misericordiam dei ad hos thesauros nos occursuros putamus. Et quia plures sunt thesauri, forte iuxta ordinẽ resurgentiũ erit & requies in thesauris dei. Quod aũt dico istiusmodi est. Resurrectio mortuorũ in quibusdã ordinibus futura est. Ait quippe apostolus, Vnusquisq; 1 Cor. 15
autẽ resurget in suo ordine, & nõ ut libet miscentẽ ordines resurgentiũ. Alius ordo erit in illo & in illo thesauro dei. Isti autẽ omnes thesauri unum habẽt thesaurũ in quo sunt thesauri sapiẽtiæ & sciẽtiæ absconditi. Et quomodo possideo unam preciosissimam margaritã per plures alias margaritas, sic uenio ad thesaurũ thesaurorũ, & dominũ dominorũ, & regem regũ, cum dignus fuero spiritibus in dei thesauris cõmorantibus. Eduxit enim Psal. 135
uentos de thesauris suis, infatuatus est omnis homo ab sciẽtia. Si omnis homo infatuatus est ab scientia, & Paulus homo est, Paulus infatuatus est ab sciẽtia. Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Infatuatus ab scientia uidẽs per speculũ, uidẽs in ænigmate, portiũculam quandã uidens, & si sic expedit dicere, ipsius quoq; portiũculæ partẽ minimam recognoscẽs. Econtrario autem intelligis quid sit, Infatuatus est omnis homo ab scientia. Cõparatione peccatorũ Hierusalẽ, Sodomorũ peccatũ iustitia est. Iustificata est Ezech. 16
enim (ait) Sodoma ex te. Quomodo ergo non habẽt iustitiã Sodomorũ pecccata per se, sed ad collationem maiorũ scelerũ iustificantur: sic econtrario scientia Pauli ad illam cœlestem scientiã, ad illum cõsummatũ lectionis intellectũ stultitia reputatur. Idcirco infatuatus est omnis homo ab scientia. Tale quiddam Ecclesiastes arbitror deprehendẽs effatus est: Dixi sapiens efficiar, & ipsa elongauit se à me longius quàm erat. O alta profunditas, quis inueniet eam? Volumus quiddã (si licet) audẽter dicere: quoniam hoc quod descendit in mundũ euacuauit seipsum, ut euacuatione eius mundus cõpleretur. Si autẽ hoc quod descendit in mundũ euacuauit se, euacuatio ipsa sapientia est: quoniã quod fatuum est dei, sapientius est hominibus. Si ego dixissem fatuũ dei, quomodo aucupes sermonum meorũ, & semper dediti ad criminandũ uenenatas in me linguas uibrarẽt? Nũc uerò Paulus quasi sapiens, & potestatẽ habens apostolicam, ausus est dicere, omnem sapientiam terrenam quæ in se, quæ in Petro, quę in cæteris apostolis erat, quæ in istũ mundum descenderat, stultitiam esse dei. Ad comparationẽ quippe illius sapientiæ quã terrenus non capit locus, ad illam sapientiam quę cœlestis est, quę mũdi limitem excedit, hoc quod descendit ad homines fatuũ dei est. Verum est, ipsum fatuũ dei sapientius est hominibus. Quibus hominibus? Nõ utiq; stultis, sed sapientibus. Dicas licet sapiẽtibus seculi istius siue principibus siue uanis istis sapiẽtibus seculi, hoc quod exposuimus fatuum dei sapientius est hominibus. Mirabile quiddã uolumus inserere, quoniam sapientia mundi stultitia est apud deũ, & infatuauit deus sapientiã mũdi, nec potest capere sapientiã mundi ut esse stultitia arguat. Neq; enim dignatur sapientia dei ad mũdi sapientiã cõmiscendam tota descẽdere, sed potius modicũ quod necessariũ fuit, quod fatuũ dei erat, ut hoc paruo & fatuo dei infatuaretur seculi sapientia, magnitudinẽ in se uenientis sapientię impotens sustinere. Verũ exemplũ interponamus ut perspicue possit intelligi quomodo fatuum dei stultam fecerit sapientiã mũdi. Fingam paulisper me qui aliquid putor esse, cũ insipiẽte aliquo & inerudito cõferre sermonẽ, qui nihil intelligat, nihil acutę disputatio

nis interroget. Nũquid nam opus mihi est ad illius stultitiã arguẽdam dialecticã callidita tem, & profundorũ sensum acumen adhibere? Nónne ad unius sermunculi iactum uilis & modici, qui tamẽ illius intelligentiæ uideat̃ acerrimus, fatuũ & insipientem esse cõuin cam? Sic igit̃ ad mundi sapientiã stultificandã nõ est opus sapientiã dei descendere, & cũ ea colluctari quæ deorsum est sapiẽtia, sed sufficit fatuũ dei: quoniã fatuum dei sapiẽtius est hominibus, & infirmũ dei fortius hominibus, & omnia cõtraria Saluator meus & do minus assumpsit, ut cõtrarijs dissoluat cõtraria, & nos cõfirmemur ab infirmitate eius, & sapiẽtes efficiamur à fatuo eius, & in hoc introducti possimus ascẽdere ad sapientiã & uir tutẽ dei Iesum Christũ dñm nostrũ, Cui est gloria & imperiũ in secula seculorũ, Amen.

Homilia Sexta. Sermo qui factus est ad Hieremiam à domino dicẽs: Audi uerba testamenti huius, utq; ad eum locum in quo dicitur: Conuersi sunt ad iniquitates patrum suorum. Cap. XI

VXTA historiæ quidẽ ueritatẽ non negamus præsentiam domini nostri Ie-
1 su Christi corporaliter factam, & toti mundo illuxisse, quando uerbũ caro fa-
ctum est, & habitauit in nobis. Oportet autem nosse quoniam & antequam corpus assumeret, ad sanctos quoq; descendit: & post hanc præsentiam corporalem ad cœlos uictor ascendens, rursus ad nos ueniet. Si uis huius rei capere argumentum, au-
sculta quod dicitur: Sermo qui factus est super Hieremiam à domino, dicens: Audi & re liqua. Quis enim est hic sermo qui factus est à domino, siue ad Hieremiam, siue ad Esaiã, siue ad quemlibet Prophetarum? An ille est qui erat in principio apud deum? Ego ne-
Ioan.1 scio aliud uerbum domini præter ipsum de quo dicit Euangelista: In principio erat uer-
bum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc autem scire debemus, quia hæc sit utilitas credẽtium, si sermo ad singulos quosq; fiat. Quid mihi enim prodest si de-
scendat in mundum, & ego ipsum non habeam? Ediuersio autẽ etiã si ad uniuersum mun dum non ueniat, & ego fuero similis prophetarũ, habeo ipsum. Dicam aũt qa & ad Moy sen, & ad Hieremiam, & ad Esaiam, & ad singulos quosq; sanctorũ idem sermo cõmea-
Matt.28 uerit: & illud quod à domino discipulis dictum est, Ecce ego uobiscũ sum omnibus die-
bus usq; ad consummationẽ seculi, opere seruatum ante aduẽtum suum, quem omnibus manifestauit. Erat quippe cũ Moyse, cũ Esaia, cũ omnibus sanctis. Quomodo enim pote rant effari sermonem dei sine ipsius sermonis aduentu? Hæc autẽ nos qui ecclesiastici su mus magis debemus aduertere, qui uolumus eundẽ deum esse legis, & Euangelij ipsum deũ & antiquitus, & nunc & in omnia secula seculorũ, Amen. Sunt quidã qui opinione sua ueterẽ diuinitatẽ ab ea quæ in Christo annunciatur diuidant. Nos unũ nouimus deũ & in præterito & in præsenti, unũ Christum & nũc & modo, similiter & unum spiritum sanctum cum patre & filio sempiternũ. Hæc propter hoc quod lectum est, Sermo qui fa-
ctus est super Hieremiã à domino, dicens: Quid ergo dicat & nos audiamus. Audite uer ba testamẽti huius, & loquimini ad uiros Iuda, & inhabitãtes Hierusalẽ. Viri Iuda nos su mus propter Christum, nec dubium est quod dominus noster ex Iuda ortus sit. Nomen quoq; ipsum Iuda si iuxta scripturas probauero ad Christum referri, Iuda nõ erunt incredu li Christo Iudæi, sed nos qui in Christo credimus. Iuda te collaudãt fratres tui, manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum. Te laudãt. Non illum Iudam filium Iacob fratris sui laudauerũt, sed hunc Iudam laudãt fratres sui. Ait quippe iste Iudas: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesię cãtabo tibi. Dicit̃ ad illum Iudã, Manus tuę super dorsum inimicorũ tuorum. Vbi reperit̃ ille Iudas super dorsum inimicorum suorum ma nus suas posuisse? Historia nihil de eo tale cõscripsit. Si autẽ cõsideres aduẽtum domini mei Iesu Christi destruẽtis Zabulum, expoliantis principatus & potestates, ostentui eos facientis, & triumphantis in ligno, uidebis quomodo super istum Iudam cõpleta sit pro phetia, dicens: Manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum. Et nũc cum ad uiros Iuda sermo fit, nulli dubium est quin ad Christianos sermo fiat propter Christum qui ex tribu Iuda natus est. Fit quoq; sermo & ad inhabitãtes Hierusalẽ, scilicet ad eos qui in ecclesia habitãt. Hæc est ciuitas magni regis, hæc est uisio pacis. Pax quippe in nobis, si tamẽ filij pacis sumus, multiplicat̃ & cernit̃. Audite ergo uerba testamẽti huius, & loquimini ad ui ros Iuda, & inhabitantes Hierusalem, & dicetis ad eos. Hæc dicit dominus. Maledictus

homo

homo qui nõ audierit uerba teſtamẽti huius quod mãdauit patribus ueſtris. Quis magis audit uerba teſtamẽti, quod mãdauit deus patribus? Nos qui in Chriſto credimus, an illi qui nec Moyſi crediderũt dum in Chriſto non credunt? Ad quos Saluator ait: Si credere Ioan.5
tis Moyſi, crederetis utiq; & mihi: De me enim ille ſcripſit. Si autẽ literis illius non creditis, quomodo uerbis meis crediturí eſtis? Itaq; illi Moyſi non crediderũt, nos uerò credẽtes in Chriſto, credimus teſtamento quod traditũ eſt per Moyſen, & ad nos dicit ne maledicti fiamus: Maledictus homo qui non audierit uerba teſtamẽti huius quod mãdauit patribus ueſtris. Ergo illi maledicti ſunt. Neq; enim audierũt teſtamentũ quod mãdauit deus patribus in die qua eduxit eos de terra Ægypti, de fornace ferrea: maxime iuxta in Deut.4
tellígentẽ id quod ſcriptum eſt in Ioãnis Apocalypſi, quia locus ubi crucifixus eſt dominus uocetur ſpiritaliter Sodoma, & Ægyptus. Si enim ſpiritaliter Ægyptus quippe nominat, & nõ eſt Ægyptus ſecundũ intelligẽtiam corporalem, haud dubiũ eſt quin ſi intellexeris Ægyptum ſpiritalem, & exieris de ea, tu ſis egrediens ex terra Ægypti de fornace ferrea, & tibi dicitur: Audite uocem meã, & facite iuxta hæc omnia. Deinde repromiſſio dei eſt ad audientes ſi fecerint quæcũq; præceperit dominus, dicens: Et eritis mihi in populũ, & ego ero uobis in deum. Nõ omnis qui ſe populũ dei dicit eſſe, populus dei eſt. Iudęorũ populus populũ ſe uenditans dei, meruit audire, quia nõ populus meus uos. Oſee 2
Et dictũ eſt ad eum, Nõ populus meus. Et rurſum iſte populus uocatus eſt populus. Ipſi enim ęmulati ſunt me inquit ſuper nõ deum. De illis dicit: Irritauerũt me in idolis ſuis, & Deut.32
ego æmulabor eos ſuper nõ gentẽ. In gentẽ autẽ inſipientẽ irritabo eos. Nos igit in populũ dei facti ſumus, & annũciat iuſtitia populo q naſcet de gentibus. Iſte enim populus ſubito naſcit. Et in Propheta ſcriptũ eſt: Si nata eſt gẽs in ſemel. Quando Saluator aſcendit ad cœlos, & crediderũt una die quinq; milia, & alia, addita ſunt tria milia, uere tũc fuit cernere populũ in ſemel natũ ſermone dei, & repente ſterilem parturientẽ, ad quã dicit: Lætare ſterilis quę nõ paris, erũpe & clama quæ nõ parturis, quia plures filij deſertę magis q̃ eius quæ habet uirũ. Deſerta eccleſia à lege, deſerta à deo erat. Habens autẽ uirũ ſynagoga legẽ, habebat & deũ. Quid ergo pollicetur deus? Eritis mihi in populum, & ego Leuit.26
ero uobis in deũ. Nõ eſt omniũ deus, ſed eorũ tantũ quibus ſe largitus eſt, quomodo patriarchę illi ad quẽ dixit: Ego ſum deus tuus. Et rurſum alij: Ego deus ero deus tuus. Nec Gen.17.28
non de alijs: Ero, inquit, deus eorũ. Putásne aliquãdo cõſequimur id quod per ſingulos dico, ut deus omniũ fiat deus noſter? Si autẽ uis plenius diſcere quorũ ſit deus, & quibus uocabulũ ſui nominis largiat: Ego, inquit, deus Abrahã, & deus Iſaac, & deus Iacob. Idq; Exod.3
ipſum exponẽs Saluator ait: Deus autẽ non eſt mortuorũ, ſed uiuorũ. Quis eſt mortuus? Matt.22
utiq; peccator, qui non habet dicentẽ: Ego ſum uita, qui habet mortua opera, qui necdũ Ioan.14
pœnitentiam egit ab operibus mortuis. De quo Apoſtolus ait: Nunc rurſum ſundamen Heb.6
tum iacientes pœnitentię ab operibus mortuis. Si ergo deus non eſt deus mortuorũ, ſed uiuentium, & ſcimus eſſe uiuentẽ eum qui conuerſatur in Chriſto ut fiat particeps eius, & ſi uolumus ut & deus noſter ſit, renũciemus operibus mortuis, ut pollicitationẽ ſuam in nobis compleat dicens: Et ero uobis in deum, & ſtatuam iuramentũ meum quod iurauí patribus ueſtris, dare illis terrã fluentem lac & mel. Obſerua quid dicat. Statuam iuramentũ quod iurauí patribus ueſtris dare illis terram fluentẽ lac & mel. Hæc enim nõ eſt terra quã pollicitus eſt deus, terra fluẽs lac & mel, ſed illa eſt terra, de qua Saluator docuit Exod.3
dicẽs: Beati mites quoniã ipſi poſſidebũt terrã. Deinde ad hęc quę dixerat deus, prophe Matt.5
ta reſpõdit, id eſt ad id qd̃ ait: Maledictus homo qui nõ audierit uerba teſtamẽti huius: & dicit: Et reſpõdi, & dixi, fiat domine. Quid eſt quod ait fiat domine? utiq; id quod pronunciauit deus, Maledictus homo qui non audierit uerba teſtamenti huius. Et dixit dominus ad me. Lege uerba iſta in ciuitate Iuda, & extra Hieruſalem, & his qui foris ſunt. Audite uerba diuina prouocantia nos ad ſalutẽ. Legimus uerba diuina, prouocantia eos ad ſalutem. Verba teſtamenti huius, & facite illa. Et dixit dominus ad me: Inuẽta eſt colligatio in uiris Iuda, & in habitantibus Hieruſalẽ. Si peccauerimus nos qui propter Chriſtum Chriſtiani uocamur, & inuenti fuerimus in numero peccatorũ, & de nobis dicitur: Inuenta eſt colligatio in uiris Iuda, & in habitãtib. Hieruſalẽ. Cũ in eccleſia dei tales ſunt in quibus reperiatur laqueũ iniquitatis, & uincula peccati, intãtum ut id quod de peccatore dicit, eis ualeat cõuenire: Vinculis peccatorum ſuorum unuſquiſq; cõſtringit, tunc Prou.5
dicit

dicit deus: Inuēta est colligatio in uiris Iuda. Verū nō inuenieť colligatio in nobis. Quo modo autē non inuenieť colligatio in nobis, si usq; ad hanc horam colligatio in quibus-
Esa.58 dam est? Sed solue omne uinculū iniquitatis, dissolue obligatiōes uiolentarū cōmutatio num, omnē conscriptionē iniquam dissipa. Frange esurientibus panē tuū. Inuenta est ergo colligatio in uiris Iuda, in habitātibus Hierusalē. Conuersi sunt ad iniquitates patrum suorū priorū. Diximus hæc de nobis dici, & his qui in nobis sunt peccatores. Quomodo igitur qui inter nos sunt peccatores cōuersi sunt ad iniquitates patrū, & patrū suorū priorum? Duplices habemus patres, & una species est pessimorū patrū. Siquidē antequā cre-
Ioan.8 deremus diabolus pater noster fuit, ut sermo Euāgelicus ostēdit, dicēs: Vos de patre Zabulo nati estis. Cum aūt credidimus facti sumus filij dei. Si ergo post hæc peccauerimus, cōuertimur ad iniquitates patrū nō simpliciter, sed patrū priorū. Ad probationē aūt huius rei ga duplices habemus patres, utimur & Dauid testimonio in quadragesimo quarto psalmo ita dicētis: Audi filia, & uide, & inclina aurē tuā, & obliuiscere populū tuum, & domū patris tui. Quasi pater qppe cœpit, audi filia. Ergo duplices nostri patres sunt. Sed obliuiscere, inqt, domū patris tui prioris. Si igiť oblitus domū patris tui prioris rursus fueris ad peccata conuersus, incidisti in id quod nunc dicit peccatū. Cōuersi sunt ad iniquitates patrū suorū priorū. Dicebamus dudū Zabulū patrē nostrū fuisse antequam deus factus sit pater: si tamen nunc nō habemus etiam Zabulū patrē. Quod etiā de Ioan-
1 Ioan.3 nis epistola approbamus, in qua ita scribitur: Omnis qui peccatū facit, ex Zabulo natus est. Toties ex Zabulo nascimur quoties peccamus. Infelix ille qui semper generať à Zabulo. Rursumq; multū beatus qui semper ex deo nascitur. Neq; enim semel dicam iustū ex deo natum, sed per singula uirtutis opera semper iustus nascit ex deo. Hoc autē ut plenius possit probari, etiā de Saluatoris nostri quotidiana natiuitate dicamus, liquido id in iustis obtinētes quod in domino præcesserit. Saluator noster plendor est gloriæ: splendor autem nō semel nascit, & deinceps desinit nasci: quotiescūq; ortum fuerit lumen, ex quo splendor orit, toties oritur & splendor gloriæ. Saluator noster sapientia est dei. Sapientia uerò splendor est lucis æternæ. Sic igitur Saluator semper nascitur. Et idcirco dicit:
Prou.8 Ante omnes colles generat me, nō (ut quidam male legunt) generauit. Si semper ex patre nascitur dominus, etiam tu in similitudinem eius tantum adoptionis spiritum habēs semper generaris à deo per singulos intellectus, per singula opera, & efficeris filius dei in Christo Iesu, Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia Septima. De eo quod scriptum est: Exterminata est exterminio omnis terra. Cap. XII & XIII

QVIS est iste qui dicit: Propter me exterminata est exterminio omnis terra? Christus hæc loquitur. Nam ante aduentum eius multa quidem peccata fuerunt in populo Israel, sed dominus ueniens prohibuit talia, ut penitus relinquerentur, & in longam traderentur captiuitatem. Quando aūt compleuerunt mensurā patrum suorum, & addiderunt ad occisionē Prophetarum, persecutionemq; iustorū, &
Matt.23 Saluatoris interfectionem, tunc completum est: Dimittetur uobis domus uestra deserta. Et quia ille ab eis quæ in Euāgelio scripta sunt passus est, idcirco nunc dicit: Exterminio exterminata est omnis terra. Quod si subtilius uolueris intelligere, Propter me exterminata est exterminio omnis terra: cōsidera eam quæ in te est quomodo exterminata sit terra, & tūc uidebis post aduentū Iesu Christi impleta esse quę dicta sunt, mortificatis membris nostris super terrā, cum iam non operetur terra opera sua, non fiant apud iustum ea quibus antea caro fouebatur, non fornicatio, non immundicia, non adulterij luxuria, nō
Matt.10 idolorum seruitus, nō ueneficia. Dominus loquitur: Quid putatis quia ueni pacē mittere super terram? Non ueni pacē mittere, sed gladium. Vere antequā descēderet non erat gladius super terram, neq; caro concupiscebat aduersus spiritū neq; spiritus aduersus carnem. Quando autem uenit, & edocti sumus quæ carnis quæue sint spiritus, & doctrina eius quasi gladius immissus diuisit carnē, id est terrā à spiritu, & exterminauit eam, quia mortificationem Iesu Christi circumferimus in corpore nostro, & non uiuimus ultrà iuxta carnem, uiuit autem spiritus: & seminamus non in carne, sed in spiritu, ut non metamus corruptionem de carne, sed de spiritu uitam æternam. Dicitur autem peccatoribus:

Seminatis

Seminatis triticum,& ſpinas metitis. Qui enim neq; iuxta uoluntatem ſcripturarũ, neq; iuxta fidei ueritatem profert eloquia dei,ſeminat triticum,& metit ſpinas. Hoc hæretici faciunt,qui legunt ſcripturas,& ſpinas non de libris ſanctis,ſed de proprijs ſenſibus metunt. Cleri eorum nõ proderunt eis. Hæc ante me alij expoſuerunt: & quia non improbo interpretationẽ eorum,conſentiens eandem profero,nõ quaſi ipſe repererim,ſed reperta iam repetens,ut mihi pariter uobiſq; conducat:ſi tamen quę dicenda ſunt,intẽtus animus excipiat. Nos qui putamur aliquid eſſe,id eſt qui in clericatus uobis ordine præſidemus,intantũ ut quidã de minori gradu ad hunc locũ cupiant peruenire, noſſe debetis nõ ſtatim in eo eſſe ſaluandos,quia clerici ſumus:multi enim & presbyteri pereũt, & laici beatiſſimi reperiunt̃: ſed ſi ordinem clericatus & mereamur pariter & habeamus. Quia igitur ſunt quidã clerici nõ ita uiuentes, ut & ipſi ex ordine capiãt fructũ, & ornamento ſuæ ſint dignitati,idcirco aiunt qui expoſuerunt Prophetã nũc dicentẽ:Cleri eorũ non proderunt eis. Vtilitas quippe clericatus nõ in eo eſt, ſi aliquis in agmine ſedeat presbyterorũ,ſed ſi iuxta locũ ſuũ,& iuxta præcepta domini dignus incedat. Verũ chariſſimi,nolite putare hoc tantũ de nobis eſſe dictum:& nos & uos cõmnet diuina maieſtas,ut iuxta ſcripturarũ præcepta uiuamus,& ſi ſic expedit dicere, potentes potẽter tormẽta patient̃. Plus à me exigitur q̃ à diacono,plus à diacono q̃ à laico. Qui uerò totius eccleſiæ arcẽ obtinet, pro omni eccleſia reddet rationẽ. Propter hoc apoſtolus Paulus (uidelicet ut is cui fuerant multa commiſſa) aiebat:Sic nos exiſtimet homo ut miniſtros Chriſti & diſpenſatores ſacramentorũ dei. Hic iam quæritur inter diſpenſatores, ut fidelis quis inueniatur. Intantũ rarum eſt bonum diſpenſatorẽ inuenire, ut Ieſus, qui anteq̃ orirentur ea quæ erant futura,cognouerat,loqueretur: Quis putas eſt fidelis diſpẽſator & ſapiens,quem cõſtituit dñs ſuper familiã ſuam dare in tempore cibaria cõſeruis ſuis? Et poſt puſillũ cauſatus de quibuſdam diſpenſatoribus intulit dicens: Si aũt incipiat malus ſeruus dicere:Moratur dñs meus uenire,& cœperit cædere ſeruos & ancillas, & comedere & bibere & inebriari, uenit dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua neſcit,& diuidit illũ, & partẽ illius cũ infidelibus ponit. Hæc in eo quod ſcriptum eſt:Clerī eorũ non proderunt eis. Videamus autẽ & reliquis neceſſariã correptionem, quam,ut mihi uidetur,in morali loco debemus accipere. Cõfundimini à gloriatione ueſtra,ab opprobrio in cõſpectu domini. Multa ſunt in quibus gloriantes inſipientiã noſtram oſtẽdimus. Verbi gratia,ſi qui in multis poſſeſſiõibus gloriant̃, dicitur eis:Cõfundimini à gloriatione ueſtra. Si qui gloriãtur in generis nobilitate,dicitur ad eos: Cõfundimini à gloriatione ueſtra. Si qui iactubũdi incedunt ſuper precioſiſſimis ueſtibus, ſuper domo multis exornata diuitijs, aliena eſt quippe à gloriatiõe ſanctorũ,dicit ad eos: Cõfundimini à gloriatione ueſtra. Verũ hoc parũ eſt. Audi quid loquatur in Hieremia ſermo diuinus,iubẽs ut ne in ſapientia quidẽ noſtra gloriemur:Ne glorietur, inquit,ſapiens in ſapiẽtia ſua,nec fortis in fortitudine ſua,nec diues in diuitijs ſuis,ſed in iſto glorietur qui gloriatur,intelligere & ſcire quia ego ſum domnus. Vis gloriari,& gloriabũdus non audire:Cõfundimini à gloriatione ueſtra? Gloriare ut apoſtolus Paulus,& dic: Mihi aũt abſit gloriari niſi in cruce domini mei Ieſu Chriſti,per quem mihi mundus crucifixus eſt,& ego mũdo. Vis gloriari,& nõ audire,cõfundimini à gloriatiõe ueſtra? Audi Paulum gloriantẽ,& diſce quid loquitur. Libenter gloriabor in infirmitatibus meis, ut inhabitet in me uirtus Chriſti. Audi quę ſint gloriæ in quibus ſe uir efferat. In laboribus abundanter. Quis hoc poteſt dicere? In carceribus ſupra modum,in mortibus ſępe,à Iudæis quinquies quadragenas una minus accepi, ter uirgis cæſus ſum, ſemel lapidatus ſum,ter naufragiũ paſſus ſum. Diſcamus differẽtias gloriarũ, & nõnullos eſſe qui ſuper his glorientur,quæ rubore digna ſunt,quorum gloria eſt in cõfuſione. In his quippe gloriantur,quæ cum faciunt,latebras & ſecreta perquirunt. Poſt hæc cõſideremus quid de cinctorio præceptũ ſit. Hæc dicit dominus,uade,& accipe tibi cinctorium lineũ, & circumda lumbos tuos,& per aquã nõ trãſibis. Et accepi cinctoriũ ſecundũ uerbum domini ad me dicens:Accipe cinctoriũ quod circa lumbos tuos eſt,& uade ad Euphratẽ, & abſconde illud in cauerna petræ. Poſt dies uenit Propheta,& accepit cinctoriũ de loco ubi infoderat illud,& ecce cõputruerat quod nulli uſui eſſet. Et ne quis iuxta uoluntatẽ animi ſui de hoc loco ſibi præſumeret intellectũ,dãs dominus interpretatiõi occaſionẽ

Sap.6

1 Cor.4

Luc.12

Hier.9

Gal.6

2 Cor.12

2 Cor.11

addidit dicens: Sicut enim adhæret cinctoriũ circa lumbos hominis, sic adglutinaui ad me domũ Israel, & omnem domum Iuda, ut fierent mihi in populũ nominatum, & in exultationem, & gloriam, & nõ obaudierunt me. Igitur Propheta in hoc loco pro deo accipiatur, circumdans lumbos suos cinctorium lineum, id est populum deus. Adglutinaui quippe (ait) ad me domũ Israel. Et quodammodo cinctoriũ dei homo iustus efficit. Quæres quam ob causam: Lege Ezechielẽ, & intellige quomodo deus uideatur in corpore, & quamobrẽ à lumbis eius usq; ad pedes ignis appareat, & à lumbis usq; ad caput electrum: tũc poteris etiam præsentis scripturæ inuenire rationem, quare inferiores dei partes igneæ sunt. Renes generatione, & lumbi igne censentur. Omnia quippe quæ ex coitu & uoluptate sunt, indigent purgatione, et ipsa purgatio immixta est supplicio. Ea uerò quæ à renibus in superiora consurgunt, & libidinis opera sua uirtute transcendũt, quasi quædam materia purior ad electri similitudinem referuntur. Dicitur quippe electrum auro esse preciosius. Quid igitur exẽplis scriptura utitur ut ostendat supernũ dei corpus esse magnificũ, & inferius uilius? Idcirco nũc introduxit dominũ ex igne & electro subsistentem. Ex quo unusquisq; nostrum iuxta exordium natiuitatis suæ ad ignẽ refertur: iuxta studium uerò & profectũ, Dei corpus efficitur illud superius, illud ex electro, ab igne nobis, à pœnis, à cruciatu abscedentibus. Adiunge ergo circa lumbũ tuum cinctorium lineum. Cur? Vt ostendatur populus regnũ esse dei. Aduersum eos quippe qui uolunt dei accusare prouidentiam, resistit & protegit dei sui opera, nec sinit aliquid indecens de maiestate eius narrari. Sed cum peccauerimus, ut cinctoriũ istud Propheta deposuit, & abiecit illud in Euphraten fluuium, ut ibidem cõputresceret: sic & nos abijciet à lũbis suis deus, & pjectos relinquet ad Euphraten fluuiũ Mesopotamiæ, ubi Assyrij habitant inimici Israel, ubi Babylonij, & ibi putrescemus. Cur eñ tantis in toto orbe fluminibus prætermissis de Iudæa ad Euphraten ꝓpheta transmittit, nisi ut sacramẽtum iuxta uim nominis doceat intellectum? Post hæc quærimus quare cinctoriũ lineũ dicatur. Linũ ex terra nascitur. Nã cum semen eius in humum fuerit abiectum, primum in gramine pullulat, deinde ut infinita præteream, demessum transfertur domum, pectitur, lauatur, teritur, tunditur, & ingenti (ut ita dicã) opera excutitur, quo tale fiat ex quo possit cinctoriũ, aut aliud quid in usus necessarios operari. Et nos ergo uniuersi qui generationem habemus ex terra, aut linũ quod in cinctorium dei pectitur, multa cura indigemus ut pectamur, ut lauemur, ut colorẽ terræ abijciamus. Alius quippe color generationis in lino est, alius cum fuerit opera mũdatus. Generationis color obscurior est & nigrior, operis autem lucidior. Tale quid in exordio euenit. Nigri enim sumus quãdo re- Cant. 1 generamur, quando credimus, quando in Canticorũ cantico dicimus: Nigra sum & speciosa. Aethiopibus similem habemus animã indecorem, abluimur ut fiamus cãdidi, ut nitorem qui nobis insitus ex natura non fuerat, diligentia consequamur, iuxta illud qđ Cant. 3 in eodem loco scribitur: Quæ est ista quæ ascendit dealbata? & efficiamur linum candidũ purumq; aqua. Ita cum digni fuerimus societate dei, in cinctorium eius plicamur, neque ab eo aliquando deponimur: si tamen cãdorem quem nobis concesserat, semper habeamus. Cum itaq; Iudæi & omnis domus Israel indigni extiterint deo, & proiecti sint ab eo, nobis pro illis accinctus est. Neq; enim putandum est cinctorium abijcientẽ mãsisse incinctum: statim ut illos proiecit, alios sibi contexuit. Hoc cinctoriũ ecclesia est de gentibus congregata, quæ scire debet, quia si prioribus non pepercit deus, nec sibi parcet, si eũ dereliquerit, si non fuerit digna lumbo eius, si non adhærens domino unus spiritus fuerit in Christo Iesu: Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia VIII. De eo quod scriptum est: Notum fac mihi domine, & cognoscam. usq; ad eum locum in quo ait: Ite, congregate omnes bestias agri. Cap. XII.

I dei eloquia sunt in lege & prophetis, euangelijs & apostolis, oportet discipulum dei diuinorum sermonum magistrum deum ascribere. Qui enim do- Psal. 94 S cet hominem scientiam, secundum Psalmistam, deus est. Saluator quoque Matt. 23 perhibet testimonium, nullum debere super terras magistrum nuncupari, dicens: Et uos nolite uocare magistrum super terram. Vnus quippe est magister uester, pater qui in cœlis est. Pater autem qui est in cœlis, erudiet homines siue per se, siue per filium;

siue

siue per spiritum sanctũ. Et ut ad minora ueniamus, erudit per Paulum, per Petrum, per alium quemlibet sanctorũ: tantum dei spiritus & dei sermo descẽdat & doceat. Cur hæc diximus? uidelicet quia Propheta: Notum fac mihi ait, domine, & cognoscã. Neq; enim scire possum, nisi tu mihi reuelaueris. Sin autem demonstrante te potero nosse quod ne scio, tũc uidebo cogitationes singulorũ, & cognoscã quid unusquisq; gerat, & cuius sit uoluntatis. Hæc Propheta. Deinde uideamus quid Saluator loquitur in Propheta: Ego ut agnus innocens ductus ad immolandũ, & nesciebam. Aduersum me cogitauerũt cõsilium dicentes: Venite mittamus lignum in panem eius, & cõteramus eũ à terra uiuentium, & nomen eius nõ memorabitur amplius. Esaias quoq; quod Christus ut ouis ad uictimam ductus sit, & ut agnus coram tondente se sine uoce sic non aperuit os suum, pronunciat: & ibi quidẽ ille de Christo, hic uerò de se ipse Christus. Ego, inquit, ut agnus innocens ductus ad immolandũ, & nesciebam. Nec addit quæ non cognouerit. Non eñ dixit: Non cognoui mala, non cognoui bona, non cognoui peccatum siue iniustitiã, uerum simpliciter non cognoui. Tibi igit̃ dereliquit ut quæras quod nescierit. Lege Apostolum: Qui cum peccatũ nõ cognouisset, pro nobis peccatũ fecit. Peccatũ quippe nosse, peccare est: ut iustitiã nosse, iuste est agere. Ex quo manifestũ est eum qui iustitiã prædicat, & non agit iuste, nescire iustitiã. Aduersum me cogitauerunt consiliũ dicẽtes: Venite, mittamus lignum in panem eius. Crucifixũ esse à Iudæis dominũ nulli dubium est. Et cum hoc tota libertate prędicamus, quomodo aptabimus ei quod dicitur: Aduersum me cogitauerunt consiliũ dicentes, hoc quod inferunt: Venite, mittamus lignũ in panẽ eius? Nimiæ difficultatis est. Panis Iesu quo nutrimur, sermo eius interpretat̃. Quia igitur docente eo, uoluerunt quidam scandalũ ponere doctrinæ eius, crucifigentes eũ dixerunt: Venite, mittamus lignũ in panem eius. Cum enim uerbo Iesu & disciplinæ eius coniungitur magistri crucifixio, in panem lignũ mittitur. Et illi quidẽ insidiantes dicũt: Venite, mittamus lignũ in panẽ eius. Ego uero admirabile quiddã inferam. Lignũ missum in panem eius, panem fecit meliorẽ. Exemplum accipe de lege Moysi. Sicut lignũ quod missum est in amarã aquam, fecit dulcem, sic lignũ passionis Christi missum in doctrinam eius fecit panem illius dulciorẽ. Ante enim q̃ immitteretur lignũ in panẽ eius, quando tantũmodo panis erat, & nõ erat lignum, in uniuersam terrã non exierat sonus eius. Postea uerò q̃ assumpsit fortitudinẽ per lignum, tunc in uniuersum orbem passionis eius disseminatus est sermo. In cuius figura & aqua in ueteri Testamento ad tactũ ligni dulcis effecta est. Ego quippe aio legem non intellectã, amaram aquam esse. Cũ aũt uenerit lignũ Iesu Christi, & sermo Saluatoris mei descenderit in eam, tunc dulcorat̃, & fit suauissimi saporis, intellecta pariter & lecta lex Moysi. Dicẽtes igitur: Venite mittamus lignũ in panem eius, etiam hoc addunt, & conteramus eum à terra uiuentiũ, & nomen eius non memorabit̃ amplius. Sic enim illũ interfecerũt, quasi nomen eius penitus eradicarent. Sed Iesus scit quare & quomodo moriatur. Propter quod ait: Nisi granũ frumenti cadens in terrã mortuum fuerit, non multũ fructum affert. Ergo mors Iesu Christi spica frumenti facta est, septuplũ & multo amplius restituens q̃ fuerat seminatũ. Fingamus enim paulisper nõ fuisse eum crucifixũ, neq; post mortem ad inferos descendisse: sequitur ut solũ granum maneat frumenti, & multi nõ nascunt̃ ex eo. Attende diligenter eloquia diuina, quid in se uelint intelligi. Granum frumenti si non cadens in terrã mortuum fuerit, non multũ fructũ affert. Mors Iesu istos omnes fructificauit. Si aũt mors tãtas attulit fruges, resurrectio cuius futura est ubertatis? Domine uirtutũ iudicãs iusta, probans renes & corda, uideam quæ ex te est uindictã de eis. Prophetice orat, ut uideat uindictam de eis apud patrem. circũdata est quippe ab exercitu Hierusalẽ, & appropinquauit subuersio eius, & id quod dictũ ad eã fuerat: Ecce dimitteret̃ uobis domus uestra deserta, cõpletum est. Videam ergo quę ex te est uindictam de eis, quia ad te reuelaui iustificationem meam. Propterea hæc dicit dominus in uiros qui sunt in Anathoth, qui quę rũt animã meã, qui dicũt: Nõ prophetabis in nomine domini, alioquin morieris in manibus nostris. Ecce uisitabo ego in eos: iuuenes eorũ gladio cadent, & filij eorũ & filiæ morient̃ in fame, & reliquiæ eorũ non erunt. Quoniã inducam mala super inhabitãtes in Anathoth, in anno uisitationis eorũ. Figuraliter nunc nomen Anathoth assumit̃. Totum autem iudaicum sacramẽtum in eo est. Interpretatur quippe Anathoth obediẽtia.

Esa. 53

Hier. 11

Esa. 53

Exod. 15

Ioan. 12

Matt. 23

Hier. 11

Quia

Quia ergo obedientia dei in illo fuit, sicut regnũ eius, & factũ est de regno id quod no-
Matt.21 uimus prædictũ: Auferetur à uobis regnũ dei, & dabitur genti facienti fructus eius: nũc quoq; uiri qui sunt in Anathoh, hoc est in obedientia, quærunt animam non Hieremię: neq; enim hoc historia ulla cõmemorat, quia uiri Anathoth quæsierunt animã eius. Habemus Regnorum libros, meminit ibi scriptura Hieremiæ, nihil tale conscribitur. Habemus Paralipomenon & ipsum quod nunc interpretamur uolumen Prophetæ, nihil locuti sunt uiri ab Anathoth: sed Christi quærunt animã domini mei, qui dicunt, nõ prophetabis in nomine domini. Legimus & hic à Iudæis prohibitum ne doceret Christus. Alioquin morieris in manibus nostris. Ecce ego uisitabo in eis, iuuenes eorũ gladio cadent, & filij eorũ & filiæ morientur fame. Non Hieremię tẽporibus gladio occubuerũt, sed post aduentũ domini tũc fames uenit in eos, non fames panis, neq; sitis aquæ, sed fames audiendi sermonẽ dei. Iã quippe apud eos ultra nõ dicit: Hæc dicit dominus deus omnipotens. Ista fames est prophetiæ cessantis in eis. Sed quid loquar de ꝓphetis? Neque magistri, neq; doctores in Iudæa aliqui remãserunt: & licet sint innumerabiles qui sibi sapientiam uendicent, non est iam sermo dei in eis. Completũ est eñ illud uaticinũ:
Esa.3 Auferet dominus à Iudæa & ab Hierusalẽ ualidũ & ualidã, uirtutẽ panis & uirtutem aquæ, gigantem fortem & bellatorẽ & iudicem & prophetã & arbitrum & seniorẽ quinquagenarium, & admirabilem cõsiliatorem & sapientem architectũ, & intelligentẽ au-
1 Cor.3 ditorem. Iam nõ est apud eos qui possit dicere: Quasi sapiens architectus fundamentũ posui. Migrauerunt ab eis architecti, uenerunt ad ecclesiam, posuerunt fundamentũ Iesum Christũ. Huic superędificant quicunq; post eos crediderũt. In fame ergo ille populus derelictus est. Adducam quippe mala super inhabitantes Anathoth, in anno uisitationis eorũ. Iustus es domine, quia excusabo me apud te. Verũtamen iudicia loquar ad te. Quid est quod uia peccatorũ prosperatur? Abundauerunt omnes qui spreuerunt cõtemnentes. Quęramus an bonus sit deus qui legẽ prophetasq; largitus est, uidentes uiã impiorũ proiperari, & nihil eos ab eo pro merito sustinere. Abundauerunt eñ omnes qui spreuerũt cõtemnentes, ij qui aduersum conditorẽ rabidis faucibus latrãt, qui eum blasphemis sermonibus criminant. Abundauerunt, plãtati sunt, & radicẽ miserũt, procreauerunt filios, & fecerunt fructus. Quantos fructus Marcion fecit procreãs filios in fidelitatis? Quantos Basilides? quantos Valentinus? De his quippe næ ꝓphetat dicẽs: Procreauerunt filios, & fecerunt fructum. Prope es tu ori eorũ, & longe à renib. eorum. Nominant Iesum, & nõ habent eum. Neq; enim illum confitentur ut Christũ. Et tu domine nosti & probasti cor meũ in cõspectu tuo. Sanctifica illos in die interfectionis eorũ. Quid faciam ut hoc exponã? Tormenta sanctificationẽ uocat eorũ qui torquent. Sãctifica quippe eos, ait, in die interfectionis eorum: id est per hoc quod interficis eos, sanHeb.12 ctifica eos. Quem enim diligit dñs, corripit, flagellat aũt omnẽ filium quẽ recipit. Quousq; lugebit terra, & fœnũ omne agri arescet à malitia habitantiũ in terra? Quasi animal sit terra, sic nunc loquit Propheta, dicens lugere eã quãdo mali sunt habitatores qui in ea cõmorantur. Per unumquenq; enim nostrum terra, aut lætatur in uirtutibus accolarũ, aut luget in uitijs. Si autem terra, consequenter & elemẽta cætera, ex quibus & aqua, id est angelus qui super aquã cõstitutus est. Neq; enim aliter possum lugentẽ terram exponere, seu lætantẽ: nec sensus recipit, ut insensibile corpus sentire credamus: nisi ut intelligamus omnib. rebus angelos præsidere, tam terrę & aquæ, q̃ aeri & igni: id est principari elemẽtis, & hoc ordine peruenire ad oñia animalia, ad omne germẽ, ad ipsa quoque astra cœlestia. Alius angelus prępositus est terris: atq; ita omnes ij angeli cũ quibus uersamur in terra, gaudent quãdo iuste agimus: quãdo peccauimus, lugent. Lugebit terra ab omnibus inhabitãtibus in ea. Eodem nomine angelũ terræ appellant, quo ipsa terra nuncupat. Quomodo eñ hoc quod manufactũ est cũ maledicatur, maledicit & ipse qui fecit illud, non ꝙ maledictũ sit, quod anima ac sensu caret, sed idem dicitur maledictus qui assidet insensibili simulachro eodẽ uocatus nomine quo uocat id quod manufactum est: sic & nunc terra appellatur is angelus qui præpositus est terræ. Nec hoc tãtũ accipias in terra, & aquæ etiã angelus eius uocabulo nuncupat, iuxta illud quod in alio loco dicitur: Viderunt te aquæ & timuerũt, turbatę sunt abyssi. Multitudo sonitus aquarum, uocem dederunt nubes, etenim sagittæ tuæ trãsierunt. Dereliqui domum meam,

dimisi

dimisi hæreditatē meam. Dedi dilectam animam meam in manus inimicòrum eius. Vide mihi eum qui in forma Dei consistebat in cœlis. Vide domum eius, thronos & excelsas quasq; uirtutes. Si autem uis aliquid sublimius intelligere propter hoc quod ait: Ego in patre, & pater in me, uide domum eius patrem Deum. Reliquit patrem suum, & matrem suam cœlestem Hierusalem, uenitq; in hunc terrenū locum, & ait: Reliqui domū meam, dimisi hæreditatem meam. Illa erat hæreditas eius, possessiones angelicæ & sanctarum ordo uirtutum. Dedi dilectam animam meam in manus inimicorū meorū. Tradidit animam suam in manus inimicorū suorū, in manus Iudæorum interficientiū eum, in manus principum congregatorum aduersum se, in manus regum, quoniam astiterūt reges terræ, & principes cōuenerunt in unum aduersus dominum & aduersus Christū eius. Facta est hæreditas mea mihi sicut leo in sylua. Ista quæ super terram erat hereditas eius quam sibi elegerat in possessionem, quæ pars eius fuerat, efferata est aduersus eū, & facta est hæreditas eius, id est Iudæi, quasi leo in sylua. Nec mirādam est si tam truci beluę comparata sit: usq; ad præsentem diem leones sunt in sylua, anathematizantes dñm Iesum, & blasphemantes illum, & insidiantes credentibus nomini eius. Facta est hereditas mea mihi sicut leo in sylua. Dedit super me uocē suam, ideo odiui eam. Nunquid spelunca est hyenæ hæreditas mea mihi? De sua hæreditate prænūciat, quòd spelunca hyenæ futura sit, bestiæ rabidæ & ferocis mortuorū cadaueribus uiuentis, quę semper sepulchris & ossibus incubat. Nunquit spelunca hyenæ hæreditas mea mihi, aut spelunca in circuitu eius? Quoniam tales sunt, impero uobis angeli ut eatis & congregetis bestias, & tradatis eos ad dilacerandum. Ite, congregate omnes bestias agri, ueniant & manducent eos. Venerunt bestiæ agri, deuorauerunt populum Iudæorum. Vide exesa corda omniū à fortitudinibus contrarijs. Si illis Deus non pepercit, sed ait: Ite congregate bestias, quanto magis nobis non parcet, si non fecerimus legem eius, si sermonem euangelij neglexerimus? Rursum dicit: Ite, congregate bestias, & tradite eos. Sed nos confidamus in domino, & in oratione dicamus: Ne tradas bestijs animam confitētem tibi. Agamus pœnitentiam super peccatis nostris, cōfiteamur delicta quæ fecimus, & bestijs nō trademur: quin potius angeli ueniēt, qui nos in sinu suo gestātes de terrenis locis ad cœlestia transferant, & de præsenti seculo in perpetuam collocent æternitatem, in Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Pſal.2

Homilia IX. De eo quod scriptum est: Omnis uter implebitur uino. Cap. XIII

QVOD à Deo Prophetę iubetur ut dicat, debet dignū esse imperio Dei. Sed non uidetur dignum si maneamus in litera, & nihil altius requiramus, intantum ut si quis rudis auditor extiterit, dicat ineptum esse scripturis aurem accommodare, & ea cognoscere quæ in eis lectitantur. Hoc est dictum animalis. Animalis quippe homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Stultitia enim ei est. Considerēmus ergo Dei sermonē quid iubeat. Et dices ad populum sermonem istum: Hæc dicit dominus deus Israel. Quod dicit dominus deus Israel, dignum quæso sit domino deo Israel. Omnis uter implebitur uino. Eritq;: si dixerint ad te: Nunquid cognoscentes & non cognoscimus, quia omnis uter implebitur uino? Hæc respondentes, si tantum literam sequuntur, & dicunt nosse se quia omnis uter implebitur uino, falluntur. Non enim necessario sequitur ut omnes utres impleātur uino. Sunt utres oleo pleni: sunt alij à qualibet liquentis naturę materia uacui, aut certe non pleni. Dominus autem dicit omnem utrem implendum uino, & populus respondit: Nunquid cognoscentes non cognoscimus, quia omnis uter implebitur uino? Quæ quidē iuxta paupertatē ingenij mei sic poterunt interpretari, si prius uini differentias prospexerimus, ut tunc cōsequenter tractemus uerum esse quod dictum est, quia omnis uter implebit uino. Siue enim quis bonus est (ut ita loquar) inter utres uter, implebit uino bonitatis suæ: siue malus, iuxta hoc qđ malus est malo uino implebit. Quomodo ergo possumus de scripturis accipere differētias uini? Super malo uino ista conscripta sunt, de uinea Sodomorū & de Gomorra, uuę eorum uuæ fellis, botrus amaritudinis in eis, uenenū draconum uinū eorū, & uirus aspidum insanabile. De bono hæc dicuntur: Calix tuus inebrians quàm præclarus est. Et sapientia cōuocat ad craterē suum, dicens: Venite māducate panes meos, & bibite uinū quod

1 Cor.2

Deut.32

Pſal.23

Prou.9

quod miſcui uobis. Eſt ergo uinũ de Sodomis, & eſt quod miſcuit ſapientia. Rurſumq; uinea facta eſt dilecto in cornu, in loco uberi, plantata à deo, quæ uocat uinea Soreth, electa quidẽ inter omnes uineas. Mirabilis autẽ eſt alia uinea Aegyptiorũ quam percutit Deus, ſecundũ id quod ſcriptũ eſt: Percuſſit in grãdine uineas eorũ & ficus eorum in gelu. Cõſideremus ergo oẽs homines figuraliter capaces eſſe uini, nec aliud eis poſſumus nomen imponere, quàm capaces uini, quàm utrem, & dicere quia nequam homo plenus ſit uino de uinea Sodomorũ & Aegyptiorum, plenus ſit uino inimicorũ Iſrael: ſanctus uerò & is qui in uirtutibus proficit, plenus ſit de uinea Soreth, uino de quo ſcriptum eſt: Calix tuus inebrians q̃ præclarus, uino quod miſcuit ſapientia. Et hæc quidẽ intellecta ibi ſint ſecundũ nequitiam atq; uirtutẽ. Agnoſcamus quomodo omnis uter implebitur uino. Si autem nequitia ſeu uirtutibus impleant utres, cõſequens eſt ut ſupplicijs impleantur ob nequitiã, benedictionibus ob uirtutem. Exhibeãt ſacræ literę teſtimonium quo pacto tormenta ſeu repromiſſiones uinum nuncupãtur. Accipe calicẽ uini meri iſtius, & potabis omnes gentes ad quas ego te mitto. Hieremias autem hęc loquitur. Super quod infert: Et bibent & uenient & inſanient & cadẽt. Igitur ſupplicia in præſenti loco uinum meracum nuncupauit. Quidam bibunt meraca uina, id eſt meracis cruciatibus digni ſunt: alij autem bibunt ſupplicia, uina quidem nõ penitus meraca, ſed ex parte aliqua temperata. Calix eñ in manu domini uini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in illud, ueruntamen fex eius non eſt exinanita, bibẽt ex eo omnes peccatores terrę. Si uis ad benedictionis calicẽ reſpicere quem bibunt iuſti, licet ſufficiat ſapientię teſtimoniũ, in quo ait: Bibite uinum quod miſcui uobis: tamẽ uideo ſaluatorem aſcendentem die paſchæ grande cœnaculũ ſtratũ atq; mundatum, & agentem diem feſtum cum diſcipulis ſuis: illumq; eis calicem propinantẽ, de quo in euangelio ſcriptum eſt, quod miſcuerit eum, & ita tradiderit. Ieſus eñ lætificans diſcipulos, meracum eis po-
Matt.26 culũ propinat, & dicit: Accipite & bibite, hic eſt ſanguis meus qui pro uobis effundetur in remiſſionem peccatorũ. Hoc facite quotieſcunq; bibitis in meam cõmemoratio-
Luc.22 nem. Et tamẽ dico uobis, non bibam illud amodo donec bibam illud uobiſcum nouum in regno Dei. Vides calicem noui Teſtamenti? Vides calicem ſupplíciorum quẽ ſuprà expoſuimus, uini meri plenum eſſe? Eſt & alius calix, qui pro cõpẽſatione bonorũ actuum, ſeu malorũ tibi miſcetur & traditur. Intellige eñ mihi eos qui penitus à pietate diſcedunt, & ex omni parte religioni aduerſantur, intantum ut fortuitu & pecudũ more uiuant, bibentes calicem uini meri quem de Hieremiæ libro protulimus: eos uerò qui nõ penitus receſſerũt, ſed cũ ſint peccatores, & indigni iudicentur calice noui Teſtamenti, & faciant ſæpe bona opera, ſæpe contraria, bibentes calicem mero mixtũ. Inclinauit enim Deus ex hoc in illud. Quid eſt quod ait ex hoc in illud? duo pocula uideo. Inclinauit enim ex hoc in illud, ueruntamen fex ipſius non eſt exinanita. Amodo aduerte calicẽ bonorũ operũ in una manu domini. Sin autem pateris aliquid me audacius dicere, ſit in dextera manu eius calix uirtutũ, ſit in ſiniſtra uitiorum. Cum igitur cœperis propter peccata torqueri, quia & bona opera feciſti, calix in manu domini eſt, uini meri plenus mixto, & inclinauit ex hoc in illud: id eſt de eo qui erat in dextera, in illum qui in ſiniſtra continebatur. Neq; enim potes bonorum tantũ calicem bibere, quaſi bona tantummodo feceris: neq; rurſum peccatorũ tãtum, quia & bona aliquãdo geſſiſti. Idcirco inclinauit ex hoc in illud, ut iuxta cõpenſationem operum tuorũ miſceatur tibi ſupplíciũ aquatius, ſeu meracius, & ſecundũ merita tua aut obtundatur iræ diuinæ aculeus, aut exacuatur. Si uerò bonus fueris, & Dei mandata ſeruaueris, attende quid dicas: Calicem ſalutá-
Pſal.115 ris accipiam, & nomen domini inuocabo. Omnis igitur uter, ſiue bonus, ſiue malus, implebitur uino qualitatis ſuę: nec oleum mittitur in eum, aliudúe quid liquens, niſi Sodomorum aut Soreth. Deinde docet interim ut literam ſequamur, propter eos qui peccauerũt in Hieruſalẽ, & in Iudæa illo tempore morabantur, quali uino iſtiuſmodi utres implendi ſunt. Sequitur enim: Si dixerint ad te, nunquid cognoſcentes non cognoſcimus, quia omnis uter implebit uino? dices ad eos. Hæc dicit dominus: Ecce ego impleo omnes inhabitantes terram iſtam, & reges & filios Dauid qui ſedent ſuper ſedem eius & ſacerdotes ebrietate. Nulli parcit qui puniturus eſt peccatores. Non quia prophetes, nõ quia ſacerdos quis uocatus eſt, à ſupplicijs liberabitur. Hæc autẽ de illis cõmemorãtur,

ut ait

ut ait apostolus: scripta sunt propter nos in quos fines seculorũ deuenerũt. Si quis ergo 1 Cor. 10
& in his sacerdotibus, in nobis dico presbyteris, siue in his qui circũstant populũ leuitis
id est diaconibus, peccauerit, sustinebit suppliciũ quod nunc per Prophetã dñs commi
natur: quomodo econtrario quædam sunt sacerdotales benedictiões, de quibus deo tri
buente, post istius loci expositionẽ cum ad Numerorũ librum uentũ fuerit, disputabi-
mus. Ibi quippe de sacerdotibus quędã scripta sunt. Et sacerdotes igitur & prophetas et
Iudam & omnes habitantes Hierusalẽ testatur deus de uino inebriãdos & dispergẽdos
uirum à fratre suo, & patres à filijs. Quę quidẽ (ut mihi uidetur) sic sunt intelligenda: lu-
stos quidẽ congregat deus, & peccatores separat. Denicq; idcirco quandiu nõ sunt com
moti ab oriente homines, nõ sunt dispersi. Quando aũt sunt moti ab oriẽte, & ait homo
ad proximũ suum: Venite, ædificemus ciuitatem & turrẽ, cuius caput pertingat usq; ad Gen. 11
cœlum, deus locutus est, dicens: Venite descendamus & cõfundamus ibi linguas eorũ:
Et post pusillũ subinfert: Et dispersit eos deus inde à facie omnis terrę. Populus quoq; Is
rael anteq; peccaret, in Iudæa erat, post peccata in uniuersum orbem dispersus est. Tale
mihi quiddã & de bonis hominibus intellige. Est quædã ecclesia primitiuorũ, eorũ scili
cet qui cõscripti sunt in cœlestibus, ubi mons Sion, & ciuitas uiuentis dei Hierusalẽ cœ
lestis. Beati qui illuc congregabunt. Peccatores autem diuident ab inuicem, ut etiã in
hoc excruciatione pariter torqueant. Scio quosdam reges, eos qui imperio suo insidia-
ti sunt ad desertas insulas deportare solitos, & pro magnis supplicijs hoc iubere ne in u-
no loco exilij penuriã sustineãt, sed in aliã partem orbis uxor, in aliã liberi exterminent,
ut ne in calamitatibus quidem suis perfruantur solatio, aut pater filij, aut mater filiæ, aut
frater fratris. Simili modo & peccator per quandã dispensationẽ dei maiora solitudinis
tormenta perpetitur, si solus in exiliũ relegetur, ut emendatus in statum pristinũ redeat.
Et quomodo tu propinquos uel liberos tuos non in forti ictu & irrationali coerces ira,
sed per uerba reducere quæris ab errore in quem incubuerant: sic deus eos qui nõ pote-
rant cõuerti, doloribus & tormentis ad id retrahit quod ferunt, secundũ scripturã dicen
tem: Per omnẽ dolorẽ & flagellũ emendabis Hierusalẽ. Vt igit crescat dolor pœnę cor
ripientis, ij qui corripiunt, ab inuicem separant. Nã quodãmodo leuius fit supplicium,
si plures in eodem loco constituti, mutuis se consolant alloquijs. Si autẽ necesse est aliã
quoq; rationem diuisionis malorũ introducere, etiã hãc exhibebimus. Mali cum simul
fuerint, ea quæ mala sunt, cogitant, & in pristina nequitia perseuerantes, augẽt peccata
peccatis: quomodo econtrario boni cum simul fuerint de honestis sermocinant. Dissol
uitur ergo, & ad nihilũ deducitur nequam cogitatio, cum nõ habuerit allocutionem al-
terius nequioris. Idcirco per dispensationẽ dei prouidetur pessimos à pessimis separari.
Iustũ quoq; & cõmmodũ est, ut à pristinis sceleribus ipsa solitudine & penuria cõsortij
aliquãdo desistant. Hæc de eo quod dictũ est: Et dispergã illos, uirum & fratrem eius, &
patres eorũ, & filios eorum in idipsum, dicit dñs: Non requiram & nõ parcam & nõ mi
serebor ab interitu eorum. His & istiusmodi sermonibus hæretici assurgũt dicẽtes: Vi-
dẽsne qualis sit creator prophetarũ, & legis deus quid loquatur? Non parcã & non mi
serebor ab interitu eorum. Quomodo potest iste bonus esse? Accipiã & medicũ, osten-
dens eum uni membro nõ parcere, ut membris omnibus parcat. Accipiam ergo exem-
plũ iudicis boni pro utilitate cõmuni quibusdam nõ miserentis, ut perspicere possimus
quomodo multis parcens uni nõ parcat deus. Verbi gratia dictũ sit: Habeat iudex pro-
positum, quietẽ ciuitati, & pacem genti, cui præsidet prouidere. Huic si offeratur latro
honesta forma, ætate satis integer, ex alio latere mater expansis crinibus deprecet ut se-
nectutis suæ misereatur, & ex alio uxor ne uirum suũ interficiat, lachrymabili uoce de-
ploret, circũstent et paruuli liberi cito orbi futuri, quid faciet iudex? Miserebit latronis,
an nõ? Quid in cõmune expedit ciuitati? Si misertus fuerit, reuertetur homicida ad pri-
stinũ scelus: sin uerò in iudiciaria seueritate permanserit, unus homo interibit, & uniuer
so populo prouidebit. Sic deus si pepercerit peccatori, & miserans eius noluerit eũ pu-
nire pro scelere, quis nõ accipiat licentiã? quis malorũ qui nunc saltẽ propter supplicia
terrentur, non inuadet tẽpus, ut expleat quęcunq; uoluerit, & pręceps feratur in uitia?
Hæc aũt in ecclesia sæpe accidẽtia possumus considerare. Peccauit quispiã, & post pec-
catum postulet cõmunionem. Si ei conceditur quod rogat, in incõmodum omnium ue

nia procedit, & laxatis frenis sceleribus pandit uia. Sin uerò cũ rationabili deliberatione, nõ ut misericors, nec rursum ut crudelis iudex, sed & quasi uni prouidens, & de omnium salute pertractãs cõsideraverit populi damnũ in unius uenia, haud dubiũ est quin faciat eijci unũ de ecclesia ut multos saluet incolumes. Age nunc, cõsidera mihi & medicum, si cessauerit à sectione eius uulneris quod secandũ est, si nõ usserit id quod indiget cauterio, uidelicet propter dolores qui ex talibus remedijs cõsequuntur, quõ crescat infirmitas, & in deterius uetus humor exuberet. Si uerò (ut ita dicam) temerarius ad uulnus sector accesserit & inusserit plagam, curat eum qui secatur & uritur, quia paululũ se ueritatis assumpsit, licet usus fuerit ægrotanti ad horã non misereri. Ita & deus non unũ hominem, sed uniuersum curat orbem, cœlestia atq; terrena, & omnia ubiq; dispẽsat. Et cũ hoc prouideat quod uni commodũ sit, multo magis prouidet quid toti mũdo conducat & hominibus uniuersis. Prouidet quidẽ & ea quę uni expediũt, uerũ ita ne unius utilitas omniũ damno sit. Idcirco & ignis æternus præparatus est, & gehẽna & tenebræ exteriores: quæ omnia nõ tam ob eum qui puniendus est, quam propter uniuersos homines cõstituta sunt. Si aũt uis huius rei testem accipere scripturã, quod in aliorũ eruditionem, licet iam desperabiles sint peccatores, & à curatione penitus alieni, torqueantur, audi Salomonem in Prouerbijs dicentẽ: Pestilente flagellato imprudẽs callidior erit. Nõ eum qui flagellatur dixit callidiorẽ futurũ & sapiẽtiorem propter castigationem suã, sed insipientẽ à stultitia ad prudentiã conuerti propter supplicia pestilentis: hoc quippe ex ipso nomine calliditatis significatur: & conuerti eũ à calliditate, dũ alios cernit propter ea quibus ipse obnoxius est peccata cruciari. Igitur prodest nobis, si tamẽ digni sumus salute, ut alij in utilitatẽ nostrã torqueantur. Et quõ utile fuit peccatũ Israel in salutem gẽtium, sic utilis est quorũdam pœna aliorũ saluti. Et ideo bonus & clemẽs deus, non parcam, inquit, & non miserebor ab interitu eorum. Circumscripto aũt hoc capitulo, uidea mus subsequens scriptura quid doceat: Audite & auribus percipite, & nolite extolli, q̃niam dñs locutus est. Date domino deo uestro gloriã priusquam obscuret, & priusquã offendant pedes uestri super montes tenebrosos, & sustinebitis lumen, & illic umbra mortis, & ponentur in tenebras. Si non audieritis occulte plorabit anima uestra à facie cõtumelię, & deducẽt oculi uestri lachrymas, quia cõtritus est grex domini. Eosdẽ uult audire, & auribus percipere, nõ contẽtus neq; auditione solũmodo, neq; aurium perceptione, propter quod ait: Audite, & auríb. percipite, & quod his maius est, nolite extolli, & reliqua quæ sequũtur. Quid est ergo audire, & quid est auribus percipere, ex ipsis sermonibus cõsideremus. Auribus percipere est (ut mihi quidẽ uidetur) auribus quæ dicuntur audire. Quod aũt præcedit audite, si ad distinctionẽ eius prẽcepti dicitur, quod postea infertur, auribus percipite, hoc imperat, ut in mentẽ & sensum ea quę dicuntur, excipiant. Neq; uerò hoc solũ in loco, sed in omni scriptura sunt quædã & facilia & prompta ad intelligendũ, quæ statim ut lecta fuerint, utilitatẽ legentibus tribuunt. Sunt alia secretiora & ineffabilia, & ut ita dicã, quibusdã obscuritatibus inuoluta. De his igitur quę latent, & expositione indigẽt, arbitror nũc dictũ esse: Audite. De his aũt quæ sine scrupulo interpretãtis auditori cõmoda sunt: Auribus percipite. Percurramus uniuersas scripturas, et probati nũmularij effecti dicamus, hoc audire debemus, hoc auríb. percipere. Deniq; cũ audierimus, & perceperimus auribus quæ dicuntur, non eleuemur. Omnis quippe qui se humiliat, exaltabitur. Et Saluator noster dicẽs: Discite à me quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris, docet nos ne extollamur. Nã cum multis uitijs genus uexetur humanum, hoc peccato uel maxime premitur. Nec unus est modus superbię. Alius irrationabiliter & stultorũ more in ijs effertur, quę magis pudore digna sunt, aut certe modũ elationis excedit. Alius quasi ueri simulatiõe seductus super ijs eleuatur, quę sibi digna gloria putat, cũ & in talibus periculosum sit gloriari. Exemplum assumam quo fiat manifestius. Sunt quidã in eo se iactãtes, quia filij regũ sunt, & nobili familia nati. Istiusmodi homines ne umbrã quidẽ & imaginẽ elationis suę possunt ostendere. Sunt alij qui de eo subleuantur, quia potestatẽ habẽt occidendi homines, & ut ipsi putãt, ea fulti sunt dignitate, ut quorũ uelint capita secent. Horũ gloria in confusione sua est. Alij super diuitijs sibi applaudũt nõ his ueris, sed ijs diuitijs quę deorsum sunt. Alij superbiũt super domo splẽndida, super possessionib. multis, in quibus uniuersis non

Prou. 19

Luc. 18

Matt. 11

sis non est penitus gloriandū. Quod autē uerisimile & dignum iudicat, ut quidam putant, gloriandū est cum aliquis ob sapientiā suā eleuatur, aut conscius sibi est, quia decē iam annis res uenereas nō tetigerit, siue ab infantia integer castusq; permanserit. Rursumq; alius erigitur, quia uincula pro Christo portauerit. Recta quidē uidētur hęc omnia, & subijcienda quadam persuasione ad gloriandū, sed ne in his quidem (si tamen se quimur ueritatem) rationabiliter quis effertur, quia & in rebus bonis gloriandū est sine discrimine. Paulus habuit materiā elationis, habēs in se uisiones, reuelationes, signa, uirtutes, propter labores quos Christi causa perpessus est, propter ecclesias quas cōstituit, contendens ubi Christus non erat nominatus, ibi facere fundamentū. Hęc omnia materiæ erant gloriationū, & si sic expedit dicere, uerisimilis causa quæ honestā subijceret iactationem. Sed quia ne in talibus quidē sine periculo est subleuari, benignus et pius pater quomodo ei largitus est reuelationes et gratias differētes, sic ad tuitionem donorum suorū tradidit angelū satanæ, ut eum colaphizet, ne extolleret. Et propter hoc ter dominū rogauit, scilicet ut ab eo discederet angelus satanæ, qui iuxta dispēsationē ei appositus fuerat. Sed respōdit ei dns (dignus quippe erat responsione Paulus) & dixit ad eum: Sufficit tibi gratia mea, uirtus enim in infirmitate perficitur. Super nullo igit gloriandum est. Sequitur quippe ruina iactantiā, scriptura dicente: Ante contritionē eleuatur cor uiri, & ante gloriam humiliat. Et hæc quidē dicta sunt de eo quod ait: Audite, & auribus percipite, & nolite extolli, quoniā dns locutus est. Videamus aūt & cætera. Date dño deo nostro gloriā priusq; obscuret, & priusq; offendant pedes uestri super montes tenebrosos, & sustinebitis in lumine. Eū qui daturus est gloriā deo, uult dare in lumine, quasi iam nō possit gloriam prædicare cū tenebræ ortæ fuerint. Quādo tenebrescit, & quando nō sunt tenebræ? Operamini donec lumen in uobis est. Lumen in te est, si habes in te dicentē: Ego sum lumen mundi. Quādiu tibi lux ista oritur, clarifica deum sciēs quia futuræ sunt tenebræ. Nec tibi expedit ut eas opperiaris, sed anteq; fiāt, da gloriā deo. Forsitan intelliges præsens capitulū, si de Euangelio sumpseris exemplū, quod ita contexitur: Operamini donec dies est, uenit nox quando nullus potest operari. Diē ibi seculū istud nuncupauit, & necessario apposui ibi. Scio quippe in alijs locis dissonantia præsentibus ex diei uocabulo significari. Diem itaq; nuncupauit seculū istud, tenebras uerò & noctem consummationē mundi, propter supplicia quæ futura sunt. Vtqd enim uobis desiderare diem domini? Et ista est tenebrę, & nō lux: Amos inquit prophetes. Si consideres post consummationē mundi, lugubre illud quod passurum est uniuersum penè hominū genus pro his quę peccauit, uidebis quomodo tenebræ occupaturæ sint omnia, & nullus possit in illo tēpore glorificare deum. Siquidē & iustis in Esaia iubetur: Vade populus meus, in promptuaria tua intra, claude ostium tuū, & abscondere pusillum quantulum, donec ira dei transeat. Simul aūt & in his qui potest obseruet, qua re dixit pusillū quantulū. Quippe hoc quantulū quod pusillum est, non est pusillum hominibus. Et debemus inspicere quomodo singulis aut parū sit aliquid, aut magnū. Ad quod probandū etiā exemplo utimur. Vnicuiq; animaliū pro natura & modo corporis sui, aut paruus est cibus, aut magnus: & qđ alij pusillū est, æque id ipsum alij multū est. Quid de animalibus loquar? In ipso quoq; homine rerū differentiæ sunt. Quod uiro parum est, hoc infanti superfluit. Atq; in hunc modū omne tempus uitæ humanæ, etiam si centenariā excedat ætatem, ad comparationē æternitatis breue est: unde pusillū dei nobis multū est: & uicissim uniuersa secula ad deum relata breuissima sunt. Sic ergo dicit: Vade populus meus, intra in promptuaria tua, claude ostiū, abscondere pusillū quantulum. Quantulū pusillū illud nō ad illius naturā refertur, qui in promptuaria sua iubetur intrare, sed eius qui iubet, cui pusillū est hoc omne quod grāde est. Si em donec pertranseat ira dei, oportet quosdā intrare promptuaria sua, sunt aūt alij quibus non sunt dimittēda peccata, non solū in præsenti seculo, sed etiam in futuro, manifestū est pusillum ad ea referendū quæ diximus. Date itaq; dño deo uestro gloriā. Quomodo damus domino deo nostro gloriā? Nō uerbis & uocibus tantū glorificandus est dominus. Glorifica eum in castitate & iustitia & beneficentia. Glorifica eum in fortitudine, patiētia, pietate, sapiētia cæterisq; uirtutibus. Sic aūt est glorificandus deus. Si cōtraria intulero, nolo me arbitremini blasphemare. Exhibeo quippe scripturā sensus mei testē, quomodo

1 Cor. 12

Ioan. 8

Ion. 9

Amos 5

Esa. 26

castus glorificet, luxuriosus inhonoret deum. Qui enim templū eius quasi Nabuchodonosor destruit atq; corrumpit, & secundū apostolū prævaricatur, & deum inhonorat. Igitur glorificat deum iustus, contumelijs afficit quicunq; peccator est. Nam & illud qđ quidā dubitant, an sit prouidentia dei, nullam aliā ob causam nisi ob uitia nascitur. Aufer ea, abstuliſti pariter & causas prouidentiæ destruēdæ sursum ac deorsum. Qui aduersum prouidentiā disputant, hæc dicunt: Quare tanti adulteri? quare tanti molles? quare tāti sacrilegi? quare tanti irreligiosi sunt? Atq; ita cōtumelias in prouidentiā, & offensas in deum, & criminationes in creatorē peccatores generant. Ex quibus liquido appareret alios dare deo gloriam, alios conuitiū facere dum passionibus & uitijs seruiūt. Date gloriā domino deo uestro antequā tenebrescat, & antequā offendant pedes uestri in mōtes tenebrosos. Sunt alij montes tenebrosi, alij lucētes. Verūtamen quia utriq; montes sunt magni, montes lucentes sunt angeli dei & prophetæ: Moses famulus eius, apostoli Iesu Christi, de quibus arbitror dici: Fundamenta eius in montibus sanctis. Montes tenebrosi sunt qui eriguntur aduersus scientiā dei. Zabulus mons tenebrosus est. Principes populi huius qui destruuntur, montes sunt tenebrosi. Dæmoniū lunatici mōs erat & tenebro
Matt. 17 sus: mōs erat de quo Saluator ait: Si dixeritis mōti huic. De lunatico quippe dæmonio sibi quæstio inciderat: & dicentibus discipulis: Nō potuimus eijcere illud, respondit Saluator: Si habueritis fidem ut granū sinapis, dicetis mōti isti de quo quęsistis, de quo proposuistis, dicetis monti huic: Transmigra hinc, & trāsmigrabit, id est ab homine ad locū definitū sibi. Qui ergo offendūt, non offendūt super montes lucentes, sed super montes tenebrosos, si fuerint cum zabulo & angelis eius montibus tenebrosis. Et sustinebitis in lumē. Potest quidē aptari huic quod dicitur: Date gloriā dño deo nostro, hoc quod modo infert: Et sustinebitis in lumen. Si dederitis domino deo uestro gloriā antequā cōtenebrescat, & antequā offendāt pedes uestri super montes tenebrosos, haud dubiū quin etiā si cōtenebrescat et sustineatis, lumen uos suscipiat. Alius uerò dicat, nescio utrū recte an perperam, quia & hi qui offendunt super montes tenebrosos expectant aliquando misericordiæ lumen. Hoc em̄ uidetur ostendere: Et sustinebitis in lumen. Si aūt quis uenerit ad mōtes tenebrosos, uide quid ibi inueniat. Est illic umbra mortis, ibi tenebrosi mōtes, ibi umbra mortis ex ipsis mōtibus procreata. Et ponent in tenebras. Et nisi audieritis occulte, plorabit anima uestra à facie cōtumeliæ. De his qui audiūt, quidā occulte audiūt: quidā uerò cū audiunt, nō occulte audiunt. Quid est itaq; occulte audire? Nempe illud: Sed loquimur sapientiā dei in mysterio abscōsam, quā prædestinauit deus ante secula in gloriā nostrā. Et rursum alibi dicitur, quia plura operū dei sunt in abscōsis. Si audio legē, aut occulte audio, aut nō occulte. Iudęus quia legē nō audiuit occulte, in manifesto circūciditur, nescies eum qui in manifesto circūciditur, Iudæum non esse, neq; eam quæ in palam est in carne circūcisionem. Qui auditor est aūt circūcisionis occultæ, & in occulto circūciditur. Qui audit legem occulte de mysterijs paschæ, oue uescit Christo. Pascha quippe nostrū immolatus est Christus. Sciens carnem uerbi dei uere cibum esse, uescitur ea. Occulte quippe de pascha audiuit. At uerò miserabilis Iudęus, idcirco dominum Iesum interfecit, & usq; in pręsentē diē reus est mortis eius, quia nō audiuit occulte legē & prophetas. Siquando leges de azymis, potes audire occulte, potes audire manifeste. Quicunq; de uobis (prope quippe est pascha) azyma celebrauerit, id est azyma hæc corporea, nō audiuit mandatū dicēs: Nisi audieritis occulte, plorabit anima uestra. Et de sabbato quędā mulierculę nō audientes Prophetam nō audiūt occulte, sed palàm de sabbato, lauantes se, & iterū reuertentes ad egena & infirma elementa, quasi nondū descenderit Christus, & nos baptismo suo lauerit à legalibus initijs in euangelicā perfectionem. Idcireo diligentius attendamus siquādo legē legimus & prophetas, ne incidamus in maledictionē quę nūc dicitur: Nisi audieritis occulte, plorabit anima uestra à facie cōtumelię. Quicunq; ieiunium Iudęorū quasi ignorātes redemptiōis diem post aduentum Iesu Christi obseruatis, nō auditis redemptionē occulte, sed tantūmodo palàm. Abscōsa quippe est propitiationis auditio, scire quomodo posuerit Iesum deus ῥpitiationem pro peccatis nostris, & quia ipse est ῥpitiatio pro peccatis nō solū nostris, uerū etiā totius mundi. Parabolæ quoq; cū leguntur in euāgelio, & est auditor extraneus, nō potest eas occultas audire. Si uerò auditor fuerit Apostolus, & unus eorum qui ingrediuntur

diuntur domũ Ieſu, accedit eum interrogans de obſcuritate parabolę, et ſi interpretatus ei ſit quę audiuit, intelligẽs euangeliũ audit ea occulte, ut nõ ploret anima eius. Eorum quippe qui occulte nõ audiũt, plorabit anima. Quàm admirãdè nõ ait plorabitis, niſi occulte audieritis, uerũ plorabit anima ueſtra. Eſt quippe ſolus animæ fletus. Et forſitã iſte ſit de quo Saluator ait: Ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Illa quoq; cõminatio qua ridentibus luctũ lachrymasq; denũciat, de hoc fletu eſt quẽ cõmemorat Propheta, dicens: Niſi audieritis occulte, plorabit anima ueſtra à facie contumeliæ. Cũ enim fueritis paſſi contumeliã, tunc plorabitis, & deducẽt oculi ueſtri lachrymas, quia cõtritus eſt grex dñi. Si conſideremus ſtatũ, quõ ſit, Iudæorũ, & cõparemus illũ antiquæ felicitati, uidebimus q̃ pacto contritus ſit grex dñi. Fuit quippe aliquãdo hic grex dñi: & quia indignos ſe iudicauerunt ſalute, conuerſus eſt ſermo domini ad gentes. Si ergo grex ille cõtritus eſt, nos oleaſter qui cõtra naturam inſerti ſumus in bonam oliuam patriarcharum, nónne plus debemus uereri ne & iſte grex domini conteratur? Futurum quippe eſt ut aliquando et iſte grex conteratur, iuxta illud quod à Saluatore dictum eſt: Cum multiplicatæ fuerint iniquitates, tũc refrigeſcet charitas multorum. De quibus enim hoc dicitur, refrigeſcet charitas multorũ? Nõne de his q̃ nuncupantur Chriſtiani? De quibus hic ſermo eſt: Veruntamen ueniens filius hominis, putas inueniet fidẽ ſuper terram? nõne de nobis? Idcirco prouideamus attentius, ut per ſingulos dies iſte grex domini melioretur, conualeſcat, integer perſeueret, ut omni contritione ab animabus noſtris recedente efficiamur grex domini in Chriſto Ieſu, Cui eſt gloria & imperium in ſecula ſeculorum. Amen.

Homilia X Ea quæ ad Hieruſalem cum ingenti comminatione dicuntur, uolumus intelligere, & ita ſe habentia. Cap. XIII & XIIII.

QVIS parcet ſuper te Hieruſalẽ? aut quis contriſtabit̃ ſuper te? Quis conuertetur rogare ea quæ in pacẽ ſunt tibi? Auerſata es à me, dicit dñs. Retro ambulabis, & extendã manũ meam ſuper te, & diſperdam te, & ultra nõ ſinam te, & diſpergã illos in diſperſiõe. Dixi ſine filijs effectus ſum. Egeſtas tenuit me. Exemplum accipiam. Hoſtis quiſpiã aſperum uolens cõtra imperatorem huius terræ, iudicatus eſt. Ab hoc omnis miſericordia auferẽ, ſcilicet ne dum damnato quis miſeretur, incipiat offendere condemnantem. Sunt etiã nonnulli qui adijciunt ad ſeueritatem, ut non contriſtent̃ quidem ſuper eo, id magnopere deuitãtes, ne per mœrorẽ uultus mõſtrentur iudicio regis offendi. Si intellexiſti, conſidera mihi propter peccata multa à deo cõdemnatum peccatorẽ, & uide quõ innumerabilibus angelis humano generi præſidentibus, ne ab uno quidem miſericordia dignus iudicet̃. Singuli quidem angelorum perſpicientes, quia deus eſt qui condemnauit, quia creator eſt qui aduerſat̃, & tale eſſe peccatum ut miſericors & clemens quodammodo neceſſitatẽ paſſus ſit ſuper eum ſententiam promere, nõ parcunt, non contriſtant̃, neq; miſerẽtur, non reuertunt̃ ut rogẽt pro eo pacem Hieruſalẽ. Igitur quia ad priora ſcelera etiam hoc adiecit, ut crucifigeret dominum meum Ieſum, & intantũ ſurrexit ſcelus, ut de ea diceret Saluator: Hieruſalẽ Hieruſalẽ quę occidis prophetas, et lapidas miſſos ad te, quoties uolui cõgregare filios tuos quaſi gallina cõgregans pullos ſuos ſub alas, & noluiſti? Ecce dimittet̃ uobis domus ueſtra deſerta: ideo dimiſſa eſt, & uſq; ad præſens tẽpus deſtituta. Angeli quippe qui ſemper auxiliabantur ei, per quos etiam lex Moſi tradita eſt, diſpoſita per angelos in manu mediatoris, deſeruerunt eam, & dixerũt: Multis facinoribus oppreſſa eſt: Ieſum interfecit, & in dominũ noſtrũ miſit manus. Quandiu minora peccauit, potuimus rogare pro ea, potuimus obſecrare dominũ, potuimus parcere ei: ſuper iſta quis parcat? Si peccauerit uir in uirũ, exorabit̃ pro eo: ſi aũt peccauerit in deũ, quis orabit pro eo? Grãde piaculum cõmiſit Hieruſalẽ, grande perpetrauit nefas, ideo in cõmotione facta eſt, & dicitur ad eam: Nos non contriſtamur ſuper Hieruſalem, & calamitatibus eius, & omnis populi illius. Illorum quippe delicto ſalus noſtra facta eſt ad æmulandũ eos. Et quia ſic peccauit ut uoce domini diceretur: Quis parcet ſuper Hieruſalẽ? ego quoq; dico ad interfectricem domini mei: Quis parcet ſuper Hieruſalẽ? et quis contriſtabitur ſuper te? Tranſcendam aũt ad ſpiritalem intellectũ ab humilitate literæ, uiam mihi pandente ratione, ut uideam quomodo unaquæq; anima digna pace dei Hieruſalẽ nuncupetur. Poſt diſciplinam quippe diuinam facta es Hieruſalem, quę prius fueras lebus. In hiſtoria referẽ, q̃

Matt.8

Matt.23

1 Reg.2

nomen loci istius fuerit Iebus, et postea cõmutato uocabulo nuncupata sit Hierusalem. Iebus autem Hebræorum posteri tradunt interpretari conculcatam. Iebus aũt conculcata à fortitudinibus cõtrarijs anima nostra transmutata est, & facta Hierusalẽ uisio pacis. Si itaq; post demutationem a Iebus in Hierusalem peccaueris, & sanguinẽ testamenti si cut quidam, & tu communem existimaueris, dicitur & de te: Quis parcet super Hierusalem? & quis contristabitur super te? Quis enim cõtristabitur, si talis fueris ut tradas Iesum? Vnusquisq; nostrũ quandoq; peccat: maximeq; cum peccat ingentia, in Iesum peccat. Si autem & recesserit a fide, hæc facit spiritaliter Christo, quæ corporaliter fecit Hierusalem. Quamobrem quanto plus arbitramini deteriora mereri supplicia eũ qui filium dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit in quo sanctificat, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Si cõculcasti Iesum filium dei, feciſti conuitiũ spiritui gratiæ, quis parcet super te? quis contristabit super te? quis reuertetur rogare ea quæ in pacem sunt tibi? Ipsum Iesum qui rogabat pariter, & præstabat ea quæ erãt in pacẽ, perdidit anima peccatrix, qs potest ultra rogare cõuersus ad ea quę sunt in pacẽ tibi? Scientes ergo quia impossibile est eos qui semel illuminati sunt, gustauerunt etiam donũ cœleste, & participes sunt facti spiritus sancti, gustauerunt nihilominus bonum dei uerbũ, uirtutesq; seculi uenturi, & prolapsi sunt, renouari rursus ad pœnitentiã, iterum crucifigentes in semetipsis filium dei, & habentes ostentui, omni labore nitamur ne & de nobis dicat: Quis parcet super te Hierusalẽ? aut quis contristabit super te? aut quis reuertetur rogare ea quæ in pacem sunt tibi? Ad reliquã autem interpretationẽ, quod sequitur conuenit: Tu auersata es me, dicit dominus, retro ambulabis. Quia auersata es filium dei, & per hoc etiam à deo patre receſſiſti, retro ambulabis. Quid autẽ necesse est manifesta replicare? Hierusalẽ quæ quondã in Iudæa erat, à qua figuraliter uniuersi Iudæi intelligũtur, quia auersata est Christũ, ideo retro ambulat. Fuit quippe tempus quãdo nõ ambulauerunt retro: nunc uerò ambulãt, & conuersi sunt corde in Ægyptũ, ut retro ambulent. Quid aũt sit retro ambulare, siue extendi in priora, considera. Iustus eorũ quę retro sunt obliuiscens, in priora extenditur. Peccator posteriorum meminit, priora nõ appetens. Qui autem posteriorũ meminit, prævaricatur in legem Iesu dicẽtis, ne conuertatur retrorsum tollere uestimentũ suum. Inobediens est dicto eius: Mementote uxoris
Luc. 9 Loth, cum contẽnit imperium Saluatoris dicẽtis: Nemo mittens manum super aratrũ, & respiciẽs retrorsum, aptus est regno dei. In lege quoq; scriptũ esse reperimus angelos
Gen. 19 ad Loth egredientẽ de Sodomis dixisse: Ne respexeris retro, & ne steteris in tota regione: in monte saluũ te fac, ne forte cõprehendaris. Habes & hunc intellectum dignũ spiritu dei: Ne, inquit, respexeris retro, id est in priora extende. Dimisisti Sodomã, ne reuertaris in Sodomã. Dimisisti uitia atq; peccata, ne regrediaris ad ea. Ne steteris in tota regione. Etiã si præcedẽs imperiũ custodieris de quo dicit: Ne respexeris retro, nõ tibi sufficit ad salutẽ, nisi & consequẽs obseruaueris: Ne steteris in tota regione. Non em̃ expedit incipienti proficere, ut stet in regionibus Sodomorũ. Et si Sodomã trãscendisti, & à saranæ regiõe discedẽs, incipis liber esse supplicijs, expedit ut saluẽris in mõte, ne respexeris retro, nec steteris in tota regione. In monte saluũ te fac, ne forte comprehẽdaris. Si uis à Sodomorũ ruina nõ comprehendi, ne conuertaris retro, ne steteris in regione eorum, ne ad alia pergas loca, sed cum inde discesseris, ascende in montem in quo solo salus, est nomen Iesu Christi, cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Homilia XI. Ab eo loco in quo scriptum est: Heu mihi ego mater, usq; ad locũ in quo ait: Si conuersus fueris, restituam te. Cap. XV

M EDICI corporum ægrotantibus assistẽtes, & iuxta disciplinam artis suę uolentes curare eos qui in infirmitatibus constituti sunt, uident tristia, iniocunda pertractant, & in alienis calamitatibus mœrore proprio conficiunt. Semper enim conuersatio eorũ in gemitu, semper in curis est, nunquam cum lætis consortium habent. Cum uulneratis, cum his quorum carnes incommodis uarijs debilitant, qui febribus æstuant, qui dolore torquent, iugi seruitio perseuerãt. Et si quis eorũ uult implere medicinam, non indignatur, non obliuiscit propositi artis suæ, positq; cũ his fuerit quos sermo præfatus est. Hæc idcirco in procœmio diximus, qa

& pro-

& prophetæ medici quodammodo sunt animarũ, & illuc semper ire iubent̃ ubi lãguentes sint. Non enim necesse habent sani medicũ, sed ij qui se male habent. Quod autem a delitiosis ægrotantibus medici patiunt̃, hoc sustinẽt prophetæ ac magistri ab his qui curari nolunt. Odio quippe habentur quasi prẽcipientes aduersum desideria languentiũ, quia prohibent delitijs & cibis uarijs uti eos, qui cum sint infirmi, nolũt escis infirmorũ uesci. Fugiũt ergo inobedientes atq; lãguẽtes medicos, & maledictis atq; iniurijs repellunt, eaq; prorsus ijs faciũt quæ faciat quis inimicis & hostibus suis. Abominant̃ em̃ eos quasi inimicos uenire, quasi id tantũmodo desiderãtes, quõ dolores & uictus parsimonia ex eorũ dispositione nascantur, quomodo acutissimo ferro corpora secent: & execrant̃ eos quasi auctores tantorũ cruciatuũ, & non sanitatis quæ ex doloribus redditur. Populus igit̃ ẽgrotabat uarijs lãguoribus, & misit illis medicos ꝓphetas deus. Vnus ex medicis & Hieremias fuit, corripiẽs peccatores, et cõuertere uolens à uitijs ad uirtutes. Illi uerò cũ deberẽt ea quę dicebant̃ audire, ecõtrario accusabãt prophetã apud iudices similes sui. Ex quo factũ est, ut semper in calũnijs & in tristitijs fuerit Hieremias, eorum peruersitati quantũ in se fuit curam gerens. Iuxta propriã aũt incredulitatẽ adhuc ægrotantibus istiusmodi aliquãdo loquitur. Et dixi: Nõ loquor, neq; nominabo nomẽ domini. Et factũ est ut ignis ardens in ossibus meis, & dissolutus sum undiq;, & ferre non possum. Aliquãdo aũt uidens se maledictis semper clamoribus & iniurijs infectari: Heu mihi, inquit, mea mater, ut quid me genuisti uirũ qui iudicer & discernar omni terrę? Et qa ægrotãtes bene consulentẽ & iuxta medicinæ disciplinã audire cõtempserunt: Nõ profui, inqt. Rursusq; quia illo spiritales pecunias cõmodante auditores accipere noluerũt, ut utilitatẽ cõsequerẽtur, & fructũ ex his quæ acceperãt redderent, ait: Neq; profuit mihi quisquã. Verũ hæc anticipans locutus sum priusquã exponerẽ. Nõ profui neq; profuit mihi quisquã. Duplex quippe scriptura est. Nã in multis exẽplaribus continet̃, non profui, neq; profuit mihi quisquã. In his uerò quæ exẽplaria ueriora sunt, & cũ Hebræis cõsonant, habet̃: Nõ debui, neq; debuit mihi quisquã. Oportet igitur & id quod in usu est atq; in ecclesiis legit̃, exponere, & hoc quod in Hebræis codicib, inuenit̃ intactũ nõ prætereire. Prædicauit Hieremias mandata diuina, nemo his quæ prædicabant̃ attendit. Quamobrẽ quasi medicus libẽs ac prõptus medicamina languẽtibus tribuit, & illis nõ secundũ artificiũ curantis, sed iuxta uoluntatẽ suam agentibus dicit: Nõ profui, neq; profuit mihi quisquã. Quodammodo enim beneficiũ cõsequitur ipse qui curat, si fructum sui laboris in ægrotãte cõspiciat, & per lætitiã mentis etiã ipse cõsequit̃ utilitatẽ, secundum illud quod dicit̃: Beatus qui loquitur in aures audientiũ. Hãc igit̃ utilitatẽ quã consequit̃ magister ab auditoribus suis si proficiãt audiẽdo, dum fructus ex salute eorũ consequitur quodãmodo: Hieremias uidens de Iudæis nõ habere se dicit: Nõ profuit mihi quisquã. Si em̃ debet auditorib. prodesse quod loquor, auditores uerò quę dicunt̃ abijciunt, & ego dico: Nõ profui, neq; profuit mihi quisquã: quia hanc utilitatẽ nõ sum consecutus, quam cõsequitur is qui beatus efficitur dum in aures loquitur audientiũ. Potest autẽ & aliter intelligi. Quicunq; discipulis præcipit, iste si ingenioſos & audiẽtis naturæ habeat auditores, quanto plus præcipit, tanto plus proficit, illis interrogãtibus, & de eo quod dicit sæpe quærẽtibus qui sit sensus in dicto, qui ordo, quę scripti uoluntas. Vnde ecõtrario ait: Nõ profui, neq; profuit mihi quisquã. Quia aũt & alia nobis expositio residua est, propter exẽplaria certiora, in quibus cõtinetur, nõ debui, neq; debuit mihi quisquam, & hunc locũ cõsideremus. Qui omnibus omnia restituit, cui uectigal uectigal, cui timorẽ timorẽ, cui tributũ tributũ, cui honorem honorẽ, & uniuersis omnia repræsentat, nulli debẽs aliquod officiũ, uerbi gratia, honorãs parẽtes ut parentes, fratres ut fratres, filios ut filios, episcopos ut episcopos, presbyteros ut presbyteros, diaconos ut diaconos, fideles ut fideles, catechuminos ut catechuminos: si omnib. omnia reddat, nulli debet officiũ. Si uerò reddere debet, & nõ reddit, nõ potest dicere nõ debui. Cum enim debuerit nõ exoluit. Quod aũt sequit̃: Nõ debuit mihi quisquã, sic intelligendum est. Ego quidẽ fœnerari uolui, & spiritales pecunias cõmodare, sed illi auertẽrũt aures suas ab ijs quæ dicebant̃, neq; uoluerunt præbere se dociles, ut mihi deberẽt quæ audiebant. Idcirco non debuit mihi quisquam. Si quis enim uoluerit sermones qui dicunt̃ audire, debitor fit eorum, & quasi debitor etiã usuras reddere exigitur. Ex quo magis ex- *Matt. 9* *Rom. 13*

pedit auditoribus accipere disciplinæ uerba cũ fœnore, & fieri debitores, q̃ non accipere, nec debere. Accusant̃ quippe tales dicente ꝓpheta: Nec debuit mihi quisquã. Quod ait: Heu mihi mea mater, quare me genuisti uirũ qui iudicer & discernar omni terrę, nõ sic existimo conuenire alijs prophetis ut Hieremiæ. Multi siquidẽ prophetarũ post aliquod spatium primo mali, & iam post peccata cõuersi prophetare cœperũt: Hieremias uerò à puero sumpsit uaticinationis exordiũ. Et huius rei possumus de scripturis accipere testimoniũ. Esaias non audiuit: Antequam te plasmarẽ in utero noui te, & antequam exires de uulua sanctificaui te, & prophetam in gentibus posui te: neq; ait, nescio loqui, quia iuuenis ego sum: sed uisione sibi reuelata, ait: Vę mihi misero quoniã compunctus sum, quia immunda labia habẽs in medio populi immunda labia habentis ego habito, & regem dominũ sabaoth uidi oculis meis, et missum est ad me unũ de Seraphim, & te-
Esa.6 tigit labia mea, & dixit: Ecce abstuli iniquitates tuas, & peccata tua purgaui. Pristina igitur peccata purgata sunt, & dignus effectus spiritu sancto Esaias prophetauit. De alijs quoq; similia si quæras, reperies. At non talis Hieremias, ab ipsis enim cunabulis spiritu sancto plenus prophetare orsus est. Propter quod ait (Secũdum cõmunem quippe sensum primum debemus exponere) Heu mihi mater quare me genuisti uirũ qui iudicer & discernar ab omni terra. Quidã autem hunc locũ interpretans, ait prophetam non ad matrem corporalem hæc locutũ fuisse, sed ad eam quæ generet prophetas: nec aliã esse matrem prophetarũ, nisi sapientiam dei, ad quam ait: Heu mihi mater mea: quasi dicat,
Eccles.4 cur me genuisti, ô sapientia? Filios uerò sapiẽtiæ & alibi legimus, scriptura dicente: Amittit sapientia filios suos. Heu mihi (inquit) mater mea sapientia: quasi dicat, cur me genuisti uirũ qui iudicer? Quis ego sum qui in hoc natus sum ut iudicer atq; discernar propter increpationes? propter correptionẽ? propter magisteriũ? dum corrigere ni tor habitantes super terram. Si Hieremias dicit cur me genuisti uirum qui iudicer, & discernar terræ, nõ possumus exponere quid sit omni terræ. Neq; enim ab omni terra dijudicatur Hieremias, nisi forte uiolenter scripturam trahẽtes dicamus positum esse omni terræ ꝓ omni Iudæa. Necdum quippe prophetia eius illo tempore in uniuersam terrã peruenerat. Nisi forte sicuti & in alijs multis locis ostẽdimus Hieremiã pro domino nostro Iesu Christo positũ, sic & in præsenti loco interpretemur. Annotauimus in principio huius libri dictũ, prophetam in gentibus posui te, regna eradicare & subuertere & disperdere & ædificare & plãtare. Porrò Hieremias ista nõ fecit, sed dominus meus Iesus qui eradicauit regna peccati, & ædificatione nequitiæ subuersa, fecit in animab. nostris iustitiã ueritatemq; regnare. Quomodo igit̃ magis illa conueniũt Christo quàm Hieremiæ, sic arbitror & alia plura & hæc quæ nũc dicunt̃ ad dominũ sunt referenda. Et primo quidẽ uidendũ est an possit id quod incongruum & blasphemũ uidetur esse si referat̃ ad dominum, id est Heu mihi mater, saluator noster dicere miserans alios. Ad quod probãdum exhibẽda sunt testimonia quæ manifeste nulli alij apta sint nisi saluatori, quõ uidẽs Hie-
Luc.19 rusalem fleuerit super eam, quia dixerit: Hierusalem Hierusalẽ quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui ad te missi sunt, quoties uolui congregare filios tuos, & reliqua. Nec-
Mich.7 nõ & illa quæ manifeste à saluatore dicunt̃: Heu mihi quoniã factus sum sicut qui colligit stipulã in messe, & sicut racemos in uindemia, cũ nõ supersit botrus ad manducandũ primitiua. Heu mihi anima, q̃a perijt reuertẽs à terra, & qui corrigat inter homines non est. Omnes in sanguine iudicant̃. Venit em̃ ut meteret fructus, & quasi stipula in segete reperta, propter plurimos peccatores, ait: Heu mihi quoniam factus sum sicut qui colligit stipulã in messe. Venit uindemiare botros uuæ in hominib⁹, & in messe scelerib. inuẽtis, dicit: Et sicut racemos in uindemia, cũ nõ supersit botrus uuæ ad mãducandũ primitiua. In alio quoq; loco similia his ad patrẽ loquit̃ dicẽs: Quę utilitas in sanguine meo dũ descẽdo in corruptionẽ? Quid tãtopere hominib. profui, q̃ nec in sanguine meo quẽ fudi pro eorũ salute, profecerũt? Quæ utilitas in sanguine meo dũ descẽdo de cœlis, dũ uenio in terram, dum contumelijs afficior, dum porto corpus humanum? Quid his omnibus dignũ inter homines perpetratum est? Quæ utilitas in sanguine meo dũ descendo in corruptionẽ? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit ueritatem tuam? Tale ergo est quod in Hieremia dicit̃: Heu mihi mater mea, quare me genuisti uirũ. Nõ iuxta quod deus saluator est dicit: Heu mihi mater, sed iuxta id qd' homo est, sicut et in

alio

alio propheta: Heu mihi inquit anima, quia reuertens periit à terra. Anima aũt hominis est quæ conturbat, & tristis est usq; ad mortem, non uerbũ quod erat à principio apud deum, quod nunquã mœret, nunquã turbatum est, nunquã dixit heu mihi. Neq; enim uerbum sustinet mortẽ, sed homo qui istos patitur affectus, ut sæpe exposuimus. Quare me genuisti uirum qui iudicer, & discernar omni terræ? Si cõsideres ubiq; martyres condemnatos, & de singulis ecclesiis exhibitos ad tribunal, uidebis quõ per singulos martyres Iesus condemnetur. Ipse enim est qui in perhibẽtibus diuinitati testimoniũ iudicatur: & hoc fideliter suscipiens, quia non te dixerit esse in carcere cũ fueris in carcere, nõ te esurire cũ esurieris, nõ te sitire, sed semetipsum. In carcere (inqt) fui & uenistis ad me: Esuriui & dedistis mihi mãducare: Sitiui & potastis me. Itaq; si condemnatur etiã Christianus, nõ tamẽ pro se, neq; pro sceleribus suis, sed pro hoc tantũ quod Christianus est, Christus est qui condemnat. Ex quo efficit, ut in omni terra condemnet Iesus, quotiescunq; is addicitur qui pro eo condẽnatur. Non solũ autem apud iudices seculi & tribunalium potestates Christus addicitur, sed etiam si calumniã Christianus ab aliquo patiatur, & prouocetur ad litem, tunc quoq; iustus dijudicatur iniuste. Quasi quẽ me genuisti uirum qui iudicer & discernar omni terrę. Possumus & aliter intelligere quõ Iesus cõdemnetur & dijudicetur in omni terra. Quis improborum non condemnat Christianã religionem? Quis gentilium saltem transitorie non excutit eam? Quis Iudæorũ non de Christianis loquitur? Quis de philosophis? Quis de imperitis? Vbiq; Christus condemnatur atq; discernit. Et ab alijs quidem condemnatur, ab alijs non condemnatur. Si aũt non condemnatur, excipietur, aperies ei ostium, & ingredietur ad te: credis in eum, uescetur tecum. Si uerò de religione audiens Christiana nõ ceperis eam, nihil aliud facies q; condemnabis Iesum ut mendacẽ, ut seductorem in errorẽ mũdum trahentem. Quasi quem me genuisti uirum qui iudicer & discernar omni terræ. Quicũq; penitus ei nõ credunt, condemnant illũ. Qui aũt credunt & adhuc ambigunt, dijudicant illũ. Duo igitur apud homines Christus perpetit. Ab incredulis cõdemnatur, ab ambigẽtibus discernitur. Si portas imaginẽ cœlestis deposita imagine terreni, non es terra condẽnas eũ, neq; in terra tua iudicatur atq; discernitur. Virtus mea defecit in his qui maledicũt mihi. Apostolus loquitur de saluatore nostro, quia crucifixus ex infirmitate sit. Cui prophetes similia testat dicẽs: Dñe quis credidit auditui nostro? & brachiũ tuũ cui reuelatũ est? Annũciabit corã eo sicut infans, sicut homo, sicut radix in terra sitienti. Non est species ei neq; gloria, uidimus eũ & non habebat speciẽ neq; formã, sed species eius inhonorata, & deficiens circa filios hominũ. Homo in plaga & dolore sciens ferre infirmitatẽ, quia auersa est facies eius, deprecatus est, nec cõputatus. Hic peccata nostra fert, & ꝓ nobis dolet, & nos existimauimus in doloribus eũ esse, & in plaga, & in uexatiõe. Ipse aũt uulneratus & infirmatus est propter iniquitates nostras. Doctrina pacis nostrę sup eũ. Liuore eius sanati sumus. Igit suscepit infirmitates peccatorũ nostrorũ, & portauit eas & uenit ad eos qui maledicebãt sibi, & uirtus defecit ab eis qui maledicebãt è cœlestib. descendentẽ. Simul enim & assumpsit serui formã uerbũ caro factũ, exinaniuit se, & iuxta apostolũ dicentẽ, euacuauit seipsum formã serui accipiẽs, nũc quoq; loquit: Virtus mea defecit in ijs qui maledicũt mihi. Videamus aũt ipso nobis sensum tribuẽte, si ex hoc sermone possimus & aliud quid manifestius ab eis quę dicta sunt dicere: Erat lux uera quę illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ. Lux uera filius est dei, quę illuminat omnem hominẽ uenientẽ in hũc mundũ. Quicũq; rationalis est, particeps uerę lucis efficit. Rationalis aũt est omnis homo. Cũ igit omnes homines rationales sint, in quibusdã uirtus rationis auget, in quibusdã minuitur. Si uideris animã uitijs plenã, et perturbationibus seruientẽ, uidebis quõ uirtus uerbi deficiat in ea. Si uideris sanctã & iustã, uidebis quod per singulos dies uirtus dei proficiat & crescat in ea: & hoc q̃d scribit de Iesu, aptabis ei. Neq; tantũmodo Iesus ꝓficiebat sapiẽtia & ætate et gratia apud deũ et homines, uerũ & in singulis profectũ sapientię & ætatis & gratię recipientib. proficit Iesus sapiẽtia, ętate & gratia apud deũ & homines. Sermo ergo filius dei qui erat deus uerbũ, q̃ habitabat in dicẽte: Heu mihi mater mea, & reliqua, iuxta naturã maiestatis suæ loquit: Virtus mea defecit in maledicẽtib. mihi. Si quis maledixerit uerbo, statim recipit uicẽ, & tormenta perpetit. Virtus quippe Iesu defecit in eo cũ ratio minuit. Si quis econtrario

Matt. 25

Esa. 53

Ioan. 1

rio benedixerit & receperit Iesum, uirtus eius diuersa q̄ est in maledicentibus ei passa perpetitur, ut enim in maledicentibus defecerat, sic in benedicētibus crescit. Fiat domine dirigentib. eis, si nō astiti tibi in tempore malorū eorū. Quid est hoc quod dicit, fiat dñe, qui potest ex ipso sermone consideret. His ipsis domine dirigentibus qui maledicebāt mihi, uirtusq̄ deficiebat in eis, fiat in eis, cū ad pœnitentiā cōuersi post maledicta quibus me persequebant ambulare cœperint rectam uiam. Fiat domine dirigentib. eis, si non astiti tibi. Reddit rationē quare ijs qui maledicebant sibi postulat directionē atq̄ uirtutē, dicens: Si non astiti tibi in tempore malorum eorū. Astitit patri propitiatio pro peccatis nostris, & deprecatus est eum in tēpore malorū nostrorū. Neq̄ em̄ astitit post tempus afflictiōis nostrę, sed cū adhuc peccatores essemus Iesus Christus ꝓ nobis mortuus est. Si non astiti tibi in tēpore malorū eorū, & in tempore tribulationis eorum exurgat inimicus. Ego astiti tibi pro eis. Quis aūt est inimicus noster nisi Zabulus, qui tribulabat nos, & iugo seruitutis premebat? Aduersum quē astitit patri Saluator, et de captiuitate nos liberās reddidit libertati. Hæc prophetice dñs dixerit. Potest aūt & prophe ta eadem dixisse pro populo, & in tempore malorū eorum. Super quē respondit deus, & loquitur ad populū, qui à Saluatore siue propheta fuerat accusatus, dicēs: Ferrū & opertoriū æreum uirtus tua dura, indomabilis, quæ molliri nō quærit, quę uix producat. Ferrū & opertoriū æreū uirtus tua, id est secans & diuidens, & bene cōposita disturbās, maledicta uirtus. Diuitias tuas & thesauros tuos in depredationē dabo gratis. Concedit deus, & dat eos cōmutationē, propter omnia peccata eorū. Vtrū ne hos q̄s sibi in terra thesaurizauerint? Vnusquisq̄ enim hominū thesaurizat sibi: si est peccator, in terra: si iustus, in cœlo, ut nos docuit euangeliū. Aut quod dicit istiusmodi est? Ecce unus thesaurus Hieremias, alius thesaurus est Esaias. Thesaurus erat & Moses & reliqui. Thesau
Matt.21 ros abstulit deus à populo: & per Christū qui dixit: Auferet̄ à uobis regnū dei, & dabit̄ gēti faciēti fructus eius, largitus est nobis. Dabo ergo ꝓpter peccata tua thesauros tuos in deprędationē. Dedit nobis thesauros illius populi dñs, quia primum illis credita sunt eloquia dei, & nobis deinceps attributa. Idē quod scriptū est: Auferet̄ à uobis regnum dei, & dabit̄ genti facienti fructus eius, asseruimus iā esse completū. Nō quod scriptura ab eis ablata sit: habēt quippe legē & prophetas, habent uolumina diuinarū literarū: sed quod nō intelligant ea. Atq̄ ita regnū dei ablatū est ab eis, dū scripturæ sensus aufertur. Cessauit apud eos legis & prophetarū interpretatio: legūt omnia, & non intelligūt. Expleta est illa post aduentū dñi prophetia: Dic populo huic, auditione audietis & nō intelligetis, & cernētes uidebitis & nō scietis: incrassatū est em̄ cor populi huius. Necnō
Esa.3 & illud quod ab Esaia dicit̄: Auferet dñs à Iudæa et ab Hierusalem ualidum & ualidā, gigantem & hominem bellatorem, & iudicem & prophetam, & arbitrū, architectum, & sapientem auditorē. Hæc omnia abstulit ab illis deus, & nobis qui ex gentibus sumus, si tamen accipere uoluerimus, tradidit. Et thesauros tuos in deprædationē dabo, cōmutationem propter omnia peccata tua in omnibus finibus tuis. Quod dicit tale est. Ista omnia peccata tua quę in uniuersos fines tuos prouenerūt, tibi reddita sunt. Nullus quippe finis illius est populi qui non peccatis eius repletus sit. Nec poterat nō omnis eius finis peccatis repleri, qui quantū in eo fuit interfecit iustitiā, si est Christus iustitia: interfecit sapiētiā, si est Christus sapiētia: interfecit ueritatē, si est Christus ueritas. Vnde ꝓpter crudeles cōtra filiū dei acclamationes hęc omnia perdiderunt. Surgens dñs meus Iesus Christus non apparuit ultra interfectoribus suis, sed tantū credentib. sibi ex mortuis uictor ostēsus est. Et dabo te in seruitutē inimicis tuis in terrā quā nesciebas Seruiuit populus Iudæorū inimicis suis, & dispersus est in terra quā ignorabat. Quoniā ignis accensus est in ira mea, super uos ardebit. Post ista quę exposuimus, & cōminationis uerba ad populū, ille qui superius orauerat cōplet orationē, & prioribus quæ sequunt̄ adiungit. Tu cognouisti dñe, memor esto mei, & uisita me, et innocentē me fac à persequentibus me nō in patiētia. Et prophetes potest hoc dicere, persecutionē passus ab his q̄s increpabat, qui ueritatē audire nolebāt, inimicus quippe eis factus est uera dicēs. Potest autē & saluator hæc dicere usq̄ ad crucē persecutionē passus à populo. Nō in patiētia. Quid est hoc quod ait: Nō in patiētia? Hoc est, in patiētia lōganimis fuisti semper huic populo delinquēti, sed per hoc etiā aduersum me erexit temeritatē suā, noli esse longanimis.

Et

Et re uera non fuit impatiens. Si enim consideras tempora passionis dominicę, & ruinę Hierusalē, quādo subuersa est, uidebis quō nō in patiētia abusus sit eis deus. A quintodecimo quippe anno Tiberij Cæsaris usq; ad subuersionē templi dei (quia oportuerat modicū aliquid interesse tēporis) in patientia dereliquit, propter eos qui per signa atq; portenta apostolorū crediturі erāt. Scito quomodo accepi propter te opprobriū à contemnentibus sermones tuos. Potest fieri ut ꝓphetes hoc dicat, contēptus à populo peccatore super his quę prædicabat. Ait quippe & alibi: Cōpleui dies meos irrisione. Opprobriū ergo patiē ab his qui sermōes dei audire cōtemnunt, & deprecaē ut dei habeat auxiliū, dicēs: Scito quō acceperim ꝓpter te opprobriū à contemnentib. sermones tuos. Consummaui eos. Prophetes potest hoc dicere, sed magis conuenit saluatori, cuius post passionē uenit consumptio Hierusalē, & interfectio populi Iudęorū. Post hęc quia multa passi sunt ꝓphetæ propter legationē uerbi & increpatiōes dei, quas ad populum proferebāt, oportet auditores paucis commoneri de uita eorū atq; promissis, & nostra uolūtate: ut iuxta possibilitatē uiriū si uolumus requiē cōsequi cū prophetis, etiā opera eorū facere nitamur. Qd aūt loquor istiusmodi est. Frequēter in oratione dicimus: Da omnipotēs, da nobis partem cū prophetis, da cū apostolis Christi tui, tribue ut inuenia mur ad uestigia unigeniti tui. Hæc loquētes nō sentimus quę petimus. Re em̄ hoc dicimus: Fac nos sic odio haberi, ut odio habiti sunt ꝓphetæ, & da nobis uerba talia super q̄ persecutionē patiamur. Da in istas incidere calamitates quas apostoli sustinuerūt. Dicere quippe, da mihi partē cū prophetis, nolentē id pati q̄d prophetę, omniū iniustissimū est. Dicere, da mihi partē cū apostolis, nolentē ex affectu Pauli uere loqui, in laboribus plurimū, in plagis abūdanter, in carcerib. supra modū in mortibus sæpe, & reliqua, omnium est iniquissimū. Si itaq; uolumus requiescere cū ꝓphetis, cōsideremus uitas prophetarum, quō ex eo ꝙ increpabāt & arguebāt delinquētes, iudicati cōdemnatiq; sint, lapidati, secti, in occisione gladij occubuerūt, circūeuntes in melotis & in caprinis pellibus, in egestate, in tribulatione & miseria, in solitudinibus errātes. Eo tēpore quo erant synagogæ plurimæ in Israel, nihilominus illi in desertis & mōtibus & speluncis et cauernis petrarū latitabāt. Quid ergo est? Si quis uult imitari uitas prophetarū, increpet arguatq; peccatores, statim odiū merebit̄, statim ei detrahet̄, statim patiet̄ insidias. Quod etiā nūc in ecclesiis sæpe uidemus accidere. Peccauerit quodlibet quispiā: is qui præsidet populo & regit ecclesiasticā disciplinā, ejicit eum de congregatione sanctorū illico. Ille circuit ciuitatē, lacerat eū qui quantū in se fuit ecclesiā uindicauit. Verū nos nō præbeamus his aurē qui propter excōmunicationē sui tā præpositos ꝙ omnē ecclesiæ conuentum uesano ore dilacerāt. Beati uerò apostoli omni admiratione digni innumerabilib. propter ueritatē iniurijs affecti loquebant̄: Propterea cōplaceo mihi in infirmitatibus, in cōtumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus & angustijs pro Christo. Hoc tantū laborare cōuenit, ut pro nulla alia re nisi pro Christo sustineamus contumeliā, & necessitatis causa sit Christus. Id optemus, ut maledicta perpessi, ꝓ ueritate nos maledici sciamus, qui eā defendimus, et scripturarū uoluntate omni cū fiducia eā prędicamus. Igitur quantū possumus ad uitā prophetarū & apostolorū cōuersationē imitandā nos extēdamus, molestias & pericula nō uitātes. Athleta em̄ si difficultatē certaminis fugerit, cū lætitia nō coronab̄, & laudis gloriā nō consequit̄. Et erit sermo tuus mihi in lætitiā. Nō ait est, sed erit. Siquidē in prędenti tēpore carceres, exilia, cōtumelias ac labores mihi tribuit: sed horū omniū finis erit lętitia. Et erit sermo tuus mihi in lętitiā & gaudiū cordis mei ꝙa inuocatū est nomen tuū sup̄ me dñe pater omnipotens. Etiam si Christus hoc dicit, non abhorret ab intellectu. Nomē quippe patris inuocatum est super eum. Non sedi in concilio ludentium. Si quādo uidebat prophetes non sollicitorū concilium sed ludentium, fugiebat illud. Vnde oportet nosse differentias conciliorum sollicitі atq; ludētis. Si hoc conciliū nostrū sollicitū est, si omnia cum ecclesiastica diligentia quærit, si sermo cū disciplina, si uita sollicita est, si negocia cum cautela, concilium est nō ludentiū, sed sollicitorum. Si autē dereliquerit studium religionis, & uacauerit lusibus mundi istius qui ueniunt à prauitate, sit conciliū ludentium. Ait itaq; prophetes: Non sedi in concilio ludentiū, sed timebā à facie manus tuæ. Cum duo mihi essent proposita, sedere in concilio ludentiū, & offendere maiestatem tuā, aut certe surgere de eo, & ea facere quę tibi placita

2 Cor. 11

2 Cor. 12

Hier. 15

cita erant, magis elegi surgere de cõgregatione ludentiũ, ut amicus tuus essem, q̃ cõtraria faciẽs, inter eos qui hostes sunt cõputari. Nõ sedi in cõcilio ludentiũ, sed timebã à facie manus tuæ. Et saluator noster nõ sedit in concilio ludentiũ, sed surrexisse se docens, ait: Dimittet uobis domus uestra deserta. Reliquit enim sermo dei diuinus conciliũ ludæorũ, & aliud sibi conciliũ ex gentibus cõgregauit. Solus sedebã: Et ipse tantũ sine expositione sermo ædificat audientes. Quãdo est multitudo peccantiũ nec sustinet secum iustum pie uiuere, tũc indigẽs est fugere congregationẽ eorum, & imitari prophetã loquentẽ: Solus sedebã, imitari Eliã miserabiliter conquerentẽ: Domine prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderũt, & ego relictus sum solus, & quærunt animã meã accipere illam. Si autẽ uoluerimus sacratius aliquid accipere in eo quod dicit, solus sedebã, forsitan inueniemus dignam interpretationẽ spiritu sancto. Quãdo uitam multitudinis imitamur, nec cõuersatio nostra à populo melior, nec cõtempto iudice deo ab hominũ malitijs separat, nõ possumus dicere solus sedebã. Sedemus quippe cũ plurimis. Quando aũt uita nostra fuerit istiusmodi, ut nullus nobis sensu, sermone, gestis coęquet, tunc possumus dicere solus sedebam. Licet ei qui non est presbyter, aut episcopus, aut diaconus, aut alia qualibet decoratus ecclesiæ dignitate, bene uiuenti dicere, solus sedebã, ꝙ amaritudine plenus sum. Si arcta & angusta est uia quę ducit ad uitã, expedit tibi ab omni dulcedine recedẽti, ut amaritudine in præsenti seculo cõpleariſ. An ignoras quoniã solẽnitas dei adiũctis amaritudinibus celebrat? Ait quippe sermo diuinus: Cũ habueritis diem festum, azyma super amaritudinẽ manducabitis. Simul aũt considerandũ puto quid uelit hęc iussio quę pręcepit agentẽ pascha dei, azyma cũ amaritudinib. manducare. Et de azymis quid est mea interpretatio, apostolus Paulus exposuit. De amaritudine uerò qd̃ sequit, necesse est ut aliquid apostolicę disputationi simile reddat. De azymis itaq; apostolus ita dicit: Festa celebremus nõ in fermẽto ueteri, neq; in fermẽto malitiæ & nequitiæ, sed in azymis synceritatis & ueritatis. De amaritudinib. necesse est ut talis ratio reddat, quę doceat sic eas celebrãdas, quomodo azyma comedant. Habeto synceritatẽ & ueritatẽ, & amaritudines te sequent, & mãducabis azyma cũ synceritate & ueritate. Quia Paulus istiusmodi azyma comedebat, sequebat eum amaritudo dicentem: Inimicus uobis factus sum uera dicẽs. Mãducabat amaritudines in dolore, in labore, in uigilijs frequẽter, in fame & siti, extra cętera quę pro totius mũdi salute pãdebat, & quę eum faciebãt prędem ueritatis azyma cũ amaritudinibus mãducare. Et lex quidẽ hæc dicit: Azyma cũ amaritudinibus comedite & implemini, sicuti & alio loco dicit de quibusdã: Mãducate & implete uos. Propheta uerò nõ ait, amaritudinẽ comedi, sed amaritudine replet⁹ sum. Hoc est in me tantũ seculi persecutionũ põdus incũbit, ut plenus amaritudine fierẽ. Quare qui me cõtristãt, confortant in me? Multa passus est Hieremias ab his qui ueritatẽ audire nolebãt, & erãt illo in hoc seculo fortiores, quoniã non regnũ dei de seculo isto, sed de alia quadã uiuẽtiũ regione. Et saluator ait: Si esset de hoc mũdo regnũ meũ, ministri mei laborarẽt ut nõ traderer ludęis. Cõfortant ergo aduersus eum in seculo isto. Et quod iustus debilior sit à persequẽtib. se, uide martyrũ passiones. Iudex in altis tribunalibus sedet ad ructũ & ad delicias prominẽs: Christianus in quo Christus habitat iudicat plenus amaritudine, & ad mortẽ usq; subiectus, cõfortatis inimicis suis aduersum se. Plaga mea firma est. Qui confortant in me, uulnera inferunt mihi, et plaga mea fitma est. Siue de cruce domini prædictũ, siue de iustis, siue specialiter de Hieremia uoluerisaccipere, nõ abhorrebit à sensu: Plaga mea firma est, unde sanabor? Et Saluator potest dicere, unde sanabor? resurrectionẽ suam post clauorũ annunciãs uulnera: & iustus qui post plagas recipit sanitatem. Facta est mihi (subaudit plaga) sicut aqua mẽdax non habẽs fidem. Siquidem plaga mea non manet, sed super me trãsit. Ideo hęc dicit dominus: Si conuersus fueris restituam te. Ad omnes hęc loquitur deus quos reuerti uult ad salutem. Videtur autem quiddam significare mysterij in eo quod ait, restituã te. Nemo quippe restitui potest, nisi in eum locũ unde ante discesserat: utputa si membrũ corporis mei fuerit à compage disiunctum, medicus illud in pristinum locum restituere conatur. Si aliquis separatus è patria in exiliũ mittitur, & postea per indulgentiam eorum qui possunt exules soluere redditi libertati, redit unde fuerat expulsus. Miles quoq; abiectus ex ordine suo, restituitur ordini si acceperit ueniam. Ita & nunc dicitur ad mortale

genus

Exod. 12

1 Cor. 5

Ioan. 19

genus(id est ad nos homines qui à deo fueramus auersi) Si cõuersi fueritis restituã uos. Finis quippe repromissionis restitutio est,ut in Actibus Apostolorum legimus,usq; ad tempora restitutionis omnium quæ locutus est deus per os sanctorum prophetarũ suorum in Christo Iesu,cui est gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

Homilia Duodecima. De eo quod scriptum est: Ecce ego mitto piscatores multos,dicit dominus. Cap. XVI

IN euangelio quod secundũ Matthæũ est, scribitur Saluator noster uenisse circa mare Galilææ,& ibi uidisse Simonem & Andream fratrem eius mittẽtes retia in mare. Erant quippe piscatores. Ibiq; additur: Videns autem eos Iesus,dixit eis: Venite post me, & faciam uos piscatores hominum. Et relinquẽtes retia *Matt.4* sua secuti sunt eum. Et fecit eos Saluator de piscatoribus piscium piscatores hominum. Alios quoque duos fratres inuenit dominus: Iacobum Zebedæi, & Ioannem fratrem eius in nauicula cum patre Zebedæo reficiẽtes retia sua. Quos cum similiter ad euangelij ministerium prouocasset, piscatores hominum reddidit. Si quis ergo iuxta hanc historiam consideret discipulos saluatoris, ut habeant non solum gratiam sermonis ita scripturarum ratione contextam ut retia,quæ possint super humanas animas gyro artificis superfundi,& consideret hoc ipsum cum summa ratione fieri: uidebit quomodo non tunc tantum saluator,sed & usq; ad præsentem diem mittat hominum piscatores, instituens eos animas liberare de mari,& ex acerbissimis fluctibus ad auram producere liberiorem. Verum illi pisces cum sagenis,retibus,atq; hamis extracti de aqua fuerint, moriuntur. Apud nos uerò cum aliquis fuerit sermonis rete comprehensus, & eductus de mari seculi,moritur quidem & ipse,sed peccato, sed mundo, ut consurgens Christo uiuat deo. Si ergo possis ad intelligendum sensum quem conamur exponere, animo inducere,pisces de mari extractos aliam rursus uitam assumere, & aliud corpus induere, tunc scies quo nobis profecerit exemplum. Nemo blasphemet,nemo male laceret,non uocetur crimen,quod ab alterius abductum est intelligentia. Et tu igitur cum de seculi istius fluctib. per discipulos domini fueris extractus,muta corporis uitia, muta sensum animæ:nõ sis ille piscis qui in salsis uersabaris undis, sed de profundo gurgite erutus ad *2 Cor.3* meliora conuertere,secundum illud apostolicum: Nos autem omnes reuelata facie gloriam domini contemplantes in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriã quasi ab domini spiritu. Et cum fueris ab apostolis ac discipulis Iesu marinis fluctib. liberatus,noli quærere profundum,sed in montibus sit conuersatio tua: ut iam non habeas opus piscatoribus,qui te rursus de fluctibus extrahant, sed alijs quibusdã quos uenatores scriptura nuncupat,qui te postea uenentur de mõte,de colle,de locis altioribus: ibi sit deambulatio tua,ibi mens,gressus & statio: obliuiscere maris, obliuiscere uallium ac profundorum: ueni ad mõtes prophetas,ueni ad colles iustos,in ipsis sit cõuersatio tua: ut cum dies mortis aduenerit,mittantur uenatores,alij quidam à piscatoribus,qui super assumptionem constituti sunt,& te cum cæteris sanctis de colle,de monte,de altiori loco accipiant. Vide autem si non sacrata uoce in eadem sententia propheta consentit dicẽs: Ecce ego mitto piscatores multos dicit dominus,& piscabunt eos. Et post hæc mittam uenatores multos,ut capiant eos supra omnẽ montem, & collem. Si uis & tu ab his uenatoribus capi,caue ne uerseris in uallibus,ne in alia humili regione cõsistas. Quære colles,quære mõtem,in quem uiso populo dominus ascẽdit, & secuti sunt eum discipuli,ex quo aperiens os suum docuit eos dicẽs: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum *Matt.5* est regnum cœlorum. Et reliquas septem beatitudines. Neq; uerò putes licere his uenatoribus aliunde homines nisi de montibus ac collibus quærere,& quod sequitur, de cauernis petrarũ. Vnde possum intelligere petras? unde cauernas petrarũ? Venio ad Exodum,quæro aliquam interpretationis occasionem,ibiq; inuenio uolentẽ Moysen uidere dominum,& dominum eidem promittentem,atq; dicentẽ. Ecce pono te in cauerna *Exod.33* petræ,& conspicies posteriora mea,faciem autem meam non uidebis. Si cõsideres quid ibi petra dicatur,& foramẽ petræ, intelligis & cæteras petras,& petrarũ foramina. Quę igitur est petra? Dominus Iesus Christus. Bibebant enim de spirituali sequente eos petra: *1 Cor.10* & super petrã statuit pedes meos,in trigesimonono Psalmo dicitur. Quod est foramen

petræ? Vide eum apud deum patrem uerbum deum, uidebis integrã petram: uide dispẽ
sationem assumpti corporis, uidebis foramen petræ, quod per posteriora dei iuxta possi
bilitatem imbecillitatis suę humanus intuetur aspectus. Hoc enim est quod ait: Videbis
posteriora mea. Inueni unam cauernam unius petræ, quæro alias petras, & alias cauer-
nas, uenio ad chorũ prophetarũ, atq; apostolorum, & dico quia omnes imitatores Chri
sti petræ sint, ut petra est ille qui docuit. Et sicut ille habet foramen per quod uidẽt po
steriora dei, eodem modo unusquisq; nostrum qui per sermones suos uiam pandit ad in
telligendum deum, facit & se foramen petræ. Si autem aliter uis intelligere petrã, & pe-
træ foramen, uide per Moysen legẽ: per Esaiam prophetã, per Hieremiam, alia eloquia
Exod.3 diuina. Sin uerò angelus fuerit, & loquatur in homine, iuxta illud propheticũ: Angelus
qui loquebatur in me, esto in angelo, & per foramen eius angelice uideto deum. Exem-
plum habeo necessarium, ut doceam quomodo possit aliquis in angelo consistens uide
re deum. Scriptum est in Exodo: Apparuit angelus domini in flãma rubi Moysi, & uide
bat Moyses quia ardebat rubus, & non comburebatur. Et nõ sicuti cœperat scriptura in
eo quod dixerat: Apparuit Angelus domini, sic & in reliquis subsecuta est, ut diceret, e-
go angelus domini, sed ait: Ego deus Abrahã. & deus Isaac, & deus Iacob. Erat ergo ibi
deus in angelo uisibili, & per foramen eius apparebant posteriora eius. Quia igitur nes
cis quo tempore mittantur uenatores, caue ne aliqñ de monte descendas, ne relinquas
colles, ne de cauernis petrarũ exeas. Si enim foris fueris inuentus, dicentur tibi ea quę ij
Luc.12 qui foris sunt merentur audire: Stulte hac nocte anima tua repẽte auferetur à te: quæ au-
tem parasti, cuius erunt? Dicentur autem tibi ista, si dixeris, destruam apothecas, & ma-
iores ædificabo, & dicam animæ meæ: Anima, habes bona reposita in annos multos, re-
quiesce, comede, bibe, lætare. Animaduertis de montibus & collibus descendentẽ, ani-
maduertis consistentẽ extra perræ foramen, quomodo etiam & ea putet bona esse quæ
nulla sunt dicens: Dicam animæ meæ, habes multa bona reposita? Frumentũ, & uberta
tem terrenorum fructuum esse arbitratus est bona, nesciens quia uera bona nõ nascunt
in maledicta terra, sed in cœlestibus regionibus: thesaurizauit sibi in terra, quia in terra
esse thesauros arbitratus est. Si quis autem sublata cruce sequitur dominũ Iesum, & the-
saurizat sibi in cœlo, non dicitur ei: Stulte hac nocte animam tuam repetent à te: sed ue-
nientes uenatores, & quærẽtes animalia de montibus, de collibus, de cauernis petrarũ,
etiã illum cum eis pariter accipient de uenatione sublimi, & ad sublimiora beatitudinis
regna portabũt. Quia oculi mei super omnes uias eorũ. Super omnes uias istiusmodi ho
minum qui in montibus conuersantur, in collibus ambulant, in cauernis habitant petra
rum, habet oculos deus. Non se absconderunt à facie mea. Qui sancti sunt, nõ se abscon
dunt à facie dei: qui autem iniusti, abscõduntur à facie eius. Adam post trãsgressionem
cœlestis mandati audiuit uocem domini dei deambulãtis in paradiso post meridiem, &
abscondit se. Sanctus hoc non facit, sed conscientia actuum suorum habet fiduciam ad
deum. Si enim conscientia nos nõ reprehenderit fiduciam habemus ad deum, & quod-
cunq; petierimus accipiemus. Verum Adam quãuis peccauerit, tamen non usq; ad per
fectam malitiam mens eius corruit, & ideo abscõsus est à facie dei. Cum autem peccauit
impijssimus fraticida, animaduertite quid fecerit: Egressus est à facie dei, & habitauit in
terra Naid. Si ad malorum comparationem uenias, melius est abscondi à facie dei quàm
fugere eum. In alio quippe conscientiæ uulnus inflictum tenebras & secreta perquirẽs,
leuare oculos non patitur ad cœlum. In alio autem desperatione nata contumacia negli
git dominum. Non se absconderunt à facie mea, neq; absconditæ sunt iniquitates eorũ
contra oculos meos. Iusti super quas iniustitias non se absconderunt à facie dei? Aliquã
do fuerunt in peccatis, quando erant in mari, sed à piscatoribus extracti sunt. Ne itaque
suspicentur quia non ex misericordia, sed ex proprio merito ad montes uenerint, cõmo
nẽs illos sermo diuinus, & in illis nos, & idcirco post prospera atq; felicia tristia inferẽs,
dicit: neq; absconditæ sunt iniquitates eorum contra oculos meos. Quæ sequuntur dif-
ficultatẽ nobis interpretationis obijciunt. Siue enim intelligamus ea cohærere superio-
ribus, nihilominus de retribuendis supplicijs pertimescimus: siue uidentur non hærere
cum superioribus, quæ de piscatoribus & uenatoribus diximus, & sic nõ modicum no-
bis scrupulum generant. Et retribuam illis primum duplices iniustitias eorum, & pecca

ta

ta ipsorum in quibus contaminauerunt terram meam, in morticinis abominationũ suarum, & iniquitatibus suis quibus impleuerunt hereditatem meam. Quod ait primũ, siue nõ intelligentes quidam quod scriptum est, abstulerũt, siue Septuaginta interpretes sicut & cætera secundum dispensationem suam auferre uoluerunt, dominus uiderit. Nam istum locum cum cæteris editionibus conferentes inuenimus positum. Et retribuã illis primum duplices iniustitias eorũ: ut ostẽdatur quia etsi ex posterioribus factis digni effecti sunt beatitudine dei, attamen quia aliquando peccauerũt, & humanis uitijs nõ carebãt, primũ oportet eos recipere sua delicta. Et uide si nõ uera sit ratio. quis peccata nõ recipit? Nempe ille qui post credulitatem & baptismum audierit dominũ dicentem, dimissa sunt tibi peccata, nec ultra peccauerit. Si autem post lauacrum & ueniam delictorum, rursus ad pristinas sordes fuerimus reuersi, & adhuc imperfecto sensu ab apostolorum uestigijs recedẽtes, aut iniusta gesserimus aliqua, aut certe in ipsa iustitia sint aliqua nata peccata, quid nobis fiat consideremus: utrúmne egrediẽtes de præsenti seculo si habuerimus uitia, uel uirtutes, recipiemus pro uirtutibus præmia, & dimittentur nobis ea quæ scientes peccauimus: an plectemur pro delictis, neq; recipiemus præmia pro uirtutibus. Sed neutrũ horum uerum est, quia & pro peccatis torquebimur, & pro iustitia recipiemus præmia quæ meremur. Si enim post fundamentum Iesu Christi non solum in tuo corde aurum, & argentum, & lapidem pretiosum (si tamẽ habes aliquid auri, uel argenti) superædificaueris, uerum & ligna, fœnum & stipulam, quid tibi uis fieri cum anima seiuncta fuerit à corpore? utrúmnam ingredi uis in sancta cũ lignis tuis, cum fœno & stipula, & polluas regnum dei? an propter lignum, fœnum, & stipulam foris residere, & pro auro, argẽto, & lapide pretioso nihil mercedis accipere? Sed neq; hoc æquum est. Quid igitur sequitur, nisi ut primũ propter ligna ignis tibi detur, qui consumat fœnum, lignum, uel stipulã? Deus quippe noster apud eos qui possunt intelligere diuina, ignis dicitur esse cõsumens. Et cum dicat propheta, Deus noster ignis consumens est, non apposuit quid consumat, tibi derelinquens de manifestioribus intellectum. Neq; enim id quod ad imaginem & similitudinem suam permanet, ignis iste consumit, non proprias creaturas, sed superædificata ligna, fœnũ, stipulam. Locus est difficilis, & ad interpretandum nimij sudoris egens, ut cum primis secũda consentiant. Repromissiones legimus, & post prospera repente tristia prædicãtur. Et retribuam (inquit) illis primum duplices iniustitias eorum. Necessario appositum est primum. Primũ quippe propter iniustitias tormenta perpetimur, deinde propter iustitiam coronamur. Neq; enim econtrario antetribuenda sunt iusta, & sic reddenda peccata, ut cessantibus bonis uitia æterna permanant: sed ante recipiemus mala, & deinde bona, ut sublatis uitijs uirtutes permaneãt in æternum. Obserua omnem thesaurum scripturarum, & inuenies semper deum ea primũ comminantem quæ tristia sunt, & ea deinceps inferentem quæ lætitiam præbeant audientibus. Occidit & uiuificat, percutit, & sanat, ipse dolorẽ facit, & rursum restituit. Percussit, & manus eius sanauerunt. 1 Reg. 2

Super his ergo qui iustus est intellectu pio considerãs quæ dicuntur ingemiscat, & dicat: Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur (inquit) sine macula, & operatur iustitiam, qui loquitur ueritatem in corde suo, qui non egit dolum in lingua sua, nec fecit proximo suo malum, & opprobrium non accepit aduersus proximos suos. Nos etiam non his opprobremus qui à peccatis ad pœnitentiam conuertuntur, scriptura dicẽte: Ne improperes uiro cõuertenti à peccatis. Opprobrium nõ accepit aduersus proximos suos, ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus, timentes autem dominũ magnificat. Omnes igitur quicunq; materiam illius ignis habemus in nobis, primũ recipiemus nostra delicta. Sed dicit mihi aliquis de audiẽtibus. Expone & id quod sequitur: Duplices iniustitias eorum. Esto quippe recipio mea peccata, ut cõpleatur id quod ab apostolo dictum est. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autẽ saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Cur uerò duplicia recipio peccata? Cui respondẽdum est, quia seruus qui scit uoluntatem domini sui, & non facit eam, plagis uapulabit multis: Dignum siquidem est eos qui gentes sunt simplicia recipere peccata, & nos duplicia, dicẽte apostolo: Voluntarie peccantibus nobis post cognitionem ueritatis, iam ultra non remanet pro peccato hostia. Horribilis aũt quædam expectatio iudicij, ignis zelus comedere habẽs Psal. 15 Ecc. 18 Heb. 10

aduersarios. Prophetatū est de his qui à piscatorib. & uenatoribus de profundo in montibus sunt abstracti, quomodo recipiant primum duplicia peccata sua. Post hæc de uocatione gentiū prophetatum est, non eorum qui necdum cognouerunt Christum, sed qui iam uocati sunt, ut sciant laudes referre pro gratia, & in ecclesia consistentes confiteātur & adorent nomen eius. Domine fortitudo mea, & adiutorium, & refugium meum in die malorum, ad te gentes uenient ab extremo terræ, & dicent, quoniam falsa possederunt patres nostri simulachra, nec est in illis utilitas. Quomodo ab extremo terræ uenerunt gētes ad dominum, & dixerūt, quoniā falsa possederūt patres nostri simulachra, nec est in illis utilitas? Quinam isti qui ueniūt ab extremis? Sunt alij primi terræ, sunt alij nouissimi. Qui sunt primi? Sapiētes, facūdi, nobiles, diuites, optimates. Qui sunt extremi? 1.Cor.1 Stulta mundi elegit deus ut confundat fortia, & ea quæ non erant, ut destruat quæ sunt. Venient gentes ab extremo terræ. Quasi dixerit: de his omnibus qui sunt nouissimi super terram, de fatuis, de ignobilibus, de abiectis. Et dicent, quoniam falsa possederūt patres nostri simulacra, nec est in illis utilitas. Non quia & uera sint idola, ad quorū distinctionem nunc falsa dicātur, sed idola quæ falsa sunt per naturam nulla est in eis utilitas. Si faciet sibi homo deos, & isti nō sunt dij. Nō solum de corporeis simulacris faciunt sibi homines deos, sed & de corde confingunt. Qui enim possunt simulare aliū creatorem extra uniuersitatis deum, alium spiritum sanctum, alium Christum, alia secula extra hæc quæ cernimus, ij omnes fecerunt sibi deos, & adorauerunt opera manuum suarum. Omnes philosophi qui uaria dogmata prodiderūt, omnes hęretici qui autores ad aliter credendum de deo miseris mortalibus extiterunt, fecerunt sibi idola, & animi uoluptatem putauerunt deum, & conuersi adorauerunt opus manuum suarum, putantes uera esse quæ finxerant. Omnes igitur tam de uisibili materia quàm de falsis dogmatibus fingentes sibi deos corripit nunc sermo diuinus dicens: Si faciet sibi homo deos, & isti nō sunt dij. Propterea manifestabo illis in tempore isto opus manuum mearum, ostendam illis uirtutem meam. In quo tempore, nisi in isto quo saluator noster assumpsit corpus humanum? Et scient quia ego sum dominus. Deinde alia sequitur prophetia, quā nescio quare apud septuaginta non inuenientes, in cæteris editionibus quæ cum Hebræo cōsentiunt sermone, reperimus: quæ plena est necessarijs rebus, & tam utilibus, ut possit si animus fuerit attentus, à uitijs reuocare lectorem. Sic autem sequitur: Peccatum Iuda conscriptum est in stilo ferreo, in ungue adamantino, sculptum super pectus cordis eorum. Quoniam difficile est aliquem se malum confiteri, ideo Iudæi qui exemplaria nonnulla falsarunt, etiam in hoc loco pro peccato Iuda peccatum eorum posuerunt. Sed si figuraliter consideres (ut sæpe ostendimus) Iudam Christum nuncupari, forsitan peccatum Iudæ peccatum nostrum est qui credimus in Christum de tribu Iuda, & ex eius secundum carnem stirpe nascentem. Si autē uolueris sacratius intelligere de proditore Iuda dictū: Peccatum Iudæ scriptum est in stilo ferreo, in ungue adamātino sculptum super pectus cordis eorum, repugnabit tibi quod sequitur eorum. Igitur (ut suprà diximus) super nos qui peccamus ista conueniunt, quorum peccata non forinsecus alicubi conscribuntur, sed in cordis conscientia stilo exarata ferreo, sculpta ungue adamātino. Quod autē peccata nostra scribantur in pectore, ex his quæ sequuntur intellige. Antequam peccatum faciam nulla in corde meo peccati imago uersatur: cum autem conscientia peccati imaginē sumpserit, habeo formam illius, & semper ante oculos cordis mei delicti pōpa depingitur. Et si quidem esset peccatum meum atramento conscriptum, forsitan delerem illud, nunc autem scriptum est in stilo ferreo, & in ungue adamantino sculptum est super pectus cordis mei, ut mecum ad tribunal ueniat, & compleatur illud quod à Christo Matt.10 prophetatum est: Nihil absconsum quod non manifestabitur, & nihil occultum quod non palam fiet. Nudabitur pectoris mei conscientia, & aperto corde uidebuntur literæ peccatorum, quæ in stilo ferreo, in ungue adamantino sculptæ sunt. Atque ita uniuersa spectātium multitudo leget in pectore meo signatas imagines peccatorum. Nihil enim absconsum quod non reuelabitur. Et inter se inuicem cogitationum accusantium siue 1.Cor.4 defendentium. Et nolite ante tempus iudicare donec ueniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestet consilia cordium. Cui manifestabit? utiq; non sibi, qui antequam fiant cuncta cognoscit: sed his qui cum illo uenturi sunt, & propter puritatem

ritatem mentis & corporis agnum sequentur, ostender delicta in corde peccatoris expressa, ut resurgant iusti in gloriam, peccatores uerò in opprobrium & confusionum æternam. A quibus liberet nos deus resurgentes cum Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia Decimatertia. De eo quod scriptum est: Quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienæ? usq; ad eum locum in quo ait: Maculata es in conspectu meo in iniquitatibus tuis, dicit dominus. Cap. II

D EVS mortem non fecit, neq; delectatur in perditione uiuentium. Creauit enim ut essent omnia, & salutares generationes mundi, nec est in eis uenenum mortis, neq; inferni regnum super terram. Deinde paululum ultra procedens reperio unde sit mors. Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Omnia igitur bona in nobis & propter nos condidit deus, sed nosmetipsi malitiam atq; peccata, propria nobis attraximus uoluntate. Vnde & in præsenti lectione per prophetam nunc queritur deus, & quodammodo dubius inquirit, quomodo in quibusdam amara sit anima, quam dulcem ipse condiderat. & ait: Quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienę? Quod dicit tale est. Ego feci pedes quibus ingrederetur mortale genus, qua causa factum est ut claudicent plurimi? Ego feci omnia membra ualida, atq; integra, quomodo uideo in multis debilia, atq; inutilia? Itaq; non solum primi hominis anima, sed & uniuersorum ad imaginem & similitudinem dei facta est, & antiquior est hæc imago quæ dei est, imagine zabuli quam postea nobis induimus ob peccatum. Vnde debemus magnopere laborare, ut quomodo delinquẽtes portauimus imaginem terrestris, ita ad pœnitentiam conuersi portemus imaginem cœlestis, ad quam & uniuersa primum condita creatura est, ob cuius in malum conuersionem nunc peccantes sermo corripiens ait: Quomodo conuersa es in amaritudinem uitis alienæ? Ego autem plantaui eam fructiferam, uniuersam ueram. Et ante diximus, & nunc eadem plenius ut intelligatis repetimus, quia deus bonam plantauit hominis animam, sed ipsa uitio suo aduersus conditoris deprauata sit uoluntatem. Ego autem plantaui re uitem fructiferam, uniuersam ueram. Non ex parte ueram, & mendacem ex parte plantaui, sed uniuersam ueram. Quomodo cõtra plantationem meam conuersa es in amaritudinem, & facta es uitis alienæ? Post hęc sequitur. Si abluta fueris nitro, & multiplicaueris tibi herbam poam, maculata es in conspectu meo in iniquitatibus tuis, dicit dominus. Ergo ne hoc arbitrãdum est, quia anima peccatrix nitro conata sit purgare maculas suas, & assumens poam, quæ oritur ex terra, immunditiam delictorum à se mundare contenderit? Vnde nũc ad eam loquitur sermo diuinus: Si abluta fueris nitro, & multiplicaueris tibi poam, macula ita es in conspectu meo in iniquitatibus tuis, dicit dominus. An id quidem uerius existimandum est, quia ut sacra uolumina omni uirtute sunt plena, ita & dei sermo omni uirtute sit plenus, & habeat istiusmodi fortitudinem, quæ possit purgare uitia, & sordibus defricatis ad colorem pristinum reuocare? Viuus est quippe sermo dei, & efficax, & acutus super omnem gladium utrinq; acutum, & reliqua. Ex quibus diximus pro passionibus animæ remedia habere sermonem, esse in eo nitrum, esse poam, quibus sordes abluantur. Neq; uerò omne peccatum nitro sermonis & poa potest emundari, sed sunt aliqua delicta quæ non indigeant facili curatione, nec ad nitrum & poam tantũ abluta discedant. Sic nunc dicit: Si ablueris te nitro, & multiplicaueris tibi poam, maculata es in conspectu meo in iniquitatibus tuis, dicit dominus. Et quomodo sunt quædam uulnera quæ malagmatibus, & oleo, & alligaturis reddũtur pristinę sanitati: alia uerò sunt istiusmodi, de quibus dicatur, non est malagma imponere, neq; oleũ, nec alligaturas, sed terra uestra deserta, ciuitates uestræ igne exustæ: sic sunt quædam peccata quæ animam sordidant, & indigent homine qui habeat poam, nitriq; sermonem: alia uerò talia sunt ut non possint supradicti sermonis uirtute curari. Neq; enim sordibus comparantur. Idcirco sciens differẽtias peccatorum, per Esaiam dominus dicit: Lauabit dominus sordes filiorum & filiarum Sion in sanguine. Emundabit de medio eorum spiritu iudicij, & spiritu combustionis sordes & sanguinem. Sordes spiritu iudicij, sanguinem spiritu com-

Sap. 1

Hier. 2

Heb. 4

Esa. 4

bustionis. Si peccasti, & peccatorum sorde pollutus es, lauabit dominus sordes filiorũ, & filiarum Sion, & sanguinem emundabit de medio eorum. Si autem mortale peccatum est, non possumus nitro poaq; mundari, sed spiritu iudicij, spiritu combustionis & pœnæ. Forsitan & Iesus baptizat spiritu sancto, & igne: non quia eundem in spiritu sancto, atque igne baptizet: sed quo sanctus baptizetur spiritu sancto, & is qui post fidem & magisterium dei rursum ad scelera conuersus est, cruciatu purgetur incendij. Beatus qui lauacrum accepit spiritus sancti, & ignis lauacro non indiget. Miserabilis autem, & omni fletu dignus, qui post lauacrum spiritus, baptizandus est igni. Vtrunque siquidem habet baptisma Iesu. Exijt nanque uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendit. Virga peccatoribus, flos iustis. Sic deus & ignis consumens, & lumen in scripturis dicitur. ignis peccatoribus, lumen sanctis. & beatus qui habet partem in resurrectione prima. Si quis seruauerit lauacrum spiritus sancti, iste in resurrectionis primæ parte communicat. Si quis uerò in secunda resurrectione seruatur, iste peccator est, qui ignis indiget baptismo, qui combustione purgatur, ut quicquid habuerit lignorum, fœni, & stipulæ, ignis consumat. Quamobrem cum talia post mortem nobis residere uideamus, scripturas diligenter simul recitantes reponamus eas in cordibus nostris, & iuxta earum uiuere præcepta nitamur, ut ante excessionis diem si fieri potest peccatorum sordibus emundati cum sanctis ualeamus assumi, in Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Esa. 11
Deut. 4
Ioan. 8

Homilia Decimaquarta. De eo quod scriptum est: Et dixit dominus ad me diebus regis Iosiæ. usq; ad eum locum in quo ait: Iustificauit animam suam Israel à peccatrice Iuda. Cap. III.

PSVM primum lectionis sermonem, qui perobscurus est, debemus excutere, & postea si dominus dederit uiam intelligendi ad altiorem sensum uenire. in Regnorum libris fertur historia, quæ docet post Salomonis interitum temporibus Roboam duodecim tribus fuisse diuisas: id est in decẽ tribus regnasse Hieroboam, & uocatas eas esse Israel: duabus uerò præfuisse Roboam, & uocatas eas esse Iudam. Quæ discretio populi iuxta fidem libri, usq; ad præsentem diem permanet. Neque enim in aliquibus uoluminibus inuenitur ubi Israel & Iuda sub uno rursus imperio redigantur. Primus itaq; peccauit Israel sub Hieroboam, & cæteris successoribus eius, & tanta peccauit, ut à deo traderetur captiuitati, & seruiret apud Assyrios usq; ad præsentem diem. Et Iuda peccauit, traditusq; est Babylonijs non usque ad hodiernam diem, sed (ut scriptura testatur) septuaginta annis, de quibus Hieremias prophetauit, & Daniel. Si intellexisti historiam quæ in Regnorum libris scripta est, considera uerba prophetæ, & uidebis eundem exprimi sensum. Accusatur Israel, & dicitur: Audiens congregatio Iuda quod ob peccata sua Israel traditus sit captiuitati, non egit pœnitentiam, nec conuersa est ad me: sed intantum peccata peccatis cumulauit, ut ad comparationem uitiorum eius iustior inueniatur Israel. Deinde propheta prædicare iubetur ad Israel, ut quia Iuda peior illo factus sit, conuertatur ad dominum, & Israel, & Iuda sub uno imperio futuros esse, & ad pristinam redituros concordiam. Quod ut planius fiat, ipsius scripturæ uerba ponenda sunt. Et dixit dominus ad me in diebus regis Iosiæ: Vidisti quid fecit mihi habitatio domus Israel? Non dixit Iuda, sed prius Israel. Abijt subtus omnem montem excelsum, & subtus omne lignũ nemorosum, & fornicata est illic, & dixi postquam fornicata est hæc omnia: Conuertere ad me, & non est conuersa. Et audiuit præuaricationem eius, id est populi Israel, præuaricatrix Iuda. Et uiderunt, id est ij qui erant de Iuda, quoniam de omnibus cõprehensa est in quibus mœchabatur habitatio Israel. Dimisi eam, & dedi ei libellum repudij. Dimisi enim populum Israel, & eieci eos in Assyrios: Et dedi ei libellum repudij in manu eius, & non timuit præuaricatrix Iuda. Post tanta quæ passa est Israel dimissa à deo accipiens libellum repudij in manus suas, debuerat à uitijs Iuda conuerti, & per aliena peccata correpta sibi similia præcauere: quæ non solum peccare non desiit, sed pristina scelera duplicauit, intantum ut ad comparationẽ eius congregatio Israel, quæ prius fuerat ipsa damnata, sit iustior. Et dedi ei libellum repudij in manus eius, & non timuit præuaricatrix Iuda soror eius, sed abijt, & fornicata

3 Reg. 12

Dan. 9

est

est & ipsa, & facta est fornicatio eius in nihilũ, & mœchabatur in lignum & lapidem: & in his omnibus non est conuersa ad me præuaricatrix Iuda, ex toto corde suo, sed in mendacium: nec timuit ex his quæ fecerat Israel, ut toto corde conuerteretur ad me, & deposito mendacio (in quo perseuerabat) uere ageret pœnitentiam. Et dixit dominus ad me: Iustificauit animam suam Israel à præuaricatrice Iuda. Peccata Israel cum Iudæ uitijs comparata iustificãt quodammodo animam eius. Vade & lege sermones istos ad aquilonẽ. Si intellexisti historiã, uideamus quid in his sermo mysticus significet. Vocatio gentiũ, expectatio Israel, habuit exordium ut testantur apostoli, post annunciationem quam Iudæorum prædicauerãt synagogis: Ad uos (dicẽtes) erat missus sermo: sed quia indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce cõuertimur ad gentes. Paulus quoq; sacra uoce loquit̃: Illorum peccato salus gentibus facta est̃ ad zelandum eos. Igitur multa peccata illius populi fecerunt eum à domino derelinqui, & nos ad spem salutis uenire, qui alieni eramus testamentorum & repromissionis. Vnde etenim mihi nescio ubi extra sanctam terrã nato, nunc de repromissionibus disputare, & credere in deum patriarcharum Abraham, Isaac & Iacob, & in Iesum Christum qui omnium prophetarum uocibus prædicatus est? Si intellexisti duos populos, Israel & gentium, intellige trãsmigrationem Israel de populo Iudæorum, & de eo scriptum esse: Dimisi eam, & dedi ei libellum repudij. Dimisit enim uere deus populum Israel, & dedit libellum repudij, ut sequens firmat exemplum. Iubet lex Moysi mulieri displicenti uiro suo dari libellũ repudij, & dimitti eam, & tunc uiro licere ut alteram ducat. Iuxta hunc sensum intellige accipientes Iudæos libellum repudij, & omnino derelictos à domino. Vbi enim iam apud eos prophetæ? Vbi signa uirtutũ? Vbi manifestatio dei? Non templum, non uictimæ, non alius quilibet cultus uoluminibus legis expressus. Electi sunt de regionibus suis, atq; ita dedit dominus libellum repudij Israel. Post eos nos qui in scripturis Iudæi uocamur, Iudæi autem propter tribum Iuda, ex cuius Saluator stirpe descendit, conuersi sumus ad dominum: & nouissima nostra, quæ utinam saltem in hoc tempore non complerentur, similia futura sunt peccatis Iuda, imò peiora. Et ut credas in consummatione seculi deteriora nobis euentura quàm euenerunt Iudæis, audi Saluatorem in euangelio prædicantem: Cum multiplicatæ fuerint iniquitates, refrigescet charitas multorum. Qui autem perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Et in alio loco: Fient signa & prodigia in cœlo & in terra, ad decipiendos (si fieri posset) etiam electos. Tantaq; incredulitas in uniuerso humano genere futura est, ut Saluator noster, qui omnia quæ sunt uentura cognouerat, loqueretur: Putas ueniens filius hominis inueniet fidem super terram? Vere quippe, si iudicemus fidem & ueritatem, nõ multitudinem, & respiciamus uolũtatem hominum, non congregationem, uidemus in tanto numero ecclesiarum fidelem difficile reperiri. Tunc erant uere fideles quando martyrum uictimæ feriebant̃, quando cruentas exequias prosecuti tristes ad ecclesiam reuertebantur, & omnis erat multitudo lugentiũ, quãdo catechumeni in prima statim fide pro ferendo martyrio ducebant̃, quãdo mulierculæ & infirmus sexus usq; ad mortem manebat intrepidus. Tunc uere signa de cœlo, tunc fiebant portenta de terra. Tunc erant pauci quidẽ, sed uere fideles, angustã & arctam ingredientes uiam quę ducit ad uitam. Nunc uerò quando facti sumus plures, quia difficile est plures esse bonos, neq; enim mentitur Iesus dicens: Multi uocati, pauci aũt electi, ex tantis Christianã fidem pollicentibus pauci sanè reperiunt̃ qui habeãt fidem & ueritatem, & beatitudine digni sint. Sic itaq; dicit: Primum propter peccata dimisi Israel, & reliqui eum in cõmigrationẽ: Iuda autem audiens ea quæ acciderant Israel, noluit ad me conuerti. De nostris loquit̃ peccatis, qui legentes ea quæ passus est populus Iudæorũ, non timemus, neq; dicimus: Si naturalibus ramis nõ pepercit, quãto magis nec nobis parcet deus? Si illos gloriantes esse se oliuam bonam, & de radice patriacharũ Abraham Isaac & Iacob, Christus clementissimus deus pro suo merito eradicauit, quãto magis neq; nobis parcet, si similia fecerimus? Vide benignitatem & seueritatem dei. Neq; enim benignus tantum est & non seuerus, neq; seuerus tantũ & non etiam benignus. Si benignus esset tantummodo, bonitatẽ eius contemneremus. Si seuerus tãtum, desperatio nos salutis propter peccata quæ fecimus, præcipitaret in uitia. Nunc uerò quasi dans necessaria, quippe habemus omnes bonitatem eius ob pœnitentiam, & seueritatem ob delicta, & benignus est & seuerus, & lo-

quitur ad nos per Prophetã dicens: Vidisti quid fecit mihi habitatio domus Israel (Israel in præsenti pro Iudæorum populo accipe) Abijt super omnem montem excelsum, &
Luc.18 subijt usq; ad omne lignum nemorosum. Si consideres pharisæũ ascendentem templum cum superbia, & non percutientem pectus suum, neq; mala propria sentientem, quomodo dicat, gratias tibi ago, quia nõ sum ut cęteri homines raptores, iniusti, adulteri, & sicut iste publicanus: ieiuno bis in sabbato, decimas do de substantia mea. Vides quomodo ascendit super omnem montem excelsum, & inflammatus arrogantia ista præsumat. Sunt autem alij qui ascendunt super colles, & fiunt subtus omne lignum non fructiferũ, sed nemorosum: siquidem alterius naturæ est lignum quod ubertate fertile est, alterius quod tãtum abundat fronde foliorũ. In nemoribus & lucis nemo plantat ficum, nemo uineã, nemo arbores fertiles, sed oblectationi usus tantum ligna frondentia. Tales sunt hæretici, qui orationem suam uerborũ decore componunt, non ut conuertant audientes à uitijs, sed ut delectent. Igitur qui istiusmodi seductione persuasus est, abijt subtus omne lignũ. Simulq; attende quare non dixerit omne lignum, & tacuerit, neq; rursum addiderit omne lignum fructiferũ, sed significanter adiecerit, subtus omne lignũ frondosum, Quamobrem si intelligas cur præcipiatur in lege: Non plantabis omne lignum iuxta altare domini dei tui, nec facias nemus nominatum: quippe interdicitur ne lucus plantetur in templo: si obseruaueris quare dictum sit: Fornicata est illic, & dixi postquã fornicata est hæc omnia, ad me conuertere, & non est conuersa, & uidit præuaricationem eius præuaricatrix Iuda: de nobis dici intellige qui derelinquentes pactum quod cum deo fecimus, nõ seruamus: neq; respicimus priorem populum & testamentum, & repromissiones, & no-
Ioan.8 bilitatem generis per peccatum simile perdidisse. Si essetis filij Abrahã, opera patris ue-
Matt.3 stri faceretis, dicit eis dominus. Et in alio loco Ioãnes Baptista: Ne incipiatis, inquit, dicere in uobis, quia patrem habemus Abraham. Dico enim uobis quia potens est dominus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Lapides esse nos significans, quia ad similitudinem lapidum obdurantes corda nostra renuimus ueritatem. Et uere omnipotens deus suscitabit filios Abrahæ de lapidibus, si permaneamus in adoptione eius, & spiritum per quem adoptati sumus, custodiamus in nobis. Vidit ergo præuaricationẽ Israel præuaricatrix Iuda, quæ non seruauit pactum quod cum deo fecerat. Et uidit quoniam de omnibus in quibus mœchabatur, comprehẽsa est illa generatio. Omnia quippe quæ passus est Israel, nos qui sumus Iuda legentes in sacris uoluminibus, inuenimus quoniam de omnibus mœchabatur habitatio Israel. Dimisit eam deus, & dedit ei libellum repudij. Et cum debemus ex his quæ illi passi sunt, nos ad meliora cõuerti, & inspicere quod illi propter peccata ducti sunt captiui, & interfecti ab inimicis, & ciuitates eorũ igni exustæ sint: cũ itaq; ut diximus, hæc nobiscũ deberemus reputare, quia si deus naturalibus ramis nõ pepercit, quanto magis nec nobis parcet: si illos qui de patriarcharum genere descẽdebãt, sic propter peccata dimisit, quid nos necesse sit uocatos ex gentibus pati: nihil horum reputamus: & ideo nos uocatos, ut illi incitentur ad zelum, uidentes seruos aliquãdo liberos, ignobiles aliquando nunc dei filios. Si autem illi tanta passi sunt, quãto magis nos si peccauerimus, peiora patiemur? In quib. mœchabaẽ habitatio domus Israel. Dimisi eã, & dedi ei libellum repudij in manus eius, & non timuit præuaricatrix Iuda hęc quæ fecit habitatio Israel, quia dimisi eam, & dedi ei libellum repudij. Nec timuit præuaricatrix Iuda, ut ne ipsa propter peccata sua similia sustineret. Si quis nuper emptus domum emptoris & domini fuerit ingressus, scisciatur ab aliquo cõseruo, si quis de prioribus seruis offenderit dominum quid promeruerit: & si uoluerit in domo domini perseuerare, cauet ea facere quæ eos fecisse audiuit, qui uerberibus & tormẽtis & relegatione digni extiterunt. Deinde diligentissime inquirens quid fecerunt illi qui libertatem à domino meruerunt, omni labore nititur ut ea faciat quæ eos fecisse cognouit. Et nos itaque qui non eramus serui domini, sed idolorum & dæmonum, & postea ex gentibus congregati credidimus in Christum, legamus scripturas, uideamus quis iustificatus sit, quis offenderit deum, & cum omni obseruatione nitamur ea facere quæ iustos legimus fecisse, & caueamus in hæc incidere in quæ inciderunt hi qui traditi sunt captiuitati, & electi de hæreditate dei. Et non timuit præuaricatrix Iuda, sed abijt, & fornicata est & ipsa. Post fornicationem in qua primus corruit Israel, fornicata est etiã Iuda. Et facta est fornicatio eius

in nihi-

in nihilum,& mœchabatur in ligno & lapide. Quando peccamus duro cõtra deum corde, nihil aliud facimus, nisi cum lapide fornicamur. Quãdo in uoluptate peccamus, mœchamur subtus omne lignum nemorosum. Et in his omnibus nõ est conuersa ad me præuaricatrix Iuda ex toto corde suo, sed in mendacio. Et nos conuersi sumus ad dominum, sed quia non ex toto corde conuersi, dicitur: Non est conuersa ad me præuaricatrix Iuda ex toto corde suo. Neq; uerò ait, non est conuersa ad me præuaricatrix Iuda, & tacuit, sed non est, inquit, conuersa ad me præuaricatrix Iuda ex toto corde suo, uerum in mendacio: ut ostenderet eos qui conuertuntur, si non ex toto corde cõuertuntur, in mendacio, non in ueritate conuerti. Quapropter legamus ueteris Testamenti historias & prophetas, & si quos iustificatos inuenerimus, imitemur ea per quæ illi iustificati sunt. Legamus euangelia, & omne nouum Testamentum. Legamus apostoli Pauli epistolas uniuersas, & scribamus in cordibus nostris, uiuentes iuxta præcepta cœlestia, ut non tradatur & nobis libellus repudij: sed cohæredes efficiamur cum Christo Iesu: & uidebimus quod plenitudine gentium ecclesiã dei introeunte in nouissimis saluetur Israel, secundũ illud eloquiũ, Cum autem plenitudo gentium introierit, tunc omnis Israel saluus erit, & fiet unus grex, & unus pastor, docens in cõmune populum suum magnificare omnipotentem dominum cum Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen. *Rom.11* *Ioan.10*

PROLOGVS HIERONYMI IN EZECHIELEM.

MAGNVM est quidem amice, quod postulas, ut Origenem faciam Latinum, & hominem iuxta Didymi uidentis sententiã, alterum post Apostolum ecclesiarum magistrum etiam Romanis auribus donem: sed oculorum, ut ipse nosti, dolore cruciatus, quem nimia impatiens lectione contraxi, & notariorum penuria, quia tenuitas hoc quoq; subsidium abstulit: quod recte cupis, tam ardenter ut cupis, implere non ualeo. Itaq; post xiij Homilias in Hieremiam, quas iam pridem confuso ordine interpretatus sum, & has quatuordecim in Ezechielem per interualla dictaui, id magnopere curans, ut idioma supradicti uiri à simplicitate sermonis, quæ sola ecclesiis prodest, etiam translatio conseruaret, omni rhetoricæ artis splendore contempto: res quippe uolumus non uerba laudare: & illud breuiter admonens, ut scias Origenis opuscula in omnem scripturam esse triplicia. Primum eius opus excepta, quæ Græce σχόλια nuncupantur, in quibus ea quæ sibi uidebãtur obscura, atq; habere aliquid difficultatis, summatim breuiterq; perstrinxit. Secundum homiliaticum genus, de quo & præsens interpretatio eius est. Tertium quod ipse inscripsit τόμους nos uolumina possumus nuncupare, in quo opere tota ingenij sui uela spirantibus uentis dedit, & recedẽs à terra in medium pelagus aufugit. Scio te cupere, ut omne genus trãsferam dictionis: præmisi causam cur facere non possim. Hoc tamen spondeo, quia si orante te Iesus reddiderit sanitarem, non dicam cũcta, quia hoc dixisse temerarium est, sed permulta sum translaturus, ea lege qua tibi sæpe constitui, ut ego uocem præbeam, tu notarium.

ORIGENIS IN EZECHIELEM

DE PRIMA VISIONE EIVSDEM,

Homilia I Cap. I.

NON omnis qui captiuus est, propter peccata sustinet captiuitatem. Nam cum omnis multitudo Iudæorum causa peccati derelicta fuerit à deo, & captiuitatem sustinens comprehensa sit à Nabuchodonosor, atque eiecta de terra sancta in Babyloniam usque perducta sit: pauci tamen iusti qui erant in populo, non ob culpam suam sustinuerunt captiuitatem, sed ob id ne peccatores qui fuerant iugo captiuitatis oppressi, omnino subsidium non haberent. Fingamus quippe peccatoribus in Babyloniam abductis, iustos in antiquis finibus resedisse: fiebat ut nunquam peccatores remedium consequerentur. Dispositit igitur clemens & benignus, & hominũ amator deus inter supplicia quibus peccatores punit, etiam uisitatiõis suæ miscere pietatẽ, nec immoderata pœna miseros premere. Semper talis est deus noster

noſter, excruciat nocentes, ſed quaſi pius pater tormentis clementiam ſociat. Si autē uis agnoſcere uera eſſe quæ dicimus, uide quid acciderit in Ægypto à fame. Si uoluiſſet interficere tantū Ægyptios, & punire cruciatos in ſeptennali fame, feciſſet utiq; quod uoluerat: & neq; Ioſeph in Ægyptū deſcendiſſet, nec Pharao uidiſſet ſomnium de his quæ Ægypto fuerant euentura, nec regi fuiſſet oſtenſum à principe uinariorū, eſſe quendam qui poſſit regi ſomnium interpretari. Nunc uerò, ut cernis, deus flagellat quaſi pater, parcit autem non ſolum Iſrael, uerum & Ægyptijs, cum alieni ſint ab eo, propter propriam manſuetudinē. Et manifeſtum eſt, quia boni dei opus ſuper eos exerceatur, dum Ioſeph deſcendit in Ægyptum, dum Pharao ſomnijs admonetur, dum princeps uini interpretē indicat, dum interpres differit uiſa, atq; ita ubertatis tempore frugibus cōgregatis poſterioris famis penuria uincitur. E quibus omnibus perſpicuum eſt, non eſſe immoderatam iram, quæ ab hæreticis in creatore reprehenditur. Poteramus quidē multas hiſtorias retexere ad hæc probanda quæ dixi: ſed ne uidear à propoſito recedere, compēdium facio ſermonis. Propoſitum quippe mihi eſt explanare de eo, quod propter peccata ſua captiuus abductus ſit populus Iſrael. Et ne forte aliquis arbitretē peccatores à deo traditos ab eo ulterius non gubernari, & ſemel in captiuitatem redactos ultra diſpenſationem eius & miſericordiam non mereri, præſentem locum diligentius conſideremus. Daniel non peccauit, Ananias, Azarias, Miſael à peccato immunes fuerunt, & tamen captiui effecti ſunt, ut ibi poſiti captiuum populum conſolarentur, & per exhortationem uocis ſuæ pœnitentes in Hieruſalem reſtituerent caſtigatos pro tempore. Septuaginta quippe annis ſeruitutis ſupplicia pepēderunt, ac ſic deinde in ſedes proprias reuerſi ſunt, quia ſanctus prophetarum ſermo deiectos animos ſubleuauerat. Verum non ſolum ij quatuor in captiuitate prophetæ extiterunt, ſed & Ezechiel unus ex eis fuit, & Zacharias filius Barachiæ captiuitatis tempore ſub Dario rege cecinit. Inueniemus etiā Aggæum, multoſq; alios prophetarum ijſdem prophetaſſe temporibus. Ex quibus indicatur deum non tantummodo punire peccantes, uerum & miſericordiam miſcere ſupplicijs. Quod ſi dubitas, audi uoces tormenta patientium, quomodo ſacratim & in cruciatibus ſuis clemētiā dei eloquantur: Cibabis nos pane lachrymarū, & potabis nos in lachrymis & in mēſura. Non ait indifferenter in lachrymis: ſed in lachrymis & in menſura. Miſericordia quippe dei in pondere. Si non eſſet utile conuerſioni peccantium adhibere tormenta peccantibus, nunquam miſericors & benignus deus pœnis ſcelera puniret: ſed quaſi indulgētiſſimus pater ob hoc corripit filium, ut erudiat: quaſi prouidentiſſimus magiſter ita ſeueri
Eccl.7 tate frontis laſciuum diſcipulum caſtigat, ne amari ſe ſentiens pereat. Vide Salomonem ſapiētiſſimum omnium, quid de dei correptionibus ſuſpicetur. Fili noli eſſe puſillanimis in diſciplina dei, neq; deficias correptus ab eo. Quem enim diligit dominus, corripit, fla-
Heb.12 gellat autem omnem filium quem recipit. Nullus eſt enim, inquit Apoſtolus, filius, qui cum peccauerit, non flagelletur à patre. Et ad hoc mirabiliter addidit dicēs: In diſciplina perſeuerate. Tāquam filijs uobis offert ſe deus. Quis enim filius quem nō corripit pater? Quod ſi extra diſciplinā eſtis, cuius participes facti ſunt omnes, adulteri & non filij eſtis. Sed ſit forſitan aliquis, qui ipſo nomine iræ offenſus criminetur eam in deo. Cui reſpondebimus, nō tam iram eſſe iram dei, q̄ neceſſariam diſpenſationem. Audi quod ſit opus
Pſal.6 iræ dei: ut arguat, ut corrigat, ut emendet. Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Qui hæc loquitur, ſcit furorem dei nō eſſe inutilem ad ſanitatem, ſed ad hoc adhiberi, ut curet ægrotātes, ut emendet eos qui ſermonē eius audire cōtemſerūt. Idcirco nec deprecat̄ ne talibus remedijs emēdetur, ne cum pœnali medela recipiat priſtinam ſanitatē: quaſi ſi ſeruus iam inter flagella poſitus, dominū precetur, repromittens ei ſe imperata facturū, & dicat: Domine ne in ira tua arguas me, neq; in furore tuo corripias me. Omnia quę dei ſunt, bona ſunt, & meremur corripi. Auſculta quid dicat: Arguā eos in auditu anguſtiæ eorū. Ideo audiuimus ea quæ de tribulatione ſunt, ut emēdemur.
Leuit.26 In maledictis quoq; Leuitici ſcriptū eſt: Si poſt iſta nō obedierint, neq; conuerſi fuerint ad me, apponam eis plagas ſeptem ſuper peccata eorum. Si autem poſt hæc cōuerſi non fuerint, emendabo eos. Omnia dei quæ uidēt̄ amara eſſe, ad eruditionē & remedia pficiunt. Medicus eſt deus, pater eſt deus, dominus eſt: nō aſper, ſed lenis eſt dominus. Si ueneris ad eos qui puniti ſunt ſecundū eloquia ſcripturarum, compone ſcripturas ſcripturis, ut

tis,ut & te Apostolus docet,& uidebis ibi dulcissima esse, ubi amarissima existimantur. Scriptum est in Propheta:Nō uindicat bis in id ipsum in iudicio. Vindicauit semel in iu Naum 1
dicio per diluuiū,uindicauit semel in iudicio super Sodomā & Gomorrā, uindicauit se Gen 7.19
mel in iudicio super Ægyptū,& sexcenta millia Israelitarū.Noli existimare quod hæc ul Exod.14
tio pœna tantū fuerit peccatoribus, quasi post mortē & supplicia iterū à supplicio excipiendi sint.Puniti sunt in præsenti, ne in futuro iugiter punirentur. Cerne pauperem in euangelio,squalore & penuria premi,& postea in Abrahę sinu requiescit.Recepit ma- Luc.16
la sua in uita sua.Vnde scis an receperint qui in diluuio sunt necati,mala sua in uita? Vnde nosti utrúmne restituta sint Sodomæ & Gomorræ mala sua in uita sua? Audi testimonium scripturarū.uis Testamenti ueteris testimonium discere? uis noui edoceri? Restituetur Sodoma in antiquū:& adhuc dubitas an bonus sit dñs puniens Sodomitas? To Mar.6
lerabilius erit terræ Sodomorū & Gomorręorum in die iudicij,dicit dñs miserans Sodomitas.Benignus ergo est deus,clemēs est deus. Solem suum uere oriri facit super bonos Matt.5
& malos:& pluit uere super iustos & iniustos, non solum hūc quem oculis cernimus solem,sed & illum solem qui oculis mentis aspicitur.Ego malus eram, & ortus est mihi sol iustitiæ.Ego malus eram,& uenit super me pluuia iustitiæ.Bonitas dei est etiā in his quæ amara existimantur.Igitur in ciuitate cōstitutus est Propheta,& cerne quæ uideat,ne dolores sentiat captiuitatis.Deorsum uidet labores,sed sursum eleuās oculos,apertos suspicit cœlos,cernit sibi reserata cœlestia,uidet similitudinem gloriæ dei,uidet quatuor animalia,de quibus multus sermo,& difficilis interpretatio est.Cernit aurigam quatuor animalium.Cernit rotas se inuicem continentes. Auriga quatuor animalium non totus est igneus,sed puberenus à pedibus,& exinde usq; ad summum electri fulgore rutilat.Non enim solum tormēta habet deus:sunt in eo etiam refrigeria.Punit peccatores, sed per ea ministeria quæ deorsum sunt.Neq; enim Propheta ignem uidit in capite,aut in his membris quæ à lumborum confinio ad summa consurgūt. Igneus est dominus, sed à renibus usq; ad pedes,ut demōstret eos qui in generatione uersantur igne indigere.Renis quippe coitus significatio est.Adhuc in lumbis Abraham patris erat Leui, quādo ei occurrit Heb.7
Melchisedech.Et in psalmo dicitur: De fructu lumbi tui ponā super sedem meam.Igne- Psal.132
us est à renibus usque ad deorsum dominus. Generationis enim & libidinis opera gehēnæ supplicijs corripiuntur.Igneus est deus, sed non totus est igneus.Superiora eius electrum sunt.Electrum non solum argento,uerum & auro preciosius est.Electrum autem pro exemplo fulgoris scriptura posuit,non quod deus uere electrū sit.Et quomodo non est tale electrum deus quale uidebatur:sic non est talis ignis qualis à renibus usque ad pedum finem apparuit.Ignis iste consumit,& non est appositum quid cōsumat, ut tu quærens reperias quid sit illud quod à dei igne consumitur.Deus noster ignis consumēs est. Deut.4
Quid consumit ignis iste? Non ligna quæ cernimus,non sensibile fœnum,non stipulam 1 Cor.3
quæ uidetur,sed si superædificaueris fundamento Iesu Christi opera peccati ligna, opera peccati fœnum,opera peccati inferiora stipulam, uenit ignis, & uniuersa ista examinat.Quis est iste ignis quem lex prædicat,& Euangelium non tacet? Vniuscuiusque opus quale sit,ignis probabit.Quis est Apostole ignis iste qui probat opera nostra? Quis est ignis iste sic sapiens,ut custodiat aurum meum,ut argentum meum splendidius ostēdat,ut illæsum relinquat eum qui in me est lapidem precio sum,ut mala tantum cōsumat quæ feci,quæ superędificaui ligna,fœnum,stipulam? Quis est iste ignis? Ignem ueni mit Luc.12
tere super terram,& quàm uolo ut accendatur. Iesus Christus dicit,quàm uolo ut iam accendatur.Bonus enim est,& nouit quia si ignis iste fuerit accensus, malitia consumetur. Scriptum est in prophetis:Sanctificauit eum in igni ardenti,& uorauit tanquam fœnum Zach.13
syluam.Et rursum:Emittit dominus Sabaoth in tuum honorem cōtumeliam,& in tuam gloriam ignis ardens accēditur.id est,ut tu glorificeris,emittitur ignis in opera peccatorum tuorum.Vis adhuc à Propheta discere,quia tormenta boni dei sint ad utilitatem eorum qui ea sustinent constituta? Auscultа eundem Prophetam dicentem:Habes carbo- Esa.47
nes ignis,sedebis super eos,ij erunt tibi adiutorio.Hæc oportebat abscondere,& in medium non proferre,sed hęretici nos impellūt, ut celanda efferamus in publicum:quia tecta sunt utiliter apud eos, qui adhuc paruuli iuxta animæ ætatem sunt, qui metu indigent magistrorum,minis & terroribus corripiendi sunt,ut possint consequi bonitatem,

ut per

ut per amara remedia à uulneribus peccatorum aliquando desistant. Semper enim sacramenta dei propter paruulos auditores uelaminibus quibusdam operiuntur. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine, quã abscondisti timẽtibus te. Legis & prophetarum deus abscondit multitudinem bonitatis suæ non diligentibus, sed timẽtibus se. Paruuli quippe sunt nec possunt cum emolumento suo discere quod amentur à patre, ne dissoluantur, ne despiciant bonitatem dei. Quapropter cum audieris de populi captiuitate crede quidem uere accidisse eam iuxta historiæ fidem, sed in signũ rei alterius præcessisse, & subsequens significasse mysteriũ. Nam & tu qui uocaris fidelis, qui conspicis pacẽ, Christus quippe pax nostra est, in Hierusalem cõmoraris. Si autem peccaueris, derelinquet te uisitatio dei, & traderis captiuus Nabuchodonosor, & traditus duceris in Babylonẽ. Cum enim confusa fuerit anima tua à uitijs & perturbationibus, abduceris in Babylonem, quoniam Babylon confusio interpretatur. Et si rursum pœnitẽtiam egeris, & per cõuersionem ueri cordis misericordiam dei impetraueris, mittitur tibi Esdras qui te reducat, & ædificare faciat Hierusalem. Esdras quippe interpretatur adiutor, & mittitur tibi uerbum iuuans, ut reuertaris in patriam tuam. Sacramentũ est & id quod in ænigma

1 Cor. 15 te & à Daniele dicitur, & ab Apostolo ascondente pariter & reuelante narratur. In Adam omnes morimur, & in Christo omnes uiuificamur. Fuit quippe Adam in paradiso, sed serpens captiuitatis eius causa extitit, & fecit ut eijceretur siue de Hierusalem, siue de paradiso, & ueniret in locum hunc lachrymarũ. Serpens hostis est cõtrarius ueritati. Cõtrarius autem non à principio creatus est, neq; statim super pectus & uentrem suum ambulauit, neq; fuit ab initio maledictus. Sicuti Adam & Eua nõ statim ut facti sunt, peccauerunt: ita & serpens fuit aliquando non serpens, cum in paradiso delitiarum moraret.

Ezech. 28 Vnde postea corruens ob peccata meruit audire: Tu signaculũ similitudinis, corona decoris in paradiso dei natus es, donec inuẽta est iniquitas in te, ambulasti immaculatus in

Iob. 11 omnibus uijs tuis. De quo etiam Iob memorat, quia in cõspectu omnipotẽtis dei superbierit. Cecidit quippe de cœlo lucifer qui mane oriebatur, contritus est super terram. Vide cõsonantiam prophetici euãgelicique sermonis. Prophetes dicit: Cecidit de cœlo luci-

Luc. 10 fer qui mane oriebatur, contritus est super terram. Iesus loquitur: Videbam satanam quasi fulgur de cœlo cadentem. In quo differt dicere fulgur, aut luciferum de cœlo ruẽtem? Quod ad rem pertinet, omnis consonantia de cadente est. Deus quippe mortem nõ fecit, nec malitiam operatus est. Liberum arbitrium & homini, & angelo ad uniuersa permisit. Hic iam intelligendũ est, quomodo per arbitrij libertatem, alij ad bonorũ conscenderint summitatem, alij corruerint in malitię profundũ. Tu uerò homo, quare non uis arbitrio te tuo derelictum? Quare ægre fers niti, laborare, cõtendere, & per bona opera te ipsum causam tuæ fieri salutis? An magis te delectabit dormiẽtem, & in otio constitutũ

Ioan. 5 æterna prosperitate requiescere? Pater meus (inquit dominus Iesus Christus) usq; modo operatur, & ego operor, & tibi displicet operari qui ad opera natus es? Nõ uis opus tuũ fieri iustitiam, sapientiam, castitatem? Non uis tuum opus esse fortitudinem, aliasq; uirtutes? Igitur in captiuitatem ducunt, qui propter peccata sua seruitutis meruere supplicia.

Luc. 4 Et uenit Iesus Christus prædicare captiuis remissionẽ, & cæcis uisum. Iste clamat eis qui sunt in uinculis, egredimini: & ijs qui uersantur in tenebris, uidete. Et nos fuimus in uinculis peccatorum, & nos aliquando uersabamur in tenebris, aduersum rectores tenebrarum mundi istius concertantes: uenit Iesus omnium prophetarũ uocibus prędicatus, dicens ligatis, exite, & constitutis in tenebris, aspicite. Si autem uis audire Ezechielẽ filiũ hominis in captiuitate prædicantem, & iste typus erat Christi. Ideo factũ est ait, in trigesimo anno, in quarto mense, in quinta mensis, & ego eram in medio captiuitatis secus flumen Chobar, & aperti sunt cœli. Secus fluuium ergo Chobar Ezechiel cum triginta es-

Ioan. 1 set annorum apertos uidit cœlos. Et dominus Iesus Christus incipiẽs erat quasi triginta annorum secus fluuium Iordanem, & aperti sunt cœli. Et per omnem prophetiam Ezechieli dicitur: Fili hominis. Quis autem filius hominis, ut dominus meus Iesus Christus? Respondeant mihi hæretici qui natiuitatem illius ut phantasma eludunt: quare Christus filius hominis appellatur? Ego affirmo filium hominis eum fuisse. Nam qui passiones assumpsit humanas, necesse est ut ante passionem susceperit natiuitatem. Neque enim potuit humanos affectus, uerba, consuetudines, crucem, mortem recipere, si non reciperet

humani-

humanitatis exordium. Et consequens erat natiuitatem eius auferentes, auferre etiã passionem, & simpliciter dicere, non est crucifixus Iesus. Nunc uerò crucem confiteris, & non erubescis: Iudæis scandalum prædicas crucifixum, & gentibus stultitiam, & minus scandalum passione uel morte, erubescis natiuitatem eius confiteri. Nimirum minus scãdali est Iesum natum fuisse, q̃ mortuum, aut si si scandalum Christiana fides non ueretur, cur times dicere minora, qui maiora ausus es confiteri? Præsertim cum natiuitas illius nõ ex semine uiri & mulieris somno conuenientis esse credatur, sed iuxta ꝓphetæ eloquiũ dicentis: Ecce uirgo in utero concipiet, & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emmanuel. Hoc quod dicitur Emmanuel, non unũ nomen sonat, sed rem significat. Aduenie-te quippe Iesu dicimus, nobiscũ dominus. Non frustra ergo in trigesimo anno ꝓphetat Ezechiel. Nam & nomen eius figura Christi est. Interpretatur quippe Ezechiel imperiũ dei: imperium autem dei nullus est, nisi Christus Iesus. Filius quoq; Buzi scribitur, quod interpretatur contemptus. Si uenias ad hæreticos, & audias eos spernentes, & pro nihilo ducentes creatorem, & insuper etiam criminãtes, uidebis iuxta illos contemptissimi creatoris filium dominum nostrum Iesum Christum. Quod si quis reluctatur, & nõ uult hæc quæ exposuimus, quasi prophetiam recipere, quæram ab eo cur scriptũ est in trigesimo anno uitæ Ezechielis apertos fuisse cœlos, & uidisse eum eas uisiones quæ in libro eius cõtinent. Quid mihi prodest annorũ numerus, nisi hoc, ut discam trigesimo anno & Saluatori & prophetæ cœlos fuisse reseratos, & spiritalibus spiritalia cõparãs, cognoscam uniuersa quæ scripta sunt, eiusdẽ esse dei sermones? Quippe uerba sapientiũ ut stimuli, & quasi claui in altũ confixi, quia compungentibus dati sunt à pastore uno. Ego & hoc quod dicitur in quarto mense quinta mensis, iuxta possibilitatem sensus mei inuestigans, precor à deo ut idipsum possim intelligere quod scripturarum eius cõgruit uoluntati. Nouus annus imminet iam Iudæis, & primus mensis apud eos à noui anni numeratur exordio. Agitur autem pascha de numero noui anni. Principiũ mẽsium iste uobis erit in mensibus anni. Ab hoc anno numera mihi quartum mensem, & intellige baptizatum Iesum in quarto mense noui anni. Eo em̃ mẽse qui apud Romanos Ianuarius nũcupatur, baptismum domini factũ esse cognoscimus, qui est mẽsis quartus ab anno nouo iuxta supputationem Hebræorũ. Et quia de quatuor elementis mundi subsistens corpus assumpserat, recipiens etiam sensus humanos, ideo forsitan & in quarto mense, & in quinto die mensis est intuitus uisionem. Et ego eram in medio captiuitatis. Videt mihi ironicos dictum: Et ego eram in medio captiuitatis. Et ego. quasi si dicat iuxta historiã quidem Propheta, & ego qui non tenebar in peccatis populi, eram in medio captiuitatis: iuxta allegoriam autem Christus, & ego ueni in locum captiuitatis, ueni ad eos fines, ubi serui, ubi captiui detinebantur. Habes istiusmodi Saluatoris nostri uoces in ꝓphetis, indignantis quia nõ faciamus homines digna dispensatione eius, & maxime nos qui in eum putamur credere. Dicit quippe ad patrem suum: Quæ utilitas in sanguine meo dũ descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit ueritatẽ tuam? Inuenio quoq; & aliã istiusmodi uocẽ, quæ ex Saluatoris nostri persona dicit̃ per Prophetam, quærentem animas plenas iustitiæ, plenas sensuum diuinorũ, plenas sanctorum fructuum, & quærentem ueritatis ueros botros, sed inuenientẽ plurimos peccatores & inferaces bonorum, & idcirco dicẽtem: Heu mihi quia factus sum sicut qui colligit stipulã in messe, & sicut racemos in uindemia, ad quam non superfit botrus ad mãducandum primitiua. Heu mihi. Quod dicitur heu mihi, nõ est primogeniti totius creaturæ, nõ est diuinitatis uox, sed humanæ animæ quã suscepit: unde infert. Heu mihi anima mea, quia perijt reuertens à terra, et qui corrigat inter homines nõ est. Omnes in sanguine iudicant̃, unusquisq; proximũ suum tribulat. Hæc idcirco memorata sunt, quia ait ꝓphetes: Et ego eram in medio captiuitatis iuxta flumen Chobar, quod interpretatur grauitudo. Grauis autem est huius seculi fluuius, sicut & alibi sacratè dicitur. Et iuxta simplices quosq; historiã explicat: iuxta eos uerò q̃ spiritaliter scripturas audiũt, de anima significat, quæ in uitæ istius inciderit turbines. Super flumina Babylonis ibi sedimus et fleuimus, dum recordaremur Sion, in salicibus in medio eius suspẽdimus organa nostra, quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerũt nos, uerba canticorum. Ista sunt flumina Babylonis, iuxta quæ sedentes & reminiscẽtes patriæ cœlestis, lugẽt atq; deplorant, ubi

1 Cor. 1

Esa. 7

Exod. 12

Psal. 29

Mich. 7

Psal. 136

ſuſpendunt organa ſua, in ſalicibus legis & myſteriorū dei. Scriptum eſt in quodā libro,
Eſa.44 quia ſalignā omnes credentes accipiant coronā. Et in Eſaia dicitur: Orietur quaſi in medio aquæ fœnum, & ſalix ſuper aquam fluentē. Et in ſolennitate dei, quādo tabernacula eius cōponuntur, ſalignos ramos in tabernaculorū fixione conſtituunt. Secus fluuiū Chobar. Secus flumen iſtud grauiſſimū ſeculi. Et aperti ſunt cœli. Clauſi erāt cœli, & ad aduentum Chriſti aperti ſunt, ut reſeratis illis ueniret ſuper eum ſpiritus ſanctus in ſpecie columbæ. Neq; enim poterat ad nos cōmeare, niſi primū ad ſuæ naturæ conſortē de
Eph.4 ſcendiſſet. Aſcendit Ieſus in altū, captiuā duxit captiuitatē, accepit dona in hominibus. Qui deſcendit, ipſe eſt qui aſcendit ſuper omnes cœlos, ut impleret omnia. Et ipſe dedit alios apoſtolos, alios prophetas, alios euangeliſtas, alios paſtores & magiſtros in perfectionē ſanctorū. Aperti ſunt cœli. Non ſufficit unū cœlū aperiri: aperiunt plurimi, ut deſcendant non ab uno, ſed ab omnibus cœlis angeli ad eos qui ſaluandi ſunt. Angeli qui aſcendebāt & deſcendebant ſuper filium hominis, & acceſſerūt ad eum, & miniſtrabāt ei. Deſcenderunt aūt angeli, quia prior deſcenderat Chriſtus, metuētes deſcēdere priuſquàm dñs uirtutum omnium rerumq; præciperet. Quando aūt uiderunt principem militiæ cœleſtis in terreſtribus locis cōmorari, tunc per apertam uiam ingreſſi ſunt ſequentes dominū ſuum, & parentes uoluntati eius. Qui diſtribuit eos cuſtodes credentiū no-
Matt.18 mini ſuo. Tu heri ſub dæmonio eras, hodie ſub angelo. Nolite, inquit dominus, cōtemnere unū de minimis iſtis qui ſunt in eccleſia. Amen enim dico uobis, quia angeli eorū per omnia uident faciem patris qui eſt in cœlis. Obſequuntur ſaluti tuæ angeli, conceſſi ſunt ad miniſteriū filij dei, & dicunt inter ſe: Si ille deſcēdit, & deſcēdit in corpus, ſi mortali indutus eſt carne, & ſuſtinuit crucē, & pro hominibus mortuus eſt, quid nos quieſcimus? quid parcimus nobis? Eia oēs angeli deſcendamus è cœlo. Ideo & multitudo militiæ cœleſtis erat laudantiū & glorificantium deum, quando natus eſt Chriſtus. Omnia angelis plena ſunt, ueni angele ſuſcipe ſermone cōuerſum ab errore priſtino, à doctrina dæmoniorum, ab iniquitate in altū loquētē: & ſuſcipiens eum quaſi medicus bonus cōfoue atq; inſtitue: paruulus eſt, hodie naſcitur ſenex repueraſcēs: & ſuſcipe tribuēs ei baptiſmum ſecundæ regenerationis, & aduoca tibi alios ſocios miniſterij tui, ut cuncti pa-
Luc.15 riter eos qui aliquando decepti ſunt, erudiatis ad fidem. Gaudiū enim eſt maius in cœlis ſuper unū peccatorem pœnitentiā agētem, q̄ ſupra nonagintanouē iuſtos, quib. nō eſt opus pœnitentia. Exultat omnis creatura, collætatur & applaudit his qui ſaluandi ſunt.
Rom.8 Nam expectatio creaturæ reuelationem filiorum dei expectat. Et licet nolint ij qui ſcripturas apoſtolicas interpollauerunt iſtiuſmodi ſermones ineſſe libris eorum quib. poſſit creator Chriſtus approbari, expectat tamen omnis creatura filios dei, quando liberētur à delicto, quando auferantur de zabuli manu, quando regenerentur à Chriſto. Verū iam tempus eſt, ut de præſenti loco aliqua tangamus. Vidit Propheta nō uiſionem, ſed
Oſee 12 uiſiones dei. Quare non uidit unam, ſed plurimas uiſiones? Audi dominum pollicentē atq; dicentem: Ego uiſiones multiplicaui. Quinta menſis. Hic annus quintus captiuitatis regis Ioachim. Trigeſimo anno ætatis Ezechielis, & quinto captiuitatis Ioachim, prophēta mittit ad Iudæos. Nō deſpexit clemētiſſimus pater, nec lōgo tempore incommonitum populum dereliquit. Quintus eſt annus. Quantū temporis interceſſit? Quinque anni interfluxerunt ex quo captiui ſeruiunt. Statim deſcēdit ſpiritus ſanctus, aperuit cœlos, ut hi qui captiuitatis iugo premebantur, uiderent ea quę uidebantur à Propheta. Dicente quippe eo: Et apertiſunt cœli, quodammodo & ipſi intuebātur oculis cordis quę ille etiam oculis carnis aſpexerat. Et factus eſt ſermo domini ad Ezechielem filiū Buzi ſacerdotem. Sermo domini qui in principio erat apud deum patrem deus uerbū, ſermo qui credentes efficit deos. Si enim dixit illos deos ad quos ſermo dei factus eſt, & nō poteſt ſolui ſcriptura, ad quoſcunq; ſermo dei factus eſt, facti ſunt dij. Ezechiel quoq; deus
Pſal.82 fuit, quia factus eſt ſermo dei ad deum: Ego dixi dij eſtis, & filij altiſſimi omnes. Vos uerò ut homines moriemini, & quaſi unus ex principib. cadetis. Vbi habetis in nouo Teſtamēto iſtiuſmodi repromiſſionē? Si oportet inſtrumēta diſtinguere, & dicere inter ſe diſſidentes deos, quod quidē nefas eſt etiam ſuſpicari, ſed iuxta abuſionem dicimus, au dacter profecto dicam, multo maiorem in ueteri Teſtamēto oſtendi humanitatē quàm in nouo. Ego dixi dij eſtis, & filij altiſſimi omnes. Non ait quidam dij eſtis, & quidā nō

eſtis

estis:uerum omnes dij estis. Si autem peccaueritis, ausculta quid sequit: Vos uerò ut homines moriemini. Non est hęc culpa uocantis ad salutem, non ipse causa mortis qui inuitat ad diuinitatem, & ad cœlestis naturæ adoptionem, sed in nostro peccato, & in nostro scelere cõsistit quod dicitur: Vos autẽ ut homines moriemini, & quasi unus de principibus cadetis. Multi principes erant, & unus ex eis corruit, de quo & in Genesi scribitur: Ecce Adam factus est non quasi nos, sed quasi unus ex nobis. Ergo quãdo peccauit Adam, tunc factus est quasi unus. Et factus est sermo domini ad Ezechielẽ filium Buzi. Etiã si de Saluatore hæc dicta uolueris intelligere, ne timeas, habet & sic allegoria intellectum suũ: Venit sermo domini ad eum qui de uirgine nascebat, id est hominem, sermo semper in patre manens: ut fierent utraq; unum, & consociaretur homo, quem ob sacramentum & salutem uniuersæ humanitatis indueret, diuinitati eius & naturæ unigeniti dei. Factus est sermo domini ad Ezechielẽ filiũ Buzi, sacerdotem in terra Chaldæorum. Chaldæi de cœlestibus disputant: Chaldæi natiuitates hominũ ratiocinãtur. In terra Chaldæorũ. Quasi si dicat, eorum qui asserunt fatum, eorum qui causas uniuersitatis astrorum circuitu uendicant. Iste ergo nunc error, & ista mẽtis peruersitas figuraliter in Chaldęorum terra significatur. In terra Chaldæorum secus flumen Chobar. Et facta est illic super me manus domini. Et sermo domini factus est ad Prophetam, & manus, ut & factis ornaretur & uerbis. Et uidi uisiones. Aliqua perstringam, & licet ꝓ angustia temporis ea quæ dixi, possint sufficere, tamen etiam de toto corpore uisionis summa quæq; libabo. Et uidi, & ecce spiritus surgens ueniebat ab aquilone. Diligenter cõsidera rerũ numerum quæ dicuntur: Spiritus surgens siue auferens ueniebat ab aquilone. ecce una res. Et nubes magna erat in eo. ecce duæ. Et splendor in circuitu eius. ecce tres. Et ignis refulgens. ecce quatuor. Et in medio eius sicut uisio electri in medio ignis. ecce quinq;. Et lumen in eo. ecce sex. Post hæc similitudo quatuor animalium, & uisio eorum, & narratio uisionis. ecce septẽ. Et in medio animalium quasi carbones ignis. ecce octo. Quis potest ista minutatim exponere? Quis ita est capax spiritus dei, ut hæc sacramẽta diluci det? Oportebat accusatores creatoris & dei prophetarum primum intelligere quę dicũtur à prophetis, & postea criminari. Qui enim uere accusat, ea debet accusare quę nouit. Si uerò hæretici ne prope quidẽ sunt intellectui diuino, quomodo rationabiliter accusant quod eos nescire conuincimus? Discant quis in hac uisione sit sensus. Primũ apparet spiritus auferens. Secundo nubes magna in spiritu auferente. Tertio splendor in circuitu spiritus auferẽtis. Quarto ignis refulgẽs. Quinto in medio eius sicut uisio electri, haud dubium quin in medio ignis. Sexto splendor in eodem electro. Confiteor libẽter à sapiente & fideli uiro dictam sententiam, quã sæpe suscipio: De deo & uere dicere periculum est. Neq; enim ea tãtum periculosa sunt quæ falsa de eo dicuntur: sed etiam quæ uera sunt, & non opportune proferuntur, dicenti periculũ generãt. Margarita uera est, sed si peruerse, discrimen eius est quod dicit pedibus eorum. Et ut iuxta nos aliquod ponamus exemplum, collectiones istæ non solum in Aelia, non tantum Romæ, nõ in Alexandria, sed in omni semel orbe similitudinem referunt sagenæ, quæ ex omni genere piscium capit. Non possunt uniuersa bona esse quæ incidunt in eam. Ait quippe Saluator: Cum extraxerint, & secus littus sederint, eligent bona quidem in uasa sua, mala uerò foras proijciẽt. Oportet ergo in sagena totius ecclesiæ esse & bona & mala. Si iam uniuersa munda sunt, quid derelinquimus iudicio dei? Et iuxta aliam parabolam, & frumentũ & paleæ in area continentur, cum frumentum tantum in Christi horrea congregandũ sit, & discernantur paleæ ab eo, cuius uentilabrum in manu eius, & mundabit areã suã, & congregabit frumentum in horreum, paleas uerò consumet igne inextinguibili. Neque enim assero aream totum esse mũdum, sed aream intelligo esse cœtum populi Christiani. Quomodo unaquæque area circumscribitur, & est plena frumẽto, uel paleis, nec totum frumentum est, nec totum rursum palea: sic in ecclesiis terrestribus alius est frumentum, alius est palea. Verum ibi non sua causa, nec per uoluntatem paleæ sunt: neq; enim ex proprio arbitrio frumentũ est: hic uerò in tua potestate positum est, ut sis palea uel frumentum. Hæc nos docere debent, ut si aliquando aliquis in congregationib. nostris uiderit peccatorem, non scãdalizetur, neq; dicat: Ecce peccator in cœtu sancto est. Si hoc licet, si hoc conceditur, quare & ego nõ peccem? Dum in præsenti seculo sumus,

Gen. 3

Luc. 3

id est in area, & in sageña, & boni & mali in ea cõtinentur. Quando autem uenerit Christus, fiet discretio, & implebit illud quod ab Apostolo dicit: Omnes nos oportet assistere ante tribunal Christi, ut reportet unusquisq; propria corporis sui quæ gessit, siue bona, siue mala. Hæc in proœmio de interpretationibus uisionũ æstuans animus est locutus, & ambigens quæ sileat, quæ proferat, quæ leuiter tacta dimittat, quæ ex ijs manifestius, quæ obscurius exponenda sint, si tamen poterimus implere quod cupimus. Primũ ergo uidet spiritus auferens: id quod paulo ante diximus, quia dominus noster ignis cõsumens sit, etiã nunc repetimus & dicimus huic testimonio congruere. Quomodo po-
Ioan.4 nitur spiritus auferẽs? Deus spiritus est, & spiritus auferens cernitur. Quid à me aufert, & ab anima mea, ut merito auferens prædicetur? Vtiq; mala: & tũc sentio bonitatẽ eius, si à me pessima quæq; sustulerit. Neq; uerò putandum est finem esse beatitudinis, si à malis liberemur: initium felicitatis est carere peccato. Et in Hieremia scribitur (Omnia qppe quæ in prophetis scripta sunt, clemẽtissimo deo uendico) Ecce dedi sermones meos in os tuum, ecce constitui te super gentes & regna eradicare, & suffodere, & disperdere, & ędificare, & plantare. Benignus est deus dans sermones ad eradicandum. Verũ quid est quod eradicari debeat, & subuerti? Siqua plantatio in animo mala est, siqua secta nequam, hanc eradicat, hanc subuertit sermo propheticus. Vtinam autem contingat, ut mihi talis sermo donetur, qui eradicet hæreticorum semina, & doctrinã ex zabuli fonte manantem, qui de eius anima qui nũc primũ ecclesiã ingreditur, idololatriæ auferat plãtationem. Dedi sermones meos in os tuum. Ecce constitui te eradicare & suffodere. Scilicet ut si qua ædificatio pessima est, destruatur. Quàm uellem & ego suffodere quicqd Marcion in auribus deceptorum ædificauit, eradicare, & subuertere, & disperdere, ut Iacob disperdidit idola. Vsque ad hodiernũ diem est disperdere & ædificare. Hæretici disperdere & subuertere tantum audierunt, in ędificationis autem plantationisq; sermone surdas aures auerterunt. Neq; enim uolunt inspicere, quia tristia quæque prima dicuntur, & secunda quæ læta sunt. Quare nunc ista memoramus? Videlicet ut manifestetur dei sermo subuertere mala, & ædificare optima, eradicare uitia, quasi agricola bonus, ut in purgato campo uberrima uirtutũ messis oriatur. Hæc propter spiritum auferentẽ. Vidit enim primum spiritum auferentem, deinde nebulam magnam in eo. Quãdo purgatus fueris ab auferente spiritu, tantũ ut auferatur omne malum à te, & omne quod in tua anima nequitiæ uersatur, tunc incipies etiam magna nebula frui, quæ in spiritu auferẽte consistit. Quæ nebula proxima est ei nebulæ quam in euangelio legimus, de qua uenit
Matt.3 uox: Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui. Spiritus uerò auferens, deinde nebula magna in eo, postea splendidissimum lumen in circuitu eius. Ablatum est à te malum. Data est tibi nebula magna, ut pluat imbrem super uineam tuam. Secundum il-
Esa.5 lud quod alibi dicitur: Mandabo nubibus ne pluant super eam imbrem. super pessimã uidelicet uineam. Si autem hoc de mala iubetur, haud dubium est quin econtrario si bona uinea fueris, pluat super te nebula. Et splendor in circuitu eius. Deinde ignis fulgens & in medio eius quasi uisio electri. Dupliciter aufert à nobis mala deus, spiritu & igni. Si boni & intenti ad præcepta dei simus, & sermonib. illius erudiamur, spiritu mala nostra
Rom.8 aufert, secundum illud quod scriptum est: Si autem spiritu opera carnis mortificaueritis, uiuetis. Si uerò spiritus mala nõ abstulerit à nobis, purgatione ignis indigemus. Idcirco diligenter obserua coniunctiones singulas. Prima coniunctio est spiritus & nebulæ, secunda ignis & luminis, tertia electri & splendoris: ac singula quæ quasi tristia uidentur, iocundiorum uicinitate pensantur. Siue enim spiritus oritur, statim sequitur nebula: siue ignis apparet, adiunctum est ei lumen: siue electrũ præcedit, splendor in circuitu eius est. Oportet quippe nos quasi aurum in fornace & electrum uehementissimo igne conflari. Et in hoc Propheta quem nunc exponimus, habes sedentem dominum in medio Hierusalem, & conflantem eos qui mixti sunt argento, & stanno, & æramento, & plumbo, & querula uoce causantem de his qui habent in se commixtionem materiæ uilioris. Argentum, inquit, commixtum facti estis, & tanquam granum de uua reprobum argentum facti estis. Quando eñ creaturæ dei, quæ ab initio bona est, superinducimus de malis nostris uitia ac passiones: tũc argento & auro æs stannum plumbumq; miscemus, & necessarius est ignis ad purgandum. Ideoq; sollicite prouidendum est, ut quum uenerimus ad

mus ad ignem istum, securi transeamus per eum, ad instar auri argentiq; & lapidis pretiosi, quę sine foco adultera sunt, uel qui sine foco adulteri sunt: nō tam uramur incēdio, q̄ probemur. Ecce spiritus auferens ueniebat ab aquilone. Et hoc quod ab aquilone ueniebat spiritus auferens, & postea redit, habet rationē. Ab aquilone quippe exardescūt mala super habitantes terram. Aquilo uiolentissimus uentus, quē alio nomine Dextrū uocamus, qui in quatuor cardinibus cœli, de quibus uenti spirare dicuntur, frigidior est atq; uehementior. Necnon & illud quod de ordine castrorū apud Israel in Numeris scribitur, huius rei obtinet figuram. Nouissima em̄ castra ad aquilonē ponuntur Dan. Prima castra Iuda ad orientē, deinde pone eum Ruben, postea secundū mare Effrem, in extremo, ut diximus, ad aquilonem Dan. Et olla quæ succensa describitur, à facie aquilonis accendit. Aquilo quippe figuraliter dicitur cōtraria fortitudo, id est zabulus, qui est uere durissimus uentus. Venit enim ab aquilone spiritus auferēs, & nubes magna in eo. uitia ab eo esse exposuimus. Et splendor in circuitu eius, & ignis fulgens. Potuit dicere ignis exurens, uerū piguit scripturam tristitiam nominare, & opus eius ascribere, ideoq; pro pœnali ui splendorē tantū apposuit. Et in medio eius quasi similitudo quatuor animalium. Ista uisio eorū. Similitudo hominis in illis. Et quatuor facies uni, & quatuor pēnæ uni, & crura eorū recta, & pennati pedes eorum. Vides qualia sint quæ regantur à deo, ut ibi: Qui sedes super Cherubim, appare. Cherubim interpretatur plenitudo sciētiæ, & quicūq; scientia plenus est, efficitur Cherubim, quem regit deus. Quid sibi autem uolunt quatuor facies? Quæ saluanda sunt genu flectūt domino Iesu, & ab Apostolo tripliciter nominantur, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiū, terrestrium & infernorum. Quæ autem genu flectunt domino Iesu, subiecta sunt ei. Et quæ subiecta sunt dicunt: Nónne deo subiecta est anima mea? Apud ipsum enim salutare meum. Et oportet eū regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus eius. Quod est ergo quartum? Cœlestia, terrestria & inferna, tria tantum sunt. Nempe illud: Laudate dominū cœli cœlorum, & aqua quæ super cœlos est, laudet nomen domini. Omnia ista reguntur à deo, & ducuntur à maiestate eius. Quocūq; spiritus ibat, ibant & animalia. Hæc ipsa animalia habent similitudinem super se hominis, cum sint quatuor facierum. Nec dictū est in principio, quia facierum quatuor sint, sed quia inter quatuor facies eminet, & principatum tenet facies humana, describitur & quæ dicitur facies humana, & facies leonis à dextris quatuor partiū, & facies uituli à sinistris quatuor, & facies aquilæ à quatuor partibus. Videamus ergo an tripartitā animam significet, de qua etiam aliorum opinionib. disputandum est, ut animæ tripartitæ alia quarta fortitudo præsideat. Quę est tripartitio animæ? Per hominē rationale eius indicatur, per leonem iracundia, per uitulum cōcupiscentia. Spiritus uerò qui præsidet ad auxiliandū, nō est à dextris, ut homo, uel leo: non est à sinistris, ut uitulus: sed super omnes tres facies consistit. Aquila quippe in alio loco nuncupatur, ut per aquilam spiritum præsidentē animæ significet. Spiritū autē homi nis dico qui in eo est. Atq; ita omnia ducuntur nutu dei, cœlestia, terrestria & inferna, & ea quæ super cœlos sunt: & efficimur nos omnes Cherubim, quæ sub pedibus dei sunt, quibus coniunctæ sunt rotæ, & subsequitur ea. Non sub rota, neq; sub seculi ditione rebusq; uersamur, cum iam per passionem Christi sumus à mundi negotijs liberati. Et rota in medio rotæ. Si consideres quomodo per contrarios euētus soluatur uniuersitas rerū, siue in his qui putant errare, siue in his qui ab errore dicuntur alieni, uidebis quomodo rota in medio rotæ sit. Hæc autem regit omnia, & quocunq; uult torquet totius uniuersitatis deus, in Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Num. 2

Psal. 79

Phil. 2

Psal. 61

1 Cor. 15

Psal. 148

Homilia II. De eo quod dicitur: Fili hominis propheta super prophetas Israel, qui prophetant de corde suo. usq;: Extendam manum meam ad prophetas, qui uident uana, & diuinant mendacia. Cap. XIII.

NVLLAM speciem peccatorum scriptura reticet, de qua non doceat legentes. Oportuit enim uerbum dei missum ad sanandos eos qui audiebant, omnem spiritum peccatorum perstringere, & uniuersis hominibus loqui, ut nemo fraudaretur remedijs salutaribus, & his medelis quæ uulneribus possint prodesse curandis. Quomodo ergo dicuntur alia de populo, alia de sacerdotibus magnis,

& quædam de presbyteris,ac nonnulla de dispensatoribus: & quidem bonis dispensatoribus laus,malis uerò culpa ascribitur:ut alij exhortationem accipiant ad melora, alij uerò ut in peiora non corruant: sic oportet de falsis ac ueris prophetis diuinam edoceri disciplinam,ut prophetæ quidem accipiantur in eam demum partem,qui uerbis dei ministrant:per pseudoprophetas uerò designentur ecclesiarũ magistri, qui non recte seu sermone,seu uita congruunt ei quã prædicant disciplinæ.Læti quapropter simus, si nos scriptura commoneat,docens ut recedamus à uitijs:magis autẽ si ordinis nostri aliquos dei sermo perstringat,uolentes sanari & cõuerti à peccatis nostris. Factus est sermo dñi ad prophetam Ezechielem,dicens ei:Fili hominis propheta mihi super ꝓphetas Israel. Fuerunt quidem & prophetæ Israel nomine potius ꝙ ueritate.Sunt autẽ & hodie in uero Israel, id est ecclesia,quidam pseudoprophetę & falsi magistri,quibus hic sermo prænunciat.Si me arguat dei sermo,tentabo cõuerti: nec quia aduersum me aliqua dicunt, qui uideor doctor esse ecclesiæ,debeo tacere:uerum mihimetipsi non parcens, cũctare uelabo quæ dicta sunt,ut conuertar à uitijs, ut fiam non ex his quos scriptura nũc corripit,sed ex his q sermonẽ dei uerissime prædicãtes in ecclesia extiterũt magistri. Prophetа super prophetas Israel qui prophetant,& dices prophetis,Quomodo opus prophetarum erat hæc spiritu prædicere quæ uidebantur, sic eodem spiritu opus est ei qui exponere cupit ea quæ sunt latenter significata, ut monstret non ad eum fieri prophetiã, qui contra dei docet uolũtatem,qui prophetat de corde suo.Iuxta simplicem quidẽ intellectũ,quidã prophetarũ de diuino spiritu loquentes,non de corde suo loquuti sunt,sed de sensu dei:quidam uerò simulantes se prophetas,atq; dicentes: Hęc dicit dominus,domino non loquente in eis,pseudoprophetæ extiterunt. Potest autem & super eos qui docẽt in ecclesijs,si aliter quàm poscit ueritas docẽt,præsens sermo cõgruere. Si quis enim ea quæ Iesus Christus dominus loquutus est,ipsa æque doceat,non de corde suo, sed de spiritu sancto loquitur sermones filij dei Iesu. Si cõsentit sancti spiritus uolũtati,eius qui in apostolis loquutus est,nõ de corde ꝓprio loquit, sed de corde spiritus sancti, qui est loquutus in Paulo, qui est loquutus in Petro,& in cæteris apostolis est loquutus.Si quis uerò legens euangeliũ propriũ sensum aptat euangelio, non ita intelligens ut dominus loquutus est,iste falsus propheta est loquens de corde proprio in euangelio. Et de hæreticis quidem nihil absurdum est hæc dicta intelligere.Differunt quippe quasi de euãgelijs,& quasi de apostolis,ἀιώνως suorum fabulas proprio corde exponentes,nõ in corde spiritus sancti.Neq; eñ possunt dicere:Nos autem sensum Christi habeamus, ut uideamus ea quæ à deo donata sunt nobis.Cum autem & super me uenerit qui dicor ecclesiasticus,qui accipio librum sanctum,& nitor eum interpretari, hoc quod de hæreticis intelligi potest,quæso audientes ut diligenter attendant,& accipiant gratiam spiritus, de
1 Cor.12 qua dictum est:Discretio spirituũ,ut probati trapezitæ facti,diligenter obseruent quando falsus sim magister,quando uerò prædicem quæ sunt pietatis ac ueritatis. Si itaq; inuenio in Moyse,& in prophetis sensum Christi,non de corde proprio,sed de spiritu sancto loquor.Si autem nihil cõgruũ inueniens,mihimetipsi cõfingo quæ loquar, fluctuãs in sermonibus qui sunt alieni à deo,de meo potius corde,quàm de dei sensibus loquor. Propheta,& dices prophetis qui prophetant de corde suo. Nõ ait simpliciter de corde, sed de corde suo.Et prophetabis,& dices ad eos: Audite uerbum domini. Hæc ad me, hęc ad eum dicũtur,qui doctorem se esse promittit,ut timor dei maior oriatur in nobis, ne periclitemur quasi sub cõmentario scripto non ab hominibus, sed ab angelis dei, sic proferre sermonem.Noui quippe quia quum in iudicio ille ordo confederit, de quo ꝓ-
Dan.7 phetauit Daniel,& libri fuerint aperti,omnes mei conatus, omes meæ expositiones ꝓferentur in medium,siue in iustificationem,siue in condemnationem meam. In iustificationem quidem mihi erunt,quæ bene dicta sunt.In cõdemnationem uerò,ea quæ secus
Matt.12 quàm ueritas poscit,explanata:Ex sermonibus,inquit,tuis iustificaberis,& ex sermonibus tuis condemnaberis,quasi habenti nõ omnes sermones de quibus iustificaretur,neque rursum omnes sermones de quibus cõdemnaret. Si aliquis à sermonibus purus est alienis,& eis qui possint reprehendi,ex sermonibus suis iustificabitur, & non condemnabitur.Si autem nunquã recte loquutus est,sed semper protulit praua, ex sermonibus suis cõdemnabitur,&nõ iustificabit. Verum quia nos qui nõ sumus ex omni parte perfecti

fecti,neq; sic dicimus ut semper iustificemur,neq; sic ecõtrario sumus peccatores ut sem per cõdemnemur:& habemus alia uerba ex quibus iustificemur, & alia ex quibus con demnemur:deus super staterã suam utraq; ponẽs expendit diligẽter,&iudicat in quibus iustus sim,& in quibus sermonibus condemnandus. Quod aũt in sermonibus facit,hoc idem facit & in gestis. Necesse est enim ut sint alia facta in quibus instificemur, & alia in quibus cõdemnemur. Neq; enim sic perfectus sum, ut omnia facta habeam in quibus iu stus existã:neq; sic peccator, ut talia cũcta fecerim quæ me omni ex parte condemnent. Esse autẽ & alia facta istiusmodi,& alia istiusmodi,ex hoc manifestũ est quod dicit:Quo rundam hominũ peccata manifesta sunt præcedentia ad iudiciũ,quorundã autem & sub sequuntur.Similiter autẽ & bona facta manifesta sunt,& quæ aliter habentur latere non possunt.Æque de intellectibus. Propter quod & inter se inuicem cogitationũ accusan tium siue satisfacientiũ iudicium me expectat de omnibus quæ facio,quæ intelligo,quæ loquor,& incertus opperior quídnã mihi in illo iudicio sit futurũ. Quãtoq; magis timor dei mihi incutitur ad recipienda cũcta quæ feci, tanto magis custodire me debeo,utinã quidẽ ab omnibus peccatis,sin aũt hoc non possum, saltẽ queam à maximis. Hæc de eo quod proposuimus de prophetis,qui prophetant de corde suo, ad quod dicitur:Audite sermonẽ domini,hęc dicit Adonai dominus:uæ ijs qui prophetant de corde suo,qui am bulant post spiritũ suũ.Duo peccata sunt,unũ cordis,aliud spiritus.Primũ de meliori par te uideamus,ut possimus etiã ea quę cõtraria sunt cõsiderare. Apostolus loquit: Orabo 1 Cor.14
spiritu,orabo & sensu.Qui sensus in corde habet habitaculũ.Psallam spiritu,psallam sen su.Igit & spiritus est,& sensus in nobis. Et quomodo sanctus orat spiritu, orat & sensu, psallit spiritu,psallit & sensu: sic iste q est falsus prophetes, de corde proprio prophetat, & ambulat nõ post spiritum dei,sed post spiritũ suum.Est quippe quidam spiritus homi nis,qui uersatur in eo,post quẽ procul absit ut ego ambulem,sed intelligens sanctũ spiri tum dei post dominum Iesum meũ ambulem.Itaq; prophetæ qui prophetãt de corde & ambulant post spiritũ non tam dei quàm suum,omnino quod Græce dicitur non uident,& est ambigua ex sermone sentẽtia.Siue enim ea quæ sunt generalia id est ge neralia non uident,licet quadã ex parte conspiciant:siue(quod ego melius reor) omni no nõ uidẽt,licet sibi ex parte quadã uideant uidere. Alij quippe in nobis oculi sunt me liores his quos habemus in corpore. Qui oculi aut Iesum dominũ uidẽt,qui eos ad se in tuendũ creauit,aut certe omnino cæci sunt.Si peccator sum,nihil uideo, nec possum ue ritatis lumen aspicere.In iudicium quippe(ait)in mundũ istum ueni,ut non uidentes ui Ioan.9
deant,& uidentes cæci fiant.Si autẽ iustus,accipio gratiã à deo, & de me quoq; dicit ui dens.Prophetæ enim uocabant ante uidentes.Et qui uides,ait,uade,descende in terram Iuda,& ibi cõmorare,& ibi prophetabis.In Bethel autẽ iam nõ adijcies ut prophetes,& rursum alibi: Visio quam uidit Esaias filius Amos.Beatus cui reuelabit dominus oculos Esa.1
ad uidenda mirabilia de lege dei,iuxta obsecrationẽ pphetæ dicẽtis: Reuela oculos me Psal.118
os,& considerabo mirabilia de lege tua. Videamus autem & alium sermonem per quẽ pseudoprophetæ,& falsi magistri corripiuntur:à quo quæso ut orantibus uobis ego pu rus inueniar. Quæ est ergo igitur correptio? Sicut uulpes in deserto,prophetæ tui Israel. Ezech.13
Animal uulpes nequam est,uersutum,indomabile est,ferũ est.Dicite(ait Saluator) uul- Luc.13
pi isti:Ecce sanationes perficio hodie, & cras, & tertia die consummor. Has uulpes ne cessarias habuit aduersum alienigenas Sampson,quarum caudis cum igne uinctis(trecẽ tas enim ceperat)in perditionem eas frugum misit hostilium. Istiusmodi sunt falsi magi stri,uersuti,maligni,& bestijs similes.Si talis sum, uulpes sum: sed nõ simpliciter uulpes, uerum uulpes in desertis,uulpes in parietinis,uulpes in rupibus.hęc enim in diuersis sen sibus cõtinẽtur. Versipelles isti & nequã semper in desertis, semper in solitudinibus mo rantur. Vbicũq; enim anima habitatur à deo,& spiritu sancto plena est,ibi non potest hę reticorũ doctrina penetrare,nec ualet eorum sermo perrumpere. Vbi aũt solitudo Chri sti est,ubi desertũ iustitiæ,ibi nequissimę disciplinę uenena uersant.Idcirco sicut uulpes, ait,in desertis prophetæ tui Israel.Non steterunt in firmamento. Si considerare uolueris magistros,uidebis eos infirmos,instabiles,& non ualentes dicere:Statuit supra petrã pe Psal.39
des meos,& direxit gressus meos.Et quia nõ sunt tales ut steterint robusta radice funda ti,ideo non steterũt in firmamẽto,sed dilexerũt mouere pedes suos. Est aũt & hoc gran-

Psal.73 de peccatũ,saltem paululũ pedes mouere, ut Dauid psalmista canit: Quàm bonus Israel deus rectis corde. Mei uerò pene moti sunt pedes. Beatus ille multũq; felix, cui robustissi me consistenti firmos animę pedes habere cõcessum est, qui audire à deo dignus est, Tu uerò sta mecũ. Verũ nõ tales pseudoprophetæ, nõ tales falsi magistri: neq; enim sic stete runt in firmamẽto. Et cõgregabũt greges super domũ Israel. quos docẽt, quos instituũt, siue hæretici dogma impiũ prędicãtes, siue falsi magistri decipiẽtes eos quorũ aures pru riũt, colligunt greges schismatũ aduersum ecclesiã dei, aduersum domũ Israel. Nõ surre xerũt qui dicerẽt: In die domini falsa uidentes hi non surrexerũt. Isti uerò surgẽtes dicũt: Cõsepulti sumus Christo per baptisma, & cõsurreximus ei. Habemus quippe ut pignus spiritus sancti, quẽ accipiemus ad plenũ postquam uenerit quod perfectũ est, sic pignus resurrectionis, qa in resurrectione perfecta nemo adhuc resurrexit de nobis. Verũtamẽ
Rom.6 resurreximus, Paulo dicẽte: Cõsepulti sumus Christo per baptisma, & consurreximus ei. Nõ ergo resurrexerũt, hoc est necdũ resurrectionis baptisma consecuti sunt falsi prophe tæ, & falsi magistri, q dicerẽt in die domini uidẽtes quæ falsa sunt, neq; aliquãdo possunt conspicere ueritatẽ. Accipe exemplũ. Qui scripturam legit, & aliter q̃ scripta est accipit, scripturã mẽdaciter uidet. Qui uerò audit scripturã ut se ueritatis intellectus habet, & sic
Num.23 eam interpretat̃, uidet ueritatẽ. Et sancti quidẽ non diuinãt. Nõ enim diuinatio in Iacob. Peccatores uerò diuinãt falsa, dicẽtes: Hęc dicit dominus, & dñs nõ misit eos. Audi hæ reticos, quomodo traditionẽ apostolorum habere se dicãt. Audi falsos magistros, quo modo affirmãt doctrinam suã domini esse doctrinã, sensum suũ sensui cõgruere prophe tarum, & dicũt: Hæc dicit dominus, & dominus nõ misit eos. Et cœperũt suscitare sermo nem. Nõ uisionẽ falsam uidistis? Et hi enim uolũt in defensionẽ sui quendã pro se suscita re sermonẽ, sed arguit eos dominus, & dicit: Non uisionẽ falsam uidistis, & diuinationes uanas locuti estis, & dixistis, dicit dominus, & ego non sum locutus? Propterea dic, Hæc dicit dominus pro eo quod sermones uestri mẽdaces sunt. Orate pro nobis ut sermones nostri nõ sint falsi. Licet quidã homines ignorãtia iudicij eos asserãt falsos, dominus non dicat, & recte nobiscũ ageť. Si uerò mille hominũ eos dixerint ueros, iudicio porrò dei fuerint falsi, quid mihi proderit? Dicũt & Marcionitæ magistri sui ueros esse sermões, di cunt & Valentini robustissimam sectam, qui fabularũ eius cõmenta suscipiunt. Quæ uti litas? Quia plurimi ecclesiæ hæretica prauitate decepti in eorũ conspirauere sentẽtiam, hoc est quod quęritur, ut dominus sermonum meorũ testis assistat, ut ipse cõprobet quę dicũť sanctarũ testimonio scripturarũ. Propter hæc ergo ad nos dicit Adonai dominus, extendã manum meã ad prophetas qui uidẽt mẽdacia. Hę cõminationes sunt aduersum falsos magistros, & eos qui loquunť mendacia. Videamus autẽ quid de eis cõmineť: In disciplina populi mei nõ erũt. Nõ uno modo à domino peccatores corripiunť. Aliter ar
Prou.3 guitur populus domini, aliter alienus ab eo: Fili ne neglexeris disciplinã domini, neq; fa tigeris dum argueris ab eo. Quẽ enim diligit dominus castigat, flagellat autẽ omnẽ filiũ quem recipit. Argue nos domine, uerũ in iudicio, & non in furore. ista correptio populi
Psal.6 est. Correptio peccatoris & alieni illa est quã iustus renuit, dicẽs: Domine ne in ira tua ar guas me, neq; in furore tuo corripias me. De falsis itaq; magistris, & pseudoprophetis di cit̃: In disciplina populi mei nõ erũt, neq; in scriptura domus Israel scribenť. Sicut & alibi. Deleantur de libro uiuentiũ, & cũ iustis non scribanť. Et nunc scriptura ait. In domus Israel non scribenť, & in terrã Israel non intrabũt. Extra repromissionis terrã hęretici mo rabunť. quæ est terra ualde bona, & in quã ut introducamur oramus, in libro uiuentium ante conscripti à Iesu Christo, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia Tertia. De eo quod scriptũ est: Fili hominis obfirma faciem tuã super filias populi tui quæ prophetant de corde suo. usq; Obfirma faciem meã super hominem illum, & ponam illum desertum. Cap. XIII

PRIMVM de eo quod dicitur, Obfirma faciem tuam, requirendum. Deinde
P si dominus dederit, inuestigare debemus filias populi prophetãtes de cor de suo, & facientes ea, in quibus eas dei sermo corripiat. Et quòd sit alia facies præter hanc corporis nostri faciem, licet ex multis manifestum sit, attamen & ex
2 Cor.3 his quę apostolus memorat indicatur. Nos uerò omnes reuelata facie gloriã domini speculantes

culantes,in eãdem imaginẽ trãsformamur à gloria in gloriã, quaſi à domini ſpiritu. Hãc faciem corporalem omnes homines habemus reuelatam, niſi forte calamitatibus,& angustijs premimur, Vultus autem ille de quo ſermo apoſtoli eſt,in multis tectus eſt, & in paucis reuelatus. Qui enim fiduciam habet in uita immaculata, in ſenſu ſano,in fide uera,iſte tantummodo non habet cõfeſſionis,fraudulentiæ,peccatiq; uelamẽ, ſed propter puram conſcientiam reuelata facie gloriam domini contemplatur. Procul autem abſit à nobis,ut uelatam habeamus hanc faciẽ. Hęc pauca de facie,ut poſſimus intelligere quid ſit quod ſequitur, Obfirma faciem tuam ſuper filias populi tui. Iſta facies, id eſt principale cordis noſtri,niſi obfirmata fuerit ſuper eo quod intelligẽdum eſt, ut quomodo uidet ſic annunciet audientibus,illud quod aſpicitur nõ uidetur. Impoſſibile quippe eſt ut aliquis ſine obfirmatione uultus,uagus,fluctuabũdus, circumlatus omni uento doctrinæ, uideat quod debet,uideat ut debet. Oportet ergo uolẽtem intelligere habere faciem in eo quod intelligere nititur obfirmatã: & ob hanc ſemper cauſam prophetaturis primum iubetur ut faciem ſuam obfirment: ut noſtram autem & nos poſſimus obfirmare faciem in euangelio,in lege,in prophetis,in apoſtolis, obfirma eam ſuper Chriſto, & non ſuper ſeculi negocijs. Sed cum in mundialibus curis anima noſtra uerſetur, cum ſemper ardeat habendi fame,non obfirmamus faciem noſtram ſuper ea quæ imperauit deus, ſed ſuper ea quæ dei ſunt aduerſa præceptis. Quis putas in nobis mundus eſt ab obfirmatione faciei ſuper his quæ interdicta ſunt? Quis intantum ſollicitus & cautus, ut diebus ac noctibus in ea obfirmet cordis ſui faciem quæ iubentur? Nũc quoq; ſi intellecturi fuimus præſentem ſcripturam quomodo prophetæ dicatur, obfirma faciem tuã ſuper filias populi tui, ut uideat ea quæ dicturus eſt, debemus obfirmare intelligentiam, plenum in intentione cordis habere tractatum quid ſit hoc quod ſignificetur, ut tandem ratione ſuperati recedamus à litera. Ac ſecundum communem quidem intellectum uidentur quædam filiæ populi prophetantes hoc quod ſequitur admiſiſſe peccatũ. Aſſumẽtes ceruicalia cõſuebant, conſuentes non ponebant ea ſub capite, ſed ſub cubito audientium, & uelaminibus quibuſdam tegebant capita uniuerſæ ætatis. Hæc ſunt quæ prophetantibus filiabus populi reputantur quaſi magna peccata. Quis autẽ poteſt in uerbo conſiſtens dicere, quia ſi quis ceruicalia conſuat, & cõſuta ſub cubito ponat alterius, delinquat, & à deo corripiatur? Quis poteſt aſſerere, quia ſi quis uelamina faciat ad tegendum caput uniuerſæ ætatis, impie agat? Inuitis nobis ab ipſa ſcriptura neceſſitas imponitur, ut ab apicib. literæ recedentes, uerbum & ſapientiam & uoluntatem eius requiramus ad aperiẽda peccata quæ clauſa ſunt, ad illuminanda quæ caligãt, ut poſſimus à maledicto extranei fieri, dum agnoſcimus quid ſit cui maledicitur. Væ quippe, ait, his qui aſſuunt ceruicalia ſub omni cubito manuum, ſiue manus. Qui in uictu corporis occupati ſunt, & ne per ſomnium quidẽ ſpiritales uidere delicias, quas nos habere uult ſermo diuinus dicens: Delectare in domino, & dabit tibi petitiones cordis tui: qui non nouerunt uoluptatem beatorũ, de qua ſcribitur: Torrente uoluptatis tuæ potabis eos: requirunt quaſi amatores luxurię & non amatores dei, ſemper in corporalibus eſſe delicijs. Signum autẽ mihi uidetur uoluptatis carneæ, ſub cubito manuum ceruical aſſutum. Quia enim in tempore diſcũbendi ad beneficia corporalia uidemur uti conſutis quibuſdam, & acu pictis ſub cubito manuum noſtrarum, forſitan ſermo diuinus per iſtiuſmodi figuram & argumẽtum eos culpat magiſtros, qui per uaniloquẽtiam & beatas quaſq; repromiſſiones multitudinẽ audientium libidini uitijs uoluptatiq; permittunt. Debet enim dei uerbum & deus homo ea proferre, quæ ſaluti ſunt audienti, quæ illum hortentur ad continentiam, ad conuerſationem ſanorum actuum, ad cuncta in quæ homo ſtudioſus laborum & non libidinũ debet incumbere, ut poſſit ea conſequi quæ à deo ſunt repromiſſa. Cum ergo aliquis aptus moribus populi, ut placeat eis quibus aures pruriunt, loquitur quæ gratanter accipiant, loquitur quæ uicina ſunt uoluptati, talis magiſter conſuit ceruicalia ſub omni cubito manus. Sequitur hoc peccatum habentem, ut faciat etiam amictus ad uelandum caput omnis ætatis. Cuius autem rei figura ſit etiam uelamen, cautius conſideremus. Qui fiduciam habet, & uere uir eſt, uelamen non habet ſuper caput ſuum, ſed intecto capite orat dominum, intecto capite prophetat, per ſignum corporalis rei etiam ſpiritalem latenter oſtendens, ut quomodo non habet uelamen ſuper caput carnis ſuæ, ita non habeat uela

Pſal. 35

men

men ſuper principale cordis ſui. Si quis uerò confuſionis uelamen gerit & peccati, iſte quaſi muliebria uelamina habet ſuper caput ſuum. Itaq; cum aliquis docuerit ea quæ aurem populi mulceant, & ſtrepitum potius laudatorum, quàm gemitum moueant, ſi blandus inimicus palpauerit potius quàm ſecuerit uulnera, talis homo amictus cõtexit in capite. Cũ autẽ in luxurioſam orationem dicentis ſe ſermo fuderit, & in laſciuum perſulta uerit eloquium, contexit uelamen ſuper caput omnis ætatis, non modo puerorum & iuuenum, uerum & ſenum. Quomodo enim faciet ſigna & portenta ad decipiẽdos (ſi fieri poteſt) etiam electos falſus Chriſtus, & falſus propheta: ſimiliter & hi qui ad uoluptatẽ meditata deportant, & iſta ſemper inquirunt quæ delectent potius audientes, q̃ conuertant à uitijs, faciunt uelamina ſuper caput non modo puerorum & iuuenum, ſed (ſi fieri poteſt) ſenum quoq; & patrum, intantum ut etiam eos decipiant qui iuxta laborem animæ in ſpiritali ætate & ſenio proceſſerũt. Et potuit quidem dicere propheta, ſuper filios populi tui qui prophetãt: ſed quaſi omnes qui uelamina contexant, & ceruicalia conſuant ſub omni cubito manus, mulieres ſint, & nullus inter eos uiri nomine dignus habeatur, ait propheta, In filias populi tui quæ prophetãt de corde ſuo, & ea faciũt quæ ſequuntur. Effœminatæ quippe ſunt eorum magiſtrorum & animæ, & uoluntates, qui ſemper ſonãtia, ſemper canora componũt: & (ut quod uerum eſt dicam) nihil uirile, nihil forte, nihil deo dignum eſt in his, qui iuxta gratiam & uoluntatem audientũ prædicant: idcirco omnes filias potius quàm filios dixit aſſuentes ceruicalia. Et obſerua proprietatẽ uerbi, aſſuentes ait, non contexentes. An ignoras quod tunica domini tui Ieſu nihil in ſe habeat cõſutile, ſed ex omni parte contexta ſit? Iſtæ ergo cõſuunt dicta dictis fraudulenter & callide, aſſuentes potius q̃ contexentes: & faciũt ceruicalia nõ in quibus capita reclinent, ſed in quibus cubitum: id eſt ut manus eorum nõ ſint in labore, non in opere laſſeſcant, ſed ſint in requie, ſint in otio, ſint in his geſtis quæ uoluptatibus ſeruiunt. Hæc autẽ quæ dicimus, ita ſe habere ut à nobis intellecta ſunt, ſequẽs ſermo Prophetæ lucidius oſtendit dicens: Hæc dicit Adonai dominus. Ecce ego ad ceruicalia ueſtra, in quibus uos conuertitis illic animas in diſſolutionem. Aperuit ænigma quod latebat, perſpicue oſtẽdens cõſuta ceruicalia in diſſolutionem animarũ fieri. Quis autẽ poteſt ſuper ſermonem qui legitur, audiens deum cõminantem, quia ipſe diſrumpat talem ſutelam, & talia ceruicalia? Ait enim: Ecce ego non iubeo, ſed ipſe diſrumpo ceruicalia conſuta ſub omni cubito manus. Dei opus eſt omnem arguere texturã, & diſſoluere uniuerſam fictionem peſſimam, quæ nocet his qui nolunt manibus operari, ſed ocioſis eis uti. Et diſrumpam ea à brachijs ueſtris, id eſt ceruicalia, ne ulterius ea cubitis ueſtris ſubiecta habeatis. Et emittã animas quas uos ſubuertitis, animas eorum. Quæ ergo ſubuerſio eſt cõſuere ceruicalia, & ſubijcere cubitis? Sed ut ſermonis ſacramentũ intelligas, uidebis grandem ſubuerſionem eſſe, delicatũ hominẽ iuxta corpus efficere. Talia autẽ ſunt uerba hæreticorum, ubi non eſt cõuerſatio rigida. Inuenies diſcipulos Valentini moribus diſſolutos, ad nihil forte, ad nihil uirile tendentes: ſimiliter & ſectatores Baſilidis. Docẽt inſuper & negare inuerecunde quaſi præcepto quod de eorũ martyrio eſt. Non id docẽt quod oſtendunt eccleſiaſtici, parati tollere crucem & ſequi ſaluatorem. Diſrumpit ergo qui hęc cõminatur ſermo filius dei, cõſutiones nequiſſimas. Præſta mihi Chriſte ut diſrumpam ceruicalia in animarũ conſuta luxuriam. Sed quid aliud ſequitur? Et uelamina diſrũpam. Quę ſe diſrupturum eſſe teſtatur? non ſolum ceruicalia, uerum uelamina. Ideo autẽ diſrupturum, ut caput nudum fiat, ut accepta fiducia, & reuelata non ſolum facie, ſed etiã capite, cõſtanter uir eccleſiaſticus poſſit orare. Diſrũpam uelamina ueſtra, & liberabo populũ meum de manu ueſtra. Licet uos ſubuertatis animas per ceruicalia & uelamina, ego iſta diſrumpens liberabo populũ meum. Liberat autẽ populum deus per conuerſationem auſterã, & à uoluptatibus recedentem. Et ultra non erunt in manibus ueſtris in ſubuerſionẽ. In manibus ueſtris qui decipitis audientes, iam nõ erũt iſta ceruicalia. Et cognoſcetis quia ego dominus. Si nõ cõſciſſa fuerint ceruicalia, ſi nõ uelamina diſrumpo, nõ cognoſcetis quia ego dominus. Delitiæ quippe, & ociũ, & reſolutio nõ ſinunt cognoſci eũ qui dicit, ego ſum dominus. Pro eo q̃ euertiſti cor iuſti iniquè. Quomodo in loco ſignorum dictum eſt, quia decipiant etiã electos dei, ſic euenit ſæpe ut iuſtos quoq; hæretici ſupplantent. Amant enim homines uoluptatẽ: quia ſtatim ut apparuerit, trãquilla eſt, & laſciua,

& delectans sensum,& prouocãs nos ad usum sui.Fugimus amara, licet salutaria sint,& nolumus laborare uoluptatibus deliniti, nescientes quia impossibile est eundẽ amatorẽ esse dei.Propter quod Apostolus ait de pessimis,quia sint amatores uoluptatis magis q̃ 2 Tim.3 amatores dei.Et ego non auertebam ad confortandas manus iniquorũ. Ego non auertebam,sed omnia quæ erant ædificationis dispensabam.Istæ uerò prophetissæ effœminatę animæ auertebant ad confortandas manus iniqui,hoc est ut fortior manus iniquitate fieret,ne omnino auerteretur de uia sua mala,& uiuificaretur,id est nullus penitus conuerteretur à uia sua pessima, & uiuificaret.Propterea falsa nõ uidebitis qui docetis falsa.Iam uos nõ faciã ultra conatu prospero pergere,ut possitis insinuare quæ dicitis. Et diuinationes nõ diuinabitis amplius:Et liberabo populum meum de manu uestra: Oramus, ut & nos liberet deus de manu talium magistrorum, qui ubicunq; fuerint ad uoluptates audientiũ loquentes,scindunt ac diuidunt ecclesiam, quia plures sunt magis amatores uoluptatũ,quàm amatores dei.Et scietis quia ego dominus. Si conuertero diuinationes uestras,si fecero silere mendacia,tunc scietis quia ego dominus.Hęc prior prophetia:sequitur & alia,quæ ita contexitur:Et uenerunt ad me uiri seniorum Israel, & sederũt ante faciem meam.Omnia dei sermo perstringit,& nullam speciem ordinũ qui in ecclesia constituti sunt,dimittit intactam,uerum uniuersa percurrens omnes sanare desiderat, ueluti nunc quædã ad presbyteros loquitur. Ea enim quæ præcesserũt dicta sunt de magistris. Idcirco considerem⁹ & de presbyteris quid dicat,excutientes nosmetipsos,ne quis nostrum presbyter talis sit,qualis infrà exponitur. Et uenerũt ad me uiri seniorum Israel,& sederunt ante faciem meam. Et factus est sermo domini ad me dicens:Fili hominis. Videamus accusationem,ut scire possimus utrúmne eam in nobis deprehendamus.An nõ uiri isti posuerunt cogitationes suas in cordibus suis, & pœnam iniquitatum suarum posuerunt ante faciem suam? Nunquid respondens respondebo eis,Beati qui mundo sunt Matt.5 corde? Qui enim mundum habent cor, cogitationes suas non ponunt in cordibus suis, sed magis habẽt in sermone dei. Qui aũt laborãt in secularibus curis,& nihil aliud requirunt nisi quomodo præsentem transigant uitam,hi cogitationes suas ponũt in cordibus suis,utputa si uideris hominem nihil aliud cogitãtem nisi mundi negocia, lucra corporalia,& ciborum abundantiam:ex his quæ indiguerit,in quibus sollicitus est,in quibus suspirat,futuram tantũ alimoniã cum dolore conquirens, pœnam cogitationum suarũ posuit in corde suo.Arguens igitur quosdam presbyteros istiusmodi, ait ad prophetam sermo diuinus: Viri isti,id est supradicti presbyteri, posuerunt cogitationes suas in cordib. suis,& pœnam iniquitatum suarum posuerunt ante faciem suam. Nemo uestrum existimet cruciatus nobis ab alio quàm à nobis irrogari.Deus non facit pœnas,sed ea quę patimur ipsi nobis præparamus.Itaq; testimonio quo frequenter usi sumus,etiam nunc opportune utamur.Ambulate in lumine ignis uestri,& in flamma quam accendistis. Non est ignis alterius nisi uester,qui ligna,qui stipulam, qui materiã futuro incẽdio coacerua stis.Dicit ergo de presbyteris,procul autẽ absit à nobis,Viri isti posuerunt cogitationes suas in cordibus suis,& pœnam iniquitatum suarum posuerũt ante faciem suam.Sed respondens respondebo eis.Nunquídnam dignum est istis me respondere,qui uenerũt ad te prophetam uolentes discere sermones meos? Propter hoc loquere ad eos,& dic eis: Hæc dicit Adonai dominus.Homo homo ex domo Israel. Omnes homines nati sumus homines,sed nõ omnes homines homines sumus,sicut sæpissime notaui:id quod in Leuitico scriptũ est: Homo homo filiorum Israel, aut aduenarũ qui appositi sunt in nobis. Estote homines,homines scilicet:quia non omnes homines,homines sunt. Ostẽdamus de scripturis quomodo quidã homines non sint homines. Homo in honore positus nõ Psal.49 intellexit,comparatus est iumentis insipientibus,& assimilatus est eis.Iste non est homo homo,sed homo iumentũ.Generatio uiperarũ quis ostendit uobis fugere ab ira uẽtura? Matt.3 Talis non est homo homo: sed serpens homo. Et qui in fœminas insanientes facti sunt, unusquisq; super uxorem proximi sui hinniebat: & iste non est homo homo, sed homo equus.Absit igit à nobis ut tales simus,qui mereamur audire nõ esse nos homines homines,sed aliud quid præter homines.Si enim boni & mansueti sumus, duplicamus hominis nomẽ,ut sit in nobis nõ simpliciter homo,sed homo homo.Cõsidera an inuenire ualeamus,quid sit illud q̃ nomen hominis duplices. Quãdo iste homo qui est exterior,ho

mo

homo fuerit,eo qui est interior homo serpente existẽte,nõ est in nobis homo homo, sed tantũ homo.Quãdo uerò interior homo iuxta imaginẽ perseuerauerit conditoris,tunc nascit̃ homo,& fit istiusmodi secundũ exteriorem & interiorẽ hominem,bis homo homo.Porrò si quis in hoc uocatus ut fiat homo homo,posuerit cogitationes suas in corde suo,& pœnã suam ante faciem suã,& uenerit ad prophetã:Ego,inquit dominus,respondebo ei in his,quibus detinetur mens eius.Docet nos sermo præsens quomodo poterat singulis respondere,nec importuna admouere medicamina,sed pro qualitate morborũ cõgrua quæq; proferre.Animaduerte quod dicimus.Ad medicũ decẽ uadunt decem habentes species infirmitatũ.Non omnes eodẽ modo curat,sed alium illo,& aliũ illo:utputa sanat emplastro,alij aliud tribuit medicamentũ,nõnullis quod cauteriũ nuncupat̃ imponit,alium amara,aliũ dulci temperat potione,cuiusdam uerò uulnera crassiore ungui ne delinit.Sic & sermo dei pro qualitatibus hominum loquitur,nec passim sapientię suę ingerit sacramenta.Ait itaq;:Ego respondebo ei in quibus detinetur mẽs eius:ut ista uidelicet curem,in quibus mens eius detinet̃,ut non faciat declinare domũ Israel.Quicũq; seipsum exemplũ non præbet bonę uitæ,sed peruersus incedit,iste per suam prauitatem, dum ad hæc quæ nõ debet inclinatur,facit quodãmodo etiã dei populũ declinare secundum corda eorũ quæ abalienata sunt à me.Et qui hoc facit secundũ alienatum cor à deo, in cogitationibus suis facit.Propter quod respondet̃ eis in ijs in quibus detinetur cor eorum,& dicitur:Dic ad domũ Israel.Hæc dicit Adonai dominus.Conuertimini, & auertite uos à studijs uestris. Quia pollicitus est locuturũ se eis ea in quibus detinet̃ cor eorũ, ideo nũc quasi peccatoribus loquit̃ dicẽs: Conuertimini & auertite uos à studijs uestris & auertite facies uestras.Nõne tibi uidet̃ hoc facere? Facies uestrę obfirmatæ sunt super ea quæ nõ debent,cõuertite eas & obfirmate in hæc quæ uestro sunt emolumento.Propter quod homo homo de domo Israel,& de proselytis q aduenĩũt in Israel, quicũq; abalienatus fuerit.Potest fieri,& hominẽ hominem,siue creatum hominem hominem,seu perfectũ sui hominem hominẽ effectum abalienari cõtingit:siquidem & iustus secundũ eundem Ezechielem conuertit̃ aliquãdo à iustitijs suis, & peccat.Si ergo istiusmodi homo posuerit cogitationes suas in corde suo,& pœnam iniquitatis suæ ante faciẽ suam,& uenerit ad prophetã,ut interroget eũ in me:Ego, inquit dominus,respondebo ei in ipso in quo detinet̃,& obfirmabo faciem meam in hominẽ illum.Cõsidera quomodo in principio spoponderit clementer se responsurũ:ac deinde quomodo si rursus uenerit,necdũ curatus prioribus uerbis,obfirmabo dixit faciem meam super hominẽ illum, & ponã illum in desertũ.Si enim non obedierit sermonibus cõmonitionis,sed in delicto perseuerauerit,ponam eum in desertũ,& in exterminiũ,& tollam eum de medio populi mei.Ne auferas nos deus omnipotẽs de medio populi tui, uerũ cõserua nos in populo tuo.Iuste autẽ proijcit̃,qui digna facit abiectione,ut auferat̃ à populo dei, & eradicet̃ ab eo & tradat̃ Satanæ.Et in prẽsenti quidẽ potest quis egrediẽs de populo dei, rursum per pœnitẽtiam reuerti:si uerò eradicatus fuerit illo ex populo, de quo in quadã parabola dicit̃,uenisse,& recubuisse,& introisse quendã qui non habebat uestimẽtum nuptiale, dicẽte ad
Matt.22 eum patrefamiliâs:Amice quomodo huc intrasti non habẽs uestem nuptialem: atq; ita præcipiente ministris,ut uincientes eũ manibus & pedibus mitterẽt in tenebras exteriores:difficillime in locũ pristinum reuertet̃.Sed nos non eradicabimur,uerũ & in præsenti & in futuro seculo in domino nostro Iesu Christo plantabimur, & in eo fructus uberrimos afferemus,cui est gloria & imperium in secula seculorum,Amen.

Homilia quarta. Deo eo quod scriptũ est:Terra cũ peccauerit mihi ut præuaricetur præuaricans,extendens manum meam super eam.usq; ad id quod dicitur:Et si fuerint tres uiri in medio eius,Noe, Daniel & Iob,ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Cap. XIIII

SERMO domini qui factus est ad prophetam,de peccatrice terra loquitur, quomodo propter delicta sua uarijs sit excruciata supplicijs, fame, bestijs malis, gladio, morte, morte autem repentina, quæ aut ex corrupti aeris uitio sit creata,aut ex quocunque acciderit euentu, & dicitur: Quod si etiam quatuor ultiones meas misero in terram peccatricem,fuerint autem isti tres uiri, Noe, Daniel

niel & Iob in terra peccatrice, ipsi soli salui erũt. In cõminatione prima, in qua pœnam famis à pœnis cæteris aperuit, filiorum & filiarum nomina tacuit. In eo uerò sermone in quo bestias malas minatus est terræ, ait: Si filij & filiæ eorum salui fient, sed ipsi soli saluabuntur, Terra autem. & cum paululum reticuisset adiecit: Et erit in introitu. Rursum in comminatione gladij, Non liberabunt, ait, filios aut filias. Et in morte similiter est locutus. Non derelinquentur filij aut filiæ eorũ, sed ipsi soli Noe & Daniel & Iob liberabunt animas suas. Ingens igitur nobis cura expositionis incumbit, & ob id diligẽter debemus attendere, & obsecramus auditores ut quasi ad aliquod grande spectaculum cõfluentes faciem mentis intendant, ne obscuritas relaxatis sensibus elabatur. Non dixit in præsenti, si peccauerint ciuitatis aut loci alicuius accolæ, sed si terra peccauerit. Et scio quia simplicior quisq; cum audierit si terra peccauerit, statim ad procliuem ferat intelligentiã, ut terram dicat nominatam pro his qui morantur in terra: uerum sequentia scripturæ istam statim eximent expositionem. Cũ enim peccauerit terra, & in sua peccata corruerit, extenditur manus non super habitãtes terram, sed super ipsam terram, & prima correptione conteritur, ut auferatur ab ea firmamentum panis uidelicet: quasi pœna sit terræ si fames in ea obtineat, ut fruges semini denegent. Nam quomodo homo peccator sine prole & sterilis inter maledictos punit, iuxta id quod in quodam loco scriptum est, ex cõtrarijs enim contraria intelliguntur: & de iusto dicitur, nõ erit sine prole, neq; sterilis in uobis: & peccatores sine liberis & posteritate sui æterna infertilitate damnãtur, ut in domo Abimelech factum est, & earum quarum cõclusit deus uuluam propter peccatum quod in Isaac cõmissum est: sic & terra quodãmodo sine prole & sterilis relinquitur, fame missa in eam. Putas uerum est, hoc quod asserere sermo præludit, non de habitatoribus terræ sed de ipsa terra dicit? Possum paulisper ad altiora cõscendẽs scripturarũ testimonijs approbare, quomodo peccator terra dicat. Dicitur enim ad Adam: Terra es, & in terram ibis. Possumus dicere, quia & nunc delinquens terra peccator sit. Sed econtrario latissimam scripturæ syluam recensens coarctor ad suspicandũ, quia animalis sit terra ista quã cernimus. Si enim hoc quod scriptum est, Qui aspicit super terram & facit eam tremere, iuxta id quod scriptũ est uolumus accipere, intelligimus ad aspectũ dei terræmotus concitari, non quos ludæi suspicantur. Nam illi asserũt tremorem terræ commotionem eius esse, quod longe à ueritate diuersum est. Et nos quippe solliciti & tremẽtes propter peccata nostra in terra sumus, nec tamen tremor noster corpus cõcutit ad tremẽdum: sicuti & in alio loco dicitur: Super quẽ respiciam (ait dominus) nisi super humilem & quietum & trementẽ sermones meos? Ex quo manifestum est mãsuete & humiliter Deo seruientem ad sermones eius mente potius tremere quàm corpore. Et hæc quidem in medio dicta sunt satisfactione eius testimonij quod intulimus, Qui aspicit terram, & facit eam tremere. Accipe autem alia dicta de terra. Offenditur terra ab his qui insidẽt in ea. Quomodo offenditur terra, & quando auersatur ab his qui in se commorantur? Quando fuerint peccatores. Accipe aliud exemplum. Complacebit sibi terra in sabbatis suis. Econtrario enim quædam terræ sabbata nuncupant, in quibus sibi complaceat & lætetur. Necdum dico, Attende cœlum & loquar, & audiat terra uerba oris mei: neq; aliud, Audi cœlum & auribus percipe terra: sed nec Hieremiæ prophetiam, Terra, terra audi uerbũ domini, scribe uirũ istum abdicatum. Multa nos latent propter pauperratẽ memoriæ, propter ingenij tarditatem. Multa sunt quæ condidit Deus rationabilia, & sunt capacia, nõ solum principatus & potestates, & rectores tenebrarum istarum, uerum etiã & in meliore parte thronos, dominationes, & cætera quæ in nostro intellectu Apostolus reliquit dicens: Et super omne nomen quod nominatur non solum in seculo isto, uerũ & in futuro. Aer quoq; animalibus plenus est, secũdum eiusdem Apostoli testimoniũ prædicantis, In quibus aliquando ambulastis secundum seculum mundi huius, secundum principẽ potestatis & aeris spiritus, qui nũc operatur in filijs diffidentiæ. Est ergo terra, & uniuersa animalia, & per partes animalium uarietates. Quando enim offenditur terra, & rursum cõplacet sibi in sabbatis suis, non omnis offenditur, nõ omnis exultat. Quodãmodo enim erudita est cum habitatoribus suis, & didicit sabbata siue in umbra, siue in ueritate iuxta naturæ suæ agere qualitatẽ. Vnde sacratiore quadã intelligentia sabbatismus exercet post septem annos terræ sanctæ, donec cõplaceat deo in ea habitare. Si uerò peccatores in ea

Gen.20

Gen.3

Psal.103

Esa.ult.

Esa.1 Hier.22

Eph.2

fuerint, iam non ultra per septimanas annorum, sed per septuaginta terra sabbatũ gerit. Habemus sermonem de septuaginta annis, tam apud Hieremiã, q̃ apud Danielem sanctis literis consignatum: & futurum est, ut in die iudicij non solum homo, sed etiam uni-
Rom.8 uersa conditio iudicetur. Omnis quippe creatura congemiscit & cõdolet. Si omnis creatura congemiscit & condolet, est autem creaturarũ pars terra & cœlum, & cætera quæq; quæ sub cœlo sunt, & quæ super cœlos, & liberabitur omnis creatura à seruitute corruptionis in libertatẽ gloriæ filiorum dei, qui scit & de terra, an secũdum naturam suam in aliquo peccato teneatur obnoxia? Si enim animal est, si rationabilis est, si indiget auditione sermonis prophetici dicentis: Attende cœlũ & loquar, & audiat terra uerba oris mei: & audi cœlum, & auribus percipe terra: cur non dicamus ut inter homines est homo audiens & faciens uerba quæ iussus est facere, & alius est qui audit, & nõ implet quod præcipit, sicut & angelus præuaricator? Angelos enim non custodientes principatũ suũ, sed deserẽtes propriũ habitaculum suũ in iudicio magnę diei uinculis sempiternis sub tene-
Caute lege bris seruabit. Quãdo ergo angeli præuaricant, & alij sunt qui Dei præcepta custodiunt, & iudiciũ præstolantur, nõ solum hominũ, uerũetiam Dei, ut frequẽter diximus tam de his quæ in Apocalypsim conscripta sunt, q̃ & ex alijs innumerabilibus, quare inquã non terræ & aeris iudicium sit futurum? Si autem non putas huic disputationi cõsentiendum per quam asserimus omnem creaturã iudicãdam, audi & aliud testimonium de terra. Interrogat Deus Cain, qui occiderit Abel fratrem suum: & post multos sermones quos in
Gen.4 Genesi legimus ad extremum de terra dicit: Maledicta terra quæ aperuit os suum ad ex-
3 cipiẽdum sanguinem fratris tui de manu tua. Ego nec illud prætereo, Maledicta terra in operibus tuis: & econtrario, si quando benedicitur. Legimus & maledictam & benedictam dei uocibus terram. Vides ergo quia merito dicitur: Congemiscit omnis creatura. Et ut ad præcedens reuertar exemplum, offenditur terra in insidentibus sibi. Puto quia terra nos ut mater sustinens, & lætetur super bonis filijs, & doleat super peccatoribus. Ita quippe patri filius insipiens dolor est, & ei matri quæ genuit eum. Et non solum huic pa-
2 tri & matri, de quorum semine orimur, sed & illi matri quæ uere mater nostra est. Accepitq; deus humum de terra, & plasmauit hominem. Igitur terra mater nostra est, lætatur quando iustum filium sustinet. Lætabatur terra, ferens Abraham, Isaac & Iacob. Lætabatur terra in aduentu domini nostri Iesu Christi dignam se cernens filij dei sustẽtatu. Quid necesse est dicere de apostolis, & prophetis, cum de domini aduentu scriptum sit, Omnis terra clamat cum lætitia? Confitentur & miserabiles Iudæi hæc de Christi præsentia prædicari, sed stulte ignorant personam, cum uideant impleta quæ dicta sunt. Quãdo enim terra Britanniæ ante aduentum Christi in unius dei consensit religionem? Quando terra Maurorum? quando totus semel orbis? Nunc uerò propter ecclesias, quę mundi limites tenẽt, uniuersa terra cum lætitia clamat ad dominum Israel, & capax est bonorum
Deut.32 secundum fines suos. Statuitq; fines gentium iuxta numerum filiorum Israel, & facta est pars domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel. Capax est inquã ut animal iuxta partium qualitates, & bonorum actuum, & malorũ, in quibus aut laudem mereatur, aut pœnam. Cum igitur dicitur: Terra quæ peccauerit mihi ut delinquat delictũ, mysterium quoddam significatur. Aliter quippe de habitatoribus, aliter de ea dicit quæ
Matt.24 inhabitatur: Cœlum & terra pertransibunt. Cur cœlum prætergredit, cur terra pertran-
Gen.6 sit, nisi quia trãsitus sui quædam digna fecerũt? Et alio loco: Corrupta est, ait, omnis terra. Quando corrupta est? ante diluuium, non quòd per inundationẽ diluuij sit corrupta. Ait ergo. Terra quæ peccauerit mihi ut delinquat delictum, extendam manum meam et conteram eius firmamentum panis. Extendens deus manum suam super peccatricẽ terram, famẽ immittit in eam. Possum & aliter interpretari, quia terra aliquando delinquat.
Matt.13 Terra quippe est anima nostra, ut in parabola Euãgelij significatur. Anima petra, anima terra bona & fertilis per multam patientiam. Ista igitur terra sæpe peccat, sæpe non peccat. Et siquidem peccauerit, extendit manũ super eam, & cõterit omne firmamentũ panis eius. Ne cõteras omnipotens deus firmamentũ panis ab ista terra nostra, quin potius largire nobis semen tuũ, ut faciat in nobis fructũ centuplũ. Et emittam in eam famem, & tollã de ea hominẽ & pecus. Quomodo possum tam recõditas res in publicũ proferre? unde mihi ut exponere ualeam, cur fames, cur fertilitas, cur abũdantia, cur egestas terræ

accidant

accidāt? O profundum diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei. Vtrum propter homines & animarū malitiā immittat fames? an propter angelos quibus sunt cōmissa terrena, si peccauerint accidant ea quæ uidemus accidere? Si autem sunt quidam cœlestis dispensationis ministri qui fructibus præsunt, forte & ꝓpter illos infertilitas terrę eueniat. Plurima enim operum eius in absconsis sunt. Non possumus magnitudinem sapientiæ effari. Arenam maris & pluuiæ stillas, & dies seculi quis dinumerabit? Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum sapientiæ, quis inuestigabit? Varie ergo mittitur fames super peccatricem terram. Et auferam, inquit, ex ea hominē & pecus. Aliud est terra, aliud homo, Nam habitatores terræ (ut quidam putant) nunc pro terra non nominat. Si enim habitatores terræ per terram accipi uelit, superfluū fuerat dicere, auferam ex ea hominē & pecus. Gaudet enim terra quando plena est accolis, mœret cum id quod dicitur acciderit. Auferam ab ea hominem & pecus. De quibus si dominus uobis orātibus ministra uerit sensum (si tamen sensus domini capaces fuerimus effecti) uolumus pauca disserere. Quomodo pœna matris est in exilium destinatę priuari filijs, aut certe filios suos ad aliā uidere prouinciam destinari: sic quodammodo mater nostra terra flagellatur pro peccatis suis à deo, quando aufertur ab ea homo & pecus: lætatur quando homines habet: magis autem quando habet homines optimos, & in Dei studijs uiuentes, sicut suprà exposuimus. Dicitur ergo quando terra peccauerit, quasi dicatur, si quando peccauerit mater, auferam de domo eius filium, sic & nunc auferam de ea hominem. Lætatur quippe terra non super bestijs & feris rabidis, sed super pecudibus, quia placida & māsueta animalia diligit. Et auferam de ea hominem & pecus. Et si fuerint isti tres uiri in medio eius. Quomodo potest in terra peccatrice trium istorum pariter numerus cōmorari? quomodo tā diuersis temporibus uiuentiū potest inter se uita coniungi? In præsenti legimus in peccatrice terra eos pariter consistere, id est Noe qui in diluuio fuit, & Danielem qui in captiuitate Babylonis cōmoratus est, & Iob qui temporibus patriarcharum & Moysi uixisse perhibetur. hoc enim tempus inuenimus uitæ Iob. Quid ergo possumus dicere? Meminisse debemus (ut sæpe iam diximus) quia ut homo hominē generat, & Israel generat Israel. Israel quippe cum esset Iacob, genauit Israel populum. Et inuenimus in scripturis, Israel nomen tam in uno homine, quàm in uniuerso populo dici. Sic non solum Israel Israel, uerum & Ruben generat Ruben, & Simeon generat Simeonem, & Leui Leui, & Iudas Iudam, & reliqui omnes qui in tribu Iuda sunt ab illius stirpe uenientes Iudas nuncupant: & replicatæ sunt scripturæ in tribu Iuda nominibus Iuda. Ea quæ in benedictionibus Iacob, per Moysen de Ruben & Simeon & Leui & Iuda dicuntur & cæteris, non sic conueniunt patriarchis, ut his qui cognomines eorum propter familiæ radicē extiterunt. Beniamin lupus rapax ad matutinū comedit, & ad uesperā dabit escam. Beniamin ille nunquam fuit lupus rapax, Beniamin ille nunquā in uesperā dedit escam: sed is qui natus est ex tribu Beniamin, Hebræus ex Hebræis, iuxta legem Pharisæus, circuncisus octauo die, Beniamin prædicabatur lupus rapax ad matutinū comedens, quādo iuuenis fuit: & in uesperam dans escam, quando credens spiritalem præbuit cibū à se ecclesiis institutis. Igit̄ Beniamin Beniamin generat. Quomodo ergo homo ex homine, Beniamin ex Beniamin, sic Iuda ex Iuda, Ruben ex Ruben nascitur. Ruben quippe uiuat & non moriat̄, & sit multus in numero. Intātum nō erat de patriarcha sermo sed de populo qui de patriarcha descensurus erat. Cur hæc dicta sunt? uidelicet ut præsentē locum exponerem de Noe & Daniele & Iob. Quomodo em̄ Israel Israel generat, & Iob Iob, & Ruben Ruben, reliqui reliquos, sic Noe Noe. Et dicam quia de filijs Noe, Sem Noe fuerit, Cam uerò non fuerit Noe. Neq; enim habuit similitudinem patris sui. Et ut non omnes qui ex Abraham, filij Abraham: licet sint de semine eius, non sunt filij ipsius, quoniam peccatores sunt: sic hi qui habent similitudinē factorum Danielis, Daniel sunt: qui imitantur patientiā Iob, Iob fiunt. Noli ergo dicere, beatus Noe quoniam dignus effectus est ut in diluuio solus eligeretur à domino, & cæteris inundatione pereuntibus cum suis seruaret̄ incolumis: sed cōsidera, quia si & tu feceris ea quæ fecit Noe, eris Noe. Audi saluatorem dicentē: Si essetis filij Abrahæ, opera Abrahæ faceretis. Igitur si quis filius est Abrahā facit gesta Abraham: si quis filius est Noe, facit opus Noe: si quis filius est Danielis, facit id quod fecit Daniel. Si quis sequit̄ per quod glorioſus effectus est, utputa omnis qui sub-

Eccl. 1

Gen. 49

Ioan. 8

ſtantiam ſuam perdit, & ſuſtinẽs patienter tam iacturas rerum familiariũ quàm mortes fi
Iob.1 liorũ dicit: Dominus dedit, dominus abſtulit, ut domino uiſum eſt, ita factũ eſt, ſit nomẽ domini benedictũ in ſecula: qui incenditur corporis malis, & flagellatur uario malorum ſuorum dolore, & nihilominus in ipſis ſupplicijs glorificat dominũ, qui poteſt reſponde re diuina, & inter cruciatus propheticam uocem emittere, qualẽ emiſit Iob: imitator eſt Iob. Atq; ita in hunc modum & Noe, & Daniel, & Iob, in eodem poſſunt tempore repe riri. Quia aũt nũc Ezechiel non de his dixerit qs in ſcripturis lectitamus, uidelicet quos aut translatio, aut mors de præſenti uita ſubtraxerit, de alio quoq; loco approbare cona-
Dan.1 bimur. Daniel qui traditus eſt eunuchorum principi cum Anania, Azaria, Miſaele, eunuchus fuit, & eſt in præſenti dictũ: Noe, & Daniel, & Iob filios & filias nõ liberabũt, & reliqua. Fingamus quippe, filios habuerit Noe, quomodo filij Danielis docebunt, quẽ eunuchũ fuiſſe Iudæi tradunt? Verum quia fertilis & ſancta fuit anima illius, & prophe-
ticis diuiniſq; ſermonibus multos liberos procreauit, idcirco dicitur, ſi fuerint in tẽpore illo uel iſto ut Noe & Daniel & Iob, & ipſi ſoli ſaluabuntur. Et nos ergo poſſumus fieri Daniel: & ut nõ enumerẽ omnes ſanctos, poſſum eſſe Paulus ſi fuero imitator eius dicẽ-
1 Cor.11 tis, Imitatores mei eſtote. ſi cauteriũ quo ſignatus eſt Paulus habuero, ſi eandẽ figurã qua
Gal.4 ille figuratus eſt in Chriſto poſſedero, per quã ut bonus pater aiebat, Filioli mei quos ite rum parturio donec Chriſtus formetur in uobis. Si uerò ex diſſimilitudine ſignaculi coarguor, quia aliam formã habuerit Paulus q̃ ego in anima habeã, me ipſum decipio dicẽs. Filius meus es tu, ſemẽ Pauli. Noli mirari q̃ filius apoſtoli fias. Habeto uirtutes, & eris fi-
Ioan.13 lius Chriſti. Filioli, inquit, adhuc puſillum uobiſcum ſum. Cum autẽ fueris Chriſti, eris & omnipotẽtis patris, quia unum ſunt unitæq; naturæ. Ad hoc laborat iuſtus, in hoc ſtudiũ ſuũ omne cõuertit, ut Danielis & Iob & Noe & Abrahæ filius oſtendatur ad adoptionem dei, & iam nõ uocetur hominum nominibus, ſed uocabulis filiorũ dei. Si ergo fuerint tres uiri iſti. Non indiget ſpiritus ſanctus, ut etiam nunc Noe & Danielem & Iob oſtendat. Tres uiri iſti in medio eius. Dicit mihi eruditus auditor: Tres in præſenti nominantur, ſer mo uerò tuus plurimos affirmat, & Daniel & Iob & Noe. Cui ſic reſpondebimus. Omnis multitudo ſimiliũ unus eſt, & nõ plures qui ſimiles ſunt. Nõ plura corpora ſed unum
1 Cor.12 corpus omnes ſumus, iuxta id quod ſcriptũ eſt: Vos aũt eſtis corpus Chriſti, & membra ex parte. Et ſaluator noſter uenit quærere & ſaluare qd̃ perierat, in ſacramẽto nonagintanouẽ ouium nõ errantiũ, & unius perditæ. Venit quippe filius hominis quærere & ſal uare quod perierat. Quomodo enim unũ corpus plura ſunt corpora, & una ouis plures ſunt oues quæ perierant, hoc pacto omnes Noe, Daniel & Iob, in unum Noe & Iob & Danielem rediguntur. Ipſi in iuſtitia ſua ſaluabuntur, dicit dominus Adonai. Prius nomen dei quatuor literarũ eſt, quod interpretatur naturaliter deus. Ergo emittitur propter pec cata terræ fames: terra uerò ſecundũ omẽs ſenſus quos ſuprà diximus, & quoſcũq; intelligẽtiæ auditorũ reliquimus, ut ex noſtris dictis ipſi ſibi alias intelligẽtias reperirẽt. Videa mus autẽ & aliud opus iræ diuinæ emittentis in terram peccatricẽ beſtias peſſimas. Aiũt etiam Iudæi, ſiquando lupi homines deuorauerint impetum faciẽtes in domos, & cæte-
4 Reg.17 ræ beſtiæ, ut hiſtoria refert leones quondam in humanum genus immiſſos, & alio tẽpo-
4 Reg.2 re urſos, iſtiuſmodi deuorationes ex dei indignatione deſcẽdere. Et hũc interim ſenſum ut ſequamur literam ab altiori intellectu recedentes, nunc ſequi uidemus prophetã. Qui autem ſpiritalis eſt, iudicans omnia, & à nullo dijudicatur, cõfidenter dicit multas eſſe be ſtias, quas emittit Deus in peccatricem terram, ſi tamen terra noſtra peccauerit: aduerſa
1 Pet.5 rius noſter diabolus ut leo rugiens ambulat quærẽs quẽ deuoret. Illa quoq; hiſtoria quę ſcripturas diligenter obſeruantibus in planum ſe præbet intellectũ, iſtiuſmodi habet, ſignificationem, quando duo urſi ad paruulos miſſi ſunt, qui contumelias faciebant Prophetæ dicentes: Aſcende calue, aſcende calue. Vrſi nanq; illi in ſigno erant aliarũ beſtiarum, quæ uere feræ, uere ſunt rabidæ, quæ mittuntur in hanc peccatricem terram. Procul autem abſit à nobis, ut beſtiæ ad nos pro dei ultione mittãtur, quin potius in oratione di camus, Ne tradideris beſtijs animam cõfitentem tibi. Ego noui perſeuerantes in fide iuſtos feris traditos, & laceratos ab eis conſummaſſe martyriũ, nec tamẽ beatos eſſe deſiſſe. Non enim beſtijs fuerant traditi ſpiritalibus & inuiſibilibus, quæ lacerant animas pec catorum & dentes ſuos in impiorũ corda defigunt. Quemadmodũ enim ſi paſtor ex ore

leonum

leonum euellat duo crura ouis,uel extremum auriculæ, ita euellentur filij Israel. Tradi- Amos 3
tur ergo aliquando terra bestijs ad euersionem,ut auferatur ab ea homo & pecus.Et ob-
serua diligẽter differentias comminationum.In prima comminatione famis, ait: Ipsi soli
saluabuntur Noe, Daniel & Iob. In secũda uerò ubi bestias immissurum se esse testatur,
filij & filiæ nuncupatæ sunt. Veruntamen ipsi soli salui erũt,dicit Adonai dominus. Qui
locus dupliciter intelligitur. Ac primum secundum cõmunem sensum exponamus, ob
nonnullorum insipientiam,qui sensum animi sui,Dei esse asserũt ueritatem, & frequen-
ter dicunt:Futurum est ut unusquisq; nostrum precibus suis eripiat quoscunq; uoluerit
de gehenna:& iniquitatem introducunt ad dominum, nõ uidentes quod iustitia iusti su
per eum erit,& iniquitas iniqui super eum, & unusquisq; in proprio peccato morietur,
& in propria iustitia uiuet. Nihil mihi conducit martyr pater, si non bene uixero & or-
nauero generis mei nobilitatem, hoc est testimonium eius & confessionem qua illustra
tus est in Christo.Nihil prodest ludæis dicentibus, nos de fornicatione nati non sumus, Ioan.8
unum patrem habemus dominum.& post modicũ, Abraham pater noster est. Quæcũq;
dixerint,quæcunq; sibi assumere uoluerint,si non habuerint fidem Abraham, incassum
gloriantur.Neq; enim ideo saluabuntur quia sunt filij Abraham. Quoniam ergo quidã
non recte opinantur,necessario interposuimus etiam sensum literæ dicentis,Filios & fi-
lias non liberabunt Noe,Daniel & Iob,sed ipsi soli salui erunt. Nemo nostrum confidat
in iusto patre,in matre sancta,in fratribus castis.Beatus homo qui spem habet in semeti-
pso,& in uia recta.Ad eos autem qui in sanctis fiduciam habent,non incongrue proferi-
mus exemplum:Maledictus homo qui spem habet in homine. Et illud: Nolite cõfidere Hier.17
in hominibus.Sed & aliud:Bonum est cõfidere in domino, quàm confidere in principi- Psal.145.118
bus.Quod si necesse est in aliquo sperare, omnibus derelictis speremus in domino,dicẽ
tes.Si constiterint aduersum me castra,non timebit cor meum. Cum hæc se ita habeant, 26
etiam alia nobis quæstio oboritur,quam diligenter debemus excutere,ut scripturarũ ue
ritas elucescat.Quare cum tanti sint iusti,nunc tantũmodo tres nominantur,Noe,& Da
niel,& Iob? Audiui quondam à quodam Hebræo hunc locum exponẽte atque dicente,
ideo hos nominatos,quia unusquisq; eorum tria tempora uiderit,lętum,triste,& rursum
lætum. Vide Noe ante diluuium,considera mundum integrum:& eundem post Noe in
totius orbis naufragio solum cum filijs suis & animalibus in arca seruatũ: considera quo
modo post diluuiũ egressus sit,& plantauerit uineam, quodammodo secundi rursus or-
bis creator existens.Talis est iustus,uidit mundum ante diluuiũ,hoc est ante consumma
tionem:uidit mũdum in diluuio,in corruptione & in interitu peccatorũ, quæ in die sunt
euẽtura iudicij:rursum uidebit mundum in resurrectione omnium peccatorũ.Dicit mi-
hi aliquis,Concedo de Noe ut tria tempora uiderit, quid respondebis mihi de Daniele?
Et hic ante captiuitatẽ in patriæ floruit nobilitate, & deinceps in Babylonem translatus
Eunuchus effectus est,ut manifeste ex libro ipsius intelligi potest: uidit & reuersionem
in Hierusalem. Vt autem probetur quòd ante captiuitatem in Hierusalem fuerit,& post
captiuitatem Eunuchus effectus sit,assumamus id quod ad Ezechiam dictum est: Acci- Esa.39
pient de filijs tuis,& facient spadones in domo regis.Deinde post septuaginta annos in
uenitur deprecans deum, ut cõpleto iam tempore captiuitatis rursum ingrediatur Hie-
rusalem.Habemus orationem eius in uolumine proprio conscriptam,nec tamen possu-
mus inuenire ubi sit mortuus.Vidit ergo tria tempora ante captiuitatem,in captiuitate,
& post captiuitatem.Talis iustus est. Videamus autem an & Iob tria tempora habuerit.
Fuit quidem locuples:erãt quippe ei oues septẽ milia, cameli tria milia,iuga boum quin Iob.1
genta,& supellex multa ualde,filij septem,filiæ tres. Deinde accepit potestatem diabo-
lus aduersus eum. Vide tempora commutata. Dives in liberis pater,repente orbus effi-
citur: dives in censu dominus,ad ultimam deducitur egestatem.Ecce duo tempora.Post
hæc apparet ei dominus,& loquitur ei de nube,& ipse Iob ea quæ sunt in libro eius scri-
pta respondit.Igitur in primo tẽpore dei laudibus prædicatur:in secundo tentationi tra-
ditur,& sæuissimo hulcere percussus à pedibus usq; ad caput tristia & dura perpetiẽ. Ad
extremum factæ sunt ei oues quatuordecim milia,cameli sex milia,iuga boum mille, asi Iob.ult.
næ pascentes mille, & nascuntur ei filij septem, & filiæ. Atque ita & in Iob tria tempo-
ra deprehendimus,quæ in iustis hominibus reperimus. Tria uident iusti tempora, præ-

sens, & commutationis quando iudicaturus est Deus, & futurum post resurrectionem mortuorum, id est uitæ cœlestis perpetuitatem in Christo Iesu, Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia Quinta. De eo q̃ quatuor ultiones pessimæ, id est gladius, fames, bestiæ malæ & pestilentia inducunt̃ super terrã peccatricem: Et de parabola qua dicitur, Fili hominis quid fiet ligno uitis. Cap. XIIII & XV

FAMES quæ propter peccatricem inducitur terram, iuxta possibilitatem nostrarum uirium discussa est, & post famem de bestijs pessimis diximus quas immittet deus super peccatores. Quatuor enim ultiones in principio proposuimus, è quibus reliquæ duæ sunt de romphæa & de morte. Et in prima quidem filiorũ & filiarum nomen tantum est, in secunda uerò & tertia quam nunc conamur exponere, filiorum & filiarum nomen annexum est, id est in romphæa, qua corruunt qui cæde eius digna fecerunt. Quis est ergo iste gladius, id est romphęa quam nos formidare debemus nequando mittatur super terram nostram, super terram quam figuraliter exposuimus, ut & nobis necesse sit transire per gladium duplex aliquid habentẽ in pœna? Habitus quip pe ipsius gladij diuidit & secat eum in quem infertur: si uerò ad acumen aciei eius etiam tactus ipse pœnalis est, dupliciter torquetur qui hoc gladio puniendus est. Scriptum est
Gen.3 enim: Statuit igneam romphæam, & Cherubim custodire uiam ligni uitæ. Et quomodo si gladius acutus & candens inferatur in corpus, duplicem tribuit cruciatum, adustionis, & cædis: sic & romphæa quæ ad custodiam paradisi statuta memoratur, quam nunc ob expositionem gladij præsentis assumpsimus, duplicia infert tormenta, dum adurit & diuidit. Vt autẽ necessarium aliquid ex quibus deus sensum nostrum illuminat in loco prę senti interponamus, accipe exemplum. Aiunt studiosi medicinalis disciplinæ ad quasdam corporum curationes necessariam esse non solum sectionem ferri, uerumetiam adustionem. Nam ad eos qui canceris ueterno computrescunt, candentem siue nouaculę laminam siue quodcunq; acutissimi ferri genus adhibent, ut per ignẽ radices canceris euellantur, per incisionem autem putrida caro truncetur, & uia pateat medicaminibus inijciendis. Quis putas nostrum canceris (ut ita dicam) habet simile peccatum, ut non ei sufficiat aut simplex acumen ferri, aut sola ignis adustio, sed utraq; adhibeant̃, quo urat̃, et secetur? Audi saluatorem rationem ignis & ferri in duobus locis significãtem. In alio lo-
Matt.10 co ait: Non ueni mittere pacem super terram, sed gladium. In alio uerò, Ignem ueni mit-
Luc.12 tere super terram, & utinam iam ardeat. Igitur defert utrunq; Saluator, gladium & ignẽ, & baptizat quæ non potuerunt spiritus sancti purificatione purgari. Sacramenta diuina sunt, & ineffabilia, & soli deo cognita, plus tamen in gratiarũ donatione, quàm in tormentorum uarietatibus cõstituta. Neq; em̃ medici ex disciplina artis suæ rationabiliter eos quibus medentur secant urunt, dantq; poculũ amarissimi temperamenti, multaq; alia prout causa postulat faciunt: Deus autem uniuersitatis dominus sine rationabili quadam sapientia, & sine dispensatione digna maiestatis suæ pœnas tantum infert peccatoribus. Neq; enim, ut existimant, ad hoc tantum adhibet supplicia ut torqueat, sed quasi pater scit uulnera omniũ nostrum, scit qua ex causa quod hulcus natum sit, quæ putredo infelicis animæ ex quo ducat̃ exordio, qualis species doloris ex quo peccato ueniat: scit & formas, & modos, & numeros peccatorũ, qui semel, bis, terq; peccauerit, qui in una specie delictorum sæpe ruit, qui in diuersis uitiorum speciebus singulis tantum uicibus erra uerit. Hæc omnia nos iuxta sapientiã dei quærere, secundũ illud quod scriptum est, Scrutans corda & renes deus, & supplicia quę ab eo irrogãtur sic intelligere, quasi digna deo & conuenientia dispensationi eius, nos uult, non tantummodo cruciari. Omnia quippe ad hoc condidit ut essent, & salutares fecit generationes mundi, & non est in eis medicamentũ perditionis. Sed quia quod ille uoluit nos contemnẽdo non fecimus, & ille quod cupierat non exercuit in nobis. Disputatio nos coegit ut aliquid de pœnarũ specie dicere remus, quæ inferunt̃ ad terram. Debemus autem nosse, quia non statim ubi fames fuerit, sequat̃ & mors. Potest quippe fieri ut aliquis famem sustinẽs perseueret in uita, licet inedia, & squalore, & macie discrucier̃. Potest fieri ut immissis bestijs malis statim non omnes pereant, fugæ auxilio reseruati. Potest euenire ut cædente romphæa, cesset interitus.

Modo

Modo uulnerantur quidam & secantur, & ut ita dicam, crebris ictibus cõfundũtur, nec tamen pereunt. Idcirco nunc pœna nouissima in enumeratione pœnarũ mortis inferẽ. Istiusmodi quiddam & sacratissimus Apostolus sentiẽs, loquebatur: Nouissimus inimicus destruetur mors. Audebo dicere, sed nouissimus inimicus destruetur mors. Fuit quidam ante mortem inimicus, id est romphæa: fuit quidã ante mortẽ inimicus bestiæ pessimæ: fuit quidam ante bestias pessimas inimicus fames. Hæc omnia inimica sunt religionis inimicis. Si eñ non uis amicos fieri deo inuitãti te ad reconciliationem, & dicẽti per Apostolum: Obsecro uos per Christũ reconciliari deo, quid de deo causaris, cum in cau sis sub inimicorũ imperio esse uoluisti? An ignoras idcirco deum in Aegypto immisisse furorẽ, & iram, & angustiam, immissionẽ per angelos pessimos, quia inimici illius erãt, & ab eius aduersario regebantur? Procul autem absint à nobis quatuor istarũ supplicia pœnarũ, fames, bestiæ pessimæ, gladius, mors. Quicquid enim horũ fuerit illatũ, ad eos uenit qui inimici dei sunt: amicos eius præterit, neq; ausum est eos cõtingere qui de eius necessitudine gloriãtur. Et quomodo de igne bene creditũ est scripturis testantib. quia transeant per eum iusti, & non comburantur: uniuscuiusq; enim opus quale sit, ignis probabit: sic & in his supplicijs inueniatur aliquis Daniel, Noe, & Iob, & nihil pœnarũ sustinebit. Hæc specialiter per singula supplicia exposuimus, quę in extrema parte in unum Propheta consocians, ait. Hæc dicit Adonai dominus: Si autẽ quatuor uindictas meas pessimas romphæã, & famem, & bestias pessimas, & mortem immisero. Quò? Non super terram, sed super Hierusalẽ. Terra enim si puniatur, sufficit ei una correptio. Si autẽ corripiatur Hierusalem, super quam inuocatũ est nomen dei, quatuor ei cruciatus pariter inferuntur. Multo nobis utilius fuerat diuino non credidisse sermoni, quàm post credulitatem adhuc rursum ad peccata conuerti quæ ante cõmisimus. Considera enim qũo scriptura super terram singillatim supplicia dicat inferri, & nõ apponat quam terrã: quãdo uerò ad Hierusalẽ ueniat: Si autem & quatuor uindictas meas pessimas, romphæã, & famem, & bestias pessimas, & mortem immisero in Hierusalẽ: nos indicans Hierusalẽ, quia peccãtes quidem nos Hierusalẽ sumus quæ destruitur, in pręceptis uerò permanẽtes, Hierusalẽ dicimur quæ saluatur. Omnes lamẽtationes quas legimus in Hierusalem, omnes querimoniæ quibus eam plangit deus, ad nos pertinent qui gustauimus sermonẽ dei, & postea mandatis eius cõtraria fecimus. Non plectit Salomonis iura contẽnẽs, nõ sic punit Lycurgi scita destituẽs. Aliud suppliciũ est eius qui legem dei per Moysen traditã conculcat & despicit: maxima omniũ est eius pœna qui præcepta filij dei ꝑ nihilo duxerit. Irritam enim quis faciẽs legem Moysi, sine ulla miseratiõe duobus uel tribus tistibus moritur, quãto magis putatis deteriora supplicia mereri illum qui filiũ dei conculcauerit? Hi ergo quos enumerauimus filiũ dei nõ cõculcauerunt, sed tantum legem dei ingressi sunt, maximeq; hi qui ante aduentũ domini fuerunt. Sed neq; hi qui crucifixerũt Saluatorẽ meũ rei sunt ingentis pœnæ, sicut hi quibus ait Apostolus: Filiũ dei cõculcans, spiritui gratiæ contumeliã faciẽs: & si quid aliud significat in eo loco in quo eorum peccata replicat, qui post fidem in deũ peccauerunt. Hæc propter quatuor ultiões pessimas quæ inducunt̃ super Hierusalem. Et omnes quidẽ qui didicimus diuinas scripturas, siue bene, siue male uiuamus, Hierusalẽ sumus. Si male uiuimus, illa Hierusalem quæ cruciatibus punit̃, & sustinet quatuor ultiones: si bene, illa Hierusalẽ quæ in dei sinu requiescit. Et est magna distãtia ut in reliqua terra sic & in ipsa Hierusalẽ. Oẽs eñ qui in ecclesia peccatores sunt, qui sermonẽ dei gustauerũt, & transgrediunt̃ eum, merent̃ quidem supplicia, uerum pro modo graduũ unusquisq; torquebitur. Maiorẽ pœnã habet qui ecclesiæ præsidet, & delinquit. An nõ magis misericordiã promeretur ad cõparationem fidelis, catechumenus? Non magis uenia dignus est laicus, si ad diaconũ cõferatur? Et rursum cõparatione presbyteri, diaconus ueniam plus meret̃? Quæ aũt sequãtur, me tacente cognoscitis. Idcirco formidans iudiciũ dei, & ante oculos mihi ꝑponẽs illum iudicij ordinẽ qui in scripturis continet̃, recordor dicti illius: Pondus ultra te ne leues. Sed & illud: Noli quærere fieri iudex, ne nõ ualeas auferre iniquitates. Quid mihi ꝑ deest qa prior sedeo in cathedra resupinus, honorẽ maioris accipio, nec possum haberedi gnitate mea opera cõdigna. Nõne maiori pœna cruciabor, qa honor iusti mihi ab oñibus deferẽ, cũ peccator sim? Necessariũ fuit diligentius retractãtem ea quæ de quatuor

1 Cor. 15

2 Cor. 5

Eccl. 7

terræ ultionibus dicebãtur, id addere, quod Hieruſalem quippe erat in tribu Beniamin: & ſacerdotes tẽpli, & leuitæ qui dei miniſterijs ſeruiebãt, & cæteri ordines quos ſcriptu rarum ſermo cõprehendit, in ea morabant. Hæc accipit quatuor ultiones peſſimas, quę non ſunt ſimiles in his qui in ea habitant. Neq; enim eodem modo & ad populũ, & ad le uitas comminatio dirigitur. Iſraelites enim peccãs in Iſraeliticum delictum corruit. Qui autem maior eſt ab Iſraelita, quanto nobilior fuerit in ordine idẽ leuites & ſacerdos, tan to maiora ſupplicia ſuſtinebit. Si autem princeps ſacerdotum peccauerit, dicit ad eũ He
1 Reg. 2 li conſacerdos ſuus: Si delinquens peccauerit uir in uirum, orabunt pro eo: ſi autẽ in dominũ peccauerit, quis orabit pro eo? Hæc in expoſitionem eius ſermonis, quo cõminabantur & ſingulæ ſpecialiter in peccatricem terram ultiones, & pariter cõgregatæ in in felicem Hieruſalem. Videamus autem & ſequentia ſcripturæ. Quæ cum in parabola au dierit propheta, nos tãtum ſenſum debemus exponere, ipſum teſtimonij ordinem dere linquentes, & auditorem mittentes ad librũ. Lignũ uitis ut in fructu eſt honorabilius lignis omnibus, maxime his quæ in ſaltu fructificant, ſic ad cætera opera inutilius omnib. lignis eſt. Et uaſcula quædã poſſunt fieri, & in diuerſa opera neceſſarij uſus ad miniſtrãdum: de palmitibus autem uitis non ſolum uas aliquod & in opus utile quid fieri nõ po teſt, ſed neq; paxillus quidem eſt utilis. Ait ergo ſermo diuinus, quia ut palmes uitis ho norabilior ſit cæteris lignis ſi afferat fructus, ſic ab omnib. inferior iudicetur, ſi id nõ habeat unde præcellit: atq; in hunc modum eos qui imbuti ſunt eloquijs dei honorabilio res eſſe omnibus, & quocunq; modo in uineæ poſitos dignitate, cum afferãt fructus, bo
Hier. 2 tros ſalutis. de qua ſcriptũ eſt: Ego uerò te plantaui uineam fructiferã, totã ueram. Et ali-
Eſa. 5 bi: Vinea domini domus Iſrael eſt. Et rurſum: Vineam de Aegypto tranſtuliſti, & reli-
Pſal. 79 qua. Si autem non attulerint fructus, intantum ut à deo dici poſſit, quomodo cõuerſa es in amaritudinẽ uitis alienæ? tũc multo deteriores inueniri ab his lignis, quæ licet uiliora ſint, tamen ſuos afferunt fructus. Quomodo enim præcellunt ligna ſyluarum uineas in feraces, eodem modo intra quandam diſpenſationem ſapientiæ diuinæ ex lignis uiliori bus aliqua domui neceſſaria fabricantur. Neq; uerò turberis, putãs nos extra ſcripturas affirmare quod dicimus, futurũ eſſe ut de lignis ſyluæ aliquid utile fiat, id eſt de me ipſo ſi non attulero proprios naturæ meæ fructus. Si quidem & apoſtolus imaginẽ quandã
2 Tim. 2 eorum uaſorum quæ ſunt in humana conuerſatione aſſumit dicẽs: In magna autem do mo nõ ſunt tantũ uaſa aurea, & argẽtea, ſed & lignea, & fictilia (Nota qa uaſa lignea nũ cupauerit) & alia quidem in honorem, alia uerò in contumeliam. Iſta uaſa lignea quæ eſ ſe in magna domo apoſtolus prædicat, nõ ſunt facta de uitibus, nõ de palmitibus uinea rũ, ſed ex alijs lignis, quæ uilioris ordinis in nemorib. fructificauerunt. Quantũ ergo ma lum eſt & quale diſcrimen ut ligna quõdam uilia inueniant in magna patrisfamiliâs do mo, & palmes uitis meæ inutilis in domo ſit, & in ignem proijciatur? Hoc enim ſcriptũ eſt, quia annuam putationem eius cõſumat ignis. Hęc in Ezechielem. Saluator uerò hu
Ioan. 15 ius parabolæ ſenſum in Euangelio ita perſtrinxit, dicẽs: Ego ſum uitis, uos palmites, pa ter meus agricola. omnem palmitem qui in me manet et fructũ affert, pater meus putat, ut fructus maiores afferat: palmitẽ qui manet in me & fructum nõ affert, pater meus ex cidit, & in ignem mittit. Vides uicinitatem utrorũq; ſermonum? Vides quomodo pater excidat, & in ignem iaciat? Nos inſenſati quaſi negligenda quidem ſcriptura ſit, nolen tes ea diſcere quæ nobis incutiant metũ, ſed ea audire cupiẽtes, quæ prurientibus aurib. iucutiũt uoluptatem, libenter audimus quæ nos ſubuertãt, quæ decipiant. Qui dicit pro ximo ſuo ignoſcit nobis peccata noſtra deus, ſi quidẽ & in talibus ſacramẽtis ludimus, uiciſſim nobis pollicẽtes, mappam mittet deus. Et quia bonus eſt, & omniũ peccata diſ ſoluit, oportebat nos ſedere, & ſollicito corde dicere: Si heri peccauimus, hodie pœnitẽ tiam agamus. Verum huic palmiti (animal quippe eſt) qui dicit: Potẽs eſt deus & bonus agricola, qui nõ me excidat, & in ignem mittat, reſpondebit agricola: Sed ſi talis eſt pal mes ut fruſtra ſit in uite, nunquid poterit relinqui? Nónne ſi dimittatur impediet uitem, ne pro ſicco palmite uirides & fructuũ feraces afferat palmites? Quomodo enim boni agricolæ eſt excidere, & cõputare quæ ſicca ſunt, & tradere in eſcam ignis infructuoſos ramos: ſic boni dei eſt de omnib. uitib. infructuoſos palmites amputare, & igni tradere in perditionem. Verum nos ipſi nos ludimus, & decepti pariter ac decipiẽtes uolumus

magis

magis errare cum plurimis quàm ab errore conuerti: cum magis id quærere debeamus quod ædificet, quod timorem dei augeat, quod ad pœnitentiam reuocet, quod in confessionem sceleris adducat, quod nos faciat diebus ac noctibus cogitare quomodo domino placeamus, ut fiamus in uera uite Christo Iesu fructiferi palmites, & radici eius adhærentes: Cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia VI. De eo quod dicitur: Fili hominis notas fac Hierusalem abominationes suas. usq; Effudisti fornicationem tuam in omni transitu. Cap. XVI.

CONSIDERANTI mihi constantiam prophetarum, miraculum subit, quo modo uere credentes deo magis quàm hominibus contempserint mortem, pericula, contumelias, & omnia quæ passi sunt ab eis qui arguebantur, dum uoluntati dei in prophetatione deseruiunt. Admirabar quõdam Esaiam antequam cõpararem Ezechieli, & obstupescebam quomodo diceret: Audite sermonẽ domini principes Sodomorũ, attendite legem dei populus Gomorræ. Quo mihi multitudinem sacrificiorum uestrorum, dicit dominus? Dicebat enim hæc cum posset dicere, uel tacere. Neq; enim (ut quidam suspicantur) mente excidebant prophetæ, & ex necessitate spiritus loquebantur. Si alij (inquit Apostolus) reuelatum fuerit sedenti, prior taceat. Ex quo ostenditur potestatẽ habere eum qui loquatur, cum uelit dicere, & cum uelit tacere. Et ad Balaam dicitur: Veruntamen uerbum quod immitto in os tuum, hoc obserua loqui: quasi potestatem habente eo, ut accepto uerbo dei diceret, seu taceret. Quid est ergo quod in Ezechiele admiror? Quia cum ei fuisset imperatum ut testaretur, & notas faceret Hierusalem iniquitates eius, non posuit ante oculos eius periculũ quod ex prædicatione erat secuturũ, sed ut dei tantum præcepta seruaret, loquutus est quæcunq; mãdauit. Esto, sit mysteriũ, sit reuelatio sacratæ intelligentiæ de Hierusalem, & his quæcunque super eam dicuntur: attamen prophetans & fornicationis illã arguit, quia diuaricauerit pedes suos omni transeũti, maledica uoce testatur, increpat scelerũ ciuitatem. Sed quia confidebat dei se facere uoluntatem, paratus & mori & uiuere, loquebatur intrepidus. Videamus ergo ipsam prophetiam, & primo quidẽ quomodo in potestate sit positum Prophetæ utrum dicat an non, consideremus. Factus est sermo domini ad eum, dicens: Fili hominis testificare Hierusalẽ iniquitates eius, & dices. Hæc dicit dominus. Nõ in necessitate aspiratiõis, sed in uolũtate dicentis, dominus posuit ut testificaretẽ ad Hierusalem iniquitates eius, & ait: Dices. Quid dices? Hæc quę sequuntur. In Propheta erat audiente Dices, utrum diceret nec ne, quomodo fuit positũ in Iona. In potestate quippe eius erat audientis: Dic, adhuc tres dies & Niniue subuertetur, si uelit dicere uel tacere. Et quia in arbitrio eius positum erat, & noluit dicere, uide quanta eum sunt consequuta postea: periclitata est nauis propter eum, sorte repertus est latens, cetus deuorauit abiectum. Hi ergo prophetę quicunq; post Ionam fuerunt, considerantes forsitan ea quę uenerunt ei, siue alijs prophetis, uidebãt quoniam ex omni parte angustiæ eis imminebãt: secundum seculũ persecutio, si dicerent uera: secundũ dominum offensa, si timentes homines proferrent falsa pro ueris. Idcirco testificatus est Ezechiel, & notas fecit Hierusalẽ iniquitates eius, & dixit. Hæc dicit dominus: Radix tua & generatio tua de terra Chanaan. Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethea. Quæ ciuitatũ sic fuit elevata, & altum sapuit in mundo ut ciuitas dei? Et tamen hæc ipsa sibi magna promittens, quasi proxima dei, & ciuitas eius, quia peccauit, arguit̃ à spiritu sãcto ut degener & extranea. Pater eñ eius Amorræus, iam non deus. Quandiu non peccauit, pater eius erat deus: quãdo uerò peccauit, pater eius Amorræus factus est. Quandiu non peccauit, pater eius spiritus sanctus fuit: quando peccauit, mater eius Cethea facta est. Quãdiu non peccauit, radicẽ habuit Abraham, & Isaac, & Iacob: quando peccauit, radix eius Chananæa facta est. Sæpe miratus sum id quod dictum est à Daniele ad presbyterũ peccatorẽ, cui pro peccato nomen imponens, semen inquit Chanaan, & non Iuda. Magnus quidẽ Daniel cõstantissime presbyterũ peccatorẽ semen Chanaã appellãs, & nõ Iuda. Maior uerò cõparatione eius Ezechiel, nõ uni presbytero, neq; duobus hominib. natiuitatẽ obijciẽs cõtumelio sam, sed radix inquiẽs tua & generatio tua de terra Chanaã. Pater tuus Amorræus, & mater tua Cethea. Quia Hierusalẽ multa peccata cõmisit, ideo increpans illã propheta, nõ

Esa. 1

1 Cor. 14

Num. 22

Ion. 3

Dan. 13

uno

uno,neq; duobus,sed tribus nominibus insigniuit. Septē in Genesi gētes enumerantur à deo in uno loco quem tradidit filijs Israel.Septem aūt hæ sunt.In terram,inquit: Chananæorum,& Amorræorū,& Cethæorum, & Pherefæorū,& Euæorum , & Gergefæorū, & Iebusæorū.Si possibile fuisset & septem istas congregare,ut per eas ignobilitatē peccatricis Hierusalē exprobrare,feciſſet utiq; Propheta.Nunc uerò quid fecit? Amorræū elegit ex septem,& Chananæū,& ait habere cōmunionem peccatricē Hierusalē, quippe ad Chananæū iuxta radicem & natiuitatem, proprie ad Amorræū secūdum patrem, proprie ad Cetheum secundū matrem.Si in Hierusalem tāta dicunt, de qua tam grādia & tam mira conscripta sunt,quæ ei sunt repromissa,quid futurū est misero mihi si peccauero? Quis mihi erit pater? aut quę mihi erit mater? Tantæ talisq; Hierusalē radix & generatio de terra Chananæorū,pater eius Amorræus,& mater Cethea nuncupat. Ego si peccauero,qui in Christo Iesu credo,& tanto me magistro tradidi, quis mihi futurus est pater? Non utiq; Amorræus,sed nequior quidā pater. Quis est iste? Quiuis qui peccatū
Ioan.8 facit,ex diabolo natus est.Et iterū: Vos ex patre diabolo estis. Si igit Hierusalē dicit de radice & natiuitate terræ Chananææ,quid dicet ad nos? Inueniuntur & nobis patres q nos generant in peccatis. Vt enim si bonus fuero,&in optimo actu constitutus,dicit mihi Iesus:Fili dimittunt tibi peccata tua . dicit mihi Paulus discipulus Iesu:In Christo em
Matt.9 Iesu per euangeliū ego uos genui:ita si factus fuero peccator,generās me in peccatis diabolus,& assumens sibi eam uocē qua pater deus ad Saluatorē locutus est,dicit ad me: Fi
Psal.2 lius meus es tu,ego hodie genui te.Et alij aūt plures patres mei erūt,ad quos iturus sum. Vnusquisq; ad suos proficiscitur patres.Si quis est ab Abrahā,dicitur ad eum:Tu aūt ua
Gen.25 de ad patres tuo cum pace educatus in senectute bona. Si quis uerò egredit de seculo nō cum pace,sed cum peccatorū bello,& senectute non bona, inueteratus dierū malorum,utiq; dicitur ad eum:Tu aūt uade ad patres tuos cū bello, nutritus in senectute mala.Docemur à deo sub alijs nominibus quid facere debeamus.In qua die nata es, nō alligauerunt manus tuas,siue non est excisus umbilicus tuus.In Hebræo quippe sic habet: Non est excisus umbilicus tuus.Allegorice inducit Hierusalē quasi puellam ab infantia genitam.Quæ aūt de Hierusalē dicunt, sciamus ad omnes homines qui in ecclesia sunt pertinere.Primum eius tempus tale est,secundū quale describitur:procul aūt absit à nobis ut tertium tempus tale habeamus,quale dicitur ad Hierusalem: Omnes enim q primum fuimus peccatores,Hierusalem uocamur à deo, & habemus ea quæ prima dicuntur.Secūda aūt si post uisitationem &notitiam dei perseuerauerimus in peccatis,ad nos pertinēt.Tertia uerò mala quæ penitus detestamur, secundum ordinem prosequemur. Nunc ut ad primum redeam,scriptū est quasi de Hierusalē:In qua die nata es, non est excisus umbilicus tuus.Adiutorio dei indigemus,ut possimus umbilicū non pręcisum peccatricis Hierusalē inuenire,aut certe pręcisum umbilicū eius q nō peccauit exponere.Sive igit Hierusalē, siue cuiuscunq; alterius de alia scriptura quæro umbilicū, ut spiritalibus spiritalia cōparans,inueniam quomodo non sit præcisus umbilicus Hierusalē. Scri
Iob 40 ptū est in Iob,de dracone: Virtus eius in umbilico, & fortitudo eius super umbilicū uentris.Scio ex his quæ mihi gratia diuina largita est,cum præsentē locum exponerē, me dixisse,quòd draco sit fortitudo contraria.Iste est enim draco,serpens antiquus qui uocat diabolus,&satanas decipiens orbem terrarū uniuersum.Istius fortitudo in umbilico est. Nec dubiū:Nam principium malorū omniū in lumbo uersatur.Et ideo adhuc in lumbo patris constitutus qui nasciturus erat refertur, quia in lumbos semina humana collecta sunt.Fortitudo ergo cōtraria ubicunq; sunt semina,ibi insidiarū suarum uim conatur ostēdere.Aduersum masculos uirtus eius in lumbis est,aduersum fœminas, uirtus eius in umbilico uētris est.Et uide quomodo honeste uiri mulieris q genitalia obtectis nominibus scriptura nūcupauerit,ne per ea uocabula quæ in prōptu sunt, turpitudinē significaret.Si intellectū est exemplū quod protulimus de Iob,intellige mihi quia ut in uiro præputium circūciditur,sic in fœmina umbilicus amputat. Cum enim pudica fuit mulier,& mūdis usa mutationibus fœminarū,scilicet ne in sordidas res,& in peccatorum turpitudines ruat,tūc umbilicus eius absciſus est.Si uerò peccauerit,nō est umbilicus eius absciſus.Increpat ergo Hierusalē quasi mulierē cui nō sit præcisus umbilicus.Septuaginta interpretati sūt in hoc loco:Nō alligauerūt ubera tua, sensum magis eloquij exponētes q̄

uerbum

uerbū de uerbo exprimētes. Vbera aūt in Canticis canticorū assumpta sunt in cogitatio num tuarū & mētis loco. Quia bona ubera tua super uinum. Et recubuit super pectus Iesu, ubi ubera tua sunt, is qui communionem intellectuum eius habiturus erat. Quando ergo sensus est rigidus, & notio obstricta atq; solida, nec defluit sermo, manifestū est quia alligata sunt ubera tua. Cum uerò ea quæ dicuntur, dissoluta sunt, & defluunt, non sunt ubera alligata. Aqua non es lota in salutem. Videamus ea quæ sunt in Hierusalē, ne forte & in nobis reperiantur. Verbi gratia dictum sit: Est quædā mulier nunc lota, uerū quæritur an & salutem: ut & nos timeamus propter hoc quod ait in salutē. Non lauantur omnes in salutem. Qui accepimus gratiā baptismi in nomine Christi, loti sumus: sed nescio quis lotus sit in salutem. Simon lotus est, & baptisma cōsequutus perseuerabat in Philippi societate: uerum quia nō erat lotus in salutem, cōdemnatus est ab eo qui in spiritu sancto dixit ad eū: Pecunia tua tecum sit in perditionē. Ingentis est difficultatis eum qui lauatur lauari in salutē. Attendite catechumini, audite, & ex his quæ dicuntur, præparate uosmetipsos dum catechumeni estis, dum necdū estis baptizati, & ueniatis ad lauacrum, & lauemini in salutem, nec sic lauemini ut quidā qui loti sunt, sed non in salutē: ut qui accipit aquam, & nō accipit spiritū sanctum. Qui lauat in salutem, & aquam accipit & spiritū sanctum. Quia non fuit Simon lotus in salutē, accepit aquam, & non accepit spiritū sanctū, putans quia posset donū spiritus pecunia cōparari, in qua nō est lotus in salutē. Ad omnem animam peccatricē quæ uidetur credere, ista dicuntur quæ nūc dicta legimus ad Hierusalē, ut non ad maiora conscendē, & ea quærā quę ultra meas uires sunt & ingenium. Neq; sale salita: Et hoc crimen est Hierusalem, quia nō fuerat digna sale dei. Ego si credidero dño meo Iesu Christo, ipse me sal faciet, dicetq; mihi: Vos estis sal terræ. Si credidero spiritui qui in Apostolo locutus est, sale condior, & possum pręceptum custodire, dicens: Sermo uester sit semper in gratia sale conditus. Grande opus est insaliri. Qui sale conditur, gratia plenus est. Nam & in cōmuni prouerbio salsus dicitur gratiosus, & econtrario insulsus qui nō habet gratiam. Si igitur gratia nobis à deo uenit, & complemur dono eius, sale salimur. Rursum peccatrix Hierusalē nō est inuoluta pannis. Obserua quod dicimus: Anima renascens, & primum in lauacro edita, inuoluit pannis. Ipse dominus meus Iesus pannis inuolutus est, ut scriptum refertur in Euangelio secundum Lucam. Oportet ergo eum qui renascitur, utiq; in Christo renascētem rationabile & syncerū lac desiderare: & prius q; rationabile & sine dolo lac desideret, debet sale saliri, & pannorum inuolucris colligari, ne dicatur ad eum, sale non es salitus, & pānis non es inuolutus. Quia autem ista Hierusalem sint crimina, nō circūcidi eam umbilico, & sale non saliri, & pannis non inuolui, & aqua non lauari in salutem: sermo indicat reliquus, qui ita contexitur: Neq; pepercit in te oculus tuus, ut faceret tibi unum & omnibus istis. Propterea nihil tibi horum feci, ut paterer aliquid super te, dicit dominus. Exēplū ab hominibus accipiam: deinde si spiritus sanctus dederit, ad Iesum Christū, & ad deum patrem transmigrabo. Quando ad hominē loquor, & deprecor eū pro aliqua re, ut misereat mei: si sine misericordia est, nihil patitur ex his quę à me dicunt: si uerò molli est animo, & nihil in eo rigidi cordis obduruit, audit me, & misereť mei, & molliūtur uiscera eius ad meas preces. Tale mihi quiddam intellige super Saluatorē. Descēdit in terras miserās humanum genus, passiones perpessus est nostras antequam crucem pateretur, & carnem nostram dignaretur assumere. Si enm non fuisset passus, non uenisset in conuersationem humanæ uitæ. Primum passus est, deinde descēdit, & uisus est. Quæ est ista quam pro nobis passus est passio? Charitas est passio. Pater quoq; ipse & deus uniuersitatis, lōganimus & multū misericors & miserator, nōne quodāmodo patitur? An ignoras quia quādo humana dispensat, passionem patitur humanam? Supportauit enim mores tuos dominus deus tuus, quomodo si quis supportet homo filiū suum. Igitur mores nostros supportat deus, sicut passiones nostras portat filius dei. Ipse pater nō est impassibilis. Si rogeť, misereť & cōdolet, patitur aliquid charitatis, & fit in eis in quib. iuxta magnitudinē naturæ suæ nō potest esse, & propter nos humanas sustinet passiones. Nō peper cit oculus tuus, inquit, in te, ut faceret tibi unū ex omnibus istis, ut paterer aliquid sup te. Et qa talis effecta es, piecta es in faciē cāpi. Deus ne nos tales esse patiaris, ut pijciamur à te, & ab ecclesia tua in faciē cāpi, sed magis ut ab angustijs sensuū egrediamur ad campum

Cant. 1
Ioan. 13
Act. 8
Matt. 5
Coll. 4
Luc. 2

pum. Et proiecta es in faciē campi. Quare? Prauitate animæ tuæ in qua die nata es. Potéstne aliquis in eadem die qua natus est, habere animæ prauitatē? Describit passiones nostras, & uitia humana, & solitas prauitates. Prauitate enim nostra, si non rectum fuerit cor, proijcimur in campum in die qua nascimur. Si post regenerationē lauacri, si post sermonē dei rursum peccauerimus, in die qua nascimur, proijcimur. Tales sæpissime reperiuntur lauati lauacro secundæ regenerationis, & non facientes dignos fructus pœnitētiæ, neq; exhilarantes mysterium baptismi timore maiore ab eo quem dū catechumeni essent, habuerunt, & charitate ampliori ab ea quam exercuerunt dum auditores sermonis essent, & sanctioribus gestis q̄ ante gesserunt. Sequitur istiusmodi homines hoc qđ dicitur: Proiecta es in faciem campi prauitate animæ tuæ in die qua nata es. Sed uide misericordiam dei, uide clementiam singularem. Licet proiecta sit Hierusalē in faciem cāpi, non ita eam despicit, ut proiecta sit, semper, non ita prauitati suæ relinquit, ut in totū eius obliuiscatur, ut non ultra eleuet iacentem. Attende quid sequitur: Et transiui per te. Proiecta es, ego tamen rursum ueni ad te: uisitatio mea non tibi defuit post ruinam. Et uidi te conspersam in sanguine tuo. Quasi dicat, uidi te ream homicidiorū, ream sanguinis & mortalium peccatorum. Et dixi tibi: De sanguine tuo uita adimplere. Suge de sanguine tuo, & adimplere uita. Sicut ortus agri dedi te. Misertus sum tui postquā proiecta es, uidi te sanguine peccatisq; cōspersā, effeci te sicut ortus est agri, & multiplicata es. Quia ad te ueni, & uisitaui te proiectam, causa tibi factus sum ut multiplicareris. Et multiplicata es, & magnificata. Dedi te in multitudinem, & magnitudinē. id est crescere te feci & multiplicari. Per id enim quod crescimus, & multiplicamur. Et intrasti in ciuitates ciuitatum. Rursum errores exponit Hierusalem introeuntis in ciuitates ciuitatum. Quomodo autem ingressa sit criminose in ciuitates ciuitatū, cōsideremus. Si per singulas ciuitates in quibus hæreses sunt, & doctrinæ alienę à deo, ingrediat quispiā ecclesiasticus, & particeps fiat taliū ciuitatū, audit: Intrasti in ciuitates ciuitatū. Mammæ tuę erectæ sunt. Post tanta crimina rursum floruisti, & uenit tibi tempus, & tempus diuertentium. Dicitur mihi: noli allegorizare, noli per figuram exponere. Respondeant quæso: Hierusalē mammas habet, & est quando non colligentur, est quādo erigantur: & umbilicum habet, & quia non est præcisus arguitur: quomodo possunt ista sine allegorica expositiōe intelligi? Mammæ tuæ erectæ sunt, & capillus tuus exortus est. Cum omni honestate ea quæ solent uirginum euenire corporibus describit sermo diuinus. Et capillus tuus exortus est, tu uerò eras nuda, & dehonestata. Qui nō est Iesum Christum indutus, hic nudus est: qui non est indutus uiscera miserationis, benignitatis, humilitatis, mansuetudinis, lōganimitatis, ut proximū sustineat, iste dehonestatus est. Tu uerò eras nuda & dehonestata & trāsiui per te. Secunda uice uenit ad eam, uidit eam peccantē, iterū propter peccata discedit: & tamen rursum reuertitur, iterum uisitat clemēs & benignus deus. Et ueni ad te, & uidi te, & ecce tempus tuum, & tempus diuertentium. Quid est hoc quod ait tempus tuum? Tempus significat adolescentium, in quo iam per ætatem possunt fornicari. Et rursum: Et tempus, inquit, diuertentium. Qui sunt isti diuertentes? Dum sumus paruuli, hi qui diuertere nolunt ad eos qui nituntur euertere, ut sunt Christiani pessimi, dæmonia immunda, angeli diaboli, nō habent locū quomodo nos possint diuertere. Cum autem fuerimus ætate maiore, & iam peccare possumus, quærunt aditū ad nos diuertendi, & hoc tam angeli dei, quàm angeli satanæ. Impossibile autē est ut utriq; ad nos diuertant. Si peccamus, angeli diaboli diuertunt ad nos: si stamus fixo gradu, diuertūt ad nos angeli dei. Venit ergo tempus tuum, & tempus diuertentium. Quia tempus uenerat diuertentium, & dominus noster Iesus Christus deus noster rursum uisitat miseram Hierusalem, id est peccatricem animam nostram. Expandi alas meas super te. Cōsueuit scriptu-
Ruth 3 ra pennas nuncupare uestiū summitates: ut in Ruth, quæ uenit abscondite, & discooperto pallio ad pedes Booz, dormiuit sub axilla uestimēti eius. Deus ergo quasi uestem loquitur indutus: Expandi alas meas super te, & operui confusionem tuam. Beatus cuius alis suis deus protegit confusionem: si tamen perseuerauerit in beatitudine, in qua Hierusalem noluit perseuerare. Et iuraui tibi in testamentum, & intraui in testamentum tecum. Post tanta ob quę rursum reuertitur, rursum recedit, post tam frequentem uisitationem, nunc primum ingreditur cum ea in testamētum. Et facta es mihi, & laui te in aqua. Post

hæc

hæc omnia assumpsi te, & ipse laui te in salutem, & ablui sanguinem tuum abs te. Hęc in telligentes, oremus ut ueniat misericordia dei super nos, & abluat sanguinem ab anima bus nostris. Si quid enim morte dignum fecimus, istud sanguis est noster. Ablui sanguinem tuũ à te, & unxi te oleo. Et Christos nos uult facere deus. Et indui te uersicoloria. Quanta est benignitas dei in unamquamq; animarũ Hierusalem, nõ unius coloris tunicam, sed multæ uarietatis largitur credẽtibus sibi. Hanc uersicolorem tunicam iam tũc in signum fecit Iacob, induens filium suum Ioseph, & uestiuit eum uersicolaria. Si consideres intellectus sectas, facta bona, uere uidebis uariam tunicam, quam uisitatio dei largitur his qui uocati sunt in salutem. Legem intelligo, prophetas comprehẽdo, agnosco euangelia, non me latet apostolus, cautus sum, iustus sum, misericors sum, & adhuc quęris aliã tunicam uersicolorẽ, quam induit dominus Hierusalem, dicens: Et uestiui te uersicoloria, & calceaui te hyacintho? Vult calceamẽta nostra esse florẽtia, & bene tincta. Quæ sunt calceamenta? Audi Paulum apertius prædicantem: Calceati pedes in præparatione euangelij pacis. Et præcinxi te bysso. Manifestius de hoc cinctorio apostolus loquitur: Stantes præcincti lumbos uestros in ueritate. Veritas enim pro bysso accipitur. Et operui te trichapto. Nõ inueniens neq; intelligens quid esset trichaptũ, inueni in alia editione pro trichapto, florẽs, & in alia indumentũ. Igitur induit nos deus post uariam uestem, & florenti tunica. Et ornaui te ornamento, & imposui tibi armillas circa manus tuas. Cum mihi dederit occasiones bonorum actuum, armillas circumdat manib. meis. Et catena circa collum tuum. Si me post gesta iustitię intellectu ornauerit ueritatis, tunc mihi ornamentũ nuptiale, tũc catena collo decora circumdatur. Et dedi inaurem circa narem tuã. Quando ueræ possum suauitatis & boni odoris sacramenta suscipere, tunc mihi ornat deus inauribus narem. Et rotulas in auriculas tuas. Vt nõ solum auriculę, sed etiam grãdis rota aurea sit circa auditũ tuum. Aurea uerò rota est quæ intellectibus uoluitur sacris. Et corona glorificationis super caput tuum. Omnipotens deus & nobis tribue ut digni efficiamur corona glorificationis super caput nostrũ. Et ornata es auro, id est diuinis sensibus: & argẽto, id est sermonibus sacris. Et opertoria tua byssina. Profunditas sensuum opertoriũ est byssinum. Et florẽtia: pro quo uerbo Septuaginta τρίχαπτα posuerunt, subtilem nimis amictum, & quasi ad capillorum similitudinem attenuatã uestem significantes. Et uersicoloria. Ecce tota est Hierusalem protecta alis, uestita uarijs, ornata gemmis. Quid post hæc facit magnus & hominum amator deus? Alit eam delicatis cibis. Similam & mel & oleũ mãducasti. Non ait simpliciter farinam, neq; hordeaceum panem: hoc quod modo ad uos loquimur, simila est. Sed miserabilis Hierusalem post similam, post mella, post oleum rursum quasi meretrix increpat̃. Idcirco caueamus attentius ne forte nos post uerba mũda similæ, post sermones dulcissimos prophetarũ, post oleum quod lætificat faciem, quo uoluimus perungere caput, ut ieiuniũ nostrũ acceptabile fiat, iterum delinquamus. Non solũ autem perungimur hoc oleo, sed & uescimur. Et facta es pulchra ualde nimis. Laudat pulchritudinẽ eius, laudat speciẽ, prædicat formam. Et directa es in regnum. Quantus profectus, ut etiã ad regnum dirigatur? Et exijt nomen tuum in gentibus. Hæc apta sunt ei, qui postquã liber esse cœpit à mundo, in conuersatione proficiẽs ad beatam uitam, nomen quoq; gloriosum in seculo cõsecutus est. Sed procul absit id quod sequitur: ad hoc enim scriptũ est, ut incutiat audiẽtibus metum. Post pulchritudinem, post nomen magnum, Hierusalem misera fornicat̃. Ideo ne glorieris in crastinũ: non enim scis quid pariat adueniens dies. Et alibi: Fratres, etiam si præoccupatus fuerit homo in aliquo peccato, uos ut spiritales sustinete istiusmodi in spiritu mãsuetudinis, & rursum: Considerãs te ipsum, ne & tu tenteris. Et exijt nomẽ tuum in gentibus in specie tua, quoniam consummatũ erat in decore speciei quam constitui in te, dicit Adonai dominus: Et confisa es in decore tuo. Magna sapuit, & conscientia pulchritudinis suæ erecta est speciosa Hierusalem. Et quia alta sapuit, nec se humiliauit, nec glorificauit deum, audi quid dicatur ad eam: Et fornicata es in nomine tuo, & effudisti fornicationem tuam in omni transitu. Quid est hoc quod ait: Effudisti fornicationem tuam in omni transitu? Circuit animas nostras fortitudo contraria, & uarie perlustrans quærit locum per quem possit irrumpere. Ira suo nomine uult fornicari mecũ: iuxta coniũcta morib. meis suo nomine tristitia, & uult me facere mœrentẽ: sua parte aua

Gen. 37

Eph. 6

Gal. 6

ritia infert desiderium auri & argenti, & quorumcunq; similium: si me non custodiero; & clausero ostium meum, sed susceperо omnem orationē inimici, dicitur mihi: Effudisti fornicationem tuam in omni transitu. Et accepisti uestes tuas, & fecisti tibi idola sutilia. De his quibus te ornaui, quibus pulchra facta es, fecisti tibi idola sutilia. Volo adhuc exponere quæ sunt idola sutilia, quæ quidem de uestibus cōsuerunt. Vestes diuinæ scripturæ sunt, & sensus qui est in eis. Consciderunt has uestes hæretici, et consuerunt dictū dicto, uerba uerbis iungentes, sed non cum opportuna iunctura aptaq;, & consuentes impia sibi simulachra fecerunt, quibus illexerunt quosdam credere, & cōsentire ad cultum eorum, & fictam susciperе disciplinā: Deus uerò oēs nos ab his & alijs simulachris liberet, ut magnificemur in Christo Iesu, cui est gloria & impiū in secula seculorū. Amē.

Homilia VII. de eo quod dicitur: Sumens de uestimentis meis, fecisti, tibi excelsa hincinde consuta, usq;: Et nec sic satiata es. Cap. XVI.

CATALOGVS peccatorum Hierusalem utcunq; fuerit intellectus, ædificat audientem. Quomodo enim si in domo sua quempiam de familia dominus
C corripiat, & peccata eius exponat, alius qui nuper emptus est seruus uidens patris familiæ disciplinam quæ culpet, quæue collaudet, instruitur ad non facienda ea quæ priores fecere conserui, & ad hoc omni labore festinat, ut ea faciat per quæ alij honorē & libertatem à domino promeruerūt: ita & nos audientes in quibus culpet deus siue Hierusalem, siue uniuersam Iudæam, siue unam quamlibet ex tribubus specialiter delinquentem, non parum utilitatis accipimus, ne & in hæc corruamus in quæ cæteri corruerunt. Est autem principium hodiernæ lectionis, quia uestes à deo acceperit Hierusalem, & fecerit ex his sibi sutilia quædam simulachra, & fornicata sit super eis. De quibus iuxta possibilitatem meam in priori sermone disserui, docens istos qui scripturas lacerant, & à uerbis uerba disrumpunt consuentes ea, & commentitia dogmata componentes, seruire idolis quæ earum uestibus induerunt. Non in tabernaculum meum intrabis, foris es, & foris manebis. Scit scriptura sanctos intus, peccatores foris esse. Igitur Hierusalem quia talia peccata commisit, ut non mereatur intrare repromissiones dei, & dicatur ad eam: Et nō intrabis: caueamus ne forte & nobis aliquando dicatur, & non intrabis. Neque fiet. Non est completum hoc quod dicitur, neq; fiet: & ideo subaudiendum extrinsecus, ut sensus possit expleri. Ea quæ tibi repromissa sunt bona, & acceptura eras, non fient. Sequitur aliud delictum. Et accepisti uasa glorificationis tuæ de argento tuo, & de auro tuo ex quibus dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas. Secundum cōmunem sensum sic intelligi potest. Vasa glorificationis, de qui-
Num.8 bus Moyses scripsit in Numeris, turibula, phialas, candelabrum aureum, arcam ab intus & à foris deauratam, & cætera accepisti, & conflasti ea, & fecisti effigies masculinas, & fornicata est in eis. Secundum allegoriam uerò ita explanabitur. Vasa aurea & argentea, id est turibula, phialas, & cætera istiusmodi habemus in sacris literis: quando ergo torquemus sensus scripturæ in alterum sensum qui est contrarius ueritati, uerba diuina conflamus, & res dei in alias mutamus effigies. Quæ facientes incidimus in peccatum quod nunc commiserat Hierusalem. Vasa glorificationis nostræ, sunt lex & prophetæ: super his exultamus, in his efferimur. Quos cū aliter exponimus quàm se ueritas habet, conuertimus uasa glorificationis nostræ de argento rationabili, & de auro sensibili qd nobis dedit Deus, & facimus nobis imagines masculinas, & fornicamur in eis. Sequit: Accepisti uestimenta uaria, & operuisti illa. Varia uestis est, & hic unus in scripturis locus, quo induimur assumentes uiscera misericordiæ, benignitatis, humiliatis, mansuetudinis, longanimitatis ad sufferendum inuicem. Has uarias uestes, & pulchros amictus quos nobis largitus est deus, si laceramus atq; conscindimus, & circūdamus falsæ doctrinæ ad deceptionem hominū, non dubium est quin uarijs uestibus operiamus idola. Intelliges autem hoc quod dicitur, si ipsam rem manifestius describamus. Vide mihi aliquem Marcionistam, siue discipulū Valentini, aut certe cuiuslibet hæresis defensorē, et cōsidera quomodo idola sua, id est figmenta quæ ipse composuit, māsuetudine & castitate uestiat, ut in aures audientium facilius ex uitæ bonitate ornatus sermo subrepat. Et cum hoc fecerit, intellige eum assumpsisse uestem uariam morum, et cōuersationis optimæ, &

mæ,& idolis subiecisse quæ ipse cõstruxit. Ac iuxta mei quidẽ animi sensum multo nocẽtior est hęreticus bonę uitę,et plus in doctrina sua habet auctoritatis eo,qui doctrinã conuersatione maculat. Qui enim uitæ pessimæ est,nõ facile homines ad falsum dogma sollicitat,nec potest per umbram sanctitatis audiẽtium decipere simplicitatem: Qui uerò sermone peruersus est,& disciplinis saluti contrarius,mores autem compositos & ornatos habet,nihil facit aliud nisi accipit indumẽta uaria instituti boni, & cõuersationis quietæ,& circũdat ea idolis suis,ut magis decipiat audiẽtes. Idcirco sollicite caueamus hæreticos,qui conuersationis optimæ sunt, quorum forte uitã non tam deus,quàm diabolus instruxit.Nam quomodo quasdam illecebras escarum aucupes proponũt ut facilius aues capiant per oblectamentũ gulæ,sic(ut audacius dicam)est quædã castitas diaboli,id est decipula humanæ animæ,ut per istiusmodi castitatem,& mansuetudinem,et iustitiã possit facilius capere,& falsis sermõibus irretire. Diuersis diabolus pugnat insidijs,ut miserum perdat hominem,& bonam malis tribuit uitam ad decipiendos uidentes,& malam bonis inurit conscientiam. Mihi ipsi qui in ecclesia prędico,laqueos sępe tendit,ut totam ecclesiã ex mea conuersatione cõfundat. Et ideo plus hi qui sunt in medio,oppugnantur ab inimico,ut per ruinam unius hominis,quæ cælari nõ potest omnibus scandalũ fiat,& impediatur fides per conuersationẽ pessimam clericorum. Omnia, ut diximus,diabolus operatur,& ea quæ uidentur esse bona,nec sunt,& ea quæ per naturam suam mala sunt:omnia aduersum humanam cõmentatur animam. Vnde qui curam habet uitæ suæ, necꝫ mansuetudine hæreticorũ capitur, ad consentiendũ doctrinæ eorũ,necꝫ meis delictis qui uideor in ecclesia prædicare,scandalizabitur:sed ipsum dogma considerans,& pertractans ecclesiæ fidem,à me quidem auersabitur,doctrinã uero suscipiet secundum præceptũ domini,qui ait: Super cathedram Moysi sederunt scribæ & pharisæi. Omnia quæcunꝫ uobis dicunt,audite,& facite,iuxta opera autem illorum nolite facere:dicunt quippe,& nõ faciunt. Iste sermo de me est,qui bona doceo, & contraria gero,& sum sedens super cathedram Moysi quasi scriba & pharisæus. Præceptum tibi est ô populę,si non habueris accusationem doctrinę pessimæ,& alienorũ ab ecclesia dogmatum,conspexeris uerò meã culpabilẽ uitam,atcꝫ peccata,ut nõ habeas iuxta dicẽtis uitam tuam instituere,sed ea facere quæ loquor. Nullũ imitemur,& si uolumus imitari quempiã,propositus est nobis ad imitandũ Christus Iesus. Descripti sunt Actus apostolorũ,& prophetarũ gesta de sacris uoluminibus agnoscimus:illud exemplar firmum est,illud propositũ solidũ,quod qui sequi cupit,securus ingreditur. Si uerò quærimus nobis culpabiles ad æmulandũ,ut cũ dicamus,ille docet, & his quæ docet facit ipse cotraria: aduersum præceptũ domini facimus, qui mãdauit doctrinas magistrorum magis considerari debere quàm uitas. Hæc diximus de eo quod scriptũ est,Accepisti uestem tuam uersicolorẽ,& operusti illa,id est uasa glorificationis,quæ in idola commutasti. Sequitur: Et oleum meum,& incensum meum posusti ante faciem eorum. Scriptura docente didicimus,quia sanctorũ oratio sit incensum. Ait enim:Incensum autem orationes sanctorũ sunt. Si ergo instituti ad orationem cũ illam deo debeamus offerre, id est deo legis & prophetarũ,deo Abraham, deo Isaac, de Iacob, & patri Iesu Christi, offerimus quæ ipsi confinximus, intantũ ut incensum dei proponamus idolis: facimus id quod dicitur in præsenti: Oleum meũ & incensum meum posuisti ante faciẽ eorum. Verum istæ de incenso sit intellectus. Quid respondebimus de oleo? Oleũ est quo uir sanctus ungitur,oleũ Christi,oleum sanctæ doctrinæ. Cum ergo accepit aliquis hoc oleum quo ungitur sanctus,id est scripturã sanctam instituentem quomodo oporteat baptizari:In nomine patris,& filij,et spiritus sancti:& pauca cõmutans unxerit quempiã, & quodãmodo dixerit, iam non es catechumenus, consecutus es lauacrum secũdæ generationis:talis homo accipit oleũ dei,& incensum, & ponit illud ante faciem idolorũ. Et panes meos quos dedi tibi,similа,& mille,& oleo cibaui te. Ecce panes nostri similа mundissima in scripturis,& mella apũ prophetarũ. Ista omnia dedit nobis deus,& cibauit nos de panib.prophetarũ,& de similа legis,melle euãgelij,è quibus cibati ponimus eadem ipsa idolis. Cum enim ex dogmatibus falsis uolẽtes assumere defensionem,dixerimus,scriptũ est in Propheta,testatur Moses, loquitur Apostolus:quid aliud facimus, & accipiẽtes panes ueritatis proponimus eos simulacris, quæ ipsi finximus? Marcion

Matt.23

fecit idolum,& proposuit ei panes scripturarũ: Valẽtinus.Basilides,cæteriq; hæretici fecerunt similiter.Et posuisti illa ante faciem eorum in odorem suauitatis.Naturaliter suauissimi odoris sunt hæc quæ nobis largitus est deus.Quem odorẽ suauissimũ ante idola ponit,qui aduersum potestatem scripturarum aut gerit,aut intelligit.Et factum est,dicit Adonai dominus, & accepisti filios tuos, & filias tuas quas genuisti, & immolasti illos in consumptionẽ.Cum genuerit peccatrix Hierusalem filios & filias,finis eorũ qui nascũtur,occisio est.Neq; enim salus finis est pessimorũ. Idcirco scriptũ est: Immolasti eos in cõsumptionẽ.Quàm modica fornicata est,interfecisti natos meos,& dedisti eos.Proprie ait:Accepisti filios tuos:significãterq; addidit:Occidisti natos meos.Quicunq; enim nascuntur in hæreticorũ doctrinis,& ibi fidei suæ principia sumpserũt, hi filij sunt fornicariæ,& peccatricis Hierusalem.Qui autem natus est in ecclesia,et deceptus postea fuerit hæretica falsitate,iste cum filius dei sit,apprehensus est à peccatrice Hierusalẽ,& positus uictima idolis eius.Hoc supra omnẽ fornicationẽ tuam,& abominationes tuas.Filios ecclesiæ accipere,immolare idolis,hoc supra omne peccatũ tuũ est.Et nõ fuisti memor diei infantiæ tuæ cum eras nuda,& turpiter agens.Prætactus est de nuditate & turpitudine Hierusalẽ.Oportuit ergo in iniquitate meminisse quomodo pœnas meas expanderim super te,& assumpserim te de sanguine tuo,& lauerim te.Tu uerò horum omniũ oblita fuisti.Hæc quæ cõdecent nudam,& turpiter agentem, & cõmixtam in sanguine suo.Et factum est post omnes malitias tuas: Væ,uæ tibi dicit Adonai dominus: & ædificasti tibi domum meretriciam,et fecisti tibi expositionẽ in omni platea.Si cõsideres animam expositam amatoribus suis,uidebis quomodo faciat domũ meretriciam, & suscipiat omnes q̃s prædiximus amatores. Intellige uerò quod dicimus ex sequentibus, id est qui sunt amatores Hierusalem.Anima huma multum speciosa est, & mirabilem habet pulchritudinem. Artifex quippe eius cum eam primum conderet,ait: Faciamus hominem ad imaginẽ & similitudinẽ nostrã. Quid hac pulchritudine & similitudine pulchrius.Quidã ergo adulteri, & sordidi amatores decore eius illecti desiderant eã corrũpere,& fornicari super eã. Quamobrẽ sapiẽs uir Paulus dicit: Timeo aũt neforte ut serpens decepit Euã in nequitia sua, sic corrumpãtur sensus uestri.Sensus nostri in fornicatione carnali corrumpũtur: in spiritalibus uerò stupris sensus corrumpit, & ipsa anima uulneratur.Et contaminasti speciem tuam.Etiã si non homo in peccatis maximis constitutus,tamen quia ingens est animæ pulchritudo,minorũ quoq; societate turpat. Respice uirtutes animæ quæ ei insitæ sint à deo,uide pulchritudinẽ eius,inuentionẽ,dispositionem, elocutionem, memoriam, pronunciationem, cuius sit ingenij, quõ primum intelligat,inde intellecta dijudicet,ut incitetur ad sensus, ut menti sensa commodet, q̃s habeat impetus,quos cogitatus de deo.Hæc possidẽs magnę pulchritudinis est,sed hęreticorum sectis,et extranea religionis institutione corrũpitur.Et transierunt crura tua per omnem transitum,& multiplicasti fornicationẽ tuam.Est fornicatio à fornicatione differens:et quomodo in fornicatione carnis est aliquis nõ nimię fornicationis,et tamẽ fornicatione pollutus,alius uerò multiplicans fornicationẽ suã:sic et in ea fornicatione quæ animam suam sensumq; cõmaculat, alius multitudine fornicationis obruit, alius uerò non tam à fornicatione est seductus.Idcirco qua mẽsura mensi fuerimus,remetiet nobis.Et fornicata es in filios Ægypti confines tuos.Filij Ægypti cõtrarię fortitudines sunt. Nec mirum est, si confines nostri Ægyptij dicant:confines Ægypti, & Hierusalẽ in sua ciuitate sunt positi,qui sunt magnis carnibus.Non quia isti Ægyptij ingentes carnes habeant (& quidem honeste uidetur pudenda eorum immutato uocabulo significasse,id est magnis carnibus)sed quia carnei intellectus magnaru nos carniũ faciant: ut econtrario est quædã caro deficiens,de qua dicit. Quomodo caro mea in terra deserta, & inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi. Fornicatur igitur Hierusalem super filios Ægypti,confines suos,et magnarum carnium.Et multipliciter,inquit,fornicata es ad me exasperandum.Multas species fornicationis cõmisisti ad me concitandũ. Quod si extendero manum meam in te, & auferam legitima tua, & tradam te in animas eorũ qui te oderũt, filios alienigenarũ. Vides quia in animas alienigenarũ traditur, quæ indigna sit usu legis,& sermonum dei.Qui te diuerterunt de uia tua.Impie egisti & fornicata es super filios Assur.Primũ super filios Ægypti, deinde super filios Assur, Hæc spe-

cies

cies peccatorũ sunt. Nam & cum captiuos acceperunt Assyrij filios Israel, factum est quidem id quod scriptura refert, scriptum est autem propter frequẽtem nostram captiuitatem, quæ à spiritalibus Assyrijs perpetraẽ: de quibus apostolus dicit: Non est nobis certamẽ aduersus carnem & sanguinem, sed aduersum spiritalia nequitiæ. Et nec sic satiata es, & fornicata es, & non satiaberis. Quando quis non impletur delinquens, sed semper prioribus peccatis noua peccata coniungit, colligans ut funẽ lõgo, & sicut loro iugi ui tulę iniquitates, nunquam se ad meliora conuertens, neq; pœnitentiã agens super malis suis, dicitur ad eum: Et non satiaberis. Et multiplicasti testamẽta tua ad terram Chanaã. Quando deus ad nos facit testamenta, & nos consentimus ei, beati sumus: quãdo uerò fornicamur ad spiritalia nequitiæ, tunc conuertimus dei testamenta ad terrã Chanaan, & pactum statuimus cum ea. Hoc autem mihi intellige & in Chaldęis, & in cæteris gentibus, quando in quolibet aliquo peccato reprehendimur. Et testamẽta ad Chaldęos, et nec sic satiata es. Post catalogum peccatorũ, ad peccatricem loquitur Hierusalẽ. Quid cõstituam in te, dicit Adonai dominus, cum facias tu hæc omnia opera mulieris fornicariæ procacis? Ascendamus paulisper eloquio, qui nõ semper utile est de fornicationib. loqui, & procul absit ut aliquis in ecclesia sit, qui dehortatorijs à fornicatione indigeat sermonibus. Nã si quis necesse habet audire: Nõ fornicaberis: seu illud: Si quis templum dei uiolauerit, disperdet illum deus: iste similis est his quos apostolus dicit: Iusto lex nõ est posita, sed iniqs, & nõ subditis, impijs, & peccatoribus. Quomodo ergo iusto lex nõ est posita, uerum iniquis, & non subditis: sic doctrina ea quę à fornicatione monet recedendum, casto non est posita, sed iniquis, & fornicatoribus, & inobedientibus. Nõ habemus itaq; necessariũ, ut discamus à fornicatione discedere: uerum ad perfectiora tendamus à principijs elementorũ Christi. Etem cũ deberetis (ait) magistri esse propter tẽpus, rursum indigetis ut uos doceamini quæ sint elementa exordij sermonũ dei, & facti estis quibus lacte opus sit, non solido cibo. Omnis sermo qui præcepit: Non fornicaberis, nõ adulterabis, nõ furaberis, nõ solida esca est, sed quasi lac præbeẽ infantibus. Athletarũ cibus est de omnipotẽti deo, de mysterijs eius quæ tecta sunt, & latenter in scripturis significata, sentire. Vide quomodo ad Corinthios Paulus loquitur: Lacte uos potaui, non cibo, nec dum em poteratis, sed neq; nunc potestis. Et quia lacte adhuc indigebant, ea discũt quę discere paruuli solent. Bonũ est homini mulierẽ nõ tangere, propter fornicationem aũt, & cætera. Rursumq; instituunt ne imolatitia comedant. Ista omnis doctrina lac paruulorum est, & adhuc infantiũ in Christo. Quando uerò Ephesiis scribitur, solidum illis præbet cibum. Non auditur quippe in Epheso fornicatio, non audit in Epheso idololatria, & esus imolatitiorum. Ex quibus docemur, quid sit solidus cibus, et quod rationabile et sine dolo lac moralis loci, quod solidus cibus mysticus intellectus. Beatũ est igitur ut festinemus ad ea, quæ imperfectiora sunt principia trãseuntes. Et q; moralis locus lac sit, apostolus docet, cum iam aliqua de lacte dixisset addens: Non rursum iacientes fundamentũ pœnitentiæ ab operibus mortuis. Tales omnes sunt qui adhuc lacte potantur: perfectus autem alijs indiget disciplinis. Hęc in medio dicta sint, qa sermone cõscenderam, ne ab alterius expositione fornicationis statim aliam fornicationem incurrerem, quam nunc explanabo. Dicitur quippe ad Hierusalem: Et fornicata es tripliciter in filiab9 tuis. Quid est quod ait, q; tripliciter fornicata est in filiabus suis Hierusalẽ? Dei indigemus auxilio, ut ipse nobis obscuritatẽ istius loci edisserat. Et quomodo Moses audiebat deum, & deinde ea quę à deo audierat, proferebat ad populum: sic nos indigemus spiritu sancto loquente in nobis mysteria, ut orationib. nostris scripturã possimus audire, & rursum qd' audiuimus, populis intimare. Quid est ergo: Tripliciter fornicata es in filiabus tuis? Si intelligas fornicationẽ carnis, & animæ, & spiritus, & uideas aliquem fornicari in his omnibus, uidebis tripliciter fornicantẽ Hierusalẽ. Qui uerò tripliciter castus est, iste ab apostolo meretur audire: Deus autẽ pacis sanctificet nos per omnia, ut integer spiritus noster, & anima, & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur, Cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

1 Cor. 3

Heb. 5

Rom. 13

1 Cor. 3

1 Cor. 7

Heb. 6

2 Thess. ult.

Homilia VIII de eo quod scriptum est: In quo constituã cor tuum, ait dominus deus, cum facias tu hæc omnia opera meretricis procacis, usq; ad illud: Dedisti mercedes omnibus amatoribus tuis. Cap. XVI.

VAE primum lecta sunt, exposuimus hodie, sumamus exordiũ ab eo quod scriptum est: In quo constituã cor tuum, dicit Adonai dominus, cum facias tu hæc omnia opera meretricis procacis? & fornicata es tripliciter in filiab. tuis. Hucusq; iam diximus. Sequitur: Quando lupanar tuum ędificasti in capite omnis uiæ, & basem tuam fecisti in omni platea, & non es facta ut meretrix congregans mercedes. Mulier quæ mœchatur similis tibi, à uiro suo accepit mercedes, & tu dedisti mercedes: omnibus amatoribus suis dedit mercedes, & tu dedisti mercedes omnibus amatoribus tuis, & honorabas eos ut uenirent ad te in circuitu à fornicatione tua. Et homo hominem constituere potest, malus in malo, bonus in bono. Corrumpunt enim mores bonos confabulationes pessimæ. Nec dubiũ quin loquentis sermo auditorem ad peiora sollicitet, cum hæreticus loquens constituat auditorem suum in hæretica prauitate. Et ut ad meliora ueniamus, si potest prodesse qui loquit, & uita eius cum sermone consentit, in bonis constituit auditorẽ suũ. Nos qui minimi sumus loci, si audierimus uerbũ de castitate præcipiẽs, cõstitui super eos conamur. Si ipsi loquimur de pudicitia, & nosmetipsi auditores statuimus in pudicitia. Si de iustitia prædicamus, ad iustitiã impellimus. Si de fide, fidem insinuamus, ut digne maiestati diuinę obediamus in dño. Si ergo nos homines cũ simus mali, solemus cõstituere cor audiẽtis, siue in bonis, si boni sumus, siue in malis, si male agimus, putásne quod deus nõ habeat potestatẽ quempiã in melioribus cõstituere? aut certe derelinquẽs eũ, fieri ei occasio, ut in pessimis cõstituat? Multũ utiq; iuxta præsens eloquiũ peccauit misera Hierusalẽ, quã sæpissime uoluit deus per prophetas suos in melioribus cõstituere: sed quia noluit cõsilia audire, noluit dei recipere præcepta, dubitat deus, & se dicit nescire quid faciat. In quo constituam cor tuũ, dicit Adonai dñs? Quid faciam? in quo te constituã? Multis peccatorum uinculis stringeris, delicta tua prohibent uitam tuã, ut à meis sermonibus cõstituaris. Ego ipse frequẽter te cõstituere uolui, loquens tibi per sanctos meos, & nõ audisti. Nũc ignoro quid faciam, & dico tibi, in quo constituã cor tuũ, dicit Adonai dñs, cum tu facias hæc omnia opera mulieris meretricis procacis? Sępe diximus quia fortitudines cõtrarię amant pulchritudines animæ humanæ, & quãdo suscipit anima humana semina amatorũ suorũ quodãmodo fornicẽt cum eis: sed quia et in cõmuni uita sunt aliquę meretrices, quę fornicant cum uerecundia latere cupientes: aliæ uerò quæ non solũ pudore delicta nõ uelant, sed cum omni se procacitate prostituunt: ideo assumpsit exemplũ animæ meretricis in peccatrice ista Hierusalẽ, et ait eam similẽ factã mulieris fornicarię procacis in fornicatione sua. Sæpe à nobis talia cõmittuntur. Qui enim à religione non penitus recesserunt, uincuntur uerò à peccato, & peccantes latere desiderant, similia faciũt meretrici erubescenti. Qui uerò religionẽ penitus auersantur, intantũ ut non curent de episcopo, de presbyteris, de diaconibus, de fratribus, sed cum omni procacitate delinquunt, similes fiũt meretrici cũ fiducia ꝓstitutæ. Quærit ergo in præsenti loco de peccatrice Hierusalẽ deus, quia faciat opera mulieris meretricis inuerecũdę, & dicit ad eam: Et fornicata es tripliciter in filiabus tuis. Exposuimus hoc quãdo nobis dictũ est: Ædificasti lupanar tuum in capite omnis uiæ, & basem tuã fecisti in omni platea: uolumus aũt & nunc interpretari quid sit ædificare lupanar, nõ simpliciter in omni uia, sed in capite omnis uiæ, ne suffecisse uideat ædificasse lupanar in capite omnis uię, sed insuper & basem suã posuisse in omni platea. Duo ergo generalia peccata peccauit, cũ ędificauit lupanar suũ in capite omnis uiæ, & cũ fecit basem, & cõstituit eã in omni platea meretrix Hierusalẽ. Quæ sunt ergo istę uię? State in uijs, & interrogate semitas dñi ęternas, et uidete quę sit uia bona, & ambulate in ea. Multæ sunt uię sempiternæ. Si retinetis eam expositionẽ quam frequenter exhibui, scitis & Moysen uiã esse, & singulos prophetarũ. Et quomodo multę sunt margaritæ, quas necesse est possidere eum qui uenturus est ad unã pretiosissimã margaritã, sic oportet ingredi multas uias Mosi & prophetarũ omniũ eum qui uenturus est ad dicentẽ: Ego sum uia. Sed dicit mihi aliquis: Quid ad propositũ pertinet quod locutus es?

Cui sic

Cui sic respõdebo: Ædificauit in omni uia Hierusalem lupanar suũ. Si cõsideraueris hæreticos omnes alienos à ueritate ædificãtes domũ ex his sermonibus qui in Mose leguntur, ex his quos in Esaia & Hieremia, & pphetis reliquis inuenerũt, intelligis nouas doctrinas fornicationẽ esse Hierusalem, quę ædificat lupanar suũ in omni uia, sed in capite omnis uiæ. Si enim præuẽtus quis fuerit post principiũ Mosi, exordiũ prophetarum, ad profundũ eius & sciẽtiam omniũ peruenire, nihil potest facere ista meretrix ædificãs lupanar in capite omnis uiæ: eũ quærit qui primũ ecclesiam ingredit, qui fidei elemẽta suscipit, qui rudis est in sacramentis, eum qui in exordio fidei cõstitutus est uult introducere in lupanar suũ, ædificãs meretricią domum. Et quia frequẽter fornicatio in scripturis nominat, exponere uolo sermonis istius causam. Ecclesiastici qui in ecclesia sunt magistri, mores purgãt tam suos q̃ suorum, & ex hac diligẽtia ędificant domũ dei ecclesiam, & opus eorũ ædificatio dei est. Hæretici ædificant lupanar in omni uia: utputa magister de officina Valẽtini, magister de cœtu Basilidis, magister de tabernaculo Marcionis, et cęterorũ hæreticorũ ædificant meretrici domum. Cõgregatio enim omniũ malignorũ lupanar est. Sed quid dicit scriptura? Fili ne intendas in malam mulierẽ, mel eñ distillat de labijs mulieris meretricis. Vnde ei mel distillat? Distillat enim mel de labijs mulieris meretricis. Ingressa est ad Mosen, ad Esaiam, ad Hieremiã, & de scripturis eorũ sibi mel la collegit. Vade ad hæreticos loquẽtes, hæc dicit Moses, hæc Esaias, hæc Hieremias, et uidebis quomodo de labijs eorũ non fluant mella, sed distillent decerpentiũ de scripturis uerba pauciſſima. Et ideo mel distillat de labijs mulieris meretricis. In capite ergo omnis uiæ ædificat lupanar. Esto, intellectum sit lupanar, interpretemur & basem quã in omnibus plateis posuit meretrix Hierusalẽ. Scriptũ est in alio loco, quõ in plateis manifeste aduocat prætereũtes meretrix: uarie quippe peccatũ nos ad se trahere festinat, siue per hæresim, siue per gentilẽ conuersationẽ. Et per hæresim quidẽ, quãdo ædificat lupanar in capite omnis uię, per gentilẽ aũt cõuersationẽ quãdo basem ponit in omnib. plateis. Lata est eñ & patẽs uia quę ducit ad perditionẽ. Cũ ergo quæ dicit, & in quib. audientes instituere conat, de scripturis asserit, ædificat lupanar in capite omnis uię. Cũ uerò moralis locus fuerit dissolutus, & luxuriosa præcipiẽs lasciuũ fecerit auditorẽ, qd aliud fecit q̃ basem posuit in omni uia? Nõ es facta ut meretrix cõgregans mercedes. Videamus meretricem mercedes congregantẽ, et aliam rursus nõ congregantẽ. De hac enim quer it quasi de meretrice nõ congregante mercedes. Cũ uidero esse meretricẽ quæ nõ cõgreget mercedes, & legero ad istã dictũ, quia facta sit ut meretrix nõ congregãs mercedes, dicã congregari mercedes esse peccãdo diuitem fieri, peccãdo gloriã in secularibus cõparare, peccando feliciter in mũdo agere. Quãdo per peccatũ (ut dixi) ista nascũtur, fornicatur anima & congregat mercedes fornicationis suæ, gloriam, diuitias, & reliqua quę in perditionẽ animæ suæ cõquisiuit: quando uerò fornicatur & nõ agit prospere in secularibus rebus, sed per hoc quod peccauit etiam infeliciter uiuit in seculo, meretrix est non cõgregans mercedes, sed contraria faciens, id est fornicarijs mercedes ultro tribuens. Et tu dedisti mercedes omnibus amatoribus tuis. Nonnũquam anima diuites facit amatores suos, lætantes in eo quod acceperint mercedes ab ea. Sed dicit mihi audi tor, manifestius expone quõ fornicet anima mercedes tribuẽs de rebus uiri sui. Sic eñ ait & in præsenti, & in alijs frequẽter locis sermo diuinus, quia sustulerit ea quæ sunt uiri, & dederit meretrix Hierusalẽ amatoribus suis. Quid est hoc quod largitus est ei uir suus, quæ postea facta adultera omne quod accepit donat amatorib. suis? Vir animę sermo dei est, sponsus amator uerus, qui dedit ei castitatẽ, dedit iustitiã, dedit cætera bona. Quãdo ergo uoluerit anima sequi fortitudines cõtrarias, id est (ut planius dicam) decẽ annis pudice uiuẽs ad extremũ fuerit fornicata, accipit bona uiri sui, quæ multo tẽpore cũ labore quæsierat, & dat ea amatorib. suis. Qui sanguinarij amatores rapiunt ad se uirtutes miseræ animæ, & incedũt iactabũdi super diuitijs eius & dicũt: Abstuli ei decẽnalẽ castitatẽ, eripui ab ea quinquennij iustitiã, uẽdicaui mihi fortitudines eius: oblitus est omniũ bonorũ eius deus quæ aliquãdo fecit, quoniã comprehẽsa est in peccato & oblitus est eius, q̃ cõfessa est nobis amica nostra secreta quę audierat, & tradidit omnia bona nobis amatoribus suis. Quę discẽtes, omni custodia seruemus cor nostrũ & attendamus nequãdo ea quę uiri sunt tradant amatoribus suis: quin potius inuitemus spõsum

Prou. 5

Matt. 7

sermonem et ueritatem,ut nobis faciat ornamenta aurea uarijs expressa signis per uaria præcepta,& ornati effecti præparemur uiro nostro Iesu Christo,cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.

Homilia IX super Ezechielē,de eo quod dicitur:Mater uestra Cethea,& pater Amorrhæus,usq;:Et manum egeno & pauperi non porrigebant. Cap. XVII

QVi legit in principio prophetiæ Hierusalē quomodo increpata sit quasi habens radicem & generationem de terra Chanaan,patrem Amorrhæū, matremq; Cetheam:is si legerit etiam hæc quæ nunc interpretari nitimur,putabit eadem repeti, & unum sermonem dupliciter prædicari. Sed qui diligens lector est, & ad curam eius diuinæ scripturæ significantia pertinet,& confert præterita præsentib. & uerbum uerbo componit, uidebit differentiam non fortuitam. Ibi quippe radix, inquit,tua & generatio tua de terra Chanaan:quod in pręsenti non dicitur:Pater tuus Amorrhæus,& mater tua Cethea:quod nunc non significatur. Et iterum ibi primum ponitur,pater tuus Amorrhæus:secundum, mater tua Cethea:hic uerò: Mater uestra Cethea,& pater uester Amorrhęus.Ibi quasi ad unam sermo fit,hic quasi ad plurimas.Nec enim(ut superius dixerat)ait,mater tua,sed mater uestra. Quādo ergo diffundit̄ peccatum,& longius malitia procedit,& peccatores sua inter se peccata discerpunt,tunc non peccator unus,uerum in uno sunt plurimi, sicuti in exordio quādo erat principiū delinquendi,necdum erant tantæ quantæ nunc sunt multitudines. Vnde utile mihi uidetur à pręsenti sermone paululū recedentē naturam considerare peccati atq; uirtutū. Vbi peccata sunt, ibi est multitudo, ibi schismata, ibi hæreses, ibi dissensiones,ubi aūt uirtus,ibi singularitas,ibi unio,ex quo omnium credentiū erat cor unū,& anima una. Et ut manifestius dicam,principiū malorum omniū est multitudo, principiū autem bonorū coangustatio,& à turbis in singularitatē redactio:utputa nos omnes si saluādi sumus,ad unionem,ut perfecti efficiamur in eodē sensu,& in eadē sententia,& simus unū corpus,& unus spiritus.Si uerò tales simus,ut nō nos unitas circūscribat,sed & de nobis dici possit,
1 Cor.3 ego quidē sum Pauli, ego uerò Apollo, ego uerò Cephæ, & adhuc à malitia scindimur atq; diuidimur,nō sumus futuri ubi sunt illi qui redigunt̄ in unionē. Nam ut pater & filius unū sunt, sic qui unū spiritū habent in unionē coarctantur. Ait quippe saluator:Ego
Ioan.17 & pater unum sumus.Et pater sancte rogo,ut sicut ego & tu unū sumus,ita & isti in no-
Eph.4 bis unum sint.Et in Apostolo legitur:Donec occurramus omnes in uirum perfectū, & in mensuram ætatis plenitudinis in unitatē Christi. Et rursum: Donec perueniamus omnes in unitatem corporis & spiritus Christi. Ex quo significatur, quia uirtus ex plurimis unum faciat, & necesse nobis sit unū per eam fieri, & fugere multitudinem. Et hæc quidem dicta sunt,quia in pręterita lectione conscriptum est,pater tuus,et mater tua,et radix generationis tuæ:in præsenti uerò mater uestra & pater uester.Ibi non didicimus licet fuerit sermo de patre Amorrhæo & de matre Cethea,sorores habere Hierusalem. hic uerò addidit:Mater inquiēs,uestra Cethea,& pater uester Amorrhæus,& soror uestra senior Samaria,hęc et filiæ eius quę habitat à sinistris tuis,et soror tua iunior quę habitat à dextris Sodoma.Quō uirtus facit me filiū Abrahæ,si secundū eam uixero:opera
1 Ioan.3 quippe Abrahā faciens filius est Abrahā: sic uitia faciunt me filiū diaboli. Omnis enim qui facit peccatū,ex diabolo natus est. Virtus me facit etiam fratrem habere Christū,ut
Psal.22 cū bonus ac bene moratus fuero, dicat patri suo: Narrabo nomen tuum fratribus meis, in media ecclesia cantabo te.Et loquitur ad eam quę nunciare poterat uerba eius: Vade & dic fratribus meis.Quomodo autem uirtus fratrem mihi facit dominū Iesum,ita malitia plurimos fratres acquirit,& hos peccatores, & hæc ipsa tūc mihi fratres generat cū creuerit.Siquidem quando exordium erat peccatricis Hierusalem,necdū habebat sororem Samariam,necdum ei erat germana Sodoma:cū uerò processit in scelere,ut præterítus sermo monstrauit, effecta est media duarum sororū, senioris Samariæ & iunioris Sodomæ.Quæ sunt istæ duę sorores peccatricis Hierusalē? Schisma & separatio populi fecerūt Samariam. Siquidem eo tempore cum decem tribus cesserūt, dicentes, nō est nobis pars in Dauid,nec sors in filio Iesse,tūc duæ uaccę aureę cōstituę sunt à Hieroboam,et facta est Samaria scissio;q̄ magis post captiuitatē decē tribuū creuit quādo custo-

des

des ab Assyrijs ad Israelis terram missi sunt qui uocãtur Samaritani. Somer enim custos interpretatur lingua Hebræorũ. Ergo (ut dicere cœperam) necdũ soror mea est Samaria quamdiu à peccatis lõge sum: quando uerò peccauero, crescũt mihi duæ sorores, senior Samaria, & iunior Sodoma. Quę cuius figurã habeant cõsideremus. Quicũq; promittũt uerba diuina, & non sicut pollicentur habẽt in se prædicationis ueritatẽ, hi in scripturis figuraliter Samaria nominantur. Væ, inquit, spernentibus Sion, & fidentibus in mõte Samariæ, uindemiasti principatus gentium. Quasi dixerit, Vę his qui spernunt ecclesiam, & cõfidunt super arrogantia, & uerbis tumentibus hæreticorũ. Hoc enim est spernere Sion & cõfidere in monte Samariæ. Si ergo peccamus & nos ecclesiastici, nõ sunt à nobis alieni hæretici in dogmatũ prauitate. Male enim credit quicunq; peccat. Si cõuersationem malã habemus, Sodoma soror nostra est. Gẽtiles quippe sunt Sodoma. Atq; ita fratres sumus hæreticorũ atq; gentiliũ quãdo delinquimus, quia Samaria accipit in hæresi et Sodoma in gẽtilitate. Habitat autem à sinistris peccatricis Hierusalem Samaria, à dextris Sodoma. Honorabilius quippe apud eam peccatum est quod facto committit, & ideo à dextris eius Sodoma est. Rursumq; nec Samaria longe est, qa à sinistris eius cõmoratur: & increpat quia ambulauerit cũ filiabus et sororibus suis in omnibus iniquitatibus, & intantũ ambulauerit, ut comparatio delictorũ eius illarũ iniquitates fecerit iustitiã. Vnde oportet agnoscere iniquitates Sodomorũ, ut edoctus custodiã me ab eis, ne capiar ignoratione, quę sunt iniquitates Sodomorũ. Veruntamẽ iniquitates Sodomæ sororis tuæ. Quæ iniquitas? superbia. In saturitate panũ, & in abũdantia affluebãt ipsa & filię eius, & manum pauperis indigentis non suscipiebãt. Quod inęqualia sint peccata scripturis utentibus nulli dubiũ est. Alia quippe magna, alia minora ab his esse dicuntur. Cum autem sunt inæqualia, hoc est parua, uel maxima, forsitan aliquis inquirat, qd inter uniuersa peccata sit maius: & procliue suscipit, omniũ peccatorũ esse maius, siue fornicationẽ, siue immunditiã, siue quodcũq; libidinis inquinamentũ. Sunt quidẽ et ista uere abominabilia atq; polluta, sed nõ talia quale hoc quod nũc ab scriptura quasi maius omniũ condẽnatur, à quo nos obseruare debemus. Quod ergo est peccatũ maius omnibus peccatis? utiq; illud propter quod & diabolus corruit. Quod est hoc peccatũ in q̃ tanta sublimitas cecidit, ut elatus in iudiciũ incidat diaboli? Ait apostolus: Inflatio, superbia, arrogãtia peccatũ diaboli est: & ob hæc delicta ad terras migrauit de cœlo. Vnde deus superbis resistit, humilibus aũt dat gratiam. Et quid superbit terra & cinis, ut homo arrogantia subleuet oblitus quid erit, & cp̃ fragili uasculo contineat, & quibus stercoribus immersus sit, & qualia semper purgamẽta de sua carne proijciat? Quid em̃ ait scriptura? Quid superbit terra & cinis? & in uita eius proiecit interanea eius? Superbia peccatis omnib. maior est, et ipsius diaboli principale peccatũ. Siquãdo scriptura diaboli peccata describit, inuenies ea de superbię fonte manãtia: Ait quippe: Viribus faciam, & sapiẽtia intellectus auferã fines gentiũ, & fortitudine eorũ depascar, & commouebo ciuitates quæ inhabitantur, & orbem terrarum uniuersum comprehendam ut nidũ, & quasi cõfracta oua auferã. Vide sermones eius, quomodo superbi sint, quomodo arrogantes, & uniuersa pro nihilo ducat. Tales sunt omnes iactatiõe & superbia inflati. Materia superbiæ, diuitiæ, dignitas, gloria secularis. Frequẽter causa superbiæ est ei q ignorat habere ecclesiasticã dignitatem, sacerdotalis ordo et leuiticus gradus. Quãti presbyteri cõstituti obliti sunt humilitatis: quasi idcirco fuerint ordinati, ut humiles esse desisterent. Quin potius humilitatẽ sequi debuerãt, quia dignitatem fuerãt consequuti, dicente scriptura: Quanto magnus fueris, tanto humilia teipsum. Et dilectũ Synagogæ te facit, nobilius summitte caput tuũ: ducem te instituerũt, noli eleuari, noli fieri in eis quasi unus ex ipsis. Oportet humilẽ, oportet esse deiectum, oportet fugere superbiam malorum omnium caput. Considera Euangelium quali condemnatione Pharisæi superbia & iactatio feriatur. Stabat Pharisęus & talia intra se orabat: Deus gratias ago tibi, qa non sum ut cæteri homines, raptores, iniqui, adulteri, & ut iste Publicanus. Ieiuno bis in sabbato. At uerò Publicanus humiliter & mãsuete lõgius stans non erat ausus neq; oculos leuare, & dicebat: Propitius esto deus mihi peccatori. Et descendit in domũ sũam publicanus iustificatus. Nõ simpliciter iustificatus: sed iustificatus cõparatione pharisæi. Obseruandus quippe est diligentissime omnis scripturæ sermo, ordo, iunctura. Aliud est iustifi-

Amos 6

Eccles. 10

Esa. 10

Luc. 18

iustificari,aliud ex alio iustificari.Simile est Publicanũ à Pharisæo iustificatum fuisse,illi quod Sodoma & Samaria ex comparatione peccatricis Hierusalem iustificatæ sunt.Et necesse est nos id scire, quia unusquisq; nostrũ in die iudicij ab alio iustificet, & ab alio condemnetur.Etiã cum fuerimus iustificati ex alio, iustitia illa nõ tam laudis quàm criminis loco ponit.Vtputa si inuentus fuero Sodomitica habere peccata, & alius protrahatur in medium qui duplicia scelera cõmiserit,iustificor quidem, sed iustificor nõ ut iustus,uerũ ut ex cõparatione eius qui plura cõmisit,iudicor iustus,cũ à iustitia longe sim. Væ illi homini qui à multis peccatoribus iustificatur:ut ecõtrario multũ beatus qui cõparatione iustorũ,iustus ostenditur.Inuenimus in scripturę laudibus positũ,boniseſſe meliorem:utputa nullus sic fecit rectum ante faciem domini,ut ille,& ille,nullus sic pascha
2 Paral.25 celebrauit ut Iosias.Ex quo ostenditur cõparationem fieri iustorũ,& illum uere esse iustum qui sic iustificari mereatur. Vtinam & ego collatus sapientibus sapiẽs reperiar, & iustis iudicer iustꝰ.Nolo quippe iustificari ab iniquis,qa talis iustitia criminosa est.Hęc anticipans loquutus sum,quia in his quæ lecta sunt dicit: Iustificasti sorores tuas in ombus iniquitatibus tuis quas fecisti.Iustificatę sunt enim Samaria & Sodoma ex iniquitatibus Hierusalem.In omnibus iniquitatibus tuis quas fecisti,iustificasti illas super te.Idcirco diligẽtius attendamus,ut possimus agnoscere,omnes nos in die iudicij à peiorib. nostris iustificãdos,& rursum à nobis alios iustificari. Vnus solus est qui iustificat ab omnibus,& ipse nullũ iustificat.Vtputa Sodoma iustificat ab Hierusalẽ,quia ab se sceleratiora cõmisit, & forte Hierusalem ab alia aliqua quæ se peior est ciuitate.Sic est quidã iustificandus ab Antichristo,qui ad illum cõparatur,& illius iniquitate ac sceleribus minor reperit. Pessimus uerò dæmon est,& (ut aiunt) miser qui ab illo iustificat: forte & pater illius ab eo non iustificatur, multo illo sceleratior repertus. Dñs uerò meus Iesus Christus iustificatur iuxta dispẽsationẽ carnis,quã ob nostram salutem circũtulit,ab Abraham,ab Isaac,ab Iacob & à reliquis prophetis. Quãdo eñ omnibus iustis & prophetis, ac beatis quibusq; in cõparationem missis inuenitur contrariũ huic quod dicitur de Sodoma & Hierusalem, magis glorifico saluatorem nostrũ. Quod aũt dico istiusmodi est,& deo largiente orantibus uobis præbebo de scripturis explanationem.Fecit Sodoma peccatum: Samaria quoq; peccauit, iniquitatibus obruta est Hierusalẽ, sed minora peccata à maioribus iustificantur, sub exemplo quo Sodoma iustificat à sorore sua Hierusalem.Quomodo igitur iniquitas iustificat,sic cõdemnat aliquãdo iustitia.Verũ quę so expecta paulisper,donec docearis quemadmodũ dicatur cõdemnare iustitia.Iniquitas mea iustitia est cõparatione maioris iniqtatis.Sic et iustitia mea ex cõparatione multiplicis iustitiæ iniquitas reputat. Propterea non iustificabit in cõspectu tuo omnis uiuens. Fuerit licet iustus Abraham, iustus Moses, iustus unusquisq; illustrium uirorum: sed ad cõparationẽ Christi non sunt iusti. Lux eorũ cum eius luce cõposita tenebræ reperiunt.Et quõ lumẽ lucernæ ad Solis radios obscuratur,& uelut alia quædã cæca materies cõtenebrescit:sic licet fulgeat iustorum omnium lumẽ ante homines,non tamen
Matt.5 fulget ante Christum.Luceat quippe lumen uestrum, non simpliciter dictum est,sed luceat ante homines. Ante Christũ nõ potest lumen fulgere iustorum. Vt splendor lunæ & micantia cœli sidera,priusq; sol oriat,in stationibus suis rutilãt,orto uerò sole abscõduntur:sic lumen ecclesiæ ut lumen lunę,priusquã oriatur lumen illud uerũ solis iustitię resplendet, & clarũ est ante homines:cum aũt Christus uenerit, ante eum contenebre-
Ioan.1 scet.Dicitur & alibi:Lux in tenebris lucet.Quæ est illa lux quæ lucet in tenebris? Iusto-
Eph.6 rum lux in tenebris lucet. In quibus tenebris? ubi est nobis certamẽ aduersus rectores tenebrarũ istarum.Hæc qui diligẽtius longiusq; discusserit,nõ poterit inflari, uidens lumen suũ ad cõparationem maioris luminis tenebras reputari. Quid est iustitia mea etiã si Paulus apostolus fiam? quid castitas, etiã si Ioseph? quid fortitudo, etiã si Iudas Macchabæus exiſtam? quid alia uirtus sapientię,etiã si Salomon appearem,ad cõparationẽ dei et ad eorũ qui meliores sunt? Ergo ut dicere cœperamus, iniqtas iustificat,& iusti-
Psal.51 tia aliorũ cõparatione condẽnat.Idcirco: Vt iustificeris sermonibus tuis,et uincas cũ iudicaris,dicit ad deũ.Si me uult saluare deus nõ affert in iudiciũ lumen suũ:si uult esse incolumem, nõ defert lumen Christi sui: alioquin puniet me:defert uerò lumen minorũ, cõparat mihi inferiores quosq;.Quãto amplius maiores mihi melioresq; cõtulerit,tãto

plus

plus iustus ero,si illi à me reperti fuerint minores.Similiter est illud intelligere, quod ab apostolo dicitur:Alia gloria solis,alia gloria lunæ,alia gloria stellarũ:stella enim à stella differt in claritate,sic resurrectio mortuorum: Verbi gratia,fulgens,& illud sidus nõ in cõspectu lucidioris stellę,sed obscurioris micat.Quis nostrũ potest ad instar fulgere lunæ? Quis lucidioris siderum corruscare lumine? Secundũ id quod scriptũ est in Daniele:Fulgebunt sicut stella in secula. Et hæc quidem necessario disputamus, ut procul à su perbia recedamus: Sodomiticũ quippe peccatũ est superbi iniquitas. Hæc Sodomorũ sororis tuæ superbia unde nascatur,& quas habeat radices adiungit: In saturitate panũ, & in abundantia affluebãt.Si soli literę attendas,multa abundantia antiquitus in Sodomis fuit.Erat quippe terra eorum ut paradisus dei,& ut terra Ægypti.Si autem à carnali intellectu ad spiritalem cõscenderis,ut uideas quomodo superbia Sodomorũ in saturitate panum & in abundantia fluxerit,utilitatẽ capies & ad uitę officium,& ad alia quędam maiora maioribus corrigẽda. Proponamus primũ id quod ante multos dies lectũ est,diuitem uestitũ byssо & purpura,quotidie delicijs luxuriacę lætantem, & Lazarum uulnerum tabe,& uermium pedore confectum,quærentem solatiũ famis suę micas quę de mensa eius decidebant. Opportune aũt nunc in hunc locum exemplũ istud incidit, ut perspicuum fiat,quę iniquitas diuitis fuerit.Locuples erat,abundabat delicijs.Nõ enim accusauit eum scriptura, quasi diuitias in iniquitate possederit: nõ eum criminatus est sermo diuinus,quod meretricibus dedit:non homicidam,aut aliud quodcunqꝫ scelerum facientẽ.Sed si consideres hoc quod in prędicti scriptũ est,& illud quod in euangelio dicitur, uidebis quia & illius maximum peccatũ inter uniuersa peccata superbia fuerit:in saturitate panum,& in abundantia affluens nõ habuit miserationis affectũ ad eum qui ante portas suas confectus hulceribus iacebat:sed in tantam superbiã elatus est, despiciens paupertatem,ut nõ computaret neqꝫ inferorum supplicia,neqꝫ communia humanitatis iura,quia oporteret hominẽ humana sapere,& in alienis calamitatibus pro simili conditione sui quodammodo misereri. Est igitur & dives ille Sodomita. Si eñ talia erant peccata Sodomæ,ut in saturitate panum & in abundantia fuerit,talis autem est & dives qui in Euangelio describitur,nulli dubiũ quin dives ille Sodomita sit.Quomodo autem Sodoma & filiæ Sodomorũ superbæ fuerunt, tales sunt arrogantes animę & filiæ Sodomorum quæcunqꝫ nesciunt dictum: Omnis qui se exaltat humiliabiť: & qui se humiliat exaltabitur.Hoc erat ei & filiabus eius.Dehinc sequitur aliud Sodomæ delictum,quod debemus dicere,ne in simili crimine reperiamur.Et manũ pauperis & egẽtis non suscipiebat. Considera diligenter enumerationẽ peccatorũ Sodomæ. Ego ipse si iuxta uires meas manum pauperis & egentis nõ adiuuero,Sodomiticũ habeo peccatum.Sequiť alia accusatio.Et superbe gloriabatur.Et iactatio glorię Sodomiticũ crimẽ est.Sunt aũt quædam Ægyptia peccata, quędã Sodomitica: sunt alia Babylonica, alia Assyria,alia Moabitica,alia Ammanitica.Quis sapiens & intelliget istaʳ aut quis intelligens & agnoscet eaʳ Quotiescũqꝫ legimus ea quæ de Sodomorũ subuersione cõscripta sunt non dicamus miserabiles Sodomitę,quorũ ulterius fructus terra non affert,miserabiles multũqꝫ plangẽdi,qui tam lugubria & tam dira perpessi sunt: quin potius cõuertamus hunc in corda nostra sermonẽ,scrutemur renes & cogitationes nostras,& tũc uidebimus eos quos plangimus,in nobis intrinsecus contineri,& quia Sodomitica & Ægyptia & Assyria,& alia uniuersa peccata quæ castigãs scriptura enumerat, uersentˉ in nobis.Polliciti suprà sumus maius aliqd de scriptura nos esse dicturos.Sodomę in saturitate panis & in abũdãtia atqꝫ delicijs et istiusmodi peccatis delinquẽti lex loquiť: Attẽde tibi ne comedẽs & bibẽs repletus,& domos bonas ædificans,ouibus tuis & bobus tuis multiplicatis tibi,argẽto & auro multiplicatus obliuiscaris dñm deum. Et in alio loco: Mãducauit & bibit & saturatus est & incrassatus,et recalcitrauit dilectus.Similia his Salomon in Prouerbijs ait:Cõstituite mihi aũt necessaria et sufficiẽtia,ut nõ repletus mendax fiam,& dicam,quis me uidetʳ aut egẽs furer,& iurabo nomẽ dei.Simpliciterqꝫ dicẽdum quia nihil sic in arrogantiã eleuet,ut diuitię & saturitas, & cibus opum plurimarũ, dignitas quoqꝫ & potestas. Est aũt etiã ad altiora transgressum uidere,quia superbiã frequenter nutriam,si diuinum sermonem intellexero,si sapientior cæteris fuero.Scientia quippe inflat,nõ ego dico, sed apostolus. Et ideo uereor ne & ipse sustollar. Dantur & charismata

Luc.18 Deut.32 1 Cor.8

charísmata ad id quod expedit. Si ad hoc dant q̃d expedit, quis est ille cui non expedit? Et cur non expediat, audi. Inferior subijcit inflationẽ, et quandã placitionem sui, dum se putat inter cæteros eminere. Sæpe igitur saturitas panum & abundantia materia est arrogantiæ. Sæpe autem & de spiritalibus donis superbiæ crimen exoritur, & nõ est utrobiq; discrimen. Tãtus uir apostolus Paulus necessarium habuit colaphũ angeli Satanæ, ut eũ colaphizaret ne eleuaret̃ multũ: quia orãs & deprecãs deum impetrauit pro multis sæpe quod petijt: cũ autem etiã pro hoc petijsset, nec esset quod petierat consecutus, dictũ est ei: Sufficit tibi gratia mea, uirtus enim in infirmitate perficitur. Oportet itaq; timere eum qui adhuc in genere humano, & in hac præsenti luce uersat̃, non solũ ea quæ bona putãtur in seculo, sed etiam quę uere bona sunt: quia magna nõ possumus sustinere. Exhibeo ad probationẽ præsentis sententiæ historiã Dauid, in qua conscribitur in Vriam eum cõmisisse peccatũ. Ante Vriam nullũ delictũ reperit̃ in Dauid: beatus homo erat, & sine querela in cõspectu dei. Quia uerò cõscius sibi uitæ immaculatæ locutus est quod nõ debuerat dicẽs: Exaudi domine iustitiã meam, intende deprecationi meæ, auribus percipe orationem meã nõ in labijs dolosis, de uultu tuo iudiciũ meum prodeat, oculi tui uideãt æquitates, probasti cor meũ & uisitasti nocte, igne me examinasti, & nõ est inuẽta in me iniquitas: & hæc dixit, quia uisitatio dei propter cõscientiã & uitæ beatitudinẽ eidẽ præsentaret̃, tẽtatus est, & nudatus auxilio, ut uideret quid humana possit infirmitas. Recedẽte quippe prę̃sidio dei, ille castissimus, ille admirabilis in pudicitia, q audierat: Si mũdi sunt pueri maxime à muliere, & acceperat eucharistiam quasi mũdus, nõ potuit perseuerare, sed in eo repertus est crimine, in q̃ sibi quasi cõtinens applaudebat. Si quis ergo cõscius puritatis suę seipsum glorificauerit, nõ habẽs memoriã illius dicti: Quid aũt habes quod nõ accepisti? Si aũt accepisti, q̃d gloriaris quasi nõ acceperis? relinquit̃, & derelictus discit experimẽto, quia in his bonis quorũ sibi conscius erat, nõ tam ipse sui extitit causa q̃ deus, qui uirtutũ omniũ fons est. Ex quibus apparet & saturitatẽ panum, & dona spiritalia ei qui ea nõ potest sustinere, generare superbiã. Idcirco fugiamus à Sodoma & peccatis eius, fugiamus à Samaria, & criminibus quibus castigat̃ misera Hierusalẽ, ut in uniuersis deo nobis fortitudinẽ ministrãte, humilitatem, & iustitiam cõsequamur in Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorũ. Amen.

Pſal.16

1 Cor.4

Homilia X super Ezechielem, de eo quod scriptũ est: Ergo & tu cõfundere, & porta ignominiam tuam, usq;: Et suscitabo ego testamentũ meum tecum. Cap. XVI

PRIMVM quidẽ est, nullum opus facere cõfusionis, sed omnia talia quæ possunt deum libera fronte respicere. Quia uerò (ut homines) sæpe peccamus, sciendum secundam (ut ita dicam) nauem post cõfusionis opera esse erubescere, & pro sceleribus suis uerecũdos oculos deijcere, neq; sic procaci uultu incedere, quasi nihil omnino peccauerit. Bonũ est quippe post cõfusionis opera confundi: quia sæpe & hoc malitiæ artifex inoperatur, ne peccator ad pœnitentiam redeat, & sic agat quasi adhuc in iustitia perseueret. Videre possumus, & ex quotidiana uita discere, multos hominum post peccata sua non solum non lugere quod fecerunt, uerumetiam procaci fronte defendere proprias ruinas. Grande itaq; beneficium in Hierusalẽ conseruatur, si tamen credat dicẽti domino: Et tu cõfundere. Neq; putes ad Hierusalem tantum hæc esse dicta, & non ad singulos nostrũ, qui delictis tenemur obnoxij. Vnusquisq; ẽm seipsum consideret, quid fecerit confusione dignũ, quid turpe locutus sit, super quo nõ habeat audaciam quasi dicto bono, quid cogitarit tale quod rubore dignũ uidetur ab eo qui cordis & renis occulta considerat: & cũ diligẽter peruiderit cogitationes, facta, sermones, tunc audierit prophetam dicentẽ: Et tu cõfundere. Post quod à ꝓpheta iũgitur: Et accipe ignominiã tuã in eo quòd iustificasti sorores tuas. Sequit̃ cõfusionẽ ignominia, & dat deus ei qui cõfusione digna gessit, etiã ignominiã, dixitq; ad eum: Et accipe ignominiã tuã. Poteris autem intelligere quod dicit̃, si consideraueris quæ quotidie in ciuitatibus fiãt. Inhonoratio ciui est de patria sua exulare, & infamia decurioni eradi de albo curiæ, & cuiuscũq; alterius cõditionis homini relinqui quidem in uita, sed cum ignominia, siue in operibus publicis, siue in insula aliqua solitudinis uiuere. Intellige aũt mihi iustũ iudicẽ ei qui digna infamia fecerit dicentem: O tu qui pœnæ reus es, noli exi

lium

lium tuum cũ mœrore ſuſcipere: non enim mereberis miſericordiã ſi iraſceris ad pœnã: quin potius intellige digne te pati quod pateris: & cũ te humiliaueris, atq; dixeris iuſtũ de te factum eſſe iudiciũ, forſitan miſericordiã conſequeris ab eo qui poteſt poſt condẽnationem ad priſtinum te ſtatum reuocare. Quomodo enim licet magno principi liberare aliquem de inſula, & de exilio, & de publicis uinculis: multo magis licet uniuerſitatis deo eũ qui inhonoratus eſt, in honorẽ priſtinũ reſtituere, ſi tamẽ ſentiens delictũ ſuũ cõfeſſus fuerit digne ſe ſuſtinuiſſe qđ paſſus eſt. Dabo & aliud exemplũ de eccleſiaſtica cõſuetudine. Infamia eſt à populo dei & ab eccleſia ſeparari. Dedecus eſt in eccleſia ſurgere de conſeſſu presbyteri, proijci de diaconatus gradu. Et quidem eorum qui abijciũtur, alij ſeditiones cõmouent, alij uerò iudicium in ſe factum cum omni humilitate ſuſcipiunt. Quicũq; igitur exigunt, & dolore depoſitionis ſuę congregant populos ad ſchiſma faciendum, & ſollicitant multitudinẽ malignorum, non accipiunt inhonorationem ſuam in præſenti, ſed theſaurizant ſibi theſaurum in die iræ. Qui autẽ cum omni humilitate ſiue digne, ſiue indigne depoſiti ſunt, deo iudicium derelinquũt, & patiẽter ſuſtinẽt quod de ſe iudicatum eſt, iſti & à deo miſericordiam conſequentur, & frequẽter etiã ab hominibus reuocantur in priſtinum gradum, & in gloriã quam amiſerant. Doctrina ergo optima eſt, quomodo hoc quod dicitur: Et tu confundere, ſic & illud quod ſequit: Et accipe ignominiam tuam. Et hæc dico, ut profundiorẽ aliquem ſenſum de futura inhonoratiõe interponã. Et ibi quippe erit aliqua ignominia his qui dignũ opus ignominia fecerunt. Siquidem reſurgent alij in uitam æternam, & alij in opprobrium, & confuſionem æternã. Quid autẽ eſt hoc aliud niſi pœnã infamiæ ſuſtinere? Dũ ergo adhuc licet nobis, debemus minorationẽ noſtrã patienter ferre, ut cũ hic triſtitiam fortiter ſuſtinuerimus, in futuro ſeculo moueamus (ut ita dicã) uiſcera miſericordię dei, & benignitatẽ eius, ut nos reuocet in priſtinũ ſtatum de ignominia & confuſione: quomodo ecõtrario impoſſibile eſt lapidei cordis aliquem & penitus non ſentientẽ delictũ ſuũ, & ante uultum dei omnipotentis ſuperbientẽ, miſericordiã conſequi. Videmus enim quoſdã bonos quidem libenter de ſe latam ferre ſententiam, & ob ſalutem ſuam dei iuſtificare iudiciũ: malos uerò blaſphemare aduerſus prouidentiam dei, & dicere, non ſum digne adiudicatus huic infamiæ, iniuſte iſta perpetior. Si iuſtificamus prouidẽtiã, ſoluimus noſtrã infamiam. Si uerò nõ recipimus iudicia dei, multiplicamus infamiam. Quomodo autẽ infamiam, ſic & ſupplicia, ſic & cætera. Quæ ſunt enim huic, accidere conſuerunt his qui à deo pro delictis propriis cõdemnati ſunt. Et tu confundere, & accipe ignominiã tuã in eo quod iuſtificaſti ſorores tuas. Plus meremur ignominiam, quãdo talia facimus, quib. peccatores alij iuſtificentur: ut comparatione delictorũ meorũ, malorũ ſcelera antiquitus condemnata miſericordia liberet. eo quod ego ſubſequens peiora cõmiſerim. Dicit ergo ad peccatricem Hieruſalem: Accipe ignominiã tuam in eo quod iuſtificaſti ſorores tuas. Deinde ſi quis compleuit hoc quod ſcriptum eſt: Confundere, ſi quis proſequutus eſt ſententiam dei ſequentẽ: Accipe ignominiam tuã in eo quod iuſtificaſti ſorores tuas: uideat etiam gratiã, quomodo pro confuſione uiciſſitudo clemẽtiæ reſtituatur, quia nõ cõtemſerit iudiciũ dei, ſed cum omni humilitate ſuſceperit quod de ſe fuerat iudicatũ. Quid ergo repromittitur? Auertam auerſiones eorum auerſione Sodomorũ & ſororũ eius, in eo quod iuſtificaſti ſorores tuas Sodomã & Samariam. Sodomã minorem & Samariam ſeniorẽ, ut in præteritis diximus. Auertam auerſionem eorum, id eſt trium quarum auerterat auerſionẽ ad meliora conuertit: primo Sodomorum, deinde Samarię, tertio uerò Hieruſalem. Cũ autem, ait, auertero auerſionem Sodomorũ & Samariæ & Hieruſalem, tunc in antiquum reſtituẽtur, primum Sodoma, cuius priores auerterit auerſiones: ſecũdo Samaria, quam ſecundo conuerterit: tertio Hieruſalem: cui tertię auerſiones tribuuntur. Igitur ſanitates peccantibus in auerſione Sodomorũ & filiarũ eius, in auerſione ipſius Hieruſalem: & tribuunt his qui magis amant à deo, tardius. Sodoma qppe iuſtificata ab Hieruſalem, prima cõſequitur miſericordiam, id eſt gẽtiles. Samaria uerò, hoc eſt hæretici, in ſecũdo loco accipiunt ſanitatẽ. Tertio uerò quaſi indigni uelocioris medelæ, in priſtinum ſtatum reſtituuntur qui fuerunt de Hieruſalem. Ante ergo gẽtiles, ante hæretici clementiam cõſequentur q̃ nos: ſi tamen fuerimus impij, ſi & nos peccata depreſſerint. Quanto enim propiores fuerimus deo, & ad beatitudinẽ uiciniores, tanto

Dan. 12

cum peccauerimus longius fiemus ab ea, proximi terribiliũ maximarumq; pœnarũ. Iu-
Sap.6 ſtum eſt quippe iudicium dei, & potentes potẽter tormenta patiuntur. Qui autem mini
mus eſt, meretur citius miſericordiã. Minima eſt Sodoma: & poſt eam in comparatione
Hieruſalem minima, non tamen ſicut Sodoma, Samaria eſt: & ideo primum illarũ auer-
tit auerſiones, & poſtea Hieruſalẽ, dicens: Auertam & auerſionẽ tuam. Tertio enim gra
du hoc dicitur ad Hieruſalem. Verum quando auertit auerſionem meam, ſi inuẽtus fue
ro Hieruſalem, & peccator in medio ſororum mearum? Cum audiero: Vt feras tormen
tum tuũ. Ideo tertio loco ait, auertam auerſionẽ tuam, & poſt omnes: Vt feras tormentũ
tuũ, & dehoneſteris de omnibus quæ feciſti. Eſt quędã menſura peccati, quã unuſquiſq;
recipiet pro eo quod peccauit. Si habuero quinquaginta peccata, quinquaginta habe-
bo ignominias: ſi centũ, duplicabitur mihi pœna pro factis, & pro magnitudine delicto
rum tribuetur mihi ignominia. Maximis peccatis magnus cruciatus adiungitur. Deus
autẽ ſolus uerus iudex magnitudines peccatorũ, & ignominiæ qualitates, & peccati nu
merũ poteſt peruidere. Dicitur itaq; ad Hieruſalẽ: Vt feras tormentũ tuũ, & dehoneſte-
ris de omnibus quæ feciſti in exacerbando me. Vide econtrario ſatisfacientẽ deum, &
quodãmodo per hęc uerba teſtantẽ quod iram ipſe nõ habeat, ſed peccator ſibi ad iram
Rom.2 cõcitat deũ. Vnde & Apoſtolus ait: An diuitias bonitatis & manſuetudinis eius, & lon
ganimitatis cõtemnis, ignorãs quoniã bonitas dei ad pœnitentiã te adducat? luxta aũt
duritiam tuam & impœnitens cor theſaurizas tibi iram. Separauit hic ſermo iracundiã
à deo. Reuera enim iracũdia aliud quiddam à deo eſt, nec ei ut inſita copulaẽ. Vnde &
Pſal.77 de peccatoribus dicitur: Emiſiſti iram tuam & comedit eos. Nemo quod ſibi ſociũ eſt &
cognatũ emittere poteſt, uerũ emittitur quod aliud eſt ab eo qui emittit. Sic & nos pec-
cando irritamus deum, ut mittat iram quam ipſe non habet. Poſt hæc, id eſt poſt auerſio
nem dicitur: Sodoma ſoror tua, et filiæ eius reſtituentẽ ſicut erãt ab initio. Venio ad ima-
gines & figuras, & uideo quãto tẽpore excruciata Sodoma reſtituatur in antiquũ. Si aũt
id quod per figurã dictũ eſt ita ſe habet, quid de eo fiet qui uere Sodoma fuerit? Statim
Gen.13 poſt diluuiũ decima generatione paſſa eſt Sodoma ea quæ in Geneſi leguntẽ. Erat enim
prius quaſi paradiſus dei, & quaſi terra Aegypti: ueruntamen factum eſt Sodomę id qđ
etiam nunc ueſtigijs regionis eius perſpici licet. Ecce quanti iam temporum circuli trã-
ſierunt: ecce tria milia annorũ ſunt, & Sodoma nõdum eſt reſtituta: nõ illa Sodoma quæ
in ſigno & in ænigmate ponitur, ſed illa quæ in ueritatis ratione perſpicitur. Aiunt He-
bræi Sodomam in eundẽ ſtatum reſtituẽdam, in quo & antea cõſtitit, ut rurſum paradi-
ſo dei & terræ Aegypti cõparetur. Si hoc ſe ſic habet, & ſiue futurum eſt, ſiue nõ: quęrẽ-
tur enim iſtiuſmodi res apud eos qui doctiſſimi ſunt: ut aũt fiat quod dicitẽ, complebuntẽ
mihi annorum tria milia, & tunc reſtitueẽ excruciata tribus milibus annorum Sodoma,
id eſt anima mea: Sodoma, meis pœna peccatis. Grande interuallum tẽporis inter reſti-
tutionem & ruinam poſitum eſt. Etiam ſi reſtituaris ita ut antiquitus eras, uide quãta ex
haurias mala, quantis primum calamitatibus opprimaris. Hoc autẽ quod de Sodoma di
ximus, & de Samaria quoq; intelligere debemus. Et ipſa quippe necdũ eſt reſtituta, ſed
ex eo tempore quo decem tribus eiectæ ſunt de Iudæa & de Samaria, & captiuitatẽ ſu-
ſtinuit, & nomẽ accepit, non habẽs accolas ſuos. Reſtituetur autem & illa ſicut in princi
4 Reg.17 pio fuit, cũ decem tribus fuerint reuerſæ, ut ſoluaẽ id quod ſcriptũ eſt: Captiuus ductus
eſt populus in Aſſyrios uſq; in hodiernũ diem. Si autem tanto poſt tempore reſtitueẽ id
quod præceſſit in ſignũ, quãdo tu reſtitueris, ſi tamen reſtitueris Samaritana & hæretica
anima, quæ ſimulacris & ferijs non ueris, ac figmentis de Hieroboam corde uenientib.
credidiſti? quãdo reſtitueris ô anima infelix, cũ poſt tãta ſecula reſtituatur exemplũ tui?
Si autẽ hoc ſuper Sodoma & Samaria fit, quæ iuſtificatæ ſunt ab Hieruſalẽ, quid dicen-
dum eſt de ipſa Hieruſalem quę ſupradictarũ ſcelera iuſtificauit? Et reſtituemini ſicut ab
initio fuiſtis. Et tu & filiæ tuæ reſtituemini ſicut fuiſtis in principio. Scit hoc quod dicit:
Eſa.1 Sicut fuiſtis in principio, & Eſaias dicens: Et cõſtituã iudices tuos ut prius, & cõſiliarios
tuos ut in exordio. Et niſi eſſet Sodoma ſoror tua in auditu, in ore tuo, in dieb. ſuperbiæ
tuæ, quemadmodum nũc opprobrium es filiarum Syriæ, & omnibus quæ ſunt in circui
tu tuo filiarũ alienigenarũ quæ circũdant te in gyro. Impietates tuas tu porta. O clemen
tiſſimum deum ſatisfacientem de reſtitutione, atq; dicentem: Impietates tuas & iniquita

tes

tes tuas porta. Non frustra dico restitueris: sed cũ impietates tuas, & iniquitates tuas exhauseris, tunc in locum pristinũ restitueris. Quomodo uulnera quæ in corpore sunt, sæpe paruo tẽpore accidunt, medelæ uerò uulnerum cum tormentis adhibẽtur ingentib. non iuxta æqualitatem temporis quo illatæ sunt, sed iuxta rationẽ curationis: uerbi gratia, in puncto horæ fractura manus & pedis cõtritio accidit: hoc quod in modico factũ est, mẽsibus fere tribus, ac lõgo tempore uix curatur: Sic & uoluptas quæ neruos animę succidit & luxuria, & semel uniuersa peccata, cum in paruo tempore infelicem animam illexerunt, & ad uitia traxerunt, magnum postea tempus in supplicijs & cruciatibus pmerent. Propter quod hoc dicit dominus: Et faciam in te sicut fecisti, sicut spreuisti hæc præuaricando testamentũ meum, & memor ero. Primũ quomodo fecisti faciam tibi, deinde memor ero testamenti mei quod feci tecum in diebus infantię tuæ. Fecit quippe testamentum in diebus infantię eius. Diximus autem suprà quomodo cum ea fecerit testamentũ. Et suscitabo tibi testamentũ in æternum, ego occido, & ego uiuificabo, ait. Qui quũ ista promittit, dolores facit, & rursum restituet. Percussit, & manus eius sanabũt. Dicitur in Michea: Iram domini sustinebo, quia peccaui ei, donec iustificet ipse causam meam. Quomodo iustificat causa mea? Quãdo iram domini sustinuero, qui diuitias bonitatis eius & patiẽtiæ & longanimitatis cõtempsi, & iuxta meam duritiam & impœnitens cor thesaurizaui mihi irã in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei. Et dehonestaberis in eo quod suscepisti sorores tuas seniores cũ adolescẽtulis, & dabo tibi eas in ędificationẽ. Suprà unã dixit sororẽ Sodomam, & aliam Samariam, nũc repetit & dicit, sorores tuas seniores, quũ senior tantũ Samaria sit, & adolescentior Sodoma: uerum quia filię earum eis cõnumerantur, dicit omniũ unam esse speciem. Quantę autem filię Sodomorũ sunt, tantæ & Samariæ. Et dabo tibi eas in ædificationem, & non ex testamento tuo, & suscitabo ego testamentũ meum tecum. Considera finem repromissionis, & cognosces quia ego dominus, ut memineris & confundaris. id est, cũ receperis peccata tua, & rememorata fueris, tũc cõfunderis. Et ultra nõ erit tibi os aperire. Cum recepero peccata mea, & restitutus fuero, facto mecũ testamento, tunc amplius intelligo mala mea, & cõfundor, & cõscius mihi ultro memet punio. Vide autẽ quid mihi eueniat, ut ultra non sit liberũ os aperire à facie ignominiæ, & quãdo eueniat. In eo quod propitietur tibi. Nec tũc quidem quãdo propitiatur mihi multa peccanti, possum os aperire, nec quãdo ignoscit sceleribꝫ meis alienus sum ab ignominia, sed sentiens scelera mea perpetuo cõscientiæ meæ igne discrucior. Idcirco quia ignominia & cõfusio æterna nobis reposita est si peccaueri mus, omni corde precemur deum, ut det nobis usq; ad finẽ & animi & corporis nisu pro ueritate cõtendere: ut etiam si aliquod tempus institerit quod nostrã examinet fidẽ (nã ut aurũ probat in fornace, sic fides nostra in periculo & persecutionibus examinat) etiã si persecutio eruperit, inueniat nos præparatos, ne domus nostra in hyeme corruat, ne ædificatio quasi in arena constructa tempestatibus dissipetur: ut cum flauerint uenti diaboli, id est spiritus pessimi, opera nostra persistant quæ usq; ad hanc diem perstiterunt, si tamen non sunt occulte subruta, & in expeditionis accinctu manifestemus charitatem nostram quam habemus ad deum in Christo Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Mich.7

Homilia XI. De eo quod dictum est: Fili hominis propone ænigma & dic parabolam ad domum Israel, & dices: Aquila magnarum alarum &c. Cap. XVII.

EXERCITATIO corporum, & in totum fortitudinem comparat ijs qui exercentur, & per partes unumquodq; membrum sensusq; membrorum uegetiores facit ad sufferendum quid, aut ad sentiendum: utputa oculorũ acies si exercitetur in usu, acutior fit ad uidendum: aures si frequentius audiant, melius possunt uocum capere dissonantias. Hoc autem & in cæteris membris licet deprehendere, quod in paucis ostendimus. Verum quid mihi prodest ad beatitudinem & ad uitam sempiternam, si corpus exercitationibus roboretur? Quod mihi est emolumentum, etiam si fortissimo corpore fiam, etiam si omnibus membris uegetus incedam? Econtrario autem si sensus animę habuero exercitatos ad sentiendum quid, ad discendũ dies noctesq; contriuero, non solum in hac uita mihi conducit, sed etiam recedentem de corpore prosequet. Idcirco in parabolis & in ænigmatibus loquutus est deus, ut extenderet se

mens noſtra,uel potius in unũ colligens dictorũ intueatur acumina, & à corporis uitijs recedens,dum intelligit ueritatẽ,uitæ ſuæ curſum ſecũdũ eundẽ dirigat. Hæc in proœmio diximus,quia ſermo dei factus eſt ad Ezechielem dicens:Fili hominis narra narrationem,& dic parabolam ad domũ Iſrael.Pro hoc aũt quod ſeptuaginta interpretes poſuerũt narrationẽ,alius de interpretibus tranſtulit,propone problema, alius ꝓfer ꝓblema,alius ſignifica ænigma.Igitur & problema & ænigma & parabola eſt quod lectũ eſt. Siquãdo illuminatiõe indiguimus ſciẽtiæ dei,nũc uel maxime & neceſſarie indigemus, ut nõ tam ego q̃ orantibus uobis gratia dei in me ediſſerat ſolutionẽ ꝓblematis & ænigmatis,ſiue parabolæ.Quæ eſt ergo parabola aquilæ quam in præſenti ſpiritus ſanctus oſtendit? Quæ nõ ſolũ aquila,ſed etiam comparatione cæterarũ aquilarũ, magna aquila,& ingentiũ alarum,& longa extenſu,& plena unguibus,ſiue (ut quidã interpretatus eſt)plena plumis ſcribit̃.Nõ ſolum his quæ diximus maior eſt cæteris aquilis, uerum in eo uel præcipua eſt,quod ductum habet intrandi in Libanũ.Nam ingrediens illic ab arbore cedri quæ in Libano ſita erat electa,teneritudines & ſumma quæq; decerpſit,& attulit in terram Chanaan,in ciuitatem ſiue negociatorũ,ſiue negociatricem,ſiue translatorum,ſiue certe(ut Septuaginta interpretati ſunt)muratã,& poſuit hoc quod de cedro Libani ſumpſerat,ut plantaretur & creſceret in terra Chanaan. Poſt hæc eadẽ aquila de ſemine terræ unde ſumpſerat ſummitates cedri extrinſecus ſibi ſemen accipit,& plantauit illud in campo frondifero ſuper aquam multam.Hoc autẽ ipſum quod de terra Chanaan fuerat aſſumptũ ab ea quæ Libani ſumma quæq; decerpſerat, id eſt quod ſecũda uice acceperat,factũ eſt in uitẽ nõ fortem,ſed infirmam, uerumetiam ſtatura puſillam: & palmites huius uitis infirmæ reclinati ſunt,ꝑ eo quod de Libano & cedro fuerat aſſumptum,intantũ ut radices ſuas ſub ipſius trunco conſitas haberet. Et quidẽ facta eſt uitis, & fecit ꝓpagines,& extẽdit arbuſta ſua.Et poſt hæc uenit alia aquila,& ipſa magna, magnis alis & copioſis uel plumis ſiue unguibus:& ecce iſta uitis de qua nũc diximus,ueniente ſecũda aquila declinauit teſtamentũ ſuum ad eam, ſpernẽs id teſtamentũ qd̃ prius cũ arbore fecerat,in qua reclinata uitis fuerat effecta,& propaginibus factis arbuſta latius fuderat,& complexa eſt ſecũdam aquilam,& radices ſuas à priore trãſtulit ad ſequẽtem.Deinde palmites emiſit ad aquilam ſecũdam, ut irrigaret eam cum gleba plantationis eius in campo bono,& aqua multa.Et quidẽ irrigata eſt hæc ipſa uitis, & trãslata ad aquilam ſecundam,ut faceret incrementa,ut afferret fructum, ut fieret in uitem magnã. Idcirco prophetæ imperatur ut dicat,quia teſtamentũ trãſgrediẽs uitis quod fecerat cũ aquila priore,& ſtatuens illud cum ſecũda,nõ dirigatur, neq; radices teneritudinis eius efflorent:quin potius fructus eius propter tranſcenſionem eius putreãt,& areſcãt omnia quæ de ea oriebantur,& iam ultra non habeat brachiũ magnum & populũ multum: euellatur autẽ radicitus.& licet irrigata ſit,tamen nõ perſeueret, & nõ dirigatur in ubertatem:ſtatimq; ut cõtigerit eam uentus urens,areſcat, & cum gleba plantationis ſuæ ſiccet̃.Hoc propoſitio ipſius hiſtoriæ expoſcit,ut quæ obſcurius dicta ſunt,quibuſdam adiunctis ſermonibus planius enarremus.Et ſi tantus labor eſt ut ipſum quod dicit̃ intelligatur,quid neceſſe eſt dicere ipſam quæſtionẽ quantam habeat obſcuritatẽ,quę ſit aquila prior,quid ſit Libanus,quæ cedrus,quæ ſumma cedri, quæ aquila ſecũda, quæ trãslatio uitis à priore ad ſequentẽ? Si aliquãdo dei indiguimus auxilio,ſemper autem in intellectu ſcripturarum ſpiritu ſancto indigemus:nunc profecto tempus eſt quo nobis præſtet auxiliũ,& pãdat ipſe quæ dixit.Quõ Saluator noſter in euãgelijs quaſdã parabolas ipſe interpretatur:ſic & nunc propheta in ſecũda ꝓphetia quę in reliquis lecta eſt ſignificat,quia aquila prior Nabuchodonoſor ſit rex Babylonis, qui ingreſſus eſt in Libanũ, id eſt Hieruſalẽ:& accepit de ſummis cedri,id eſt regẽ Hieruſalẽ,& principes eius: & attulit ea in terram Chaldæorũ, ſcilicet in Babylonem. Plantauit quippe in captiuitatem accipiens filios Iſrael,& de regio ſemine,& de genere principũ in eadem terra cõſtituit. Poſt hoc autem,& poſt regiã ſtirpem,alia quoq; multitudo capta eſt ab eo, & uitis effecta eſt,non tam robuſta q̃ fuerat cum fuiſſet in uinea dei & in terra ſancta, ubi ſacrificia dei celebrant̃,ſed erat in Babylone trãslata uitis infirma.His ita geſtis,inter Pharaonem regem Aegypti,& Nabuchodonoſor regem Babylonis,bellum ortum eſt.Igitur populus qui cum regibus ſuis ac ſtirpe optimatũ ab Aſſyrijs fuerat afflictus, reperta occaſione

ne qua iugum Nabuchodonosor abiiceret,& eius imperio liberaretur, intulit se ad secũ 4 Reg.25
dam aquilam grandem,magnarũ alarum,id est Pharaonẽ.Deinde sic ordine currẽte re-
rũ,quia deus nõ Pharaoni tradiderat, sed Nabuchodonosor, & illi nõ sustinentes iudi-
ciũ & imperiũ eius,excussérant iugum Nabuchodonosor de ceruicibus suis, & ad Pha-
raonem trãsgressi fuerãt,ira dei super eos ingruit,& contrà euenit q̃ putauerant.Opor-
tet quippe eũ qui à deo damnat̃,non fugere sententiam eius, nec uoluntatem iudicãtis
uelle mutare,uerum patientissime sustinere,donec ipse deus liberet qui damnauit. Igit̃
quia ad Pharaonẽ trãstulit se populus,relinquitur ab auxilio dei,& peiora patitur q̃ an-
te perpessus est à Nabuchodonosor.Diximus solutionẽ parabolæ iuxta literã, & id qđ
scriptũ est:sequitur durior interpretatio, & difficilis ad intelligendũ, secundũ uerũ Na-
buchodonosor,& uerum Pharaonem,& ea uerba quæ de aquilis prædicta sunt.Idcirco
autem ante interpositionẽ sequẽtis lectionis,hãc expositionẽ summatim strictimq̃ præ
diximus, ut & præsens locus facilius intelligat̃, & nihilominus seruet̃ loco suo plenior
expositio,& cõsequens parabola etiã iuxta allegoriã latissime differat̃. Verum nũc pau
ca debemus assumere,& quasi quodam armamẽto futurę interpretationi uiam sternere
de his quæ nobis dei gratia largit̃,scientes quid in sequẽti plenius exponemus. Ac pri-
mũ quidẽ uidẽdũ est,quare Nabuchodonosor & Pharao aquilæ dicant̃. Forsitã quærit
quispiã qui nõ ociose & trãsitorie scripturas legit: Nabuchodonosor aquila est magna,
& magnarũ alarũ,& hic Pharao alia aquila magna similiter alarũ ingentiũ,& in lege in-
ter immũda animalia posita est aquila:quare & iustus dies effectus præparat sibi alas a-
quilæ,ut possit conuerti in domum principis sui:quare etiã repromissio quędã est apud
Esaiam prophetã dicentẽ:Iusti accipient pennas ut aquilæ,current & nõ laborabũt, gra
dientur & nõ esurient:Si enim immũda est aquila, nõ oportet nos pẽnas accipere ut a-
quilam,cũ iusti fuerimus: neq̃ cũ diuitiæ nobis creuerint oportet præparare nos nobis
pennas aquilæ.Cui primũ respondendũ est,quędam nomina animaliũ in scriptura in u-
troq̃ genere,id est in malo ac bono posita:utputa leo & in bonã accipit̃ & in malam par Gen.49
tem.In honam sic:Catulus leonis Iuda,ex germinatione fili mi ascẽdisti,accumbẽs dor-
misti ut leo,& ut catulus leonis,quis suscitabit eum:In malã uerò partẽ sic. Aduersarius
noster diabolus ut leo rugiens quærẽs deuorare circuit,cui expedit nos resistere firmos
in fide.Sed & malignus supplantare cupiens insidiat̃ in occulto,ut leo in spelũca sua in-
sidiatur ut rapiat pauperẽ.Quomodo ergo leo dicit̃ & in malam partem & in bonã, nõ
est incõgruum etiam aquilam in utranq̃ partẽ accipi. Et ut ego suspicor, iustus nõ est a-
quila,sed quasi aquila,æmulat̃ quippe aquilam.Et quomodo serpẽs æreus typus fuit sal
uatoris:neq̃ enim serpẽs erat uere, sed imitabat̃ serpentẽ, dicente domino: Vt Moyses Ioan.3
eleuauit serpentẽ in deserto,sic oportet exaltari filiũ hominis:eodem modo & iustus nõ
tam aquila est q̃ aquilæ similis,quia ei utile est imaginẽ aquilę sectari.Iuxta hunc intelle
ctum,& in alio loco pręceptũ accepit iustus,ut sit sapiens sicut serpẽs,non ut fiat serpẽs,
sed ne à ueri serpẽtis capiat̃ astutia.Si autẽ sermo dei scripturas diligẽter excutiẽs,& spi-
ritus de quo scriptũ est:Spiritus omnia scrutatur etiã alta dei, in alicuius animã uenerit, 1 Cor.12
manifestissime ostendet de scripturis & aquilã & leonem in parte mũdorũ animaliũ po
sita:Cherubim dei habere faciem hominis & faciem leonis à dextris quatuor partiũ, &
faciem uituli & faciem aquilæ à sinistris quatuor partiũ:& hæc quæ in Cherubim uiden-
tur,id est aquila& leo,mũda sunt.Nihil quippe immũdum est in curru dei.Et quomodo
tu de gentibus credens mundus effectus es:& quod deus mundauit,tu ne cõmune dixe
ris,dicitur de omnibus quæ cœlo pendentia ostensa sunt Petro:sic mũdatus est leo & a-
quila,quæ in Cherubim apparuerũt.Necnon est aliud quod in Christi aduẽtu futurum
prædicatur:nouit mundũ leonem,mũdam & aquilam,quę nuncupat̃ immunda:Lupus Esa.11
enim & agni pascent̃ simul.Lupus enim qui cũ oue innoxius pascitur,nõ est ultra obser
uandus.Nõ mihi dicitur de tali lupo:Attẽdite ab eis qui ueniunt ad uos in uestitu ouiũ, Matt.7
intus autem sunt lupi rapaces.Signanter loquutus est, dicens: Intus autẽ sunt lupi rapa-
ces.Sũt quippe alii nõ rapaces,quãdo lupi & agni pascẽtur simul,& uitulus & taurus &
leo pariter edent.Cũ autem fuerit tam diuersarũ inter se naturarũ in fide Christi facta so
ciatio,leo nõ erit iam immundus,uerũ feritatis suæ obliuiscet̃, & uniuersa animalia quæ
in lege dei dicuntur immũda,conditionis antiquæ recipient puritatem. Hoc autẽ & ex

parte iam factum est,& plenissime in secundo complebitur aduẽtu. Præuenit igit̃ sacramentum quod ostẽsum est in Cherubim, rei ueritatẽ: & intantũ leonis & aquilæ facies cũ alijs faciebus cognatæ sunt,ut maius nobis uideat̃ uitulo & tauro & leone simul pascentibus,id qđ apparuit in Cherubim. Ab Esaia quippe nihil de his quæ prædicta sunt sibi cohærens & inuicẽ connexũ repromittit̃. In Cherubim uerò unũquodq; animal cũ alio cognatũ est,facies uituli faciei leonis,& uultus hominis uultui aquilæ. Nõ igit̃ magnopere mireris, cũ Pharao & prçcedens eum Nabuchodonosor aquilæ nuncupent̃: iustus uerò pẽnas assumere dicat̃ ut aquila, & in dei parte diues effectus aquilæ sibi pennas præparet ad uolãdũ. Verum ut ad propositũ redeam,specialiter quiddam significat̃ de Nabuchodonosor,quia magna & magnarũ alarum,& sui extensione longissima in-
Esa.10 tantũ ut ausus fuerit dicere: Viribus faciam, & sapiẽtia intellectus auferam fines gentiũ & uirtutẽ eorum depascar,& cõmouebo ciuitates quæ inhabitantur, & orbem terrarũ uniuersum cõprehendam manu ut nidum, & quasi confracta oua auferam. Ecce ista est extensio alarum eius. Nec hoc ei sufficit,uerũ unguibus plenus est, & multis plumis, & habet ductũ intrandi in Libanũ,ut cedri eius summa decerpat. Quãdiu hi qui cõmorabantur in Libano nõ peccauerũt,id est quãdiu in Hierosolymis positi,sunt in sceleribus deprehẽsi,non accepit potestatẽ ista magna aquila,ut ingrederet̃ in Libanũ, neq; assumpsit sibi electa,& cedri semẽ regiũ,& principum stirpem. Ista quippe sunt teneritudinis eius,quæ quodam tempore non fuerunt duro corde: attamen rapuit ea, quia peccauerũt in dominũ. Aquila ista grandis &c. totius arboris cacumina in Chanaan trãstulit, ga-
Gen.9 figuraliter Babyloniorũ terra maledicti Chanaã dicit̃,de quo ait Noe: Maledictus puer Chanaan,famulus erit fratribus suis. In ciuitate quoq; negociatorum, siue negociatrice, siue trãsferentiũ,aut certe murata, posuit hoc qđ de cedro abstulerat, & accepit sibi de semine terræ,iam non de altioribus solum,sed etiam de minoribus,& de populo Iudæorum,& dedit illud in campũ frondiferum, super aquã multam respiciendum cõstituit illud,& exortũ est,& factum est in uitem infirmã. infirmatus est uere populus dei in Baby-
Psal.136 lone,& ideo neq; canticum domini cantare poterat dicens: Quomodo cantabimus cãticũ domini in terra aliena? Reuera nõ poterat infirma nõ esse,quæ plãtata fuerat in Babylone. Quo pacto uires pristinas reseruaret quę uitis Babylonia esse cœpisset? Quę qa in sancta terra fructus nõ fecerat,ideo trãslata ab aquila,& in terra posita Chanaã, facta est in uitem infirmã & in pusillam statura. Quandiu in terra sancta fuit,ingens uitis erat: quãdo uerò trãslata est in fines peccatorũ,& infirma & parua effecta est. Et tu igitur uitis quæ me audis,si uis esse magna,noli exire de ecclesiæ finibus,permane in terra sancta Hierusalem. Quod si propter peccata in peiora corrueris, trãsfereris in aliã terrã, & eris in uitẽ pusillam,& palmites tui decident,& radices tuæ siccabunt̃, intantũ ut postea de sideres requiescere super aliam aquilam,ut nunc dicit̃, magnarũ alarũ & plurimorũ unguium. Bonũ est cõdemnatũ in cõdemnationis permanere sentẽtia, quãdiu ei libet qui damnauit,nõ curramus uolẽtes ad Pharaonẽ. Si enim ad eũ currimus, cõtra deũ facimus qui dixit: Ego sum dñs deus tuus,qui te eduxi de terra Aegypti, de domo seruitutis. Ad Nabuchodonosor enim nõ tam spõte properamus q̃ condemnati & pertracti ad eũ sumus. Sequit̃: Et factũ est,aquila altera magna,magnis alis & copiosis unguibus, & ecce uitis ista amplexabit̃ eam,id est secundã aquilam. Euenit sæpe ut ab una contraria fortitudine ad aliam trãsferamur. Iusserat enim deus,ut Israelitarũ populus subNabuchodonosor iugũ colla submitteret,ut legimus in Hieremia, intãtũ ut cõminaret̃ ei qui ab eius seruitio declinaret: & eo tempore quo Hieremiam exposuimus,ea quę nobis gratia dei orãtibus uobis largita est,siue certe utcũq; sensimus,exponere conati sumus. Noluit autem id facere quod fuerat imperatũ,sed palmites suos extẽdit ad Pharaonẽ in gleba plãtationis eius: ab eo cõstituta est in campo super aquã multam,ut fructus afferret uberrimos: & deserta Aegypto rursum Aegyptũ concupiuit,putans se ubertatẽ pristinam cõsequuturã: hoc in primis cogitans, quod si Nabuchodonosor ad Pharaonẽ trãscẽderet, radices firmaret,euelleret staturã,fructus afferret. Sed in contrariũ q̃ putauit omnia reciderunt. Fructus quippe eius omnis cõputruit, & pullulationes quæ saltẽ modicæ in Babylonem uenerãt,mutatione regionis exaruerũt,intantũ ut radicitus euulsa sit,ne ultra in brachio magno,aut in populo plurimo cõualescerẽt. Quid in se hæc tãta uel talia cõ-

tinent

tinent sacramenti? quid unusquisq; sermo significat? Possumus, si tamen habeamus audi tores, ad aliam quandam Hierusalem conscendere, & ibi demonstrare quomodo aquila magna ductum suum fecerit, & in hāc quam nunc nos possidemus Babylonem summitates eius detulerit. Possumus secretiora quædā de Pharaone loqui: uerum quia tempore coarctamur, & forte audenter promittimus quod non ualemus implere, ad minora redeamus, & secundū mensuram intellectus nostri sic potius exponamus. Venit ad istum Libanum, hoc est ecclesiam, ubi hostiæ dei, ubi incensum orationum eius celebratur ista magna & uera aquila Nabuchodonosor, id est diabolus, & rapuit. Absit autē à temporibus nostris, ut de summis cedri, id est de principibus, & de regio semine in Chanaā trāsferat. Oremus ne fiat quod sæpe factum est. Assumpti enim sunt quidam, & in Babylonē translati, qui in ecclesia principes fuerunt, & propter peccatum suum de Libani summitate sublati. Super his dicendū est, quia aquila magna magnorū unguium, plumis extensa acceperit de cacuminibus cedri, & deraserit eos de Libano, id est de Hierusalem, & plātauerit in terra Chanaan. Non solum autem aquila ista summa cedri, id est de optimatum genere sibi uendicat, sed & terræ semen rapit, & transfert in terrā Chanaan, quādo quis de populo peccat, & de dei plebe diaboli laqueis præpeditur. Quapropter diebus & noctibus tam pro nobis q̄ pro fratribus nostris dei imploremus auxiliū, ne quis de Hierusalem transferat in Chanaan, ne sententia eius deserta à uoluntate illius ad aliam tēdamus aquilam, & ueniat super nos ira maior, & putrescat uniuersa plantatio, & fructus pariter cum radicibus arescat. Plantatio quippe Hierusalem nō potest in alia terra ferre fructus, non facit palmites in finibus alienis, sed statim cum gleba sua siccatur si non perseueraue rit in uoluntate dei, & in ecclesia eius, id est in factis & sermonibus & scientia ueritatis Christi Iesu, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

Homilia XII. de eo quod scriptum est: Fili hominis dic ad domum exasperantem, nescitis quid ista significent. Cap. XVII

A quæ iam suprà memoraui de duabus aquilis magnis, & magnarum alarū,
E & magnorum unguium, necnon quę prima & secunda aquila gesserunt, nūc quasi in prophetia scilicet figurata uult ex parte sermo diuinus exponere, nobis ad intelligendum relinquens quæ ipse dimisit intacta. Ac primum quidem licet sæpe iam dixerim, tamen etiam nunc aliquid non nouum inferre conabor quod nostræ animæ tribuat salutem, in eo quod dictum est ad Prophetam: Dic ad domum amaricantem, siue exacerbantem. Non enim addidit ad domum exacerbantem, siue exasperantem me. Et si uolumus uidere cuiusmodi sit peccatum exasperatio, audiamus quàm dulcia ei qui intelligit eloquia dei sunt, dicenti: Quàm dulcia gutturi meo eloquia tua. Hæc Psal. 118
naturaliter dulcia quum assumpserint credentes, aut bene uiuunt, aut uere contrarium faciunt. Et si quidem iuxta diuinam regulam ingrediuntur, reseruant eloquia dei in eo dulcore quo nata sunt. Iuxta mei autem animi motum puto, quia conuersationis bonitate & augeant eloquiorum dei suauitatem miscentes dulcedinem uitæ dulcori sermonis. Sin uerò quis peccet, & extra præcepta dei peruersus incedat, iste accipiens dulcissima eloquia dei, per naturam amarissimi peccati (amarum quippe peccatum est quod dulcedinem sermonis exterminat) in amarum saporem omnem redigit suauitatem. Quod dicimus, plenius animaduertes, accipiens exemplum. Herba quæ absinthium nominatur, naturaliter amara est: hanc si secundum qualitatem & quantitatē mellis in mel injcias, amaritudine sua uincit eius suauitatem, & cogit amarum esse quod dulce est. Huius herbæ uim habet peccatum. Si plura peccauero, plus amaritudinis mitto in dulcedinem sermonum dei. Si grāde fuerit quod delinquo, totum dulcorē mellis uerto in acerbū saporem. Et idcirco deus qui sermonem suum à peccatoribus conculcatū ulciscitur, unicuiq; pro qualitate amaroris uitæ, & pro modo intētionis amaritudinē pœnarū suppliciorūq; restituit. Et si quidē nos q hæc dicimus, & semel credidimus deo, peccauerimus, exasperare dicimur sermonem eius: qui uerò penitus à fide eius recesserūt, neq; ingressi sunt ecclesiam, hi nō faciunt amara eloquia dei. Quomodo em̄ possunt suauitatē exasperare sermonum, quibus nondū crediderūt? Ideoq; nobis alia seruant tormenta qui uidemur credere, & in ipsa credulitate peccamus, ab eorū supplicio qui ne initium quidē credulitatis

habuerunt. Et ne solũmodo putemus uerbũ nos exasperare domini si peccemus, delictũ nostrum usq; ad ipsius dei iniuriã peruenit. Scriptũ est enim, quod qui peccat, per præuaricationem legis deum inhonorat. Parũ erat si dixisset, inhonorat angelũ: nunc autẽ, per præuaricationẽ, inquit, legis deum inhonorat. Quoties cũq; præuaricamur legem dei, toties inhonoramus deum: & quãto maiora delinquimus, tanto maioribus cõtumelijs afficimus deum, quanto plura peccamus, tãto plus inhonoramus patrem, & Christũ eius, sicut scriptũ est: Quanto magis putatis deteriora mereri supplicia, qui filium dei conculcauerit, & sanguinẽ testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliã fecerit? Igitur quicunq; peccat, exasperat, & cõtumeliam facit, & inhonorat tam dei eloquia quæ suscepit, q̃ eum qui docuit. Dic nunc ad domum exasperantẽ: Nescitis quid sint ista, id est quæ in parabola dicta sunt aquilarũ. Dic: Cum uenerit rex Babylonis ad Hierusalẽ, & acceperit regem eius, & principes eius. Quantũ ad historiam pertinet prophetantis, expositũ est, quod Nabuchodonosor uenerit in Hierosolymã, & captiuos duxerit Sedechiã regem Iudææ, & principes qui erant cum eo, partemq; populi Iudæorum: necnon etiam illud addemus, quomodo plãtauerit eos in terra Babylonis. Sed non stemus in litera, nec hæreamus in historia, magis aũt tu qui in scripturis dei profectũ habes, & nosti quia ista omnia figuraliter cõtingebant illis, scripta sunt aũt pro nobis, in quos fines seculorũ decurrerunt. Instat ecce uerus Nabuchodonosor, quærẽs aliquos capere de nobis. Et primũ quidem cupit (si fieri potest) de principibus ecclesiæ captiuos sibi ducere: uerum quãdiu Ezechias, Iosias, aut certe quicũq; iustus rex regnat in populo, non potest iste Nabuchodonosor uinctos abducere, aut principes, aut populũ de Iudea. Si autẽ nos qui uidemur ecclesiæ præesse, peccauerimus, locũ dantes diabolo aduersum Pauli præceptũ dicẽtis: Nolite locum dare diabolo: quodãmodo per delicta nostra quæ fecimus in Hierusalẽ, occasionẽ tribuimus Nabuchodonosor, ut ingrediat̃ ciuitatẽ sanctam, & abducat quoscunq; uoluerit. Qui uerò non peccat, excludit Nabuchodonosor, ut nõ possit in terrã dei ingredi. Ergo omnibus uiribus excludamus Nabuchodonosor, ut ad beatum istius ecclesiæ conuentũ non appropinquet. Excludamus autem eum assumentes clauem scientiæ: excludamus eum conuersatione, & factis bonis, ut nõ rapiat regem Hierusalẽ, & principes eius, ut non abducat eos in Babylonẽ captiuitatis suæ triumphum. Si uerò aliquem ex nobis uincere potuerit sæuus inimicus, ducit eum in Babylonem, non in locum amplũ alicuius terræ, sed in Babylonem animę, id est confusionẽ. Frequenter diximus Babylonem confusionẽ interpretari. Quicũq; enim ab eo uictus abducitur in confusionẽ mentis suæ, transfert̃ in Babylonẽ. Respiciamus ad quotidianã uitã. Siquãdo uiderimus animã à peccatis, à uitijs, à tristitia, ab ira, à desideriis, ab auaritia confundi, sciamus istã esse quã diabolus abducat in Babylonẽ. Si uerò principali cordis tranquillitas, serenitas, pax, fructũ fecerit, sciamus quia Hierusalem uersẽt̃ in ea: uisio quippe pacis intrinsecus est. Et ducit eos ad se in Babylonẽ, & sumit de semine regni & disponit ad ipsum testamentũ. Omnes qui sermonẽ dei suscepimus, regium semẽ sumus: Etenim genus electũ uocamur, & regale sacerdotiũ, gẽs sancta, populus acquisitionis. Si quis ergo ex nobis qui in ordine regalis seminis cõstituti sumus, per peccatũ suum captiuus abducit̃ à diabolo, haud dubiũ est quin de regio genere sit abductus in Babylonẽ, & faciat testamentũ cum Nabuchodonosor, quia iam testamentũ dei spreuerit. Impossibile quippe est hominẽ sine testamento esse. Si habes testamentũ dei in te, non potest testamentũ tecũ facere Nabuchodonosor. Porrò si repulisti testamentũ dei per præuaricationẽ mandatorum eius, suscepisti testamẽtum Nabuchodonosor. Scriptum est enim: Disponit ad eum testamentum suum, & inducit eum in maledictionem. Deus in benedictione nobiscum testamentum facit: Nabuchodonosor uerò testamentũ suum in maledictione constituit. Non potest in benedictione esse qui pactum fecerit cum Nabuchodonosor. Sed dicit mihi aliquis qui in scripturis diuinis est eruditus. Inuenio in lege Moysi maledictiones constitutas in peccatorẽ. Si ergo pręcepto dei maledictũ constitutum est in peccatores, cur non & econtrario apud diabolũ quędam benedictio sit, ut alij apud eum in benedictione fiãt, alij in maledictione? Huic ergo acute & acerrime interrogãti, sic conabor occurrere, & dicere, quia & quædam sit benedictio à Nabuchodonosor, quam deus procul abijciat à nobis: & maledictio de qua nũc dicere debemus, quę digne sup peccatores

4 Reg. 25

Eph. 4

1 Pet. 2

uenit

uenit. Quæ est igitur benedictio Nabuchodonosor? Quando aliquis in mundo isto locuples fuerit, & feliciter gesserit, & omnia ei prospero cursu fluxerint, intantum ut illud quod scriptum est, ei possit aptari, Bos eius nō faciet abortionē: & si uniuersam seculi habuit prosperitatem, benedictio Nabuchodonosor super eum est. Maledictio uerò in eo, quando aliquis recedit à deo, & nihilominus in parte diaboli constitutus miserijs supplicijsq; torquetur. Vult igitur deus, ut nunc scriptura cōmemorat, testamentum Israeli maledictionem esse apud Nabuchodonosor. Et ideo quia uoluit spernere testamentum Nabuchodonosor rex Hierusalem, & mittens angelos suos in Ægyptum testamentū cum Pharaone facere conatus est, ait sermo diuinus: Non dirigetur, non saluabitur. Quapropter oportet nos ferre patienter, cum à deo tradimur ultioni, Tradidit quendam de cœtu ecclesiæ Apostolus diabolo in interitū carnis: & tradidit in carnis interitū, non ut perderet traditū, sed ut spiritum traditi conseruaret. Ex quo scriptura ait: Tradere istiusmodi satanæ in interitū carnis, ut spiritus saluus fiat in die iudicij domini Iesu. Tradit autē tormentis peccator, ut recipiat in præsenti supplicia, & pro peccatis suis cruciatus in futuro refrigerium cōsequatur, & dici possit de eo, recepit mala sua in uita sua. Si quis igitur pœnis excruciatus iuxta maledictum in quo deus posuit peccatores, maluerit fugere supplicia, & mittere ad Ægyptū pro auxilijs comparandis ad Pharaonem, à quo liberauit deus populum suum, non dirigetur, non saluabit. Si quis autem patienter maledictionē sustinuerit, & supplicia Nabuchodonosor, & tempus peccatorum suorum in cruciatu compleuerit, quomodo ille qui secundū epistolas Pauli excruciatus est, ut spiritus eius saluus fieret in die iudicij, iste finem optimū consequetur. Inducit ergo eum in maledictionē, & duces terræ eius accipiet, ut fiant in regnū infirmi, Infirmū efficitur regnum, quod de sancta terra in Babylonem transfertur. Nullus quippe fortis est in Babylone, id est in confusione mentis suæ. Omnino non potest extolli homo qui confusus est, ut custodiat testamentum meum, ut statuat illud & discedat ab eo, ut mittat nuncios suos in Ægyptū. Iste qui à Nabuchodonosor propter peccata sua tormenta perpetitur, & mittit nūcios suos in Ægyptū, non ferens traditionem qua hosti cōcessus est à deo, ut det ei equos & populum multum, id poscit quod in alio loco prohibitū est: Nō enim multiplicabis tibi equos ait scriptura. Si dirigetur, si saluabitur qui facit aduersa, & præuaricans testamentū. Oportuerat eum qui traditus fuerat testamentum Nabuchodonosor sustinere supplicium: uerum non sustinet, & idcirco dicitur de eo, non saluabitur. Viuo ego dicit dominus Adonai, nisi in loco regis qui constituit eum, qui spernit maledictionem meam, & transgressus est testamentū meum. Est quidam qui inhonorat maledictionē dei, & est alius qui honorat eam. Nec dubium est, quin in præsenti de isto queratur deus, qui maledictionem suam inhonorauerit. Quum enim quis traditus fuerit supplicijs ut castigetur, & nō sustinuerit quod præceptum est, inhonorat maledictionem dei. Si uerò sustinuerit cum oīi mansuetudine & benedictione, & gratiarū actione ad deum, iste honorat maledictionē eius: & cum honorauerit maledictionem, necesse est ut etiam benedictionē illius consequatur. Et transgressus est testamentū meum, cum ipso in medio Babylonis morietur, et non in uirtute magna, neq; in turba multa faciet Pharao bellum. Nō potest ei qui transgressus fuerit, & inhonorauerit maledictionem dei, Pharao tribuere auxilium, uerum in medio Babylonis pro sua præuaricatione morietur. Deinde sequitur, & narrat quid peccatores passuri sunt, & post hæc prosperiora quæq; cōmemorat, dicens: Accipiam ergo de electis cedri, & de uertice cordis eorum auellā, & plantabo ipsum in monte excelso. Post maledictiones quas suprà memorauimus, repromissio beatitudinis & dulcissimæ pollicitationis in fine sermonis proferī: quia iam qui supplicijs indigebāt, fuerāt p̄ peccatis suis tormenta perpessi. Intra memetipsum uerò cōsiderans, & diligēter istius loci sensum pertractās, arbitror de apostolis p̄phetari. Isti quippe sunt de electis cedri, de summitate, de uertice, quos dedit deus in uirorē seculi, radens corda eorū, & plantās eos in mōte excelso Iesu Christo dño nostro. Et suspendā ipsum in monte alto Israel, & plātabo, & producet propaginē, & faciet fructū. Fecerunt isti propagines, attulerunt fructus. Et erit in cedrū magnam. Cōsidera magnitudinē & sublimitatem ecclesiæ Christi, ut intelligas iuxta promissionē dei factum esse quod dicit: Et erit in cedrū magnā, & requiescet super eo oīis auis, & oīe uolatile sub umbra eius requiescet. Assume tibi pēnas sermois dei, & po-

1 Cor. 5

Deut. 17

& poteris repausare sub hac arbore, quæ plantata est in monte excelso. Et requiescet, & propagines eius restituent. Vide quomodo in bona parte prophetia finiat. Sequit em: Et cognoscent omnia ligna campi, quod ego dñs qui humilio lignũ altum. Lignũ altum populus ludæorũ est, qui nunc humiliatus sceleris sui pœnas luit, quia in deum nostrũ le sum Christũ manus ausus est mittere. Et extollo lignum humile. Tu eras lignũ humile, lignum deiectũ, lignum terræ hærens, uerũ sublimauit te deus. Et arefacio lignũ uiride. Lignum uiride circũcisionis est populus, qui quondã pullulans & florẽs fuit, uerum nimia nunc siccitate cõtabuit. Vbi quippe nunc uiuidus sermo apud eos? ubi uirtutũ chorus? Et reuiresce re facio lignum aridũ. Tu fuisti lignũ aridũ, & fecit te reuiresce re Christi aduentus. Ego dñs locutus sum & faciam. Quibus dictis ut & nos reuiresca mus, ut fructus ualeamus afferre, ut germinans lignũ, & non siccum efficiamur, ut nunquã ad radices nostras ponatur securis quæ in euãgelio prædicatur, attentius Iesum Christum dominũ nostrum cum patre suo precemur, cui est gloria & imperiũ in secula seculorum, Amen.

Homilia XIII. de eo quod dicitur: Fili hominis leua planctũ super regem Tyri, & pone faciem tuam contra Sidonem. Cap. XXVII

PRAECIPITVR nobis ab episcopis discutere sermonem principis Tyri, ut laudes eius culpasq; dicamus: necnon iussum est, ut de Pharaone rege Ægypti aliqua retractemus. Plangitur itaq; princeps Tyri: nec putandum est hũc hominem esse. In medio quippe Cherubim nullus hominum est creatus: & in paradiso dei, si simpliciter literam sequimur, hominum nullus est enutritus. Et cum in paradiso delitiarum, sicuti diximus, nemo fuerit, nunc dicitur princeps Tyri in paradiso delitiarum natus atq; nutritus. Quis est iste princeps Tyri? Veniamus ad Danielem, & occasionem intelligentiæ reperientes, dicamus non esse principes corporeos, de quibus nunc quæritur. Post Danielem ab Apostolo petamus exemplum. Deinde rursum prophetarum testimonia uocemus. His omnibus etiam ille copulandus est locus, qui à Moyse in Deuteronomio non tacetur. Age, nunc replicemus exempla, incipientes à Daniele. Princeps
Dan.10 ait uidetur Michael. Ibiq; rursum princeps Israel: & in consequenti, Michael adiuuabat principem regni gentium. Ad hæc addat Apostolus: Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, ludæo primum & Græco. Et adiuuare principem Israelitarum, principem regni Græcorum, fortasse iam factum est. In aduẽtu quippe domini mei Iesu Christi, princeps Israel adiuuit principem regni Græcorum, ut gentes consequerentur salutem, & illi credendo saluarentur. Atq; ita in hũc modum dicitur quidam princeps regni Persarum, sicut dictus est Michael princeps Israelitarum, & alius Græcorum. Non sunt ergo hi homines, nec secundum locorum uocabula in quibus imperant, nominantur.
1 Cor.2 Vnde & Apostolus quasi non de hominibus disputans, ait: Sapientiam enim loquimur inter perfectos, sapientiam autem non huius seculi, neq; principum seculi istius qui destruuntur, sed loquimur dei sapientiam in mysterio absconsam, quàm prædestinauit deus ante secula in gloriam nostram, quam nullus principum seculi istius cognouit. Si em
Ibid. cognouissent, nunquam dominum gloriæ crucifixissent. Et quod istius seculi principes crucifixerunt Saluatorem & dominum, prophetia testis est dicens: Astiterunt reges terræ, & principes cõuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius. Vn
Psal.82 de & alibi in psalmis scribitur: Ego dixi, dij estis, & filij excelsi omnes: uos autem ut homines moriemini, & tanquã unus de principibus cadetis. Et est ibi sermo de nullo penitus principe corporali. Si igitur est quidam princeps regni Persarum, si est princeps Israelitarum Michael, consequenter & Tyri princeps est: & de his nunc principibus prophe ticus sermo loquit. Quoniam autẽ & de Moyse testimoniũ polliciti sumus, auscultaq;
Deut.32 sequitur: Quãdo diuidebat altissimus gẽtes, cum disseminauit filios Adam, statuit fines gentium secundum numerũ angelorum dei, siue (ut melius habet) secundum numerum filiorum Israel, & facta est pars dñi populus eius Iacob. Alij principi facta est pars Tyrus, alij Babylon, alijs aliæ nationes: atq; ita in hunc modũ principes possederunt omes fines gentium. Si quis autem putat legens in scripturis quasi de hominibus dictũ, intelligat alius spiritalis, & à nullo iudicatus. Dignoscũt em quædã de Nabuchodonosor rege Assyriorum, quæ nõ conueniunt personæ eius. Dixit enim: In fortitudine facia, & sapientia
Esa.10 intellectus

intellectus auferam fines gentium,& commouebo ciuitates inhabitatas,& orbem terra rum omnem comprehendã,& aſcendam ſuper ſidera cœli,& nubes,& reliqua, & ero ſi milis altiſſimo. Hæc Nabuchodonoſor. Sic & princeps Tyri & Pharao. Neq; enim intan tum agitatus eſt furijs uerus & corporeus Pharao,ut diceret, Mea ſunt flumina,& ego fe ci ea. Hoc autem ante lectũ eſt in prophetia quæ eſt aduerſum Pharaonẽ. Neq; unquam principem illum,id eſt corporeũ Pharaonem draconem nũcupaſſet dicens: Ecce ego ſu per Pharaonẽ draconem qui ſedet in medio fluminũ Ægypti,qui dicit, mea ſunt flumi- Ezech.29
na,& ego feci ea. Verum hoc in loco proprio reſeruetur,quod nũc idcirco aſſumpſimus ut per notionem ſcripturarũ manifeſtius fieret id quod uidebatur occultum. Aduerſum hos principes eſt nobis pugna. Et beati apoſtoli qui miſſi fuerant ad prædicandũ,quãdo ab his qui fines gentium poſſederãt,homines abducebant,patiebanť inſidias. Verbi gra tia dictum ſit:ingreſſi ſunt apoſtoli Tyrum,perſecutus eſt eos princeps Tyri:aſcenderũt Antiochiã,impugnauit eos princeps regni Syriæ, iſte erat qui bellabat aduerſus eos,nõ omnes qui putabantur,ut Iudas proditor. Quomodo enim ille non principaliter putan dus eſt prodidiſſe Saluatotem, ſic etiam apoſtolis oñibus qui perſecutionem paſſi ſunt, alius fuit princeps perſecutionis. Scriptum eſt quippe de Iuda: Et poſt buccellam introi- Ioan.13
uit in illum ſatanas. Nõ eſt enim nobis pugna aduerſus carnem & ſanguinẽ,licet uidean tur ex carne & ſanguine qui nos perſequuntur. Non eos oderimus, quin potius diligamus,licet inimici nobis uelint permanere,miſereamur eorum, dæmoniũ habent,patiun tur inſaniam. Non tam hi ſunt aduerſum nos, qui nos perſequuntur, quàm illi qui corda eorum repleuerũt. Verum domini deprecemur auxilium, ut infirmos habeant conatus tanti aduerſarij contra humanã animã dimicantes,& dicamus: Niſi quia dominus erat in nobis,in eo cum exurgerent homines in nos,forſitan uiuos deglutiſſent nos. Igiť eſt qui dam princeps Tyri,& prophetia non de Hyram nos docet,hoc quippe nomen in tertio 3 Reg.5
Regnorum libro ſcriptũ eſt,nõ de alio principe Tyri, neq; de quoquam homine nõ nos humana docent eloquia,ſed diuina,& quædam ineffabilia,& ſacrata ſub perſonis homi num. Pharao homo eſt:aliud quiddam erudior intelligere Pharaonem. Et Nabal Carme li homo eſt,& Hyram homo,ſed aliud ſub eorũ doceor effigie. Quis eſt tãtus & talis qui 1 Reg.25
à corporalibus cõſcendat,qui à uiſibilibus inuiſibilia contempleť, & poſſit unũquodq; horum ſecundum dei intelligere uolũtatem? Quis eſt ergo princeps iſte diſcamus,ut co gnoſcentes lamentationem,etiam quod nunc ſuper ea dicitur,euitemus. Plangitur prin ceps Tyri. Quàm bonus deus,qui etiam eos qui ſe negauerũt,deflet? Et hoc uenit etiam ex amoris affectu. Nemo quippe plangit quem odit:& qui plangitur,plangitur quidem ut mortuus:uerum quaſi adhuc quæratť,quaſi uiuis deſiderio ſit,diligitur. Et Hieruſalem quãdo plangitur ſcriptum eſt: Et factum eſt poſtquã captus eſt Iſrael, & deſolata eſt Hie ruſalem,ſedit Hieremias flens & lamentãs lamentationẽ iſtam ſuper Hieruſalem,& ait:
Quomodo ſedet ſola ciuitas quę abũdat populis,facta eſt ut uidua quę multiplicata erat Thren.1
in nationibus,princeps in regionibus facta eſt in tributũ. Plangiť & Nabuchodonoſor. Vbi ſunt hæreſes? ubi ſunt qui aiunt iſtos in perditionẽ creatos eſſe? Criminãtur creato- rem,ut ſe criminibus abſoluãt. Accipe lamentationẽ iſtam ſuper regem Babylonis,& di ces: Quomodo ceſſauit qui repetebat? quomodo quieuit qui exigebat? In regẽ Babylo nis iſta dicũtur: Quomodo cecidit lucifer de cœlo,qui mane oriebaťr,contritus eſt in ter- Eſa.14
ram? Et ille de cœlo cecidit,& iſte ſignaculũ ſimilitudinis,corona decoris,in paradiſo de liciarũ nutritus. Ecce omnes de cœlo cecidiſſe,nõ deſcendiſſe referunť: Dominus uerò meus de cœlo deſcendit,& qui deſcendit ipſe eſt filius hominis. At nõ ſicut ſatanas. Nõ enim deſcendit de cœlo,neq; ei mali quicq; acciderat,ſi deſcendiſſet. Audi Ieſum dicen- tem,uidebam ſatanam quaſi fulgur de cœlo cadentem,non deſcendentẽ. Verum nõ ſo- Luc.10
lus Saluator è cœlo deſcendit:quotidie multitudo deſcendit,& aſcendit ſuper filiũ homi nis. Videbis enim cœlum apertum & angelos dei aſcendentes & deſcendentes ſuper fi- Ioan.1
lium hominis. Et tu expecta aſcenſionem tuam. Tantũ à ruina conſurge,& audi: Exurge Hieruſalem à ruina tua,ſpera quia ſis aſcenſurus in cœlum,& caue ne tibi quoq; dicatur:
Nunquid qui cadit non reſurgetť? aut auerſus non cõuertetur? Væ qui conuertunť con- Hier.8
uerſione peſſima,dicit dominus. Et iſte itaq; de his unus eſt qui ruerunt,& plangiť ab ho mine princeps,cum princeps hominem flere debuerit. Homo eſt Ezechiel,& filius ho-

minis

minis:qui uerò plangitur,Nabuchodonosor est rex Babylonis.Accipe & tu lamẽtationem tuam super regẽ Babylonis, & dices:Quomodo quieuit qui repetebat, & reliqua.

Iob.10 Considera in quãtam spem uocatus sis ô homo, qui carne circũdatus dicis:Quasi lac me emulsisti,coagulasti autem me ad similitudinẽ casei,cute & carnibus me uestisti,ossibus & neruis me contexisti.Tu ergo qui de cõditione tua dolebas,ecce plangis,& ille q̃ carne nõ est circũdatus,à te plangitur:uocatus es enim in eam spem de qua ille cecidit.Peccato Israel,salus gentibus subintrauit.Audebo aliquid sacratius dicere,in locum angelorum qui ruerunt,tu ascensurus es,& mysteriũ quod aliquando illis creditum est,tibi credendum erit,de quo dicitur:Quomodo cecidit lucifer qui mane oriebatur?Tu uerò lux factus es mundi,tu pro illo factus es lucifer:unus de stellis erat lucifer qui de cœlo ruit,et tu si tamen de semine es Abraham,inter stellas cœli cõputaberis.Eduxit enim Abraham

Gen.15 foras,& dixit ei deus:Respice,sic erit semen tuum.Hoc autem tũc erit, quando stellæ ca-

1 Cor.15 dent ut folia de cœlo,& erit alia gloria solis,& alia gloria lunæ,alia gloria stellarũ.Stella

Rom.11 enim ab stella differt in claritate,sic & resurrectio mortuorum.Verũ noli gloriari aduersum istiusmodi ramos,qui in infidelitate ceciderunt,& fracti sunt:tu quia in fide stas,fide & ascẽdes.Et per hoc quod plangis principẽ Tyri,& ea cũ lamẽtatione deploras quę superius interposuimus,edocere ne forte in his bonis repertus quę princeps Tyri habuit, etiam tu incipias ruere,si paululũ fueris gloriatus,& non custodieris omni custodia cor tuum.Vide quippe quid dicat ad principem Tyri:Tu signaculũ similitudinis.Volo nosse quid fuerit,ut signaculũ similitudinis nuncupatus sit.Cum profeceris,accepisti signaculum:quoniam deus uere huius pater quem signauit,& misit,& ideo semper credẽtes signantur à domino.Iam autem & cõmune prouerbium uenit, ut dicamus ille & ille nõ accepit signaculũ,ille & ille signaculum habet.Quis habet signaculũ?Ille quem signauit deus.Audebo aliquid dicere,quia signaculo isto ille signatus est, qui baptizat in spiritu sancto & igne,ille qui largitur imaginem cœlestis,qui format te ad superiora,ut ultra nõ portes imaginẽ terrestris.Caue homo ne seculũ istud egrediens,signaculo diaboli sis impressus.Habet quippe ille signaculum.Sicuti portauimus imaginem terrestris,unde,uel quãdo,uel qui significauit,hoc signo portauerimus imaginẽ terrestris.Circuit diabolus & lustrat omnia,uolens & ipse signare subiectos sibi.Signat autem singulorũ corda cõsiderans,& imprimit in eis figuram terreni per peccata,per uitia,ut portent imaginẽ ter-

Matt.22 restris.Audi Iesum quid respondeat, quãdo imaginẽ & inscriptionem Cęsaris postulat: Qui habet aures audiendi,audiat.Nam quia non habebat eam imaginẽ quam petebat,

Matt.17 neq; ipse,neq; discipulus suus,docet ubi ualeat reperiri imago quæ quærit.Vade (inqt) ad mare,& mitte hamum,& eum piscem qui primus ascẽderit,tolle,& aperies os eius:& cum inueneris staterem,tolle illum,& dabis pro me & te.Neq; ego habeo hanc imaginẽ & superscriptionẽ,neq; tu,si tamen uere discipulus meus es,si portæ inferorũ non præualent aduersum te.Ergo Iesus aliter dat pro se imaginem de mari illam accipiẽs,quę in pisce fuerat inclusa,simili his piscibus de quibus hodie lectum est,qui adhærent in squamis draconis,qui sedet super flumina Ægypti.Vere quippe istiusmodi pisces ibi adhærent. Quanti & hodie pisces sunt quorum rex est iste qui in aquis multis regnat?Scriptum est quippe de inuisibili dracone,quia ipse rex sit omnium qui sunt in aquis:uerum tu non es in aquis,sed in ea terra quæ tibi repromittitur.Et hæc dicta sunt ut diligentius uentilaremus,quod sit signaculũ similitudinis.Quàm beatus fuit in illo tempore quo signaculum similitudinis erat.Tibi adhuc deest ut similitudo signaculi fias, & procul es ab eiusmodi

Gen.1 munere.Dixit quidem deus,Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram: attamen necdum cõsecutus es similitudinẽ.Fecit quippe deus hominem, ad imaginem

1 Ioan.3 dei fecit:ubi dei est similitudo? Cum apparuerit, similes ei erimus,quoniã uidebimus eũ

Psal.34 sicuti est.Ego sic accipio & hoc quod dicitur à Propheta, Deus quis similis tibi, quasi illud, Quis putas fidelis & sapiens dispensator:sicut & hoc,Cum enim apparuerit,similes ei erimus.Quis est qui assimiletur ei?Pauci admodũ sunt qui receperũt similitudinem ut apostoli.Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram.Iste ergo qui nunc plangitur,signaculũ erat,& plenus sapientia,quẽ & tu planges,si factus fueris Ezechiel. Nescio autem si & tu sapientia plenus fueris:interim iste qui plãgitur, plenus erat sapiẽtia,& erat decoris corona.Considera qualis fuerit,qui fuit corona decoris. Non simplici

ter de

ter decor, nec gloria erat in eo, sed corona gloriæ. Hunc autem decorẽ noli extra te quærere, sed circa animæ religionẽ, ubi cogitatoriũ, ubi intellectuale cõsistit, ubi uera est pulchritudo. Quod uolueris ibi quærere decorem ubi caro est, & sanguis, humor, & uenæ, ubi materia corporalis, nõ poteris inuenire. Siquidem uerus decor in Saluatore est, & ita ab illo iuxta largitionem & misericordiam eius in cunctorũ diuisus est animas. Accinge gladium tuum circa femur tuum potẽtissime, specie tua, & decore tuo, & pulchritudine tua. Est igitur aliquis decor in principali cordis nostri, & in anima. Quia autem istiusmodi decor etiam ad animam pertingat humanam, prophetes te doceat, dicens: Audi filia, & uide, & inclina aurem tuã, & obliuiscere populi, & domus patris tui, quia concupiuit rex decorem tuum. id est sponsus. Quis ita habet pulchram animã, quis tantum possidet decorem, quis ita est extraneus ab omni fœditate, ut possit ei dici, concupiuit rex decorem tuum? Et tu quidem adhuc istum quæris decorem, & niteris ad placendũ: iste uerò à decore quem habuit, in turpitudinem concidit. Et quomodo in corporibus sæpe uidemus accidere, ut mulier speciosa & pulchra facie ab ægrotatione decorẽ suum perdat, & per senectutem splendorem uultus amittat: eodem modo & anima quæ pulchra erat, per infirmitatem amittit decorem, & per senectutem deformis efficitur. Cum enim suscepérit ueterem hominem cum actibus suis, senectute eius pristinũ perdit decorem. Venit Iesus ut transferat nos à uetere homine, & senectutis insignibus: ruga quippe senectutis indicium est: ut ait Apostolus, ut exhibeat sibi gloriosam ecclesiam, non habẽtem maculam, aut rugã, aut aliquid istiusmodi, uerum ut sit sancta & immaculata. Licet igitur à senectute & ruga ad iuuentutẽ transcendere: & hoc est in hac parte mirabile, quòd corpus ab adolescentia pergit ad seniũ: anima uerò si uenerit ad perfectũ, à senecta in adolescentiam transmittitur. Idcirco etiam si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Oportuit te nosse decorem, quem rex concupiscit, oportuit te scire eum qui aliquando fuit decoris corona: & tu cum fueris consecutus hanc gloriam, caue ne corruas. Siquidem & iste qui corruit, signaculũ erat similitudinis, plenus sapientia, & decoris corona. In delitijs paradisi dei tui inquinatus es. Non ait simpliciter in paradiso, sed in paradiso delitiarũ. Quæro utrum sint quædam paradisi differentiæ: & cum quis in paradiso dei fuerit, tamẽ non sit in paradiso delitiarũ, sicut latro ille prima hora cum Iesu ingressus est paradisum. Si à te rogem, putásne in paradisum introgressus est, an nõ, non dubium quin eum respõdeas introgressum. Deinde si rursum à te quæram, quid ergo introgressus paradisum, statímne delitiarũ loco exceptus est? dicas forsitan, quia prima hora ingressus sit paradisum, in paradiso delitiarum dei factus nõ est. Sin autem iam uideris eum accipientem de ligno uitæ, & de cũctis arboribus quas nõ interdixit deus, ita ut de omni ligno paradisi uescentem: si aspexeris eum & illius ligni, & omniũ quæ nunc prohibita non sint, cibum edere: & à te rogem, putásne iste nõ solum in paradiso factus est, uerumetiam in paradiso delitiarũ dei: quid mihi aliud respõsurus es, nisi eum in paradisi delitijs constitutũ? Ad hanc beatitudinem tu festinas, qui uideris plangere. Iste uerò qui plangitur, fuit quõdam in delitijs dei: omnem lapidem bonum indutus est, Sardinum & Carbunculũ, Sapphirum, & Berillũ, & Hyacinthũ, & Iaspim, & reliquos duodecim lapides. Difficilis est, & ultra uires nostras naturamq́, huius loci se expositio subtrahit. Quis enim potest naturã uniuscuiusq́ lapidis exponere, & describere, siue colorem, siue uim eius, ut sic ualeat reperire quare lapides isti assumpti sint? Attamen licet non simus tales, qui cũcta intelligere possimus, pauca uideamus, quomodo duodecim istis lapidibus indutus fuerit. Sicui diuinæ literæ curæ sunt: ad quam rem sæpe exhortamur adolescentes, sed ut uideo, nihil proficimus, tantũmodo tempora consumentes: nõ enim potuimus aliquos eorum ad id perducere, ut sacris uoluminibus insisterẽt: & duodecim istos lapides, & cætera requirat in scripturis, inueniet & in Apocalypsi eodem modo atq́ ordine nuncupatos. Qui ibi primus, & hic primus est positus, qui secundus secundus, qui tertius tertius, qui quartus quartus, atq́ ita usq́ ad duodecimũ lapidem, ordo seruatus est. Cur ergo & super quo lapides isti in Apocalypsi nũcupati sunt? Vtiq́ super portas Hierusalẽ cœlestis. Ibiq́ dicitur, quia prima porta Topaziũ sit, secunda Smaragdus, tertia Carbunculus, quarta Sapphirus: atq́ ita in hunc modum in singulas portas singuli lapides distribuuntur. Si intellexeris portas Hierusalẽ, & portas filiæ Sion, ubi & oportet te canere deo:

Pſal. 44

Eph. 5

Apoc. 21

Cantabo quippe ait, omnes laudes tuas in portis filiæ Sion: si animaduerteris quomodo indutus sit aliquis duodecim lapidibus, & ingressus Hierusalē, & per alias portas ingressus, conspicies uirgines duodecim. In libro Pastoris, in quo angelus pœnitentiam docet, duodecim uirgines habent nomina sua, fides, cōtinentia, & cætera. potestis quippe legere si uultis. Deinde quando turris ædificat, cum assumpseris fortitudines uirginū, pariter accipies & id quod de portis dicitur: Ornamentū quippe tibi est unaquęq; uirtus: atq; ita
1 Cor. 3 in hunc modū superædificāt fundamento Christi, non solū aurum & argentū, uerum & lapides pretiosos. Prohibitū est autem ædificare ligna, fœnum, & stipulam. Intus est igit iste lapis duodecimus. Et nobis adhuc imperatum est ut dicamus de Tyro, & Sidone, & Pharaone. Angustia tēporis neq; superiora quæ cœpimus implere permisit, & hæc quæ uolumus enarrare quasi cōmenti more perstringenda sunt breuiter. Cōminatio est in Si
Psal. 123 donem, quæ interpretat uenatores. Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo uenātium. Si Hebraice legis, habes de laqueo Sidoniorū. Igitur Sidonij uenatores sunt, & cōminatio quæ fit in eos, propter te fit, quoniam uolunt te capere, & diligenter obseruant quomodo auditores scripturarū de ecclesia auellāt, quomodo de finibus ludææ ad fines Sidonis transferant: uerum tu omni custodia serua cor tuum, & disce quia cōminatio in uenatores tui causa fit. De Pharaone uerò, iam aliqua sermo memorauit, affirmans eum
Ezech. 29 draconem sedentem in medio fluminū, atq; dicentem: Mea sunt flumina, & ego feci illa. Noui ego differētias fluminū, & scio flumina in quibus draco sedeat, super quæ flumina hi qui de Israel capti fuerant, sedentes cum carmen Sion canere non possent, flebant, se-
Psal. 136 cundū id quod in psalmis scriptū est: Super flumina Babylonis illic sedimus, & fleuimus. Et scio aliud flumen, cuius impetus lætificat ciuitatem dei, iuxta Psalmistæ uocem dicen
45 tis: Fluminis impetus lętificat ciuitatē dei. Vis audire quis est iste fluuius cuius impetus lætificat ciuitatem dei? Iesus Christus dominus noster est fluuius, cuius impetus lętificat
Esa. 66 ciuitatem dei. Iste est qui ait per Esaiam: Ecce ego declino in uos quasi fluuius pacis. Scio
Ioan. 4 ego quosdam esse fluuios repromissos, qui ex hoc fluuio manant. Omnis enim qui biberit ex aqua ista, sitiet rursum: qui autem biberit ex aqua quam ego dedero (ait Iesus) non sitiet in æternū, sed erit fluuius in eo fons aquæ salientis in uitam æternam, & flumina de uentre eius egredient. Habes igitur fluuios sancto s à quibus procul est Draco. Quomodo enim tria sunt impossibilia mihi ad intelligendū, uia serpentis supra petrā, petra autē erat Christus, & non est uia serpentis ubi est Iesus: sic non possum in his fluminibus draconis inuenire uestigia. Est aūt quidam fluuius quē draco fecit: dicit quippe draco, & cōminatur deus tam draconi q̄ fluuijs in quibus est draco: Mea sunt flumina, & ego feci illa. Audi hæreticum cum omni uersutia & ingenio prædicantem, necdum uenisse Iesum Christū. Ista sunt flumina in quibus uersat draco, & ipse fecit ea, & dicit draco, Mea sunt flumina, & ego feci illa. Idcirco diligenter attēde, cum aquam biberis, ne forte de illo fluuio bibas, in quo sedit draco: sed bibe ex aqua uiua, & de eo fluuio in quo est sermo dei, in quo dñs noster Iesus Christus, cui est gloria & imperiū in secula seculorū, Amen.

Homilia XIIII. de eo quod dicitur: Porta hæc clausa erit, non aperiet, & nemo per eam transibit, quia dominus deus transibit per eam. Cap. XLIIII

T ait dominus ad eum: Porta hæc clausa erit, non aperietur, & nemo per eam
E transibit, quia dominus deus Israel trāsibit per eam, & egredietur. Et erit clausa. Portas plures templi describit spiritaliter Ezechiel filius hominis, & quod de singulis descripserit portis, nunc rursus exponit his qui habent aures ad audiendū, de porta sanctorum exteriore quæ respicit contra orientem, & clausa sit semper. Et ait dominus ad eum, Porta hæc clausa erit, nō aperietur, & nemo per eam transibit, quia dominus deus Israel ingredietur per eam, & egredietur, & erit clausa. Et aliam causam addit, cur clausa sit porta, non solum quia dominus deus transibit per eam, sed quia & dux sedebit in ea, ut comedat panem coram domino, secundum uiam Eloam, quod interpretatur uestibulum portæ. Et ingredietur secundum uiam eius, & egredietur. Dominus deus uniuersitatis conditor per aliquam portam quæ ex sensibili materia est, atque clausa semper, ingreditur & egreditur, & eius causa qui cœlum terramq; fundauit, ingrediēs & egrediens nusquam porta reserabitur. Verum alia ratio est portæ exterioris, & secundum

& secundum uiam sanctorum. Quæ est ergo illa ratio ut clausa permaneat? Supradictus dux ibi sedet, ut nemo eum uideat edentem panem in conspectu domini. Qui hæc obser uatè legit nónne quodammodo scripturam audit loquentem: Surge qui dormis? nónne stimulatur ut exurgat à mortuis, & ea quæ clausa sunt, quærat? Ego audenter dicam, se cretiora quæq; clausa esse, & manifestiora reserata, & non esse clausa. Aperientes ea quæ clausa sunt, hæc nos dicimus, sed euangelia testantur: Væ uobis scribæ & pharisæi hypo Luc.11 critæ, & uobis legis doctoribus uæ, quia tulistis clauem scientiæ, & ipsi non intrastis, & in gredientes prohibuistis. Est igitur quædam clauis scientiæ ad ea quæ sunt clausa, reseran da: & sunt plurimi, neq; ipsi ingredientes, neq; eos permittentes qui ingredi uolunt. Et in alio loco sensus scripturarũ liber dicitur esse signatus. Et erũt sermones libri istius qua Esa.28 si sermones libri signati: quem si dederint homini literas nescienti, dicentes ei, lege, & di cet, nescio literas: & dabunt eum homini scienti literas, dicentes ei, lege, & dicet, nõ pos sum legere, signatus est enim. Manifestius autem uoluntatem huius exempli, Apocaly psis Ioannis cõtinet, memorans: Circuiuit angelus dicẽs, quis dignus aperire signacula, Apoc.5 & soluere ea, & legere quæ scripta sunt? Et nemo inuentus est in cœlo, neq; in terra, ne que sub terra, qui possit aperire signacula, & legere quæ scripta erant in libro. Sed ego fle bam. Et uenit quidam ad me, & dixit mihi: Noli flere. Ecce uicit leo de tribu Iuda, radix & genus Dauid, aperire librum, & soluere signacula eius. Et aperuit qui erat de tribu Iu da, & manifestauit quæ erant scripta. Quamdiu nõ uenit deus meus, clausa erat lex, clau sus sermo propheticus, uelata lectio ueteris Testamenti, & usq; ad hanc diem quando le gitur Moyses, uelamentũ in corde Iudæorum est positum. Sunt autem quidam qui amãt uelamentum, & oderunt eos qui de uelamine interpretantur: sed nos cõuertamur ad do minum, ut ablato uelamine dicamus: Nos autem omẽs reuelata facie gloriam dei speculantes, in eandem imaginem transformamur à gloria in gloriam. Verum est quædã porta, & una, & clausa, per quam nemo transiit. Sunt quippe quædam uniuersæ creaturæ in cognita, & uni tantũmodo nota. Neq; enim quicquid nouit filius, hoc mundo aperuit. Non capit creatura, quod capit deus: & ut ad maiora ueniam, non capiunt signa æqualiter cognitionem. Plus erat in Paulo quàm in Timotheo, cum esset uas electionis. Et ue re magnum in domò uas Timotheus, rursum capit quę ego capere nõ possum. Et est for sitan aliquis qui etiam me minus capiat: sunt quædam quæ solus Christus capit, & idcir co clausa est ianua templi dei. Quæ est enim ista obsecro? Exterior quæ extramundanas res, & incorporeas, & ut ita dicam, immateriales aperit. Neq; enim frustra positũ est, exte riorẽ ianuam semper esse clausam. Quę est ista ianua exterior? Sanctorũ. Quare clausa? Quia dominus deus Israel solus ingredit, & egreditur per eam. Quare ingreditur? ut co gnoscatur. A quo? à duce. Quis ad clausam portam dux iste? Saluator est, qui panem co medit, qui portam cum patre claudit, qui spiritali pascitur cibo, Meus cibus est, dicẽs, ut Ioan.4 faciam uoluntatem eius qui misit me, ut perficiam opus eius. Clausa est itaq; ianua, ut ne mo uideat magnum sacerdotem panem in sanctis sanctorũ comedentem. Ad hæc autẽ probanda quæ dicimus, qui Leuiticũ legit, ablato ex corde suo uelamine, poterit agno- Leuit.7 scere mysteriũ sacerdotũ. ibi quippe de sacrificijs & cibis quos soli sacerdotes comedũt, refertur. Sunt quidam cibi sacerdotales, quos non comedit sacerdos in domo sua, non cũ filijs, licet sacerdotales sint, nõ cum uxore, licet legitime ei nupserit, sed in loco sancto co medit eos, & comedit ibi escam in sancta sanctorum. Quomodo sacerdos non comedit escam in domo sua, aut in alio quoquã loco, sed in sanctis sanctorum: sic Saluator meus solus comedit panem, nullo ualente comedere cum eo. Est autem quidam locus, in quo comedens, & me secum attrahit ad uescendum. Ecce enim (inquit) ad ostium sto, & pul- Apoc.3 so: si quis mihi aperuerit, ingrediar ad eum, & cœnabo cum eo, & ipse mecũ. Ex quo ap paret, & alium posse cœnare cum eo. Porrò quædam esca est, qua solus tantũmodo uesci tur. Excellens quippe ab uniuersa cõditione natura eius, & ab omnibus segregata, facit eum quotidianũ panem de patris natura comedere. Vnusquisq; nostrũ petit panem quo tidianum, & petens quotidianũ panem, non eundem nec eiusdem mẽsuræ eum accipit, uerum semper in orationibus puris, & munda conscientia, in factis iustitiæ, quotidianũ comedimus panẽ. Si quis uerò minus purus est, alio modo quotidianũ comedit panem. Dominus autem qui omniũ iudex est, det nobis panem uiuentem, ut cibati eo, & corro-

borati possimus in cœlum iter facere, glorificantes deum omnipotentẽ, per Christum Iesum, cui est gloria & imperium in secula seculorum, Amen.

PROLOGVS RVFINI PRESBYTERI IN LIBRVM PRIMVM Peri archon Origenis Presbyteri.

CIO quamplurimos fratrum scientiæ scripturarum desiderio prouocatos posSposcisse ab aliquantis eruditis uiris, & Græcarum literarum peritis, ut Origenem Romanum facerent, & latinis auribus condonarent. Inter quos etiam frater Hieronymus scilicet collega noster ab episcopo Damaso deprecatus cum Homilias duas de Cantico canticorum in latinum transtulisset ex Græco, ita in illo opere ornate magnificecp; præfatus est, ut cuiuis legendi Origenem, & auidissime perquirendi desiderium commoueret, dicens illius animæ cõuenire quod dictum est, Introduxit me rex in cubiculum suum: asserens quod cum in cæteris libris omnes uincat, in Canticis canticorum ipse se uincit. Pollicetur sanè in præfatione se & ipsos in Cantica canticorum libros, & alios quamplurimos Origenis Romanis auribus largiturum. Sed ille ut uideo in stylo proprio placens, rem maioris gloriæ sequitur, ut pater uerbi sit potius quàm interpres. Nos ergo rem ab illo quidem cœptam sequimur & probatam, sed non æquis eloquẽtiæ uiribus tanti uiri ornare possumus dicta: unde uereor ne uitio meo illud accidat, ut is uir quem ille alterum post apostolos ecclesiæ doctorem scientiæ ac sapiẽtiæ merito comprobauit, inopia sermonis nostri longe esse inferior uideatur. Quod ego sæpius cõsiderans reticebam, & deprecantibus me frequenter in hoc fratribus non annuebam: sed tua uis fidelissime frater Macari tanta est, cui obsistere ne imperitia quidem potest. Propter quod ne te ultra grauem paterer exactorem, etiam citra propositũ meum cessi. ea tamen lege atcp; ordine inquantum fieri potest, interpretando sequor regulam prædecessorum, & eius præcipue uiri cuius superius fecimus mentionem: qui cum ultra septuaginta libellos Origenis quos Homiliaticos appellauit, aliquãtos etiã de Tomis in Apostolum scriptis transtulisset in latinum: in quibus cum aliquanta offendicula inueniantur in Græco, ita elimauit omnia interpretãdo, atcp; purgauit, ut nihil in illis quod à fide nostra discrepet, latinus lector inueniat. Hunc ergo etiam nos licet non eloquentiæ uirib. discipulum tamen regulis inquantum possumus sequimur, obseruantes scilicet ut ea quę in libris Origenis à seipsis discrepantia inueniuntur, proferantur. Cuius diuersitatis causam plenius tibi in Apologetico quem Pãphilus p libris ipsius Origenis scripsit, edidimus, breuissimo libello superaddito, in quo euidentibus (ut arbitror) probamẽtis corruptos esse in quãplurimis ab hæreticis & maleuolis libros eius ostẽdimus, & pręcipue istos ąs nunc exigis ut interpreter, id est Peri archon, quod uel de principijs, uel de potestatibus dici potest, qui sunt reuera alias & obscuri & difficillimi. De rebus enim talibus ibi disputat, in quibus philosophi omni ætate sua consumpta inuenire potuerunt nihil. Hic uerò noster quantum potuit, id egit, ut creatoris fidem, & creaturarũ naturam quam illi ad impietatem traxerant, ad pietatem cõuerteret. Si cubi ergo nos in libris eius aliquid circa id inuenimus, quod ab ipso in cęteris locis de pietate, de trinitate fuerat definitũ, uelut adulteratum hoc & alienũ, aut prætermisimus, aut secundũ eam regulam protulimus, quam ab ipso frequenter inuenimus affirmatam. Si qua sanè uelut peritis iam & scientibus loquens, dum breuiter transire uult, obscurius protulit: nos ut manifestior fieret locus, ea quæ de ipsa re in alijs eius libris apertius legeramus, adiecimus, explanationi studẽtes: nihil tamen nostrum diximus, sed licet in alijs locis dicta, tamẽ sua sibi reddidimus. Hoc autem idcirco in præfatione cõmonui, ne forte calumniatores inde se criminandi putẽt inuenisse materiam. Sed uiderint quid peruersi & contentiosi homines agant, nobis interim tantus labor (si tamen orantibus uobis deus annuerit) idcirco suscęptus est, nõ ut calumnioris os (quod fieri nõ potest, licet forte etiam hoc deus faciet) clauderemus, sed ut proficere ad scientiam rerum uolentibus materiam præberemus. Illud sanè omnem qui hos libros descripturus est, uel lecturus, in conspectu dei patris, & filij, & spiritus sancti contestor, atcp; conuenio per futuri regni fidem, per resurrectionis ex mortuis sacramentum, per illum qui præparaturus est diabolo & angelis eius æternum ignem: sic non illũ locum æterna hæreditate possideat ubi est fletus & stridor dentium, & ubi ignis eorum

non

non extinguetur, & uermis eorum non morietur, ne addat aliquid huic, neu auferat, ne inferat, neu immutet: sed conferat cum exemplaribus unde conscripserat, & emendet ad literam, & distinguat, & inemendatũ uel indistinctum codicem non habeat, ne sensuum difficultas si distinctus codex non sit, maiores obscuritates legentibus generet.

LIBER PRIMVS PERI ARCHON,

OPVS ORIGENIS PRESBYTERI à Rufino translatum.

PROOEMIVM ORIGENIS

OMNES qui credunt & certi sunt quòd gratia & ueritas per Iesum Christum facta sit, & Christum ueritatem esse norũt, secundũ quod ipse dixit, Ego sum ueritas, scientiam quę prouocat homines ad bene beateq; uiuendum non aliunde quàm ab ipsis uerbis Christi doctrinaq; suscipiunt. Christi autem uerbis dicimus, non his solũ quæ homo factus, atq; in carne positus docuit. & prius namq; Christus dei uerbum in Moyse atq; prophetis erat. Nam sine uerbo dei quomodo poterant prophetare de Christo? Ad cuius rei probationem non esset difficile ex diuinis scripturis ostendere, quomodo uel Moyses, uel prophetæ spiritu Christi repleti, uel locuti sunt, uel gesserunt omnia quæ gesserunt, nisi studio nobis esset præsens hoc opus omni qua possumus breuitate succingere. Vnde sufficere existimo uno hoc Pauli testimonio debere nos uti ex epistola quam ad Hebræos scribit, in qua ita ait: Fide magnus factus Moyses negauit se dici filium filiæ Pharaonis, magis eligens afflictari cũ populo dei, q̃ temporalem habere peccati iucunditatẽ, maiores diuitias existimans thesauris Ægyptiorũ improperiũ Christi. Sed & post assumptionẽ eius in cœlos, quod in apostolis suis locutus sit, hoc modo indicat Paulus: An probamentũ eius quęritis qui in me loquitur Christus? Quoniã ergo multi ex his qui in Christo credere se profitent̃, non solum in paruis & minimis discordant, uerũetiam in magnis & maximis: id est de deo uel de dño nostro Iesu Christo, uel de spiritu sancto: non solũ aũt de his, sed & de alijs creaturis, id est uel de dominationibus, uel de uirtutibus sanctis: propter hoc necessariũ uidet̃ prius de his singulis certam lineam, manifestãq; regulam ponere, tum deinde etiã de cæteris quærere. Sicut enim multis apud Græcos & barbaros pollicentibus ueritatẽ, desueuimus apud om̃es eam quærere qui eam falsis opinionibus asserebant, postea q̃ credidimus filium dei esse Christũ, & ab ipso nobis hanc discendã esse persuasimus: ita cum multi sint qui se putent sentire quæ Christi sunt, & nonnulli eorum diuersa à prioribus sentiant, seruet̃ uerò ecclesiastica prædicatio per successionis ordinẽ ab apostolis tradita, & usq; ad præsens in ecclesiis permanens: illa sola credẽda est ueritas, quæ in nullo ab ecclesiastica discordat traditione. Illud tamen scire oportet, quoniã sancti apostoli fidem Christi prædicantes, de quibusdã quidem quæcunq; necessaria crediderunt, omnibus credẽtibus etiã his qui pigriores erga inquisitionẽ diuinæ sciẽtiæ uidebant̃, manifestissime tradiderunt, rationẽ scilicet assertionis eorũ relinquentes ab his inquirendã, qui spiritus dona excellentia, & præcipue sermonis, sapientiæ & scientiæ per ipsum spiritũ sanctum percipere merebant̃. De alijs uerò dixerũt quidẽ, quia sint: quomodo autem, aut unde sint, siluerunt, profecto ut studiosiores quoque ex posteris suis amatores sapientiæ & scientię exercitiũ habere possent, in quo ingenij sui fructũ ostendere ualerent, hi uidelicet qui dignos se & capaces sapientiæ præpararẽt. Species uerò eorum quę per prædicationẽ apostolicam manifeste traduntur, istæ sunt. Primo quòd unus deus est qui omnia creauit atq; cõposuit, quiq; ex nullis fecit esse uniuersa, deus à prima creatura & conditione mũdi omniũ iustorum, deus Adam, Abel, Seth, Enos, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Isaac, Iacob, xij patriarcharũ, Moysi & prophetarũ: & quod hic deus in nouissimis diebus, sicut per prophetas suos ante promiserat, misit dñm nostrum Iesum Christũ, primo quidẽ uocaturum Israel, secundo uerò etiam gentes post perfidiã populi Israel. Hic deus iustus & bonus pater dñi nostri Iesu Christi, legem & prophetas, & euãgelia ipse dedit, qui & apostolorum deus est, & ueteris & noui Testamẽti. Tum deinde quia Iesus Christus ipse qui uenit, ante omnem creaturã natus ex patre est. Qui cum in omnium cõditione patri mi-

Ioan. 14

Heb. 11

2 Cor. 3

Regula fidei

nistrasset(per ipsum enim omnia facta sunt)nouissimis temporibus seipsum exinaniens homo factus est:incarnatus est cum deus esset, & homo mansit quod deus erat.Corpus assumpsit nostro corpori simile,eo solo differẽs quod natum ex uirgine de spiritu sancto est.Et quoniam hic Iesus Christus natus & passus est in ueritate, & non per imaginem, cõmunem hanc mortem,uere mortuus est:uere enim à mortuis resurrexit,& post resurrectionem conuersatus cum discipulis suis,assumptus est.Tum deinde honore ac dignitate patri ac filio sociatũ tradiderunt spiritum sanctum. In hoc non iam manifeste discernitur,utrum natus an innatus.Sed inquirẽda iam ista pro uiribus sunt de sacra scriptura, & sagaci perquisitione inuestigãda. Sanè quod iste spiritus sanctus unumquenq; sanctorum,uel prophetarũ,uel apostolorũ inspirauit,& nõ alius spiritus in ueteribus, alius uerò in his qui in aduentu Christi inspirati sunt,manifestissime in ecclesiis prædicatur.Post hæc iam quod anima substãtiam uitãq; habens propriam, cũ ex hoc mũdo discesserit,& pro suis meritis dispẽsabit.siue uitæ æternæ,ac beatitudinis hæreditate potitura,si hoc ei sua gesta præstiterint:siue igne ęterno ac supplicijs mancipanda,si in hoc eam scelerũ culpa detorserit.sed & quia erit tempus resurrectionis mortuorũ, cum corpus hoc quod in corruptione seminatur,surget in incorruptione:& quod seminatur in ignominia,surget in gloria. Est & illud definitum in ecclesiastica prædicatione,omnem animam rationabilem esse liberi arbitrij & uoluntatis:esse quoq; ei certamẽ aduersus diabolum & angelos eius,contrariasq; uirtutes,ex eo quod illi peccatis eam onerare cõtendant,nos uerò si recte consulteq; uiuamus,ab huiusmodi nos exuere conemur. Vnde & consequẽs est intelligere,non nos necessitati esse subiectos,ut omni modo etiam si nolimus uel mala uel bona agere cogamur.Si eñ nostri arbitrij sumus, instigare fortasse possunt aliquæ uirtutes ad peccatum,& aliæ iuuare ad salutem:non tamen necessitate cogimur uel agere recte,uel male: quod fieri arbitrantur qui stellarum cursum & motus causam dicunt humanorum esse gestorum, non eorum quæ extra arbitrij accidunt libertatem, sed eorum quæ in nostra sunt posita potestate.De anima uerò utrum ex semine traducis ducatur,ita ut ratio ipsius uel substantia inserta ipsis seminibus corporalibus habeatur,an uerò aliud habeat initium:& hoc ipsum initium si genitum est,an non genitũ: uel certe si intrinsecus corpori inditur,nec ne:nõ satis manifesta prædicatione distinguitur.De diabolo & angelis eius cõtratijsq; uirtutibus ecclesiastica prædicatio docuit,quoniã sunt quidem:sed quid sint,aut quomodo sint,non satis clarè exposuit. Apud plurimos tamẽ ista habetur opinio,quod angelus fuerit iste diabolus,& apostata effectus quãplurimos angelorum secum declinare persuaserit,qui & nunc usq; angeli ipsius nuncupantur.

Christũ deum appellat

Quæ tradidit ecclesia

Liberum arbitrium

Creando inseritur,ut est scholastico-rum opinio

Est præterea illud ecclesiastica prædicatione definitũ,quod mundus iste factus sit,& à certo tempore cœperit, & pro ipsa sui corruptione soluendus. Quid tamen ante hunc mundum fuerit,aut quid post mundum erit,iam nõ pro manifesto multis innotuit. Non enim euidenter de his in ecclesiastica prędicatione sermo profertur.Tum demum quod per spiritum sanctũ scripturæ conscriptæ sint,& sensum habeant, non eum solum qui in manifesto est,sed & alium quendam latentem quamplurimos.Formæ enim hęc quę scripta sunt sacramentorum quorundam,& diuinarum rerum imagines sunt. De quo totius ecclesiæ unus est sensus, esse quidem omnẽ legem spiritalem:non tamen ea quæ spirat lex esse omnibus nota,nisi his solis quibus gratia spiritus sancti in uerbo sapientiæ ac scientiæ condonatur, sat insequitur. Appellatio autem ἀσωμάτου, id est incorporei non solum apud multos alios,uerũetiam apud nostras scripturas est inusitata & incognita.Si uerò quis uelit nobis proferre ex illo libello qui Petri doctrina appellatur, ubi Saluator uidetur ad discipulos dicere,Non sit dæmonium incorporeũ: primo respondendum est ei,quoniam ille liber inter libros ecclesiasticos non habetur: & ostendendum quia neq; Petri est ipsa scriptura, neq; alterius cuiusquam qui spiritu dei fuerit inspiratus. Quod etiam si ipsum concederetur, non idem sensus ex isto sermone ἀσωμάτου indicatur qui Græcis uel gentilibus auctoribus ostenditur,quum de incorporea natura à philosophis disputatur.In hoc enim libello incorporeũ dæmonium dixit,pro eo quod ipse ille quicũque est habitus,uel circumscriptio dæmonici corporis, non est similis huic nostro crassiori,uel uisibili corpori:sed secundum sensum eius qui composuit illam scripturam,intelligendum est quod dixit:id est non esse tale corpus quale habent dæmones,quod est;

Soluendus, hoc est immutandus

Scripturæ autoritas

natura-

naturaliter ſubtile,& uelut aura tenue,& propter hoc uel imputatur à multis,uel dicitur incorporeum,ſed habere ſe corpus ſolidum, uel palpabile.In conſuetudine uerò hominum omne quod tale non fuerit, incorporeum ſimplicioribus,uel imperitioribus nominatur:uel ut ſi quis aerem iſtum quo fruimur incorporeum dicat, quandoquidem non eſt tale corpus ut comprehendi ac teneri poſſit, urgentiq; reſiſtere. Quæremus tamen ſi uel alio nomine res ipſa quam Græci philoſophi ἀσώματον, id eſt incorpoream dicunt, in ſcripturis ſanctis inuenitur. Deus quoque quomodo intelligi debeat inquirendum eſt, corporeus,an ſecundum aliquem habitum deformatus,an alterius naturę quàm corpora ſunt,quod utiq; in prædicatione noſtra manifeſte non deſignatur.Eadem quoque hæc de Chriſto,& de ſpiritu ſancto requirenda ſunt:ſed & de omni anima, atq; omni rationabili natura nihilominus requirendum eſt. Eſt etiam illud in eccleſiaſtica prædicatione,eſſe angelos dei quoſdam,& uirtutes bonas quę ei miniſtrent ad ſalutem hominum conſummandam:ſed quando iſti creati ſunt,& quomodo ſint,non ſatis in manifeſto diſtinguitur. De ſole autem & luna & ſtellis utrum animantia ſint, an exanima, manifeſte non traditur.Oportet igitur uelut elementis ac fundamentis huiuſmodi uti ſecundum mandatum quod dicit:Illuminate uobis lumen ſcientiæ, eum qui cupit ſeriem quandam & corpus ex horum omnium ratione conficere: ut manifeſtis & neceſſarijs aſſertionibus de ſingulis quibuſq; quod ſit in uero rimetur, & unum (ut diximus) corpus efficiat excerptis affirmationibus, uel his quas in ſanctis ſcripturis inuenerit, uel quas ex conſequentiæ ipſius indagine ac recti tenore repererit.

Hanc opinionem hauſit ex Platone, cui cõſentit Auguſtinus in libello de natura dæmonum:quanquam alibi uariat,& fortaſſe Gregorius Romanus qui angelos appellat animalia.

De Deo. Cap. I

CIO quoniam conabuntur quidam & ſecundum ſcripturas noſtras deum corpus eſſe aſſerere, quoniam inueniunt ſcriptum eſſe apud Moyſen, quod deus noſter ignis cõſumens eſt. In euangelio uerò ſecundũ Ioãnem deus ſpiritus eſt,& eos qui adorant eum,in ſpiritu & ueritate oportet adorare.Ignis uerò & ſpiritus nõ aliud apud eos,q; corpus eſſe putabitur.Quos interrogare uolo quid dicant de eo quod ſcriptũ eſt,quia deus lux eſt,ſicut Ioannes in epiſtola ſua dixit: Deus lux eſt, & tenebræ non ſunt in eo.Iſta nẽpe lux eſt, quæ illuminat omnẽ ſenſum eorũ, qui poſſunt capere ueritatem,ſicut in xxxv pſal.dicit:In lumine tuo uidebimus lumen. Quid enim aliud lumen dei dicendũ eſt,in quo quis uidet lumen,niſi uirtus dei, per quã quis illuminatus,uel ueritatẽ rerum omniũ peruidet,uel ipſum deũ cognoſcit qui ueritas appellat? Tale eſt ergo quod dicit:In lumine tuo uidebimus lumẽ:hoc eſt in uerbo & ſapiẽtia tua quæ eſt filius tuus,in ipſo te uidebimus patrẽ.Nunquidnam quia lumẽ nominat, ſimile putabit ſolis huius lumini? Et quomodo uel eius aliquis dabit intellectus,ut ex iſto quis corporali lumine cauſam ſcientiæ capiat,& ueritatis inueniat intellectũ? Si ergo acquieſcunt huic aſſertioni noſtræ,quam de natura luminis ipſa demonſtrauit ratio, & fatentẽ nõ poſſe corpus intelligi deum ſecundũ luminis intellectum, ſimilis quoq; ratio de igni cõſumenti dabit. Quid enim cõſumet deus ſecundũ hoc quod ignis eſt? Nũquidnã putabit cõſumere materiã corporalẽ,ut eſt lignũ,uel fœnũ,uel ſtipula? & qd in hoc dignũ dei laudibus dicitur,ſi deus ignis eſt huiuſmodi materias cõſumens? Sed ſi cõſideremus quia deus cõſumit quod exterminat,ſi cõſumit malas mentiũ cogitationes,cõſumit geſta turpia,cõſumit deſideria peccati,cum ſe credentium mentibus inſerit, & eas animas quæ uerbi eius ac ſapientiæ efficiunt capaces,una cũ filio ſuo inhabitãs,ſecũdum quod dictũ eſt:Ego & pater ueniemus,& manſionẽ apud eũ faciemus:omibus eorũ uitijs paſſionibusq; cõſumptis ſibi eas ſecq; dignũ efficit tẽplũ. Sed & his qui per hoc quod dictũ eſt:Quoniã deus ſpiritus eſt,corpus eſſe arbitrant, hoc modo arbitror eſſe reſpõdendũ.

Deũ eſſe prorſus incorporeũ Ioan.4

1 Ioan.1

Ioan.14

Cõſuetudo eſt ſcripturę ſanctæ cũ aliquid contrariũ corpori huic craſſiori & ſolidori deſignare uult,ſpiritũ nominare:ſicut dicit:Litera occidit,ſpiritus autẽ uiuificat.In quoſine dubio per literã corporalia ſignat,p ſpiritũ intellectualia, quæ & ſpiritalia dicimus. Apoſtolus quoq; dicit:Vſq; in hodiernũ cum legit Moyſes uelamẽ eſt poſitũ ſuper cor eorũ:cũ aũt cõuerſus fuerit quis ad dominũ,auferet uelamẽ:ubi aũt ſpiritus domini, ibi libertas.Donec enim quis nõ ſe cõuerterit ad intelligentiã ſpiritalẽ, eſt poſitũ uelamẽ ſup cor eius,quo uelamine,id eſt intelligẽtia craſſiore,ſcriptura ipſa uelari dicit uel putat: & hoc eſt quod ait ſuperpoſitũ eſſe uelamẽ uultui Moyſi cũ loqueret ad populũ, id eſt,

2 Cor.3

Exod.34

cum lex uulgo recitaretur. Si aũt cõuertamus nos ad dominũ, ubi eſt & uerbũ dei, & ub ſpiritus ſanctus reuelat ſcientiã ſpiritalem, tunc auferet uelamen, & tũc reuelata facie in ſcripturis ſanctis gloriam domini ſpeculabimur. Sed & cum de ſpiritu ſancto multi ſancti participant, non utiq; corpus aliquod intelligi poteſt ſpiritus ſanctus, quod diuiſum in partes corporales percipiat unuſquiſq; ſanctorũ: ſed uirtus profecto ſanctificãs eſt. cuius participiũ debẽt habere omnes, qui per eius gratiam ſanctificari meruerunt. Et ut facilius quod dicimus poſſit intelligi, ex rebus quãuis imparibus ſumamus exẽplũ. Multi ſunt qui diſciplinæ ſiue artis medicinæ participant, & nunquã putandũ eſt omnes eos qui medicinæ participãt, corporis alicuius q; medicina dicat̃ in medio poſiti ſibi auferre particulas, & eius participiũ ſumere. An potius intelligendũ eſt quod quicũq; promptis paratiſq; mentibus intellectũ artis ipſius diſciplinæq; percipiũt, hi medicinæ participare dicunt̃? Sed hęc nõ omni modo ſimilia exẽpla putãda ſunt de medicina ſancto ſpiritui cõparata, ſed ad hoc tantũmodo probandũ, quia non cõtinuo corpus putãdum eſt id cuius participatio habetur à plurimis: Spiritus enim ſanctus lõge differt à medicinæ ratione uel diſciplina: pro eo quod ſpiritus ſanctus ſubſiſtentia eſt intellectualis, & proprie ſubſiſtit & extat: nihil autem tale eſt medicina. Sed ad ipſum iam ſermonẽ euãgelij tranſeundũ eſt, ubi ſcriptũ quod deus ſpiritus eſt, & oſtendẽdũ eſt quàm conſequenter his quæ prædiximus intelligi debeat. Interrogemus nãq; quãdo iſta dixerit ſaluator noſter, uel apud quem cũ quid quæreret̃. Inuenimus ſine dubio quod ad Samaritanã mulierem loquẽs iſta protulerit, ad eam quæ putabat quod in mõte Garizim ſecundũ opinionẽ Samaritanorũ adorari oporteret deũ dicens: quomodo deus ſpiritus eſt. Quærebat enim ab eo Samaritana mulier putans eũ eſſe unũ ex Iudæis, utrũ in Hieroſolymis adoIoan. 4 rari oporteret deũ, an in hoc mõte: & ita dicebat: Patres noſtri hoc in mõte adorauerũt, & uos dicitis, q̃a in Hieroſolymis eſt locus ubi adorare oportet. Ad hæc aũt quæ opinabat̃ Samaritana, putãs ex locorũ corporaliũ prærogatiua, q; minus recte, uel recte adoret̃ deus, aut à Iudæis in Hieroſolymis, aut à Samaritanis in mõte Garizim, reſpõdit ſaluator eſſe recedendũ à præſumptione corporaliũ locorũ huic qui uult ſequi dominũ, & ita ait: Venit hora ut ueri adoratores, neq; in Hieroſolymis, neq; in mõte hoc adorẽt patrẽ. Deus ſpiritus eſt, & eos qui adorãt eũ, in ſpiritu & ueritate oportet adorare. Et uide q; cõſequenter ueritatẽ ſpiritui ſociauit: ut ad diſtinctionẽ quidem corporũ nominaret ſpiritum: ad diſtinctionẽ uerò umbræ uel imaginis, ueritatẽ. Qui enim adorabãt in Hieroſolymis, umbræ uel imagini cœleſtium deſeruientes, non ueritatem, neq; ſpiritũ adorabant deum: ſimiliter autem & ij qui adorabant in monte Garizim. Omni igitur ſenſu qui corporeũ aliquid de deo intelligi ſuggerit, prout potuimus cõfutato, dicimus ſecundum ueritatem quidem deum incomprehenſibilem, atq; inæſtimabilem. Si quid enim illud eſt quod ſentire uel intelligere de deo potuerimus, multis lõge modis eũ meliorem eſſe ab eo quod ſenſimus neceſſe eſt credi. Sicut enim ſi uideamus aliquẽ uix poſſe ſcintillam luminis, aut breuiſſimæ lucernæ lumen aſpicere: & eum cuius acies oculorum plus de lumine capere quàm ſuprà diximus, nõ ualet, ſi uelimus de claritate ac ſplẽdore ſolis edocere: nõne oportebit nos ei dicere, quia omni hoc lumine quod uides, ineffabiliter & inæſtimabiliter melior ac præſtantior eſt ſolis ſplendor? Ita mens noſtra cũ intra carnis & ſanguinis clauſtra concluditur, & pro tali materiæ participatione hebetior, atq; obtuſior redditur, licet pro comparatione naturæ corporeæ lõge præcellẽs habeat̃, tamen cum ad incorporea nititur atq; eorum intentionẽ rimatur, tunc ſcintillæ alicuius lucernæ uix obtinet locum. Quid autem in omnibus intellectualibus, id eſt, incorporeis, tam præſtans omnibus, tam ineffabiliter atq; inæſtimabiliter præcellẽs eſt, quàm deus? Cuius utiq; naturam humanę mẽtis intendi atq; intueri, quãuis puriſſima mens ac lympidiſſima non poteſt. Verũ non uidetur abſurdum, ſi ad euidẽtiorem rei manifeſtationẽ etiam alia utamur ſimilitudine. Interdum oculi noſtri ipſam naturam lucis, id eſt, ſubſtantiam ſolis intueri non poſſunt: ſplendorem uerò eius, uel radios feneſtris forte & quibuslibet alijs receptaculis breuibus infuſos intuentes, conſiderare poſſumus fomes ipſe ac fons quantus ſit corporei luminis. Ita ergo quaſi radij quidã ſunt dei naturæ, opera diuinæ prouidentiæ & uniuerſitatis huius, ad comparationem ſubſtantiæ ac naturæ. Quia ergo mẽs noſtra ipſum per ſe deum ſicut eſt non poteſt intueri, ex pulchritudine

operum

operum,& decore creaturarum, parentem uniuersitatis intelligit. Nõ ergo aut corpus aliquod,aut in corpore esse putãdus est,deus,sed intellectualis natura simplex,nihil omnino in se adiunctionis admittens:uti ne maius aliquid & inferius esse credatur,sed ut sit ex omni parte μονάς,& ut ita dicam totus mens,ac fons ex quo initiũ totius intellectualis naturæ,uel mẽtis est.Mens uerò ut moueat uel operet,nõ indiget loco corporeo, neque sensibili magnitudine,uel corporali habitu, aut colore, neq; alio ullo prorsus indiget horum quæ corporis uel proprię materię propria sunt.Propter quod natura illa simplex,& tota mens ut moueat uel operet, aliqd dilationis habere põt, ne per huiusmodi adiunctionẽ circũscribi uel inhabitari aliquatenus uideat diuinæ naturæ simplicitas,uti ne quod principiũ omnium cõpositum inueniat & diuersum,& sit multa non unũ, qd oportet totius corporeæ admixtionis alienũ una sola(ut ita dixerim)deitatis specie constare. Quia ergo mens nõ indiget loco,ut secũdum naturam suam moueatur,certũ est nostræ mentis cõtemplatione.Hæc enim si in sua mensura consistat,nec ex aliqua causa aliquid ei obtusiõis eueniat,nihil unquã ex locorum diuersitate tardabitur, quo minus suis motib.agat:neq; rursus ex locorũ qualitate augmentũ aliquod, uel incrementũ mobilitatis acquirit.Quod si contendat aliquis(uerbi gratia)quia nauigãtibus fluctib.maris iactatis minus aliquãto mens uigeat q̃ uigere in terris solet: nõ ex loci diuersitate id pati,sed ex corporis cõmotione uel cõturbatione credendũ est, cui mens adiũcta uel inserta est. Videtur em̃ quasi cõtra naturã in mari degere corpus humanũ,& propterea uelut quadã sui inęqualitate motus incomposite inordinateq; susc̃ipere, & acuminis eius ictus obtusiori ministerio dispẽsare,non minus q̃ si qui etiam in terra positi febribus urgeant:quorum certũ est quod si minus aliquid per uim febriũ mẽs suũ nõ seruet officiũ, nõ loci culpã,sed morbũ corporis esse culpandũ: propterea quod turbatũ atq; cõfusum nequaquã notis ac naturalibus lineis solita menti depẽdit officia, quandoquidẽ nos homines animal sumus compositum ex corporis animæq; cõcursu.Hoc enim modo habitare nos super terrã possibile fuit. Deum uerò qui omniũ est principiũ, cõpositũ esse nõ est putandũ:ne forte priora ipso principio inueniant elementa esse, ex quibus compositum est om̃e quicquid illud est quod compositũ dicitur. Sed nec magnitudine corporali mens indiget ut agat aliquid,uel moueat:sicut oculus cũ in maiora quidẽ intuẽdo diffundit,ad parua uerò & exigua coarctat,& astringit ad uidendũ.Indiget sanè mens magnitudine intelligibili,qa non corporaliter,sed intelligibiliter crescit.Nõ em̃ corporalibus incremẽtis simul cũ corpore mens usq; ad uigesimũ,uel trigesimũ annum ætatis auget,sed eruditionibus & exercitijs abhibitis acumẽ quidẽ elimat ingenij,quo quæ sunt ei insita ad intelligentiã prouocant,& capax efficit maioris intellectus, nõ corporalib. incrementis aucta,sed eruditionibus & exercitijs elimata.Quæ idcirco nõ statim à puero uel à natiuitate recipere potest,quia inualida adhuc,& imbecilla membrorũ est cõpago,quibus uelut organis ad exercitiũ sui mens utit,neq; operãdi usum sustentare ualet, nec percipiendæ disciplinæ exhibere sufficit facultatẽ.Si qui autẽ sunt qui mentẽ ipsam animãq; corpus esse arbitrent,uelim mihi respõderent,quomodo tantarũ rerum tã difficilium,tamq; subtiliũ ratiões assertionesq; recipiat.unde ei uirtus memoriæ? & unde ei rerum inuisibiliũ contemplatio? unde certe incorporaliũ intellectus rerũ corpori ineste? Quomodo natura corporea disciplinas artium, rerũ cõtemplationes rationesq; rimat? Vnde etiã diuina dogmata quę manifeste incorporea sunt,sentire ac intelligere potest? Nisi forte aliquis putet quod sicut forma ista corporea,& habitus ipse auriũ uel oculorum,confert aliquid ad audiendum,uel ad uidendum,ut singula membra quæ à deo formata sunt habeant aliquid opportunitatis etiam ex ipsa formę qualitate ad hoc quod agere naturaliter instituta sunt:ita etiam habitum animæ uel mentis iutelligi debere arbitrentur,quasi apte accommodeq; formatum ad hoc ut de singulis sentiat atq; intelligat, atq; ut in talibus motibus moueatur. Verum qualem colorem mẽtis secundũ hoc quod mens est,& intelligibiliter mouetur,describere quis posset,aut dicere,non aduerto.

Nautæ stupidi

Adhuc ad confirmationem atq; explanationem eorum quæ de mente uel anima dicimus,eo quod præstantior sit tota natura corporea,etiam hæc addi possunt:unicuiq; corporeo sensui substantia quædam sensibilis subiacet proprie, in quam sensus ipse corporalis intenditur. Verbi gratia uisui subiacẽt colores, habitus & magnitudo: auditui uoces

ces & ſonus: odoratui nidores, boni uel mali odores: guſtui, ſapores: tactui calida uel frigida, dura uel mollia, aſpera uel leuia. His autẽ ſenſibus de quib. ſuprà diximus, quia multo melior ſenſus ſit mẽtis, omnibus clarũ eſt. Quomodo ergo nõ uideť abſurdũ, his quidem quę inferiora ſunt ſubſtãtias eſſe ſubiectas ad intendendũ: huic autẽ uirtuti quę melior eſt, id eſt mẽtis ſenſui, nihil omnino ſubijci ſubſtantiale, ſed eſſe intellectualis naturæ uirtutẽ corporibus accidentẽ uel conſequentẽ? Quod qui dicũt, ſine dubio in cõtumeliã eius ſubſtãtiæ, quæ in ipſis melior eſt hoc proferũt: imò uerò ex hoc etiã ad ipſum deũ referť iniuria, cũ putant eum per naturã corpoream poſſe intelligi uel ſentiri: ut uolunt hoc intelligi quod propinquitas quędam ſit mẽti ad deũ, cuius & ipſa mens intellectualis imago ſit, & per hoc poſſit aliquid de diuinitatis ſentire natura, maxime ſi expurgatior ſit à materia corporali. Verũ iſtæ aſſertiones minus fortaſſis auctoritatis habere uidentur apud eos qui ex ſanctis ſcripturis de rebus diuinis inſtitui uolũt, & etiã ſibi inde approbari quærunt, quomodo natura dei ſupereminet corporũ naturã. Vide ergo ſi non etiã Apoſtolus hoc idem ait, cũ de Chriſto loquiť, dicens: Qui eſt imago inuiſibilis
Col. 1 dei primogenitus omnis creaturæ. Nõ enim (ut quidam putãt) natura dei inuiſibilis eſt alicui, & alijs uiſibilis eſt: nõ enim dixit Apoſtolus, imago inuiſibilis dei hominib. aut in
Ioan. 1 uiſibilis peccatoribus, ſed ualde cõſtanter pronũciat de ipſa natura dei dicens: Imago inuiſibilis dei. Sed & Ioannes in euangelio dicẽs: Deum nemo uidit unquã, manifeſte declarat omnibus qui intelligere poſſunt, quia nulla natura eſt cui uiſibilis ſit deus: nõ quaſi qui uiſibilis quidem ſit per naturã, & uelut fragilioris creaturæ euadat atq; excedat aſpectũ, ſed quoniã naturaliter uideri impoſſibile eſt. Quod ſi requiras à me quid etiã de ipſo unigenito ſentiã, ſi ne ipſi quidem uiſibilem dicam naturam dei, qui naturaliter inuiſibilis eſt, ne tibi ſtatim uel impiũ uideatur eſſe, uel abſurdũ: rationẽ quippe dabimus conſequenter. Aliud eſt uidere, aliud eſt cognoſcere: uideri & uidere corporum res eſt, cognoſci & cognoſcere intellectualis naturæ eſt. Quicquid ergo propriũ corporũ eſt, hoc nec de patre eſt, nec de filio ſentiendũ. Quod uerò ad naturam pertinet deitatis, hoc inter patrem & filium cõſtat. Deniq; etiam ipſe in euãgelio nõ dixit, quia nemo ui-
Matt. 11 dit patrẽ niſi filius, neq; filium niſi pater, ſed ait: Nemo nouit filiũ niſi pater, neq; patrem quis nouit niſi filius. Ex quo manifeſte indicať quòd quicquid inter naturas corporeas uideri & uidere dicitur, hoc inter patrem & filiũ cognoſcere dicitur & cognoſci, per uirtutem ſcientię, nõ per uiſibilitatis fragilitatem. Quia igiť de incorporea natura & inuiſibili, nec uidere propriè diciť, nec uideri: idcirco neq; pater à filio, neq; filius à patre uideri in euãgelio diciť, ſed cognoſci. Quod ſi proponat nobis aliquis, quare dictũ eſt: Beati
Βλαχυ mũdo corde, quoniã ipſi deum uidebũt: multo magis etiã ex hoc (ut ego arbitror) aſſertio noſtra firmabitur: Nam quid aliud eſt corde deum uidere, niſi ſecundũ id quod ſuprà expoſuimus mente eum intelligere atq; cognoſcere? Frequenter enim ſenſibilium membrorum nomina ad animã referunť, ita ut oculis cordis uidere dicať, id eſt cum uirtute intelligentiæ aliquid intellectualis cõſpicere. Sic & audire auribus dicitur, cũ ſenſum intelligẽtiæ profundioris aduertit. Sic & uti eam poſſe dentibus dicimus, cũ mandit, & panem comedit uitæ qui de cœlo deſcendit. Similiter & cæteris uti membrorũ officijs diciť, quæ ex corporali appellatione translata uirtutibus animæ coaptantur, ſicut & Salomon dicit: Senſum diuinum inuenies. Sciebat nanq; duo genera eſſe ſenſuum, unũ mortale, corruptibile, humanũ: aliud genus immortale & intellectuale, quod nũc diuinũ nominauit. Hoc ergo ſenſu diuino non oculorũ, ſed cordis mundi, quæ eſt mẽs, deus uideri ab his qui digni ſunt poteſt. Cor ſanè pro mente, id eſt pro intellectuali uirtute nominari in omnibus ſcripturis nouis ac ueteribus abundantius inuenies. Hoc igitur modo quamuis longe inferius quàm dignum eſt, utpote pro infirmitate humanæ intelligentiæ naturam dei intelligentes, tunc quid ſibi uelit nomen Chriſti uideamus.

De Chriſto. Cap. II

PRIMO illud nos oportet ſcire, quod alia eſt in Chriſto deitatis eius natura, quæ eſt unigenitus filius patris: & alia humana quam in nouiſſimis temporibus pro diſpenſatione ſuſcepit. Propter quod uidendum primo eſt, quid ſit unigenitus filius dei, qui multis quidem & diuerſis nominibus pro rebus uel opinionibus appellantium nuncupatur. Sapientia nanque dicitur, ſicut &

Salomon

Salomon dixit: Dominus creauit me initium uiarum suarũ, & in opera sua antequã aliquid faceret, ante secula fundauit me. In initio prius quàm terram faceret, priusquã produceret fontes aquarum, antequam firmarẽtur montes, ante omnes autẽ colles genuit me. Dicitur autẽ & primogenitus, sicut dixit Apostolus: Qui est primogenitus omnis creaturæ. Nec tamen alius est primogenitus per naturam q̃ sapiẽtia, sed unus atq; idem est. Deniq; & Apostolus Paulus dicit: Christus dei uirtus & dei sapientia. Nemo tamen putet aliquid nos insubstantiuũ dicere, cũ eũ dei sapientiam nominamus: id est (ut exẽpli causa finxerim) quod eum non uelut animal quoddam sapiens, sed rem aliquam quę sapientes efficiat intelligamus, præbẽtem se, & mentibus inserẽtem eorum qui capaces uirtutum eius atq; intelligentiæ fuerint. Si ergo semel recte receptum est unigenitum filium dei, sapiẽtiam eius esse substantialiter subsistentẽ, nescio si euagari ultra sensus nostros debeat ad suspicãdum, ne forte ipsa ideę substantia eius corporeum aliquid habeat, cum omne quod corporeum est, uel habitu, uel colore, uel magnitudine designetur. Et quis unquam sani sensus habitum, uel colorem, uel mensuræ magnitudinem in sapiẽtia dei requisiuit per hoc quod sapientia est? Quomodo autem extra huius sapientię generationem fuisse aliquando deum patrem, uel ad punctum momẽti alicuius quis põt sentire uel credere, qui tamẽ pium aliquid intelligere nouerit, uel sentire? Aut enim nõ potuisse deum dicet generare sapientiam antequam generaret, ut eam quæ ante nõ fuerat postea genuerit ut esset: aut potuisse quidem, & (quod dici de deo nefas est) noluisse generare: quia utrunq; & absurdum esse & impium omnibus patet: id est ut ex eo q̃ non potuit deus proficeret ut posset, aut cũ posset dissimularet ac differret generare sapientiam. Propter quod nos semper deum patrem nouimus unigeniti filij sui, ex ipso quidẽ nati, & quod est ab ipso trahẽtis, sine ullo tamẽ initio, non solum eo quod aliquibus tẽporum spatijs distingui potest, sed sine illo quod sola apud semetipsam mens intueri solet, & nudo (ut ita dixerim) intellectu, atq; animo conspicari. Extra omne ergo quod uel dici, uel intelligi potest initium generatam esse credendũ est sapiẽtiam. In hac ipsa ergo sapientiæ subsistentia, quia omnis uirtus ac deformatio futuræ inerant creaturæ, uel eorũ quæ principaliter existunt, uel eorum quæ accidunt cõsequenter uirtute præscientiæ preformata atq; dispositа, pro ipsis quę in ipsa sapiẽtia uelut descripta ac prefigurata fuerãt creaturis, sed ipsam per Salomonẽ dicit creatã esse sapiẽtiam initium uiarum dei, cõtinens scilicet in semetipsa uniuersæ creaturę, uel initia, uel formas, uel species. Quali autem modo intelleximus sapientiam initium uiarum dei esse, & quomodo creata esse dicitur, species scilicet in se, & initia totius præformans & cõtinens creaturæ: hoc etiã modo uerbum dei esse eam intelligẽdum est per hoc quod ipsa cæteris omnibus, id est uniuersæ creaturæ mysteriorum & arcanorum rationem, quæ utiq; intra dei sapientiam cõtinentur, aperiat: & per hoc uerbum dicitur, quia sit tanquã arcanorum mẽtis interpres. Vnde & recte mihi dictus uidet sermo ille qui in Actibus Pauli scriptus est, quia hic est uerbum animal uiuens. Ioannes uerò excelsius & preclarius in initio euangelij sui dicit, propria definitione deum esse definiens uerbum, dicens: Et deus erat uerbum, hoc erat in initio apud deum. Qui autem initium dat uerbo dei, uel sapientiæ dei, intuere ne magis in ipsum ingenitum patrem impietatẽ suam iactet, cum eum neget semper patrẽ fuisse, & genuisse uerbum, & habuisse sapientiam in omnibus anterioribus, uel temporibus uel seculis, uel si quid illud est quod nominari potest. Hic ergo filius etiam omniũ quæ sunt ueritas est & uita: & recte. Nã quomodo uiuent quæ facta sunt, nisi ex uita? uel quo modo ueritate constarent ea quæ sunt, nisi ex ueritate descenderẽt? uel quomodo rationabiles possent esse substantiæ, nisi uerbum uel ratio præcederet? uel quomodo sapiẽs, nisi esset sapientia? Verum quomodo futurum erat ut etiam deciderent: aliqui à uita, & mortem Christi conscisceret ex eo ipso quod à uita deciderẽt. Non enim aliud est mors quàm à uita discedere: & utiq; non esset consequens, ut ea quæ semel ad uiuendũ fuerant procreata à deo, penitus deperirent. Oportuit autem mortem esse talem uirtutem, quę futuram dissolueret mortem, & esset resurrectio in domino & saluatore nostro, quę resurrectio in ipsa dei sapientia, & uerbo, ac uita consisteret. Tum deinde quomodo futurum erat ut aliqui ex his qui creati sunt, pro eo quod non naturaliter, id est substantialiter inesset eis bonum, sed accidens, non uolentes inconuertibiles, & incommutabiles

Prou. 8

Col. 1

1 Cor. 1

Ideæ

Filius uerbũ

Vbi hoc

Ioan. 1

Veritas

Vita

Redẽptio

les semper permanere, ac semper in eisdem bonis æqua ac moderata libratione durare,
Via sed cõuersi atq; mutati de statu, uia factus est uerbũ dei & sapientia. Quæ uia idcirco dicitur, quod ad patrẽ ducat eos qui per eam incedũt. Quæcũq; ergo diximus de sapiẽtia dei hæc cõuenienter aptabunt & intelligent etiam pro eo quod filius dei uita est, ut pro eo quod uerbũ est, & pro eo quod ueritas est, & pro eo quod resurrectio est: quia hę omnes appellationes ex operibus eius ac uirtutibus nominatæ sunt, in nulla harũ uel leui opinione intelligi corporale aliquid potest, quod uel magnitudinẽ designare uideat uel habitũ, uel calorẽ: quomodo quidẽ hi qui uident apud nos hominũ filij, uel cæterorũ animaliũ, semini eorũ à quib. seminati sunt respõdẽt, uel earũ quarũ in utero formant ac nutriunt, habẽt ex his quidquã, illud est qđ in lucẽ hãc assumũt, ac deferũt processuri. Infandũ autẽ est, & illicitum deum patrem in generatiooe unigeniti filij sui, atq; in substantia sua exęquare alicui uel hominum uel aliorũ animãtium generãti: sed necesse est aliquid exceptũ esse, deoq; dignũ, cui nulla prorsus cõparatio nõ in rebus solum, sed ne in cogitatione quidem, uel sensu inueniri põt, ut humana cogitatio possit apprehende-
Forte ingenitus re quomodo † unigenitus deus efficit unigeniti filij. Est nanq; ita æterna ac sempiterna generatio, sicut spendor generat ex luce. Nõ enim per adoptionem spiritus filius fit extrinsecus, sed natura filius est. Videamus tamen quomodo hæc quæ dicimus etiã diuinę
Coll. 1 scripturæ auctoritate muniãtur. Ait apostolus unigenitũ filium imaginẽ esse dei inuisibi-
Heb. 1 lis, & primogenitũ eum esse totius creaturæ: ad Hebræos uerò scribẽs dicit de eo qa sit splendor gloriæ, & figura expressa substantiæ eius. Inuenimus nihilominus etiã in sapiẽtia quæ dicitur Salomonis, descriptionem quandam de dei sapiẽtia hoc modo scriptam:
Sap. 7 Vapor est enim, inquit, uirtutis dei, & aporrhœa gloriæ omnipotentis purissima. Ideo
Defluxus ergo in eam nihil cõmaculatum incidere potest. Splẽdor enim est lucis æternę, & speculũ immaculatũ operationis dei, & imago bonitatis eius. Sapiẽtiã uerò dicimus, sicut superius diximus, substantiam habentẽ non alibi, nisi in eo qui est initiũ omnium, ex quo & nata est quæq; sapientia, quia ipse est solus natura filius, idcirco & unigenitus dicitur.

Videamus sanè quid intelligi debeat etiam de hoc quod imago inuisibilis dicit, ut & per hoc aduertamus quomodo deus recte pater dicit filij sui: & cõsideremus primo ex his quæ cõsuetudine hominum imagines appellari solent. Imago interdũ dicitur ea quæ in materia aliqua, id est ligni uel lapidis depingi, uel exculpi solet. Interdũ imago dicitur eius qui genuit is qui natus, cũ in nullo similitudinũ lineamẽta eius qui genuit in eo qui natus est mentiunt. Puto ergo posse priori quidẽ exẽplo aptari eum qui ad imaginẽ & similitudinẽ dei factus est homo, de quo diligẽtius fauẽte deo cum locũ ipsum in Genesi exponere cœperimus, uidebimus. Secũdę uerò cõparationi imago filij dei, de qua nũc sermo est, comparari potest & secundũ hoc quod inuisibilis Dei imago inuisibilis est, si-
Gen. 4 cut secũdum historiam dicimus similitudinẽ Adæ filium Seth. ita etiam scriptum est: Et
ὁμόσιον genuit Adam Seth, secundũ imaginẽ suam, & secundũ speciem suam. Quæ imago etiã naturæ ac substantiæ patris & filij cõtinet unitatẽ. Si enim omnia quæ facit pater hæc & filius facit similiter, in eo qđ omnia ita facit filius sicut pater, imago patris in filio deformatur, qui utiq; natus ex eo est uelut quędam uolũtas eius ex mente procedens. Et ideo ego arbitror cp sufficere debeat uolũtas patris ad substistendũ hoc quod uult pater. Volens enim non alia uia utitur, nisi quæ cõsilio uoluntatis profertur. Ita ergo & filij substistentia generatur ab eo. Quod necesse est in primis suscipi ab his qui nihil ingenitum, id est innatum præter solum deum patrem fatentur. Obseruandum nãq; est, ne quis incur-
Prolatio rat in illas absurdas fabulas eorum, qui prolatiões quasdam sibi ipsis depingunt, ut diuinam naturam in partes uocent, & deum patrem quantum in se est diuidũt, cum hoc de incorporea natura uel leuiter suspicari, non solũ extremę impietatis sit, uerum etiam ultimæ insipientiæ, nec omnino ad intelligentiã consequens ut incorporeæ naturæ substãtialis diuisio possit intelligi. Magis ergo sicut uoluntas procedit è mente, & neq; partẽ aliquam mentis secat, neq; ab ea separatur aut diuiditur, tali quadam specie putãdus est pater filium genuisse imaginem scilicet suã, ut sicut ipse inuisibilis est per naturã, ita imaginem quoque inuisibilem genuerit. Verbum enim est filius, & ideo nihil in eo sensibile intelligendum est. Sapientia est, & in sapientia nihil corporeum suspicandum est. Lumen est uerum, quod illuminat omnem hominem uenientẽ in hunc mundum, sed nihil

habet

habet cõmune ad solis huius lumẽ. Imago ergo est inuisibilis dei patris saluator noster, quantũ ad ipsum quidem patrẽ ueritas: quantũ autem ad nos quibus reuelat patrẽ, imago est per quam cognoscimus patrẽ, quem nemo alius nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Reuelat autẽ per hoc quod ipse intelligit. A quo ipse enim fuerit intellectus, cõsequenter intelliget & pater, secundum hoc quod ipse dixit: Qui me uidet, uidet & patrẽ. Sed quoniã sermonem Pauli inseruimus de Christo dicẽtis in eo quod ait, quia splendor est gloriæ dei, & figura expressa substãtiæ eius, quid ex hoc sentiendũ sit uideamus. Deus lux est secundũ Ioannẽ. Splẽdor ergo huius lucis est unigenitus filius, ex ipso inseparabiliter, & ut splendor ex luce procedens, & illuminãs uniuersam creaturam. Secundũ hæc nanq; quæ superius exposuimus, quomodo uia sit, & ducat ad patrem, & quomodo uerbũ sit arcana sapientiæ ac scientiæ mysteria interpretãs ac proferens rationabili creaturæ, quomodo etiã ueritas & uita est & resurrectio, cõsequenter intelligere debemus etiã splendoris opus: per splendorẽ nãq; etiã quid sit lux ipsa intelligitur & sentit. Qui splendor fragilib. se & infirmis mortaliũ oculis placidius ac lenius offerẽs, & paulatim uelut edocẽs & assuefaciẽs claritatẽ luminis pati, cũ ab eis dimouerit omne quod uisum obducit & impedit, secundũ quod dominus dixit, Eijce trabẽ de oculo tuo: capaces eos efficit ad suscipiendã gloriam lucis, etiã in hoc uelut quidã mediator hominũ ac lucis effectus. Verũ quando nõ solum splendor glorię esse dicitur ab Apostolo, sed & figura expressa substãtiæ, uel subsistẽtiæ eius, nõ mihi uidet ocioso esse intellectus aduertere quomodo alia præter ipsam dei substantiã, quæcunq; illa substantia & subsistentia dicitur, figura substãtię eius esse dicatur. Et uide ne forte quoniã filius dei qui uerbum eius & sapiẽtia dicitur, & solus nouit patrem, & reuelat quibus uult, id est, qui capaces uerbi ipsius & sapientiæ fuerint, secundũ hoc ipsum quod intelligi atq; agnosci facit deum, figurã substantiæ atq; subsistentiæ eius dicatur exprimere: id est, cũ semetipsum primũ describit sapientia ea quæ reuelare uult cæteris, ex quibus ab illis agnoscitur & intelligit deus, & hoc dicatur figura expressa substantiæ dei. Vt autẽ plenius adhuc intelligat quomodo saluator figura est substantiæ & subsistentiæ eius, utamur etiã exemplo, quod quãuis rem non plane nec proprie significet de qua agimus, tamen ad hoc solum uideatur assumptũ, quod exinaniens se filius qui erat in forma dei, per ipsam sui exinanitionẽ studet nobis deitatis plenitudinẽ demonstrare. Verbi causa, si facta esset aliqua statua talis quæ magnitudine sui uniuersum orbẽ terræ teneret, et pro sui immensitate considerari à nullo posset: fieret autẽ alia statua membrorũ habitu ac uultus lineamentis, specie ac materia per omnia similis absq; magnitudinis immensitate, pro eo ut qui illã immensam cõsiderare atq; intueri nõ possunt, hanc uidẽtes illam uidisse cõsiderent, pro eo quod omnia membrorũ & uultus lineamenta, uel ipsam speciem materiãq; similitudine prorsus indiscreta seruaret: tali quadã similitudine exinaniens se filius dei æqualitate patris, & uiã nobis cognitionis ostendens, figura expressa substãtiæ eius efficit: ut qui in magnitudine deitatis suæ positã gloriã miræ lucis nõ poteramus aspicere, per hoc quod nobis splendor efficit, intuendæ lucis diuinę uiam per splendoris capiamus aspectũ. Comparatio sanè de statuis quasi in rebus materialib. posita, ad nihil aliud recipit, quàm ad hoc quod filius dei apparẽs in terris in humani corporis forma ex operũ uirtute atq; similitudine dei patris in se immensam ac inuisibilem magnitudinẽ designabat, per hoc quod dicebat ad discipulos suos: quia qui me uidet, uidet & patrem: & pater & ego unum sumus. Quibus etiã illud simile intelligendũ est quod ait: quia pater in me est, & ego in patre. Videamus nũc etiã illud qualiter sentiendum est, quod in sapientia Salomonis scriptũ legimus, qui ita ait de sapientia: quia uapor est quidã uirtutis dei, & aporrhœa omnipotentis gloriæ purissima, & splendor lucis æternæ, & speculum immaculatũ inoperationis siue uirtutis dei, & imago bonitatis eius. Quæ ergo hic de eo definit, ex singulis quibusq; certa quædã inesse sapiẽtiæ dei designat: uirtutem nanq; dei nominat, & gloriã & lucem æternam, & inoperationem & bonitatem. Ait autem sapientiã uaporem esse nõ gloriæ omnipotentis, neq; æternæ lucis, uerũ nec inoperationis patris, nec bonitatis eius: neq; enim cõueniẽs erat aliquẽ horum ascribi uaporẽ: sed tum cum proprietate ait uirtutis dei uaporẽ esse sapientiam. Intelligẽda est ergo uirtus dei qua omnia uisibilia & inuisibilia, & instituit & cõtinet et

Ioan. 4

1. Ioan. 1

Energiam.

gubernat, quæ ad omnia sufficiens est, quorũ prouidentiã gerit, quibus uelut unita omnibus adest. Huius ergo totius uirtutis tantæ & tam immẽsæ uapor, & (ut ita dicam) uigor ipse in propria subsistentia effectus, quãuis ex ipsa uirtute uelut uolũtas ex mente procedat, tamen & ipsa uoluntas dei nihilominus dei uirtus efficit. Virtus altera ita dictum est sicut in euangelio. Alius est qui testimoniũ de me reddet pater. Et de spiritu ait: Mittam uobis alium paracletũ. Efficitur igitur uirtus altera in sua proprietate subsistens, ut ait sermo scripturæ, uapor quidam primę & ingenitę uirtutis dei. Hoc quidem quod est intra ens, nõ est ante quãdo nõ fuerit. Si enim quis uoluerit dicere quasi prius non extiterit, sed postea ad subsistentiã uenerit, dicat causam quare qui eam subsistere fecit pater ante hoc non fecerit. Quod si aliquod semel initiũ dederit, quo initio uapor iste ex dei uirtute processerit, iterũ interrogabimus quare non & ante illud quod dixit initium: & ita semper de anterioribus inquirentes, & uerbũ interrogationis ascendentes, peruenimus in illum intellectũ, ut quomodo semper poterat & uolebat, nunquam uel decuit, uel causa aliqua existere potuerit, ut non hoc quod uolebat semper habuerit. Ex quo ostenditur semper fuisse uaporẽ istum uirtutis dei nullum habentem initiũ ni si ipsum deum, neq; decebat aliud esse initiũ nisi ipsum unde & est & nascitur deũ. Se-
1. Cor. 1 cundum Apostolũ uerò dicentem, quia Christus dei uirtus: iam non solum uapor uirtutis dei, sed uirtus ex uirtute dicenda est. Videamus etiã de eo quod dictũ est, quomodo aporrhœa est purissima gloriæ omnipotẽtis: & prius quidẽ consideremus quid est gloria omnipotentis dei, deinde etiã quid sit eius aporrhœa sentiemus. Quẽadmodũ pater non potest esse quis si filius nõ sit, neq; dominus quis esse potest sine possessione, ita ne omnipotens quidẽ deus dici potest, si nõ sint in quos exerceat potestatẽ: & ideo
Lege cautè ut omnipotens ostendatur deus omnia subsistere necesse est. Nam si quis est qui uelit uel secula aliqua, uel spacia transisse, uel quodcunq; aliud nominare uult, cùm nondũ facta essent quæ facta sunt: sine dubio hoc ostendet quod in illis seculis uel spaciis omnipotens non erat deus, & postmodũ omnipotens factus est, ex quo habere cœpit in quos ageret potentatũ, & per hoc uidebitur perfectionẽ quandam accepisse, & ex inferioribus ad meliora uenisse. Siquidẽ melius esse non dubitatur, esse eum omnipotentẽ q̃ non esse. Et quomodo nõ uidebit absurdũ, ut cùm nõ haberet aliquid ex his deus quæ eum habere dignũ erat, postmodũ per profectũ quendam in hoc uenerit ut haberet? Quod si factũ nunq̃ est quando non omnipotens fuerit, necessario subsistere oportet etiã ea per quæ omnipotens dicitur, & semper habuit in quibus exercuerit potentatũ, & quæ fuerint ab ipso uel rege uel principe moderata: de q̃bus plenius in locis proprijs, in quibus de creaturis eius disputandũ fuerit, differemus. Sed & nunc strictim licet, tamen admonitionem necessariã puto, quõ quidẽ quo nobis de sapientia agitat, quemadmodũ aporrhœa sit sapientia gloriæ omnipotentis purissima, ne uideat alicui interior esse in deo omnipotẽtis appellatio natiuitate sapientiæ per quã pater uocat, quomodo dicta est aporrhœa omnipotentis glorię purissima sapiẽtia quæ est filius dei. Audiat qui hoc ita uult suspicari, quod manifestissime scriptura pnunciat dicens, quia omnia in sapientia fecisti: & per euangeliũ docetur, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil: & intelligat ex hoc, quia nõ potest antiquius esse in deo omnipotẽtis appellatio q̃ patris: per filiũ enim omnipotens est pater. Sed quomodo gloriã dixit esse omnipotentis, cuius gloriæ aporrhœa est sapientia? hoc intelligi datur, quod etia in omnipotentia gloriæ societatẽ habeat sapientia, per quã deus omnipotẽs dicit. Per sapientiam enim quæ est Christus, tenet deus omnipotentatũ non solũ dominantis autoritate, uerumetiam subiectorũ spontaneo famulatu. Vt autem unam & eandem omnipotentiã patris ac filij esse cognoscas, sicut unus atq; idem est cum patre deus & dominus, audi
Apoc. 11 hoc modo Ioan. in Apocalypsi dicentẽ: Hæc dicit dominus deus qui est, & qui erat, & qui uenturus est omnipotẽs. Qui enim uenturus est omnipotẽs quis est alius nisi Christus? Et sicut nemo debet offendi cũ deus sit pater, quod etiã saluator est deus: ita & cũ omnipotens deus pater, etiã nullus debet offendi quod etiam filius omnipotens dicitur. Hoc modo nanq; uerũ erit illud quod ipse dicit ad patrẽ, quia omnia mea tua sunt, & omnia tua mea, & glorificatus sum in eis. Si uerò omnia quæ patris sunt, Christi sunt, inter omnia uerò quæ sunt patris est etiã omnipotẽs, sine dubio etiam unigenitus filius

debet

debet esse omnipotẽs, ut omnia quę habet, pater etiã filius habeat. Et glorificatus sum, inquit, in eis. In nomine enim Iesu omne genu flectetur cœlestium terrestriũ & infernorum, & omnis lingua confitebit̃, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. Igit̃ aporrhœa gloriæ dei secundũ hoc quod omnipotens est, pura ac limpida ipsa sapientia est dei glorificata tanc̃ aporrhœa omnipotẽtiæ uel gloriæ. Vt autẽ manifestius intelligat̃ quæ sit gloria omnipotentiæ, etiã hoc addimus. Deus pater omnipotẽs est, eo quod potentatũ omnium tenet, id est, cœli & terræ, solis & lunę & stellarũ, omniumc̃ quę in ipsis sunt. Horũ autem potentatũ gerit per uerbum suum, quoniã in nomine Iesu omne genu flectetur & cœlestiũ & terrestrium & infernorũ. Et si omne genu flectitur Iesu, sine dubio Iesus est cui subiecta sunt omnia. Per sapientiã nanc̃, id est uerbo & ratione, non ui ac necessitate cuncta subiecta sunt. Et ideo in eo ipso quo obtinet omnia, gloria sua est: & hæc est omnipotẽtiæ purissima & limpidissima gloria, cùm ratione & sapientia, non ui ac necessitate, cuncta subiecta sunt. Purissima uerò ac limpidissima gloria sapientiæ, satis cõuenienter dictũ est ad distinctionẽ eius gloriæ, quæ nõ purè, nec syncerè gloria dicit̃. Omnis uerò natura quæ cõuertibilis est & cõmutabilis, etiam si glorificatur, glorificat̃ in operibus iustitiæ uel sapientiæ per Iesum ipsum, quod accidentẽ habet iustitiã, uel sapientiã, & quod accidet etiã decidere potest: gloria tamen eius syncera ac limpidissima decidere nõ potest. Sapiẽtia uerò dei quæ est unigenitus filius eius, quoniã in omnibus inconuertibilis est & incõmutabilis, & substantiale in eo omne bonum est, quod utic̃ mutari atc̃ conuerti nunc̃ potest, idcirco pura eius ac syncera gloria prædicat̃. Tertiò deus sapientia est, & splendor lucis æternę: cuius rei uirtutẽ iam in præcedentib. exposuimus, cùm solis similitudinẽ, & radiorũ eius splendorem introduximus, & pro uiribus nostris ostendimus quomodo hoc deberet intelligi. Addemus tamen etiã hoc unum. Sempiternũ uel æternum propriè dicit̃ quod nec̃ initiũ ut esset habuit, nec̃ cessare unquã potest esse. Quid autem hoc sit, designat̃ apud Ioan. cùm dicit: Quoniã deus lux est. Splendor autem lucis eius sapientia est, nõ solum secundũ quod lux est, sed & secundũ id quod sempiterna lux est, ita ut æternus, & æternitatis splendor sit sapientia sua. Quod si integrè intelligat̃, manifestè declarat, quia subsistentia filij ab ipso patre descendit, sed nõ tẽporaliter, nec̃ ab ullo alio initio, nisi (ut diximus) ab ipso deo. Sed & speculũ immaculatũ ἀπεργάσης, id est inoperationis, dei esse sapiẽtia nominatur. Ergo inoperatio uirtutis quæ sit, prius intelligenda est, quæ est uigor quidã (ut ita dixerim) per quæ inperat̃ pater, uel cùm creat, uel cùm prouidet, uel cùm iudicat, uel cũ singula quæc̃ in tempore suo disponit atc̃ dispensat. Sicut ergo in speculo omnib. motibus atc̃ omnib. actibus, quibus his qui speculũ intuet̃, mouet̃ uel agit̃, his & ipsis etiam ea imago quę per speculũ deformat̃, actibus & motibus cõmouetur uel agit̃, in nullo prorsus declinãs: ita etiã sapientia de se uult intelligi, cùm speculũ immaculatum æternæ uirtutis inoperationisc̃ nominat̃: sicut & dominus Iesus Christus q̃ est sapiẽtia dei, de seipso pronunciat, dicens, quia opera quæ facit pater, hæc etiã filius facit similiter. Et iterũ dicit: quoniã non potest filius à se facere quicc̃, nisi uiderit patrẽ faciẽtem. Quoniã ergo in nullo prorsus filius à patre uirtute operũ immutat̃ ac differt, nec aliud est opus filij c̃ patris, sed unus atc̃ idem (ut ita dicã) etiã motus in omnib. est, idcirco speculũ eum immaculatũ nominauit, ut per hoc nulla omnino dissimilitudo filij intelligatur ad patrẽ. Ea sanè quæ secundũ similitudinem uel unitionẽ discipuli ad magistrũ à quibusdã dicta sunt, & quod in materia corporali ea à filio fiant, quæ à patre in substantijs spiritalib. prius fiunt deformata, conuenire quomodo possunt? cùm in Euangelio filius dicat̃ non similia facere, sed eadem similiter facere? Supereſt quid sit imago bonitatis eius inquirere: in quo eadẽ, ut opinor, intelligi cõuenit quæ superius de imagine ea quæ per speculũ deformat̃, expressimus. Principalis nanc̃ bonitas sine dubio ex qua filius natus, qui per omnia imago est patris, proculdubio etiã bonitatis eius conuenienter imago dicet̃. Non enim alia aliqua secũda bonitas existit in filiũ, præter eam quæ est à patre. Vnde & rectè ipse Saluator in Euangelio dicit, quoniã nemo bonus nisi unus deus pater: quo scilicet per hoc intelligat̃ filius non esse alterius bonitatis, sed illius solius quæ in patre est. Cuius rectè imago appellat̃, quia nec̃ aliunde est, nisi ex ipsa principali bonitate: ne altera bonitas c̃ in patre, esse uideatur in filio: nec̃ aliqua dissimilitudo

Ioan. 17 Philip. 2

Ioan. 5 Ibid.

Matth. 19

tudo, aut distãtia bonitatis in filio est. Propter qđ nõ debet uelut blasphemiæ aliquod genus putari in eo quod dictũ est, Nemo bonus nisi unus deus pater: ut ꝓpterea putetur, uel Christus, uel spiritus sanctus negari qđ bonus sit: sed ut superius diximus, principalis bonitas in deo sentienda est patre, ex quo & filius natus, & spiritus sanctus procedẽs, sine dubio bonitatis eius naturã in se retinẽt, quæ est in eo fonte de quo uel natus est filius, uel ꝓcedens spiritus sanctus. Iã uero siqua alia bona in scripturis dicũtur, uel angelus, uel homo, uel thesaurus, uel cor bonũ, uel arbor bona, hæc omnia abusiue dicũtur, accidentalẽ non subsistentialẽ in se cõtinentia bonitatem. Multum autem est, & alterius uel operis uel tẽporis, cõgregare oẽs filij dei appellationes: uerbi causa quo modo uel lumẽ uerum est, uel ostium est, uel iustitia, uel sanctificatio, uel redemptio, et alia innumera, & quibus causis unumquodq; horum nominetur, exponere. Sed contenti his de quibus superius disseruimus, consequenter reliqua perquiramus.

De spiritu sancto. Cap. III

Consequens igit̃ est nũc, ut de spiritu sancto q̃ possumus breuiter requiramus. Et oẽs quidem qui quoquo modo prouidentiam esse sentiũt, deum
c esse ingenitũ qui uniuersa creauit atq; disposuit, cõfitentur, eũq; potentẽ uniuersitatis agnoscunt. Huic tamen esse filiũ nõ nos soli pronũciamus: quãuis satis hoc & mirũ & incredulũ uideat̃ ijs qui apud Græcos & Barbaros philosophari uidenť: tamẽ à nonnullis etiã ipsorũ habita eius uideť opinio, cum uerbo dei, uel ratione creata esse omnia cõfitenť. Nos uero secundũ fidem doctrinæ eius, quã diuinitus aspiratã pro certo habemus, eminentiorẽ diuiniorẽq; rationem de filio dei, nullius alterius possibilitatis esse credimus exponere, atq; in hominũ cognitionẽ proferre, nisi eius solius scripturæ quæ à spiritu sancto inspirata est, id est euãgelicæ atq; apostolicæ, nec nõ legis ac prophetarũ, sicut ipse Christus asseruit. De subsistẽtia uero spiritus sancti ne suspicionẽ quidẽ ullã habere quis potuit, præter eos qui in lege & prophetis uersati sunt, uel eos qui se Christo credere profitenť. Nã de deo quidẽ patre quãuis quidem proloqui nemo ualeat, tamen possibile est intellectũ aliquem capi ex occasione uisibiliũ creaturarum ex his quæ humana mẽs naturaliter sentit: insuper etiã de scripturis sanctis cõfirmari possibile est. Sed & de filio dei, quãuis nemo nouerit filiũ nisi pater, tamẽ ex diuinis scripturis etiã de ipso qualiter sentiri debeat mens humana formať, & nõ solũ ex nouo, sed etiã ex ueteri testamẽto, ꝑ ea quæ à sanctis gesta ad Christũ figuraliter referuntur, ex quibus aduerti uel diuina eius natura, uel humana quæ ab eo assumpta est potest. De spiritu uero sancto, quod sit, multæ nos scripturę do
Psal. 50 cuerũt, sicut Dauid in 50. Psalmo dicit: Et spiritũ sanctũ tuũ ne auferas à me. Et in Daniele dicit̃, Spiritus sanctus qui est in te. In nouo uero testamento abũdantius testimonijs edocemur, cũ spiritus sanctus super Christũ descẽdisse describitur, & cũ ipse dominus insufflauit in apostolos post resurrectionẽ, dicens: Accipite spiritũ sanctum. Et ad
Ioan. 20 Mariã ab angelo dicit̃: Spiritus sanctus superueniet in te. Paulus uero dicit, quia nemo
Luc. 1 potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto. Et in actibus apostolorũ ꝑ impositionẽ manuũ apostolicarũ spiritus sanctus dabatur in baptismo. Ex quibus omnibus dicimus tantę esse autoritatis & dignitatis substantiã spiritus sancti, ut salutaris baptismus nõ aliter nisi excellẽtissimę omnitrinitatis autoritate, id est patris, & filij, & spiritus sancti cognominatiõe cõpleat̃, & ingenito deo patri, & unigenito eius filio nomẽ quoq; spiritus sancti copuleť. Quis ergo nõ obstupescat quãta maiestas sit spiritus sancti, cũ eũ qui dixerit uerbũ in filiũ hominis, audiat sperare ueniã posse: eũ uero qui in spiritũ sanctum blasphemauerit ueniam non habere neq; in præsenti seculo, neq; in futuro?

1. Cor. 12
Act. 8

Quod aũt à deo uniuersa creata sunt, nec sit ulla creatura quæ non ab eo hoc ipsum ut esset acceperit, ex multis scripturæ assertionibus cõprobať, repudiatis atq; depulsis
Hyle. his quę à quibusdã falso perhibẽť, uel de materia deo coæterna, uel de ingenitis animabus, quib. tã subsistendi naturã, q̃ uitæ qualitatẽ atq; ordinẽ à deo insitũ uolũt. Nam & in eo libello q̃ Pastoralis dicitur, de angeli positione, quẽ Hermes cõscripsit, ita referť.
Apocrypha. Primo omniũ crede, quia unus est deus q̃ omnia creauit atq; cõposuit: q̃ cũ nihil esset prius, fecit omnia: qui est omnia capiens, ipse uero à nemine capitur. Sed & in Enoch

libro

libro his similia describunt. Verūtamen usq; ad præsens nullum sermonem in scriptis sanctis inuenire potuimus per quē spiritus sanctus factura esse uel creatura diceret, ne eo quidē modo quo de sapientia referre Salomonē suprà edocuimus, uel quo de uita, uel uerbo, aliisq; appellationib. filij dei intelligenda esse tractauimus. Spiritus igit dei qui super aquas ferebat, sicut scriptū est, in principio factura mūdi, puto quod nō sit alius q̄ spiritus sanctus, secundū quod ego intelligere possum, sicut & cū ipsa loca exponerem ostendimus, non tamen secundū historiā, sed secundū intelligentiā spiritalem. Gen. 1

Quidā sanè ex prædecessoribus nostris in nouo Testamēto obseruāt, q̄ sicubi spiritus nominat sine adiectione ea quę assignet qualis sit spiritus, de sancto spiritu deberet intelligi, utputa, Fructus aūt spiritus est charitas, gaudium, & pax, & cætera. Item & ibi: Cū cœperitis spiritu, nūc carne perficimini. Nos uerò etiā in ueteri testamēto putamus distinctionē istam posse seruari, sicut cùm dicit, Qui dat spiritū populo qui est super terram, & spiritū his qui calcāt eam. Sine dubio enim omnis qui calcat terrā, id est terrena & corporalia, particeps est à deo eū accipiens. Dicebat aūt & Hebręus magister, quod duo illa Seraphim quæ in Esaia senis alis describunt clamātia adinuicē, & dicentia: Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus deus Sabaoth: de unigenito filio dei, & de spū sancto essent intelligenda. Nos uerò putamus etiā illud quod in cantico Abacuc dictū est: In medio uel duorū animaliū, uel duarum uitarū cognoscēris, de Christo, & de spiritu sancto sentiri debere. Omnis enim sapientia de patre reuelāte filio in spiritu sancto cognoscitur, ut ambo quæ secundū hoc uel animantia, uel uitæ dicunt, causa sapientiæ dei patris existāt. Sicut enim de filio dicitur, quia nemo nouit patrē nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare: hæc eadē etiam de spiritu sancto dicit Apostolus cū ait, Nobis autem reuelauit deus per spiritū sanctū: Spiritus enim omnia scrutat etiā alta dei. Sed & rursus in euāgelio de diuinis profundioribus, discipulis cōmemorās Saluator quæ nondū capere poterāt discipuli sui, ita ait ad discipulos: Adhuc multa habeo quę uobis edicā, sed non potestis portare modò: cū autē uenerit paracletus, id est cōsolator spiritus sanctus, ille uos docebit omnia, & cōmonebit omnia quæ dixi uobis. Et ita sciendū est qđ sicut filius qui solus cognoscit patrē, reuelat cui uult: ita spiritus sanctus qui solus scrutat etiā alta dei, reuelat cui uult. Spiritus enim ubi uult spirat. Neq; enim putandū est quod etiā spiritus filio reuelāte cognoscit. Si enim reuelante filio cognoscit patrē spiritus sanctus, ergo ex ignorantia ad scientiā uenit: quod utiq; & impiū pariter & stultū est, spiritum sanctū confiteri, & ignorantiā ei ascribere. Non enim cùm aliud aliquid esset antequā spiritus sanctus, per profectū uenit in hoc ut esset spiritus sanctus: ut quis audeat dicere, quia tūc quidē cùm nondū esset sanctus ignorabat patrē, postea uerò q̄ recepit scientiā etiā spiritus sanctus effectus est. quod si esset, nunquā utiq; in unitate trinitatis, id est dei patris inconuertibilis & filij eius etiā ipse spiritus sanctus haberet, nisi quia & ipse semper erat spiritus sanctus. Hoc sanè quod dicimus, uel semper erat, uel si quod aliud tale tēporalis significationis nomen adducimus, simpliciter & cū uenia accipiendum est: quoniā nominum quidē horū significationes tēporales sunt, ea autem de quibus loquimur, tractu quidē sermonis temporaliter nominantur, natura autem sui omnem intelligentiā sensus temporalis excedunt. Rectū tamen uidet inquirere quid causæ sit, quod qui regenerat per deum in salutē, opus habet & patre & filio & spiritu sancto. De quibus discutientes sine dubio necessariū erit ut operationē specialem spiritus sancti, & specialē patris ac filij describamus. Arbitror ergo operationē quidē patris & filij tam in sanctis, q̄ in peccatoribus, in hominib. rationabilibus, & in mutis animalibus, sed & in his quæ sine anima sunt, & in omnib: omnino quæ sunt. Operationē uerò spūs sancti nequaq; prorsus incidere uel in ea quæ sine anima sunt, uel in ea quæ animātia quidē, sed muta sunt: uel in illis quidē inueniri qui rationabiles quidē sunt, sed in malitia positi, nec omnino ad meliora conuersi. In illis solis arbitror esse opus spūs sancti q̄ iam se ad meliora cōuertunt, & per uias Christi Iesu incedūt, id est sunt in bonis actibus, & in deo permanēt. Quia quæ operatio patris, & filij, & in sanctis, & in peccatoribus sit, manifestat ex eo quod rationabiles omnes qui sunt, uerbi dei, id est rationis participes sunt, & per hoc uelut quędā semina insita sibi gerūt sapiētiæ & iustitiæ quod est Christus. Ex eo autē qui uerè est, qui dixit per Moysen: Ego sum qui sum, omnia quæ- Exod. 3

cunq; sunt participãt: Quæ participatio dei patris peruenit in omnes tam iustos & peccatores, & rationabiles atq; irrationabiles, & in omnia omnino quæ sunt. Ostẽdit sanè
Rom. 10 et apostolus Paulus q; omnes habeãt participiũ Christi, dicens: Ne dixeris in corde tuo quis ascendit in cœlũ? id est Christũ deducere: aut quis descẽdit in abyssum? id est Christum à mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Prope est uerbũ in ore tuo, & in corde tuo. Ex quo in corde omniũ significat esse Christũ secundũ id quod uerbum uel ratio est, cuius participatione rationabiles sunt. Sed & illud quod in euangelio dictũ est,
Ioan. 15 Nisi uenissem, & locutus fuissem eis, peccatũ non haberent, nunc aũt excusationẽ non habent de peccato suo: his qui rationẽ norunt, usq; ad quod tempus peccatũ homo nõ habeat, & ex qua ætate obnoxius peccato sit, manifestum est & patet quõ ex participatione uerbi uel rationis homines peccatũ habere dicunt: uidelicet ex quo intellectus atq; sciẽtiæ capacibus effectis iam eis boni uel mali discretionẽ ratio intrinsecus inserta suggesserit: & cũ scire iam cœperint quid sit malũ, si faciũt illud peccato efficiunt obnoxij: & hoc est quod dicit, qui excusationẽ nõ habẽt de peccato suo, ex quo eis diuinus sermo uel ratio ostendere cœpit corde discretionẽ boni & mali, & per hanc debeant refugere & cauere quod malũ est: quia scienti bonũ & non facienti, peccatum est illi.

Item quod omnes homines non sunt extra cõmunionem dei, hoc modo euãgelium
Luc. 17 docet, dicẽte Saluatore: Regnũ dei cũ obseruatione nõ uenit: neq; dicent, ecce hic, aut ibi: sed regnũ dei intra uos est. Sed & illud uidẽdũ est ne fortè idẽ significet quod in Ge-
Gen. 2 nesi scriptum est cùm ait: Et insufflauit in faciẽ eius spiraculũ uitæ, & factus est homo in animã uiuentẽ. Quod si generaliter est in omnes homines, habent participiũ dei. Si uerò hoc de spiritu dei dictũ intelligendũ est, quomodo & Adã prophetasse de nõnullis inuenit, ergo iam nõ generaliter, sed sanctis quibusq; datũ accipi potest. Deniq; etiam diluuij tempore cũ omnis caro corrupisset uiam suã, iam de illis tanquã de indignis &
Gen. 6 peccatoribus scriptũ est dixisse deum, Non permanebit spiritus meus in hominib. istis in æternũ, ꝓpterea qd' caro sunt. In quo manifestè ostendit, quod ab indignis quibusq;
Psal. 103 auferẽ spiritus dei. In Psalmo quoq; scribit: Auferes spiritũ eorũ, & deficient, & in puluerem suũ reuertent. Emittes spiritũ tuũ & creabunt, & renouabis faciẽ terræ. Quod & manifestè de spũ sancto designat, qui ablatis atq; extinctis peccatorib. & indignis, ipse sibi nouũ populũ creet, & renouet faciẽ terræ, cùm per gratiam spiritus deponentes ueterẽ hominẽ cum actibus suis, in nouitate uitæ cœperint ambulare. Et ideo de eo cõpetenter dicitur, quia nõ in omnibus, neq; in his quæ caro sunt, sed quorum terra renouata fuerit spiritus sanctus habitabit. Deniq; idcirco per impositionẽ manuum apostolorum post baptismũ gratia & reuelatio sancti spiritus tradebat. Sed & Saluator noster post resurrectionẽ cùm uetera iam transissent, & facta fuissent omnia noua (nouus ipse homo & primogenitus ex mortuis renouat quoq; per fidẽ suę resurrectionis)
Ioan. 20 Matth. 9 apostolis ait: Accipite spiritũ sanctum. Hoc est nimirũ quod & ipse Saluator dominus in Euangelio designabat, cùm nouũ uinum in utres nouos mitti posse & in ueteres denegabat, sed iubebat utres fieri nouos, id est homines in nouitate uitæ ambulare, ut uinum nouũ, id est spiritus sancti gratiæ susciperẽt nouitatẽ. Hoc ergo pacto operatio uirtutis dei patris, & filij indiscrete super omnẽ pertendit creaturã: spiritus sancti uerò par
1. Cor. 12 ticipationẽ à sanctis tantũmodo haberi inuenimus. Propter quod dicit, Nemo potest dicere dominũ Iesum nisi in spiritu sancto. Et uix aliquãdo ipsi angeli digni habent audire: Accipietis uirtutẽ superueniẽtis spiritus sancti in uos. Propter quod & cõsequens
Act. 1 puto, quia qui peccauerit quidẽ in filium hominis uenia dignus est: pro eo quod is qui uerbi dei rationis est particeps, si desinat rationabiliter uiuere, uidet in ignorãtiã & stulticiam decidisse, & propter hoc ueniã promereri: Qui autẽ dignus iam habitus est sancti spiritus participatione, & retrò fuerit cõuersus, hic re ipsa & opere blasphemasse dicitur in spiritum sanctum. Sanè ne quis existimet nos ex eo quod diximus spiritum sanctum solis sanctis præstari, patris uerò & filij beneficia uel inoperationes peruenire ad bonos & malos, iustos & iniustos: prætulisse per hoc patri & filio spiritum sanctum, uel maiorem eius per hoc asserere dignitatem: quod utique ualde inconsequens est. Proprietatem nanq; gratiæ eius operisq; descripsimus. Porrò autem nihil in trinitate maius minus'ue dicendum est, quum unius diuinitatis fons uerbo ac ratione sua

teneat

teneat uniuersa, spiritu uerò oris sui quæ digna sunt sanctificatione sanctificet, sicut in psalmo scriptũ est: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorum. Psal. 32

Est etiã quædam inoperatio dei patris præcipua præter illã quam omnib. ut essent naturaliter præstitit. Est & domini Iesu Christi præcipuũ quoddam ministerium in eos quibus naturaliter ut rationabiles sint confert, per quod ad hęc quæ sunt, præstatur eis ut bene sint. Est & alia quoq; etiã spũs sancti gratia quæ dignis præstatur, ministrata quidem per Christũ, inoperata autem à patre secundũ meritum eorum qui capaces efficiuntur. Quod manifestissimè indicat apostolus Paulus, unam eandemq; uirtutem trinitatis exponens in eo cùm dicit: Diuisiones sunt donorũ, uel donationũ, idem autem spiritus: & diuisiones sunt ministeriorũ, idem autem dominus: & diuisiones operationum sunt, idem autem deus qui operat̃ omnia in omnibus. 1. Cor. 12

Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus secundũ id quod expedit. Ex quo manifestissimè designat̃ quod nulla est in trinitate discretio, sed hoc quod donum spiritus dei ministratur per filium, & inoperat̃ per deum patrem. Omnia autẽ operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. His igitur de unitate patris, & filij, & spũs sancti protestatis, redeamus nũc ad eum ordinẽ quem disserere cœperamus. Deus pater omnibus præstat ut sint: participatio uerò Christi secundũ id quod uerbum uel ratio est, facit ea esse rationabilia. Ex quo cõsequens est ea uel laude digna esse, uel culpa, quia uirtutis & malitiæ sunt capacia. Propter hoc consequenter adest etiam gratia spiritus sancti, ut ea quæ substantialiter sancta non sunt, participatione ipsius sancta efficiãtur. Cùm ergo primò ut sint, habeãt ex deo patre, secũdò ut rationabilia sint, habeãt ex uerbo, tertiò ut sint sancta, habeãt ex spũ sancto: rursum Christi, secundũ hoc quod iustitia dei est, capacia efficiuntur ea quæ iam sanctificata antè fuerint per spiritũ sanctum: & qui in hunc gradum proficere meruerint per sanctificationẽ spiritus sancti, consequentur nihilominus donum sapientiæ secundũ uirtutem & inoperationem spiritus dei. Et hoc puto Paulum dicere cùm ait, quibusdam dari sermonẽ sapientiæ, alijs sermonem scientiæ secũdum eundem spiritum. Et designans unam quãq; discretionem donorum, refert omnia ad uniuersitatis fontem, & dicit: Diuisiones sunt inoperationũ, sed unus deus qui operat̃ omnia in omnibus. Ibid.

Vnde & inoperatio patris quæ præstat omnib. clarior ac magnificentior inuenitur, cùm unusquisq; per participationẽ Christi secundum id quod sapientia est, & secundũ id quod scientia est, & sanctificatio est, proficit, et in altiores profectuũ gradus uenit: & per hoc quod participatione sancti spiritus factus est quis purior, atq; synceríor, effectus dignos recipit sapientiæ, ac scientiæ gratiã, ut depulsis omnibus, expurgatisq; pollutionis atq; ignorantiæ maculis, tantùm profectũ synceritatis ac pietatis accipiat: ut hoc quod accepit à deo ut esset, tale sit quale deo dignũ est, eo qui ut esset purè præstiterit ac perfectè, ut tam dignum sit id quod est, q̃ est ille qui id esse fecit. Ita nanq; & uirtutem semper atq; in æternũ manere perciperet à deo qui talis est, qualem esse uoluit ille qui fecit. Quod ut accidat, atq; indesinẽter atq; inseparabiliter adsint, & qui est, & ea quæ ab ipso facta sunt, sapere id opus est instruere, atq; erudire ea, & ad perfectionem perducere ex spũs sancti cõfirmatione, atq; indesinenti sanctificatione per quam solum deum capere possunt. Ita ergo indesinenti erga nos opera patris, & filij, & spiritus sancti per singulos quosq; profectuũ gradus instaurato corde uix fortè aliquando intueri possumus sanctam ac beatã uitam: in qua cùm post agones multos in eam peruenire potuerit, ita perdurare debemus ut nulla utiq; nos boni illius satietas capiat: sed quanto magis de illa beatitudine percipimus, tanto magis in nobis uel dilatentur eius desideria, uel augeãtur, dum semper ardentius patrem, & filium ac spiritũ sanctum, uel capimus, uel tenemus. Si autem aliquando satietas cepit aliquem ex his qui in summo perfectoq; constiterint gradu, non arbitror quòd ad subitum quis euacuetur, ac decidat: sed paulatim, & per partes defluere eum necesse est: ita ut fieri possit interdum, ut si breuis aliquis lapsus acciderit, & citò resipiscat, atq; in se reuertatur, non penitus ruere, sed reuocare pedem, & redire ad statum suum, & rursum statuere possit id quod per negligentiam fuerat lapsum.

De diminutione uel lapsu. Cap. IIII

Tautem istam diminutionẽ,uel lapsum eorũ qui se negligentius egerunt ostendamus,& similitudine alicuius exempli uti non uidetur absurdũ.Igi
V tur si sit aliquis qui peritia uel arte (uerbi gratia) geometriæ,uel medicinæ,paulatim fuerit imbutus usquequo uenerit ad perfectũ, multo scilicet tempore institutionibus atq; exercitijs semetipsum informans ut ad integrum supradictæ artis assumeret disciplinã: huic nunquã profectò accidere poterit, ut cùm peritus dormierit,euigilet imperitus. Nec enim ea quæ per læsionem aliquam uel debilitatẽ accidunt,in medium adducere aut cõmemorare nos conuenit.Neq; enim similitudini propositæ exemploq; conueniunt. Secundũ ergo id quod proposuimus, geometres ille,uel medicus donec exercet se in meditationibus artis suæ, & rationabilibus institutis,permanet apud eum etiã scientia disciplinæ. Si uerò dissimulet ab exercitijs,& negligat ab industria,paulatim primò per negligentiã pauca excidunt,tum deinde etiam plura, & ita permultũ abeunt omnia in obliuionẽ, atq; uniuersa ex memoria penitus abolentur.Potest sanè fieri,ut cùm decidere ab initio cœpit,& parua adhuc corrumpi negligentia,si resuscitet, & citius in semetipsum reuertat,repetat ea quæ adhuc nuper amissa sunt,& recolat ea quæ ab eo fuerãt tenui abolitione sublata. Trãsferamus nunc hoc ad eos qui se dei scientiæ ac sapientiæ dederunt, cuius conditio atq; industria incõparabilibus omnino reliquas disciplinas supereminet modis, secundum propositæ similitudinis formam: uel quæ sit assumptio scientiæ, uel quæ sit eius abolitio contẽplemur:maximè cùm audiamus ab Apostolo,cùm de perfectis dicitur, quod facie ad faciẽ gloriam domini ab interioribus reuelationibus speculabunt. Verùm nos uolentes diuina in nos beneficia demõstrare, quæ nobis per patrem & filiũ & spiritum sanctũ præbentur, quæ trinitas totius est sanctitatis fons,excessu quodã etiam hoc dicimus,& sermonẽ de anima qui inciderat,strictim licet cõtingendũ putauimus,uicinum utputa locum de natura rationabili differẽtes. Opportunius tamen in eo loco proprio de omni rationabili natura quæ in tria genera speciesq; distinguitur, deo nobis per Iesum Christum & sanctum spiritum concedente,disputabimus.

2.Cor.3

De rationalibus naturis. Cap. V.

Ost eam dissertionẽ quam de patre, & filio,& spiritu sancto quantũ ualuimus,breuiter digessimus, cõsequens est etiã de naturis rationabilibus,ac
P de speciebus earũ, & ordinibus, uel officijs tam sanctarum q; etiam malignarum uirtutũ,sed & de his qui inter has bonas & malas medij quidam sint, & ut hic in agone atq; in certamine positi, pauca disserere (quãplurima namq; in sanctis scripturis inueniemus) ordinũ quorundam atq; officiorũ tam sanctorum q; etiam contrariorũ nomina prius proponentes. Tunc deinde quid sibi uelit horũ significatio, pro uirilibus nostris discutere pertentabimus. Sunt quidã sancti angeli dei,quos Paulus ministeriales spiritus appellat, ad ministerium destinatos,propter eos qui hæreditatẽ capiunt in salutem. Apud ipsum quoq; sanctũ Paulum inueni-
Heb.1
Thronos. mus, nescio unde sumentem, cognominantẽ tamen quasdam sedes & dominationes, & principatus,& potestates: & post enumerationẽ horum,uelut alia adhuc quædã rationabilia officia atq; ordines esse sentiens præter eos quos suprà dixerit, ait de Saluatore:Qui est super omnem principatũ,& potestatem,et uirtutem,& dominationem,et omne nomen quod nominatur non solũ in hoc seculo, sed etiam in futuro. Ex quo uidelicet ostendit esse quædam præter hęc quæ cõmemorauit,quæ nominentur quidem in hoc seculo,non tamen ab ipso enumerata fuerint,fortè nec ab alio aliquo intellecta: esse uerò alia quæ in hoc seculo quidem non nominentur, tamen nominabuntur.

Tunc deinde sciendũ est,quia omne quod rationabile est,& ratio in terminos statutaq; declinat,sine dubio per præuaricationem recti iustiq; efficitur in peccato. Est ergo omnis creatura rationabilis laudis & culpæ capax. Laudis, si secundũ rationẽ quã in se habet,ad meliora proficiat. Culpæ,si rationẽ recti, tenorẽq; declinet,propter quod rectè etiã pœnis & supplicijs subiacet. Quod etiã de ipso diabolo,& his qui cũ ipso sunt, & dicunt eius angeli,sciendũ est.Exponendæ tamen sunt etiam appellationes eorum,

ut scia-

ut sciamus quę sint ista de quibus sermo nobis mouendus est. Diaboli igit̃ nomẽ & Satanæ, & maligni in multis scripturæ locis designatur, qui & inimicus Dei esse describitur. Necnõ & quidã angeli diaboli nominant̃, sed & principes mundi huius, qui utrũ ipse sit diabolus, an alius quis, nõdũ manifeste declaratũ est. Principes quoq; huius mũdi quidẽ dicuntur sapientiã quandam habẽtes quę destruetur: sed utrum isti sunt principes illi qui sunt principatus aduersus quos nobis est colluctatio, an alij sunt, nõ facile mihi ab aliquo pronunciandũ uidet̃. Post principatus aũt & potestates quædã nominant̃ aduersus quas colluctatio nobis est, & agon gerit̃: scilicet aduersus principes mũdi & rectores tenebrarũ harum: quæ etiã spiritalia malitiæ in cœlestibus ab ipso Paulo nominantur. Quid aũt dicendũ est etiã de spiritibus malignis, & dæmonibus immundis qui in euangelijs nominant̃? Tũ deinde, appellant̃ quædã enim simili nomine cœlestia. Sed quæ dicunt̃ genu flectere, uel esse flexura in nomine Iesu, sed & terrestria & inferna quæ per ordinẽ Paulus enumerat, in loco sane in quo de rationalibus naturis disseremus, reticere nõ cõuenit, cũ de nobis quidẽ hominibus qui utiq; rationabile animal esse dicimur, pertractabimus. Sed ne illud quidẽ ociose prætereundũ est, q; etiã de nobis ipsis hominibus diuersi quidẽ ordines nominant̃, cũ dicitur: Pars domini populus eius Iacob, funiculus hæreditatis eius Israel. Pars autẽ angelorũ dicuntur cæteræ nationes: quoniã quidẽ cum diuideret excelsus gentes, & dispergeret filios Adam, statuit fines gentiũ secundũ numerum angelorũ dei. Et idcirco cũ cæteris irrationalibus naturis etiã humanæ animę ratio peruidẽda est. Philip. 2

Igitur tot & tantis ordinum officiorumq; nominib. cognominatis, quibus certũ est subesse substãtias, requirendũ est utrũ cõditor & creator omniũ deus, quosdã quidem ex his ita fecerit sanctos ac beatos, ut nihil possint recipere omnino contrariũ: & quosdã ita fecerit, ut possint tam uirtutis q; malitiæ esse capaces: aut si putandũ est quod alios ita fecerit, ut omnino incapaces sint ad uirtutẽ, & alios maliciam quidem nequaquam posse recipere, solummodo aũt posse in beatitudine permanere: alios uero tales qui possint utraq; recipere. Vt autẽ ex ipsis nominibus prima nobis inquisitio moueatur, cõsideremus si sancti angeli ex quo sunt, semper sancti fuerũt, & sancti sunt, sanctiq; erũt, & neq; receperunt unquam, neque recipere potuerunt peccati locum. Tum deinde etiam hi qui sancti principatus appellantur, cõsideremus si statim ut creati à deo sunt, principatũ exercere cœperũt in aliquos qui eis essent subiecti. Similiter autem & quæ appellantur potestates, utrũ tales & in hoc ipsum creatę sunt ut exercerent potestatẽ, an meritũ aliquod istud est & præmiũ uirtutis, per quod ad potestatẽ istã dignitatemq; uenerunt. Necnon & hi qui throni dicunt̃, uel sedes: an istã beatitudinis sedem stabilitatẽq; simul cũ substãtiæ suæ prolatione meruerint, an ex uolũtate sola hæc possideãt creatoris. Vel quæ appellant̃ dominationes, hæ si quod dominantur, nõ per facti sui meritũ eis fuerit additũ, sed de cõditionis prærogatiua donatũ sit, & ideo sit ab eis inseparabile quodãmodo, ac naturale. Quod utiq; si ita recipiamus, ut putent̃ sancti angeli, & sanctæ potestates, & beatę sedes, glorioseq; uirtutes, & magnificæ dominationes substãtialiter potestates istas ac dignitates gloriasq; possidere: cõsequens sine dubio uidebit̃ etiã ea quæ in cõtrarijs officijs nominata sunt, ad hũc modũ intelligi debere: ut principatus illi aduersus quos nobis est colluctatio, illud ipsum obluctãs ac resistẽs omni bono propositũ nõ postmodũ recepisse declinãtes à bono per arbitrij libertatẽ, sed cũ ipsis simul substãtialiter extitisse: similiter etiã potestates & uirtutes, nec esse in eis minorẽ substãtia sua malitiã posteriorẽ. Illos quoq; mũdi tenebrarũ rectores, & principes appellauit, eo quod principatus, & q; obtinẽt tenebras, nõ ex peruersitate, ppositi, sed ex cõditionis necessitate dicũtur descẽdere. Eadẽ quoq; de spiritalib. nequitiæ, & de spiritibus malignis, & dæmonibus immũdis cõsequẽtię ipsius ratio coget intelligi. Quod si id de malis, cõtrarijsq; uirtutibus intelligi uidetur absurdũ, sicut certe absurdũ est, ut causa malitiæ ipsarũ remota ab arbitrij sui proposito cõditori earũ necessario ascribatur: quõ non etiã de bonis sanctisq; uirtutibus cogimur similia cõfiteri, id est quia nõ substãtiale sit in ipsis bonũ, qd̃ utiq; in solo Christo & in spiritu sancto euidẽter esse ostendimus, sine dubio utiq; & in patre. Nõ em̃ trinitatis natura habere aliquid cõpositionis ostẽsa est, ut hęc ei cõsequẽter uideantur accidere. Vnde supereſt ut omnis creatura sui operis, suorumq; motuũ

fuerit

fuerit, quod uirtutes iſtæ quæ uel principatũ agere in alijs, uel poteſtatem exercere, uel dominationẽ uideantur, ex merito, & non per conditionis prærogatiuã prælatæ ſint & ſuperpoſitæ his quibus præeſſe, uel in quos poteſtatẽ exercere dicuntur. Sed ne de tantis ac tam difficilib. rebus cõſequentiæ ſolius ratione inuitati uideamur aſſerere, atq; ex coniecturis tantũmodo in aſſenſum cogere auditores, uideamus ſi quid etiã de ſcripturis ſanctis poſſumus aſſertionis aſſumere, quarũ autoritate hæc credibilius aſtruant. Et primùm quidem de malis uirtutibus quid ſancta ſcriptura contineat, proferamus, tum deinde etiam de cęteris inueſtigabimus, ſecundũ quod dominus nos fuerit illuminare dignatus, ut in rebus tam difficilibus quid magis ueritati ſit proximũ, uel quid ſecundũ pietatis regulam opinandũ ſit, conſequamur. Inuenimus nanq; in Ezechiele prophęta duas quaſdam prophetias ſcriptas eſſe ad principẽ Tyri, quarum prima fortaſſe uidebitur alicui antequã audiat & ſecundã, dici de homine aliquo qui princeps fuerit Tyriorum. Et ideo nos interim nihil de prima illa ſumemus: Secunda uerò quoniam euidentiſſimè talis eſt, ut nihil prorſus de homine, ſed de uirtute aliqua ſuperiori intelligi debeat, quæ delapſa fuerit à ſuperioribus ad inferiores, & ad deteriora deiecta, ex ipſa deferemus exemplũ: ex quo manifeſtiſſimè demonſtrẽ contrarias iſtas magnasq; uirtutes nõ natura tales eſſe cõditas, uel creatas, ſed de melioribus ueniſſe in peius, atq; in deterius eſſe cõuerſas: beatas quoq; illas uirtutes nõ eſſe talis naturę quæ contrariũ recipere nõ poſſit ſi uelit, ac negligat, & ſtatus ſui beatitudinẽ non omni cautela cuſtodiat. Si enim is qui dicitur princeps Tyri, referẽ quia inter ſanctos erat, & immaculatus erat, & in paradiſo dei cõſtitutus, corona quoq; decoris & plenitudinis exornatus, is qui talis erat quomodo aliquo ſanctorũ inferior putandus eſt? Corona enim decoris & pulchritudinis ipſe fuiſſe, & in paradiſo dei ambulaſſe immaculatus deſcribit: & quomodo ab aliquo putari ſolet q; iſte talis nõ unus fuerit de illis ſanctis beatisq; uirtutibus, quas uti que in beatitudine poſitas, nõ alio q; tali honore præditas eſſe credendũ eſt? Sed uideamus tandẽ quid etiam ipſa prophetica uerba nos doceãt. Et factus eſt, inquit, ſermo
Ezech. 28 domini ad me, dicens: Fili hominis accipe lamentũ ſuper principẽ Tyri, & dic ei, Hæc dicit dominus deus: Tu ſignaculum ſimilitudinis, & corona decoris in delicijs paradiſi fuiſti: omni lapide uel gẽma bona exornatus es, & indutus Sardio, & Topazio, & iaſpide, argento & auro inſertus, & Achate, amethyſto, & chryſolitho, & beryllo, & onychio, auro q; repleſti theſauros tuos, & promptuaria tua in temetipſo. Ex qua die creatus es cum Cherubim poſui te, in monte ſancto dei fuiſti, in medio lapidũ igneorũ fuiſti immaculatus tu in diebus tuis, ex qua die creatus es tu, donec cõminuendæ ſunt iniquitates in te ex multitudine negociationis tuæ. Repleſti iniquitate prõptuaria tua, & peccaſti, & uulneratus es, & à monte dei eieci te Cherub de medio lapidũ igneorũ: & elatũ eſt cor tuũ in decore tuo. corrupta eſt diſciplina tua cum multitudine tua propter multitudinẽ peccatorũ tuorũ, & iniquitatũ tuarũ, & negociatione tua polluiſti ſancta tua. Et educã ignẽ de medio, & comedet te, & dabo te in cinerẽ ac fauillã ſuper terrã in conſpectu omnium uidentiũ te, & omnes qui ſciebant in gentibus, mœrebunt te. Perditio effectus es, & non ſubſiſtes ultra in æternũ tempus. Hæc cùm ita dicta ſint, quis eſt qui audiens, Signaculũ ſimilitudinis, & corona decoris in delicijs paradiſi fuiſti: uel audiens q; ex quo creatus es tu cum Cherubim poſui te in monte ſancto dei: ultra ſenſum ſuũ poterit relaxare, ut de aliquo hominũ, uel ſanctorũ, nõ dicã Tyri principe hæc dicta eſſe ſuſpicẽ? aut quos lapides igneos putabit, in quorũ medio ab eo aliquis conuerſari poterit? Aut qs immaculatus ab ipſa die qua creatus eſt, intelligi poterit, in quo poſtea aliquãdo iniuſtitiæ in ipſo inuẽtæ ſint, & tũc in terrã proiectus eſſe dicat? Quod utiq; ſignificat, quia de eo dicit, qui cùm non eſſet in terra, in terrã proiectus eſt: cuius etiam ſancta polluta eſſe dicunt. Hæc quidẽ de principe Tyri ex propheta Ezechiele quæ in aduerſariã uirtutem referuntur, oſtendimus, per quæ manifeſtiſſimè demonſtratur quod ſancta uirtus hæc fuerit & beata, de qua beatitudine ex quo in ea inuenta eſt iniquitas, ruerit, in terrãq; demerſa eſt, & non per naturã conditionemq; talis extiterit.

Arbitrant ergo dici hoc de Angelo quodam, qui Tyriorũ gentis diſpenſandę ſit ſortitus officiũ, cui etiã animæ eorũ procurãdæ uident eſſe cõmiſſæ. Quam ſanè Tyrũ, uel quas Tyriorũ animas ſentire debeamus: utrũ hanc quæ in Phœnices prouinciæ regio-

nibus

nibus sita est, an aliam aliquã cuius hæc quã in terris nouimus, forma est: & animas Tyriorum utrum horũ, an eorum qui domestici sunt illius Tyri quæ spiritaliter intelligit, in hoc loco non uidetur requirendũ: ne fortè uelut in transitu de tantis & tam absconditis rebus uideamur inquirere, quod utique proprium uel opus exigit uel laborem.

Esa. 14

Rursum tamen etiã de alia uirtute cõtraria ab Esaia propheta talia quædã docemur. Ait enim: Quomõ descendit de cœlo Lucifer, qui mane oriebat? contractus est, & collisus in terrã qui immittebat ad omnes gentes? Tu uerò dixisti in corde tuo: Ascendam in cœlũ, super stellas cœli ponam meum thronũ, sedebo in mõte excelso super omnes excelsos qui sunt in aquilone, ascendã super nubes, ero similis altissimo. Nunc autẽ in infernũ demergeris, & in fundamenta terræ. Qui te uiderint admirabuntur super te, & dicent: Hic est homo qui exacerbabat totam terrã, qui mouebat reges, qui fecit uniuersum orbẽ desertũ, qui urbes destruxit, nec eos quin in uinculis sunt, resoluit. Omnes reges gentiũ dormierunt in honore, unusquisq; in domo sua: tu uerò proiscieris in montibus sicut mortuus & execrabilis cũ multis mortuis qui trãsfossi sunt gladijs, & descenderunt in infernũ. Sicut uestimentũ sanguine concretum & infectũ non erit mundum, ita nec tu quidem eris mundus pro eo quod terrã meam perdidisti, & populum meum occidisti, nõ manebis in æternũ tempus. Semen pessimũ præpara filios tuos ad interfectionem pro peccatis patris tui, ne resurgant, & terrã hæreditate possideãt, & repleant terram bellis, & insurgã in eos, dicit dominus Sabaoth, & deperire faciam nomen ipsorum, reliquias, & semen eorum. Manifestissime ergo per hæc ostenditẽ cecidisse de cœlo is utiq; qui prius erat Lucifer, & qui mane oriebat. Si enim (ut putant) aliqua natura tenebrarũ erat, quomodo antè fuisse lucifer dicitur? uel quomodo poterat oriri mane qui nihil in se habebat ex luce? Sed Saluator docet nos de diabolo dicens: Ecce uideo satanã cecidisse de cœlo sicut fulgur. Lux enim erat aliquando. Sed & dominus noster qui ueritas est glorioso aduẽtus potentiã nihilominus fulguri cõparauit dicens: Sicut enim fulgur à summo cœlo fulget usq; ad summũ eius, ita erit aduentus filij hominis. Et nihilominus hunc fulguri cõparat, & dicit eum cecidisse de cœlo: ut ostenderet per hoc fuisse & ipsum aliquãdo in cœlo & habuisse locũ inter sanctos, & participasse de hac luce, de qua oẽs sancti participãt, ex qua angeli lucis efficiunt, & Apostoli mundi dicunt à domino. Hoc ergo modo erat iste lux aliquãdo antequ præuaricaretur & caderet in hunc locũ, & gloria eius conuerteret in puluerem, quod est propriè impiorũ, sicut & Propheta dicit: ex quo & princeps huius mundi, id est terrenæ habitationis appellatus est: principatũ nanq; egit in eos qui eius malitiæ obsecuti sunt, quõ quidem totus hic mundus (mundum autem nunc terrenũ istum appello locum) in maligno positus est, & in hoc apostata. Quod autem apostata sit iste, id est refuga, etiam dominus in Iob ita dicit: Educes autem draconem in hamo apostatã, id est refugam. Certum est aũt quia draco ipse diabolus intelligitur. Si ergo cõtrariæ uirtutes refugæ nominant, & immaculatæ fuisse aliquando dicunt, immaculatũ autem esse præter patrẽ & filium & spiritum sanctum nulli substãtialiter inest, sed sanctitas in omni creatura accidens res est: quod autẽ accidit, & decidere potest: & istæ uirtutes contrariæ immaculatę aliquando fuerunt, & inter illas utiq; fuerunt quæ adhuc immaculatæ permanẽt. Per hoc ostenditnecq; substantialiter, uel naturaliter esse aliquid immaculatũ, necq; substantialiter pollutum: & per hoc consequens est in nobis esse, atq; in nostris motibus, ut uel beati & sancti simus, uel per desidiã & negligentiã à beatitudine in malitiam & perditionẽ uergamus: intantũ ut unus perfectæ (ut ita dixerim) malitiæ si peccatũ suum neglexerit, usq; ad eum statum deueniat, ut ea quæ dicitur, contraria uirtus efficiatur.

Iob. 40

Tit. 3

De fine uel consummatione Cap. VI.

Finis uel cõsummatio rerum perfectarũ consummatarumq; uidetur esse iudicium. Quæ res etiã nos in hoc loco cõmonet, quod ad hæc tam ardua & difficilia intelligẽda, si quis ille est qui legẽdi horũ, & talia cognoscẽdi desiderium cœperit, perfectũ & eruditum sensum debet adhibere: ne fortè si aut nullũ usum in huiuscemodi quæstionib. habuerit, uana quædã hæc illi & superflua uideantur: aut si iam præiudicatũ & præuentũ animũ gerit, hæretica hæc & con-

& contra fidem catholicã putet, non tam ratione conuincens, quàm animi sui præiudicio definiens. Quæ quidẽ à nobis etiam cum magno metu & cautela dicũtur, discutientibus magis & pertractãtibus quàm pro certo ac definito statuentibus. Indicatũ nanq; à nobis in superioribus est, de quibus manifesto dogmate terminandũ sit, quod & pro uiribus nos fecisse puto, cùm determinatè loqueremur. Nunc autem disputandi specie magis q; definiendi prout possumus, exercemur. Finis ergo mundi & consummatio dabit̃, cùm unusquisq; pro merito peccatorũ etiam pœnis subijciet̃: quod tempus deus solus agnoscit, quando unusquisq; quod meret̃, expendet. In unũ sanè finem putamus quod bonitas dei per Christũ suum uniuersam reuocet creaturã, subactis & subditis etiam inimicis. Sic enim dicit sancta scriptura: Dixit dominus domino meo, sede à dextris meis. Donec ponã inimicos tuos, scabellũ pedum tuorũ. Quod si minus nobis manifestũ est, quid in hoc indicet propheticus sermo, ab Apostolo discamus apertius dicente, quod oportet Christũ regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedib. suis: quod sanè ista quidẽ Apostoli tam aperta sententia satis nos edocuit. Quid sit inimicos poni sub pedibus, audi adhuc eum in cõsequentibus. Oportet enim ei omnia esse subiecta. Quę ergo est subiectio qua Christo debent esse omnia subiecta? Ego arbitror qa hæc ipsa qua nos quoq; optamus ei esse subiecti, qua subiecti ei sunt & apostoli, & oẽs sancti qui secuti sunt Christũ. Subiectionis enim nomen qua Christo subijcimur, salutẽ quę à Christo est, indicat subiectorũ: sicut et Dauid dicebat, Nõne deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Talem igit̃ finem uidentes, cùm omnes inimici subiecti erunt Christo, & cùm nouissimus inimicus destruet̃ mors, & cùm tradet̃ à Christo cui omnia subiecta sunt, regnũ deo patri, ab isto inquã tali fine rerum contemplemur initia. Semper enim similis est finis initijs: et ideo sicut unus omniũ finis, ita unũ omnium intelligi debet initiũ: & sicut multorũ unus finis, ita ab uno initio multæ differentiæ ac uarietates, quæ rursum per bonitatẽ dei & subiectionẽ Christi, atq; unitatem spiritus sancti in unũ finem qui sit initio similis reuocantur: omnes scilicet hi qui in nomine Iesu genu flectẽtes, per hoc ipsum subiectionis suæ insignia declararunt, qui sunt cœlestiũ, terrestrium & infernorũ: in quibus tribus significationibus omnis uniuersitas indicatur: hi uidelicet qui ab illo uno initio pro suis unusquisq; motib. uariè acti per diuersos ordines pro merito dispensati sunt. Nõ enim in his bonitas substãtialiter inerat, sicut in deo & Christo eius, & in spiritu sancto. In hac enim sola trinitate, quæ est autor omniũ, bonitas substantialiter ineſt: cæteri uerò accidentem eam ac decidentem habent, & tunc sunt in beatitudine, cũ de sanctitate ac sapientia & de ipsa diuinitate participãt. Si uerò ab huiusmodi participatione negligãt atq; dissimulent, tũc uitio propriæ desidiæ alius citius, alius tardius, plus alius, alius minus, ipse sibi causa sui lapsus uel casus efficit̃. Et quõ ut dicimus, casus iste uel lapsus quo de statu suo quisq; declinat, quãplurimam in se habet diuersitatẽ pro mentis ac propositi motibus, quod alius leuius, alius grauius ad inferiora declinat, in hoc iam iustũ iudiciũ dei prouidentiæ, ut unicuiq; secundum diuersitatem motuũ pro merito sui decessus & cõmotionis occurrat. Ex his sanè qui in illo initio permãserũt, quod futuro fini simile esse describimus; quidam ex ipsis uel ordinatione ac dispensatione mundi, ordinem angelicũ sortiuntur, alij uirtutum, alij principatuũ, alij potestatum, quo in eos uidelicet exerceãt potestatẽ, qui habere super caput indigent potestatẽ: alij thronorum ordinem, id est iudicãdi uel regendi eos qui hoc indigẽt, habentes officiũ: alij dominationũ, sine dubio super seruos: quę omnia eis pro merito & profectib. suis quibus in dei participationẽ immutationemq; profecerãt, æquo iustoq; iudicio diuina cõtulit prouidentia. Hi uerò qui de statu primæ beatitudinis moti quidẽ sunt, nõ tamẽ irremediabiliter moti, illis quos suprà descripsimus sanctis beatisq; ordinibus subiecti sunt ad regendũ: quorũ adiutorio usi, & institutionibus ac disciplinis salutarib. reformati, redire ac restitui ad statũ beatitudinis possunt. Ex quibus existimo, prout ego sentire possum, hunc ordinẽ humani generis institutum, qui utiq; in futuro seculo, uel superuenientibus seculis, cùm cœlũ nouum & terra noua secundũ omnes iam cœperit, restituetur in illam unitatẽ quam promittit dominus Iesus dicens ad deũ patrem pro suis discipulis: Non pro istis rogo solũ, sed pro omnibus qui crediturí sunt per uerbũ eorum in me, ut omnes unum sint, sicut ego in te pater, &

Non asseuerat.

Psal. 110

Psal. 61

Ab hac opinione non omnino dissentit Ambrosius, enarrans cap. epist. ad Ephe. 3. Nec abhorret Hieron. exponens psal. 23

ter,& tu in me,& iſti in nobis unum ſint,Et iterũ ubi ait: Vt ſint unum, ſicut & nos unum Ioan.17
ſumus,ego in ipſis,& tu in me, ut ſint & ipſi cõſummati in uno. Et ſicut confirmat nihilo
minus Paulus apoſtolus dicens: Donec occurramus omnes in unitate fidei in uirũ perfe Eph.4
ctum,& in mẽſura ætatis plenitudinis Chriſti.Et ſicut idem apoſtolus iam eos etiã in prę
ſenti uita in eccleſia poſitos,in qua utiq; futuri regni eſt forma, ad hanc eandem unitatis
ſimilitudinem cohortat dicens: Vt eadẽ dicatis omnes,& nõ ſint in uobis ſchiſmata,ſitis 1.Cor.1
aũt perfecti in uno eodẽq; ſenſu, atq; in una eadẽq; ſententia. Sciendum tamen eſſe Nota.
quoſdã, qui ex uno principio quod ſuprà diximus, delapſi ſunt in tantam indignitatẽ ac
malitiã,ut indigni habiti ſint inſtitutione hac, uel eruditione qua per carnẽ humanũ ge-
nus adiutorio uirtutum cœleſtiũ inſtituit atq; eruditur,ſed econtrario etiã aduerſarij atq;
repugnantes his qui eruduntur atq; imbuuntur,exiſtunt. Vnde & agones quoſdã atq; cer
tamina omnis hæc habet uita mortaliũ,reluctantibus ſcilicet & repugnãtibus aduerſum
nos his ſine ullo reſpectu qui de ſtatu meliori dilapſi ſunt,qui appellãt diabolus & ange
li eius,cæteriq; ordines malitiæ,quos Apoſtolus de uirtutibus contrarijs nominauit.Iam
uero ſi aliqui ex his ordinibus qui ſub principatu diaboli agunt,ac malitię eius obtempe
rant,poterunt aliquãdo in futuris ſeculis conuerti ad bonitatẽ, pro eo quod eſt in ipſis li
beri facultas arbitrij: an uero permanens & inueterata malitia uelut in naturã quandã ex
conſuetudine conuertatur,etiã tu qui legis probato,ſi omnimode neq; in his quę uiden-
tur temporalibus ſeculis,neq; in his quæ nõ uidentur,& ęterna ſunt, penitus pars iſta ab il
la etiam finali unitate,atq; conuenientia diſcrepabit. Interim tam in his quæ uidentur, Caute lege.
& temporalibus ſeculis, q̃ in illis quæ non uidentur & æterna ſunt, omnes iſti pro ordine,
pro ratione,pro modo & meritorũ dignitatibus diſpenſantur:ut alij in primis,alij in ſecun
dis,nõnulli etiam in ultimis tẽporibus,& per maiora ac grauiora ſupplicia, necnõ & diu
turna,ac multis(ut ita dicã)ſeculis tolerata aſperioribus emẽdationib.reparati & reſtitu
ti eruditionibus primo angelicis, tum deinde etiam graduũ uirtutibus, & ſic per ſingula
ad ſuperiora prouecti uſq; ad ea quæ ſunt inuiſibilia & æterna perueniãt, ſingulis uidelicet quibuſq; cœleſtium uirtutũ officijs quadã eruditione in ſpecie peragratis.Ex quo,ut
opinor,hoc conſequẽtia ipſa uidet oſtendere,unãquamq; rationabilem naturã poſſe ab
uno in alterũ ordinẽ tranſire, & per ſingulos in oẽs, & ab omnibus in ſingulos peruenire,dum acceſſus profectuũ defectuũue uarios pro motibus uel conatibus propriis unuſquiſq; pro liberi arbitrij facultate perpetiat. Quoniam ſanè uiſibilia quædã dicit eſſe
Paulus & temporalia:alia uero præter hęc inuiſibilia & æterna,quęrimus quomodo hęc
quę uidentur temporalia ſint:utrũ ne pro eo quod nihil omnino poſt hæc erũt in omnibus
illis futuris ſpatijs ac ſeculis,quibus diſperſio illa unius principij, atq; diuiſio ad unũ eun
dem modum ac ſimilitudinẽ reparetur: an pro eo quod habitus quidẽ eorũ quæ uidentur tranſeat,nõ tamen eorum qualitas omnimodè corrumpat.Et Paulus quidẽ uidet id quod 1.Cor.7
poſterius diximus confirmare,cũ dicit:Tranſit enim habitus huius mundi.Sed & Dauid Pſal.101
cum dicit: Cœli peribunt,tu aũt permanes,& omnes ſicut ueſtimentũ ueteraſcent, & ue
lut amictũ mutabis eos,ſicut ueſtimentũ mutabuntur:eadem uidetur oſtendere. Si
enim mutabuntur cœli,utiq; non perit quod mutatur:& ſi habitus mundi tranſit, non o-
mnimode exterminatio,uel perditio ſubſtantiæ materialis oſtendit, ſed immutatio quę-
dam fit qualitatis, atq; habitus transformatio. Eſaias quoq; cum prophetiam dicat,
quia erit cœlum nouum,& terra noua,ſimilem ſine dubio ſuggerit intellectum.Innoua-
tio namq; cœli & terræ,& tranſmutatio huius mundi,& immutatio cœlorum,his ſine du
bio præparabitur,qui per illam uiam quam ſuprà oſtendimus, iter agentes, ad illum finẽ
beatitudinis tendunt,cui etiam ipſi inimici ſubijciendi dicuntur, in quo fine omnia & in
omnibus dicitur eſſe deus.In hoc fine ſi quis materialem naturam,id eſt corpoream, pe-
nitus interituram putet, nullo omnino genere intellectui meo occurrere poteſt quomo Caute lege.
do tot & tantę ſubſtãtiæ uitã agere et ſubſiſtere ſine corporib.poſſunt,cũ ſolius dei,id eſt
patris & filij & ſpiritus ſancti naturæ id proprium ſit,ut ſine materiali ſubſtantia,& abſq;
ulla corporeæ adiectionis ſocietate intelligatur ſubſiſtere.Alius fortaſſe dicet,quoniam
in illo fine omnis ſubſtantia corporalis ita pura erit atq; purgata,ut ætheris in modum &
cœleſtis cuiuſdam puritatis atq; ſyncerităatis poſſit intelligi.Certius tamen qualiter ſe ha
bitura ſit res,ſcit ſolus deus,& ſi qui eius per Chriſtum & ſpiritum ſanctum amici ſunt.

De incorporeis & corporeis. Cap. VII.

Æc quidem quæ superius disseruimus, in generali nobis sermone digesta sunt, per consequentiam magis intellecta q̃ definito dogmate pertractata
N3sseuerat H atq; discussa de rationabilibus naturis, secundũ eum locum quem de patre & filio & spiritu sancto pro nostris uiribus exposuimus. Nunc ergo uideamus quæ sint de quibus disserere in consequentibus conuenit secundũ dogma nostrum, id est secundũ ecclesiæ fidem. Omnes animæ atq; omnes rationabiles naturæ factæ sunt: quoniam quidem omnia à deo per Christũ facta sunt, sicut generaliter
Ioan. 1 Ioannes docet in euangelio, dicens: In principio erat uerbũ, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum. Hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Per species autem & numeros ordinemq; describens ea quæ facta sunt Paulus apostolus differit hoc modo, quo omnia ostẽdit facta esse per Christũ, dicens: Et omnia in ipso creata quæ in cœlis, & quæ in terra, siue uisibilia, siue inuisibilia, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse ante omnes, & ipse est caput. Manifeste ergo in Christo, & per Christum facta esse omnia & creata pronũciat, siue uisibilia, quæ sunt corporalia, siue inuisibilia, quę nõ alia etiam arbitror q̃ incorporeas spiritalesq; uirtutes. Horum autẽ quæ corporea uel incorporea generaliter dixerat, ut mihi uidet, in sequentibus enumerat species, id est sedes, dominationes, principatus, potestates, uirtutes. Hæc aũt à nobis prædicta sint uolẽtibus per ordinem ad inquisitionẽ solis & lunę, uel stellarũ per consequentiam peruenire: utrũ inter principatus haberi cõueniat, p eo quod dicunt in principatũ diei facta, uel noctis: an putanda sint istum solem habere principatũ diei, ac lunã noctis, quos illuminãdo officium gerunt, non tamen sint de illo ordine principatuũ principes. Veruntamen cum dicitur, quia omia per ipsum facta sunt, & in ipso creata sunt omnia, siue quæ in cœlis sunt, siue quæ sunt in terra, non potest dubitari quod etiam ea quæ in firmamento sunt, quod cœlum utiq; appellatur, in quo luminaria ista posita esse dicuntur, inter cœlestia esse nu-
Inquirit. merentur. Cũ deinde omnia facta esse, uel creata, & in his quæ facta sunt, nihil esse quod non bonum malumq; recipiat, atq; utriusq; capax sit, sermo disputationis inuenerit: quo modo putabitur consequens quod etiã nostrorũ quidam de sole & luna, uel de sideribus opinant, ut incõuertibiles sint, & contrarij incapaces? Idq; nonnulli etiam de sanctis angelis, hęretici uero etiã de animabus quę apud illos spiritales naturę appellant, existima-
Inquirit. uerunt. Primo ergo uideamus quid ipsa ratio de sole & luna ac stellis inueniat, si rectum est quod quidam putant, inconuertibilitatis eos esse alienos: & quantũ fieri potest de sanctis scripturis primũ adhibeatur assertio. Iob nãq; ita uidetur ostendere, quod non solum stellæ possunt esse subditæ peccatis, uerumetiã quod mundæ non sint à contagio-
Iob. 25 ne peccati. Ita namq; scriptum est: Stellæ quoq; non sunt mundæ in cõspectu eius. Quod non utiq; de corporis earum splendore sentitur: uerbi causa, ut si diceremus, uestimentũ non est mundum. quod si ita intelligatur, ad conditoris sine dubio reuocatur iniuriam, si quid immundum in splendore earũ corporis accusetur. Si enim per industriam suam, neque lucidius sibi corpus assumere, neq; minus purũ per desidiam poterunt, cur quasi non
Inquirit. mundæ stellæ culpabuntur, siue quæ mundæ sunt laudabuntur? Sed ut hæc manifestius intelligi possint, etiam illud primo debemus inquirere, si animãtia hęc esse & rationabilia intelligi fas est: tum deinde utrum animæ ipsarum pariter cum suis corporibus exiterunt, an anteriores suis corporibus uideãtur: sed & post consummationẽ seculi si intelligendum est eas relaxãdas esse corporibus: & sicut nos cessamus ab hac uita, etiã ipsa & à mundi illuminatione cessabunt. Quamuis hoc inquirere audaciæ cuiusdam uideatur, quãdo tamen captãdæ ueritatis studio prouocamur, quæ possibilia nobis sunt, secundum gratiam spiritus sancti scrutari, & pertentare non uidetur absurdum. Putamus ergo
Inquirit. posse ea per hoc animantia designari, quod & mãdata dicuntur accipere à deo, quod utique non nisi rationabilibus animãtibus fieri solet. Ait ergo: Mandatũ ego omnibus stellis præcepi. Quæ aũt sunt ista præcepta? scilicet ut unũ quodq; astrum suo ordine suisq; cursibus indultę sibi quantitatis splendorem prębeat mundo. Alijs enim qui uocant planetæ, mouentur ordinibus, alijs hi quos Aplaneis uocãt. In quo id manifestissime ostenditur, quod neq; motus illius corporis sine anima effici potest: neq; quæ animantia sint,

possin

possint aliquando esse sine motu. Stellæ uero cũ tanto ordine ac tanta ratione mouean tur, ut in nulla prorsus cursus earum aliquando uisus sit impeditus, quomodo nõ est ultra omnem stoliditatẽ tantum ordinẽ tãtamq; disciplinæ rationis obseruantiam dicere ab irrationabilib. exigi uel expleri? Apud Hieremiã sanè etiã regina cœli luna esse me morat. Quod si animatæ sunt stellæ & rationabiles, sine dubio uidebit inter eas & profectus aliquis & decessus. Hoc em̃ quod ait Iob, Sellæ non sunt mundæ in conspectu eius, talem mihi quendam uidetur indicare intellectum. Iam uero ea quæ animantia esse, & rationabilia, consequentia disputationis inuenit, utrũ cum corporib. pariter animata uideant eo tempore, cũ dicit scriptura: quia fecit deus duo luminaria magna, & luminare maius in principatũ diei, & luminare minus in principatũ noctis, & stellas: an nõ cũ ipsis corporibus, sed extrinsecus factis iã corporibus inseruit spiritũ?

Hier. 44

Non assenerat.

Ego quidẽ suspicor extrinsecus insertũ esse spiritum, sed operæpreciũ uidebitur de scripturis hoc ostendere. Nam per coniecturã facilis assertio esse uidebitur: scripturarũ autẽ testimonio uti difficilius affirmatur. Nam per coniecturas ita possibile est ostẽdi. Si hominis anima quæ utiq; inferior est, dũ hominis anima est, non cum corporibus facta, sed extrinsecus proprie probatur inserta, multo magis eorũ animantium quę cœlestia designant. Nam quãtum ad homines spectat, quomodo cum corpore simul facta anima uidebitur eius qui in uẽtre suũ fratrẽ supplantauit, id est Iacob? aut quõ simul cũ corpore facta est anima, uel plasmata eius qui adhuc in uẽtre matris eius positus, repletus est spiritu sancto? Ioannẽ dico tripudiantẽ in utero matris, & magna exultatione gaudẽtẽ, & se iactantẽ ꝓ eo quod salutatiõis uox Marię ad aures Elizabeth suę matris aduenerat. Quomodo cũ corpore simul facta est & plasmata etiã illius anima, qui ante quam in utero formaretur, notus esse deo dicitur, & antequã de uulua procederet, sanctificatus est ab eo? Ne forte nõ iudicio, nec ꝓ meritis replere aliquos deus uideat spiritu sancto, & sanctificare nõ merito. Et quomodo effugiemus illã uocẽ quæ ait: Nunquid iniustitia est apud deũ? Absit. Vel illud: Nunquid personarum acceptio est apud deum? Hoc enim consequitur eã defensionem, qua animas subsistere simul cũ corporibus asseueratur. Quantum ergo ex cõparatione humani status conijci potest, cõ sequẽs puto multo magis hæc de cœlestibus sentienda, quæ etiã in hominib. ratio ipsa & scripturæ auctoritas uidetur ostendere. Sed uideamus si quam proprie etiam de ipsis cœlestibus significantiã iã apud scripturã sanctam possimus inuenire. Paulus apostolus ait ita, Quoniã, inquit, uanitati creatura subiecta est non uolens, sed propter eũ qui subiecit in spe, quia & ipsa creatura liberabit à seruitute corruptionis in laudẽ gloriæ filiorũ dei. Cui obsecro uanitati creatura subiecta est, uel quæ creatura, uel quomodo non uolens, sed sub qua spe? Quo aũt modo ipsa creatura liberabit à seruitute corruptionis? Sed & alibi ipse Apostolus ait: Nã expectatio creaturæ reuelationẽ filiorũ dei expectat. Et iterum alibi ait: Non solum aũt nos, sed & ipsa creatura cõgemiscit, & parturit usq; nunc. Vnde inquirendũ est quid sit gemitus, uel qui sint dolores eius.

Suspicatur.

Luc. 1

Rom. 9

Putat.

Rom. 8

Et primo ergo uideamus quæ est uanitas cui creatura subiecta est. Ego quidẽ arbitror non esse aliã uanitatem q̃ corpora: nam licet æthereum sit corpus astrorum, tamen est materiale. Vnde & Salomon mihi uniuersam corpoream naturã uelut oneros̃am quo dammodo & uigorẽ spirituũ retardantẽ hoc modo uidetur appellare, Vanitas uanitatũ & omnia uanitas dixit Ecclesiastes. Omnia uanitas: respexi enim, inquit, & uidi uniuersa quæ sub cœlo sunt, & ecce omnia uanitas. Huic ergo uanitati creatura subiecta est, illa præcipue quę utiq; maximum in hoc mũdo obtinet principatũ operis sui: & illa quæ egregia, id est sol & luna & stellæ uanitati subiecta dicunt corporibus indita, atq; ad illuminãdi officium humano generi deputata. Et nõ, inquit, uolẽs creatura hæc uanitati subiecta est. Nõ em̃ uolũtate exhibendũ susc̃epit ministeriũ uanitati, sed quõ uolebat ille qui subijciebat, propter eũ qui subiecit, promittens his qui non uoluntate subdebant, quod expleto magnifici operis ministerio liberabunt ab hac seruitute corruptionis & uanitatis, cũ redemptionis gloriæ filiorũ dei tẽpus aduenerit. Qua spe accepta, & quã promissionẽ complendam sperans uniuersa creatura cõgemiscit nunc interim: utpote etiã affectũ habens erga eos quibus ministrat, cõdolet, per patientiã quę promissa sunt sperans. Intuere etiã illud, si forte aptari potest illa uox Pauli his, qui

Arbitratur.

Eccle. 1

licet non uolentes, pro uolũtate tamẽ eius qui subiecit, & pro repromissione spei uanitati subiecti sunt, qua ait: Optarẽ enim resolui, uel redire, & esse cum Christo: multo enim melius. Et paulo postea quidẽ dicit, Sed permanere in carne magis necessariũ puto ꝓpter uos. Sol uero potest dicere. Permanere aũt puto in hoc cœlesti & lucido corpore magis necessariũ, propter reuelationẽ filiorũ dei. Eadem sanè etiã de luna & stellis sentienda sunt & dicenda. Videamus nunc quæ sit etiã libertas creaturæ, uel quæ absolutio seruitutis. Cũ tradiderit Christus regnũ deo & patri, tunc etiã ista animantia cũ prius regnũ Christi fuerint effecta, simul cũ omni regno etiã patri regenda tradent: ut cũ deus erit in omnibus, etiã ista cum sint ex oĩbus, sit & in istis deus in omnibus.

Philip. 1

De angelis Cap. VIII.

Ímili quoq; ratione etiã de angelis utendũ puto, nec existimãdum quod fortuito accidat, ut illi angelo illud iniungatur officiũ: uerbi gratia, ut Raphaeli, curandi & medendi opus: Gabrieli bellorũ prouidẽtia: Michaeli mortaliũ preces supplicationesq; curare. Hæc eĩ officia ꝓmeruisse eos nõ aliter putandũ est, q; ex suis quẽq; meritis & studijs ac uirtutibus quæ ante mundi huius cõpagẽ gesserint: suscepisse tamẽ deinde in archãgelico ordine illud uel illud officij genus unicuiq; deputatũ: alios uero in angelorũ ordine meruisse describi, & agere sub illo uel illo archãgelo, uel illo duce, uel principe ordinis sui. Quæ oĩa (ut dixi) non fortuito atque indiscrete, sed aptissimo & iustissimo dei iudicio ordinata sunt, & ꝓ meritis dispositа ipso iudicãte et probãte: ut illi quidẽ angelo Ephesiorũ comiti ecclesia debeat, illi uero alij Smyrnensiũ, & ille quidẽ angelus ut sit Petri, alius uero ut sit Pauli: tũ demũ per singulos minimorũ qui sunt in ecclesia, qui uel qui conscribi singulis debeant angeli, qui etiã quotidie uideant faciem dei, sed & quis debeat esse angelus qui circũdet in circuitu timentiũ deum. Quæ utiq; omnia nõ casu, neq; fortuito geri, neq; quia naturaliter tales facti sunt, existimandũ est, ne etiã in hoc factoris inæqualitas accusetur: sed pro meritis & uirtutib. ac præmijs cuiusq; uigore & ingenio deferri à iustissimo moderatore omniũ credendũ est deo: ne forte incurramus in illas ineptas atq; impias fabulas eorũ, qui naturas spiritales diuersas, & ob hoc à diuersis cõditoribus institutas, tam in cœlestibus q; etiã inter animas hominũ fingunt: dum & uni eidemq; conditori diuersas naturas rationabiliũ creaturarũ ascribi uidetur absurdũ, sicut uere absurdũ est, & causa tamen eius diuersitatis ignoratur. Aiunt enim consequens nõ uideri ut unus atq; idẽ conditor nulla extante causa meritorũ, alijs potestatẽ dominationis iniũgat, alios subijciat dominãtibus, alijs tribuat principatũ, alios subiectos faciat principibus esse. Quæ utiq; oĩa (ut ego existimo) cõsequentia rationis huius quã suprà exposuimus, redarguit atq; cõfutat, per quam causa diuersitatis ac uarietatis in singulis quibusq; creaturis ostẽdit ex ipsarũ motibus uel ardentioribus, uel pigrioribus, secundũ uirtutẽ, uel secundum malitiã, non ex dispensantis inæqualitate descẽdere. Sed quo facilius hæc ita esse in cœlestibus agnoscantur, de his quæ inter homines gesta sunt, uel geruntur, proferamus exempla, ut consequenter ex uisibilibus etiã inuisibilia contemplẽtur. Paulũ uel Petrum sine dubio spiritalis naturæ confirmãt. Cum ergo multa contra pietatem Paulus egisse inueniatur, in eo quod persecutus est ecclesiam dei: cumq; Petrus peccatum graue cõmiserit, ut ancilla ostiaria interrogante se, cũ iuramento affirmarit, nescire se quis sit Christus, quomodo isti qui secundũ illos spiritales sunt, in peccata huiusmodi corruerũt: maxime cum soleant frequẽter differe re, & dicere, quoniã non potest arbor bona malos fructus facere? Et si utiq; arbor bona nõ potest fructus malos facere, secundũ ipsos uero de radice bonæ arboris erãt Petrus & Paulus, quomodo istos fructus tã pessimos attulisse putandi sunt? Quod si respõdeant ea quæ cõminisci solent, quoniã nõ Paulus persecutus est, sed alius nescio quis qui erat in Paulo, neq; Petrus negauit, sed alius negauit in Petro, quare Paulus si nihil peccauerat, dixit, Quia nõ sum dignus uocari apostolus, quoniã persecutus sum ecclesiã dei? Cur aũt & Petrus alio peccãte ipse fleuit amarissimè? Ex quo oẽs quidem illorum ineptiæ arguent. Secundũ nos uero nihil est in omni rationabili creatura, quod nõ tã boni q; mali sit capax. Sed non continuo, quia diximus nullam esse naturã quæ non

8

Apoc. 2

Matth. 26

1. Cor. 15

possit

possit recipere malũ, idcirco confirmamus omnem naturã recepisse malum, id est malã effectã: sed sicut est dicere quod omnis hominis natura recipit ut possit nauigare, nõ tamen ex eo & omnis nauigabit: & iterũ omni homini possibile est discere artẽ grammaticam, & medicinã, non tamẽ idcirco ideo ostenditur omnis homo uel medicus, uel grãmaticus: ita si dicimus nullã esse naturã quę non possit recipere malũ, non tamen continuo etiam recepisse malũ designatur. Secundũ nos namq; ne diabolus quidẽ ipse incapax fuit boni: nõ tamẽ idcirco qui potuit recipere bonũ etiã uoluit, uel uirtuti operã dedit. Sicut enim per hæc quæ de prophetis exempla protulimus, edocetur, fuit aliquando bonus cũ in paradiso dei in medio Cherubim uersaret. Sicut ergo iste habuit quidẽ in se, uel uirtutis recipiendæ, uel maliciæ facultatẽ, & à uirtute declinans, tota se mente cõuertit ad malũ: ita etiam cæteræ creaturæ cũ utriusq; habeant facultatẽ, pro arbitrij libertate fugiẽtes malũ, adhęrẽt bono. Nulla igit̃ natura est quæ non recipiat bonũ uel malũ, excepta dei natura, quę bonorũ omniũ fons est, & Christi sapiẽtia. Sapientiæ enim fons est, & sapiẽtia utiq; stultitiã recipere nõ potest: & iustitia est, quę nunquam profecto in iustitiã capiet: & uerbum est, uel ratio, quæ utiq; irrationabilis effici non potest. Sed & lux est, & lucẽ certũ est quod tenebræ non cõprehendant. Similiter quoq; & natura spiritus sancti quæ sancta est, non recipit pollutionẽ: naturaliter enim uel substantialiter sancta est. Siqua aũt alia natura sancta est, ex assumptiõe hac, uel inspiratione spiritus sancti habet ut sanctificet̃, non ex sua natura hoc possidens, sed accidẽs, propter quod & decidere potest quod accidit. Ita & accidentẽ iustitiã quis habere potest, unde & decidere potest: unde & decidere eã possibile est. Sed & sapientiã quis accidentẽ nihilominus habet, quãuis in nostra positũ sit potestate, studio nostro & uitæ merito si sapientiæ operã damus effici sapientes, & si semper studij curã geramus, semper sapientiæ participes esse, ut ad nos uel plus uel minus accidat, siue pro merito uitæ, siue pro studij quãtitate. Benignitas eñ dei secundũ quod se dignũ est, prouocat omnia, & attrahit ad beatũ finẽ illũ, ubi perit & aufugit omnis dolor, & tristitiæ gemitus. Puto ergo secundũ quod mihi uidet̃, quod præcedens disputatio sufficienter ostẽdit, quod nõ indiscreto, uel fortuito aliquo casu dominationes, uel principatus teneãt principatũ, sed ꝑ meritis suis gradũ dignitatis huius adepti sunt, licet nõ sit nostrũ uel scire, uel quærere qui illi actus fuerint per quos in istũ ordinẽ uenire meruerũt. Sed hęc tamẽ scire sufficit ad dei æquitatẽ & iustitiã demonstrandã, quia secundum sententiam apostoli Pauli, personarũ acceptio nõ est apud deũ, qui potius oñia pro meritis singulorũ profectibusq; dispensat. Neq; ergo angelorũ officium nisi ex merito constat, neq; potestates nisi ex profectu suo agũt potestatẽ, neq; nominant̃ sedes, id est iudicãdi, uel regẽdi potestates, nisi id ex meritis administret̃, neq; dominationes cõtra meritũ dominant̃: & est unus iste summus & excellentissimus ordo in cœlestibus rationabilis creaturæ gloriosa officiorũ uarietate dispositus. Similiter sanè etiam de aduersarijs uirtutibus sentiendũ est, quia se in id loci atq; officij præbuerunt, uel hoc quod principatus, uel potestates, uel mundi rectores tenebrarũ, uel spiritalia nequitiæ, uel spiritus maligni, uel dæmonia immunda sunt, nõ substãtialiter id habeant, neq; quia tales etiã creati sunt, sed pro motibus suis & profectibus quib. in scelere profecerũt, hos malitiæ sortiti sunt gradus. Et est altissimus iste ordo rationabilis creaturæ, qui se ita præceps nequitiæ dedit, ut reuocari nolit magis q̃ nõ possit, dũ scelerũ rabies iã líbido est, & delectat. Tertius uero creaturæ rationabilis ordo earũ quæ ad humanũ genus replendũ aptæ iudicant̃ à deo, id est animæ hominũ ꝑfectæ esse & in illũ angelorũ ordinẽ assumptæ: ex quibus quosdã uidemus assumi, illos uidelicet qui filij dei facti fuerint, uel filij resurrectionis, et hi qui dereliquerint tenebras, & dilexerint lucẽ, et facti fuerint filij lucis: uel hi qui omnẽ pugnã superantes, & pacifici effecti, filij pacis & filij dei fuerint uel qui mortificãtes mẽbra sua quæ super terrã, & trãscendentes nõ solũ corporeã naturã, uerũetiã animæ ipsius ambiguos fragilesq; motus adiunxerint se domino, facti ex integro spiritus, ut sint cũ illo unus spiritus semper, cum illo singula quæq; discernentes usq; quo perueniãt ad hoc ut perfecte effecti spiritales omnia discernãt, per hoc quod in omni sanctitate illuminati sensu per uerbũ & sapiẽtiã dei à nullo penitus possint discerni. Illa sanè nos nequaq; recipienda censemus, quæ & à quibusdam superfluò uel Coloſ. 3

requiri,uel aſtrui ſolent,id eſt quod animæ in tantũ ſui deceſſum ueniant,ut naturæ rationalis ac dignitatis oblitę etiã in ordinem irrationabilium animaliũ, uel beſtiarũ, uel pecudum deuoluantur. Pro quibus etiã quaſdã ex ſcripturis cõmentitias afferre aſtructiones ſolent,id eſt quod uel pecus cui ſe mulier cõtra naturam ſubiecerit,in reatũ pariter cũ muliere deuocaẽ ac lapidari pariter iubeatur, uel quod taurus cornupeta lapidari nihilominus præcipitur:ſed & quod Balaã aſina os eius deo aperiẽte locuta eſt,& ſubiugale mutũ in hominũ uoce reſpondens,arguit Prophetæ inclementiã. Quas nos non ſolum non ſuſpicimus,ſed & oẽs has aſſertiones eorum contra fidem noſtram uenientes refutamus atq; reſpuimus. Veruntamẽ ſuo loco & tempore confutato hoc peruerſo dogmate & depulſo,ea quæ de ſanctis ſcripturis ſunt ab alijs ꝓlata exponemus.

μετεμψύχωσις ex Platone.

Num. 22

LIBER SECVNDVS

CAPVT PRIMVM.

ONSEQVENS nunc uideẽ,licet omnia quæ ſuperiori libello diſſerta ſunt,de mundo atq; eius ordinatione diſſerta ſint, proprie tamen de ipſo mundo pauca repetere,id eſt de initio eius ac fine,uel
c his quæ ad terminum ac finem eius per diuinam prouidentiam diſpenſantur,ſeu de his quæ ante mundum,uel poſt mundum putantur. In quo primum euidenter apparet quo ad omnes ſtatus eius, quòd eſt uarius ac diuerſus ex rationabilibus & diuinioribus naturis, & ex diuerſis corporibus conſtans, ſcilicet ex mutis animantibus, id eſt feris beſtijs,pecudibus,& auibus,atq; omnibus quæ in aquis uiuunt. Tum deinde ex locis, id eſt cœli,uel cœlorũ,& terræ uel aquæ:ſed & ex eo qui medius eſt aere, uel quẽ æthera dicimus,atq; ex omnibus quæ procedunt uel naſcunt̃ ex terra. Cum ergo tanta ſit mundi uarietas,atq; in ipſis rationabilibus animantibus ſit tãta diuerſitas, propter quã etiã omnis reliqua uarietas ac diuerſitas putãda eſt extitiſſe:quã cauſam aliã dici oportebat qua mundus extiterit, præcipue ſi intueamur illũ finem per quẽ omnia reſtituenda in ſtatũ initij ſui libro ſuperiori diſſertũ eſt? Quod utiq; ſi conſequenter dictũ uideẽ, quã aliã (ut dicimus)cauſam putabimus tãtæ huius mundi diuerſitatis,niſi diuerſitatẽ ac uarietatẽ motuum ac prolapſuũ eorum qui ab illa initij unitate atq; cõcordia in qua à deo primitus procreati ſunt,deciderũt,& ab illo bonitatis ſtatu cõmoti atq; diſtracti, diuerſis dehinc animorũ motib. ac deſiderijs agitati,unũ illud & indiſcretũ naturę ſuæ bonũ pro intentionis ſuæ diuerſitate in uarias deduxerũt mentiũ qualitates? Deus uero per ineffabilẽ ſapientiæ ſuæ artẽ omnia quæ quoquo modo fuerint,ad utile aliquid, & ad cõmunẽ omniũ trãsformãs ac reparãs profectũ, has ipſas creaturas quæ à ſemet ipſis intantũ animorũ uarietate diſtabãt,in unũ quendã reuocat operis ſtudijſq; conſenſum,ut diuerſis licet motibus animorũ, unius tamẽ mũdi plenitudinẽ perfectionis cõſummet,atq; ad unũ perfectionis finem uarietas ipſa mentium tendat. Vna namq; uirtus eſt quæ omnẽ mundi diuerſitatẽ conſtringit & continet, atq; in unum opus uarios agit motus,ne ſcilicet tã immenſum mundi opus diſſidijs ſolueretur animorũ. Propter hęc enim opinant̃ quidam parentem omniũ deum pro ſalute uniuerſarum creaturarũ ſuarum ineffabilem uerbi ſui ac ſapientiæ rationem ita in hæc ſingula diſpenſaſſe, ut ſinguli quiq; ſpiritus,uel animi, uel quomodo appellandę ſunt rationabiles ſubſtantiæ,nõ cõtra arbitrij libertatem,uel in aliud q̃ motus mentis ſuæ ageret,cogerentur,et per hoc & adimi ab his uideret̃ liberi facultas arbitrij:quod utiq; qualitatem iam naturæ ipſius immutabat: & diuerſi motus propoſiti earũ ad unius mundi conſonantiã cõpetenter atq; utiliter aptarent̃,dũ alię iuuari indigent,alię iuuare poſſunt,alię uero proficientibus certamina atq; agones mouent: in quibus eorũ probabilior haberet̃ induſtria,& certior poſt uictoriã reparati gradus ſtatio teneret̃, quæ per difficultates laborantium conſtitiſſet. Quamuis ergo in diuerſis ſit officijs ordinatus,nõ tamen diſſonans atq; à ſe diſcrepans mundi totius intelligendus eſt ſtatus: ſed ſicut corpus noſtrũ unũ ex multis membris aptũ eſt,& ab una anima continet̃,ita & uniuerſum mundũ uelut animal quoddã immane opinãdũ puto,qd̃ quaſi ab una anima uirtute dei ac ratiõe teneat̃. Quod etiã à ſãcta ſcriptura indicari arbitror ꝓ illud quod dictũ eſt ꝓ Prophetã:

Anima mundi.

Nónne

Nónne cœlum & terrã ego repleo dicit dominus? & iterum: Cœlum mihi ſedes, terra autẽ ſcabellum pedum meorũ, Et quod Saluator, cum ait nõ iurandum neq; per cœlũ, quia ſedes dei eſt: neq; per terrã, quia ſcabellũ pedũ eius eſt. Sed & illud quod ait Paulus cum apud Athenienſes cõcionaretur dicens: Quoniã in ipſo uiuimus, & mouemur, & ſumus. Quomodo enim in deo uiuimus, & mouemur, & ſumus niſi quod in uirtute ſua uniuerſum cõſtringit & cõtinet mundũ? Quomodo aũt cœlũ ſedes dei eſt, & terra ſcabellũ pedũ eius, ſicut & ipſe Saluator pronũciat, niſi quia & in cœlo & in terra uirtus eius replet uniuerſa, ſicut & dicit dominus? Quomodo ergo parẽs omniũ deus uniuerſum mundũ uirtutis plenitudine repleat atq; cõtineat, ex his quæ oſtendimus non puto quenquã difficulter annuere. Iã ſane quomodo diuerſos motus rationabiliũ creaturarũ, uariasq; ſentẽtias cauſam dediſſe diuerſitatis mundo huic ſermo ſuperioris diſputationis oſtẽdit, uidendũ ne forte ſimul cũ initio exitus quoq; huic mundo cõueniat. Dubiũ enim nõ eſt quin finis ipſius in diuerſitate multa adhuc & uarietate reperiendus ſit, quæ utiq; uarietas in huius mundi fine deprehenſa rurſus diuerſitatũ alterius mũdi poſt hũc futuri occaſiones præſtabit, quod ſcilicet huius mũdi finis initiũ ſit futuri. Quod ſi hęc ita eſſe ordo diſputationis inuenit, cõſequens nũc uidetur, quoniam mundi diuerſitas ſine corporibus ſubſiſtere nõ poterit, naturæ corporeæ diſcutere rationẽ. Ex rebus ipſis apparet quod diuerſam uariãq; permutationẽ accipiat natura corporea, ita ut poſſit ex omnibus in omnia trãsformari: ſicut (uerbi gratia dixerim) lignũ in ignẽ uertitur, & ignis in fumũ, & fumus in aerem. Sed & olei liquor in ignẽ mutatur. Eſcæ quoq; ipſę uel hominũ, uel animaliũ nónne eandem permutationis cauſam declarant? Nã quodcunq; illud eſt quod per cibũ ſumpſerimus, in corporis noſtri ſubſtantiã uertitur. Sed qualiter aqua mutatur in terrã, uel in aerem, & aer rurſus in ignẽ, uel ignis in aerẽ, uel aer in aquã, quamuis nõ ſit difficile exponere, tamẽ in præſenti loco ea ſufficit tantũmodo cõmemoraſſe uolenti corporalis materiæ diſcutere rationẽ.

Eſa ult.

Act. 17

Materiã ergo intelligimus quæ ſubiecta eſt corporibus, id eſt ex qua inditis atq; inſertis qualitatibus corpora ſubſiſtunt. Qualitates aũtẽ quatuor dicimus: calidam, frigidam, aridam, humidã. Quæ quatuor qualitates ὕλην, id eſt materiæ inſertæ, quia materia propria ratione extra has eſſe inuenit quas ſupra diximus qualitates, diuerſas corporũ ſpecies efficiũt. Hæc tamẽ materia quãuis (ut ſupra diximus) ſecundũ ſuã propriã rationẽ ſine qualitatibus ſit, nunquam tamen ſubſiſtere extra qualitatẽ inuenit. Hanc ergo materiã quæ tanta & talis eſt ut ſufficere ad omnia mundi corpora quæ eſſe deus uoluit, queat, & conditori ad quaſcũq; formas uelut & ſpecies famuleť in omnibus & ſeruiat, recipiẽs qualitates quas ipſe uoluerit imponere: neſcio quomodo tanti ac tales uiri ingenitã, id eſt nõ ab ipſo deo factam conditore omniũ putauerunt, ſed fortuitam quandã eius naturã uirtutẽq; dixerunt. Et miror quomodo iſti culpent eos, qui uel opificem deũ, uel prouidentiam huius uniuerſitatis negant, & impie eos ſentire arguunt, quod tantũ mundi opus arbitrẽtur ſine opifice uel prouiſore conſtare: cum ipſi quoq; ſimilem culpã impietatis incurrãt, ingenitã dicentes eſſe materiam, deoq; ingenito coæternam. Secundum hanc ergo rationẽ ſi ponamus (uerbi gratia) materiam fuiſſe, non ut iſti diſſerunt, dicentes quia deus nõ potuerit aliquid facere cum nihil eſſet, ſine dubio futurus erat ocioſus materiam nõ habens ex qua poſſet operari, quam ei nõ ſua prouiſione, ſed fortuito ſentiũt affuiſſe: uideturq; eis quod hoc quod fortuito inuentũ eſt, ſufficere ei potuerit ad tanti operis molẽ, & ad ſuę uirtutis potẽtiam, quod totius ſapientiæ ſuæ ſuſcipiẽs rationẽ diſtingueretur ac formaretur ad mundũ. Quod mihi per abſurdũ uidetur, & eorũ eſſe hominum, qui uirtutẽ atq; intelligentiam ingenitæ naturæ penitus ignorant. Sed ut rationẽ rerũ poſſimus dilucidius intueri, cõcedatur pauliſper nõ fuiſſe materiã: & deum, cũ nihil eſſet prius, feciſſe ut eſſent ea quæ eſſe uoluit: quid putabimus quia meliorem, aut maiorẽ, aut alterius generis materiã facturus eſſet deus, quã ex ſua uirtute & ſapientia proferebat, ut eſſet quæ ante nõ fuerat? an inferiorem & deteriorẽ? an ſimilem atq; eandem ut eſt illa quam iſti ingenitam dicunt? Et puto cuiuis facillime pateat intellectus, qđ neq; melior, neq; inferior potuiſſet mũdi formas ſpeciesq; ſuſcipere, niſi talis fuiſſet, qualis iſta eſſet quæ ſuſcepit. Et qũo ergo nõ ut debitur impiũ id ingenitũ dicere, quod ſi factum à deo credatur, tale ſine dubio inueni

tur, quale & iſtud eſt quod ingenitũ dicitur. Vt autem ex ſcripturarum auctoritate hæc ita ſe habere doceamus, audi quomodo Maccabęorũ libris, ubi mater ſeptẽ martyrũ unum ex filijs cohortatur ad toleranda tormenta, ait ei: Rogo te fili, reſpice cœlũ & terrã, & ad omnia, quæ in eis ſunt: & uidens hoc ſcito, quia deus hæc omnia cũ non eſſent fecit. Sed & in libro Paſtoris in primo mandato ita ait: primo omniũ crede quia unus eſt deus qui omnia creauit atq; compoſuit, & fecit ex eo quod nihil erat ut eſſent uniuerſa. Fortaſſis ad hoc reſpicit etiam illud quod in Pſalmis ſcriptum eſt: Quia ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt. Nam quod ait, quia ipſe dixit & facta ſunt: uidetur oſtendere ſubſtantiam dici eorum quæ ſunt: quod uero ait, Mandauit & creata ſunt: de qualitatibus dictum uidetur, quibus ſubſtantia ipſa formata eſt.

2. Mach. 6

Pſal. 148

De perpetuitate corporeæ naturæ. Cap. ii

Vbiq; tribuit angelis corpora.

Oc in loco quærere ſolent quidã, utrum ſicut ingenitũ filium generat pater, & ſpiritũ ſanctũ profert, nõ quaſi qui ante non erat, ſed quia origo & fons filij uel ſpiritus ſancti pater eſt, & nihil in his anterius poſterius ue intelligi poteſt: ita etiã ad materiã corporalẽ ſimul quædã ſocietas, uel propinquitas poſſit intelligi. Quã rẽ ut plenius atq; intentius inueſtigent, illuc ſolẽt initiũ diſputationis inflectere, ut inquirãt ſi hæc ipſa natura corporea quæ ſpiritaliũ & rationabiliũ mentiũ uitas fert, & cõtinet, motus pari cũ ipſis æternitate perferet, an uero abſoluta interibit & peribit. Quod ut poſſit ſcrupuloſius deprehẽdi, quę rendũ primo uidetur, ſi poſſibile eſt penitus incorporeas remanere rationabiles naturas, cũ ad ſummũ ſanctitatis ac beatitudinis uenerint, quod mihi quidẽ difficillimum & pene impoſſibile uidet: an neceſſe eſt eas ſemper cõiunctas eſſe corporibus. Si ergo poſſet quis oſtendere rationẽ qua poſſibile eſſet eas omnimodè carere corporibus, cõſequens uidebit quod natura corporea ex nihilo per interualla tẽporum procreata, ſicut cũ nõ eſſet effecta eſt, ita & eſſe deſineret cũ uſus eius miniſterij præteriſſet. Si uero impoſſibile eſt hoc ullo modo affirmari, id eſt quod uiuere præter corpus poſſit ulla alia natura præter patrẽ & filiũ & ſpiritũ ſanctũ, neceſſitas conſequentiæ ac rationis coarctat intelligi, principaliter quidẽ coarctatas eſſe rationabiles naturas: materialẽ uero ſubſtantiã opinione quidem & intellectu ſolũ ſeparari ab eis, & pro ipſis uel poſt ipſas effectã uideri, ſed nunquã ſine ipſa eas uel uixiſſe uel uiuere: ſolius nãq; trinitatis incorporea uita exiſtere recte putabit. Vt ergo ſuperius diximus, materialis ſubſtantia huius mũdi habẽs naturã quę ex omnibus ad omnia transformat, cũ ad inferiores quoſq; trahit, in craſſiorẽ corporis ſtatũ ſolidioręq; formatur, ita ut uiſibiles iſtas mũdi ſpecies uariaſq; diſtinguat: cũ uero perfectioribus miniſtrat et beatioribus, in fulgore cœleſtiũ corporũ micat, & ſpiritalis corporis indumentis, uel angelos dei, uel filios reſurrectionis exornat: ex quibus omnibus diuerſus ac uarius mũdi complectit ſtatus. Verũ ſi plenius hæc diſcutere libet, oportebit attentius & diligentius cũ omni metu & reuerẽtia perſcrutari ſcripturas diuinas, ſi quis forte in his talibus arcanis & recõditis ſit arcanus ſenſus, ſi quid in abſconſis et reconditis (ſancto ſpiritu demonſtrante his qui digni ſunt) poterit inueniri, cum plura teſtimonia de hac ipſa ſpecie fuerint congregata.

De initio mundi, & cauſis eius. Cap. iii Quod cautè legendũ eſt.

Vpereſt ut poſt hæc requiramus, utrum ante hunc mundum qui nũc eſt, mundus alius fuerit: & ſi fuit, utrum talis fuerit qualis iſte qui nunc eſt, an paulo differentior, uel inferior: aut omnino non fuerit mũdus, ſed tale aliquid fuerit qualẽ illum intelligimus poſt omnium finem futurũ, cum tradetur regnũ deo & patri: qui nihilominus alterius mũdi fuerit finis, illius ſcilicet poſt quẽ hic mũdus cœpit lapſus: an uarius & intellectualiũ naturarum prouocauerit deũ ad iſtam uariam diuerſamq; conditionem mundi. Sed & illud ſimiliter requirendũ puto: utrum poſt hunc mundum curatio aliqua & emendatio erit, aſperior quidẽ & doloris plena erga eos qui uerbo dei obedire noluerunt: per eruditionem uero rationabilemq; inſtitutionẽ, per quam poſſent ad locupletiorem proficere ueritatis intellectũ hi qui in præſenti iam uita in hoc eſſe ſtudio didicerũt, & mẽtibus purgatio-

res

res effecti, capaces iam huius diuinæ sapientiæ effecti sunt: & si post hanc uitã statim finis omniũ consequet, & pro correctione & emendatione eorũ qui talibus indigent, alius rursus mundus erit, uel similis isti qui nũc est, uel hoc melior, aut multo deterior: & qualiscũq; erit ille post hũc mundũ, quandiu erit: aut si omnino non erit, & si erit aliquando cũ nullus unquam sit mundus, aut si fuit aliquando cum mũdus non fuerit omnino: aut si fuerint plures uel erũt, aut si accidat aliquãdo ut alter alteri æqualis & similis per omnia atq; indiscretus eueniat. Vt ergo manifestius appareat utrũ materia corporalis per materiã subsistat: & sicut non fuit antequã fieret, iterũ resoluatur ut iterum non sit: uideamus primũ si fieri potest ut uiuat sine corpore. Si enim aliquis potest uiure sine corpore, possunt & omnia esse sine corpore: omnia enim ad unũ finẽ tendere superior tractatus edocuit. Si aũt omnia possunt carere corporib. sine dubio nõ erit substantia corporalis, cuius usus nullus existet. Et quomodo sentiemus illud quod dixit Apostolus in his locis in quibus de resurrectione disputat mortuorũ, cũ ait: Necesse est aũt corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autẽ corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatẽ, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoria: Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors stimulus tuus? Aculeus autẽ mortis peccatũ, uirtus aũt peccati lex. Talẽ autẽ quendã uidet Apostolus suggerere intellectũ. Quod enim ait, Corruptibile hoc, & mortale hoc, uelut tãgentis & ostẽdentis affectu, cui alij cõuenit nisi materiæ primæ? Hæc ergo materia corporis quæ nunc corruptibilis est, induet incorruptionẽ, cum perfecta anima, et dogmatibus incorruptionis instructa uti eo cœperit. Et nolo mireris si indumentũ corporis perfectã animã dicimus, quę propter uerbũ dei & sapientiã eius nũc incorruptio nominat: cũ ipse utiq; qui est dominus & creator animæ Iesus Christus indumentũ sanctis esse dicat, sicut Apostolus dicit: Induite dominũ Iesum Christũ. Sicut ergo Christus indumentũ est animæ, ita intelligibili quadã ratione etiã anima indumẽtum dicit esse corporis. Tale est ergo quod dicit: Necesse est corruptibile hoc induere incorruptionẽ: ut si diceret, naturã hanc corruptibilẽ corporis necesse est indumentũ accipere incorruptiõis, animã habentẽ in se incorruptionẽ, pro eo uidelicet quod induta est Christũ qui est sapiẽtia & uerbũ dei. Cũ aũt uitæ participauerit corpus hoc quod aliquãdo gloriosius habebimus, tũc id quod immortale est accedet ut etiã incorruptibile fiat. Si quid nãq; mortale est, hoc cõtinuo & corruptibile est: nõ tamẽ si quid corruptibile est, hoc etiã mortale dici potest. Denicq; lapidẽ uel lignũ corruptibilẽ quidẽ dicimus: nõ tamẽ etiã mortalẽ cõsequẽter dicemus. Corpus uero quod uitæ participat, ex eo quod separari ab eo uita potest & separat, cõsequẽter nominamus, & secundũ aliũ quoq; intellectũ etiam corruptibile dicimus. Mira ergo ratione sanctus Apostolus ad generalẽ primã causam recipiẽs materiæ corporalis, cuius materiæ animæ usum semper habẽt in qualibet qualitate positæ, nũc quidẽ carnali, postmodũ uero subtiliori & puriori, quæ spiritalis appellat: Necesse est ait corruptibile hoc induere incorruptionẽ. Secũdo uero ad spiritalẽ corporis respiciẽs causam ait, Necesse est mortale hoc induere immortalitatẽ. Incorruptio aũt & immortalitas quid aliud erit nisi sapiẽtia, & uerbũ, & iustitia dei, quæ formãt animã, & induũt, & exornãt? Et ita fit ut dicat, quia corruptibile incorruptionẽ induet, & mortale immortalitatem. Nũc etiã si ualde proficiamus, tamẽ quodãmodo solũ ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, & per speculũ in ænigmate uidemus ea ipsa quę uidemur intelligere, et nondũ corruptũ hoc induit incorruptionẽ, neq; mortale ab immortalitate circũdat: & quodãmodo sine dubio in lõgius ptrahet nostra hæc corruptio: uidelicet usq; quo ipsa corpora nostra quibus circũdati sumus, propter uerbũ dei & sapientiã ad perfectã iustitiã & corruptionem deuenerint, & mortale hoc induerit immortalitatẽ. Verum tamen hi qui putãt id nunquã decere irrationabiles creaturas, possunt in hoc loco talia quædã mouere. Si uerũ est quod corruptibile hoc induet incorruptionẽ, & mortale hoc induet immortalitatẽ, & quod absorbeat in uictoria mors, nõ aliud q; materialẽ naturã exterminandã declarat: in qua operari mors aliquid poterat, dum hi qui sunt in corpore per naturã materiæ corporalis, mẽtis acumini uidentur obijciendi. Si uero extra corpus sunt, tunc omnẽ molestiam huiusmodi perturbationis effugiẽt. Sed quomodo

1.Cor.15

do

do non id omne indumentū corporeū effugere poterunt? Prius in subtlioribus ac puriorib. immorari corporib. ęstimandi sunt, quo ultra nec à morte uinci, nec aculeo mortis cōpungi prævaleant: ut ita demū paulatim cessante natura materiali, & absorbeatur mors, & etiā exterminetur in finem, atq; omnis aculeus eius penitus retundatur per diuinam gratiam, cū eius capax effecta anima incorruptionē atq; immortalitatē meruerit adipisci. Et tunc merito dicet ab omnibus: Vbi mors uictoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autē mortis peccatū est. Si ergo hoc habere consequentiā uidetur, reliquū est ut status noster aliquando incorporeus futurus esse credat: quod si recipit, & oēs subiiciendi Christo esse dicunt, necesse est ut in omnibus et hoc deferat, in quos peruenit subiectio Christi: quia oēs qui subiecti sunt Christo, in finem quoq; subiecti erunt deo patri, cui regnū traditurus dicitur Christus, & ita uidet ut tunc etiā usus corporum cesset. Si autē cessat, in nihilū redit sicut & ante nō erat. Sed uideamus quid eis occurrat qui hoc ita asserunt. Videbitur em̄ esse necessariū ut si exterminata fuerit natura corporea, secundo iterū reparāda sit & creāda: possibile enim uidet ut rationabiles naturę à quibus nunquā aufertur liberi facultas arbitrij, possint iterum aliquibus motibus subiacere, indulgente hoc ipsum domino, ne forte si immobilē semper teneāt statū, ignorēt se dei & non sua uirtute in illo fine beatitudinis constitisse: Quos motus sine dubio rursum uarietas corporū et diuersitas persequit, ex qua mundus semper adornatur, nec unquā poterit mūdus nisi uarietate ac diuersitate cōstare, quod effici nullo genere possunt extra materiam corporalē. Iam uero qui indissimiles sibi ac per omnia pares aliquando euenire cōfirmant, nescio quib. id possint asserere documētis. Si enim similis per omnia mundus dicitur, erit ut iterū Adā uel Eua eadem faciant quę fecerunt: idē iterum erit diluuium: atq; idem Moyses rursum populum sexcēta fere milia numero educet ex Ægypto: Iudas quoq; bis dominū tradet: Paulus secūdo lapidātium Stephanū uestimenta seruabit: & omnia quæ in hac uita gesta sunt etiā gerenda dicentur. quod non puto ratione aliqua posse firmari, si arbitrij libertate agunt animę, uel profectus suos, uel decessus pro uoluntatis suæ sustinēt potestate. Non enim cursu aliquo in eosdē circulos post multa secula reuolutæ agunt animæ, ut hoc uel illud uel agant uel cupiant, sed quocunq; proprij ingenij libertas intēderit illo gestorū suorū dirigit cursum. Tale enim est quod ab istis dicit, ut si quis uelit asserere, quod frumenti medimnū si profundatur in terram, potest fieri ut ijdē & penitus indiscreti secūdo accidant casus granorū, ita ut unū quodq; granum iuxta profusum iaceat secundo, quo primo aliquādo deiectū est, & eodem ordine, eisdemq; dispersum sit signis quibus fuerat primo diffusum: quod innumerabilibus medimni granis impossibile est prorsus accidere, etiā si per diuersa secula indesinenter ac iugiter effundantur. Ita ergo impossibile mihi uidet eodē ordine, eisdemq; modis nascentiū, et morientiū, & agentiū quid secūdo posse reparari: sed immutationibus innumeris diuersos posse mundos existere, ita ut pro manifestis quibusq; causis melior status sit alterius mūdi, & pro alijs inferior, & pro alijs medius quidā status. Qui aūt ueriſſimus modus horū sit, ego me nescire fateor. Si quis aūt posset ostendere, libentius discerem. Veruntamen multorum seculorum finis dicitur esse hic mūdus, qui & ipse seculū dicitur. Docet aūt sanctus Apostolus quod Christus in eo seculo quod ante hoc fuit nō est passus, sed nec in illo quidem quod ante ipsum fuit: & nescio si enumerare sufficiā quanta fuerunt anteriora secula in quibus passus non est. Ex quibus tamen sermonibus Pauli ad occasionē huius intelligentiæ (ut uerū proferam) facile deueniemus. ait enim, Nunc uero semel in consummatione seculorū ad refellendū peccatum per hostiā sui manifestatus est. Semel enim ait hostiā effectū, & in consummatione seculorum ad refellendum peccatum esse manifestatū. Quod aūt post hoc seculum quod ad consummationem aliorū seculorum dicitur factū, erunt alia secula superuenientia, manifeste ab ipso Paulo didicimus dicēte: Vt ostēderet in seculis superuenientib. superabundantes diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos. Nō dixit in seculo superueniēte, neq; in duobus seculis superueniētibus: unde arbitror multa secula iudicio sermonis illius declarari. Si uero aliquid est seculis maius, ita ut in creaturis quidē secula intelligant, in alijs uero quę excedūt & supergrediuntur uisibiles creaturas (quod erit forte in restitutione omniū cum ad perfectū finē

1. Cor. 15

Caute lege.

Eph. 2

uniuersæ

uniuersa peruenient) id fortasse plus aliquid esse q̃ seculum intelligendũ est, in quo erit omnium consummatio. Mouet autem in hoc scripturæ sanctę autoritas quę dicit in seculum & adhuc. Et adhuc enim quod dicit, plus aliquid sine dubio q̃ seculum uult intelligi. & uide ne illud quod dicit Saluator: Quia uolo ut ubi ego sum & isti sint mecũ: & sicut ego & tu unũ sumus, & isti sint in nobis unũ: ostendere uideatur plus aliquid quàm est seculũ & secula: forte etiam plus quàm est secula seculorũ, id uidelicet cum iam nõ in seculo sunt omnia, sed omnia & in omnibus deus. His pro nostris uiribus de mundi ratione dissertis, non incongruum etiam uidetur ipsius mundi appellatio quid sibi uelit inquirere: quæ appellatio in scripturis sanctis diuersa significans frequenter ostẽditur. Quod latine mundum dicimus, græce κόσμος appellatur: κόσμος autem non solum mundum, sed & ornamentũ significat. Deniq; in Esaia ubi ad principes filias Sion increpationis sermo dirigitur, & dicitur: per ornamentum capitis aurei caluitium, Hebręis propter opera tua ornamentũ: ibi eo nomine quo mundũ appellauit, idem κόσμος scribit. Dicitur etiam in indumento pontificis mundi ratio contineri: sicut in sapientia Salomonis inuenimus, cum dicit: Quia in uestimento põderis erat uniuersus mundus. Mundus dicit̃ etiam noster cũ habitatoribus suis orbis terrarũ iste: sicut cum scriptura dicit: Omnis mũdus in maligno positus est. Meminit sane Clemens Apostolorũ discipulus etiam eorũ quos ἀντίχθονας græci nominant, atq; illius partes orbis terræ ad quas neq; nostrorũ quisquã accedere potest, neq; ex illis qui ibi sunt quisquam transire ad nos, quos & ipsos mundos appellauit cũ ait: Oceanus intransibilis est hominibus, & hi qui trãs ipsum sunt mundi, qui his eisdem dominatoris dei dispositionibus gubernantur. Dicitur etiam mundus ista uniuersitas quæ est ex cœlo & terra, sicut Paulus ait: Transit enim habitus huius mundi. Designat sane & alium quendam mundum præter hũc uisibilem etiam dominus & saluator, quẽ reuera describere & designare difficile est: ait nanq;. Ego nõ sum de hoc mundo. Tanquã enim ex alio quodam esset mundo ita dicit, quod nõ sum de hoc mundo. Cuius mundi difficilem nobis esse expositionẽ idcirco prædiximus, ne forte prębeatur aliquibus occasio illius intelligẽtiæ, qua putẽt nos imagines quasdam quas gręci nominant ideas, affirmare: quod utiq; à nostris alienum est, mundum incorporeum dicere, in sola mentis phantasia uel cogitationum lubrico consistentem: & quomodo Saluatorem inde esse uel sanctos quoque illuc ituros poterunt affirmare non uideo. Veruntamen præclarius aliquid & splendidius quàm iste qui præsens est mundus, indicari à saluatore nõ dubium est, quò etiam credentes in se tendere prouocat, & hortatur. Sed utrum mundus iste quẽ sentiri uult, separatus ab hoc sit longeq; diuisus, uel loco, uel qualitate, uel gloria: an gloria quidem, quia qualitate præcellat: intra tamen huius mundi circũscriptionem cohibeatur, quod & mihi magis uerisimile uidetur: incertũ tamen est ut ego arbitror humanis adhuc cogitationibus, & mẽtibus inusitatũ. Ex his tamen quæ Clemens uisus est indicare cum dicit: Oceanus intransmeabilis est hominibus, & hi mũdi qui post ipsum sunt: qui post ipsum sunt mundos pluraliter nominans, quos & eadem dei summi prouidentia agi, regiq; significat, semina quædam nobis huiusmodi intelligentiæ uidet̃ aspergere, quo putetur omnis quidem uniuersitas eorum quæ sunt atq; subsistunt cœlestium, & supercœlestium, terrenorum, infernorumq; unus & perfectus mundus generaliter dici: intra quem uel à quo cæteri (si qui illi sunt) putandi sunt contineri. Vnde uoluit quidem globum lunæ uel solis, cæterorumq; astrorum, quos planetas uocãt, per singula mundos nominari. Sed & ipsum supereminentem quem dicunt globum, nihilominus mundũ appellari uolunt. Deniq; etiam Baruch prophetæ librũ in assertiõis huius testimoniũ uocant, quod ibi de vij. mundis uel cœlis euidentius indicat̃. Esse tamẽ super illam sphæram quam dicunt, uolunt aliam, quam sicut apud nos cœlum cõtinet omnia quæ sub cœlo sunt, ita illam dicũt immensa quadã sui magnitudine & ineffabili complexu spacia uniuersarum sphærarum ambitu magnificentiore cõstringere: ita ut omnia intra ipsam ita sint sicut est hæc terra nostra sub cœlo, quæ etiã in scripturis sanctis terra bona et terra uiuentiũ creditur nominari, habens suum cœlũ illud quod superius, in quo cœlo sanctorũ nomina scribi, uel scripta esse dicuntur à Saluatore: quo cœlo cohibet̃ illa terra atq; concluditur, quam Saluator in Euangelio mitibus & mansuetis promittit. Et illius nanq; terræ nomine etiam hanc nostram cui Arida prius nomẽ fuerat, cognomina

Ioan. 17

Hoc addidit Ruffinus.

Esa. 3

Sap. 18

1. Ioan. 5

1. Cor. 7

Caute legẽ

Forte, ἀκέρατον

Forte, σερέωμα

Matt. 5

tam

tam uolũt, ſicut & firmamentũ hoc cœlum illius cœli uocabulo nũcupatũ eſt. Verũ de huiuſcemodi opinionib. plenius in illo loco tractauimus, cũ requireremus quid eſſet quod in principio fecit deus cœlum & terram. Aliud enim cœlum & alia terra indicatur eſſe & illud firmamentũ quod poſt biduum factũ dicitur, uel arida quæ poſtmodũ terra nuncupat. Sanè hoc quod dicunt quidam de hoc mũdo, quomodo corruptibilis quidẽ eſt ex quo factus eſt: nec tamẽ corrũpitur, quia corruptione fortior & ualidior eſt uoluntas dei, qui fecit eum, & continet illũ ne ei corruptio dominet: rectius ſentiri iſta poſſunt de eo mundo quem ἀκηράτῳ ſphæram ſupra diximus, qui ex uoluntate dei nequaquam corruptioni ſubiaceat, p eo quod nec cauſa corruptionis accepit. Sanctorũ quippe eſt, & ad liquidum perfectorũ mundus ille, & nõ impiorũ ſicut iſte noſter. Videndũ autem eſt ne forte in hoc reſpiciens Apoſtolus dixerit, Proſpicientibus uobis nõ ea quæ uidentur, ſed quæ nõ uidentur. Quę enim non uidentur æterna ſunt, quę autẽ uidentur tempo ralia ſunt. Scimus aũt quoniã ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluat, ædificationẽ habemus à deo domũ non manu factã æternã in cœlis, cũ alibi dicat: Quia uidebo cœlos tuos opera digitorũ tuorũ. Et de omnib. uiſibilib. per prophetã dixit: Quia manus mea fecit hæc omnia. Iſtã æternã domũ quã ſanctis promittit in cœlis, manufactã nõ eſſe pronũciat, differentiã ſine dubio creaturę in his quę uidentur oſtendens. Nõ enim idem intelligitur, ea quæ nõ uidentur, & ea quę inuiſibilia ſunt. Ea nanq; quę ſunt inuiſibilia, nõ ſolum non uidentur, ſed ne naturam quidẽ habent ut uideri poſſint, quę græci ἀσώματα, id eſt incorporea appellarunt. Hæc autem de quibus Paulus dixit. Quæ nõ uidentur, naturã quidem habent ut uideri poſſint, nondum tamẽ uideri ab his quibus promittuntur exponit. His igitur tribus opinionibus de fine omnium & de ſumma beatitudine prout ſentire potuimus adumbratis, unuſquiſq; legentiũ apud ſemetipſum diligentius & ſcrupuloſius iudicet, ſi poteſt aliqua harum probari uel eligi. Dictũ eſt enim quod uel incorporea uita agi poſſe putanda ſit, poſteaquã Chriſto fuerint ſubiecta omnia & in omnibus deus, uel cum nihilominus Chriſto fuerint uniuerſa ſubiecta, & per Chriſtum deo, cũ quo & unus ſpiritus ſecundũ hoc quod ſpiritus ſunt naturæ rationabiles fuerint: tunc ipſa quoq; ſubſtãtia corporalis optimis & putiſſimis ſpiritibus ſociata pro aſſumentium qualitate uel mentis in æthereum ſtatum tranſmutata, ſecundũ quod Apoſtolus dicit, Et nos immutabimur, refulgebit. Aut certe quod eorũ quæ uidentur habitu prętereunte, omni corruptibilitate decuſſa atq; purgata, omniq; huius mundi ſtatu, qui ἀκηράτῳ dicitur ſphæra, ſupergreſſo atq; ſuperato, ſuper illam quæ Aplanes dicitur ſphęram, piorũ atq; beatorũ ſtatio collocatur, quaſi in terra bona, & terra uiuorũ quam mãſueti & mites hæreditate poſſideant: cuius eſt cœlum illud quod ambitu magnificentiori ipſam illã circundat & cõtinet terram, quod uere cœlum & principaliter appellatur, in quo cœlo uel terra finis omniũ atq; perfectio tuta ac fidiſſima poſſit ſtatione conſiſtere: quo ſcilicet illi qui poſt correptionẽ caſtigationemq; quas pro delictis pertulerãt purgationis obtẽtu expletis omnibus atq; depẽſis terrę illius habitaculũ mereãtur: hi uero qui uerbo dei obedientes fuerunt ac ſapientiæ eius iam hinc capaces ſe obtẽperantes præbuerunt, cœli illius uel cœlorũ regna promereri dicãtur: & ita dignius compleatur illud quod dictum eſt: Beati mãſueti quia ipſi hæreditate poſſidebunt terrã: &, Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſi hæreditatẽ capient regnum cœlorum: & quod dicit in Pſalmo: Exaltabit te ut hæredites terram. Ad hãc etenim terram deſcendi dicitur, ad illam autem quæ in alto eſt exaltari. Hoc ergo modo uidetur quaſi iter quoddã ſanctorũ profectibus aperiri ab illa terra ad illos cœlos, ut non tã permanere in illa terra quàm habitare uideantur, tranſituri ſcilicet cum id quod fecerint, ad hæreditatem regni cœlorum.

2.Cor.4

Pſal.8
Eſa.66

1.Cor.15

Matth.5
Pſal.36

Quod unus eſt deus legis & prophetarũ, & domini Ieſu Chriſti pater. Cap. IIII.

Is itaq; per ordinem prout potuimus breuiter digeſtis, cõſequens eſt ſecundum quod ex initio propoſuimus, confutare etiam eos qui putãt aliũ deum patrem eſſe domini noſtri Ieſu Chriſti, præter illum qui Moyſi reſponſa legis dabat, uel prophetas mittebat, qui eſt deus patrum Abrahã, Iſaac, & Iacob. Oportet enim primum in hac nos fidei ratione firmari. Conſiderandũ ergo eſt illud quod frequenter in Euangelijs dicit, & ſingulis quibuſq; domini & Saluatoris

H

toris noſtri geſtis adiungit, Vt impleat quod dictum eſt per prophetam illum uel illū, cū manifeſtū ſit quia prophetæ illius ſunt dei qui mundū fecit. Ex ipſa ergo cōſequentia concluditur, quoniā qui prophetas miſit, de Chriſto quæ prædicenda erant ipſe prędixit. Et dubiū nō eſt, quod hæc nō alienus quiſquā ab eo, ſed pater ipſius prędicebat.

Sed & illud quod frequenter exempla de ueteri teſtamento à Saluatore proferuntur, uel ab apoſtolis eius, non aliud indicat niſi quod auctoritas ueteribus à Saluatore et ab eius diſcipulis adhibetur. Sed & illud quod ad benignitatem prouocans diſcipulos Saluator dicit: Eſtote perfecti ſicut & pater ueſter cœleſtis perfectus eſt, qui ſolē ſuum oriri iubet ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos: cui etiā exiguæ intelligentiæ uiro euidentiſſimū nō ſuggerit intellectū, quod nō alium ad imitandum proponit deus diſcipulis ſuis dominū niſi factorē cœli, & imbrium præbitorem? Quod autem dicit quia orantes oporteat dicere: Pater noſter qui es in cœlis: quid aliud uidetur oſtendere niſi deum in melioribus mundi, id eſt creaturæ ſuæ partibus requirendum? *Matth. 5* *Matth. 6*

Sed & de iuramentis optima quædā inſtituta definiens ait: Nō oportet iurare, neq; per cœlū, quia ſedes eſt dei: neq; per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius: nōne apertiſſime uidetur propheticis uocibus conſonare, quibus dicit: Cœlum mihi ſedes, terra autē ſcabellum pedum meorū? Sed & templo eiiciens eos qui uendebant oues, & boues, & colūbas: effundens quoq; menſas nummulariorū, & dicens: Tollite iſta hinc, & nolite facere domū patris mei domū negotiationis: patrem ſine dubio dominum dicebat eū cuius nouum Salomon magnificū templū extruxerat. Sed & illud quod ait: Nō legiſtis quod dictum eſt à deo ad Moyſen: Ego ſum deus Abraham, & deus Iſaac, & deus Iacob: non eſt aūt deus mortuorū, ſed uiuentiū: manifeſtiſſime nos docet quomodo deum patriarcharū pro eo quod ſancti eſſent & uiuerēt, deum appellabat uiuentium, illū ſcilicet qui dixerat in prophetis: Ego ſum deus, & nō eſt deus præter me. Sciens nanq; Saluator deum Abraham eſſe eū qui in lege ſcriptus eſt, & ipſum eſſe qui dicit: Quia ego ſum deus, & non eſt deus præter me: ſi quidē ipſum illū patrem eſſe fatetur qui ignorat aliū ſuper ſe eſſe deū, ſicut putant hæretici: abſurde eum patrē pronunciat qui eminentiorē ignorat deū. Si uero nō quidem ignorat, ſed fallit dicens nō aliū eſſe deū præter ſe, multo magis abſurdum eſt ſi mendacem patrē ſuum fatetur. Ex quibus omnibus in hanc indaginē ſenſus adducit, quia alium neſciat patrem niſi omnium conditorem & creatorē deum. Congruum erit ſi ex omnibus Euangeliorum locis teſtimonia congregemus, quib. unus atq; idem deus legis & Euangeliorū eſſe doceat, Contingemus breuiter etiā de Actibus Apoſtolorū, ubi Stephanus & Apoſtoli preces ſuas dirigunt ad eum deū qui fecit cœlum & terrā, & qui locutus eſt per os ſanctorū prophetarū ſuorum: ipſum dicentes deum Abraham, Iſaac, & Iacob: deum qui eduxit populū ſuum de terra Ægypti. Quæ ſententiæ ſenſum noſtrum euidentiſſime ſine dubio ad creatoris dirigunt fidē, & affectū eius inſerūt his qui hæc pie de eo fideliterq; didicerūt: ſicut & ipſe Saluator cū interrogatus eſſet quod mandatū eſſet maximū omniū in lege, reſpondit, dicens: Diliges dominū deum tuū ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua. Secundū aūt ſimile eſt huic: Diliges proximū tuū ſicut teipſum. Et his addidit: quia in iſtis duobus mādatis tota lex pēdet & prophetę. Quomodo ergo ei quē erudiebat atq; in diſciplinatū producebat, hoc mādatū ante omnia mandata cōmendat, per quod ſine dubio in deū legis eius cōciliaret affectus, eo quod ipſis his hæc fuerāt à lege prædicata? Sed cōcedatur circa has oēs euidentiſſimas approbationes, quia de alio neſcio quo deo dicat Saluator: Diliges dominum deum tuū ex toto corde tuo: & reliqua quæ dicta ſunt. Et quomodo ſi lex & prophetæ creatoris ſunt ſicut dicunt, id eſt alterius dei præter eum quē aiunt bonū: conſequentes deinde uidebitur id quod addidit, legē & prophetas in his duobus pēdere mādatis? Quomodo enim quod alienū & peregrinū à deo eſt, pendebit in deo? Paulus aūt dicens: Gratias ago deo meo cui ſeruio in ſpiritu meo à proauis meis in conſcientia pura: dilucide oſtendit quia non ad aliquē nouum deum niſi Chriſtum uenerit. Quos enim alios pro auos Pauli oportebit intelligi, niſi eos de quib. ipſe dicit: Hebræi ſunt, & ego: Iſraelitæ ſunt, & ego? Sed & præfatio ipſa epiſtolæ eius ad Romanos hęc eadem his qui intelligere Pauli literas norunt diligenter oſtendet, quē deum Paulus prædicat. Ait enim: *Matth. 22* *Act. 7* *Exod. 3* *Eſa. 45* *Matth. 22* *2. Tim. 1* *1. Cor. 11*

Rom. 1 Paulus seruus Iesu Christi uocatus Apostolus, segregatus in Euangeliũ dei quod ante promiserat per prophetas in scripturis sanctis de filio suo, q factus est ei ex semine Dauid secũdum carnẽ, qui prædestinatus est filius dei in uirtute secundũ spiritum sanctifi cationis ex resurrectione mortuorũ Christi Iesu domini nostri &c. Sed & illud qđ ait:
1. Cor. 9 Nõ obturabis os bouis triturãtis: nũquid de bobus cura est deo? an propter nos uoluit dicere: propter nos eñ scriptũ est: quia in spe debet qui arat arare, & qui triturat sub spe fructus percipiẽdi. In quo euidẽter ostendit: quia qui legem dedit deus, propter nos, id est propter apostolos dicit: Nõ obturabis os bouis triturãtis: cui cura erat non boum, sed apostolorũ qui Christi Euangeliũ prædicabant. In alijs quoq; promissionẽ legis
Eph. 6 amplectens Paulus ipse ita ait. Honora patrẽ tuum, & matrẽ, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & longæuus super terram sis, terrã bonam quam dominus deus tuus dabit tibi. Persæpe sine dubio placere sibi legẽ, & deum legis atq; eius iussa pronunciat. Sed quoniã solent interdũ huius hæresis assertores per deceptio sa quędã sophismata simpliciorũ quorunq; corda surripere, absurdũ non puto si etiam ea quæ in assertionibus suis proferre solent proponentes, subreptionẽ eorũ ac demen
Ioan. 1 tiam confutemus. Aiunt igitur. Scriptũ est, Deum nemo uidit unquam: ille autem deus quẽ Moyses prædicat, & ab ipso Moyse uisus est, & antea à patribus eius: is uero qui à saluatore annunciatur, à nullo penitus uisus est. Interrogemus ergo eos & nos: si hunc quẽ fatentur deum, alium esse deum q̃ creatorem deũ dicunt, uisibilem an inuisibilem dicant esse. Et si quidẽ dixerint quia uisibilis est, præter hoc quod contra scripturæ sententiã uenire arguentur, quæ dicit de saluatore, quia imago est inuisibilis dei primogenitus omnis creaturæ: incurrẽt etiã in illud absurdũ, quod deum corporeum esse dicant. Non enim aliter uideri quis potest nisi per habitũ, & magnitudinẽ, & colorem, quę sunt specialia corporũ. Et si corpus esse pronunciet deus, quoniã omne corpus ex materia est, inuenietur & deus esse ex materia: quod si ex materia sit, materia autẽ sine dubio corruptibilis est, erit ergo iã secundũ illos corruptibilis deus. Rursum quoq; interrogabimus eos. Materia facta est an ingenita, id est infecta? Et siquidẽ dixerint, infecta est, id est ingenita, requiremus ab eis si materiæ pars aliqua deus, pars aũt mũdus est. Si uero respõderint de materia quia facta est, sine dubio cõsequitur, ut eam quem deũ dicunt, factum esse confiteantur, quod utiq; nec ipsorũ, nec nostra ratio admittit. Sed dicent, inuisibilis est deus. Et quid agetis? si inuisibilẽ eum esse dicitis per naturã, neq; saluatori debet esse uisibilis. Quinimo & uideri deus pater Christi dicitur, quoniã
Ioan. 14 qui uidet inquit filiũ, uidet & patrem. Quo utiq; nos quidam uehementer angustant, à nobis uero rectius nõ prouidẽdo, sed pro intelligendo sentiẽ. Qui enim intellexerit filium, intelliget & patrem. Hoc ergo modo Moyses etiã deum uidisse putandus est, non carnalibus oculis eum intuens, sed uisu cordis ac sensu mentis intelligens, & hoc
Exod. 33 ex parte aliqua. Manifestũ enim est quia faciem, inquit, meam non uidebis (scilicet qui Moysi responsa præbebat) sed posteriora mea. Quæ utiq; cũ eo sunt intelligenda sacramento, quomodo intelligi conuenit dicta diuina, abiectis profecto illis & spretis anilibus fabulis quæ de anterioribus Dei ab imperitis posterioribusq; fingunt. Neq; sane nos impiũ aliquid sensisse arbitremur, q̃ diximus quia nec saluatori uisibilis est pater: cõsiderent quali distinctione aduersus hæreticos agentes utimur. Diximus eñ quod aliud sit uidere, & uideri, & aliud nosse & nosci, uel cognoscere atq; cognosci. Igiẽ uidere & uideri corporũ res est: quod utiq; nec patri, nec filio, nec spiritui sancto inter se inuicẽ cõpetenter aptabit. Natura enim trinitatis modũ uisionis excedit his qui in corpore sunt. Idẽ omnibus reliquis creaturis qualitatẽ inter se inuicẽ uisionis indulgẽs. Incorporeę uero naturę & principaliter intellectuali, nihil aliud cõuenit nisi nosse & nosci, sicut & saluator ipse pronunciat dicens, quia nemo nouit filiũ nisi pater, neq; patrẽ quis nouit nisi filius, & cui uoluerit filius reuelare. Manifestũ ergo quia nõ dixit, nemo uidit patrẽ nisi filius. Si uero propter illa quæ dicuntur in ueteri testamento, quod irascit deus uel pœnitet, uel siqua alia humani affectus passio designatur, materiã sibi ad cõfutandos nos pręberi putant, affirmantes penitus impossibilẽ deũ, atq; his omnibus carentẽ affectibus sentiendi: ostendendum est eis etiam in euangelicis parabolis
Matt. 20 haberi similia cũ dicit, quia is qui plantauit uineã, & locauit eã colonis, qui coloni miſ

sos

sos ad se seruos interemerunt, ad ultimũ etiam filium ad se missum occiderũt, iratus dominus dicitur abstulisse uineã ab eis, & malos colonos male perdidisse, & uineã colonis alijs tradidisse qui redderent ei fructus in tẽpore suo. Sed & illos ciues qui profecto patrefamilias accipere sibi regnũ, legatos miserunt post eum dicentes, Nolumus eum regnare super nos, impetrato regno ingressus paterfamilias & iratus interfici corã se iubet, & ciuitatẽ eorum igne consumi. Sed & nos siue in uetere testamẽto, siue in nouo cũ de ira Dei legimus, non secundum literam quæ dicuntur aduertimus, sed spiritalem intellectum requirimus in talibus, ut ita sentiamus sicut intelligere de deo dignum est. De quibus secundum paruitatem sensus nostri cum secundi Psalmi exponeremus illũ uersiculum, Tũc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos, prout potuimus qualiter hoc intelligi deberet, ostendimus. Luc. 19 Psal. 2

De iusto & bono. Cap. v

v

Erum quoniã mouet etiam illud quosdã quod principes istius hæresis diuisionẽ quandam fecisse sibi uident, qua dixerũt aliud esse iustũ, aliud bonum, & hac diuisione in diuinitate etiã usi sunt, affirmãtes bonũ quidem Deum patrẽ domini nostri Iesu Christi, & non iustũ esse, iustum uero legis & prophetarum Deũ, nec tamen bonum: Huic quæstioni respondere ꝯ potuero breuiter necessariũ puto. Existimant igitur bonitatẽ affectum talem quendam esse, quod bene fieri omnibus debeat etiã si indignus sit is cui benefactũ datur, nec bene cõsequi mereatur: sed ut mihi uidetur nõ recte usi sunt tali definitiõe, putantes nõ fieri bene huic cui austerũ uel triste aliquid infertur. Iustitiã uero putarũt affectũ esse talẽ qui unicuiq; prout meretur retribuat. Sed & in hoc rursum definitionis suę sensum nõ recte interpretantur. Putant enim quia quod iustũ est malis mala faciat, bonis bona: id est ut secundũ sensum ipsorum iustus malis nõ uideat bene uelle, sed uelut odio quodã ferri aduersus eos: & colligunt sicubi forte in scripturis ueteris testamenti inueniunt historiã referentẽ, uerbi gratia de diluuij pœnis, & eorũ qui in eo extincti referũtur, uel cũ Sodama & Gomorra ignei sulphureiq; imbris uastatiõe depopulantur, uel cũ in deserto ꝓ peccatis suis mortui decidũt, ita ut nullus ex his q̃ de Ægypto fuerant profecti, inueniatur terram promissionis intrasse præter Iesum & Caleph. De nouo autẽ testamento, misericordiæ ac pietatis congregant uerba, quibus à Saluatore discipuli informãtur, & quibus pronũciari uidetur, quia nemo sit bonus præter unum Deũ patrẽ: & per hoc ausi sunt bonũ quidem nominare patrẽ Saluatoris Iesu Christi, alium aũt esse dicunt mũdi deum, quem iustũ eis, & nõ solum bonũ placuit appellare. A quibus primo illud exigendũ puto, si secundũ suã definitionẽ iustum possunt ostendere conditorẽ punientẽ pro meritis, uel eos qui diluuij tempore perierunt, uel Sodomitas, uel eos q̃ ex Ægypto profecti fuerãt. Sed cũ uideamus interdũ multo nequiora, & sceleftiora committi flagitia quàm fuerint illa pro quibus hi quos supra diximus interempti sunt, & nondũ tamen uidemus unumquemq; peccantium pœnam luere meritorũ, nunquid nam bonum dicũt effectum eum qui aliquando iustus erat? an potius illud putabũt, quod iustus quidem est nunc, sed patienter fert humana delicta, tũc uero nec iustus quidẽ erat qui innocentes paruulos & lactentes simul cũ immanibus & impijs extinguebat? Sed hæc ita sentiunt, quia nihil audire præter literam norunt: alioquin ostendant quomodo iustũ est secundũ literam, in tertiã & quartam progeniẽ parentũ reddi peccata in sinum filiorũ, & in filiorũ ipsorum filios post ipsos. A nobis autem talia istã nõ secundũ literam intelligũtur, sed sicut Ezechiel docuit parabolã eam dicens, requirimus quid significet introrsus ipsa parabola. Sed & illud debẽt ostendere, quomodo iustus sit, & pro meritis unicuiq; retribuens, q̃ punit terrenos & diabolum cũ nihil dignum pœna cõmiserint. Non enim poterant (si secundum istos naturæ malæ & perditæ erant) aliquid boni agere. Nam & quod iudicẽ eum dicunt, non tã gestorũ, quàm naturarũ iudex uidetur. Quippe si natura mala bene facere nõ potest, nec bona male. Tum deinde eum quẽ bonum dicunt, si ad oẽs bonus est, sine dubio & ad eos qui perituri sunt bonus est: & quomodo non eos saluat? Si non uult, iã non erit bonus: si uult & non potest, omnipotens non erit. Quin potius audiant in Euãgelijs pa- Gen. 7. 19

trem Domini nostri Iesu Christi ignē præparantem diabolo & angelis eius. Et quomodo istud opus tam pœnale, tam triste secundum sensum eorum boni Dei uidebitur?

Matth. 11 Sed & ipse Saluator boni Dei filius in euangelijs protestatur & dicit, quia si signa & prodigia facta fuissent in Tyro & Sidone, olim in sacco & cinere sedentes pœnitentiā egissent. Et quum proximus utiq; ipsis urbibus accessisset, cur quęso declinat ciuitates istas ingredi, & præstare eis signorū & prodigiorum copiam, si eas his gestis in sacco & cinere certum erat acturas esse pœnitentiam? Quod utiq; cum nō facit, sine dubio perditioni eas relinquit quas malæ & perditæ uitæ nō esse ipse euāgelij sermo indicat qui eas potuisse pœnitere designat. Sed & in quadam euāgelij nihilominus parabola ingrediēs rex uidere discumbētes qui fuerāt inuitati, uidit quendā nō indutū nuptialibus indumentis, & ait ei. Amice quomodo introisti huc nō habens indumentū nuptiale? Tunc ait ministris. Ligantes ei manus & pedes mittite eū foras in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Dicant nobis quis est iste rex, qui ingressus est uidere discumbentes, & inueniens inter eos quendā sordidis indumentis, iubet eū uinctum per ministros suos in exteriores tenebras detrudi. Nunquid nō ille est quē iustū dicunt? Et quomodo bonos ac malos inuitare iusserat, nec merita à ministris scisciari præceperat? Per quod utiq; non iusti alicuius (ut isti dicunt) & pro meritis retribuentis, sed erga oēs indiscretæ benignitatis indicatur affectus. Si uero necesse est hoc de bono Deo, id est de Christo, uel de patre Christi intelligi, quid illud est quod iusto dei iudicio obijcitur, imò quid tale est quod in Deo legis criminatur, quale est ut eum qui ab his seruis quos miserat uocare bonos & malos fuerat inuitatus iuberet pro sordidioribus indumentis uinctū manibus pedibusq; in exteriores tenebras præcipitari? Et hæc quidē sufficere debent quæ ex auctoritate assumpsimus scripturarū ad refellenda ea quæ hæretici obtendere solent. Nō tamē indecēs uidebitur, si etiā ex ratione ipsius consequentiæ paucis agamus cum eis. Interrogamus ergo eos si norunt quæ ratio apud homines uirtutis ac malitiæ habeatur: & si uidetur cōsequens esse, ut uirtutes dicamus in Deo, uel (ut ipsis uidetur) in duobus istis dijs. Respōdeāt hi quoq; si uidetur eis esse aliqua, quod puto sine dubio fatebūtur, quid etiā dicent de iustitia. Nunquam profecto ut mihi uidetur ita desipient, ut iustitiā negent esse uirtutem: Ergo si bonum uirtus, & iustitia uirtus est. Si uero dixerint, nō esse bonū iustitiā, superest ut aut malum sit, aut indifferens. Et quidē dicentibus malum esse iustitiam, respondere ineptum puto. Videbor enim uel insanis sermonibus, uel mente motis hominibus respōdere. Malum enim quomodo uidebitur id quod bonis bona retribuere potest, sicut etiā ipsi fatentur? Si uero indifferens dixerint, cōsequens est ut cū iustitia indifferens sit, & sobrietas & prudentia, & oēs reliquæ uirtutes indifferentes habeantur. Et quid respondebimus Paulo dicēti, Siqua uirtus, siqua laus, hæc cogitate quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & uidistis in me? Discant ergo perscrutantes scripturas diuinas, quæ sunt singulæ uirtutes, & nō surripiant in hoc quod dicunt, quia eis Deus qui unicuiq; secundum meritū retribuit, malis mala, & non pro eo quod austerioribus curari indigēt medicamentis hi qui deliquerunt, & postea his adhibent ea quæ emēdationis prospectu ad præsens uidentur sensum doloris inferre. Non legunt quid scriptū sit de spe illorum

1. Pet. 3 q in diluuio perēpti sunt, de qua Petrus ipse in prima epistola sua ita ait, quia Christus mortuus quidē carne, uiuificatus autem spiritu: in quo pergens prædicauit his spiritibus qui in carcere tenebantur, qui increduli fuerant aliquādo cū expectarent Dei patientiā in diebus Noe cū fabricaretur arca, in qua pauci id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquam, quod & uos simili forma nunc baptisma saluos facit. De Sodoma autem & Gomorra dicant nobis si credunt creatoris dei esse prophetica uoces, eius scilicet qui refert super eos ignis & sulphuris imbrē pluisse: quid dicit de ipsis Ezechi-

Ezech. 16 el propheta? Restituet, inquit, Sodoma in antiquū, Quid autem affligens eos qui pœ-

Esa. 47 na digni sunt non pro bono affligit? qui etiā ad Chaldæā dicit. Habes carbones ignis, sede super eos, ipsi erunt tibi adiutorio. Sed & de his qui in deserto ceciderunt audiāt quid in LXXVII psalmo qui Asaph superscribitur, referatur: ait enim. Cum occideret eos tunc exquirebant eum. Non dicit, quia alijs interfectis alij requirebant eū, sed ait quia eorū qui occidebantur talis erat interitus, ut mortificati requirerent Deū. Ex quibus

bus omnibus constat unum eundēq; esse iustum & bonum legis & euangeliorum deum, & benefacere eū iustitia & bonitate punire: quia nec bonum sine iusto, nec iustum sine bono dignitatem diuinæ potest indicare naturæ. Addemus adhuc etiam hoc uersutijs eorum compellentibus nos. Si aliud iustū quàm bonum quoniam bono malum contrarium est, & iusto iniustū, sine dubio & iniustum aliud erit quàm malum: & sicut iustus apud nos non est bonus, ita neq; iniustus erit malus: & rursum, sicut bonus nō est iustus, ita & malus nō erit iniustus. Quomodo aūt non erit absurdū, ut Deo quidem bono contrarius sit malus, deo autē iusto quem inferiorem bono dicimus, contrarius nemo sit? Nō enim sicut Satanas est qui malus dicitur, ita est alius aliquis qui dicatur iniustus. Quid ergo est? Rescindamus ea quæ defendimus. Nō enim poterunt dicere, quia malus nō etiam iniustus sit, & iniustus malus. Quod si in istis contrarijs indissociabiliter inhæret uel malo iniustitia, uel iniustitiæ malū, sine dubio & bonus indissociabilis erit iusto, & iustus bono: ut sicut unā eādemq; nequitiam malitiæ & iniustitiæ dicimus, ita bonitatis ac iustitiæ uirtutem unam eādemq; teneamus. Sed iterum ad scripturæ nos reuocant uerba proferentes illam famosissimam quæstionē. Aiunt nāq; Scriptum est, quia non potest arbor mala fructus bonos facere: ex fructu enim arbor cognoscitur. Quid ergo est aiunt? qualis arbor sit lex, ex fructibus suis, id est ex præceptorum sermonibus declaratur. Si enim bona inueniatur lex, sine dubio & qui dedit eam bonus deus esse creditur. Si uero iusta magis quàm bona, iustus etiā legislator putabitur Deus. Paulus Apostolus nulla circuitione usus ait: Lex ergo bona est, & mādatum sanctum & iustum & bonum. Ex quibus est manifestum, quia Paulus non istorum literas didicerat, qui iustū à bono separarent, sed ab eo Deo fuerat instructus, & eius dei spiritu fuerat illuminatus, qui simul & sanctus & bonus & iustus est: per cuius ille spiritum loquens, dicebat mādatum legis esse sanctum & iustum, & bonum. Et ut euidentius suprà iustitiam & sanctitatē & bonitatē magis ineſſe ostenderet in mandato, repetito sermone pro his tribus, solā protulit bonitatē dicens: Quod ergo bonum est, mihi mors est? absit. Sciēs quippe bonitatē genus esse uirtutum, iustitiam uero uel sanctitatē speciem generis, ideo cū in superioribus genus simul ac species nominasset, repetens sermonem ad solum genus detorsit. Sed & in consequentibus, Peccatum, inquit, per bonū mihi operatum est mortem. In quo id per genus concludit, quod superius per species exposuerat. Hoc modo nanq; intelligendum est etiam illud quod dictū est. Bonus homo de bono thesauro cordis sui, pfert bonū, & malus de malo profert malū. Genus nanq; assumpsit etiam huic bono uel malo, ostendens sine dubio in bono homine esse & iustitiam & sobrietatem & prudentiā & pietatem, & omne quod dici bonū uel intelligi potest. Similiter etiam & malum hominem dixit, qui sine dubio esset iniustus & impurus & impius, & omnia quæ per partes hominē malū deformāt. Sicut enim sine his nequitijs nemo aliquis malū hominē putat, nec esse malus potest, ita & sine illis uirtutibus certum est quod nemo putabitur esse bonus. Supereſt eis adhuc etiam illud, quod proprie sibi datum scutum putant, quod dixit dominus in Euangelio: Nemo bonus nisi unus Deus pater: dicentes hoc esse proprium uocabulum patris Christi, qui tamen alius sit à creatore omnium Deo, cui creatori bonitas nullam dederit appellationē. Videamus ergo si in ueteri testamento deus prophetarū & mūdi creator ac legislator non dicitur bonus. Et quid est quod in Psalmis dicit: Quàm bonus Israel Deus rectis corde: & Dicat nunc Israel quoniam bonus, quoniā in seculum misericordia eius. Et in Lamētatiōibus Hieremię scriptū est: Bonus Dominus his qui sustinent eum, animæ quærenti eum. Sicut ergo bonus in ueteri testamento frequēter dicitur Deus, ita etiam iustus in euangelijs appellatur Domini Iesu Christi pater.

Matth. 7

Rom. 7

Matth. 12

Matth. 19

Psal. 72

Thren. 3

Denicq; in euangelio secundū Ioannem orans ipse dominus noster ad patrem dicit, Pater iuste, & mundus te non cognouit. Ne forte dicant, quia etiam mundi creatorem pro assumptione carnis patrem uocabat, & ipsum iustū nominabat, excludūtur ab eo sermone qui statim sequitur: ait enim. Et mundus te nō cognouit. Secundū ipsos enim solum deū bonum mundus ignorat. Nam cōditorem suum uerissime recognoscit, domino ipso dicente, quia mundus quod suū est diligit. Aperte ergo ille quem putāt bonum deū, iustus esse in euāgelijs dicitur. Ex ocio sane licebat plura testimonia congre-

Ioan. 17

gare, ſicubi in nouo teſtamẽto pater domini noſtri Ieſu Chriſti iuſtus appellatur: etiã in ueteri teſtamento cœli & terræ creator bonus dicitur, ut pluribus teſtimonijs cõuicti hæretici, aliquando forte erubeſcant.

De incarnatione Chriſti Cap. VI

Empus eſt his decurſis repetere nos de incarnatione Domini & Saluatoris noſtri quomodo uel quare homo fuerit factus. Pro uiribus igit̃ noſtris
T perexiguis cõſiderata ex operũ ſuorũ magis q̃ ex noſtri ſenſus contemplatione, diuina natura, intuitisq; nihilominus creaturis eius uiſibilibus, fide quoq; inuiſibilibus contẽplatis, quia nõ omnia uel oculis uidere poteſt humana fragilitas, uel ratione cõplecti, pro eo quod omniũ rationabiliũ infirmius & fragilius animal nos homines ſumus: præſtãtiora em̃ ſunt illa quæ in cœlo, uel ſuper
Coloſ. 1 cœlos habent̃: Supereſt ut harũ omniũ creaturarum & dei mediũ, id eſt mediatorem quæramus, quẽ Paulus apoſtolus primogenitum omnis creaturæ pronũciat. Videtes quoq; nos ea quæ de eius maieſtate in ſcripturis ſanctis referunt̃, & intuẽtes quòd imago inuiſibilis dei, & primogenitus omnis creaturę dicat̃, & quod in ipſo creata ſunt omnia uiſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominatiões, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum facta ſunt, & in ipſo: & ipſe eſt ante oẽs, & omnia illi cõſtant, qui
1. Cor. 11 eſt caput omniũ, cum ſolus habeat caput deum patrem. Scriptum eſt enim. Caput autem Chriſti Deus. Peruidentes etiam quod ſcriptum eſt, quomodo nemo nouit patrẽ niſi filius, neq; quis nouit filiũ niſi pater. Quis enim poteſt noſſe quæ ſit ſapientia, niſi qui genuit eã? aut quis ad liquidũ quæ ſit ueritas nouit niſi ueritatis pater? Quis certe uniuerſam uerbi ſui naturã, atq; ipſius Dei quæ ex deo eſt inueſtigare potuit, niſi ſolus deus apud quẽ erat uerbũ? Pro certo habere debemus quod hoc uerbum, ſiue ratio dicenda eſt, hanc ſapientiã, hanc ueritatẽ nullus alius niſi pater nouit, de quo ſcriptũ eſt: Ne ipſum quidẽ mundũ capere arbitror libros qui ſcriberẽtur: de gloria ſcilicet & maieſtate filij dei. Impoſſibile nanq; eſt literis cõmittere ea quæ ad ſaluatoris gloriã pertinent. His igitur tranſactis, ac talibus de natura filij dei conſideratis, cũ ſumma admiratione obſtupeſcimus quod eminẽs omnium iſta natura exinaniens ſe de ſtatu maieſtatis ſuæ homo factus ſit, & inter homines cõuerſatus, ſicut gratia labijs eius infuſa teſtatur, & ſicut teſtimoniũ ei reddit pater cœleſtis, & ut ſignis quoq; & prodigijs uarijs uirtutibusq; ab eo geſtis cõfirmatur. Qui etiã ante præſentiã ſuã hanc quã oſtendit in corpore, pręcurſores ſuos & nuncios aduentus ſui miſit prophetas. Poſt aſcenſionẽ uero ſuã in cœlos, ſanctos apoſtolos diuinitatis ſuæ uirtute repletos homines uel ex publicanis, uel ex piſcatoribus imperitos & indoctos circuire fecit orbẽ terrarum, ut ex omni gente atq; ex omnibus populis priorum plebem in ſe credentium congregarẽt.

Verum ex omnibus de eo miraculis & magnificẽtijs illud penitus admiratione humanæ mẽtis excedit, nec inuenit mortalis intelligẽtiæ fragilitas quomodo ſentire uel intelligere poſſit, quod tanta illa potentia diuinæ maieſtatis, ipſum illud uerbũ patris, atq; ipſa ſapiẽtia Dei, in qua creata ſunt omnia uiſibilia & inuiſibilia, intra circũſcriptionẽ eius hominis qui apparuit in Iudæa, fuiſſe credẽda ſit: ſed & ingreſſa eſſe Dei ſapientia uuluã fœminæ & naſci paruulus, & uagitũ emittere ad ſimilitudinẽ plorantium paruulorũ, Tum deinde quod in morte conturbatus refertur, ut ipſe etiam profitetur di-
Matth. 26 cens, Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem: & ad ultimum quod uſq; ad eam quæ inter homines indigniſſima habebatur adductus eſt mortẽ, licet tertia die reſurrexit. Cum ergo in eo quædam ita uideamus humana ut nihil à communi, id eſt mortalium fragilitate diſtare uideantur, quædã ita diuina, ut nulli alij niſi illi primo & ineffabili in ſe conueniat deitati habere, humani intellectus anguſtia tantæ admirationis ſtupore percuſſa quò declinet, & quò ſe conuertat ignorat. Si deum ſentiat, mortalem uidet: ſi hominẽ putet, deuicto mortis imperio cũ ſpolijs redeuntẽ à mortuis cernet. Propter quod cũ omni metu & reuerentia contemplandum eſt, ut in uno eodemq; ita utriuſq; naturæ ueritas demonſtretur, ut neq; aliquid indignũ & indecens in diuina illa & ineffabili ſubſtantia ſentiatur, neq; rurſum quę geſta ſunt falſis illuſa imaginibus exiſtimentur. Quæ quidẽ in aures humanas proferre, & ſermonibus explicare, lõge uires uel meriti

noſtri

nostri, uel ingenij ac sermonis excedit. Arbitror autē quia etiam sanctorū apostolorū supergrediatur mensuram: quinimò etiā fortassis totius creaturæ cœlestiū uirtutum eminentior est sacramēti istius explanatio. De quo nos non temeritate aliqua, sed quomodo ordo loci depoſcit, ea magis quę fides nostra continet, & humanæ rationis assertio uindicare solet, quàm pauciſſimis proferemus, suspiciones potius nostras & manifestas aliquas affirmationes in mediū proferentes. Igitur unigenitus Dei per quem omnia facta sunt uisibilia & inuisibilia (ut in superioribus sermo disputatiōis edocuit) secundum scripturę sentētiam & fecit omnia, & quæ fecit, diligit. Nam cum inuisibilis Dei ipse sit imago inuisibilis, participationē sui uniuersis rationabilibus creaturis inuisibiliter præbuit, ita ut tantum ex eo unusquisq; participij sumeret, quanto erga eū dilectionis inhæsisset affectu. Verum cū liberi arbitrij facultate uarietas unumquēq; ac diuersitas habuisset animorū, ut alius ardētiore, alius tenuiore & exiliore erga autorē suū amore teneret, illa anima de qua dixit Iesus, quia nemo auferet à me animā meam, ab initio creaturę et deinceps inseparabiliter ei atq; indissociabiliter inhęrēs, utpote sapientiæ & uerbo dei & ueritati, ac luci ueræ, & tota totū recipiens, atq; in eius lucem splendoremq; ipsa cedens, facta est cū ipso principaliter unus spiritus, sicut & Apostolus his qui eam imitari deberēt, promittit, quia qui se iungit domino, unus spiritus est. Ioan. 4 1. Cor. 6

Hac ergo substantia animæ inter Deum carnēq; mediante: non enim possibile erat Dei naturā corpori sine mediatore miscerī: nascitur (ut diximus) Deus homo, illa substantia existente, cui utiq; contra naturam nō erat corpus assumere. Sed neq; rursus anima illa, utpote substantia rationabilis, contra naturā habuit, capere Deum, in quem, ut superius diximus, uelut in uerbum & sapientiā & ueritatem tota iam cesserat. Vnde & merito pro eo uel quod tota esset in filio Dei, uel totū in se caperet filium Dei, etiā ipsa cum ea quam assumpserat carne dei filius, & dei uirtus Christus dei sapientia appellatur: & rursum dei filius per quem omnia creata sunt, Iesus Christus & filius hominis nominatur. Nam & filius dei mortuus esse dicit, pro ea scilicet natura quæ mortē utiq; recipere poterat: & filius hominis appellatur, qui uenturus in dei patris gloria cū sanctis angelis prædicat. Et hac de causa per omnem scripturā tā diuina natura humanis uocabulis appellatur, & humana natura diuinę nūcupationis insignibus decoratur. Magis enim de hoc & de ullo alio dici potest, quod scriptū est, quia erunt ambo in carne una, & iam non sunt duo, sed caro una. Magis enim uerbū dei cum anima in carne una esse, & uir cum uxore, putandū est. Sed & unus spiritus esse cū deo, cui magis conuenit, & huic animæ quæ se ita Deo per dilectionem iunxit, ut cum eo unus spiritus meritо dicatur? Quod aūt dilectionis perfectio, & meriti affectus syncеritas, ei hāc inseparabilē cū deo fecerit unitatē, ita ut nō fortuita fuerit, aut cū personæ acceptione animę eius assumptio, sed uirtutum suarū ei merito delata, audi ad eum Prophetam dicentē: Dilexisti iustitiā, & odisti iniquitatē, propterea unxit te deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participib. tuis. Dilectionis ergo merito ungit oleo lætitiæ, id est anima Christi cū uerbo dei unū efficit. Vngi namq; oleo lætitiæ, nō aliud intelligitur & spiritu sancto repleri. Quod aūt præ participibus dixit, indicat quia non gratia spiritus, sicut ꝓphetis ei data est, sed ipsius uerbi dei in ea substātialis inerat plenitudo, sicut & Apostolus dixit, In quo habitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Deniq; ꝓpter hoc nō solū dixit, Dilexisti iustitiā, sed addidit, Et odisti iniquitatē. Odisse em̄ iniquitatē illius est, de quo scriptura dicit, Qui peccatū non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius: & de quo dictū est. Tentatū per omnia ꝓ similitudine absq; peccato. Sed & ipse dns dicit: Quis uestrū arguet me de peccato? Et iterū ipse dicit de se: Ecce uenit princeps mundi huius, & in me non inuenit quicquā. Quæ omnia nullū in eo peccati sensum indicant extitisse. Quod ut Propheta euidentius designaret, quia nunquam in eum iniquitatis sensus intrasset, ait: Priusquā sciret puer patrē aut matrē uocare, auertit se ab iniquitate. Quod si alicui difficile uidebitur, pro eo quod rationabilē animam esse in Christo suprà ostendimus, cū utiq; animarum naturam boni maliq; capacem per omnes disputationes nostras frequenter ostēdimus, hoc modo rei huius explanabit difficultas. Naturam quidē animæ illius hanc fuisse quæ est omniū animarum, non potest dubitari: alioqn nec dici anima potuit, si uere nō fuit anima. Verū quoniā boni maliq; eligēdi facul-

Colos. 2 Psal. 44 Heb. 4 Ioan. 8 Ioan. 14 Esa. 8

1. Cor. 6 Imo potuit assumere si licem. 1. Cor. 1

tas præsto est huic animæ quæ Christi est, ita elegit diligere iustitiã, ut pro immensitate dilectiõis ei incõuertibiliter inhæreret, ita ut propositi firmitas, & affectus immẽsitas, & dilectionis inextinguibilis calor, omnẽ sensum cõuersionis atq; immutatiõis abscinderet, & quod in arbitrio erat positũ, longi usus affectu iã uersum sit in naturam: ita ut fuisse quidem in Christo humana & rationabilis anima credenda sit, & nullum sensum uel possibilitatẽ eam putandũ est habuisse peccati. Ad pleniorẽ tamen rei explanationem nõ uidetur absurdum, si etiam similitudine aliqua utamur, licet in re tã ardua, tamq; difficili, ne exẽplis quidem uti cõmodis copia est. Tamẽ ut absq; aliquo prejudicio dicamus, ferri metallũ capax est frigoris et caloris. Si ergo massa aliqua ferri semper in igne sit posita, omnibus suis poris, omnibusq; uenis ignẽ recipiens, & tota ignis effecta, si neq; ignis ab ea cesset aliquãdo, neq; ipsa ab igne separetur, nunquã dicemus hãc quæ natura quidẽ ferri massa est, in igne positam, & indesinẽter ardentem posse frigus aliquando recipere: quinimo (quod uerius est) magis eam sicut in fornacibus sẽpe fieri oculis deprehendimus, totã ignem effectã dicimus, quoniam nec aliud in ea nisi ignis cernitur: sed & si qui contingere atq; tractare tentauerit, nõ ferri, sed ignis uim sentiet. Hoc ergo modo etiã illa anima quæ quasi ferrũ in igne, sic semper in uerbo, semper in sapientia, semper in deo posita est, omne quod agit, quod sentit, quod intelligit, deus est: & ideo nec cõuertibilis & mutabilis dici potest, quæ incõuertibilitatẽ ex uerbi dei unitate indesinenter ignita possedit. Ad oẽs denicq; sanctos calor aliquis uerbi Dei putandus est peruenisse: in hac aũt anima ipse ignis diuinus substãtialiter requieuisse credendus est, ex quo ad cæteros calor aliquis uenerit. Denicq; quod dixit, quia unxit te Deus, deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis, ostẽdit quod aliter ista anima oleo lætitiæ, id est uerbo Dei ungit, & aliter participes eius, id est sancti prophetę & apostoli. Illi enim in odore unguentorũ eius cucurrisse dicunt: ista aũt anima uasculũ unguẽti ipsius fuit, ex cuius fragrãtia participantes digni quicq; prophetæ fiebãt & apostoli. Sicut ergo aliud est unguẽti substantia, aliud odor eius: ita aliud est Christus, & aliud participes sui. Et sicut uas ipsum quod substãtiã cõtinet & unguentũ, nullo genere potest aliquid recipere fœtoris: hi uero qui ex odore eius participant, si se paulo lõgius à fragrantia eius remouerint, possibile est ut incidentẽ recipiant fœtorẽ: ita Christus uelut uas ipsum in quo erat unguenti substãtia, impossibile fuit ut cõtrariũ reciperet odorẽ. Participes uero sui & propinqui fuerint uasculo, tã odoris erunt participes & capaces.

Arbitror sanè etiã Hieremiã prophetam intelligentẽ quæ sit in eo natura Dei sapien
Thren. 4 tię, quæ etiã hæc quã pro salute mundi susceperat, dixisse: Spiritus uultus nostri Christus dñs, cui diximus quod in umbra eius uiuemus in gentibus. Pro eo eñ quod sicut umbra corporis nostri inseparabilis est à corpore, & indeclinabiliter motus ac gestus corporis suscipit & gerit, puto eũ animæ Christi opus ac motũ q ei inseparabiliter inhęrebat, & pro motu eius ac uolũtate cũcta perpetrabat, ostendere uolentẽ umbrã Christi domini hanc uocasse, in qua umbra nos uiueremus in gẽtibus. In huius nãq; assumptionis sacramento gentes uiuunt, quæ imitantes eam per fidem ueniunt ad salutem.

Psal. 88 Sed & Dauid dicẽs, Memor esto opprobrij mei dñe, quo exprobrauerũt me in com
mutationẽ Christi tui, similia mihi uidetur ostendere. Et Paulus quid aliud sentit, cũ di-
Colos. 3 cit, Vita nostra abscõdita est cũ Christo in deo? Et quidẽ in alio loco dicit, Aut docu-
2. Cor. 13 mentũ quęritis eius q in me loquit Christus? Et nũc Christũ uideo dicit absconditum. Cuius rei intellectus nisi talis aliquis iudicetur, qualẽ per umbrã Christi à Propheta signatũ esse supradiximus, fortassis etiã hoc sensum humanę mẽtis excedit. Sed & q plurima alia de scripturis diuinis de umbræ significãtia uidemus inserta, ut illud in euãge-
Luc. 1 lio secundũ Lucã, cum dicit Gabriel ad Mariã: Spiritus dñi superueniet in te, & uirtus
Heb. 8 altissimi obumbrabit tibi. Et Apostolus de lege dicit, qa similitudini & umbrę deseruiunt cœlestiũ hi q carnalẽ habent circunciſionẽ. & alibi dicit, Nõne umbra est uita nostra super terrã? Si ergo & lex quæ super terrã est, umbra est, & uita oñis nostra quę est super terrã, umbra est, & in umbra Christi uiuimus inter gẽtes: uidẽdũ est ne harũ omnium ueritas umbrarũ illa reuelatione noscat, cũ iã nõ per speculũ in ænigmate, sed facie ad faciẽ sancti quicq; gloriã Dei & rerũ causas ac ueritatẽ speculari merebũt. Cuius
2. Cor. 5 ueritatis accepto iã pignore per spiritũ sanctũ, dicebat Apostolus: Etiã si cognouimus

Christum

Christū secundū carnē aliquādo, sed nunc iā non nouimus. Hæc interim nobis ad præsens de rebus tā difficilibus disputantibus, id est de incarnatione, & de deitate Christi occurrere potuerunt. Si quis sanè melius poterit inuenire, & euidētioribus de scripturis sanctis assertionibus confirmare quæ dicit, illa potius quàm hæc recipiantur.

De sancto spiritu. Cap. VII.

Via ergo post primas illas dissertiones quas de patre & filio & spiritu sancto in initijs secūdū quod res poposcerat, exposuimus, uisum est rursum repetere nos debere, & ostendere quod Deus idē esset creator & conditor mūdi, & pater domini nostri Iesu Christi, id est legis & prophetarū atque euāgeliorū unus atq; idē deus: tū deinde etiā de Christo, quod is qui uerbū & sapientia Dei superius fuerat ostensus, etiam qualiter homo factus est in consequentibus debuit demonstrari: supereſt ut etiā de spiritu sancto q̄ possumus breuiter repetamus. Tempus est ergo nunc de spiritu sancto nos pro uiribus pauca disserere, quē dominus & Saluator noster in euangelio secundū Ioannem, paracletū nominauit. Sicut enim idē ipse Deus, atq; idem ipse Christus, ita idē spiritus sanctus est qui in prophetis & in apostolis fuit, id est siue in illis qui ante aduētū Christi Deo crediderunt, siue in his qui per Christū confugerunt ad Deum. Et duos quidē deos ausos esse hæreticos dicere, & duos Christos audiuimus: duos aūt spiritus sanctos nunquam cognouimus ab aliquo prædicari. Quomodo enim hoc de scripturis poterūt affirmare, aut quā differentiā dare poterunt inter spiritū sanctum, & spiritū sanctū: si tamē diffinitio aliqua, aut descriptio inueniri potest spiritus sancti. Nam ut cōcedamus Marcioni uel Valentino posse differentias deitatis inducere, & aliā boni naturam, aliam uero mali describere, quid excogitabit, atq; quid inuenier, ut differentiā spiritus sancti introducat? Nihil ergo illos posse ad indiciū qualiscūq; differētię arbitror inuenire. Nos existimamus quod participationē eius similiter ut sapiētię Dei & uerbi Dei absq; ulla differentia creatura rationabilis omnis affirmat. Video tamē quod præcipuus sancti spiritus aduentus ad homines post ascensionē Christi in cœlos magis q̄ ante aduentū eius declaratur. Antea namq; solis prophetis, & paucis si quid forte in populo meruissent, donū spiritus sancti præbebatur. Post aduentum uero Saluatoris scriptum est adimpletū esse illud, quod dictū est in propheta Iohele, quia erit in nouissimis diebus, & effundam de spiritu meo super omnē carnē, & prophetabunt. Quod utiq; tale est sicut illud quod ait: Omnes gentes seruient ei. Per grātiā ergo spiritus sancti cum reliquis quamplurimis etiā illud magnificentissimū demōstratur, quod ea quæ in prophetis scripta sunt, uel in lege Moysi, pauci tunc ijdē ipsi prophetæ, & uix sicubi unus ex omni populo superare poterat intellectū corporeū, & maius aliquid, id est spiritale quid, poterat intelligere in lege & prophetis. Nūc aūt innumeræ sunt multitudines credentium, qui licet non omnes possint per ordinem, neq; ad liquidū spiritalis intelligentiæ explicare consequentiā: tamē omnes persuasum habent, quod neq; circumcisio corporaliter intelligi debeat, neq; otiū sabbati, uel sanguinis effusio pecoris, neq; quod de his Moysi responsa darentur à Deo: qui utiq; sensus dubiū nō est quod spiritus sancti uirtute omnibus suggeratur. Sicut aūt multi sunt intellectus de Christo, qui utiq; quāuis sapientia sit, non tamen in omnibus sapientiæ agit aut obtinet uim, nisi in his qui in ipso sapientiæ studēt: neq; cū medicus dicatur, erga omnes quasi medicus agit, sed erga illos tantū qui ægritudinis suæ intellecto languore confugiunt ad misericordiā eius, ut possint cōsequi sanitatē: ita arbitror etiā de spiritu sancto in quo omnis est natura donorū. Alijs namq; præbetur per spiritū sermo sapientiæ, alijs sermo scientiæ, alijs fides, & ita per singulos qui eū capere possunt, hoc efficitur, uel hoc intelligitur ipse spiritus, quo indiget ille qui eum participare meruerit. Quas diuisiones ac differentias nō aduertentes hi qui eum Paracletum in Euangelio audiunt nominari, neq; considerantes ex quo opere uel actu Paracletus nominetur, uilibus eū nescio quibus spiritibus comparārunt, & per hoc conturbare conati sunt ecclesias Christi, ita ut dissensiones fratribus non modicas generarent. Euangelium uero tantæ eum potentiæ ac maiestatis ostendit, ut dicat apostolos nō posse capere adhuc ea quæ uolebat docere eos Saluator, nisi

Psal. 71

cum

cũ aduenirет ſpiritus ſanctus, qui ſe eorũ animabus infundens, illuminare eos poſſit de ratione ac fide trinitatis. Iſti uero pro imperitia ſui intellectus, quia nõ ſolũ ipſi quod rectũ eſt, cõſequenter non ualent exponere, ſed ne his quidẽ quæ à nobis dicuntur, poſſunt audientiã cõmodare, minora quàm dignum eſt de eius diuinitate ſentientes, erroribus ſe ac deceptionibus tradiderũt, erratico magis ſpiritu deprauati q̃ ſancti ſpiritus
1. Tim. 4 inſtitutionibus eruditi, ſecundũ quod Apoſtolus dixit: Doctrinã ſpirituũ dæmoniorũ ſequentes prohibentium nubere ad interitũ & ruinã multorum, & importune ſe abſtinere à cibis, ut per oſtentationem acrioris obſeruantiæ ſeducant animas innocentum.

Oportet ergo nos ſcire quia Paracletus eſt ſpiritus ſanctus, docens maiora q̃ uoce fieri poſſunt, & ut ita dixerim, quæ ineffabilia ſunt, & quæ non licet hominib. loqui, id eſt quæ indicari humano ſermone nõ poſſunt. Quod aũt aĩt nõ licet, pro eo quod non
1. Cor. 10 poteſt, dictũ ſentimus ab Apoſtolo, ſicut & alibi ait: Omnia mihi licent, ſed nõ omnia expediunt: omnia mihi licent, ſed non omnia ædificant. Ea enim quorum poteſtas nobis eſt propter quod habere ea poſſimus, licere nobis didicit. Paracletus uero quod dicitur ſpiritus ſanctus, à cõſolatione dicitur. Paracleſis em̃ latine conſolatio appellatur. Si quis nãq̃ de ſpiritu ſancto participare meruerit, cognitis ineffabilib. ſacramẽtis conſolationẽ ſine dubio & lætitiam cordis aſſumit. Cum enim rationes omnium quæ fiũt, quare uel qualiter fiant, ſpiritu indicante cognouerit, in nullo utiq̃ cõturbari eius anima poterit, aut ullũ ſenſum timoris accipere: nec in aliquo terretur, cũ uerbo dei & ſapiẽtię eius inhærẽs, dominũ Ieſum dicit in ſpiritu. Verũ quoniã Paracleti fecimus mẽtionẽ, & pro utribus noſtris qualiter de eo ſentiri debeat, expoſuimus: dicitur aũt etiã
1. Ioan. 2 Saluator noſter Paracletus in epiſtola Ioannis cũ dicit, Si quis noſtrum peccauerit, Paracletũ habemus apud patrem noſtrum Ieſum Chriſtũ, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: cõſideremus ne forte aliud ſignificet hæc appellatio Paracleti de Saluatore, aliud de ſpiritu ſancto. Videtur em̃ de Saluatore Paracletus dici deprecator. Vtrumque enim ſignificat in græco Paracletus, & deprecatorẽ & conſolatorem. Propter eũ ergo q̃ ſubſequitur ſermonẽ, quo aĩt, Et ipſe eſt repropitiatio pro peccatis noſtris, magis in Saluatore nomen Paracleti pro deprecatore intelligendũ uidetur. Deprecatur enim patrem pro peccatis noſtris. De ſpiritu ſancto Paracletus debet intelligi pro eo quod cõſolationẽ præſtat animabus, quibus aperit & reuelat ſenſum ſcientiæ ſpiritalis.

Ruffinus loquitur.

De anima. Cap. VIII

Oſt hoc iã ordo depoſcit nos etiam de anima generaliter inquirere, & ab inferioribus incipientes ad ſuperiora cõſcendere. Eſſe nãq̃ animas in ſingulis quibuſq̃ animalibus etiã in his quę in aquis degunt, à nullo arbitror dubitari. Nam & cõmunis omniũ hoc ſeruat opinio, & confirmatio ſanctæ ſcripturę auctoritatis accedit, cũ dicitur, q̃ fecit deus cetos magnos, & omnẽ animam animantiũ repentium, quæ produxerunt aquę ſecundum genus eorũ. Ex cõmuni uero rationis intelligentia confirmatur etiam ab his qui definitionẽ animæ certis determinant uerbis. Definitur nãq̃ hoc modo, quia ſit ſubſtantia phantaſtica & hormetica: quod latine licet nõ tã proprie explanetur, dici tamẽ poteſt ſenſibilis & mobilis. Quod utiq̃ cõuenit etiã de omnibus animalibus dici, & in his quę in aquis degunt: ſed & in uolucribus eadẽ definitio animæ conuenienter oſtenditur. Addidit ſanẽ ſcriptura etiã alterius ſententiæ auctoritatẽ, cum dicit: Non manducabitis ſanguinẽ, quia anima totius carnis ſanguis eius eſt, et non manducabitis animã cum carnibus. In quo euidentiſſime ſanguinẽ omniũ animalium animã eorũ eſſe deſignat. Iã uero ſi quis requirat, quõ animã omnis carnis ſanguinẽ eius eſſe dixit de apibus, ueſpis et formicis, & de his quæ in aquis ſunt oſtreis & cochleis, & quęcũq̃ ſunt talia quæ carẽt ſanguine, et eſſe animantia manifeſtiſſime demõſtrantur: Reſpondendũ eſt quoniã huiuſcemodi animãtibus quã in cęteris uim habet rubri ſanguinis uigor, hãc uim obtinet in iſtis humor iſte q̃ ineſt in eis, licet alterius ſit coloris: nihil em̃ refert qui ſit color, dũmodo ſubſtãtia ſit uitalis. De iumẽtis uero, uel pecudib. quod animantia ſint etiã apud cõmunẽ opinionẽ nulla dubitatio eſt. Euidẽs tamẽ & diuinę ſcripturę ſentẽtia cũ dicit deus: Producat terra animã uiuã ſecũdũ genus. Iã uero de homine q̃uis nulli dubiũ ſit,

Animæ definitio apud Ariſtotelem. phãtaſtica dici poteſt imaginatiua, quod eſt intellectus, & hormetica impulſiua, quod ad affectus pertinet.

nec re-

nec requirere aliquis possit: tamen & scriptura diuina designat, ꝙ deus in faciē eius inspiraverit spiramentū uitæ, & factus est homo in animā uiuentem. Supereſt de angelico ordine requirere, utrum & ipſi animas habeant, an animæ ſint, uel de cęteris diuinis cœleſtibusq; uirtutibus, ſed & de contrarijs poteſtatibus. Auctoritatē quidē diuinę ſcripturę uſquā nullam inuenimus, quod uel angeli, uel ſi qui ſunt diuini ſpiritus miniſtri dei, uel animas habere, uel animę dicant: animātia tamē esse à quāplurimis ſentiuntur. De deo aūt inuenimus ſcriptū ita: Et ponā animā meā ſuper animam illā quæ manducauerit ſanguinē, & eradicabo eam de populo ſuo. & itē alibi: Neomenias ueſtras et ſabbata & diē magnū acceptū nō habeo. Ieiunia & feriās et dies feſtos ueſtros odit anima mea. Et in xxi. pſalmo de Chriſto (certū eſt em̄ quia ex perſona ipſius iſte pſalmus aſcribit, ſicut Euangeliū cōteſtatur) ita dictum eſt: Tu autem domine ne lōge facias auxilium tuū, ad defenſionē meam reſpice: Erue à framea deus animā meam, & de manu canis unicā meā. Quāuis & multa alia ſint teſtimonia de anima Chriſti in carne poſiti. Eſa. 1 Oſeæ. 2 Pſal. 21

Sed de Chriſti quidē anima omnem nobis adimet quæſtionē ratio incarnationis occurrens. Sicut enim uere carnē habuit, ita uere & animā habuit. De eo uero quod dei anima in ſcripturis nominat, qualiter intelligi debeat, & ſentire & ꝓferre difficile eſt: ſemel enim ſimplicē illam naturā, & abſq; ullius adiectionis permixtione profitemur: tamē quoquo modo ſentiendū eſt, nominari interim dei anima uidet: de Chriſto uero non dubitatur. Et ideo non uidebitur abſurdū etiā de ſanctis angelis cæterisq; cœleſtibus uirtutib. tale aliquid uel dicere, uel ſentire. Siquidē definitio illa animę etiā in ipſos uidet incurrere. Quis em̄ rationabiliter ſenſibiles eos eſſe, uel mobiles poterit denegare? Quod ſi recta iſta uidet eſſe definitio, quod ſubſtātia rationabiliter ſenſibilis & mobilis anima dicatur, uidet hæc definitio etiam ad angelos pertinere. Quid em̄ aliud in illis q̄ ſenſus rationabilis cōmotus eſt? Quorum autē una definitionis ratio eſt, horum ſine dubio eadem ſubſtantia eſt. Paulus ſanè eſſe quendam animalem hominem ſignificat, quē negat ea quæ ſunt ſpiritus dei poſſe recipere: ſed ſtultā dicit ei uideri ſpiritus ſancti doctrinā, nec poſſe eū intelligere quod ſpiritaliter diſcernat. Sed & alio loco ait ſeminari corpus animale, & ſurgere corpus ſpirítale, oſtēdens in reſurrectione iuſtorū nil animale futurū. Et ideo requirimus ne forte ſubſtātia aliqua ſit quę ſecūdū hoc qđ anima eſt, imperfecta ſit. Verū utrū propterea imperfecta ſit quod à perfectione decidit, an talis à deo facta ſit, cū per ordinē ſingula diſcuti cœperint, requiremus. Si enim animalis homo nō recipit quę ſunt ſpiritus dei: & ꝓ eo quod animalis eſt, melioris naturæ, id eſt diuinæ, intelligentiā recipere nō poteſt: hac fortaſſis de cauſa euidētius nos Paulus docere uolēs quid ſit qđ per ea quę ſunt ſpiritus, id eſt ſpiritalia, intelligere poſſumus, mentē magis q̄ animam ſpiritui ſancto cōiungit & ſociat. Hoc enim eum puto oſtendere cū dicit: Orabo ſpiritu & mēte, pſalmū dicam ſpiritu, pſalmū dicam & mente. Et non dicit quia anima orabo, ſed ſpiritu & mēte: & nō dicit, anima pſallam, ſed ſpiritu pſallā & mente. Sed fortaſſe requiritur: ſi mens eſt quæ cum ſpiritu orat & pſallit, & ipſa eſt quę & perfectionē percipit & ſalutē: quomodo dicit Petrus, Percipientes finem fidei noſtræ ſalutem animarū noſtrarum. Si anima cum ſpiritu nec orat nec pſallit, quomodo ſperabit ſalutem? An ſi cū ad beatitudinē uenerit, iā anima non dicetur? Sed uideamus ne forte poteſt hoc modo reſponderi: quia Saluator uenit ſaluare quod perierat: & iā cū ſaluat, non eſt perditū quod prius perditū dicebat. Ita fortaſſis etiam hoc quod ſaluat, anima dicit: cum aūt iam ſalua facta fuerit, ex ꝓfectioris partis ſuæ uocabulo iā nūcupat. Sed & illud adijci poſſe uidetur quibuſdā: quia ſicut hoc quod perditū erat, ſine dubio anteq̄ periret, cum aliud neſcio quid erat q̄ perditum, ſuccurrerit utiq; cū iam non eſt perditū: ita etiam anima quæ periſſe dicitur, uidebit fuiſſe quid aliquādo cū nondū periſſet, & propter hoc anima dicetur, quæ rurſum ex perditione liberata poteſt iterū illud eſſe quod fuit anteq̄ periret, & anima diceret. Sed & ex ipſa nominis animæ ſignificatione quā in græco indicat, uiſum eſt & nōnullis requirentib. curioſius poſſe uiro mediocrē ſuggeri intellectū. Nā ſermo diuinus deum ignē eſſe dixit cū ait: Deus noſter ignis eſt cōſumens. Sed & de angelorū ſubſtātia ita ait: Qui facit angelos ſuos ſpūs, & miniſtros ſuos ignē urentē: & alibi, Apparuit angelus dñi in flāma ignis in rubo. Inſup etiā mādatū accepimus, ut ſimus ſpiritu feruētes: ꝓ qđ ſine dubio

Nō aſſeuerā

1. Cor. 14

Imò Paulus ſpiritum uocat uocem ipſam.

1. Pet. 1

ψυχή.

Deut. 4 Heb. 1 Exod. 3

igneum

igneum ostenditur & calidũ dei uerbũ. Sed & Hieremías propheta audít ab eo quí sibí
Hier. 1 respõsa dabat: Ecce dedí uerba mea ín os tuũ ignem. Sícut ergo deus ignis est, & angelí flãma ignís, & sanctí quíq; spíritu feruent: econtrarío hí quí ceciderunt à dilectio-
Matth. 24 ne dei, síne dubío refrixísse ín charitate, ac frígidí factí dícẽdi sunt. Aít eñ & dominus, quía propterea quod multíplicata est íníquítas, refrígescet charitas multorũ. Sed & oñía quæcũq; sunt quæ aduersæ potestatí ín scripturís sanctís comparantur, frígida sem
Ezech. 32 per ínueníens díabolus dícitur: quo quíd frígídíus ínuenírí? Sed & ín marí regnare dícitur draco. Serpentẽ namq; & draconẽ, quod utíq; ad alíquẽ de malígnís spíritíbus retor-
Esa. 27 quetur, & ín marí propheta esse desígnat. Et alíbí dícit Propheta: Inducã gladíũ sanctũ super draconẽ fugíentẽ, super draconẽ serpentẽ peruersum, & ínterfícíet eũ. & íterũ aít: Etiã sí abscesserínt ab oculís meís, & descenderínt ín profundũ marís: ibí mandabo
Iob. 41 draconí & mordebít eos. Sed & ín Iob ípse rex esse omnium quæ ín aquís sunt, dícitur. A borea uero accẽdí mala super oẽs quí habítant terram, Propheta denunciat. Boreas aũt uentus ín scripturís sanctís frígidus desígnatur: sícut scríptũ est ín Sapientía: Frígidus uẽtus Boreas. Quod & ípsum sine dubío sentiendũ est de díabolo. Sí ergo ea quæ sancta sunt, & ígnís & lumen & feruentía nomínantur: quę autẽ contraría, frígída, & charitas peccato dícitur frígescere: requírendũ est ne forte & nomen animæ quod græce dícitur ψυχὴ Psyche, à frígescendo de statu díuíníore ac melíore dictũ sit, & translatum índe quod ex calore íllo naturalí & díuíno refrixísse uídeatur: & ídeo ín hoc quo nũc est & statu, & uocabulo sita sit. Denícq; propríe laudabíliter animã ponís ín scripturís sanctís, requíre sí facile ínuenías. Culpabíliter aũt frequẽter occurrit: ut anima male pdat eũ quí possídet eam: & anima quæ peccat, ípsa morietur. Postea enim q̃ dictũ est: Ómnes animæ meæ sunt, sícut anima patrís, ita anima fílíj mea est: utíq; consequens uídebatur ut díceret: Anima quæ agit íustítiã, ípsa saluabitur: & anima quæ peccat, ípsa morítur. Sed nunc uídemus quoniã quod culpabile quídem est, adíunxít ad animam: quod autem laude dignũ erat, reticuit. Vídendum ergo est, ne forte sícut díxímus ex ípso nomíne declararí, ab eo quod refrixerít à feruore íustorũ & díuíní ígnís, ψυχὴ Psyche, anima appellata sit. Nec tamẽ amísít facultatẽ restítuendí se ín íllũ statum feruoris, ín quo
Caute lege ex ínítío fuít. Vnde & Propheta tale alíquíd uídeat ostendere, cum dícit, Reuertere ani-
Psal. 114 ma mea ín requiẽ tuam. Ex quíbus omnibus íllud uídetur ostendí, quod mens de statu suo ac dígnítate declínans, effecta uel nũcupata est anima: quæ sí reparata fuerít & correcta, redít ín hoc ut sít mens. Quod sí ita est, decessus ípse mẽtís ac deuolutío uídetur mihí quod nõ æqualís omníũ sentiendus sit, sed uel plus uel mínus ín animã uertí, & alíquas quidẽ mentes seruare alíquíd etíam prioris uígoris, aliquas uero aut nihil, aut exíguũ alíquíd. Vnde ínueníuntur quídam statím ab ineunte ætate ardentíoris acumínís, alíj uero tardíoris, nonnulli autẽ obtusíssimí & penítus índocíles nasci. Veruntamen quod díxímus, mentem ín animã uertí, uel sí qua alía ín hoc uídentur aspícere, & díscutíat apud se quí legít dílígentíus & pertractet: à nobís tamẽ nõ putent uelut dogmata esse prolata, sed tractãdí more ac requírendí esse díscussa. Addat aũt & quí hoc legít ad tractatum, quod etíam de Saluatoris anima ex hís quídem quæ ín euangelío scripta sunt, obseruatur, quod alía sunt quæ eí sub animæ nomíne ascríbuntur, & alía quę spíritus nomíne deputantur. Nam quũ passíonem alíquam uel perturbatíonem suí uult ín-
Ioan. 12 dícare, sub animę nomíne índícat, ut quũ dícit: Nunc anima mea turbata est. &, Trístís
Matth. 26 est anima mea usq; ad mortẽ. Sed ego pono eam abs me. In manus autẽ patrís cõmen-
Ioan. 10 dat non animã, sed spíritum: & quum carnem dícat ínfirmam, non animam promptam dícit, sed spíritũ: Vnde uídetur quasí medíum quoddam esse anima ínter carnem ínfirmam & spíritũ prõptum. Sed fortassís occurrat nobís alíquís ex hís de quíbus ípsí ín nostrís propositionibus admonuímus, & dícat: Quomodo ergo etíam dei anima dícitur? Cuí respõdebímus hoc modo: quía sícut omnía quæ de deo dícuntur, íd est uel dígítí, uel manus uel brachía uel oculí uel pes uel os, dícímus non hęc humana mẽbra, sed uírtutes eíus quasdã ín hís corporeorũ membrorũ appellatíonibus índícarí: ita & esse alíud putãdũ est, q̃ quod appellatíone hac quæ anima dei dícit, índícat. Et sí fas est audere nos ín talí re amplíus alíqd dícere, potest fortasse anima dei íntelligí unígenitus fílíus eíus. Sícut eñ anima per omne corpus ínserta mouet omnía, & agítat quę operatur uní-

tur uniuersa: ita & unigenitus filius dei, qui & uerbū & sapientia eius pertingit & peruenit ad omnem uirtutē dei, & insertus est ei. Et fortassis ad huius sacramenti indicium corpus in scripturis uel dicitur deus, uel describitur. Considerandū sanè est, ne fortè potest etiā per hoc anima dei intelligi unigenitus eius: quoniā uenit & ipse in locū hunc afflictionis, & in conuallē fletus descendit, & in locum humiliationis nostræ: sicut dicit in psalmo, Quoniā humiliasti nos in loco afflictionis. Deniq; scio quosdam exponentes illud quod in Euāgelio de Saluatore dictū est: Tristis est anima mea usq; ad mortem: interpretatos esse de apostolis, quos uelut meliores à reliquo corpore animā suam dixerit. Nā quia multitudo credētiū corpus illius dicit, apostolos uelut reliquo corpore meliores animā intelligi debere dixerunt. Hęc prout potuimus de rationabili anima discutienda magis à legentib. q̄ statuta ac definita protulimus. Matth. 26

De animabus uerò pecudū, cæterorumq; mutorū, sufficiant illa quæ absolutè superius diximus de mundo & motibus rationabiliū creaturarum, uel bonarū, uel malarum, & de causis earum: sed nunc ad propositæ disputationis ordinem reuertamur, & intueamur creaturæ initium, quodcūq; illud initiū creantis dei mens potuerit intueri. In illo ergo putandū est tātum numerū rationabiliū creaturarū, uel intellectualiū, uel quomodolibet appellandę sunt quas superius diximus, fecisse deum quantū sufficere posse prospexit. Certū est quippe quod præfinito aliquo apud se numero eas fecit: non enim (ut quidā uolunt) finem putandum est non habere creaturas: quia ubi finis non est, nec cōprehensio ulla, nec circūscriptio esse potest. Quod si fuerit, utiq; nec contineri, uel dispensari à deo quæ facta sunt, poterunt. Naturaliter nempe si quicq; infinitum fuerit, & incomprehensibile erit. Porrò autē sicut scriptura dicit, in numero & mensura uniuersa condidit deus. Et idcirco numerus quidem rectè aptabitur rationabilib. creaturis, uel mentibus, ut tantæ sint quantæ à prouidentia dei dispensari, regi & cōtineri possint. Mēsura uerò materiæ corporali conuenienter aptabit̄: quam utiq; tantam à deo esse creatam credendū est, quantam sibi sciret ad ornamentū mūdi posse sufficere. Hæc ergo sunt quæ in initio, id est ante omnia à deo creata esse existimandū est. Quod quidē etiam in illo initio quod Moyses latentius introduxit, indicari putamus cùm dicit, In principio fecit deus cœlū & terram. Certū est enim quia non de firmamento, neq; arida, sed de illo cœlo ac terra dicatur, quorū cœlum hoc & terra quā uidemus uocabula postea mutuata sunt. Verū quoniam rationabiles istæ naturæ quas in initio factas suprà diximus, factæ sunt cū antè nō essent: hoc ipso quia non erant, & esse cœperunt, necessariò conuertibiles substiterunt: quoniā quæcunq; inerat sustantiæ earū uirtus, nō naturaliter inerat, sed beneficio conditoris effecta. Quod ergo sunt, nō est propriū, nec sempiternū, sed à deo datum. Non enim semper fuit: & omne quod datū est, etiā auferri & recedere potest. Recedendi autem causa in eo erit, si nō rectè probabiliter dirigit̄ motus animorū. Volūtarios enim et liberos motus à se cōditis mentibus creator indulsit, quo scilicet bonū in eis propositū fieret, cū id uoluntate propria seruaret̄: sed desidia & laboris tædiū in seruādo bono, & auersio ac negligētia meliorū, initiū dedit recedendi à bono. Recedere aūt à bono, nō aliud est q̄ effici in malo. Certū nāq; est malū esse bono carere. Ex quo accidit, ut in quātā mēsura quis deuolueret̄ à bono, in tantā mensurā malitiæ deueniret. In quo utiq; pro motib. suis unaquæq; mens uel amplius bonū negligēs, in contrariū boni quod sine dubio malū est, trahebat̄. Ex quo uidet̄ semina quædā & causas uarietatis ac diuersitatis ille omniū cōditor accepisse: ut p̄ diuersitate mentiū, id est rationabiliū creaturarū, quā diuersitatē ex ea causa quā superius diximus, putandæ sunt concepisse, uariū ac diuersum mūdū crearet. Quod aūt uariū ac diuersum dicimus, hoc est qđ uolumus indicare. 1. Cor. 15

De Mundo. Cap. IX

M Vndū nūc dicimus, omne quod est super cœlos, & in cœlis, uel supra terram, uel in his quæ inferi appellant̄, uel quæcunq; usq; prorsus loca sunt, & hi qui in ipsis degere nominant̄. Totum ergo hoc mundus uocatur. In quo mundo quædā dicuntur esse supercœlestia, in habitationib. beatioribus posita, & corporibus cœlestibus ac splendentiorib. inclyta. Et in his ipsis multæ differentiæ ostendunt̄: sicut (uerbi causa) etiā Apostolus dicit, quòd alia sit gloria

gloria ſolis,alia lunæ,alia ſtellarũ: ſtella enim à ſtella differt in claritate. Quædam uero terrena dicunt̃,& inter ipſa non parua eſt differentia ſicut inter homines:alij nãq; eorũ barbari,alij Græci: & Barbarorũ quidã immanes & feri,alij mitiores. Et quidam quidẽ legibus probatiſſimis utuntur,alij utilioribus uel aſperioribus,alij quoq; inhumanis & ferinis magis moribus q̃ legibus utuntur.Et quidã quidẽ ab initio natiuitatis ſuę humiliãtur,& ſubiecti ſunt,ac ſeruiliter educant̃, uel ſub dominis, uel ſub principibus poſiti,uel tyrãnis:alij uero liberius & rationabilius educãt̃,alij ſanis corporibus, nõnulli ægris ſtatim à prima ætate:alij uiſu,alij auditu,& uoce decepti, nõnulli ita nati,alij ſtatim poſt natiuitatẽ huiuſcemodi ſenſibus defraudati,uel certe iam adulta ætate tale aliquid paſſi.Et quid refert euoluere me oẽs atq; enumerare humanarũ clades miſeriarũ, à quibus alij liberi, alij inuoluti ſunt, cũ poſſit unuſquiſq; etiã apud ſemetipſum conſiderare de his ſingulis atq; perpendere? Sunt & quædam inuiſibiles uirtutes, quibus quę ſuper terrã ſunt,ſunt diſpenſanda cõmiſſa: & non parua etiã in ipſis differentia credenda eſt:ſicut & in hominibus inuenit̃.Sanè apoſtolus Paulus eſſe quædam & inferna deſignat, & in ipſis ſimili modo ſine dubio uarietatis cauſa requirẽda eſt. De mutis uero animalibus & uolucribus,atq; de his quæ in aquis habitãt,requirere ſuperfluũ uidet̃: cũ hæc nõ principalia,ſed cõſequentia accipi debere certũ ſit. Quomodo ergo omnia quæ facta ſunt, per Chriſtũ & in Chriſto facta eſſe uident̃? Sicut apoſtolus Pau-
Rom.11 lus manifeſtiſſime deſignat dicẽs: Quoniã in ipſo,& per ipſum creata ſunt omnia: ſiue quæ in cœlo ſunt,ſiue quæ in terra,uiſibilia & inuiſibilia,ſiue throni,ſiue poteſtates,ſiue principatus,ſiue dominationes:omnia per ipſum,& in ipſo creata ſunt. Sed & in e-
Ioan.1 uãgelio loãnes nihilominus eadem oſtendit dicẽs:Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine
Pſal.103 ipſo factũ eſt nihil.Sed & in pſalmo ſcriptũ eſt: Quia omnia in ſapientia feciſti.Quia ergo Chriſtus ſicut uerbũ & ſapiẽtia eſt, ita etiã iuſtitia eſt, cõſequens ſine dubio erit, ut ea quæ in uerbo & ſapiẽtia facta ſunt,etiã ea iuſtitia quæ eſt in Chriſto facta eſſe dicãt̃: qđ ſcilicet in his quæ facta ſunt nihil iniuſtũ,nihil fortuitũ uideat̃, ſed omnia ita eſſe ut æquitatis ac iuſtitiæ regula expetit,doceant̃. Quomodo ergo tãta iſta rerũ uarietas,tãtaq; diuerſitas iuſtiſſima & æquiſſima poſſit intelligi, certus ſum humano ingenio uel ſermone explicari nõ poſſe:niſi ipſum uerbũ ac ſapientiã & iuſtitiã q eſt unigenitus filius dei,proſtrati ac ſupplices deprecemur, qui per gratiã ſuã ſenſibus ſe noſtris infundẽs,obſcura illuminare,clauſa patefacere,pãdereq; dignet̃ arcana:ſi tamẽ inueniamur eã digne uel petere,uel quærere,uel pulſare,ut uel petẽtes accipere mereamur,uel quærentes inuenire,uel pulſantibus iubeat̃ aperiri.Nõ ergo freti noſtro ingenio,ſed ipſius ſapientiæ auxilio quæ fecit uniuerſa,& iuſtitiæ eius quã ineſſe creaturis oẽibus credimus:interim etiã ſi aſſerere nõ ualemus, ipſius tamẽ cõfiſi miſericordia inquirere perſcrutariq; tentabimus:quõ iſta tanta uarietas mũdi atq; diuerſitas omniũ,iuſtitiæ ratione conſtare uideat̃.Rationẽ aũt dico duntaxat generalẽ.Nam ſpecialem ſingulorum, & quærere rationẽ imperitiæ eſt,& reddere uelle dementis eſt. Dicentibus igit̃ nobis mundũ iſtũ in hac uarietate poſitũ,qua ſuprà expoſuimus à deo factum: quẽ deum & bonũ & iuſtũ atq; æquiſſimũ dicimus:obijcere hoc plurimi ſolent,& hi maxime qui ex ſchola Marcionis,& Valẽtini, & Baſilidæ ueniẽtes aſſerũt diuerſas eſſe naturas animarũ:quomodo iuſtitiæ dei conueniat mundũ facientis, ut habitaculũ alijs quidem in cœlis præbeat:& non ſolũ his habitaculũ melius,uerũetiam gradum aliquẽ celſiorem, ſpectaculũq; cõcedat,principatũ alijs indulgeat,alijs poteſtates,dominationes quoq;
alijs tribuat,alijs ampliſſimas ſedes cœleſtiũ tribunaliũ præſtet,& luceãt:alijs rutilãtiã,
1.Cor.15 & coruſcent fulgore ſidereo:alia ſit gloria ſolis,alia lunæ, alia ſtellarũ. Stella à ſtella in gloria differat:& ut ſimul ac breuiter totũ dicã,ſi creatori deo nec uoluntas ſummi boniq; operis,nec perficiẽdi facultas deeſt,quid cauſæ exiſtere potuit, ut naturas rationabiles creans,id eſt quib. ut eſſent ipſe extitit cauſa,celſiores ut alios faceret,alios ſecundo,aut tertio,& multis inferiores gradibus deteriores q; ,pcrearet? Tũ deinde obijciũt etiã de his quæ in terris ſunt,qđ alijs naſcẽdi ſors felicior euenerit, ut qs (uerbi gratia) ex Abrahã generet̃,& ex rep̃miſſiõe naſcat̃:alius quoq; ex Iſaac & Rebecca,quiq; ad
Gen.25 huc in uentre poſitus ſupplantat fratrẽ ſuũ,& anteq; naſcatur, diligi dicitur à deo. Vel quid hoc ſit omnino,quod in Hebræis quis naſcit̃,apud qs eruditionẽ diuinæ legis in-

ueniat

ueniat:alius uerò apud Græcos & ipsos sapiẽtes,& nõ paruæ eruditionis homines:iam uerò alius apud Æthiopes,quibus humanis carnibus usus est: aut apud Scythas apud quos parricidiũ quasi ex lege geritur:uel apud Tauros,ubi hospites immolantur. Aiunt ergo nobis:Si hæc tanta rerũ diuersitas,nascendiq; conditio tam uaria,tamq; diuersa,in qua causa utiq; facultas liberi arbitrij locũ non habet:nõ em̃ quis ipse sibi eligit, ubi uel apud quos, uel qua cõditione nascatur. Si ergo,inquiunt,hoc nõ facit naturæ diuersitas, ut mala natura animæ ad gentẽ malã destinet, bona aũt ad bonos: quid aliud supereſt, nisi ut fortuitu ista agi putentur & casu? Quod utiq; si recipiat,iam nec à deo factus esse mundus, nec à prouidentia eius regi credet, & consequenter nec dei iudiciũ de uniuscuiusq; gestis uidebit expectandũ.In qua re quæ sit quidem ad liquidũ ueritas rerum,illius est nosse solius qui scrutat omnia,etiã alta dei.Nos uerò quasi homines (ne hæreti corum insolentiã reticẽdo nutriamus) quæ pro uirib. nostris occurrere nobis possunt, ad ea quæ obtenderũt,hoc modo respõdebimus. Bonũ esse & iustũ,& omnipotentem deum creatorẽ uniuersorũ,quibus ualuimus ex diuinis scripturis assertionibus in superioribus frequẽter ostẽdimus. Hic cùm in principio crearet ea quæ creare uoluit, id est rationabiles naturas,nullã habuit creandi causam præter seipsum,id est bonitatẽ suam. Quia ergo eorũ quæ creãda erãt,ipse extitit causa: in quo neq; uarietas aliqua,neq; permutatio, neq; impossibilitas inerat, æquales creauit:quippe cũ nulla ei causa uarietatis ac diuersitatis existeret.Verũ quoniã rationabiles ipsæ creaturæ, sicut frequẽter ostẽdimus,& in loco suo nihilominus ostẽdemus,arbitrij facultate donatæ sunt: libertas unũquodq; uoluntatis suæ uel ad profectũ per imitationem dei prouocauit, uel ad defectũ per negligentiã traxit. Et hoc extitit causa (sicut & antea iam diximus) diuersitatis inter rationabiles creaturas:nõ ex creatoris uoluntate, uel iudicio originẽ trahẽs,sed propriæ libertatis arbitrio.Deus uerò cui iam creaturã suam pro merito dispensare iustũ uidebatur, diuersitates mentiũ in unius mũdi consonantiã traxit, uelut unã domũ in qua esse deberẽt non solũ uasa aurea & argentea,sed & lignea & fictilia,& alia quędã ad honorem,alia autẽ ad contumeliã, ut ex istis diuersis uasis,uel animis,uel mentibus ornaret.Et has causas(ut ego arbitror) mũdus iste suæ diuersitatis accepit,dum unũquodq; pro uarietate motuũ suorũ, uel animorũ proposituq; dispẽsat. Qua ratione neq; creator iniustus uidebit,sed secundũ prędecẽtes causas pro merito unicuiq; distribuit:neq; fortuita uniuscuiusq; nascẽdi uel felicitas uel infelicitas putabit,uel qualiscũq; acciderit,illa cõditione qua diuersi creatores & diuersæ creaturæ creduntur animarũ. Verùm ne scriptura quidẽ sancta uideat mihi penitus arcanã huius tacuisse rationẽ:sicut cùm apostolus Paulus de Iacob & Esau disputans: Cùm enim nondũ nati fuissent,neq; egissent aliquid boni uel mali: ut propositũ quod secundũ electionẽ dei factũ est, permaneret, nõ ex operibus,sed ex eo qui uocauit, dictũ est quia maior seruiet minori, sicut scriptũ est:Iacob dilexi,Esau autẽ odio habui.Et post sibi ipse respondet & dicit,Quid ergo dicemus? nunquid iniustitia est apud Deũ? Et ut occasionẽ præstaret inquirẽdi de his,& perscrutandi quõ hæc non extra rationẽ fiant, respõdet sibijpsi,& ait: Eadem nanq; ut mihi uidet quæ de Iacob & Esau quæstio proponit, haberi etiam de cœlestibus omnibus & terrestribus creaturis & formis potest.Et similiter mihi uidet sicut ibi ait:Cùm enim nondũ nati fuissent, neq; aliquid egissent boni uel mali, ut secundũ electionẽ propositũ dei maneat:sic ut putant quidã,sancta sunt illa quidẽ cœlestia:hæc aũt terrestria, & infernalia,nõ ex operib. (ut putant illi) sed ex eo qui uocauit. Quid ergo dicemus,si hæc ita sunt? Ergo iniustitia est apud Deũ. Absit.Igit sicut de Esau & Iacob diligentius perscrutatis scripturis inuenit, quia non est iniustitia apud Deũ, ut antecq; nascerentur, uel agerẽt aliquid in uita hac, diceret quia maior seruiet minori:& ut inuenit nõ esse in iustitia,quod & in uentre fratrẽ suum supplãtauit Iacob,sed ex præcedẽtis uidelicet uitæ meritis dignè eum electũ esse sentiamus à Deo,ita ut fratri præponi mereret:ita etiã de cœlestib. creaturis,si aduertamus qa ista diuersitas nõ creaturę principiũ,sed ex præcedentib.causis pro meriti dignitate diuersum singulis à cõditore ministerij paratur officiũ,ex eo profecto qd' unusquisq; uel mens à Deo creatus est, uel rationabilis spũs pro motib.mentis & sensibus animorũ, uel plus uel minus sibi meriti parauerit, uel amabilis Deo,uel etiã odibilis extiterit.Eum tamẽ aliquis ex his qui melioribus meritis sunt ad

Rom. 9

exornandū mundi ſtatū compar reliquis,& officiū præbere inferioribus opinent̄,quo per hoc & ipſi participes exiſtāt patiētiæ creatoris:ſecundū quod Apoſtolus ipſe dicit:

Rom.8 Vanitati enim creatura ſubiecta eſt nō uolens,ſed propter eum qui ſubiecerit in ſpem.

Obſeruantes igitur iſtam ſententiā quam Apoſtolus de natiuitate Eſau & Iacob ex

Rom.9 ponens dixit:Nūquid iniuſtitia eſt apud Deum? Abſit: etiā in omnibus creaturis rectū arbitror hanc eandē debere ſententiā cuſtodiri: quoniā ſicut ſuperius diximus,iuſtitia debet creatoris in omnibus apparere. Quæ ut mihi uideť,ita demū lucidius oſtendeť:ſi cauſas diuerſitatis unuſquiſq; uel cœleſtiū uel terreſtriū uel infernorū in ſemetipſo præcedentes natiuitatē corpoream habere dicať. Verbo enim Dei & ſapientia creata ſunt uniuerſa,& per ipſius ordinata ſunt iuſtitiā. Per gratiā uerò miſericordiæ ſuæ omnibus prouidet,atq; omnes quibuſcunq; curari poſſunt,remediis hortať,quia prouocat ad ſalutem. Sicut ergo dubiū non eſt in die iudicij futurū quod ſeparētur boni à malis,& iuſti ab iniuſtis,& ſinguli quiq; pro merito per ea loca quibus digni ſunt,diſtribuantur iudicio Dei,ſicut Deo uolente,in cōſequentibus oſtendemus,tale aliquid opinor etiā iam factū. Omnia enim Deus & ſemper iudicio agere ac diſpenſare credēdus eſt. Illud

2.Tim.2 quoq; quod Apoſtolus docet, dicens: In domo magna nō ſunt tantūmodo uaſa aurea & argentea:ſed & lignea & fictilia, & alia quidē ad honorē,alia autem ad contumeliā: & quod addit dicens: Quia ſi quis expurgauerit, erit uas ſanctificatū, domino utile ad omne opus bonū:ſine dubio illud oſtēdit,quia qui ſe expurgauerit,in hac uita poſitus, ad omne bonū opus erit paratus in futuro: qui autem non ſe purgauerit, ſecundū quantitatem immunditiæ ſuę,erit uas ad contumeliā,id eſt indignū. Ita ergo poſſibile eſt intelligi etiā antea fuiſſe uaſa rationabilia & purgata, uel minus purgata:id eſt quæ ſeipſa uel purgauerint, uel non purgauerint:& ex hoc unūquodq; uas ſecundū naturam puritatis aut impuritatis ſuę locū uel regionē,uel conditionē naſcendi uel explendi aliquid in hoc mundo accepiſſe, quod omnia Deus uſq; ad numerū uirtute ſapientiæ ſuæ prouidens atq; dignoſcens, moderamine iudicij ſui ęquiſſima retributione uniuerſa diſponit, quatenus unicuiq; pro merito uel ſuccurri uel conſuli deberet. In quo profectò omnis ratio æquitatis oſtenditur, dum inæqualitas rerum retributionis ſeruat æquitatē. Quorum meritorum rationes per ſingulos quoſq; ſecundū ueritatem ad liquidum ſolus ipſe cum unigenito uerbo de ſapientia ſua & ſpiritu ſancto recognoſcit.

De reſurrectione & iudicio. Cap. X

Ed quoniam nos ſermo cōmonuit de iudicio futuro,& de retributione ac ſupplicijs peccatorū,ſecundū quod cōminant̄ ſanctæ ſcripturæ,& eccle-

§ ſiaſtica prædicatio continet,eo quod iudicij tēpore ignis æternus & tenebræ exteriores & carcer & caminus,& alia his ſimilia peccatorib. præparata ſint:uideamus quid etiā de his ſentire oporteat. Sed ut ad hoc competenti ordine ueniať, prius mihi uidetur de reſurrectione ſermo mouendus, ut ſciamus quid eſt illud quod uel ad ſuppliciū,uel requiem,uel beatitudinē ueniet:de quo in alijs quidē libris quos de reſurrectione ſcripſimus, plenius diſputauimus, & quid nobis de hoc uideret̄,oſtēdimus. Sed & nūc propter cōſequentiā tractatus pauca inde repetere nō uideť abſurdū:maximè,ppter hoc quod offendunt̄ quidā in eccleſiaſtica fide, quaſi uelut ſtultè & penitus inſipiēter de reſurrectione credamus, præcipuè hæretici. Quib. hoc modo arbitror reſpōdendū. Si confitent̄ etiā ipſi quia reſurrectio ſit mortuorū, reſpondeāt nobis quid eſt qđ mortuū eſt. Nōne corpus? Corporis ergo reſurrectio fiet. Tū deinde ſi utendū nobis putať eſſe corporib.an nō? arbitror apoſtolo Paulo dicēte,

1.Cor.15 Quia ſeminať corpus animale, reſurget corpus ſpiritale: iſtos negare nō poſſe qđ corpus reſurgat, uel quia in reſurrectione corporibus utamur. Quia ergo ſi certū eſt quod corporib.nobis utendū ſit,& corpora quæ ceciderunt, reſurgere prædicant̄:non enim propriè reſurgere dicit̄, niſi id qđ antè ceciderit:nulli dubiū eſt idcirco ea reſurgere, ut his iterū ex reſurrectione induamur. Alterū ergo hæret ex altero. Nam etiā ſi reſurgant corpora, ſine dubio ad indumentū noſtri reſurgūt:& ſi neceſſe eſt nos eſſe in corporib. non in alijs q̄ in noſtris corporibus eſſe debemus. Quod ſi uerū eſt quòd reſurgunt, & ſpiritalia reſurgunt,dubiū non eſt quin abiecta corruptione,& depoſita mortalitate,re-

ſurgere

ſurgere dicantur à mortuis: alioquin uanum uidebit & ſuperfluũ reſurgere quenquam à mortuis, ut iterũ moriat. Quod ita demũ intelligi euidentius poteſt, ſi quid diligenter aduertãt quæ ſit animalis corporis qualitas, quæ in terrã ſeminata ſpiritalis corporis reparet qualitatẽ. Ex animali nanq; corpore uirtus reſurrectionis & gratia ſpiritale corpus educit, cùm id ab indignitate tranſmutat ad gloriam. Quoniã ergo hæretici eruditiſſimi ſibi uident & ſapientiſſimi, interrogabimus eos ſi omne corpus ſchema aliquod habet, id eſt habitu deformetur. Et ſi quidẽ dixerint etiam corpus quod non aliquo habitu deformetur, imperitiſſimi omniũ atq; inſipientiſſimi uidebũtur. Nullus enim hoc negabit, niſi ſit ab omni eruditione penitus alienus. Si uerò ſecundum id quod conſequens eſt, dixerint quia omne corpus certo habitu deformat: requiremus ab eis ſi poſſunt nobis ſpiritalis corporis habitũ demonſtrare atq; deſcribere: quod utiq; nullo modo facere poterunt. Sed & differentias eorum qui reſurgunt, inquiremus ab eis quo modo oſtenderent uerum eſſe illud quod dictum eſt: quia alia caro uolucrum, alia piſcium, & corpora cœleſtia & corpora terreſtria, ſed alia quidem cœleſtium gloria, alia uerò terreſtriũ, alia gloria ſolis, alia lunæ, alia ſtellarũ: ſtella à ſtella differt in gloria, ita et reſurrectio mortuorũ. Secundum iſtam ergo conſequentiam cœleſtium corporum, oſtendant nobis differentias eorum qui reſurgunt: & ſi ullo genere conati fuerint ſecundum cœleſtium corporũ differentias aliquam excogitare rationem, quæramus ab eis etiam terrenorũ corporum comparationum differentias aſſignent. Nos uerò ita intelligimus, quod uolens Apoſtolus deſcribere quanta eſſet differentia eorũ qui reſurgunt in gloria, id eſt ſanctorum, comparationem cœleſtium corporum ſumpſit dicens: Alia gloria ſolis, alia gloria lunæ, alia gloria ſtellarũ. Et iterum uolens differentias eorum oſtendere qui in hac uita nõ expurgati ad reſurrectionem uenirent, id eſt peccatores: de terrenis ſumit exemplũ, dicens: Alia corpora uolucrũ, alia piſcium. Dignè etenim ſanctis cœleſtia, terrena peccatoribus cõparantur. Hæc quidem dicta ſint aduerſus eos qui reſurrectionem mortuorũ, id eſt, reſurrectionem corporum negant. Nunc uerò ſermonem conuertimus ad nonnullos noſtrorum, qui uel pro intellectus exiguitate, uel explanationis inopia, ualde uilem & abiectũ ſenſum de reſurrectione corporis introducunt. Quos interrogamus, quomodo intelligant animale corpus gratia reſurrectionis immutandũ, & ſpiritale futurum: & quomodo quod in infirmitate ſeminatur, reſurrecturum ſentiãt in uirtute: quod in ignobilitate, quomodò reſurget in gloria: & quod in corruptione, quomodo ad incorruptionẽ transferatur. Quod utiq; ſi credunt Apoſtolo quia corpus in gloria & uirtute & incorruptibilitate reſurgens ſpiritale eſt effectum, abſurdum uidetur & contra ſenſum Apoſtoli dicere id rurſum carnis & ſanguinis paſſionibus implicari, cùm manifeſtè dicat Apoſtolus: Quoniam caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt: neq; corruptio incorruptelam poſſidebit. Sed illud quomodo accipiunt: Sed non omnes immutabimur? Quæ immutatio ſecundũ illum ordinem quem ſuperius docuimus, expectanda eſt: in qua ſine dubio dignum aliquid ex diuina gratia ſperantes, non conuenit quod futurum credimus hoc ordine quo nudum granũ frumenti aut alicuius cæterorũ in terra ſeminatũ deſcribit Apoſtolus, cui Deus dat prout uult, cùm primũ granum ipſum frumenti mortuũ fuerit. Ita namq; etiam noſtra corpora uelut granum cadere in terram putanda ſunt: quibus inſita ratione ea quæ ſubſtantiam continet corporalem, quamuis emortua fuerint corpora, & corrupta atq; diſperſa, uerbo tamen Dei ratio illa ipſa quæ ſemper in ſubſtantia corporis ſalua eſt, erigat ea de terra, & reſtituat ac reparet: ſicut ea uirtus quæ eſt in grano frumenti, poſt corruptionem eius & mortẽ reparat ac reſtituit uiuũ corpus & ſpicæ. Et ita his quidẽ qui regni cœlorũ hæreditatem conſequi merebunt, ratio illa reparandi corporis quam ſuprà diximus, Dei iuſſu ex terreno & animali corpore corpus reparat ſpiritale, quod habitare poſſit in cœlis. His uerò qui inferioris meriti fuerint, uel abiectiores, uel etiã ultimi & abſtruſi, pro uniuſcuiuſq; uitæ atq; animæ dignitate, etiã gloria corporis & dignitas datur: Ita tamen ut eorũ qui etiam ad ignem æternũ, uel ad ſupplicia deſtinandi ſunt, per ipſam reſurrectionis permutationẽ ita corpus incorruptũ ſit, ut reſurgat, ut ne ſupplicijs quidẽ corrũpi ualeat & diſſolui. Si ergo ita ſe habet qualitas eius corporis quod reſurget à mortuis, uideamus nunc quid ſibi uelit ignis æterni comminatio. 1.Cor.15.1

De igne inferni & pœnis eiusdem. Cap. XI

Nuenimus nanq; in Esaia propheta designari uniuscuiusq; proprium esse
Esa. 50 ignem quo punitur: Ambulate in lumine ignis uestri, & flãma quam ac-
I cendistis. Per quos sermones hoc uidetur indicari, peccator ut flãmam si-
bi ipse propriį ignis accẽdat, & nõ in aliquẽ ignem qui antea fuerat accen
sus ab alio, uel ante ipsum substiterit, demergat. Cuius ignis materia atque
1.Cor.3 esca nostra sunt peccata, quæ ab apostolo Paulo ligna & fœnũ & stipula nominant. Et
arbitror quod sicut in corpore escæ abundantia & qualitas & quãtitas cibi febres gene
rant, & febres diuersi modi uel temporis secundũ eam mensurã qua intemperies colle-
ctam materiã suggesserit ac fomitẽ febriũ: quæ materiæ qualitas ex diuersa intemperie
congregata causa uel acerbioris morbi, uel prolixioris existit: Ita anima cũ multitudinẽ
malorũ operũ & abundantiã in se cõgregauerit peccatorũ: cõpetenti tempore omnis
illa malorũ cõgregatio efferuescit, atq; supplicio inflãmatur ad pœnas: cùm mens ipsa,
uel cõscientia per diuinam uirtutẽ omnia in memoriã recipiens, quorũ in semetipsa si-
gna quædã & formas cùm peccaret, expresserat, & singulorũ quæ uel fœdè ac turpiter
gesserat, uel etiã impiè cõmiserat, historiã quandã scelerũ suorum ante oculos suos ui-
debit expositã: tunc & ipsa conscientia proprijs stimulis agitat atq; cõpungitur, & sui
Rom.2 ipsa efficit accusatrix & testis. Quod ita sensisse puto etiã Paulũ apostolũ cùm dicit: In-
ter se inuicẽ cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentib. in die qua iudicabit
Deus occulta hominũ, secundũ Euangeliũ meum per Iesum Christũ. Ex quo intelligit
quod circa ipsam animæ substantiã tormenta quædã ex ipsis peccatorũ noxijs affectib.
generant. Et ne satis tibi huius rei intellectus difficilis appareat, cõsiderari possibile est
ex his passionũ uitijs, quæ animab. accidere solent: id est cum flãmis exurit anima, uel
zeli uel liuoris ignib. macerat: aut cũ iræ agitat insania, uel tristitiæ immensitate consu-
mitur: quoniã horum malorũ duritias aliquãti intolerabiliter ferentes, mori q; huiuscemodi cruciatus perpeti, tolerabilius habuere. Requiris sanè si his qui uitiorũ malis
istis quæ suprà diximus, irretiti sunt, nec emendationis aliquid in hac uita adhuc positi
cõparare sibimet potuerũt, & ita ex hoc mũdo abscesserãt: sufficiat illis ad pœnã quod
illis ipsis perdurantib. in se noxijs affectib. cruciant: id est uel iręuel furoris, uel insanię,
uel mœroris, quorũ utiq; mortiferũ uirus nullo in hac uita emendationis medicamẽto
mitigatũ est: An his affectib. immutatis generalis pœnæ stimulis uexabunt. Sed & alio
rum supplicíorum speciem intelligi arbitror posse: quia sicut sentimus soluta corporis
mẽbra, atq; suis inuicẽ auulsa compagib. immensi doloris generare cruciatũ: ita anima
cùm extra ordinem atq; compagẽ, uel eam harmoniã ad quam ad bene agendũ & utili
ter sentiendũ à Deo creata est, fuerit inuẽta, nec sibimetipsi rationabiliũ motuum com
pagine cõsonare pœnam cruciatũq; putanda sit suimetipsius ferre dissidį & inconstan
tiæ suæ atq; inordinationis sentire supplicium. Quæ animæ dissolutio atq; diuulsio, cum
adhibiti ignis ratione fuerit explorata, sine dubio ad firmiorẽ sui compagẽ in restaura-
tionemq; solidat. Multa sunt etiam alia quę nos latent, quæ illi soli cognita sunt, qui est
medicus animarũ nostrarũ. Si enim ad corporis sanitatẽ pro his uitijs quę per escam po
tumq; collegimus, necessariã habemus interdũ austerioris ac moderatioris medicamẽ-
ti curam: nonnunq; uerò si id uitij qualitas depoposcerit, rigore ferri & sectionis aspe ri
tate indigemus: quod si etiã hoc supergressus fuerit morbi modus, ad ultimũ conceptũ
uitium etiã magis ignis exurit: quanto magis intelligendũ est & hunc medicũ nostrum
Deum uolentẽ diluere uitia animarũ nostrarum, quæ ex peccatorũ & scelerum diuersi
tate collegerãt, uti huiuscemodi pœnalibus curis? insuper etiam ignis inferre supplicium
his qui sanitatẽ animæ perdiderũt? Cuius rei imagines etiã in scripturis sanctis referun
Deut.28 tur. Denique in Deuteronomio sermo diuinus peccatorib. cõminat, quod febribus &
frigorib. & aurigine punient, & oculorũ uacillationibus, & mentis alienatione, & pa-
raplexia, et cęcitate, ac debilitate renũ cruciãdi sint. Si quis igit ex otio de omni scriptu
ra congreget omnes languorũ cõmemorationes quæ de peccatorib. uelut corporearũ
ægritudinũ appellationib. memorant, inueniet qđ animarũ uel uitia, uel supplicia per
hoc figuraliter indicent. Vt aũt intelligamus quia ea ratione qua medici adiutoria lan-
guentibus adhibẽt, ut per curas reparent sanitatẽ, etiã deus agit circa eos qui lapsi sunt,
& de-

& deciderunt in iudicio, est et illud, quod per Hieremiam prophetam iubetur calix dei propinari omnibus gentibus ut bibant, & insaniant, & euomant. In quo cõminatur dicens, quia si quis noluerit bibere, nõ mundabitur. Ex quo utiq; intelligitur quod furor uindictæ dei ad purgationem proficiet animarum. Quomodo autem & ea pœna quæ per ignem inferri dicitur, pro adiutorio intelligitur adhiberi, Esaias docet, qui de Israel quidem sic dicit: Habes carbones ignis, sede super eos, hi erunt tibi in adiutorio. Et in aliis dicit, Sanctificabit dominus in igne ardẽti. Et in Malachia propheta dicit: Sedens conflabit & purgabit, & funder purgatos filios Iuda. Sed & illud quod de dispensatoribus non bonis in Euãgelio dictum est, qui diuidendi dicuntur, & pars eorum cum infidelibus terræ poni, tanquam ea quæ ipsorum propria non sit, cum aliorum partibus sit mittenda, sine dubio genus aliquod indicat pœnæ eorum, quorum (ut mihi uidetur) separãdus ab anima spiritus indicatur. Qui spiritus si quidem diuinæ naturæ, id est spiritus sanctus intelligendus est, sentiemus hoc dictum de dono spiritus sancti: quod siue per baptismum, siue per gratiam spiritus cum alicui sermo sapientiæ, & sermo scientiæ, uel alicuius alterius datus est doni & non rectè administratus, id est aut ad terrã defossus est, aut in sudario colligatus, auferatur ab anima donũ spiritus: & pars reliqua quæ supereſt, id est animæ substantia, cum infidelibus ponatur, diuisa ac separata ab eo spiritu cum quo adiungens se domino unus spiritus esse debuerat. Si uerò hoc nõ de dei spiritu, sed de animæ eius natura intelligendũ est, pars melior illa dicetur quæ ad imaginẽ dei & similitudinem facta est. Alia autem pars, ea quæ postmodum per liberi arbitrij lapsum contra naturam primæ conditionis & puritatis assumpta est, quæ utiq; pars utpote amica & chara materiæ cum infideliũ sorte mulctatur. Potest autem & tertio sensu illud intelligi de diuisione ista, ut quoniã unicuiq; fidelium etiam si minimus sit, in ecclesia adesse angelus dicitur, qui etiam semper uidere faciem dei patris à saluatore perhibetur: & hic qui utiq; unum erat cum eo cui præerat, si is per inobedientiã efficiatur indignus, auferri ab eo angelus dicitur: & tunc pars eius, id est humanæ naturæ pars auulsa à dei parte cum infidelibus deputatur, quoniam cõmonitio appositi sibi à deo angeli non fideliter eum custodiuit. Sed & exteriores tenebras (ut ego opinor) non tam aerem aliquem obscurũ, & sine lumine intelligendũ puto, q̃ de his qui profundæ ignorantiæ tenebris immersi extra diuinæ intelligentiæ lumen effecti sunt. Videndũ quoq; est, ne fortè etiam illud iste sermo significet, quod sicut sancti corpora sua, in quib. sanctè & purè in huius uitæ habitationib. uixerunt, lucida & glorioſa ex resurrectione suscipient: ita & impij, quiq; qui in hac uita errorũ tenebras & ignorantiæ dilexerunt, obscuris & tetris post resurrectionem corporibus induantur, ut ea ipsa caligo ignorantiæ quæ in hoc mundo interiora eorũ mentis obsederat, in futuro per exterius corporis apareat indumentũ. Similiter quoq; & de carcere sentiendũ est. Sed sufficiãt ista in præsenti loco, quæ interim nunc ut dicendi ordo seruaretur, q̃ paucissimis dicta sunt.

Hier. 25

Esa. 47

Malach. 3

De repromissionibus. Cap. XII

Ideamus nũc breuiter quid & de repromissionibus sentiendũ sit. Certum est quia nullũ animal omni modo ociosum atq; immobile esse potest, sed omni genere moueri & agere semper & uelle aliquid gestit: & hanc inesse naturã omnibus animãtibus, manifestũ puto. Multo magis ergo rationale animal, id est, hominis naturã necesse est semper aliquid mouere uel agere. Et si quidẽ immemor sui sit, & quid se deceat ignoret, circa usus corporales omnis sua mouet intẽtio, & per omnes motus suos erga uoluptates suas ac libidines corporis occupat: Si uerò talis q̃ in cõmune aliqd curare uel prouidere studeat, aut reip. cõsulens, aut magistratib. parẽs, aut quicquid illud est quod in cõmune prodesse uideat exercet. Iam uerò si quis talis sit ut aliqd melius q̃ hæc quæ corpore uidentur intelligat, & sapientiæ & scientiæ operã habet, sine dubio erga huiuscemodi studia omnẽ declinabit industriã, quo possit inquisita ueritate rerũ causas cognoscere. Sicut ergo in hac uita alius quidem summũ bonũ corporis iudicat uoluptatẽ: alius uerò in cõmune cõsulere, alius studijs & intelligentiæ operã dare: ita requiramus in illa uita quæ uera est, quæ abscondita esse dicit cum Christo in deo, id est in illa æterna uita, si aliquis talis erit nobis uiuẽdi ordo uel status. Quidã ergo laborẽ quodãmodo intelligentiæ recusantes, & superficiem

De igne inferni & pœnis eiusdem. Cap. xi

Esa. 50 Nuenimus nanq; in Esaia propheta designari uniuscuiusq; proprium esse ignem quo punitur: Ambulate in lumine ignis uestri, & flāma quam accendistis. Per quos sermones hoc uidetur indicari, peccator ut flāmam sibi ipse proprij ignis accēdat, & nō in aliquē ignem qui antea fuerat accensus ab alio, uel ante ipsum substiterit, demergat. Cuius ignis materia atque

1. Cor. 3 esca nostra sunt peccata, quæ ab apostolo Paulo ligna & fœnū & stipula nominant. Et arbitror quod sicut in corpore escæ abundantia & qualitas & quātitas cibi febres generant, & febres diuersi modi uel temporis secundū eam mensurā qua intemperies collectam materiā suggesserit ac fomitē febriū: quæ materiæ qualitas ex diuersa intemperie congregata caula uel acerbioris morbi, uel prolixioris existit: Ita anima cū multitudinē malorū operū & abundantiā in se cōgregauerit peccatorū: cōpetenti tempore omnis illa malorū cōgregatio efferuescit, atq; supplicīū inflāmatur ad pœnas: cùm mens ipsa, uel cōscientia per diuinam uirtutē omnia in memoriā recipiens, quorū in semetipsa signa quædā & formas cùm peccaret, expresserat, & singulorū quæ uel fœdè ac turpiter gesserat, uel etiā impiè cōmiserat, historiā quandā scelerū suorum ante oculos suos uidebit expositā: tunc & ipsa conscientia proprijs stimulis agitat atq; cōpungitur, &

Rom. 2 ipsa efficit accusatrix & testis. Quod ita sensisse puto etiā Paulū apostolū cùm dicit: Inter se inuicē cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentib. in die qua iudicabit Deus occulta hominū, secundū Euangeliū meum per Iesum Christū. Ex quo intelligit quod circa ipsam animæ substantiā tormenta quædā ex ipsis peccatorū noxijs affectib. generant. Et ne satis tibi huius rei intellectus difficilis appareat, cōsiderari possibile est ex his passionū uitijs, quæ animab. accidere solent: id est cum flāmis exurit anima, uel zeli uel liuoris ignib. macerat: aut cū iræ agitat insania, uel tristitiæ immensitate consumitur: quoniā horum malorū duritias aliquāti intolerabiliter ferentes, mori q; huiuscemodi cruciatus perpeti, tolerabilius habuere. Requiris sanè si his qui uitiorū malis illis quæ suprà diximus, irretiti sunt, nec emendationis aliquid in hac uita adhuc positi cōparare sibimet potuerūt, & ita ex hoc mūdo abscesserāt: sufficiat illis ad pœnā quod illis ipsis perdurantib. in se noxijs affectib. cruciant: id est uel irę, uel furoris, uel insanię, uel mœroris, quorū utiq; mortiferū uirus nullo in hac uita emendationis medicamēto mitigatū est: An his affectib. immutatis generalis pœnæ stimulis uexabunt. Sed & aliorum suppliciorum speciem intelligi arbitror posse: quia sicut sentimus soluta corporis mēbra, atq; suis inuicē auulsa compagib. immensi doloris generare cruciatū: ita anima cùm extra ordinem atq; compagē, uel eam harmoniā ad quam ad bene agendū & utiliter sentiendū à Deo creata est, fuerit inuēta, nec sibimetipsi rationabiliū motuum compagine cōsonare pœnam cruciatūq; putanda sit suimetipsius ferre dissidij & inconstantiæ suæ atq; inordinationis sentire supplicīū. Quæ animæ dissolutio atq; diuulsio, cum adhibiti ignis ratione fuerit explorata, sine dubio ad firmiorē sui compagē in restaurationemq; solidat. Multa sunt etiam alia quę nos latent, quæ illi soli cognita sunt, qui est medicus animarū nostrarū. Si enim ad corporis sanitatē pro his uitijs quę per escam potumq; collegimus, necessariā habemus interdū austerioris ac moderatioris medicamēti curam: nonnunq; uerò si id uitij qualitas depoposcerit, rigore ferri & sectionis asperitate indigemus: quod si etiā hoc supergressus fuerit morbi modus, ad ultimū conceptū uitium etiā magis ignis exurit: quanto magis intelligendū est & hunc medicū nostrum Deum uolentē diluere uitia animarū nostrarum, quæ ex peccatorū & scelerum diuersitate collegerāt, uti huiuscemodi pœnalibus curis: insuper etiam ignis inferre supplicīū his qui sanitatē animæ perdiderūt. Cuius rei imagines etiā in scripturis sanctis referun-

Deut. 28 tur. Deniq; in Deuteronomio sermo diuinus peccatorib. cōminat, quod febribus & frigorib. & aurigine punient, & oculorū uacillationibus, & mentis alienatione, & paraplexia, et cęcitate, ac debilitate renū cruciādi sint. Si quis igit ex otio de omni scriptura congreget omnes languorū cōmemorationes quæ de peccatorib. uelut corporearū ægritudinū appellationib. memorant, inueniet qđ animarū uel uitia, uel supplicia per hoc figuraliter indicent. Vt aūt intelligamus quia ea ratione qua medici adiutoria languentibus adhibēt, ut per curas reparent sanitatē, etiā deus agit circa eos qui lapsi sunt,

& de-

& deciderunt in iudicio, est et illud, quod per Hieremiam prophetam iubetur calix dei propinari omnibus gentibus ut bibant, & insaniant, & euomant. In quo cõminatur dicens, quia si quis noluerit bibere, nõ mundabitur. Ex quo utiq; intelligitur quod furor uindictæ dei ad purgationem proficiet animarum. Quomodo autem & ea pœna quæ per ignem inferri dicitur, pro adiutorio intelligitur adhiberi, Esaias docet, qui de Israel quidem sic dicit: Habes carbones ignis, sede super eos, hi erunt tibi in adiutorio. Et in aliis dicit, Sanctificabit dominus in igne ardẽti. Et in Malachia propheta dicit: Sedens conflabit & purgabit, & funder purgatos filios Iuda. Sed & illud quod de dispensatoribus non bonis in Euãgelio dictum est, qui diuidendi dicuntur, & pars eorum cum infidelibus terræ poni, tanquam ea quæ ipsorum propria non sit, cum aliorum partibus sit mittenda, sine dubio genus aliquod indicat pœnæ eorum, quorum (ut mihi uidetur) separãdus ab anima spiritus indicatur. Qui spiritus si quidem diuinæ naturæ, id est spiritus sanctus intelligendus est, sentiemus hoc dictum de dono spiritus sancti: quod siue per baptismum, siue per gratiam spiritus cum alicui sermo sapientiæ, & sermo scientiæ, uel alicuius alterius datus est doni & non rectè administratus, id est aut ad terrã defossus est, aut in sudario colligatus, auferatur ab anima donũ spiritus: & pars reliqua quæ supereſt, id est animæ substantia, cum infidelibus ponatur, diuisa ac separata ab eo spiritu cum quo adiungens se domino unus spiritus esse debuerat. Si uerò hoc nõ de dei spiritu, sed de animæ eius natura intelligendũ est, pars melior illa dicetur quæ ad imaginẽ dei & similitudinem facta est. Alia autem pars, ea quæ postmodum per liberi arbitrij lapsum contra naturam primæ conditionis & puritatis assumpta est, quæ utiq; pars utpote amica & chara materiæ cum infidelitũ sorte mulctatur. Potest autem & tertio sensu illud intelligi de diuisione ista, ut quoniã unicuiq; fidelium etiam si minimus sit, in ecclesia adesse angelus dicitur, qui etiam semper uidere faciem dei patris à saluatore perhibetur: & hic qui utiq; unum erat cum eo cui præerat, si is per inobedientiã efficiatur indignus, auferri ab eo angelus dicitur: & tunc pars eius, id est humanæ naturæ pars auulsa à dei parte cum infidelibus deputatur, quoniam cõmonitio appositi sibi à deo angeli non fideliter eum custodiuit. Sed & exteriores tenebras (ut ego opinor) non tam aerem aliquem obscurũ, & sine lumine intelligendũ puto, q̃ de his qui profundæ ignorantiæ tenebris immersi extra diuinæ intelligentiæ lumen effecti sunt. Videndũ quoq; est, ne fortè etiam illud iste sermo significet, quod sicut sancti corpora sua, in quib. sanctè & purè in huius uitæ habitationib. uixerunt, lucida & glorioſa ex resurrectione suscipient: ita & impij, quiq; qui in hac uita errorũ tenebras & ignorantiæ dilexerunt, obscuris & tetris post resurrectionem corporibus induantur, ut ea ipsa caligo ignorantiæ quæ in hoc mundo interiora eorũ mentis obsederat, in futuro per exterius corporis appareat indumentũ. Similiter quoq; & de carcere sentiendũ est. Sed sufficiãt ista in præsenti loco, quæ interim nunc ut dicendi ordo seruaretur, q̃ paucissimis dicta sunt.

Hier. 25

Esa. 47

Malach. 3

De repromissionibus. Cap. XII

Ideamus nũc breuiter quid & de repromissionibus sentiendũ sit. Certum est quia nullũ animal omni modo ociosum atq; immobile esse potest, sed omni genere moueri & agere semper & uelle aliquid gestit: & hanc inesse naturã omnibus animãtibus, manifestũ puto. Multo magis ergo rationale animal, id est, hominis naturã necesse est semper aliquid mouere uel agere. Et si quidẽ immemor sui sit, & quid se deceat ignoret, circa usus corporales omnis sua mouet intẽtio, & per omnes motus suos erga uoluptates suas ac libidines corporis occupat: Si uerò talis q̃ in cõmune aliqd curare uel prouidere studeat, aut reip. cõsulens, aut magistratib. parẽs, aut quicquid illud est quod in cõmune prodesse uideat exercet. Iam uerò si quis talis sit ut aliqd melius q̃ hæc quæ corpore uidentur intelligat, & sapientiæ & scientiæ operã habet, sine dubio erga huiuscemodi studia omnẽ declinabit industriã, quo possit inqsita ueritate rerũ causas cognoscere. Sicut ergo in hac uita alius quidem summũ bonũ corporis iudicat uoluptatẽ: alius uerò in cõmune cõsulere, alius studijs & intelligentiæ operã dare: ita requiramus in illa uita quæ uera est, quæ abscondita esse dicit cum Christo in deo, id est in illa æterna uita, si aliquis talis erit nobis uiuẽdi ordo uel status. Quidã ergo laborẽ quodãmodo intelligentiæ recusantes, & superficiem

quandã legis literæ conſectãtes, & magis delectationi ſuæ quodãmodo ac libidini indulgẽtes, ſolius literæ diſcipuli, arbitrant̃ futuras uoluptates, & luxurias corporis expectandas: & propterea præcipuè carnes iterũ deſiderant poſt reſurrectionẽ, tales quibus mãducandi, & bibẽdi, & omnia quæ carnis & ſanguinis ſunt, agendi nunq̃ deſit facultas, apoſtoli Pauli de reſurrectione ſpiritalis corporis ſententiã nõ ſequentes. Quibus conſequẽter addunt & nuptiarũ cõuentiones, et filiorũ procreationes etiã poſt reſurrectionem futuras, fingentes ſibimetipſis Hieruſalẽ terrenã urbem ædificandã lapidibus precioſis, eos in fundamẽta eius iacientes, & lapidẽ iaſpide muros eius erigẽdos, & ꝓpugnacula ex lapide cryſtallo: peribolũ q̃q̃ habiturã ex lapidib. electis et uarijs, id eſt iaſpide & ſapphiro & chalcedonio & ſmaragdo & onychino et chryſolitho & chryſopaſſo & hyacintho & amethyſto. Quinetiã miniſtros deliciarũ ſuarũ dandos ſibi alienigenas putant, quos uel aratores habeãt, uel ſtructores parietũ, à quibus diruta ipſorũ & colla pſa ciuitas extruat̃: & arbitrãtur quod facultates eorũ accipiãt ad edendũ, & in diuitijs eorum dominent̃, ut ueniant, & afferãt eis aurũ, & thus & lapides precioſos. Et hæc conantur autoritate prophetica cõfirmare ex his quæ de Hieruſalẽ repromiſſionib. ſcripta ſunt: ubi etiã dicitur quia qui ſeruient domino, mãducabunt & bibent, peccatores autẽ eſurient, & ſitient: & quod lætitiã agent iuſti, impios uerò mœror poſſidebit. Et de nouo quoq̃ teſtamẽto uocem proferunt Saluatoris, qua diſcipulis promittit de uini
Luc. 6 lætitia dicens, Quia non bibã ex hoc iam, uſq̃ bibam illud uobiſcũ nouum in regno patris mei. Addũt quoq̃ illud, quod Saluator beatos dicit eos qui nunc eſuriũt & ſitiunt, pollicẽs, quia ſaturabunt̃: & multa alia ex ſcripturis exempla proferũt, quorũ uim figuraliter intelligi debere nõ ſentiunt. Tum uerò ſecundũ formam quę in hac uita eſt, & ſecundũ mundi huius diſpoſitiones dignitatũ, uel ordinũ, uel eminẽtias poteſtatũ, reges ſe fore & principes arbitrant̃, ſicut ſunt iſti terreni, propter illud uidelicet quod in Euã-
Luc. 19 gelio dictũ eſt: Habens poteſtatẽ ſuper quinq̃ ciuitates. Et ut breuiter dicã, ſecundũ uitæ huius conuerſationẽ per omnia ſimilia uolunt eſſe omnia quæ de repromiſſionibus expectãt, id eſt ut interim ſit quod eſt. Hoc ita ſentiunt qui Chriſto quidẽ credentes, Iudaico autem quodã ſenſu ſcripturas intelligẽtes, nihil ex his dignũ diuinis pollicitationibus præſumpſerunt. Hi uerò qui ſecundũ Apoſtolorũ ſenſum theoriã ſcripturarũ recipiunt, ſperant quidẽ manducaturos eſſe ſanctos, ſed panẽ uitæ qui ueritatis & ſapientiæ cibis nutriat animã, & illuminet mentẽ, & potet eam diuinæ ſapientiæ poculis, ſicut
Prouerb. 9 dicit ſcriptura: Quia ſapientia præparauit menſam ſuã, miſcuit in cratere uinũ ſuum, & ſumma uoce clamat, Diuertite ad me, mãducate panes quos præparaui uobis, et bibite uinũ quod miſcui uobis. Quibus ſapientiæ eſcis nutrita mens ad integrũ & perfectũ, ſicut in initio factus eſt homo, ad imaginẽ & ſimilitudinẽ dei reparet̃: ut etiam ſi quis ex hoc minus eruditus abierit, probabilia tamen opera detulerit, inſtrui poterit in illa Hieruſalem ſanctorũ ciuitate, doceri & informari, et effici lapis uiuus, lapis precioſus et electus, pro eo q̃d fortiter & cõſtanter pertulerit agones uitæ, & certamina pietatis: ibiq̃
Deut. 8 hoc quod iam hic prædictũ eſt, uerius manifeſtiusq̃ cognoſcet, quod non in pane ſolo uiuit homo, ſed in omni uerbo quod procedit de ore dei. Sed & principes & rectores intelligẽdi ſunt hi qui inferiores & regũt & erudiunt & docent atq̃ inſtruũt ad diuina. Verũ ſi minus uident̃ hæc ſperantib. ea dignũ mentibus incutere deſideriũ, paululũ repetẽtes, quanq̃ naturalis ſit & inſita animæ rei ipſius cupiditas, inquiramus, ut ita deinde uelut ſpecies ipſas panis uitæ & qualitatẽ uini eius ac ꝓprietatẽ principatuũ, ꝑ theoriæ cõſequentiã deſcribamus. Igit̃ ſicut in artib. quæ manu adimpleri ſolẽt, ratio quidẽ quid uel qualiter, uel ad quos uſus fiat, uerſat̃ in ſenſu, efficacia uerò operis manuũ miniſterio explicat̃: ita in operib. dei quæ ab ipſo facta ſunt, ſentiendũ eſt, quòd eorũ quæ uidemus ab eo facta, ratio & intelligẽtia manet in occulto. Et ſicut quæ ab artifice facta ſunt, cũ oculus noſter uiderit, ſi quid præcipuè fabre factũ proſpexerit, cõtinuo qualiter uel quõ, uel ad quos uſus factũ ſit ardet animus ſciſcitari: multo amplius & ſuper omnẽ comparationẽ, eorum quæ à deo facta peruidemus, ineffabili deſiderio ardet animus agnoſcere rationem. Quod deſideriũ, quem amorẽ ſine dubio à deo nobis inſitũ creditmus: & ſicut oculus naturaliter lucẽ requirit ad uiſum, & corpus noſtrũ eſcã & potũ deſiderat per naturã: ita mens noſtra ſciẽdæ ueritatis dei, & rerũ cauſas noſcẽdi propriũ

ac natu-

ac naturale desideriũ gerit. Accipimus autem à deo istud desideriũ, non ad hoc ut nec debeat unquã, nec possit expleri: alioquin à conditore nostro frustrà uidebit amor ueritatis insertus, si nunc desiderij compos efficit. Vnde & in hac uita qui summo labore pijs studijs ac religioni operã dederint, quanc parua quædã ex multis & immensis diuinæ scientiæ capiant thesauris, tamen hoc ipsum quod animos suos mentemc erga hæc occupãt, atc in hac semetipsos cupiditate præueniunt, multũ utilitatis accipiũt, & ex hoc ipso quod animos suos ad inquirendæ ueritatis studiũ, amoremc conuertũt, & paratiores se faciunt ad eruditionis futurę capacitatẽ: sicut cùm aliquis uult imaginẽ pingere, si ante formæ lineamenta tenui styli adumbratione designet, & superponẽdis uultibus capaces præparet notas, sine dubio per adumbrationẽ imposita præformatio ad suscipiendos ueros illos colores iam paratior inuenit, sic ut modo adumbratio ipsa deformata stylo domini nostri Iesu Christi in cordis nostri tabulis perscribat. Et idcirco fortasse dicit, quia omni habenti dabitur & adijcietur. Vnde constat habentib. deformationem quandã in hac uita ueritatis & scientiæ, addendã etiam esse pulchritudinẽ perfectæ imaginis in futuro. Tale opinor indicabat desideriũ suũ ille qui dicebat: Coarctor aũt ex duobus, desiderium habens dissolui & cum Christo esse, multo enim melius: sciens quod tũc cùm regressus esset ad Christũ, omniũ quæ gerunt in terris manifestius agnosceret rationes, uel de homine, uel de anima hominis, uel de mẽte, uel ex quibuscunc illis qui sint spũs, qui operent, qui sint, quiue uitales, uel quæ sit gratia quę datur fidelibus spũs sancti. Tũc quoc intelliget qui sibi uideat Israel, uel quæ diuersitas gentium, quid etiã sibi uelint Israel duodecim tribus, & quid singuli populi per singulas tribus. Tunc intelliget etiã de sacerdotib. & leuitis, & de diuersis sacerdotalib. ordinibus rationẽ, & cuius formæ erant: imò sentiet nihilominus quæ sit ueritas lobileorũ & septimanarũ annorũ: sed & festorũ dierum & feriarũ rationes uidebit: & omniũ sacrificiorũ & purificationũ intuebit causas: quæ sit quoc ratio lepræ purgationis, & quæ lepræ diuersæ, & quæ purgatio sit eorũ qui seminis profluuiũ patiunt aduerter: & agnoscet quoc quales uirtutes sint bonæ, quæc nihilominus contrariæ, & qui uel illis affectus sit hominib. uel istis contentiosa æmulatio. Intuebit quoc quæ sit ratio animarũ, quæue diuersitas animaliũ uel eorũ quæ in aquis uiuunt, uel autum, uel ferarũ, quidue sit quod in tam multas species singula genera deducunt: qui creatoris prospectus, uel quis per hæc singula sapientiæ eius tegit sensus. Sed & agnoscet qua ratione radicibus quibusdã uel herbis associãtur quædã uirtutes, & alijs econtrario herbis uel radicibus depellunt: quæ ratio apostatarũ angelorũ, quæue causa quod ijs qui eos nõ tanta fide contempserint, uel adulari in aliquib. possent, uel erroris causa ac deceptionis existere. Sed & de singulis diuinæ prouidentiæ iudiciũ discet, de his quæ accidunt hominibus, quod nõ fortuitò uel casu accidũt, sed ratione quadã tam examinata, tam ardua, ut eam non solũ sanctorũ, sed fortassis omniũ hominũ, ne numerus quidẽ prætereat capillorũ, cuius prouidẽtiæ ratio perducat usc ad duos passeres qui denario subtrahunt, siue spiritaliter, siue iam secundũ literam passerib. intellectis. Quod enim nũc interim quærit, tunc aũt ibi iam manifestũ uidebit. Ex quibus omnib. putandũ est, quod interim nõ parum temporis trãseat usc quo eorũ tantũmodo quæ super terrã sunt ratio post uitæ abscessum dignis & benemeritis ostendat, ut per eorũ omniũ agnitionẽ, & plenæ scientiæ gratiã, lætitia inenarrabili perfruant. Tunc deinde si aer iste qui inter cœlũ & terrã est, nõ est uacuus ab animãtibus, & animantib. rationabilibus, sicut & Apostolus dixit: In quibus aliquãdo ambulastis secundũ seculũ mundi huius, spũs qui nunc operat in filijs diffidentiæ. Et iterũ ait: Rapiemur in nubib. obuiã Christo in aera, & ita semper cũ domino erimus. Putandũ est igitur quod tãdiu sancti ibi permaneãt, usc quo utriusc modi rationẽ dispensationis eorum quæ in aere gerunt agnoscant. Quod aũt dixi utriusc modi, hoc est: uerbi gratia, cũ in terris essemus, uidimus uel animalia, uel arbores, et differentias eorũ prospeximus, sed et diuersitatem quãplurimam inter homines: uerùm uidentes hæc rationẽ eorum non intelleximus, sed hoc nobis tantũ ex ipsa quã uidimus diuersitate suggestũ est, ut inquiramus & perscrutemur qua ratione ista omnia uel diuersa fuerint creata, uel uariè dispensent, & concepto in terris huiuscemodi uel studio, uel amore, dabit nobis post exitũ etiam cognitio eius & intelligẽtia: si tamen res procedat

Philip. 1

1. Thes. 4

cedat ex uoto. Cũ ergo cõprehenderimus integrè eius rationẽ, tũc utroq; modo cõpre
τίτου hendemus ea quę uidimus ſuper terrã. Tale ergo aliquid etiã de aerea ſede dicendũ eſt. Puto enim quod ſancti quiq; diſcedentes de hac uita permaneãt in loco aliquo in terra poſito, quẽ paradiſum dicit ſcriptura diuina, uelut in quodã eruditionis loco, & (ut ita dixerim) auditorio uel ſchola animarũ, in quo de omnib. his quæ in terris uiderant, do ceant̃, iudicia quoq; quædã accipiãt etiam de conſequentib. & futuris, ſicut in hac quo que uita poſiti iudicia quædã futurorũ, licet per ſpeculũ in ænigmate, tamen ex aliqua parte cõceperant, quæ manifeſtius & lucidius ſanctis in ſuis & locis & temporib. reue lantur. Si quis ſanè mũdus corde, & purior mente, & exercitatior ſenſu fuerit, uelocius proficiẽs, citò ad aeris locũ aſcendet, & ad cœlorũ regna perueniet per locorũ ſingulo rum (ut ita dixerim) mãſiones: quas Græci quidẽ ſphæras, id eſt globos appellauerunt, ſcriptura uerò diuina cœlos nominat. In quib. ſingulis primo quidẽ perſpiciet ea quæ ibi gerunt̃, ſecũdò uerò rationẽ quare gerũtur agnoſcet: & ita per ordinẽ aggredit̃ ſin gula, ſequẽs eum qui trãgreſſus eſt cœlos Ieſum filiũ dei dicentẽ, Volo ut ubi ſum ego, & iſti ſint mecũ. Sed & de his locorũ diuerſitatib. indicat cũ dicit, Multæ manſiones ſunt apud patrẽ meum. Ipſe tamẽ ubiq; eſt, et uniuerſa percurrit. Vel ultra intelligamus eum nõ in ea exiguitate in qua nobis propter nos effectus eſt: id eſt nõ in illa circũſcri ptione quã in noſtro corpore in terris poſitus inter homines habuit, quomodo uelut in uno aliquo circũſeptus loco putet̃. Cùm ergo (uerbi gratia) ad cœleſtia loca peruene rint ſancti, tunc iam rationẽ aſtrorũ per ſingula peruidebunt, & ſiue animãtia ſunt, ſiue quicqd illud eſt, cõprehendent. Sed & alias rationes operũ dei quas eis ipſe reuelabit, intelligẽt. Iam enim tanquã filijs rerũ cauſas, & uirtutẽ ſuæ cõditionis oſtendet: & doce bit eos quare illa ſtella cœli in illo loco poſita eſt, & quare ab alia tanto dirimẽte ſpacio ſeparat̃. Verbi gratia, ſi propinquior fuiſſet, quid ex hoc eſſet futurum: ſi uerò longius, quid accideret: aut ſi maior fuiſſet illa ſtella q̃ illa, quõ ſimilis nõ ſeruaret̃ diuerſitas, ſed in aliam quandã formã cuncta formarent̃. Sic decurſis omnib. quę in aſtrorũ ratione & in his conuerſionib. quæ in cœlo ſunt continent̃, uenient etiã ad ea quæ nõ uident̃, uel ad ea quorũ ſola nomina nũc audiuimus, & ad inuiſibilia: quæ multa quidẽ eſſe Pau
Rom. 1 lus apoſtolus docuit, quæ aũt ſint, uel quã habeant differentiã, ne exiguo quidẽ aliquo intellectu cõijcere poſſumus. Et ita creſcens per ſingula rationabilis natura, nõ ſicut in carne uel corpore & anima in hac uita creſcebat, ſed mẽte ac ſenſu aucta ad pfectã ſciẽ tiam mẽs iam perfecta perducit̃, nequaq; iam ultra iſtis carnalib. ſenſib. impedita, ſed in tellectualib. incremẽtis aucta, ſemper ad purũ, & (ut ita dixerim) facie ad faciẽ rerũ cau ſas inſpiciẽs: potiturq; perfectione primo illa qua in id aſcendit, ſecũdò qua permanet, cibos quib. ueſcat̃ habẽs theoremata & intellectus rerũ rationesq; cauſarũ. Sicut enim in hac uita corpora noſtra primo in hoc ipſum quod ſumus corporaliter creſcũt, in pri ma ætate ciborũ ſufficiẽtia nobis incrementũ præſtãte: poſtea uerò q̃ creſcẽdi ad men ſuram ſui fuerit expleta proceritas, utimur cibis iam nõ ut creſcamus, ſed ut uiuamus & cõſeruemur in uita per eſcas: Ita arbitror & mentẽ etiam cũ uenerit ad perfectũ, ueſci ta men & uti ꝓprijs & cõpetentib. cibis in ea mẽſura, cui neq; deeſſe aliquid debeat, neq; abundare. In omnib. aũt cibus hic intelligẽdus eſt theoria et intellectus dei, habẽs men ſuras proprias & cõpetẽtes huic naturæ quæ facta eſt & creata. Quas mẽſuras ſingulos quoſq; incipientiũ uidere deũ, id eſt intelligere per puritatẽ cordis cõpetit obſeruare.

LIBER TERTIVS.

PRAEFATIO RVFFINI.

VT legis, memor eſto mei in tuis ſanctis orationibus, ut & nos effici mereamur æmulatores ſpiritus. Superiores duos Peri archon libellos te non ſolũ inſiſtente, uerũ etiã cogente, diebus quadrageſimæ inter
Q pretatus ſum. Sed quoniã illis diebus etiam tu religioſe frater Macari, & uicinius monebas, & amplius uacabas, etiã ego amplius operabar: hos uerò poſteriores duos tardius explicuimus, dum ad nos ab extre ma & ultima parte orbis rarior exactor accedis. Verũ ſi meminiſti qd̃ in præfatiuncula priore cõmonui, quia indignaturi eſſent quidã ſi nos audiſſent nõ ali-

quid

quid mali loqui, continuo id arbitror persecutũ ꝓbasti. Quod si in illo opere ira inflãmati sunt hi qui hominũ linguas ad male loquendũ excitãt dæmones, in quo nondum eorum secreta ad plenũ nudauerat: quid in hoc futurũ putas, in quo oẽs eorũ cæcas & occultas uias quibus humanis cordibus irrepũt, & animas infirmas ac fragiles decipiunt, reuelabit? Videbis illico perturbari omnia, seditiones moueri, clamores tota urbe diffundi, ad dãnationem uocari eum qui euãgelicæ lucernæ lumine diabolicæ ignorãtiæ tenebras fugare conatus est. Verũ hæc paruipendat qui cupit salua fidei catholicæ regula in diuinis eruditionibus exerceri: illud aũt necessario cõmoneo, quod sicut in prioribus libris fecimus, etiã in istis obseruauimus: ne ea quę reliquis eius sententijs, & nostræ fidei cõtraria uidebant, interpretarer, sed uelut inserta ea ab alijs & adulterata præterirẽ. De creaturis uero rationabilib. si quid noui dixisse uisus est, quia nõ in hoc est summa fidei, scientiæ gratia & exercitij cũ forte nobis aduersum nõnullas hæreses tali ordine necessario respõdendũ est, neq; in his libellis, neq; in superioribus prętermisi, nisi siqua forte iã in superioribus dicta repetere etiã in his posteriorib. uoluit, & breuitatis gratia aliqua ex his resecare cõmodum duxi. Si quis tamẽ proficiẽdi & nõ obtrectãdi studio hæc leget, rectius faciet si exponi sibi hæc à peritioribus uelit. Absurdũ nanq; est poetarũ ficta carmina, & Comœdiarũ ridiculas fabulas à grãmaticis exponi: & ea quæ de deo, uel cœlestib. uirtutibus, ac de omni uniuersitate dicunt, in quib. omnibus uel paganorũ philosophorũ, uel hęreticorũ prauus error arguitur, sine magistro & explanatione aliquẽ posse discere: & ita fit ut res difficiles & obscuras malint homines per temeritatẽ & inscitiam condemnare, quàm per diligentiam & studiũ discere.

De libertate arbitrij. Cap. I.

Alia quædam de repromissionibus diuinis credimus sentienda, cũ intelligentiam nostrã ad cõtemplationẽ æterni illius, & nullo fine claudendi seculi iaculamur, atq; ineffabilẽ eius lætitiã, ac beatitudinẽ contemplamur. Verum quoniã in ecclesiastica prædicatione inest etiã de futuro iudicio fides, quę iudicij credulitas prouocat homines, & suadet ad bene beateq; uiuendũ, & omni genere fugere peccatũ: & per hoc sine dubio indicat quod in nostra sit positũ potestate, uel laudabili nos uita, uel culpabili degere: ꝓpterea necessariũ reor pauca etiã de arbitrij libertate disserere, eo quod non ignobiliter hæc quoq; quæstio à quàm plurimis agitetur. Vt aũt facilius quid sit libertas arbitrij cognoscamus, & quid sibi uelit natura ipsius arbitrij uoluntatisq; requiramus: Omniũ quæ mouentur, alia in semetipsis causas motuũ gerũt, alia extrinsecus accipiũt: utputa extrinsecus tantummodo mouent omnia quæ sine uita sunt, ut lapides, & ligna, & quæcunq; sunt quæ solo habitu materiæ suæ uel corporũ constant. Omittẽda sane nũc est illa quæstio quę etiam illũ motum putat esse, cum per corruptelam corpora dissoluunt: nihil enim nũc ad propositũ cõducit. Alia uero in seipsis habẽt mouẽdi causam, ut animalia, uel arbores, & omnia quę per naturalẽ uitam, uel per animam constãt: inter quę etiam metallorum uenas deputari ab aliquibus uisum est. Sed & ignis sui motus esse putãdus est, fortassis aũt etiam & fontes aquarũ. Hæc aũt quæ in semetipsis causam suorum motuũ habent, quædã dicuntur ex se, quędam à se moueri: & ita diuiduntur quod ex se moueantur ea quæ uiuunt quidem, nõ tamen animantia sunt: à se autem mouentur animantia, cũ eis phantasia, id est uoluntas quędã uel incitamentũ affuerit, quæ ea moueri ad aliquid uel incitari prouocauerit. Deniq; etiam in quibusdã animalibus inest talis phantasia, id est uolũtas uel sensus, qui ea naturali quodã instinctu prouocet & cõcitet ad ordinatos & cõpositos motus: sicut uidemus araneas facere, quæ phãtasia, id est uolũtate, id est studio textrino ad opus texendi ordinatissimè cõcitant, sine dubio naturali quodã motu intentionẽ huiusce modi operis prouocante: nec tamẽ ultra aliũ sensum aliquem ꝓ texendi naturale studiũ habere ipsum animal inuenit, sicut & apes fingẽdi fauos ac mella (ut aiunt) auaricia congregandi. Rationabile uero animal quũ habeat in se & hos naturales motus, habet tamen amplius cęteris animalibus etiam rationis uim, qua iudicare & discernere de motibus naturalib. possit, & alios reprobare & abijcere, alios uero ꝓbare atq; suscipere, cuius ratiõis iudicio dirigi et gubernari hominis motus ad uitã

probabilem

probabilẽ possint. Vnde consequens est, ut quoniã natura rationis huius quæ est in homine, habet in se uim dinoscẽdi boni uel mali, idq; cùm discernit, inest ei facultas etiam eligẽdi quod probauerit: in eligendo quidẽ quod bonũ est, laudabilis: in sequẽdo uerò quod turpe uel malũ est, iure culpabilis iudicet. Illud sanè nequaq; latere nos debet, quod in nõnullis mutis animalibus ordinatior quidẽ motus cæteris animalib. inuenit, ut in sagacibus canibus, uel bellatorib. equis, ita ut uideant aliquibus uelut rationabili quodã sensu moueri. Sed id non tam ratione q; incentiuo quodã, & naturali motu pro huiusmodi usu largius indulto fieri credendum est. Verũ ut dicere cœperamus, cùm ita se habeat irrationabile animal, nobis hominib. incidere quædã extrinsecus possunt, aliqua & occurrere siue ad uisum, siue ad auditũ, uel alios sensus, quæ nos cõcitent & prouocent ad bonos uel cõtrarios motus. Quæ utiq; quia extrinsecus incidunt, non est in nostra positũ potestate ne incidant uel occurrãt. Iudicare uerò & probare qualiter uti debeamus his quæ incidũt, nullius alterius res est uel opus, nisi rationis eius quæ est in nobis, id est nostri iudicij. Cuius rationis iudicio incidentib extrinsecus concitamentis abutimur ad id quodcunq; ipsa ratio probauerit, naturalibus motib. nostris nutu eius, uel ad bona uel ad mala gubernatis. Si uerò quis dicat ea quæ extrinsecus accidunt motus nostros prouocãtia, talia esse ut possibile nõ sit aduersari eis siue ad bonũ siue ad malum nos cõcitantibus, in seipsum paulisper qui hoc existimat conuertat animũ, & proprios diligẽtius inspiciat motus, nisi inuenerit cum alicuius desiderij pulsat illecebra, nihil prius geri q; animi accõmodet assensus, ut suggestioni prauæ nutus mẽtis indulgeat: ita ut etiã ueris imilib. quibusdã causis intra cordis nostri tribunalia uelut iudici existenti ab utraq; parte adhiberi uideat assensio, ut causis prius expositis gerendi sentẽtia de rationis iudicio proferat. Non em̃ (ut uerbi gratia dixerim) huic qui statuit cõtinenter & castè uiuere, atq; ab omni se muliebri cõtagio cõtinere, si fortè apparuerit mulier prouocãs eum, & allicies aliquid cõtra propositũ gerere, causa ei uel necessitas præuaricandi mulier extitit: cũ possit utiq; statuti sui memor libidinis incitamẽta refrenare, & irritãtis illecebræ delectamenta austeriorib. uirtutis increpationibus coercere: ut omni luxuriæ sensu fugato, propositi firmitas & cõstantiæ perseueret. Deniq; si eruditiorib. quibusq; uiris, & in diuinis institutionib. roboratis huiuscemodi irritamenta prouenerint, memores cõtinuo sui ea quæ dudũ meditati sunt, & quibus eruditi sunt in memoriam reuocãtes, & sanctioris se doctrinæ adminiculis munientes, respuunt ac refellunt omnẽ incitamẽti illecebrã, atq; aduersas cõcupiscentias insitæ sibi rationis obiectione depellunt. Cùm ergo hæc ita esse naturalib. quodãmodo testimonijs comprobent, quo modo nõ superfluũ est gestorum nostrorũ causas ad ea quæ extrinsecus sunt retorqueri, & à nobis culpã, in quibus omnis causa est, remoueri? Hoc est dicere, similes nos esse lignis uel lapidib. quæ intra se nullũ habent motũ, causas autem motus sui extrinsecus patiunt. Quod utiq; necuere dici, nec decenter, sed ad hoc solum fingi ut libertas arbitrij denegetur: nisi putemus ita demũ posse constare arbitrij libertatẽ, si nihil sit quod nos extrinsecus incidens ad bona prouocet aut ad mala. Verũ qui ad naturalẽ corporis intemperiẽ culparũ refert causas, cõtra rationẽ id esse totius cõditionis ostendit. Quoniã enim uidemus in quãplurimis, cùm prius incõtinenter intẽperateq; uixissent, ac luxurię fuissent libidinisq; captiui, si fortè uerbo doctrinę atq; eruditionib. in melius prouocati sunt, tantã extitisse cõmutationem, ut ex luxuriosis & turpib. sobrij & castissimi ac mãsuetissimi redderentur: & rursum uidemus in alijs quietis & honestis, qui se fortè inquietis hominib. associarint, corrumpi mores bonos colloquio, & effici eos tales quales sunt illi quibus nihil ad turpitudinẽ deest: & hoc interdũ uenit matura iam ætate uiris, ita ut cõtinentiores in iuuentute uixerint, q; cùm prouectior ætas facultatẽ uitæ liberioris indulsit: Cõsequentia ergo rationis ostendit, quod ea quidẽ quæ extrinsecus incidunt in nostra potestate nõ sunt: bene uerò uel malè uti his quæ incidunt, ea ratione quæ intra nos est discernẽte ac dijudicante quõ his uti oporteat, nostræ est potestatis. Vt autem ea quæ ratio consequenter ostendit, etiam scripturarũ autoritate firmemus, id est quod nostræ opis est rectè, uel minus rectè uiuere, & nõ uel ex his quę extrinsecus incidũt, uel (ut quidã putãt) fatis urgentib. cogimur, testimoniũ dabit Mi-
Mich. 6 chæas propheta his uerbis, dicens: Si annunciatũ est ô homo quid est bonum, aut quid

dominus

dominus requirit à te, nisi ut facias iudiciũ, & diligas misericordiã, & paratus sis ire cũ domino deo tuo? Et Moysi dicit: Posui ante faciẽ tuã uiã uitę & uiã mortis, elige quod bonũ est, & incede cũ eo. Et Esaias ita ait: Si uolueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ comedetis. Si uero nolueritis, neq; audieritis me, gladius uos cõsumet: Os enim dòmini loquutũ est hoc. Et in Psalmis ita scriptũ est: Si populus meus audisset me, Israel si in uijs meis ambulasset, in nihilũ utiq; inimicos eius humiliassem. Per quod ostẽdit qđ erat in populi potestate incedere in uijs dei. Sed et Saluator dicẽs, Ego aũt dico uobis, nõ resistere malo: & quicũq; iratus fuerit fratri suo, reus erit iudicio: & quicunq; inspexerit mulierẽ ad cõcupiscendum eam, mœchatus est iã in corde suo: & quũ dat cætera quæq; mãdata, quid aliud indicat, nisi quod in nostra potestate est obseruare posse quę mãdant? Et ꝓpter hoc recte rei efficimur iudicio, si prævaricemur ea quæ utiq; seruare poteramus. Vnde & ipse ait, quia omnis qui audit uerba mea & facit ea, ostendam uobis cui similis est: similis est uiro prudẽti qui ædificauit domũ suã super petram &c. Et quod ait, Qui aũt audit hæc & nõ facit, similis est uiro stulto qui ædificauit domũ super arenã, & reliqua. Sed & illud quod dicit his ꝙ à dextris eius sunt, Venite ad me oẽs benedicti patris mei &c. Esuriui enim, & dedistis mihi mãducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: euidenter ostẽdit quia in ipsis fuit ut uel laudabiles isti essent, facientes quæ mãdata sunt, & percipientes quæ promissa sunt: uel hi culpabiles, qui cõtraria uel audire uel percipere meruerũt, quib. dicitur, Ite maledicti in ignẽ æternũ. Videamus quomodo etiã Paulus apostolus uelut potestatẽ arbitrij habentibus nobis loquitur, & tanquã in nobis ipsis uel salutis uel perditionis habentibus causas, ait: Aut diuitias bonitatis ac patiẽtiæ ac lõganimitatis cõtemnis, ignorãs quod benignitas dei ad pœnitentiã te adducit? Secundũ duritiã autem tuã, & cor impenitẽs thesaurizas tibi irã in die iudicij, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundũ opus eius: his quidẽ qui secundũ patientiã boni operis, gloria & incorruptio qui quærũt uitã ęternã: his autẽ qui ex cõtentione, & qui nõ credunt quidẽ ueritati, credunt autẽ iniquitati, ira, indignatio, tribulatio & angustia in omnẽ animam hominis operantis malũ, Iudæo primũ & Græco. Similiter autẽ & honoratio & pax omni operanti bonũ, Iudæo primum & Græco. Multa quidẽ alia & innumera in sanctis scripturis inuenies, quæ euidenter ostendẽt habere nos arbitrij liberi potestatẽ: alioquin percontrariũ esset dare nobis mãdata, ex quorũ uel obseruatione saluemur, uel prævaricatiõe damnemur, si obseruandi ea in nobis facultas nõ est. Verũ quoniã inueniunt in ipsis diuinis scripturis quędã uerba ita posita, ut cõtrariũ ex his aliquid uideat intelligi posse, proferẽtes ea in mediũ, et secundũ pietatis regulã disserẽtes, adhibeamus eorũ absolutiões, quo ex his paucis quæ exposuimus, etiã cæterorũ quæ similiter dicta sunt, quibus arbitrij potestas uideat excludi, absolutio euidẽs fiat. Igit quãplurimos mouẽt ea quæ de Pharaone à deo dicta sunt, dicẽte frequẽtius, Ego indurabo cor Pharaonis. Si enim à deo indurat, & per hoc quod indurat delinquit, nõ sibi ipse extitit causa delicti. Quod si ita est, nõ uidebit Pharao habere arbitrij libertatẽ. & iã consequenter asseretur quod hoc exemplo nec cæteri quidẽ qui pereunt, ex arbitrij sui libertate causam perditionis accipiunt. Sed & illud quod in Ezechiele scriptũ est, quũ dicit, Auferam eorum lapidea corda, & immittam eis carnea, ut in præceptis meis incedant, & iustitias meas custodiãt: mouet aliquẽ pro eo quod à deo dari uidetur, uel incedere in mãdatis eius, uel iustificatiões eius custodire: quippe si ipse id quod obstat ad custodiẽda mãdata lapideũ cor auferẽs, cor melius & sensibilius quod nunc carneum nominatur immittit & inserit. Vide autẽ etiã illud quod in euangelio dominus & saluator respondit ad eos, qui quęrebãt de ipso quare ad turbas in parabolis loqueretur, quale sit, ait enim: Vt uidẽtes nõ uideãt, & audientes nõ audiant & intelligant, ne forte conuertantur & remittatur eis. Sed & illud quõdam à Paulo apostolo dictum est, quia non uolentis, neq; currẽtis, sed miserentis est dei. Et in alio loco: Et uelle & perficere ex deo est. Et iterũ in alio loco: Ergo cui uult miseretur, & quẽ uult indurat. Dices itaq; mihi, Quid ergo adhuc culpamur? uoluntati enim eius quis resistet? O homo tu quis es qui cõtra respõdeas deo? Nũquid dicit figmentũ ei qui se finxit, quid me feciſti sic? Aut non habet potestatẽ figulus luti ex eadẽ massa facere uas aliud quidẽ ad honorem, aliud autem ad cõtumeliam? Hæc &

Deut. 30
Esa. 1
Psal. 80
Matth. 5
Matth. 7
Matth. 25
Rom. 2
Exod. 3
Ezech. 11
Esa. 6
Rom. 9
Philip. 2
Rom. 9

his similia non parũ uidentur deterrere posse quãplurimos, ne putetur unusquisq; habere sui arbitrij libertatẽ, sed quod ex dei uolũtate uel saluari aliquis uel perire uideat.

Incipiamus igitur ab his quæ ad Pharaonẽ dicta sunt, quia à deo dicit induratus ne dimitteret populum: cum quo pariter etiam apostoli ille sermo tractabitur, quo ait: Ergo cui uult miseretur, & quẽ uult indurat. His enim præcipue nituntur hæretici dicentes nõ esse in nostra potestate ut saluemur, sed naturas esse animarũ tales quæ in omni genere uel pereant uel saluentur: nec ullo modo possit anima quæ mala facta est, bona fieri: aut quæ bona fuerit, mala effici. Vnde aiũt & Pharaonẽ, quoniã naturæ erat perditæ, propterea indurari à deo, qui indurat eos qui terrenę naturę sunt, miseret aũt eorũ q spiritalis naturæ sunt. Videamus ergo quale est istud qd asserũt, & interrogemus eos primo, ut respõdeant nobis, si terrenæ naturę quã perditã dicunt, asserũt fuisse Pharaonẽ. Respõdebunt sine dubio terrenæ. Si ergo terrenæ naturæ erat, credere deo uel obedire ei resistente natura omnino nõ potuit. Quod si hoc ei erat per naturã, quid ad hoc opus ei erat indurari cor eius, & hoc nõ semel, sed frequẽter, nisi quod utiq; possibile erat eũ suaderi? Nec indurari ab alio diceret, nisi is qui ante nõ erat durus. Quod si ex se nõ erat durus, cõsequẽs est ut nec fuerit terrenæ naturæ, sed talis qui posset obstupefactus signis & uirtutibus cedere. Necessariũ erat deo ut pro salute multorũ in ipso ostẽderet uirtutẽ suã, dũ resistit plurimũ, & obluctatur uolũtati dei, & per hoc cor eius dicitur indurari. Hæc aũt dicta sint primo aduersus illos, per quæ illa eorũ subruatur assertio qua putant naturaliter perditũ fuisse Pharaonẽ. Sed & de his quæ ab apostolo Paulo dicta sunt, similiter aduersus eos agemus. Quos enim indurat deus secundũ opinionem uestram? Nempe eos quos naturæ perditæ dicitis, quid aliud credo facturos si non fuissent indurati? Si uero ex induratione ad perditionẽ ueniunt, iam nõ naturaliter, sed ex accidentibus pereunt. Tunc deinde dicite nobis, quorũ miseretur deus? Nempe eorũ qui saluãdi sunt. Et in quo isti secũda misericordia indigent, qui semel saluãdi sunt per naturã, & ad beatitudinẽ ueniũt naturaliter, nisi quia etiã ex his ostenditur quod quia perire eos possibile erat, idcirco misericordiã cõsequũtur, ut per hoc nõ pereant, sed ueniant ad salutẽ, & piorũ regna possideant? Et hæc quidem dicta sint aduersus eos qui naturas bonas uel malas, id est terrenas, uel spiritales cõmotiones fabulis introducũt, ex quibus fieri dicũt, ut uel saluet unusquisq; uel pereat. Nũc uero respondendum est etiam his qui deũ legis iustum tantũmodo uolunt, non etiam bonũ, quomodo putent à deo indurari cor Pharaonis quid faciẽte uel quid prospiciẽte? Obseruãdus est enim prospectus & intuitus dei, secundũ nos quidẽ iusti & boni, secundũ ipsos uero iusti tantũmodo. Et ostẽdant nobis quomodo deus quẽ utiq; & ipsi iustum fatent, iuste faciat cor hominis indurari, ut ex ipsa induratione peccet & pereat: & quo modo in hoc dei iustitia defendet, si ipse ijs causa perditionis existit, quos pro eo quod duritie increduli extiterint, ipse postmodũ iudicis autoritate dãnauit. Quid etiã culpat eũ dicens, Tu aũt quoniã non uis dimittere populũ, ecce percutiã omnia primitiua in Ægypto, etiã primitiuũ tuũ, & quęcũq; alia scripta sunt per Moysen dicta esse à deo ad Pharaonẽ? Necesse est enim omnẽ qui uera asserit ea quæ in scripturis referunt, & ostendere uult iustũ esse deũ legis & prophetarũ, pro his omnibus reddere rationẽ, quo modo per hoc nihil prorsus dei iustitiæ deroget: quoniã licet bonũ eum neget, iustum tamẽ & iudicẽ & mundi creatorẽ fatent. Alius ẽm responsionis ordo est aduersus eos qui malignũ, id est diabolũ mundi huius asserunt creatorẽ. Nos uero quoniã nõ solum iustũ, sed & bonũ deũ fatemur, qui per Moysen locutus est, respiciamus diligẽtius quo modo iusto bonoq; cõueniat quod cor indurare dicitur Pharaonis. Et uideamus si forte possumus sequẽtes apostolum Paulũ difficultatẽ rei exemplis quibusdã ac similitudinibus soluere, si ostẽdimus quoniã uno eodẽq; tẽpore deus alterius quidẽ miseret, & aliũ indurat, nõ agẽs neq; uolens ut induretur ille qui induratur: sed dum ipse benignitate sua & patientia utit: his quidẽ qui eius benignitatẽ & patientiã ad contemptũ atq; insolentiã ducũt, induratur cor dum ad terminũ pœna differtur: hi uero qui benignitatẽ & patientiã eius ad occasionẽ pœnitentiæ & emẽdationis accipiũt, misericordiã cõsequunt. Vt aũt euidẽtius quod dicimus demõstremus, utamur exẽplo quo in epistola ad Hebræos usus est apostolus Paulus dicẽs: Terra ẽm quæ bibit frequẽter super

Exod. 12

Heb. 6

se

ſe uenientẽ imbrẽ, & germinat herbã optimã his quibus colitur, percipiet benedictio nẽ à deo: quę aũt profert ſpinas & tribulos, reproba eſt & maledicto proxima, cuius finis ad exuſtionẽ. Igitur ex his quos aſſumpſimus Pauli ſermonibus euidẽter oſtẽditur, quod uno eodẽq; opere dei quo imbrẽ terræ largitur: alia quidẽ terra diligẽter exculta fructus afferat bonos: alia uero quæ negligẽter inculta eſt, ſpinas & tribulos ꝓferat. Et ſi quis quaſi ex perſona impiorũ loquens dicat, ergo imber fecit fructus bonos, & ſpinas ac tribulos ego feci: quãuis dure dici uideatur, uere tamẽ dicitur. Niſi enim imber fuerit, nec ſpinæ nec tribuli naſcerentẽ: ſuperueniente uero pluuia utrũq; terra ꝓduxit: Sed quãuis pluuiæ beneficio, terra germẽ utrũq; produxerit, nõ tamen imbribus meri to diuerſitas germinis aſcribẽt: ſed ad illos iure culpa ſeminis reflectẽ, qui cũ poſſent frequenti aratro terrã ſcindere, & raſtris grauibus torpẽtes glebas uertere, & oẽs inutiles radices noxiĳ germinis amputare atq; ſuccidere, cũctisq; quib. cultus ille depoſcit laboribus ac ſtudijs purgata excultaq; noualia uẽturis imbribus præparare, hoc quidẽ facere neglexerũt: deſidiæ autẽ aptiſſimos fructus ſpinas ac tribulos metẽt: ita ut bonitas & æquitas imbriũ ſuper omnẽ terrã æqualiter ueniat, ſed uno eodẽq; opere pluuię, ea quidẽ terra quę culta eſt diligẽtibus cultorib. cũ benedictione utiles fructus ꝓferat: ea uero quæ cultorũ deſidia obduruit, ſpinas ac tribulos germinet. Sic ergo accipiamus quod ea ſigna & uirtutes quæ à deo fiebãt, imbres quidẽ erãt, & à deo deſuper miniſtrati: ꝓpoſitũ uero hominũ & uolũtates terra accipiẽda eſt culta uel inculta: unius quidẽ naturæ, utpote omnis terra cũ terra, nõ tamẽ unius eiuſdẽq; culturæ. Ex quo fit ut uniuſcuiuſq; propoſitũ uel induretẽ uirtutib. & mirabilibus dei, ſi incultũ & ferũ eſt & barbarũ, & ſemetipſo ſuperbius ac ſpinoſius fiat: & miteſcat amplius, ac tota mente ſe in obedientiã tradat, ſi purgatũ à uitijs fuerit & excultũ. Vnde ad euidentiorẽ rei probationẽ ſuperfluũ nõ erit uti etiã alia ſimilitudine: uerbi gratia, ſi quis diceret quia ſol eſt q restringit & qui reſoluit, cũ contrariũ ſit & reſolutio & cõſtrictio. Sed nõ erit falſum qd̃ dicit̃, dum una eadẽq; caloris uirtute ſol quidẽ cerã ſoluit, limũ uero arefacit & ſtringit: nõ quod uirtus eius aliter in limo, & aliter operetẽ in cera, ſed qd̃ limi alia, alia quoq; ceræ ſit qualitas, cũ utiq; ſecundũ naturã unũ ſit, quia utrũq; de terra eſt. Ita ergo una eadẽq; operatio dei quę per Moyſen in ſignis ac uirtutib. gerebat̃, Pharaonis quidẽ duritiã arguebat, quã malitię ſuę intẽtione cõceperat: reliquorũ uero Ægyptiorũ q Iſraelitis admiſcebantẽ obedientiã declarabat, q etiã cũ Hebręis pariter excelſiſſe Ægyptũ referunt̃. Quod uero ſcriptũ eſt, quia paulatim edomaretẽ domus Pharaonis, ut aliquãdo diceret, Nõ lõge abeatis, iter triduí abibitis, ſed uxores ueſtras relinquite, & infantes ueſtros & pecora ueſtra: ſed & ſi qua alia ſcripta ſunt, ꝑ quæ paulatim uideẽ acquieſcere ſignis & uirtutib. quid aliud ex his indicat̃, niſi qd̃ agebat quidẽ in eo aliqd ſignorũ & mirabiliũ uirtus, nõ tamẽ tantũ quantũ deberet operabat̃? Si em̃ talis erat in duratio qualẽ plurimi putãt, nõ utiq; inueniretẽ uel in paucis acquieſcere. Tropũ uero uel figurã ſermonis eius q ſcriptus eſt de induratione, etiã ex cõmuni cõſuetudine exponere puto quod nõ uideatur abſurdũ. Frequenter em̃ benigniores quiq; domini ad eos ſeruos q̃ per multã patientiã & manſuetudinẽ dominorũ inſolentiores improbiores q̃ fiũt, dicere ſolẽt: Ego te talẽ feci, ego te perdidi, mea patiẽtia te peſſimũ fecit, ego tibi cauſa huius tã duræ & peſſimæ inſolentiæ exiſto, qui te nõ ſtatim per ſingulas culpas punio pro merito delictorũ. Neceſſe eſt em̃ nos tropũ uel figuram ſermonis ad uertere, & ita demũ uirtutẽ dei intelligere, nec inferre calũnias uerbo, cuius interiorẽ ſenſum diligentius exploremus. Deniq; apoſtolus Paulus euidenter de talibus tradens, ait ad eũ qui permanebat in peccatis, An diuitias bonitatis eius ac patiẽtiæ & lõganimitatis contẽnis, ignorãs quia benignitas dei ad patientiã te adducit? Secũdũ duritiã aũt tuã & impœnitẽs cor theſaurizas tibi ipſi irã in die iudicij dei. Hæc dicit apoſtolus ad eũ qui in peccatis eſt: cõuertamus hæc ipſa nos ad Pharaonẽ dici, & uide ſi nõ ea etiã de ipſo dici cõſonanter inuenies, quia ſecundũ duritiã eius & cor impœnitẽs theſaurizauit et recõdidit ſibiĳpſi irã in die iræ, ꝑ eo quod nunq; duritia eius ita arguí et in manifeſtũ uenire potuiſſet, niſi ſigna & prodigia fuiſſent tã multa tãq; magnifica proſecuta. Quod ſi minus plenæ uidentẽ eſſe ꝓbationes quas diximus, & apoſtolicę ſimilitudinis parũ munimẽti habere adhuc uideat̃ aſſertio: adhibeamus etiã ꝓpheticę autorita

Exod. 8.

Rom. 2.

tis assensum, & uideamus quid etiã prophetę pronũcient de his qui primo quidẽ recte uiuẽtes, benignitatis dei habere quãplurima experimẽta meruerũt, postea uero homi-
Esa. 63 nes deliquerũt: cũ quib. se quoq; unũ faciẽs ꝓpheta ait: Vt quid dñe errare nos fecisti à uia tua? & quare indurasti cor nostrũ uti nõ timeremus nomẽ tuũ? Cõuertere propter
Hier. 20 seruos tuos, propter tribus hæreditatis capiamus de mõte sancto tuo. Sed & Hieremias similiter dicit: Seduxisti nos domine, & seducti sumus: tenuisti, & potuisti. Quod ergo ait, Ad quid domine indurasti cor nostrũ uti ne timeamus nomẽ tuũ, dictũ ab his q̃ misericordiã precabant, morali utiq; tropo accipiendũ est: uelut quis dicat, ut quid intantũ peperciſti nobis, nec requisisti nos cũ peccaremus, sed reliquisti nos ut ꝓ hoc increscere t malũ, et propagaret peccãdi licẽtia animaduersiõe cessante? Sic equus si nõ assidui sessoris patit calcẽ, & frenis ora ferratis obterit, indurescit. Sic puerilitas si nulla plagæ assiduitate curuet, insolẽtẽ simul & ad uitia præcipitẽ iuuenẽ reddet. Relinquit ergo deus, & negligit eos quos correptione iudicarit indignos. Quẽ em̃ diligit dominus corripit: flagellat aũt omnẽ filiũ quẽ recipit. Ex quo arbitrandũ est filiorũ & in ordinẽ & affectũ recipi eos q̃ flagellari à domino meruerint & corripi, quo scilicet et per tẽtationũ & tribulationũ patiẽtiã possint etiã ipsi dicere: Quis nos separabit à charita
Rom. 8 te dei quæ est in Christo Iesu? Tribulatio? an angustia? an nuditas? an periculũ? an gladius? Per hęc omnia manifestat, & proditũ uniuscuiusq; propositũ, & perseuerãtiæ firmitas indicat, non tã deo q̃ nouit omnia antequã fiãt, q̃ rationabilibus uirtutib. quæ utiq; procurationẽ salutis humanæ uelut quædã adiutrices dei ministræq; sortitæ sunt. Hi uero q̃ nondũ se tãta cõstantia, neq; tãto affectu offerũt deo, neq; parati sunt accedẽtes ad seruitutẽ dei præparare animas suas ad tẽtationẽ, derelinqui dicunt à deo, id est nõ erudiri, ꝓ eo quod ad erudiendũ parati nõ sunt, in posterũ sine dubio tẽpus eorũ dispẽsatione uel curatiõe dilata. Qui utiq; quid à deo cõsequent ignorãt, nisi prius ad beneficia cõsequẽda per desideriũ uenerint. Quod ita demũ fiet, si quis ante semetipsum cognoscat, & sentiat quid sibi desit: & qd̃ sibi deest, à quo quærere uel debeat uel possit intelligat. Qui em̃ nõ intellexerit prius infirmitatẽ uel ægritudinẽ suã, medicũ quęrere nescit: uel certe cũ receperit sanitatẽ nõ egerit gratias medico, quoniã nõ prius periculũ sui lãguoris cognouit. Ita & si q̃ nõ prius animæ suæ uitia & peccatorũ suorũ cognouerit mala, ac ꝓpriꝝ oris cõfessiõe ꝓdiderit, purgari is absoluiq; nõ poterit, ne ignoret sibi per gratiã cõfessum fuisse qd̃ possidet, & diuinã liberalitatẽ propriũ bonũ putet: quæ res sine dubio arrogãtiã generet & elationẽ, & denuo ei causa sit ruinæ. Quod etiã de diabolo sentiẽdũ est, q̃ primitus honores suos ꝓprios & nõ à deo datos esse credidit, quos habebat tũc cũ immaculatus erat, & impleta est in eo illa sentẽtia quæ dicit, qd̃ omnis qui se exaltat humiliabit. Vnde mihi uidet quod ideo occultata sint prudẽtioribꝰ & sapiẽtioribus diuina mysteria, quẽadmodũ scriptura dicit, uti ne glorietꝰ omnis caro in cõspectu dei: & reuelata sint paruulis, his uidelicet q̃ posteaquã infantes facti fuerint & paruuli, id est ad humilitatẽ se & simplicitatẽ reuocauerint paruulorũ, tũc proficiũt: & cũ ad perfectionẽ uenerint, meminerint utiq; quod nõ iã suis uirtutib. sed gratia & misericordia dei beatitudinẽ cõsecuti sunt. Igit dei iudicio derelinquit is q̃ derelinqui debet: & patiẽtiã habet deus super nõnullis peccãtibus, nõ tamẽ sine certa ratiõe. Sed & hoc ipsum quod patiẽs est, ad utilitatẽ ipsorũ facit, quoniã quidẽ immortalis est anima cuius curã & prouidentiã gerit. Et utiq; quod immortale & æternũ est, etiã si nõ cito curet, nõ tamẽ excludit à salute, quæ in tẽpora opportuniora differt. Nã & fortassis expedit tardius cõsequi his qui uenenis malitiæ profundioris infecti sunt. Sicut enim medici interdũ cũ possint celerius obducere uulnerum cicatrices, præsentẽ dissimulant & differũt sanitatẽ melioris sanitatis firmioris q̃ prospectu, dum melius esse norunt morã facere in tumoribus uulnerũ, & maligni humoris fluentes paulisper sinere meatus, q̃ festinare ad superficiẽ sanitatis, & obtrusis in uenis fomitẽ uenenati humoris includere: qui utiq; excluſus à salutis meatibus serpet sine dubio in interiora mẽbrorũ atq; ipsa uitalia uiscerũ penetrabit, non iam morbum corpori, sed uitæ illaturus exitiũ: Hoc ergo modo & deus qui nosci occulta cordis, & prænoscit futura, ꝓ multã patientiã indulget fieri quædã quæ extrinsecus incidẽtia hominibus prouocẽt proferri, & in lucẽ procedere passiones & uitia quæ celant intrinsecus: ut per hæc expurgari

& curari possint hi qui per multã negligentiã & incuriam peccatorum in se radices ac semina receperũt, ut eiecta foras atq; ad superficiẽ prouocata, euomi quodãmodo possint & digeri: ut etiam si uideatur quis in grauioribus affici malis dũ membrorũ omnium sustinet conuulsiones, possit tamẽ cessare aliquãdo & desinere, & satietatẽ capere malorũ, & sic ad statum suum post multas molestias reparari. Deus enim dispensat animos nõ ad istud solũ uitæ nostræ breue tẽpus, quod intra sexaginta fere, aut si quid amplius annos cõcluditur, sed perpetuũ & æternũ tempus, tanquam æternus ipse & immortalis, immortaliũ quoq; animarũ prouidentiam tenens. Incorruptibilẽ nanq; fecit esse rationabilẽ naturã, quam ad imaginem suam ac similitudinẽ condidit: & ideo non excluditur breuitate tẽporis huius uitæ nostræ à curis & remedijs diuinis anima quæ immortalis est. Sed assumamus etiam de euangelijs horũ quæ diximus similitudines, ubi refertur esse quædã petra habens paruam & exiguã terrã, in quã si ceciderit semen cito memoratur exoriri, sed cũ exortum fuerit, quoniam radicem non dedit in profundũ, ascẽdente sole æstuari dicit & arescere quod exortum est. Quæ utiq; petra sine dubio pro anima posita est humana, pro sui negligẽtia indurata, & propter malitiã saxea effecta. Nulli enim à deo cor lapideũ creatũ est, sed per malitiã unicuiq;, & inobedienti ani cor lapideũ fieri dicit. Sic ergo si quis increpet agricolam quare non citius semina super terrã petrosam iecerit, pro eo quod uiderat ad eã terrã petrosam accepta semina uelociter germinasse: utiq; respõdebit agricola & dicet, qa idcirco tardius semino terrã istã, ut possit semina quæ suscepit retinere. Expedit eĩ huic tali terræ ut posterius seminet, ne forte citius germinãte segete, summa tenus soli frõte ea procedẽs solis æstibus obuiare nõ possit. Nonne rationi & peritiæ acquiesceret agricolę, & quod prius sibi uidebat incõsequens, rationabiliter factũ probabit? Ita ergo deus uniuersæ creaturæ suæ peritissimus agricola dissimulat & differt in aliud sine dubio tẽpus hæc quæ nobis uidentur citius debuisse cõsequi sanitatẽ, uti ne superficies eorũ magis q̃ interna curent.

Si uero quis nobis ad hoc obijciat: quare ergo quædã semina cadunt etiã super terrã petrosam, id est durã aliquã & saxeam animam: dicendũ ad hoc quia ne hoc quidẽ absq; diuinæ dispensationis fieri prouidẽtia potest: quia nisi per hoc cognosceret quid condẽnationis haberet temeritas auditus, & persecutiõis improbitas, nõ utiq; cognosceretur quid esset utilitatis erudiri per ordinẽ. Et inde fit ut cognoscat anima uitiũ suũ; secq; ipsam reprehẽdat, ac cõsequenter se culturæ reseruet ac tradat, id est ut uideat sibi prius uitia resecãda, tũ deinde ad institutionẽ scientiæ ueniendũ. Quia ergo sicut innumerabiles sunt animę, ita & mores earũ atq; proposita, diuersiq; singularũ motus, & appetentiæ & incitamenta, quarũ uarietatẽ humana mens cõsiderare nullatenus potest: ideo soli deo ars & scientia & potentia dispẽsationis huiuscemodi relinquẽda est, qui solus nosse potest & remedia singularũ, & curationũ tẽpus metiri, Ipse ergo qui solus (ut diximus) agnoscit singulorũ mortaliũ uias, qua uia etiam Pharaonem adducere deberet, ut per ipsum nomen suũ nominaretur in uniuersa terra, pluribus plagis antea castigatũ, & usq; ad Moysen maris adductũ. In qua submersione nõ utiq; putandũ est finitam esse erga Pharaonẽ prouidentiã dei: non enim quia demersus est, continuo etiam substantialiter interisse putãdus est. In manu enim dei & nos & sermones nostri & omnis prudentia atq; operũ disciplina est, sicut scriptura dicit. Verũ hæc pro uiribus nostris differuimus capitulũ scripturæ discutientes, in quo dicitur deus induraſſe cor Pharaonis, & pro eo quod dictũ est: Cui ergo uult miseretur, & quem uult indurat. Nũc uideamus etiã de his quæ Ezechiel dicit quũ ait: Auferã cor lapideum ab eis, & immittam eis cor carneum, ut in iustificationibus meis incedant, & præcepta mea custodiãt. Si enim quum uult deus aufert lapideum cor, & carneum dat, ut præcepta sua seruentur, & mandata custodiantur, neq; malitiam auferre in nostra uidebitur esse potestate. Auferri enim cor lapideum nõ aliud uidetur esse, q̃ malitiam qua quis obduratur abscindi à quo deus uult. Neq; quod mittitur cor carneũ ut in pręceptis ambuletur dei, & seruentur mandata dei, aliud est nisi obedientem fieri, & non resistentem contra ueritatem, & hoc promittit deus se facturum. Et si antequã auferatur cor lapideũ deponere illud à nobis non possumus, consequẽs est ut in nostra potestate nõ sit abijcere malitiam, sed in deo. Et iterũ, si non in nostro actu est, ut fiat in nobis cor carneum, sed so-

Rom. 9
Ezech. 11

lius dei opus est,non erit nostrũ opus secundũ uirtutem uiuere,sed in omnibus gratiæ opus uidebit. Hæc quidẽ dicunt hi qui uolũt ex auctoritate diuinæ scripturæ differere nihil esse positum in nostra potestate. Quibus respondebimus hoc nõ taliter intelligi oportere,sed sicut si sit aliquis imperitus & indoctus,is quidẽ sentiẽs imperitię suę notã siue adhortatione cuiusquã, siue prudentiũ quorũq; æmulatione pulsatus, tradat se alicui à quo cõfidat posse se diligẽter imbui,& cõpetenter erudiri. Is ergo qui iã prius obdurauerat in imperitia,si se(ut diximus)cũ omni animi intẽtiõe dat magistro, atque obtẽperaturũ se in omnibus repromittit,propositi eius intẽtione perspecta cõpetẽter etiã magister pollicebit ablaturũ se ab eo omnẽ imperitiã,& inserturũ peritiã:nõ quo abnuenti discipulo, uel renitẽti hoc se promittat esse facturũ, sed offerẽti se atq; in omnẽ obedientiã mancipãti.Ita & diuinus sermo promittit his qui accedũt ad se, ablaturũ se esse cor lapideũ:non utiq; ab his qui se non audiunt,sed ab his qui doctrinæ suæ præcepta suscipiũt:sicut in euãgelijs inuenimus ægrotãtes accedere ad saluatorẽ,rogãtes ut percipiant sanitatẽ,& ita demũ curari.Et est quidẽ (uerbi gratia) ut curent cæci & uideant,in eo quidẽ quod precati sunt saluatorẽ,& crediderũt ei posse ab eo curari, opus ipsorũ qui curati sunt:in eo uero quod eis reddit uisus,opus est saluatoris.Ita etiã in hoc diuinus sermo promittit daturũ se esse eruditionẽ auferendo cor lapideũ, id est abstergendo malitiã,ut possint per hoc in diuinis ambulare præceptis,& legis manda ta seruare. Post hoc propositũ nobis est etiã illud de euangelio,quod Saluator dixe-
Matth. 13 rat,Propterea his qui foris sunt in Parabolis loquor, ut uidentes uideant,& nõ uideãt: & audiẽtes audiãt,& non intelligant,ne forte conuertant & remittat eis. In quo dicet qui è diuerso respõdet:si omni modo hi qui manifestius audiẽt corrigẽtur & cõuertentur,& ita cõuertentur ut & digni sint percipere remissionẽ peccatorũ: non est autẽ in ipsorũ potestate ut audiant manifestũ sermonem, sed in eius utiq; potestate qui docet, ut apertius & manifestius doceat:is uero qui docet propterea se dicit manifeste eis nõ prædicare uerbum ne forte audiãt & intelligãt et cõuertantur et saluẽtur: nõ erit utiq; in ipsis ut salui fiant. Quod si est,liberi arbitrij non erimus,uel ad salutẽ uel ad perditionẽ. Et siquidẽ nõ esset adiectũ quod dixit, Ne forte cõuertantur et remittatur eis,posset pronior esse respõsio:qua diceremus,quoniã nolebat eos quos Saluator pręsciebat nõ esse futuros bonos, intelligere mysteria regni cœlorũ,& propterea loquebat eis in Parabolis.Nunc aũt cum adiectum sit,Ne forte cõuertantur & remittat eis, difficilior efficitur expositio. Et primo quidẽ obseruandum nobis est,quid habeat munimenti locus iste etiam aduersus hæreticos,qui aucupari uerba de ueteri testamento solent,siqua forte uident eis(ut ipsi intelligũt)de deo creatore graue & inhumanũ aliquid dessignare,uel cũ iudicantis designatur uel punientis affectus,uel quomodo certe ipsi hæc nominare solent, ex quibus uidelicet bonitatẽ denegẽt esse in creatore:quoniã nõ eadẽ mente,nec eodẽ sensu etiam de Euangelijs iudicãt, nec obseruant siqua talia etiam in euãgelijs posita sunt, qualia iudicãt uel arguũt in ueteri testamento. Euidẽter enim in hoc capitulo Saluator ostendit(sicut ipsi dicũt) manifeste nõ loqui ut in eo conuertant homines,& ut remissionẽ non accipiant peccatorũ.Quod utiq; si secundũ solam literã intelligatur,nihil omnino minus habebit ab eis quæ in Testamento ueteri criminantur.Si uero etiã ipsis uidentur hæc expositione indigere,siqua in nouo testamento ita posita inueniuntur:cõsequens & necessariũ erit, ut etiam ea quæ in ueteri testamento criminantur,simili expositione purgentur,ut per hęc unius eiusdẽq; probentur esse quę in utroq; scripta sunt.Sed ad propositam quæstionem,prout possumus conuertamur. Dicebamus prius de Pharaone disputantes quod interdum curari citius nõ cedit in bonum,maxime si internis uisceribus ualidius morbus grassatur incluſus. Vnde deus qui occultorũ cognitor est, & nouit uniuersa antequã fiant, pro multa benignitate sua differt horum talium curas, & medicinam protelat in lõgius, atq; ut ita dixerim, curat eos dũ non curat,ne eos prospera sanitas insanabiles reddat.Possibile ergo est ut apud eos quib. foris positis domini & saluatoris nostri sermo fiebat,pro eo quod scrutãs corda & renes,præuidebat nõdũ aptos manifestioris eloquij recipere doctrinã, profundioris sacramenti fidẽ uelato sermone contegeret: ne forte uelociter cõuersi ac sanati, id est peccatorũ suorũ remissione celeriter accepta,uersa facie iterũ in eundem re

ciderent

ciderent morbũ, quem senserant sine aliqua difficultate curatũ. Quod utiq; si fiat, nulli dubiũ est duplicari pœnam, & in alia augmenta cumulari, dũ non solũ peccata quæ remitti uisa fuerint repetunt, uerumetiã uirtutis aula polluitur, si eam doloſæ & contami natæ mentes plenæ intrinsecus malitiæ latentis inculcent & quod unquã in talibus remedium erit, qui post malitię impuros ac sordidos cibos degustata uirtutis suauitate, dulcedine eius suis faucibus recepta, rursus se ad uirulẽtos & mortiferos cibos nequitię cõuerterunt? Et quis dubitat melius esse differri, & interim relin.qui, ut si forte satietatẽ malitię aliquãdo ceperint, & horrescere potuerint sordes in quib.nunc interim delectãtur, tunc demũ cõpetenter eis sermo Dei manifestetur, & non sanctũ canibus mittat, nec margaritę iactentur ante porcos, qui cõculcent eas pedibus, & insuper cõuersi rumpant, impugnẽt eos qui sibi prędicauerunt uerbũ Dei? Ergo sunt qui foris esse dicunt, sine dubio ad eorũ comparationẽ qui intus esse & manifestius audire uerbũ Dei referuntur. Audiunt tamen & isti qui foris sunt uerbum, licet parabolis obtectũ. Sunt autẽ alij pręter eos qui foris sunt, qui Tyrij appellãtur, qui omnino nõ audiunt, & qui dem prędicante de eis Saluatore, quod olim in sacco & cinere iacẽtes, pœnitentiã egissent, si factę fuissent apud eos uirtutes quę apud alios factę sunt: & tamẽ non audiũt, ne ea quidẽ quę hi qui foris sunt, audiũt: credo ꝓ eo quod longe horũ inferior & nequior ordo esset in malitia, cũ eorũ qui foris esse dicunt, id est non longe ab his qui intus sunt & audire uerbũ licet in parabolis, merebantur: & quod fortasis dispẽsatio manet in illud rẽpus, q̃ tolerabilius erit eis in die iudicij, cũ illis apud quos factæ sunt uirtutes quę scriptæ sunt: ut ita demũ releuati tunc pondere suorum peccatorũ facilius & tolerabilius per uitã salutis incedant. Verũ illud est quod admonitos illos esse qui hæc legũt, uolo, huiuscemodi difficillimis & obscurissimis locis summo studio niti, nõ tã ut quæstiõũ absolutiões ad liquidũ dispiciamus: hoc enim faciet unusquisq; prout spiritus dabit eloqui ei: sed ut pietatis regulã cautissima assertiõe teneamus, in eo quod prouidentiã dei iuste omnia moderantẽ, & æquissimis dispẽsationibus ꝓ singulorũ meritis & causis regere immortales animas studemus ostẽdere: dum non intra huius seculi uitam dispẽsatio humana cõcluditur, sed futuri status causam præstat semper anterior meritorũ status, & sic immortali & ęterno ęquitatis moderamine diuinę prouidẽtię immortalis anima ad summã perfectionis adducitur. Si quis tamẽ occurrat nobis ꝓ eo quod diximus à deterioribus quibusq; & nequioribus cõsulto differri uerbũ prædicatiõis, cur his quib.collati Tyrij qui semper despecti sunt, præferunt, prædicatus sit sermo: in quo utiq; auctũ est eis malum, & grauior eorum effecta est condemnatio, ut audirẽt uerbũ qui nõ erant crediturí: hoc modo respõdendũ uidetur. Deus qui uniuersarũ mentium conditor est, aduersus prouidentiã suam querelas prænoscens, præcipue eorum qui dicunt, quomodo credere poteramus, cũ nec uiderimus ea quæ alijs prædicata sunt? intantũ extra nos est culpa, ut hi quibus annunciatus est sermo, & signa monstrata sunt, nihilo omnino distulerint, sed obstupefacti ipsa prodigiorũ uirtute crediderint: uolẽs arguere occasiões huiuscemodi querelarũ, & ostẽdere quia nõ dissimulatio diuinæ ꝓuidentiæ, sed humanæ mẽtis arbitriũ causa sibi perditionis existit: cõtulit etiã indignis & incredulis gratiã benefactorũ suorum, ut uere omne os obstruat, totumq; à se & nihil à Deo esse sibi mẽs humana cognoscat. Simul & quia grauius condẽnat is qui diuina beneficia sibi collata contẽpsit, cũ ille qui cõsequi ea uel audire nõ meruit, intelligat & agnoscat nũc esse diuinæ & æquissimę suæ dispẽsationis etiã hoc ipsum quod interdũ dissimulat aliquibus præstare, ut uel uideãt uel audiãt uirtutis diuinę mysteria, ne ignorũ uirtutibus uisis, & sapientię eius mysterijs agnitis & auditis, si cõtempserint gratiori impietatis animaduersione mulctent. Videamus nũc & de eo quod dictũ est, Nõ uolẽtis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Aiunt emi hi qui è diuerso sunt: si non est uolẽtis, neq; currentis, sed cui deus miseretur, is saluat, nõ est in nobis ut saluemur. Aut emi natura nostra talis est, ut uel saluari possimus, uel nõ saluari: aut certe in uolũtate sola est eius, q̃ si uult, miseret & saluat. A quib. primo quæritur hoc: uelle bona, aut bonũ est aut malũ? & currentẽ festinare ut pueniat ad fidẽ boni, an laudabile est? Si quidẽ dixerint quod culpabile sit, aperte insanient. Oẽs emi sancti & uolunt bona, & currunt ad bona, & utiq; culpabiles non sunt. Quõ ergo si non saluatur, malæ naturæ est, uult Rom. 9

bona, & currit ad bona, sed nō inuenit bona? aiūt em̄, quia arbor bona fructus malos nō afferat: bonus etem̄ fructus est uelle bona. Et quomodo malæ arboris fructus est bonus? Quod si dixerint quia mediū est uelle bona, & currere ad bona, id est neq; bonū neq; malū, dicemus ad eos: Si mediū est uelle bonū, & currere ad bona, ergo & id qđ his cōtrariū est, mediū erit, id est uelle mala, & currere ad mala. Sed certū est quia nō sit mediū uelle mala, & currere ad mala, sed aperte malū est, Constat ergo quia nō est mediū uelle bona, sed bonū. His ergo tali responsione depulsis, ad expositionē iam quæstionis ipsius properemus, in qua ait, Nō uolētis, neq; currentis, sed miserentis est Dei.

Psal. 127

In libro psalmorū, in Cāticis graduū, qui Salomonis esse referunt, hoc modo scriptū est, Nisi dns ædificauerit domū, in uanū laborant qui ędificāt eam, Nisi dns custodierit ciuitatē, frustra uigilāt qui custodiunt eam. Per quę uerba nō utiq; indicat ut cessare debeamus ab ędificādo, & à custodia ciuitatis eius quę intra nos est: sed hoc est quod ostēdit, quia quæcunq; sine Deo ædificant, & quęcūq; sine eo custodiunt, uane ædificant, & sine causa seruant. In omnibus enim quę bene ædificātur, & bene saluātur, dns uel ędificationis, uel tutelę auctor ascribit. Vt uerbi causa, si uideamus aliquod magnificū opus & prędlari ædificij moles decora cōstructione sublatas, nōne iure & merito dicemus, nō hæc humanis uiribus, sed diuina ope atq; uirtute cōstructa? nec tñ ex hoc cessasse humani studij labor atq; industria designabit. Vel iterū si uideamus urbē aliquā graui hostiū obsidione circūdatā, minaces inferri machinas muris, uallo, telis, ignibus, cūctisq; bellorū instrumētis quibus excidia parant, urgeri, si repelli hostis potuit & fugari, digne meritoq; liberatæ salutē à Deo præstitā dicimus, nec tamē per hoc defuisse uigilum excubias urbi, procinctū iuuenū, & custodientiū uigiliam designamus. Ita & Apostolū dixisse intelligendū est, cum ait: Non sufficit ad perficiendā salutē sola uolūtas humana, nec idoneus est mortalis cursus ad cōsequenda cœlestia, & ad capiendā palmā supernæ uocationis Dei in Christo Iesu, nisi hæc ipsa uolūtas nostra bona, prōptumq; propositū, & quæcūq; illa in nobis esse pōt industria, diuino uel iuuet uel muniatur auxilio. Et ideo ualde cōuenienter dicit Apostolus, quia nō uolentis, neq; currentis, sed miserentis est Dei: quēadmodū ac si dicamus de agricultura illud quod scriptum est: Ego plātaui, Apollo rigauit, sed Deus incrementū dedit. Ita neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementū dat Deus.

1. Cor. 3

Sicut ergo cum bonos atque uberes fructus ad perfectā maturitatē ptulit seges, nemo pie & conuenienter dicet quia fructus istos agricola fecit, sed à Deo fatebit præstitos: ita etiā nostra pfectio nō quidē nobis cessantibus & otiosis efficit, nec tamē cōsummatio eius nobis, sed Deo q̄ est prima & præcipua causa operis ascribet. Sic cū nauis superauerit marina discrimina, quāuis multo labore nautarū, & oñi nauticæ artis opere impēnso, & gubernatoris studio atq; industria adhibita res agat, uēctorū quoq; aspirātibus flatibus & astrorū signis diligēter notatis: si tñ nauis undis & fluctibus fatigata ad portū salua peruenit, nemo sani sensus nisi misericordię Dei salutē nauis ascribet. Sed ne ipse quidē natura uel gubernator audet dicere, Ego saluaui nauē: sed totū ad Dei misericordiā refert: nō qđ sentiat se nihil ad saluandū nauē uel artis adhibuisse uel laboris, sed quoniā sentit à se quidē laborē, salutē uero à Deo prędtitā naui. Ita etiā in nostræ uitæ cursu à nobis quidē dependēduse st labor, & studiū atq; industria adhibēda: laboris nostri uero fructus à Deo sperāda est salus. Alioquin si nihil nostri operis expoſcit, superflua utiq; uidebunt esse māata frustra etiā ipse Paulus culpat quosdā decidisse à ueritate, & collaudat alios stātes in fide prędcepta quędā & instituta ex supfluo tradit ecclesijs: frustra etiā nos ipsi uel uolumus, uel currimus ad bona. Sed certum est qđ hęc frustra nō fiūt, & certū est qđ nec apostoli frustra prędcipiūt: nec dominus sine causa dat leges. Superest ergo ut pronūciemus, ut magis bonis dictis hæretici calūniā faciāt. Post hæc insequebat illa quæstio, qm̄ & uelle & perficere esset ex Deo, & aiūt: Si ex Deo uelle est, & ex Deo est pficere, siue bene siue male agamus uel uolumus, ex deo est. Qđ si est, liberi arbitrij nō sumus. Ad qđ rñdendū est, qa sermo Apostoli nō dicit, qa uelle mala ex deo est, neq; pficere bona, aut mala ex deo est: sed gñaliter ait, quia uelle & pficere à deo est. Sicut em̄ à deo habemus hoc ipsum qđ homines sumus, qđ spiramus, qđ mouemur, ita & qđ uolumus ex deo habemus: ut si dicamus, qđ mouemur ex deo est, uel quòd singula quæq;

membra

mẽbra officiò ſuo deſeruiunt & mouentur, ex Deo eſt. Ex quo utiq; non illud intelligitur, quia quod mouetur manus (uerbi cauſa) ad uerberandũ iniuſte, uel ad furandũ, ex Deo eſt: ſed hoc ipſum quod mouetur ex Deo eſt, noſtrũ uero eſt motus iſtos quibus motũ ex Deo habemus, uel ad bona uel ad mala cõuertere. Ita ergo eſt quod dicit Apoſtolus, quia uirtutẽ quidẽ uolũtatis accipimus, nos aũt abutimur uolũtate, uel in bonis uel in malis deſiderijs. Similiter quoq; & de effectibus ſentiendũ eſt. Sed de eo quod dixit Apoſtolus, Ergo cui uult miſereẽ, & quẽ uult indurat: dicet ergo mihi, quid quęritur, uoluntati enim eius quis reſiſtet? Enimuero homo tu quis es, qui cõtra reſpõdeas Deo? nũquid dicit figmentũ ei qui ſe finxit, quid me feciſti ſic? aut nõ habet poteſtatẽ figulus luti ex eadẽ maſſa facere aliud quidẽ uas in honorẽ, aliud autẽ in cõtumeliam? Dicet fortaſſis aliquis: Sicut figulus ex eadẽ maſſa facit alia quidẽ uaſa ad honorẽ, alia autẽ ad cõtumeliã, ita Deus alios ad perditionẽ, alios ad ſalutẽ facit. Nõ eſt ergo in nobis uel ſaluos fieri, uel perire: per quod nõ uidemur noſtri eſſe arbitrij. Reſpõdendum eſt ergo his qui hęc ita intelligunt: ſi põt fieri ut poſſit Apoſtolus ſibijpſi cõtraria ,ploquí? Quod ſi hoc ſentiri nõ põt de Apoſtolo, quomodo uidebit ſecũdum eos iuſte culpare eos qui in Corintho fornicati ſunt, uel eos qui deliquerũt, & pœnitentiã nõ egerũt, in impudicitia & fornicatione & immũditia quã geſſerũt? Quõdo etiam collaudat eos qui recte egerũt, ſicut Oneſiphori domũ, dicẽs: Det autẽ dominus ſalutem Oneſiphori domui, quia frequẽter me refrigerauit, & catenã meã non erubuit, ſed cũ Romã ueniſſet, ſollicite requiſiuit me, & inuenit, det illi dñs inuenire miſericordiã apud dñm in illo die? Nũ ergo eſt apoſtolicæ grauitatis culpare quidẽ eũ qui culpa dignus eſt, id eſt qui peccauit, & collaudare eũ qui laude dignus eſt, pro opere bono, & rurſum (cũ in nullius ſit poteſtate agere aliquid boni uel mali) dicere creatoris eſſe opus, ut unuſquiſq; uel bene agat, uel male, cum aliud ad honorem uas faciat, aliud ad contumeliã? *Rom. 9* *2. Tim. 1*

Quomodo autẽ illud quoq; addit, Quia oẽs nos ſtare oportet ante tribunal Chriſti, ut recipiat unuſquiſq; noſtrũ in corpore ſuo ,put geſſit, ſiue bonũ ſiue malũ? Quæ eñ boni retributio ei q malũ facere nõ potuit, ad hoc ipſum à creatore formatus? uel quæ pœna digne irrogabit ei q bonũ facere ex ipſa cõditoris ſui creatione nõ potuit? Tũc deinde quomodo nõ cõtrariũ eſt huic aſſertioni illud quod alibi dicit, In domo aũt magna nõ ſunt tantũmodo uaſa aurea & argẽtea, ſed lignea & fictilia, & alia quidẽ ad honorẽ, alia aũt ad cõtumeliã? Si ergo quis emũdauerit ſemetipſum ab his, erit uas ad honorẽ ſanctificatũ, & utile domino ad omne opus bonũ paratũ. Ergo qui ſe emundauerit, efficitur uas ad honorẽ: qui autẽ immunditias purgare contẽpſerit, efficitur uas ad contumeliã. Ex quibus ſentẽtijs nullatenus (ut opinor) cauſa geſtorũ ad creatorem referri poteſt. Nam facit quidẽ creator Deus quoddam uas ad honorem, & facit alia uaſa ad contumeliã: ſed illud uas quod ſe purgauit ab omni immunditia, illud facit uas ad honorẽ: quod uero uitiorũ ſordibus ſe maculauerit, illud uas ad contumeliã facit. Itaq; concluditur ex hoc, quia prius geſtorũ uniuſcuiuſq; cauſa præcedit, & pro meritis ſuis unuſquiſq; à Deo uel honoris uas efficitur, uel cõtumelię. Vnde unũquodq; igitur uas ut uel ad honorẽ à creatore formetur, uel ad cõtumeliã, ex ſeipſo cauſas & occaſiones præſtitit cõditori. Quòd ſi iuſta hęc uidetur aſſertio, ſicut eſt certe iuſta, & cũ omni pietate concordans, uti ex præcedẽtibus cauſis unũquodq; uas uel ad honorẽ Deo uel ad contumeliã pręparetur: non uidetur abſurdum eodem ordine atq; eadem conſequentia diſcutientes nos antiquiores cauſas eadẽ etiã de animarũ ratione ſentire, & hoc eſſe in cauſa quòd Iacob dilectus eſt etiã dum adhuc in uẽtre matris haberetur. Sed & illud quod dictũ eſt, quòd ex eadẽ maſſa & honoris & contumeliæ uas fiat, nõ nos poterit coarctare: unam etenim naturã omniũ eſſe dicimus rationabiliũ animarum, ſicut una luti maſſa ſubiacere figulo deſignatur. Cũ ergo una omniũ ſit natura rationabiliũ creaturarũ, ex ipſa Deus ſecundũ præcedẽtes meritorum cauſas, ſicut ex una maſſa figulus, creauit & plaſmauit alios quidẽ ad honorem, alios autem ad contumeliã. Quod uero uelut increpãtis eſt Apoſtoli ſermo, quãdo dicit, O homo tu quis es, qui cõtrà reſpõdeas Deo? puto illud eſſe quod oſtendit ex hoc, quoniã ad fidelem quenq; recte & iuſte uiuẽtem & habentẽ fiduciã apud Deum, talis increpatio non refertur. Talis erat Moyſes ille de quo dicit ſcriptura, quia Moyſes loquebat̃, Deus autẽ reſpõdebat ei cũ *Rom. 9.*

uoce

uoce: & ſicut reſpondebat Moyſi, ita reſpõdet et ſanctus quiſq; deo. Qui uero infidelis eſt, & perdit apud deũ fiduciam reſpondendi uitæ ſuæ & conuerſationis indignitate, quiq; de his non ideo quærit ut diſcat & proficiat, ſed ut contendat & reſiſtat: & ut manifeſtius dicã, qui talis eſt qui hæc poſſit dicere quæ ſignificat Apoſtolus dicẽs, Quid ergo adhuc cõqueritur? uolũtati em̃ eius quis reſiſtet? ad hunc recte increpatio iſta dirigitur quã dicit Apoſtolus, O homo tu quis es qui cõtra reſpondeas deo? Eſt ergo increpatio hæc nõ ad fideles, ſed ad impios. His uero q diuerſas animarũ introducunt naturas, & ſermonẽ hunc apoſtolicũ ad aſſertionẽ dogmatis ſui trahunt, hoc modo reſpondendũ eſt. Sed conſtat etiã apud ipſos hoc, quod ex una maſſa fieri dicit Apoſtolus, & eos qui ad honorẽ, & eos qui ad contumeliã fiunt, quos ipſi ſaluandæ & perditę naturæ uocant, ſed una omniũ. Et ſi acquieſcunt quod unus atq; idẽ figulus unum ſine dubio creatorẽ deſignet, diuerſi nõ erunt creatores, uel eorum qui ſaluãtur, uel eorum qui pereunt. Iã ſanè eligãt, utrum de bono uelint intelligi qui creat malos & perditos: an de bono qui creat bonos, & ad honorẽ paratos. Vnũ enim è duobus neceſſitas ab eis reſponſionis extorquet. Secundũ noſtram uero aſſertionẽ, qua ex præcedentibus cauſis deũ dicimus uel ad honorem uaſa, uel ad contumeliam facere, in nullo approbatio dei iuſtitiæ coarctatur. Poſſibile namq; eſt ut uas hoc quod ex prioribus cauſis in hoc mundo ad honorem factũ eſt, ſi negligentius egerit, pro cõuerſationis ſuæ meritis in alio ſeculo efficiatur uas ad contumeliã: & quod uas ad contumeliam à creatore formatũ eſt, ut emẽdauerit ſe, atq; ab omnibus ſordibus uitijſq; purgauerit, illo nouo ſeculo poteſt effici uas ad honorẽ ſanctificatum, & utile ad omne opus bonum paratũ. De nicq; qui in hoc ſeculo ut Iſraelitæ eſſent à deo formati ſunt, & indignam uitam generis ſui nobilitate geſſerunt, atq; ab omni familię ſuæ generoſitate deciderũt, iſti quodãmodo ex uaſis honoris pro incredulitate ſua in ſeculo uẽturo in uaſa cõtumelię cõuertentur: & multi rurſum qui in hac uita inter Ægyptia uel Idumæa deputati ſunt uaſa, Iſraelitarũ fide ac conuerſatione ſuſcepta, cum opera Iſraelitarũ fecerint, eccleſiam domini ingreſſi in reuelatione filiorũ dei uaſa honoris exiſtent. Ex quo magis conuenit regulæ pietatis, ut credamus unumquenq; rationabiliũ ſecundũ propoſitũ & conuerſationem ſuã aliquando ex malis ad bonũ conuerti, aliquando à bonis ad mala decidere: nõ nullos manere in bonis, alios uero etiã ad meliora proficere, & ſemper ad ſuperiora cõſcendere, uſque quo ad ſummum omniũ peruenięt gradũ: alios uero manere in malis, uel ſi diffũdere ſe ultra in eis malitia cœperit, proficere in pœnis, & uſq; ad ultimũ profundũ malitiæ demergi. Vnde & arbitrandũ eſt poſſibile eſſe aliquos qui primo quidẽ à paruis peccatis cœperint, in tantã malitiam diffundi, & in tantum malorũ uenire profectũ, ut nequitiæ modo & aduerſarijs poteſtatibus exæquentur: & rurſum ſi per multas pœnarũ graues animaduerſiones reſipiſcere aliquando potuerint, & paulatim medelam uulnerib. ſuis requirere tẽtauerint, ceſſante malitia reparari poſſe ad bonũ: Ex quo opinamur quoniã quidẽ (ſicut frequenter diximus) immortalis eſt anima, & æterna, quod in multis & ſine fine ſpatijs p immenſa & diuerſa ſecula poſſibile eſt ut à ſummo bono ad infima mala deſcendat, & ab ultimis malis ad ſumma bona reparet. Verum quoniã ſermo Apoſtoli in his quidem quę de uaſis honoris, uel contumelię dicit, 2. Tim. 2 quia ſi quis ſeipſum mũdauerit, erit uas ad honorẽ ſanctificatũ, & utile domino ad omne opus bonũ ſemper paratum, nihil uidetur in deo poſuiſſe, ſed totum in nobis: in his uero in quibus ait, Poteſtatẽ habet figulus luti de eadẽ maſſa facere aliud uas ad honorẽ, aliud ad contumeliam, totum uidetur ad deum retuliſſe: non eſt accipiendũ ſibi eſſe contraria, ſed utercq; ſenſus ad unũ uocandus, & è duobus unus effici debet intellectus: id eſt ut neq; quæ in noſtro arbitrio ſunt, putemus ſine adiutorio dei effici poſſe: neq; ea quæ in manu dei ſunt, putemus abſq; noſtris actibus, & ſtudijs, & propoſito cõ ſummarí: ſcilicet quo neq; nos uelle aliqd uel efficere ex noſtro iã habeamus arbitrio, ut nõ ſcire debeamus hoc ipſum qđ poſſumus uelle uel efficere, à deo nobis datũ eſſe ſecundũ eã diſtinctionẽ quã ſuprà diximus. Vel rurſum cũ deus fingit uaſa, alia quidẽ ad honorẽ, alia uero ad cõtumeliã, putandũ eſt quod nõ honoris uel cõtumeliæ cauſas tanq; materiã quãdam noſtras uel uoluntates, uel propoſita, uel merita habeat, ex quibus uas ſingulorũ noſtrorum, uel ad honorẽ, uel ad contumeliam fingat, dum motus

Caute lege

ipſe

ipſæ animæ uel propoſitū mentis de ſeipſo ſuggerat illi quem nō latet cor & cogitatio animi, utrum ad honorem fingi uas eius, an ad contumeliam debeat. Sed iſta ſufficiant, prout potuimus de liberi arbitrij quæſtione agitata.

De contrarijs poteſtatibus. Cap. II.

D E contrarijs poteſtatibus uidendum nunc eſt ſecundū ſcripturas, quomodo cōtrariæ uirtutes, uel ipſe diabolus reluctātur humano generi prouocantes & inſtigantes ad peccatū. Et primo quidem in Geneſi ſerpens Euā ſeduxiſſe deſcribit: de quo in aſcenſione Moyſi (cuius libelli meminit in epiſtola ſua apoſtolus Iudas) Michael archāgelus cū diabolo diſputās de corpore Moyſi, ait diabolo, inſpiratū ſerpentē cauſam extitiſſe præuaricatiōis Adę & Euæ. Sed & illud requiritur à quibuſdam: quis eſt angelus qui de cœlo loquitur ad Abrahā dicens, Nunc cognoui quoniam tu times Deum, non pepercisti filio tuo dilecto quē dilexiſti pro me? Manifeſte enim angelus fuiſſe deſcribitur, qui dicit cognouiſſe ſe tunc quia timeret Deū Abraham, & nō pepercisti filio tuo ſicut ſcriptura dicit: ſed non declarauit quia pro Deo, ſed pro ſe, hoc eſt pro eo qui hoc dicebat. Requirendū eſt etiā illud de quo in Exodo dicitur, quia uoluerint interficere Moyſen pro eo quod abibat in Ægyptū. Sed & poſtea qui eſt qui exterminator angelus dicit: nec nō & ille qui ſit qui in Leuitico ſcriptus eſt Apopompæus, id eſt trāſmiſſor, de quo ait ita ſcriptura: Sors una domino, & ſors una apopompæo, id eſt tranſmiſſori. Sed & in primo libro Regnorū, ſpiritus peſſimus Saulem dicitur effocare. In tertio uero libro Michæas propheta dicit, Vidi dominū ſedentem ſuper thronū ſuum, & omnis militia cœli ſtabat circa eū à dextris eius, et à ſiniſtris eius. Et dixit dominus, Quis ſeducet Achab regē Iſrael, ut aſcēdat & cadat in Camoth Galaad? Et dixit iſte ſic, & ille dixit ſic. Exijt ſpiritus, & ſtetit in conſpectu domini, & dixit, Ego ſeducā eū. Et dixit dominus ad eū: In quo? Et dixit, Exeam, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum ipſius. & dixit: Seduces, & quidem poteris. Exi ergo, & fac cito ſic. Et nunc dedit dominus ſpiritum mendacē in ore omnium prophetarū tuorum: Dominus locutus eſt ſuper te mala. Manifeſte enim per hoc oſtenditur q̄ uolūtariè & propoſito ſuo elegit ſpiritus quidem ut ſeduceret, & mendacium operaretur quo abutitur Deus ad necem Achab, qui hoc pati dignus erat. In primo quoq; libro Paralipomenon, ſuſcitauit, inquit, diabolus Satā in Iſrael, & cōcitauit Dauid ut numeraret populū. In pſalmis uero, angelus malus atterere dicitur quoſdam. In Eccleſiaſte quoq; Salomon ait: Si ſpiritus poteſtatē habentis, aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimittas, quoniā ſanitas compeſcet peccata multa. In Zacharia uero legimus diabolum ſtantem à dextris Ieſu, & reſiſtentem ei. Eſaias uero ait gladium domini exurgere ſuper draconē ſerpentem peruerſum. Quid autem dicam de Ezechiel in ſecunda uiſiōe ad principē Tyri manifeſtiſſime de uirtute cōtraria prophetante? Qui etiā in fluminibus Ægypti draconem dicit habitare. Totus autem liber qui ſcriptus eſt de Iob, quid aliud q̄ de diabolo cōtinet, petente poteſtatem ſibi dari omniū quæ habet Iob, & filiorum eius, inſuper corporis eius? Qui tamen per eius patientiam uincitur. In quo libro multa reſponſis ſuis edocuit dominus de aduerſante nobis uirtute draconis iuſtius. Hæc interim ex ueteri Teſtamēto, quantū ad præſens memoriæ ſuccurrere potuerūt, dicta ſint de eo quod cōtrarię uirtutes uel nominant in ſcripturis, uel humano generi dicunt aduerſari poſtmodū puniendæ. Videamus aūt & in nouo Teſtamento, ubi Satanas ad Saluatorem accedit, tentans eū. Spiritus uero maligni, & dæmonia immunda quæ aliquantos obſederant, fugata ſunt à Saluatore de corporibus patientiū, qui & liberati ab eo dicuntur. Sed & Iudas cum iā diabolus miſiſſet in cor eius ut traderet Chriſtū, poſtea etiā totum Satanā ſuſcepit in ſeſe. Scriptū eſt enim quia poſt buccellā introiuit in illū Satanas. Paulus uero apoſtolus docet nos nō debere dare locū diabolo, ſed induite, inquit, arma Dei, ut poſſitis reſiſtere aduerſus aſtutias diaboli: deſignās luctamē eſſe ſanctis non aduerſus carnē & ſanguinē, ſed aduerſus principatus, aduerſus poteſtates, aduerſus mūdi huius rectores tenebrarū harū, aduerſus ſpiritalia nequitię in cœleſtib. Sed & Saluatorē crucifixū eſſe dicit à principib. huius mūdi q̄ deſtruent, quorū etiā ſapiētiā dicit ſe nō loqui. Per hæc igitur

Gen. 3
Iudæ. 1
Gen. 22
Exod. 2
Leuit. 16
1. Reg. 18
3. Reg. 22
1. Para. 22
Eccle. 10
Zach. 3
Eſa. 27
Ezech. 27
Iob. 1
Matth. 4
Ioan. 13
Eph. 6
1. Cor. 2

igitur omnia docet nos scriptura diuina esse quosdã inuisibiles hostes dimicãtes aduersus nos, & præcipit armari nos debere cõtra eos. Vnde & simpliciores quiq; dño Christo credentiũ existimat, quòd omnia peccata quæcunq; commiserint homines ex istis cõtrarijs uirtutibus mẽtem delinquentiũ perurgentibus fiant, pro eo quod in certamine isto inuisibili superiores inueniantur potestates. Quod si, uerbi causa, diabolus non esset, nemo hominũ omnino delinqueret. Nos uero rationem dilucidius intuentes, hæc ita esse nõ arbitramur, cõsiderantes ea quæ manifeste ex corporali necessitate descendunt. An uero putandũ est quod diabolus esuriendi causa nobis existat? Neminẽ esse puto qui hoc audeat affirmare. Si ergo esuriendi & sitiendi nõ nobis ipse sit causa, quid aliud cũ uniuscuiusq; ætas ad uirilitatis tẽpus aduenerit, & naturalis caloris incentiua suggesserit? Cõsequens est sine dubio, ut sicut esuriendi & sitiendi diabolus causa non est, ita nec eius quidẽ motus qui adultæ ætati naturaliter suggeritur, id est appetendi coitus desideriũ. Quã causam nõ utiq; semper à diabolo moueri certum est, ita ut putandũ sit quia si diabolus nõ esset, huiuscemodi admixtionis desideriũ corpora non haberent. Tum deinde cõsideremus si (ut superius ostendimus) cibus hominibus non ex diabolo, sed naturali quodã appetitur instinctu, utrũ posset fieri ut si diabolus non esset, humana experientia tanta in percipiendo cibo disciplina uteretur, ut nunquã penitus excederet modũ, id est, ut uel aliter q̃ res posceret, uel amplius q̃ ratio indulgeret, accipere, & nunquam eueniret hominibus in seruando cibi modo mensuraq; delinquere. Ego quidẽ non arbitror hoc ab hominibus potuisse seruari, etiam si nulla diaboli prouocasset instinctio, ut percipiendi cibi modũ disciplinamq; nullus excederet, priusquã id longo usu experiẽtiaq; didicissent. Quid igitur est? In escis quidem & potu possibile erat delinquere nos, & sine diabolicis incitamẽtis, si forte minus cõtinentes, uel minus industrij fuissemus inuenti: in appetendo uero coitu, uel naturalibus desideriis tẽtandis, putandũ est quod nõ simile aliquid pateremur? Arbitror aũt quod eadem rationis cõsequẽtia etiã in cæteris naturalibus motibus possit intelligi, cupiditatis, uel iræ, uel tristitiæ, uel in omnibus omnino quæ per intemperantiæ uitiũ, modũ mensuræ naturalis excedũt. Euidens igitur ratio est, quia sicut in rebus humanũ propositum solum per seipsum imperfectũ est ad consummationẽ boni, adiutorio namq; diuino ad perfecta quæq; perducitur: ita etiã in contrarijs initia quædam, & uelut quædam semina peccatorũ ab his rebus quæ in usu naturaliter habentur, accipimus. Cũ uero indulserimus ultra q̃ satis est, & non substiterimus aduersus primos intẽperantiæ motus, tũc primi huius delicti accipiẽs locũ, uirtus inimica instigat, & perurget omnibus modis, studens profusius dilatare peccata, & quidẽ nobis hominibus occasiones & initia præbentibus peccatorũ, inimicis autẽ potestatibus latius ea & longius si fieri potest, absq; ullo fine propagãtibus. Ita deniq; in auaritiã lapsus efficitur, cũ primo homines parum quid pecuniæ desiderant, augescente uitio cupiditas increscit. Post hoc iam cum etiã cæcitas mentis ex passione successerit, inimicis suggerentibus ac perurgẽtibus, pecunia tã non desideratur, sed rapitur, & ui, aut etiam sanguinis humani profusione conquiritur. Ad certiorẽ deniq; rei fidem, quod immensitates istæ uitiorum à dæmonibus ueniãt, cõtemplari etiam ex eo facile potest, quod nihil minus his qui corporaliter uexantur à dæmonibus, etiã illi patiuntur, qui uel immoderatis amoribus, uel iræ intemperantia, uel nimietate tristitiæ perurgẽtur. Nã & in nonnullis historijs refertur, quod in insaniã quidam ex amore deciderunt, alij ex iracundia, nõnulli ex tristitia uel nimio gaudio: quod arbitror ex eo accidere, quia cõtrarię istę uirtutes, id est dęmones, loco sibi in eorũ mentibus dato per intemperantiã prius, sensum eorum penitus possederint, maxime cum nulla eos ad resistendũ uirtutis gloria concitarit. Quod autẽ sint quædam peccata quæ non à contrarijs uirtutibus ueniãt, sed ex naturalibus corporis motibus initiũ sumãt, manifestissime declarat apostolus Paulus in eo dũ dicit: Caro concupiscit aduersus spiritũ, spiritus autem aduersus carnem: hæc sunt quæ sibi inuicem resistunt, ut non quæ uultis illa faciatis. Si ergo caro cõcupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ, est nobis aliquando colluctatio aduersus carnem & sanguinem, id est cum homines & secundũ carnem ambulemus, & cũ non possimus tentari in maioribus tentationibus q̃ humanis, cũ dicitur de nobis: Tentatio uos nõ comprehendat ni-

Gal. 5

si humana

ſi humana. Fidelis autē Deus qui non permittet uos tentari ſupra id quod poteſtis. Sicut enim hi qui agonibus præſunt, eos qui ad certamen ueniunt, nō utcūq; neq; fortuitu inter ſe ſinūt inire certamina, ſed diligēti examinatione prout corpora uiderint, uel ætates, æquiſſima cōparatione iungētes illum cū illo: uerbi gratia, pueros cum pueris, uiros cū uiris, qui ſibi uel æui uel roboris propinquitate conueniant: Ita intelligendum eſt etiam de diuina prouidentia, quod oēs qui in hos humanæ uitæ deſcenderint agones, iuſtiſſima moderatione diſpenſet ſecundū rationē uniuſcuiuſq; uirtutis, quā ipſe ſolus qui ſolus corda hominū intuet, agnoſcit: ut alius quidē pugnet aduerſus carnem talem, & alius quidē in tantū tempus, alius uero in tantū, & ut alter inſtiget carnem in hoc uel illud, alius uero in aliud: tū uero ut alius reſiſtat aduerſus inimicā poteſtatem illam uel illā, alius uero aduerſus duas uel tres ſimul, aut nunc quidē aduerſus aliā, nunc iterū aduerſus aliā, & certo tempore quo aduerſus illam, & certo quo aduerſus aliam, uel poſt quæ geſta aduerſus quas pugnet, poſt quę uero aduerſus malitias. Intuere cū, ne forte tale aliquid indicet per hoc quod dicit Apoſtolus. Fidelis aūt deus qui nō patiet uos tētari ſupra id quod poteſtis, id eſt pro eo quod ſinguli pro uirtutis ſuæ quātitāte, uel poſſibilitate tentant. Nec tamē quoniā diximus iuſto iudicio unūquenq; pro uirtutis ſuę quantitate tentari, idcirco putandū eſt, quia omni genere debeat uincere q tentatur: ſicut ille quidē qui in agone contendit, quamuis æqua moderatione cōparatus ſit aduerſario, non tamen omni genere uincere poterit. Verum niſi ęqualis fuerit certantiū uirtus, non erit iuſta palma uincentis, nec iuſte culpabitur uictus, propterea quod permittit quidē nos tentari, nō tamen ſupra id quod poſſumus: pro uiribus enim noſtris tentamur: nec tamen ſcriptū eſt, quia faciet in tentatione etiā exitum ut ſuſtinere poſſimus. Vt uero hoc quo poſſe nobis ipſe dedit uel ſtrenue, uel ſegniter impleamus, in nobis eſt. Dubiū ēm nō eſt quod in omni tētatione adeſt nobis tolerādi uirtus, ſi tamē nos cōpetenter utamur uirtute cōceſſa. Non enim idē eſt habere uincendi uirtutem & uincere, ſicut ipſe Apoſtolus cautiſſimo ſermone ſignauit, dicens quia dabit deus exitū ut ſuſtinere poſſitis, nō ut ſuſtineatis. Multi enim ſuſtinēt, ſed in tentatione uincuntur. A deo autem datur, non ut ſuſtineamus: alioquin nullum iam uideretur eſſe certamen: ſed ut ſuſtinere poſſimus. Ea aūt uirtute quę nobis data eſt ut uincere poſſimus ſecundū liberi arbitrij facultatē, aut induſtriè utimur & uincimus, aut ſegniter & ſuperamur. Si enim totū nobis hoc detur, ut omni genere ſuperemus, & nullo modo uincamur, quæ iā ſupereſt cauſa certandi ei qui uinci nō poteſt? Aut quod palmę meritū, ubi repugnandi adimit uincēdiq; facultas? Si uero æque quidē omnibus nobis uincendi poſſibilitas præbeat, in noſtra aūt poſitum ſit poteſtate, quomodo hac poſſibilitate uti debeamus, id eſt uel induſtrie, uel ſegniter, iuſta erit uel uicti culpa, uel palma uictoris. Igitur ex his quæ pro uiribus noſtris diſputata ſunt, arbitror quod euidēter apparuit eſſe quędā delicta quę nequaq; malignis uirtutibus perurgētibus cōmittamus, alia uero eſſe quib. inſtinctu earū ad nimietatē quādā immoderationēq; prouocemur. Vnde cōſequens eſt nūc inquirere quomodo ipſæ contrariæ uirtutes hæc ipſa incitamenta operentur in nobis. Cogitationes quæ de corde noſtro procedūt, uel memoria quorūcunq; geſtorum, uel quarūlibet rerum cauſarūq; cōremplatio, inuenimus quod aliquoties ex nobis ipſis procedāt, aliquoties ex cōtrarijs uirtutibus fieri ſoleāt. Quod Salomō in Eccleſiaſte teſtatur hoc modo: Si ſpiritus poteſtatē habētis aſcēderit ſuper te, locum tuū ne dimittas, quoniā ſanitas compeſcit peccata multa. Et Paulus apoſtolus de ijſdē teſtimoniū dabit, dicens: Cogitationes deſtruentes, & omnē elationē quæ ſe extollit aduerſus ſcientiā Chriſti. Ex deo autē quod ſiat, Dauid nihilominus teſtatur in pſalmis dicens: Beatus uir cuius eſt ſuſceptio apud te dñe, aſcenſus in corde eius. Et Apoſtolus dicit: Quoniam deus dedit in corde Titi. Quod uero etiam per angelos uel bonos, uel malos aliqua humanis cordibus ſuggerantur, uel qui Tobiam angelus comitat, uel Prophetæ ſermo dicentis, Et reſpōdit angelus loquebat in me: ſed & de Paſtoribus liber hęc eadē declarat, dicēs q̄ bini angeli ſingulos quoſq; hominū comitēt: & ſi quādo bonæ cogitationes cor noſtrū aſcēderint, à bono angelo ſuggeri dicit: ſi uero cōtrarię, mali angeli dicit eſſe inſtinctū. Eadē quoq; Barnabas in epiſtola ſua declarat, cū duas uias eſſe dicit, unā lucis, alterā tenebrarū, quib. & prę eſſe certos quoſq; an-

Eccle. 10

2. Cor. 10

Pſal. 84

Zach. 1

gelos dicit: uiæ quidē lucis angelos dei: tenebrarum aūt uiæ, angelos Satanæ. Nihil tamē aliud putādū est accidere nobis ex ipsis quę cordi nostro suggerunt̄ bonis uel malis, nisi cōmotionem solā & incitamentū prouocās nos ad bona uel ad mala. Possibile autē nobis est cū maligna uirtus nos cœperit ad malū incitare, abij cere à nobis prauas suggestiones, & resistere suasionib. pessimis, & nihil prorsus culpabiliter gerere. Et rursum possibile est ut cū nos diuina uirtus ad meliora prouocauerit, nō sequamur, liberi arbitrij potestate in utraq; nobis seruata. Dicebamus sanè in superioribus, quod etiā memoriæ nobis quædā uel bonorū uel malorū suggerantur, siue per diuinā prouidentiam, siue per uirtutes cōtrarias: sicut ostendit̄ in libro Hester, cum beneficia iustissimi Mardochei Artaxerxes non meminisset, & nocturnis uigilijs fatigatus à deo in memoriam recepisset rerum gestarū monimenta chartis mandata requirere: in quibus de beneficijs Mardochei admonitus inimicū quidē eius Aman suspēdi iuberet, ipsi uero honores magnificos, uniuersæ aūt sanctorū genti salutē, periculo iā imminente cōferret. Per contrariā uero diaboli uirtutē memoriæ pontificum & scribarū putandum est suggestū illud, quod uenientes ad Pilatū dixerunt, Domine recordati sumus, quomodo seductor ille dixit, dū adhuc uiueret, quia post tertiā diem resurgam. Sed & Iudas quod de proditione dñi Saluatoris cogitauit, nō fuit à sola mētis eius malitia ueniēs. Testata est em̄ scriptura, quia diabolus iā misisset in cor eius ut traderet. Propter quod & Salomon recte præcepit, dicens: Cum diligentia serua tuū cor. Et Paulus apostolus ait: Amplius debemus intendere his quæ audiuimus, ne forte effluamus. & cū dicit, Nolite locum dare diabolo. ostēdens per hoc quia certo opere, uel certa quadā desidia animi locus diabolo dat̄, ut si semel ingressus fuerit cor nostrum, aut obtineat nos, aut certe uel polluat animā, si nō penitus obtinere potuerit, cū ignita sua iacula iactat in nos: quibus aliquādo quidē in altū descendente uulnere sauciamur, aliquādo uero tantūmodo inflāmamur. Raro certe & à paucis quibusdā hęc eius ignita iacula restinguunt̄, ita ut locū uulneris nō inueniant, id est, cum quis munitissimo & ualidissimo scuto fidei fuerit obtectus. Quod uero dictū est in epistola ad Ephesios: Quia non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinē, sed aduersus principatus, & potestates, aduersus mundi huius rectores tenebrarū harū, aduersus spiritalia nequitiæ in cœlestibus: ita oportebit intelligi quod dixit, mihi Paulo & Ephesijs, quibus certamē adhuc aduersus carnē & sanguinē erat, quos tentatio nō apprehenderat nisi humana. Nec tamen putandum est ꝙ singuli quiq; aduersus omnia hæc decertent. Impossibile enim id esse arbitror ulli hominū (quamuis ille sit sanctus) ut aduersus omnia hæc simul possit habere certamen. Quod si ullo modo id accidat (qđ certe fieri nō potest) impossibile est ut id prorsus ferre possit humana natura sine maxima subuersiōe sui: sed sicut, uerbi gratia, quinquaginta aliqui milites si dicāt sibi imminere certamē aduersus alios quinquaginta, nō ita intelligendū est, ꝙ unus ex illis aduersus quinquaginta dimicaturus sit, sed recte dicit unusquisq; illorū, quia certamen nobis aduersum quinquaginta, omnibus tamē aduersum oēs: ita etiam hoc audiendū est quod Apostolus dicit, quod uniuersis athletis et militibus Christi colluctatio et certamē est aduersus omnia ista quę enumerata sunt, omnibus: singulis tamē uel cū singulis futuro certamine, uel certe prout probatū fuerit ab agonis ipsius iusto præside deo. Arbitror namq; quia certa mēsura sit humanæ naturę: et si Paulus ille sit de quo dicit̄, Vas electionis est mihi iste, aut Petrus aduersus quē portæ inferi non prævalent, aut si Moyses ille sit amicus dei, quorū nullus prorsus omnē simul aduersariarū uirtutū cateruā posset sine sui aliqua pnicie tolerare, nisi forte illius solius uirtus operet̄ in eo qui dixit, Confidite, ego uici mundū. Propter quem confidenter etiā Paulus dicebat: Omnia possum in eo qui me cōfortauit Christus. Amplius autē ꝙ omnes illi laborauī, non aūt ego, sed gratia dei mecū. Propter hanc ergo uirtutē quæ utiq; humana non est operantē & loquentem in se, Paulus dicebat: Certus sum aūt qa neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neq; præsentia, neq; futura, neq; altitudo, neq; profundū, neq; uirtus, neq; alia ulla creatura poterit nos separare à charitate dei, quę est in Christo Iesu dño nostro. Sola em̄ per se humana natura nō arbitror qa possit aduersus angelos, & excelsa & profūda, & aliā creaturā habere certamē: sed cum senserit præsentem in se dominū & inhabitantem, confi-

Esther. 8

Matth. 27

Ioan. 13
Prouerb. 4
Hebr. 2

Eph. 6

1. Cor. 10

Potest auxiliante deo.

Ioan. 15
Phil. 4
Rom. 8

dentia

dentia diuini adiutorij dicet: Dominus illuminatio mea & saluator meus, quẽ timebo? Psal. 17
Dũ appropiant super me nocentes ut edant carnes meas, qui tribulant me inimici mei
ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Si cõsistant aduersum me castra, nõ timebit cor meũ:
Si exurgat aduersum me præliũ, in hoc ego sperabo. Vnde ego arbitror ꝙ nunquã ho
mo fortassis per seipsum uirtutem contrariã uincere potest, nisi usus fuerit adiutorio di
uino. Vnde & angelus luctatus dicitur cũ Iacob. Quod nos quidẽ ita intelligimus, ꝙa
non idẽ sit luctatũ esse cum Iacob angelũ, quod est aduersum Iacob: sed is quidẽ qui ei
salutis ipsius causa aderat, qui & cognitis profectibus eius, etiam nomẽ ei Israel dedit,
iste cũ ipso luctat: id est, cum ipso est in agone, & iuuat eum in certamine: cum sine du-
bio alius esset aduersus quẽ dimicaret, & aduersus quem ei certamen ageretur. Deniq;
Paulus non dixit nobis esse luctamen cũ principibus, uel cũ potestatibus, sed aduersus Eph. 6
principatus & potestates. unde & si Iacob luctatus est sine dubio aduersus aliquam ha Gen. 32
rum uirtutũ luctatus est, quas humano generi, & sanctis præcipue aduersari, & moue-
re certamina, Paulus enunciat. Ideo deniq; dicit de eo scriptura, quia luctatus est cũ an
gelo, & inualuit ad deũ: ut sit agonis quidem certamen angeli adiutorio sustentatum,
perfectionis uero palma uincentẽ perducat ad deum. Nec sanè arbitrandũ est quia
huiusmodi certamina corporũ robore & palęstricę uirtutis peragantur, sed spiritus ad
uersus spiritũ pugna est, similiter ut Paulus designat aduersus principatus, & potesta-
tes, & mũdi huius rectores tenebrarũ nobis imminere certamen. Ipsa uero certaminũ
species ita intelligenda est, cum dãna, cum pericula, cum opprobria, cũ criminationes
excitantur aduersum nos, non id agentibus aduersis potestatib. ut hoc tantũmodo pa-
tiamur, sed ut per hoc uel ad irã multam, uel ad tristitiã nimiã, uel ad desperationẽ ulti-
mã prouocemur: uel certe quod est grauius, conqueri aduersus deum fatigati & uicti
tædijs cõpellamur, tanquam humanã uitam non æque iustęq; moderantem: ut per hoc
infirmemur in fide, uel decidamus ab spe, uel trãsferri cogamur à ueritate dogmatũ, &
impiũ aliquid de deo sentire persuadeamur. Talia namq; quędã scripta sunt de Iob,
cum diabolus dari sibi facultatẽ bonorum eius poposcisset à deo. Per quod etiam illud
edocemur, quod non fortuitis aliquibus incursionibus impugnemur, siquando nos ta
lia aliqua facultatũ dãna percusserint, neq; quod fortuito nostrorũ aliquis captiuus ab-
ducitur, uel domus in quibus chari quiq; opprimantur, ruerint: In quibus omnib. unus
quisq; fideliũ dicere debet, quia non haberes aduersum me potestatem, nisi esset data ti
bi desuper. Vidi eñ quia nõ cecidisset domus Iob supra filios eius, nisi prius aduersus Iob. 1
eos diabolus accepisset potestatẽ: neq; equites ternis ordinibus irruissent, ut caperent
camelos eius, uel boues, cæteraq; animalia, nisi instincti ab eo spiritu cui se ministros
exppositi sui obedientia mãcipauerãt. Sed nec ille quidẽ qui uidebat ignis, uel quod
putatũ est fulmẽ, cecidisset super oues Iob, antequã diabolus diceret ad deum, Nónne
tu cõmunisti omnia quæ foris sunt, & quæ intus sunt, & eius reliqua? Sed nunc immit-
te manũ tuam, & contínge omnia quæ habet, nisi in faciẽ benedixerit tibi. Ex quibus
omnibus illud ostenditur, quod omnia hæc quę fiunt in hoc mũdo, quę media existimã-
tur, siue illa tristia sint, siue cõmoda sint, non quidẽ à deo fiunt, nec tamen sine deo: dũ
malignas & contrarias uirtutes talia uolentes operari non solũ non prohibet deus, sed
& permittit facere hæc, sed certis quibusq; temporibus & personis: sicut & in ipso Iob
dicitur, quia ad certum tempus paratus est cadere sub alijs, & domus ipsius deprædari
ab iniquis. Propterea docet nos scriptura diuina, omnia quæ accidunt nobis tanquam
illata mala susc ipere, scientes ꝙ sine deo nihil fit. Quod autem hæc ita sint, id est, ꝙ
sine deo nihil fiat, quomodo possumus dubitare, domino & Saluatore pronunciante,
& dicẽte: Nónne duo passeres asse uæneunt, & unus ex ipsis nõ cadet super terram si- Matth. 10
ne patre uestro qui in cœlis est? Sed necessitas nos traxit paulo amplius euagari de col
luctatione aduersarum uirtutum, quam aduersus homines gerũt disputantes, & de his
quæ humano generi accidunt tristioribus, id est tentationibus uitæ huius, sicut ait Iob, Iob. 7
Nónne tẽtatio est omnis uita hominis super terram? ut manifestius quomodo hæc ac-
cidant, & quàm pie de his sentiri debeat, panderetur. Nunc uideamus quomodo homi
nes etiam in peccatum falsæ scientiæ dilabuntur, uel quo prospectu uirtutes contrariæ
etiam de his pugnas aduersum nos soleant commouere.

De triplici sapientia. Cap. III.

1. Cor. 2. Oceri nos monet sanctus apostolus magnũ aliquid & reconditũ de scientia & sapientia in prima ad Corinthios epistola cũ ait: Sapientiã autem loquimur inter perfectos: sapientiã uero non huius mũdi, neq; principũ huius mundi qui destruuntur, sed loquimur dei sapientiã in mysterio absconditam, quã prędestinauit deus ante secula in gloriã nostram, quam nemo principiũ huius mũdi cognouit, Si enim cognouissent, nunquã dominũ maiestatis crucifixissent. In quo ostẽdere uolens sapientiarũ differentias, describit esse quandã huius mundi sapientiã, & esse quandam sapientiã principum huius mundi, aliam uero etiam dei sapienitiã. Sed & hoc cũ dicit, Sapientiam principũ huius mundi, nõ arbitror eum unam aliquam omniũ principũ huius mundi sapientiam dicere, sed singulorũ principum propriã quandam mihi uidetur indicare sapientiã. Et rursum cũ dicit, Sed loquimur dei sapientiã in mysterio absconditã, quam prædestinauit deus ante secula in gloriam nostrã, requirendũ est si eandẽ dicit dei sapientiã hanc quæ abscondita est à temporibus alijs & generationibus, & nõ innotuit filijs hominũ, sicut nũc reuelata est sanctis apostolis eius & prophetis, quæ erat & illa ante aduentũ Saluatoris sapiẽtia dei, ex qua sapiẽs erat Salomon, quo Salomone plus etiã dicitur quod docet Saluator, quod & ipsius Saluatoris sermo pronũciat, cũ dicit, Et ecce plus Salomone hic. In quo ostenditur quia hi qui docebantur à Saluatore, plus aliquid docebant q̃ sciuerat Salomon. Si enim quis dicat quia sciebat quidẽ Saluator amplius, non tamen etiã alijs plura tradebat q̃ Salomon, quomodo cõueniet, & conuenienter dictum putabitur etiã quod
Matth. 12 in subsequentibus ait: Regina austri surget in iudicio, & condẽnabit homines generationis huius, propterea q̃ uenit à finib. terræ audire sapientiã Salomonis, & ecce plus Salomone hic. Est igitur sapientia mundi huius, est & sapientia per singulos fortasse principes mũdi huius. De ipsa uero unius dei sapiẽtia, illud sentimus indicari, quod minus quidem in antiquioribus & ueteribus operata sit, amplius uero & manifestius reuelata per Christum est. Verũ de sapientia dei in locis propriis requiremus. Nunc uero quoniã quidem in manibus est tractatus de uirtutibus contrarijs, qualiter moueant etiam ea certamina quibus falsa scientia etiã humanis mentibus inseritur, & seducũtur animæ dũ se putant inuenisse sapientiã, necessariũ puto dicere: atq; distinguere quæ sit sapientia mũdi huius, & quæ principũ mundi huius, & per hoc qui sunt etiã patres huius sapientiæ, per quos ueram differentiã sapientiarũ harum possimus aduertere. Arbitror igitur, sicut suprà diximus, sapientiam esse huius mundi aliam quandã præter illas sapientias quæ sunt principũ huius mundi, per quam sapientiã intelligi uidentur ea & cõprehendi quæ huius mundi sunt. Quæ tamen in se nihil habet ut possit aliud uel de diuinitate, uel de mũdi ratione, uel de quibuscũq; excelsioribus rebus, uel de bonæ ac beatæ uitę institutione sentire, sed est talis (uerbi causa) ut est emẽs ars poetica, uel grãmatica, uel rhetorica, uel geometria, uel musica, cũ quibus adnumeranda est fortassis etiã medicina. In his omnibus sapientiam mundi inesse sentiendũ est. Sapientiã uero principum huius mundi intelligimus, ut est Ægyptiorũ secreta quam dicunt, & occulta philosophia, & Chaldæorũ astrologia & Iudæorũ de scientia excelsi pollicentium, sed & Græcorũ multiplex uariaq; de diuinitate sententia. Igitur in scripturis sanctis inuenimus principes esse per singulas gentes, sicut in Daniele legimus, principem esse quendam regni Persarũ, & alium principẽ regni Græcorum, quos non homines esse, sed uirtutes quasdã euidenter ex consequentia ipsius lectionis ostenditur. Sed & in Ezechiele propheta princeps Tyri uirtus esse quædã spiritalis manifestissime designat. Ii ergo & huiusmodi, id est, habentes singuli sapiẽtias suas, et astruẽtes dogmata sua, uarias q̃ sententias, ut uiderunt dominũ & saluatorẽ nostrum pollicentem, & prædicantẽ se ob hoc uenisse in hunc mundum, ut destrueret omnia illa quęcunq; essent falsi nominis dogmata, quæ obtegerentur intrinsecus, continuo ei insidiati sunt, & astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unum aduersus dominũ & aduersus Christum eius. Quibus eorũ insidijs cognitis, & his quæ aduersus filiũ dei moliti sunt intellectis, cũ glorię dominum crucifixerunt, ait Apostolus, Quia sapientiam loquimur inter perfectos, sapientiã autẽ non huius seculi, neq; principum huius seculi qui destruunt̃, sed

quam

quam nemo principũ huius mundi cognouit. Si enim cognouissent, nunquam dominum glorię crucifixissent. Quærendum sanè est utrum istæ sapientiæ principũ huius mundi quibus homines imbuere nituntur, insidiandi & lædendi studio ingerũt hominibus ab aduersarijs uirtutibus, aut tantũmodo erroris causa adhibent: id est, non lędendi hominis prospectu, sed quia hæc uera esse illi mundi principes arbitrantur, ideo etiã cæteros docere cupiũt ea quæ ipsi uera esse opinantur: quod & magis arbitror. Sicut enim, uerbi causa, Græcorũ auctores, uel uniuscuiusq; hęresis principes cũ prius errorẽ falsæ doctrinę pro ueritate susceperint, & hanc esse ueritatem apud semetipsos iudicauerint, tunc demũ & cæteris hæc persuadere conantur, quæ apud semetipsos uera esse censuerint: ita putandum est facere & principes huius mundi, in quo mundo certę quæq; spiritales uirtutes cæterarũ gentiũ sortitę sunt principatum, & propter hoc principes huius mundi appellati sunt. Sunt præterea etiam alię præter hos principes spiritales quædã mundi huius energiæ, id est, uirtutes spiritales aliquæ, certa quędam operantes quę ipsæ sibi pro arbitrij sui libertate ut agerẽt elegerũt, ex quibus sunt isti principes qui operantur sapientiã huius mũdi: uerbi causa, ut sit propria quædã energia ac uirtus quæ inspiret poeticã, alia quæ geometriã, & ita quasq; singulas huiuscemodi artes disciplinasq; cõmoneant. Denicq; quamplurimi Græcorũ opinati sunt artem poeticã sine insania non posse cõstare: unde & in historijs eorũ refertur aliquoties eos quos uates appellant, subito insaniæ cuiusdã spiritu esse repletos. Quid aũt dicendum est de his etiam quos diuinos appellant, à quibus per incorporationem dæmonum eorũ qui eis præsunt, uersibus arte modulatis responsa proferuntur? Sed & hi quos magos uel maleficos dicunt, aliquoties dæmonibus inuocatis supra pueros adhuc paruæ ætatis, uersu eos dicere poemata admirãda omnibus & stupẽda fecerunt. Quæ hoc modo geri arbitranda sunt, quod sicut sanctæ & immaculatæ animæ si cũ omni affectu omnicq; puritate se uouerint deo, & alienas se ab omni dęmonũ contagione seruauerint, & per multã abstinẽtiam purificauerint se, & pijs sacrę religionis imbutæ fuerint disciplinis, participiũ per hoc diuinitatis assumũt, & prophetiæ ac cæterorũ diuinorum donorum gratiã merentur: Ita putandũ est etiam eos qui se opportunos contrarijs uirtutibus exhibent, id est, industria, uita, uel studio & amicitia illis accepta, recipere eorũ inspiratiõnẽ, & sapientiæ eorum ac doctrinæ participes effici. Ex quo fit ut eorum inoperationibus repleantur, quorum se prius famulatui subiugarunt. De his sanè qui de Christo aliter docent q̃ scripturarũ regula patitur, non ociosum est intueri, utrum insidioso proposito aduersum Christi fidem nitentes contrariæ uirtutes fabulosa quædam simul & ipsæ dogmata commentæ sint: an uero etiam ipsæ audito uerbo Christi, & necq; euomere id ualentes ex arcanis conscientiæ suæ, necq; pure sancteq; retinere, peruersa dogmata sibi & per (ut ita dicam) prophetas suos diuersos errores cõtra regulam Christianæ ueritatis induxerint. Et magis putandũ est quod apostatæ & refugę uirtutes quę à deo recesserint, ex ipsa mentis suæ propositicq; nequitia uel inuidia eorũ quibus ueritate ad illũ gradũ unde ipsæ delapsæ sunt, præparatur ascensus, ad impediendũ huiuscemodi profectus errores hos falsę doctrinę deceptionesq; cõponunt. Manifeste ergo ex multis indicijs mõstratur, q̃ humana anima dum in hoc est corpore, recipere potest diuersas energias, id est, operationes spirituũ diuersorũ malorum ac bonorum. Et malorũ quidem duplici specie, id est, uel tunc cum penitus ex integro eorum possederint mentem, ita ut nihil omnino eos quos obsederint intelligere uel sentire permittãt, sicut exemplo sunt hi quos uulgo Energumenos uocant, quos amentes & insanos uidemus, quales illi erant qui in Euangelio à Saluatore curati esse referuntur. Vel cũ sentientem quidẽ & intelligentẽ animũ cogitationibus uarijs, & siniſtris persuasionibus inimica suggestione deprauant: ut exemplo est Iudas ad proditionis facinus diaboli immissione prouocatus, sicut scriptura declarat dicẽs: Cum aũt iam diabolus misisset in cor Iudę Scariotis ut traderet eum. Boni uero spiritus recipit energiã, id est inoperationem, cum & prouocatur ad bona, & inspiratur ad cœlestia uel diuina: sicut sancti angeli & ipse deus operatus est in prophetis, suggestionibus sanctis & meliora prouocãs & cohortãs: ita sane ut maneret in arbitrio hominis ac iudicio, si seq; uelit aut nolit ad cœlestia & diuina prouocantẽ. Vnde & ex hac manifesta discretione dinoscitur quomodo

anima melioris ſpiritus præſentia moueat, id eſt, ſi nullã prorſus ex imminẽti aſpiratione obturbationẽ uel alienationẽ mentis incurrat, nec perdat arbitrij ſui iudicium liberum: ſicut exemplo ſunt oẽs uel prophetæ, uel apoſtoli, qui diuinis reſponſis ſine ulla mentis obturbatione miniſtrabãt. Boni ergo ſpiritus ſuggeſtionibus humanã memoriam ad recordationẽ meliorum prouocari exemplis iam in ſuperioribus edocuimus, cum Mardochęi & Artaxerxis fecimus mentionẽ. Illud quoq; conſequenter requirendum puto, ex quibus cauſis humana anima nũc quidem à bonis, nunc autẽ mouea
Luc. 1 tur à malis. Cuius rei cauſas ſuſpicor eſſe quaſdã antiquiores etiam hac natiuitate corporea, ſicut deſignat Ioannes in matris uentre tripudians & exultans, cũ uox ſalutationis Mariæ ad aures Elizabet matris eius allata eſt: & ut declarat Hieremias propheta, qui antequã plaſmaretur in utero matris, cognitus erat à deo, & antequã à uulua procederet ſanctificatus ab eo eſt, & puer adhuc prophetiæ gratiã accepit. Ex reſpõſis econtrario oſtenditur ab aduerſarijs ſpiritibus quoſdã à prima ſtatim ætate poſſeſſos, id eſt nonnullos ab ipſo dęmone poſſeſſos eſſe natos, alios uero à puero diuinaſſe hiſtoriarũ fides declarat, Alij à prima ætate dæmonẽ quem Pythonem nominant, id eſt, uentrico ſũ paſſi ſunt. Pro quibus omnibus ab his dei prouidẽtia regi omnia quæ in mũdo ſunt (ut ſanctæ ſcripturæ aſſerunt, noſtra quoq; continet fides) ut mihi uidetur nõ aliter poterit reſponderi, ita ut abſq; omni iniuſtitiæ culpa prouidentia demonſtretur: niſi priores quædam fuiſſe eis cauſæ dicãtur, quibus antequã in corpore naſcerentur animę, aliquid contraxerint culpę in ſenſibus uel motibus ſuis, pro quib. hoc merito pati à diuina prouidentia iudicatæ ſunt. Liberi nãq; arbitrij ſemper eſt anima, etiam cum in corpore hoc, etiam cum extra corpus eſt: & libertas arbitrij uel ad bona, uel ad mala mouetur: nec unquã rationabilis ſenſus, id eſt mẽs uel anima, ſine motu aliquo uel bono uel malo eſſe poteſt. Quos motus cauſas præſtare meritorũ ueriſimile eſt etiã priusq; in hoc mundo aliquid agant: ut pro his meritis uel cauſis per diuinam prouidentiam ſtatim à prima natiuitate, immo & ante natiuitatem, ut ita dicã, uel boni aliquid, uel mali perpeti diſpenſentur. Et hæc quidẽ dicta ſint de his quæ uidentur hominibus, uel à prima natiuitate ſtatim, uel etiam antequam in hanc lucem prorumpant, euenire. De his uero quæ à diuerſis ſpiritibus animæ, id eſt humanæ cogitationi ſuggeruntur, quæ uel ad bona, uel ad contraria prouocent, interdum etiam in hoc exiſtere quędam anteriorís natiuitatis corporeæ cauſæ putandæ ſunt. Interdum uero uigilans mens, & abijciens à ſe quæ mala ſunt, bonorũ ad ſe adiutorium prouocat: uel econtrario negligẽs & ignaua, dum minus cauta eſt, locum dat his ſpiritibus qui uelut latrones ex occulto inſidiãtes, irruere humanas mentes cũ locum ſibi datum per ſegnitiem uiderint, moliuntur, ſicut
1. Pet. 5 ait Petrus apoſtolus: quia aduerſarius noſter diabolus tanquã leo rugiens circuit, quęrens quem deuoret. Propter quod die noctuq; cor noſtrum omni cuſtodia ſeruandum eſt, & locus non eſt dandus diabolo, ſed omnia agenda ſunt quibus miniſtri dei, hi uidelicet ſpiritus qui ad miniſterium miſſi ſunt eorum qui ad hæreditatem ſalutis uocati ſunt, inueniant in nobis locum, & delectentur ingredi hoſpitium animæ noſtræ, & habitantes apud nos, conſilijs nos regant: ſi tamen habitaculum cordis noſtri uirtutis & ſanctitatis cultu inuenerint exornatum.

De humanis tentationibus. Cap. IIII.

Verum ſufficiant iſta, p uiribus noſtris diſerta à nobis de his uirtutibus quę humano generi aduerſantur. Nunc ne de humanis quidẽ tentationibus ſilendũ puto, quæ naſcuntur interdũ ex carne & ſanguine, ut ex prudentia carnis & ſanguinis quæ deo dicitur eſſe inimica. Et utrũ uerũ ſit quod quidã dicunt quaſi binas animas eſſe per ſubſtãtiam, poſteaquam de his tentationibus expoſuerimus, quæ plus q̃ humanæ dicũtur, id eſt quas aduerſum principatus, & poteſtates, & aduerſum mundi huius rectores tenebrarum harũ, & aduerſus ſpiritalia nequitię in cœleſtibus gerimus, uel quę nobis aduerſus ſpiritus malignos & immundos dæmones peragunt: dicemus. In qua re conſequenter arbitror requirendum, ſi in nobis hominibus qui ex anima cõſtamus & corpore ac ſpiritu uitali, eſt etiã aliud aliquod incitamentũ, quod motum habeat proprium, & cõmotionem ad malũ

prouoca-

prouocantẽ:ſicut haberi à quibuſdã queſtio ſolet huiuſmodi,utrũ duæ animę in nobis dicẽdæ ſint,una quædã diuinior & cœleſtis,& alia inferior:an uero ex hoc ipſo qd' corporibus inhæremus(quæ corpora ſecundũ propriam quidẽ naturã mortua ſunt & penitus exanima,quia ex nobis id eſt ex animab.corpus materiale uiuificatur,quod utiq; contrariũ eſt & inimicum ſpiritui) trahimur & prouocamur ad hæc mala quæ corpori contraria ſunt: an uero tertiũ,quod quidã Græcorum arbitrati ſunt,quia anima noſtra cũ una ſit per ſubſtantiam,ex pluribus tamen cõſtet,& una pars eius rationabilis, pars uero alia irrationabilis dicatur, & ea quidẽ pars quã irrationabilem dicunt in duos rurſum diuidaſ affectus,cupiditatis & iracũdiæ. Has ergo quas ꝓduximus tres de anima opiniones à nonnullis haberi inuenimus.Ex quibus illud interim qd' quibuſdã Græcorũ philoſophis uiſum dicimus,quia tripertita ſit anima,nõ ualde confirmari ex diuinæ ſcripturæ autoritate peruideo:ad alia uero quæ reliqua ſunt inueniri poſſunt aliquanta quæ ex diuinis literis aptari poſſe uideantur. Ex quibus primo illud diſcutiamus qd' aſtruere ſolent quidã,quia una ſit bona in nobis anima & cœleſtis,alia uero inferior & terreſtris:& quod ea quidẽ quæ melior eſt cœlitus inferaſ, qualis eſt illa quæ & Iacob aduerſus Eſau adhuc in utero poſito palmã uictoriæ ſupplantati præſtitit fratris & quę *Gen.25* in Hieremia ſanctificatur ex uulua, & ſpiritu ſancto ſanctificaſ ex utero in Ioanne. Illã uero inferiorem,quam ex corporali ſemine ſimul aſſerunt cum corpore ſeminari,unde & præter corpus uiuere eam uel ſubſiſtere negãt poſſe, propter quod & carnẽ eam frequenter appellari dicunt. Quod enim ſcriptum eſt:Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum,non hoc de carne dictũ accipiunt,ſed de hac anima quæ proprie carnis eſt anima. Sed & ex his ſtudent nihilominus cõfirmare hæc quæ in Leuitico ita ſcripta ſunt: Anima omnis carnis ſanguis ipſius.Ex eo enim quod per totam carnẽ ſanguis diffuſus uitam præſtat carni, in ſanguine ineſſe aiunt hanc animã quæ dicitur totius carnis eſſe anima.Hoc autem ipſum quod dictum eſt carnem repugnare aduerſus ſpiritum, ſpiritum autem aduerſus carnem,& quod dictum eſt: Anima omnis carnis ſanguis ipſius: alio nomine ĩdem uocari dicũt ſapientiã carnis, quod eſt ſpiritus quidã materialis qui legi dei ſubiectus non eſt,ſed nec poteſt eſſe ſubiectus, quia uolũtates habet terrenas, & deſideria corporalia. De hoc putant etiam apoſtolũ dixiſſe illud quod ait: Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuũ me ducentẽ in lege peccati quæ eſt in membris meis. Si uero quis obĳciat eis, hoc dici de natura corporis,quod uere ſecundum proprietatem quidem naturę ſuæ mortuum eſt,habere autẽ dicitur ſenſus uel ſapientiã quæ inimica eſt deo, uel quæ repugnat aduerſus ſpiritũ, pro eo ueluti ſi quis dicat quodãmodo carnis ipſius eſſe uocẽ quæ clamet non eſurien dũ,non ſitiendum,non algendum, neq; uelle prorſus in aliquo moleſtiam pati ſiue ex abundãtia,ſiue ex penuria:hoc illis reſoluere atq; impugnare conabimur,oſtẽdentes alias eſſe paſſiones animę quę in nullo prorſus à carne originẽ trahant,& tamẽ his ſpiritus aduerſetur,ſicut eſt ambitio,auaritia,æmulatio,inuidia, ſuperbia & his ſimilia:cũ quibus pugnã quandã eſſe humanæ menti,uel ſpiritui uidentes,ideo cauſam omnium horũ malorũ non ponunt aliud quid niſi hãc de qua ſuperius diximus, uelut corporalẽ & ex ſeminis traduce generatã. Adhibere quoq; ad ſermonẽ horũ etiã illud teſtimoniũ apoſtoli ſolẽt,quod ait:Manifeſta autẽ ſunt opera carnis,quæ ſunt fornicatio,immũditia,impudicitię,idololatria,inimicitię,cõtentiones,æmulationes,irę,rixę, diſſenſiones,hæreſes,ſectæ,inuidiæ,ebrietates,comeſſationes, & his ſimilia: dicentes non hæc omnia de uſu, uel delectatione carnis originem trahere, ita ut putentur eius ſubſtantiæ quæ animã non habet,id eſt carnis,hi oẽs motus exiſtere.Sed & illud quod ait: Videte fratres uocationem ueſtram, quoniam non multi inter uos ſapientes ſecundum carnẽ:ad hoc uidebitur inclinandum, ut propria quædam uideretur eſſe carnalis ac materialis ſapientia:alia uero ſit ſapientia ſecundũ ſpiritum,quæ utiq; nõ poteſt dici ſapientia, niſi ſit anima carnis, quę ſapiat hoc quod carnis ſapientia nominatur. Ad hoc aiunt etiam illud: Si caro repugnat aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnẽ, uti nõ quę uolumus illa faciamus, quę ſunt de quibus dicit ut nõ quę uolumus faciamus? Certũ eſt,aiunt, de ſpiritu ſancto nõ dicit:non enim uoluntas ſpiritus prohibetur. Sed neq; de carne:quia ſi non habet animã propriam,ſine dubio nec uoluntatem habebit.

Gal.5 *Leuit.17* *Gal.5* *1.Cor.1*

Supereſt ergo ut de huius animæ uoluntate dicaꝫ, quæ utiq; aduerſatur uoluntati ſpiritus. Et ſi nulla eſt, conſtat quod huius animę uolũtas quędã media eſt inter carnẽ & ſpiritũ, uni ſine dubio à duobus ſeruiens, & obtẽperans, cuicũq; obtemperare delegerit. Quæ cũ ſe delectationib. carnis ſubdiderit, carnales homines facit: cũ ſe ſpiritui iunxerit, in ſpiritu eſſe homines facit, & propter hoc ſpirítales nominari. Quid ergo deſigna
Rom. 8 re apoſtolus uideꝫ cũ dicit: Vos aũt in carne nõ eſtis, ſed in ſpiritu? Requirendũ ergo eſt quæ ſit omnino hæc ipſa uolũtas inter carnẽ & ſpiritũ, pręter eã uoluntatẽ quę carnis eſſe, uel ſpiritus dicíꝫ. Pro certo nanq; habetur quod omnia quęcũq; ſpiritus eſſe dicunꝫ, uolũtas ſit ſpiritus: & quæcũq; opera carnis eſſe dicunꝫ, uoluntas ſit carnis. Quæ ergo iſta eſt præter hæc uolũtas animæ quæ extrinſecus nominatur, quã uoluntatẽ nolens nos facere apoſtolus dicit: Vt nõ quæcũq; uultis illa faciatis? In quo hoc uideꝫ deſignari, quod neutro ex his duobus, id eſt neq; carni, neq; ſpiritui debeat adhęrere. Sed dicet quis: quia ſicut melius quidẽ eſt ſi propriã faciat uoluntatẽ, q̃ ut uoluntatẽ faciat carnis: ſic iterũ melius eſt facere uoluntatẽ ſpiritus magis q̃ propriã uoluntatẽ. Quomodo ergo apoſtolus ait, ut non quæ uultis illa faciatis? quõ ea pugna quæ inter carnẽ & ſpiritũ geritur nõ omnino ſpiritus certa uictoria eſt? Manifeſtũ eſt enim obedire in quamplurimis carni. Verum quoniã in diſputationẽ incidimus profundam, in quã neceſſe eſt colligere ex ſingulis quibuſq; partibus quæ poſſunt mores diſcutere: uideamus ne forte in hoc loco tale aliquid tractari poteſt: quia ſicut melius eſt animæ ſequi ſpiritũ, tunc cum ſpiritus carnem uicerit, ita etiam uideꝫ ei eſſe deterius ſequi carnem repugnantem aduerſus ſpiritum, & ad ſe reuocare animam uolentem, cum forte utilius uideatur obedire animã carni q̃ reſidere in propríjs uoluntatibus. Nanq; quoniam nec calida dicitur eſſe, nec frigida, ſed in medio quodam tepore perdurans, tardam & ſatis difficilem conuerſionẽ poterit inuenire. Si uero carni adhæreat, ex his ipſis inter dũ malis quæ ex carnis uicijs patitur, ſatiata aliquãdo & repleta, uelut grauiſſimis oneribus luxuriæ ac libidinis fatigata, facilius & uelocius cõuerti à materialib. ſordibus ad cœleſtiũ deſiderium & ſpiritualem gratiam poteſt. Et hoc arbitrandũ eſt dixiſſe apoſtolũ, idcirco pugnare ſpiritum aduerſus carnem, & carnem aduerſus ſpiritum, ut non quæcunq; uolumus illa faciamus, ſine dubio ea quæ extra uoluntatẽ ſpiritus, & extra uoluntatẽ carnis deſignata ſunt: ut ſi alijs nominib. díceremus, quia melius eſt hominẽ aut in uirtute eſſe, aut in malicia, q̃ in nullo horũ: anima uero poſtquam ſe cõuertat ad ſpiritum & unum efficiatur cũ eo, dum adhæret corpori, & de carnalibus cogitat, neq; in bono ſtatu uidetur eſſe, neq; manifeſte in malo, ſed animali (ut ita dixerim) ſimilis. Melius aũt eſt ut ſi fieri poteſt adhęrens ſpiritui efficiatur ſpiritalis. Si uero fieri non poteſt, magis expedit eam uel carnis malicíam ſequi q̃ in ſuis poſitam uoluntatibus, animalis irrationabilis ſtatum tenere. Hæc autem tractauimus uolentes ſingularum aſſertionum differere opiniones ampliori q̃ uoluimus uſi exceſſu, uti ne latere nos putarẽtur ea quæ moueri ſolent ab his qui quærunt, utrũ ſit alia anima in nobis præter hanc cœleſtem & rationabilẽ, quæ huic naturaliter aduerſetur, & uocetur uel caro, uel ſapientia carnis, uel anima carnis. Nunc uideamus quæ etiam ad hoc reſponderi ſoleant ab his qui defendunt unum eſſe in nobis motũ, & unam animam unius eiuſdemq; animæ, cuius ſiue ſalus, ſiue perditio ſecundũ actus ſuos ipſi proprie aſcribatur. Et primo uideamus cuiuſmodi ſint paſſiões animi quas patimur cũ ſentimus intra noſmetipſos uelut in partes nos rapi per ſingula: cum pugna quędã ſit cogitationũ in cordibus noſtris, & quædã nobis ueriſimilitudines ſuggeruntur, quibus nunc in hoc, nunc in aliud inclinamur, quibuſq; nunc quidẽ arguimur, nunc uero noſmetipſos amplectimur. Nihil autẽ magnũ eſt ſi mala ingenia dicamus quia uarium ac ſibijpſi repugnãs iudicium habeant, & à ſemetipſo diſcordans: cũ etiam in omnibus hominibus ita inueniatur, ſiquando deliberatio incertæ rei ad conſiliũ uenerit, uel proſpicitur, uel conſulitur quid rectius uel utilius eligatur. Nihil ergo mirum ſi duæ ueriſimilitudines ſibi inuicẽ occurrentes, contraria ſuggerẽtes, in diuerſas partes animũ rapiũt. Verbi cauſa, ſi cogitatio inuiter aliquẽ ad fidem, & timorem dei, tunc non poteſt dici quia caro aduerſum ſpiritum pugnet: ſed dum incertũ eſt quod uerum & utile eſt, animus in diuerſa rapitur. Ita & cũ putatur caro ad libidinem prouocare, cõſilium uero melius huiuſcemodi incita-

mentis

mentis reſiſtit,nõ putanda eſt uita eſſe alia animæ quæ aduerſus aliam reſiſtat,ſed natura corporis quę repleta ſatiui humoris loca euacuare geſtit atq; replere:ſicut nec cõtraria aliqua uirtus, nec uita alterius animæ putãda eſt quæ nobis excitat ſitim & ,puocat ad bibendũ,uel quæ eſurire facit,& irritat ad cibũ.Sed ſicut hęc naturalibus motib.corporis uel appetũtur, uel euacuantur,ita & naturalis ſeminis cõgregatus per tempus in ſuis locis humor expelli geſtit,& abijci:quod intantũ nequaquam impulſu alterius cuiuſquã prouocationis efficitur,ut etiam ſponte interdum ſoleat egeri. Cum ergo dicitur,quia caro pugnat aduerſus ſpiritũ,ita intelligũt iſti,quia uſus uel neceſſitas,uel delectamentũ carnis prouocans hominẽ extrahit & abducit à diuinis, & ſpiritalibus rebus.Pro neceſſitate etenim corporis abſtracti,diuinis & in ęternũ profuturis rebus uacare nõ ſinimur. Sic rurſus diuinis & ſpiritualibus animã uacãs, & ſpiritui coniuncta, impugnare dicit carnẽ dũ reſolui eam delicijs nõ ſinit,& uoluptatibus fluitare,quibus naturaliter delectatur.Hoc modo etiẽ illud aſſerunt quod dictum eſt:Sapientia carnis inimica eſt deo,non quod uere animã habeat caro,uel ſapiẽtiam propriam,ſed ſicut abuſiue dicere ſolemus,& ſitire terram,& uelle eam bibere aquam: hoc utiq; quod dicimus uelle, non proprie ſed abuſiue proferimus, uelut ſi dicamus quia iterũ domus recõponi uult, & alia multa his ſimilia:ita & ſapientia carnis accipienda eſt,uel quod dictum eſt,Concupiſcit aduerſus ſpiritum. Adijcere ſolent etiam illud quod dictum eſt: Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Quod enim clamat ad dominum, non eſt proprie ſanguis ille qui effuſus eſt,ſed abuſiuè ſanguis clamare dicitur, dũ eius qui ſanguinẽ effudit uindicta depoſcitur.Sed & illud quod Apoſtolus ait: Video autẽ aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mentis meæ, ita intelligunt tanquam ſi dixiſſet,quod is qui uerbo dei uacare uult,p neceſſitatibus et uſibus corporalibus quę uelut lex corporũ eſt,diſtrahitur atq; diuellitur,atq; impeditur ne ſapientiæ uacans cõtentus poſſit diuina cõtueri myſteria. Quod uero inter carnis opera deſcriptæ eſſent hæreſes,& inuidiæ & contentiones,uel cætera,ita accipiunt,quod anima cũ craſſioris ſenſus fuerit effecta, ex eo quod corporis ſeſe paſſionibus ſubdit, oppreſſa uitiorũ molibus,& nihil ſubtile ac ſpiritale ſentiens,caro dicit effecta,& inde nomẽ trahit,in quo plus ſtudij uel propoſiti gerit. Addunt etiã requirẽtes:quis inueniet, uel quis dicetur conditor mali huius ſenſus qui dicitur carnis? Quia aliũ nullum creatorẽ animæ & carnis q̃ deum eſſe defendunt. Et ſi dicamus quia bonus deus in ipſa cõditione ſua aliquid ſibi creauit inimicũ, utiq; abſurdũ uidebitur.Si ergo ſcriptũ eſt,quia ſapientia carnis inimica eſt deo,& hoc factũ ex cõditione dicetur, uidebitur ipſe deus naturam aliquã feciſſe inimicã, quæ ei nõ poteſt eſſe ſubiecta nec legi eius: quippe ſi animale eſſe putabitur,de quo hæc dicent. Quod ſi ita recipiat,quid iã differre uidebitur ab his qui diuerſas naturas animarũ dicũt eſſe creatas,quæ naturaliter uel periturę ſint,uel ſaluandæ? Quod utiq; ſolis hæreticis placet, qui dum iuſtitiam dei pia ratione aſſeuerare non poſſunt huiuſcemodi impietatibus figmẽta cõponunt. Et nos quidẽ prout potuimus ex ſingulorũ perſonis quæ dici poſſunt diſputationis cauſa de ſingulis dogmatibus in medium protulimus:qui autem legit,eligat ex his quæ magis amplectenda ſit ratio.

Gen. 4

Rom. 7

Quòd mundus ex tempore cœperit. Cap. v.

Oſt hæc iam quoniã quidem de eccleſiaſticis definitionibus unum habetur præcipue ſecundũ hiſtoriæ noſtræ fidẽ,quod mundus factus ſit,& ex certo tempore cœpit, & ſecundũ promulgatam omnibus cõſummationem ſeculi,pro ſui corruptione ſoluẽdus ſit, etiam de hoc pauca repetere non uidetur abſurdũ.Et quantũ quidem ad ſcripturarum fidem pertinet, perfacilis uidet de hoc aſſertio. Denicq; hęretici cũ in alia diſtracti ſint,in hoc tamẽ ſcripturę auctoritati cedẽtes,niſi ſunt cõſonare.De cõditione ergo mũdi quę alia nos ſcriptura magis poterit edocere q̃ ea quæ à Moyſe de origine eius ſcripta eſt. Quæ licet maiora intra ſe cõtineat q̃ hiſtoriæ narratio uidet oſtẽdere, & ſpiritalẽ in quam maximis contineat intellectũ,atq; in rebus myſticis & profundis uelamine quodã literę utatur:tamen nihilominus indicat hoc ſermo narrãtis,quod ex certo tempore creata ſunt omnia quę uidẽtur.De cõſummatione uero mũdi,primo Iacob indicat cũ ad filios teſtatur

Gen. 49 statur dicens. Cõuenite ad me filij Iacob ut annunciẽ uobis quid erit in nouissimis die
bus, uel post nouissimos dies. Si ergo sunt nouissimi dies, uel post nouissimos dies, ces
Psal. 102 sare dies necesse est q cœperũt. Dauid quoq; ita ait: Cœli peribũt, tu aũt pmanebis, &
oẽs sicut uestimentũ ueterascẽt: & sicut opertoriũ mutabis eos, & mutabuntur, tu autẽ
idem ipse es, & anni tui non deficient. Dominus uero & Saluator noster cum dicit,
Matth. 19 Qui creauit ab initio masculum & fœminã fecit eos: factũ etiam esse mundũ ipse testa-
24
Rom. 8 tur, Et rursum dicens, Quia cœlũ & terra transiẽt, uerba aũt mea nõ transibũt, corrupti
bilem eum finiẽdumq; designat. Sed & Paulus dicẽs: Vanitati enim creatura subiecta
est non uolens, sed propter eũ qui subiecit in spe, quia & ipsa creatura liberabitur à ser-
uitute corruptionis in libertatẽ glorię filiorũ dei: manifeste finẽ mũdi declarat. Et cum
1. Cor. 7 rursum dicit, Transiet habitus huius mũdi. Verũ in eo ipso quo dixit quia uanitati crea
tura subiecta est etiã in spem aliquã, ex causa utiq; subiecta est: & quod ex causa est, ne-
cesse est ut cœperit: nõ enim poterat sine ullo initio creatura esse subiecta, & sperare li-
berari à seruitute corruptionis quæ seruire non cœperat. Sed & quãplurima alia in scri
pturis diuinis huiusmodi dicta reperiet si quis requirat ex ocio, quibus et initiũ habere
mũdus, & finẽ sperare dicat. Si quis ergo est q aduersetur in hac parte uel auctoritati no-
stræ uel fidei, inquiremus ab eo utrũ dicat deũ cõprehendere posse omnia, an nõ pos-
se? Et dicere quidẽ nõ posse, manifeste impiũ est. Si uero (quod necesse est) dixerit quia
omnia cõprehẽdit, supereſt ut eo ipso quo comprehẽdi possunt, & initiũ habere intelli
gant & finẽ. Nã quod penitus sine initio est, cõprehendi omnino nõ potest. In quantũ
cunq; eẽ se intellectus extenderit, intantũ cõprehendendi facultas sine fine subducit
& differt, ubi initiũ nõ habet. Sed solẽt nobis obijcere dicẽtes. Si cœpit mũdus ex tem
pore, quid ante faciebat deus antequã mũdus fieret? Ociosam enim dicere naturã dei,
ocioſum est simul & absurdũ, uel putare quod bonitas aliquãdo nõ fecerit, & omnipo
tentia aliquãdo nõ egerit potentatũ. Hoc nobis obijcere solent dicẽtibus mundũ hũc
ex certo tẽpore cœpisse, & secundũ scripturæ fidẽ annos quoq; ætatis ipsius numeran
tibus. Ad quas propositiones non arbitror aliquẽ hæreticorũ secundũ rationem do
Caue & cau te lege. gmatis sui posse facile respõdere. Nos uero cõsequenter respõdebimus obseruãtes re-
gulã pietatis, & dicẽtes, quoniã non tũc primũ cũ uisibilẽ istum mundũ fecit deus cœ-
perit operari, sed sicut post corruptionẽ huius erit alius mũdus, ita & antequã hic esset
fuisse alios credimus. Quod utrunq; diuinæ scripturæ auctoritate firmabitur. Nã quod
Esa. 65 erit post hunc alius mũdus Esaias docet, dicens: Erit cœlũ nouũ & terra noua, quæ ego
faciã permanere in conspectu meo, dicit dominus. Quod autẽ ante hunc mũdum fue-
Eccle. 1 rint etiã alij, Ecclesiastes ostẽdit dicens. Quid est quod factũ est? id ipsum quod futurũ
est. Et quid est quod creatũ est? hoc ipsum quod creandũ, et nihil est omnino recẽs sub
sole. Sed quis loquet, & dicet, ecce hoc nouũ est? iam fuit id in seculis quæ fuerũt ante
nos. Quibus testimonijs utrũq; probat, quod & ante fuerũt secula, & futura sint post-
modũ. Nõ tamen putandũ est plures mũdos simul esse, sed post hunc interim alios fu-
turos: de quibus nunc nõ est necessariũ per singula repetere, cũ iam id in superioribus
fecerimus. Illud sane ocioſe prætereundũ non arbitror, q scripturæ sanctæ cõditio-
nẽ mundi nouo quodã & proprio nomine nuncupauerũt, dicentes, καταβολὴν mundi,
quod latini satis impropriẽ trãslatũ constitutionẽ mũdi interpretati sunt, sicut in euan-
Matth. 24 gelio secundũ Ioannẽ cũ dicit Saluator: Et erit tribulatio in illis diebus qualis nõ fuit
à cõstitutione mũdi. hic cõstitutio καταβολὴ dicta est: quod ita intelligẽdũ est sicut supe
rius exposuimus. Sed & Apostolus in epistola ad Ephesios eodẽ sermone usus est cũ
Eph. 1 ait: Qui elegit nos ante mũdi cõstitutionẽ, & hic constitutionẽ mundi καταβολὴν dixit,
eodẽ sensu quo superius interpretati sumus intelligendã. Dignũ igit uidet inquirere
quid est qd hoc nomine indicet: & arbitror, quoniã quidẽ finis & cõsummatio sancto
rũ erit in his quę nõ uidentur & ęterna sunt: et ipsius finis contẽplatio est, sicut in superio
ribus frequẽter ostẽdimus. Simile & initiũ irrationabiles creaturas habuisse censendũ
est. Et si tale initiũ habuerint qualẽ finẽ sperant, fuerunt sine dubio iam ab initio in his
quæ nõ uidentur & æterna sunt. Quod si est, de superioribus ad inferiora descensum est
nõ ab his animalibus quæ id motuũ suorũ uarietate meruerũt, uerum & ab his quæ ad
totius mundi ministeriũ ex illis superioribus & inuisibilib. ad hæc inferiora & uisibilia

de ducta

deducta sunt, licet nō uolentia: uanitati quippe creatura subiecta est nō uolēs, sed propter eū qui subiecit in spe, qua uel sol, uel luna, uel stellæ, uel angeli explerēt obsequiū mūdo, & his animabus quę ob nimios defectus mētis crassioribus & solidioribus indiguere corporibus. & propter eos quibus hoc erat necessariū, mundus iste etiā uisibilis institutus est. Ex hoc ergo cōmuniter omniū per hāc significantiā, id est per καταβολὴν â superioribus ad inferiora uidetur indicari deductio. Spem sanè libertatis uniuersa creatura gerit ut à seruitutis corruptione libereť, cū filij dei qui uel prolapsi, uel dispersi sunt, in unū fuerint cōgregati, uel cū cætera officia expleuerint in hoc mūdo, quæ solus cognoscit omniū artifex deus. Talē uere, ac tantum putandum est factum esse mundum, qui uel oēs eas animas quæ in hoc mundo statutæ sunt exerceri, caperet, uel omnes eas uirtutes quæ adesse eis, & dispensare eas, ac iuuare paratæ sunt. Vnius nāq; naturę esse oēs rationabiles creaturas, ex multis assertionibus cōprobatur: per quod solū dei iustitia in omnibus eorū dispēsationibus defendi potest, dū unaquęq; in semetipsa habet causas qđ in illo, uel in illo uitæ ordine posita sit. Hāc dispositionē dei quā postea ordinauit, iam tūc ab origine mundi rationibus causisq; perspectis eorū, qui uel pro defectu mentis uenire in corpora merebanť, uel eorū qui uisibiliū cupiditate raptabātur, sed & illorū qui uel nolentes uel inuiti præstare officia quædam his qui in hunc statum deciderant cōpellebantur ab eo qui in spe subiiciebat, nō intelligentes quidā: nec aduertētes quod ex præcedētibus liberi arbitrij causis instituta fuisset à deo dispositionis ista uarietas: arbitrati sunt uel fortuitis motib. uel fatali necessitate agi omnia quæ in hoc mūdo sunt, nec esse aliquid in nostro arbitrio. Vnde nec dei prouidentiā inculpabilē assignare potuerūt. Sicut aūt audiuimus, quia multis, uel ministris, uel rectoribus, uel auxiliatoribus eguerūt animæ omnes quæ in hoc mundo uersatæ sunt: ita in nouissimis tēporibus cum iā finis mundo proximus immineret, & in ultimā perditionem omne humanū uergeret genus, infirmatis non solū his qui regebanť, uerum etiā illis quibus regēdi fuerat sollicitudo cōmissa, non iā tali auxilio, nec similibus suis indiguit defensoribus: sed auctoris ipsius & creatoris sui opē depoposcit, q & his obedien *Phil. 2*
di, & illis regēdi corruptā prophanāq; restitueret disciplinam. Vnde unigenitus filius dei qui erat uerbū & sapientia patris, cū esset in ea gloria apud patrē quam habuit ante quā mundus esset, exinaniuit semetipsum, & formā serui accipiens efficit obediēs usq; ad mortē, ut obedientiā doceret eos qui nō aliter nisi per obedientiā salutē cōsequi poterant: regendi quoq; regnādiq; corruptas restituit leges, dū oēs inimicos subiecit sub pedibus suis, ut per hoc q necesse est eū regnare donec ponat inimicos suos sub pedibus, & nouissimū inimicū destruat mortē, rectores ipsos regendi doceat moderamina. Quia ergo nō solū regendi, uel docendi, uerum etiam obediēdi uenerat reparare disciplinā (ut diximus) in semetipso prius cōplens quod in aliis uolebat impleri, idcirco nō solū usq; ad mortē crucis patri obediens factus est, uerū etiā in cōsummatione seculi in semetipso cōplectens oēs quos subiecit patri, & qui per eū uenerunt ad salutē, cū ipsis, & in ipsis ipse quoq; subiectus dicitur patri: dum omnia constāt, & ipse est caput, etiā ipse est salus salutē consequentium plenitudo. Hoc ergo est quod de eo dicit Apostolus. Cum autē ei subiecta fuerint omnia, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui sibi subdidit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. *1. Cor. 15*
Verū nescio quo pacto hęretici intelligentes apostoli sensum q his uerbis cōtinetur, subiectionis in filio nomē infamant: cuius appellationis si improprietas requiriť, ex cōtrarijs facile poterit inueniri. Nā si subiectū esse nō est bonū: restat ut illud quod contrariū est, bonū sit, id est non esse subiectū. Sermo nāq; apostoli secundū quod isti dicūt, hoc uideť ostendere, cū dicit: Cū aūt *Ibidem.*
ei subiecta fuerint omnia, tūc & ipse filius subiectus erit ei q sibi subdidit oīa: ut quasi is qui nūc patri nō sit subiectus, futurus sit tūc, cū pater ei uniuersa subiecerit. Sed miror quomodo intelligi possit, ut is q nondū sibi subiectis omnib. nō est ipse subiectus, tunc cū subiecta fuerint sibi omnia, cū rex omniū fuerit, & potestatē tenuerit uniuersorū, tūc eū subiiciendū putent cū subiectus ante nō fuerit: non intelligētes q subiectio Christi ad patrē beatitudinē nostrę perfectionis ostēdit, & suscepti ab eo operis palmā declarat cū non solū regendi ac regnādi summā quam uniuersa emendauerit creatura, uerū etiā obediētiæ & correctiōis correcta paratąq; humani generis patri offerat insti-

tuta

tuta. Si ergo bona & salutaris accipit ista subiectio qua subiectus esse dicit filius patri, ualde cõsequẽs & cohærens est ut inimicorũ quæ dicit filio dei esse subiectio, salutaris quædã intelligat & utilis: ut sicut cũ dicit filius patri subiectus, perfecta uniuersæ creaturæ restitutio declarat: ita cũ filio dei inimici dicunt esse subiecti, subiectorũ salus in eo intelligat, & reparatio perditorũ. Verũ certis quibusq; & modis, & disciplinis, & tẽporibus subiectio ista cõplebitur: non necessitate aliqua ad subiectionẽ cogẽte, ne per uim subditus fiat omnis mũdus deo, sed uerbo, ratione, doctrina, ꝓuocatione meliorũ, institutionibus optimis, cõminationibus quoq; dignis & cõpetẽtibus, quæ iuste immineant his qui salutis & utilitatis suæ curã sanitatemq; contẽnant. Deniq; & nos homines cũ uel seruos, uel filios erudimus, dũ adhuc ueritatis ꝑ ætatẽ ratiõis incapaces sunt, minis eos & metu coercemus: cũ uero boni, utilis & honesti intelligentiã ceperint, tũ iã cessante uerberũ metu, uerbo ac ratione sua ad omnia quæ bona sunt acquiescunt.

Quomodo aũt seruata in omnib. rationabilibus creaturis arbitrij libertate unusquisque debeat dispensari, id est quos uelut iã paratos & capaces sermo dei & inueniat, & instituat, quos aũt interim differat, à quib. uero penitus occultet, & lõge eorũ à se fieri dispenset auditũ, quosq; rursum contẽnentes indicatũ sibi & prædicatũ uerbũ dei correptionibus quibusdã & castigationibus illatis perurgeat ad salutẽ, cõuersionẽq; eorũ quodãmodo exigat & extorqueat: quibusnã uero etiã occasiones prẽstet salutis, ita ut interdũ etiã & respõsione sola fide ꝓbata indubitatã quis ceperit salutẽ: quibus hæc ex causis uel quibus occasionibus fiant, quidue in his intro inspiciẽs diuina sapientia, uel quos motus ꝓpositi eorũ uidens hæc uniuersa dispenset, soli deo cognitũ est, & unigenito eius, per quẽ creata ac reparata sunt uniuersa, & spiritui sancto per quem cuncta sanctificantur, qui ab ipso patre procedit, Cui est gloria æterna in secula. Amen.

De consummatione Mundi. Cap. VI.

D

E fine uero mundi, et cõsummatione omniũ iam quidẽ et in superioribus pro uiribus nostris disseruimus, secũdũ quod diuinę scripturę indulsit auctoritas, quæ sufficere ad instructionẽ putamus, paucis etiã nũc admonitis, quoniam ad hũc nos locum quæstionis ordo perduxit. Igitur summũ bonũ ad quod natura rationabilis uniuersa festinat, quæ etiã finis omniũ dicitur, à quamplurimis etiam philosophorũ hoc modo terminatur, quia summũ bonũ sit, prout possibile est, similẽ fieri deo. Sed hoc nõ tam ipsorum inuentum, q; ex diuinis libris ab eis sumptum puto. Hoc nanq; indicat Moyses ante oẽs, cum primam cõditionem hominis enarrat dicens. Et dixit deus: Faciamus hominẽ ad imaginem & similitudinem nostram. Tunc deinde addit: Et fecit deus hominem, ad dei imaginem fecit eũ, masculũ & fœminã fecit eos, & benedixit eos. Hoc ergo qd' dixit, ad imaginẽ dei fecit eum, & de similitudine siluit, non aliud indicat nisi quod imaginis dignitatẽ in prima conditione perceperit, similitudinis uero perfectio in consummatione seruata est: scilicet ut ipse sibi eã propriæ industriæ studijs ex dei imitatione conscisceret, cũ possibilitatẽ sibi perfectionis diuinitus datã per imaginis dignitatem, in fine demum per operũ expletionem perfectã sibi ipse similitudinẽ consummaret. Sed apertius hæc & euidentius in se habere Ioannes apostolus definit, hoc modo pronuncians: Filioli nondũ scimus quid futuri sumus: si uero reuelatũ nobis fuerit de Saluatore, sine dubio dicetis, similes ei erimus. Per quod certissime indicat & finem omnium, quem adhuc sibi dicit ignotum, & similitudinem dei sperandam, quæ pro meritorum perfectione præstabitur. Ipse quoq; dominus in euangelio non solũ futura, uerũ etiam sui intercessione futura denunciat ipse, dum hoc à patre discipulis suis impetrare dignatur, dicẽs: Pater uolo ut ubi ego sum & isti sint mecum: & sicut ego & tu unũ sumus, ita & isti in nobis unum sint. In quo iam uidebitur ipsa similitudo (si dici potest) proficere, & ex simili unũ iã fieri, pro eo sine dubio quod in cõsummatione uel in fine omnia & in omnibus deus est. In quo requiritur à nonnullis, si ratio naturæ corporeæ quamuis expurgatę ad liquidũ & penitus spiritalis effectæ, nõ uideat obsistere uel ad similitudinis dignitatẽ, uel ad unitatis proprietatẽ: quod naturæ diuinæ quæ utiq; incorporea est, nec similis uideatur dici corporea natura posse, nec unũ cũ ea uere ac merito designare: maxime cũ id qd'

Gen. 1

1. Ioan. 3

Ioan. 17

unum

unum est filius cũ patre, ad naturæ proprietatẽ referendũ fidei ueritas doceat. Cùm ergo in fine Deus esse omnia & in omnibus promittat, sicut conueniens est, nõ est putandum uenire ad illũ finem animalia, uel pecora, uel bestias. ne etiam in animalib. aut pecoribus, uel bestijs deus inesse designetur: sed nec ligna, uel lapides, ut in his quoq; esse dicatur Deus. Ita nec ullam quidem malitiam ad illum finem putandũ est peruenire: ne dum in omnibus Deus esse dicitur, etiam in aliquo uasculo esse dicatur. Nam etsi nunc quoq; ubiq;, & in omnib. dicimus esse Deum, pro eo quod nihil potest esse uacuũ deo, non tamen ita esse dicimus ut omnia sit nunc in quibus est. Vnde diligentius intuendũ est qualẽ est hoc quod perfectionẽ beatitudinis rerumq; finem significat. Quæ sint ergo ista omnia quæ Deus futurus sit in omnibus, requiramus. Et ego quidẽ arbitror, quia quod in omnibus omnia dicitur esse Deus, significet etiam in singulis eum omnia esse. Per singulos autem omnia erit hoc modo, ut quicquid rationabilis mens expurgata omnium uitiorũ fece, atq; omni penitus absterſa nube malitiæ, uel sentire, uel intelligere, uel cogitare potest, omnia Deus sit, nec ultra iam aliud aliquid nisi Deũ uideat, Deũ teneat, omnis motus sui Deus modus & mensura sit, & ita erit omnia Deus: nõ enim ultra boni maliq; discretio, quia nusq; malũ: omnia enim ei Deus, cui iam non adiacet malum: nec ultra ex arbore sciendi bonũ & malum mãducare concupiscet, qui semper in bono est, & cui omnia Deus est. Sic ergo finis ad principiũ reparatus, & rerũ exitus collatus initijs, restituet illũ statum quem tũc habuit natura rationabilis cũ de ligno sciendi bonũ & malũ comedere non egebat, ut amoto omni malitiæ sensu, & ad syncerũ purumq; detersо, solus qui est unus bonus Deus hic ei fiat omnia: cùm nusq; mors, nusq; aculeus mortis, nusq; omnino malũ, tunc uerè Deus omnia in omnibus erit. Verùm istam perfectionẽ ac beatitudinẽ rationabiliũ creaturarũ, uel naturarũ, ita demum quidam permanere in eodẽ statu quo suprà diximus putant, id est ut Deũ omnia habeant, & Deus eis sit omnia, si nullatenus eas societas naturæ corporali admoueat. Alioquin existimãt gloriã summæ beatitudinis impediri, si materialis substãtiæ interserat admixtio. De qua re plenius à nobis quæ in superioribus occurrere potuerũt pertractata atq; digesta sunt. Nunc uerò quoniã apostolũ Paulum mentionẽ spiritalis fecisse inuenimus, qualiter etiã mihi sentiri debeat de hoc tantũmodo prout possumus requiramus. Quãtum ergo sensus noster capere potest, qualitatẽ spiritalis corporis, talem quidẽ esse sentimus, in qua inhabitare deceat nõ solũ sanctas quasq; perfectasq; animas, uerũ etiam illam creaturã quæ liberabit à seruitute corruptionis. De quo corpore etiã Paulus apostolus dixit: Domũ habemus non manu factã æternã in cœlis, id est in mansionib. beatorũ. Ex hoc ergo & censurã capere possumus, quãtæ puritatis, quãtæ subtilitatis, quãtæq; gloriæ sit qualitas corporis illius, si cõparationẽ faciamus eius ad ea quæ nũc licet cœlestia & splendidissima corpora, manu facta tamẽ sunt & uisibilia. De illo autẽ dicit domus esse nõ manu facta, sed ęterna in cœlis. Quia ergo quę uidentur temporalia sunt, quæ aũt nõ uidentur æterna sunt, omnib. his corporibus, quę siue in terris, siue in cœlis uidemus, & quæ uideri possunt, & manu facta sunt, & æterna nõ sunt, multa longè prælatione præcellit illud quod & uisibile non est, nec manu factũ est, sed æternũ est. Ex qua cõparatione conuinci potest quantus decor, quantus splendor, quantus fulgor sit corporis spiritalis: & uerũ esse illud quod dictũ est, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentib illum. Non autem dubitandũ est naturam corporis huius nostri uolũtate Dei qui talem fecit eam, usq; ad illam qualitatẽ subtilissimi et purissimi ac splendidissimi corporis posse à creatore perduci, prout rerũ status uocauerit, & meritũ rationabilis naturę poposcerit. Deniq; cum uarietate & diuersitate mũdus indiguit, per diuersas rerum facies speciesq; omni famulatu præbuit se materia cõditori, utpote domino & creatori suo, quo diuersas cœlestiũ terrenorũq; ex eo duceret formas. Cùm uerò res ad illud cœperint festinare ut sint oẽs unum, sicut est pater cum filio unum, consequenter intelligi datur, quod ubi omnes unum sunt, iam diuersitas nõ erit. Propterea etiam nouissimus inimicus, id est diabolus qui mors appellatur, destrui dicitur, ut neq; ultra triste sit aliquid ubi mors non est, neq; aduersum sit ubi non est inimicus. Destrui sane nouissimus inimicus ita intelligendus est, nõ ut substantia eius quæ à Deo facta est pereat, sed ut propositũ & uolũtas inimica

2. Cor. 15

2. Cor. 4

Caue.

mica, quæ nõ à deo sed ab ipso processit, intereat. Destruet ergo nõ ut non sit, sed ut inimicus nõ sit & mors. Nihil enim omnipotẽti impossibile est, nec insanabile est aliquid factori suo: propterea enim fecit omnia ut essent, & quæ facta sunt ut essent, nõ esse nõ possunt. Propterea mutationẽ quidẽ uarietatẽq; recipient, ita ut pro meritis, uel in meliori uel in deteriori habeant statu. Substantialẽ uerò interitũ ea quæ à deo facta sunt ut essent & permanerẽt, recipere nõ possũt. Nõ enim quę opinione uulgi interire dicunt, cõtinuo etiã uel fidei uel ueritatis ratio ea interire cõsenserit. Denicq; caro nostra ab imperitis & infidelibus ita post mortẽ deperire existimat, ut nihil prorsus reliquũ substãtię suæ habere credat. Nos uerò qui resurrectionẽ eius credimus, immutationẽ eius tantũ modo per mortẽ factã intelligimus, substantiã uerò eius certũ est permanere, & uoluntate creatoris sui certoq; tẽpore rursus reparari ad uitã, atq; iterũ permutationẽ eius fieri, ut quæ primo fuit caro ex terra terrena, tũ deinde dissoluta per mortẽ, & iterum facta cinis ac terra, quoniã terra es inquit & in terrã ibis, rursum resuscitet è terra: & post hoc iam uelut meritũ inhabitantis animæ poposcerit, in gloria corporis proficiet spiritalis.

Circuli Platonici.

In hunc ergo statũ omnem hanc nostrã substantiã corporalẽ putandũ est producendam tunc cùm omnia restituent ut unũ sint, & cùm deus fuerit omnia in omnib. Quod tamen nõ ad subitũ fieri, sed paulatim & per partes intelligendũ est, infinitis & immensis habentib. seculis, cũ sensim & per singulos emendatio fuerit & correctio prosecuta, præcurrentib. alijs & uelociori cursu ad summa tendentibus, alijs uerò proximo spatio insequentib. tum deinde alijs longè posterius: & sic per multos & innumeros ordines proficientiũ ac Deo se ex inimicis reconciliantiũ peruenit ad nouissimũ inimicũ qui dicitur mors, ut etiam ipse destruat ne ultrà sit inimicus. Cùm ergo restitutæ fuerint oẽs rationabiles animę in huiuscemodi statũ, tunc natura etiã huius corporis in gloriã perducetur. Sic enim de rationabilib. uidemus naturis, nõ alias esse quæ pro peccatis in indignitate uixerint, & alias quæ pro meritis ad beatitudinẽ inuitatæ sint, sed has easdem quæ antè fuerant peccatrices, cõuersas postmodũ & deo recõciliatas uidemus ad beatitudinem reuocari: Ita etiam de natura corporis sentiendũ est, quod nõ aliud corpus est quo nunc in ignobilitate & in corruptione et infirmitate utimur, & aliud erit illud quo in in corruptione, & in uirtute, & in gloria utemur: sed hoc idẽ abiectis infirmitatib. in quibus nunc est, in gloriã transmutabit spiritale effectũ, ut quod fuit indignitatis uas, hoc ipsum expurgatũ fiat uas honoris, & beatitudinis habitaculũ. In quo statu etiã permanere semper & immutabiliter creatoris uoluntate est credendũ, fidẽ rei faciente sen

2. Cor. 5

tentia Apostoli dicentis, Domũ habemus nõ manu factã in cœlis. Non enim secundum Græcorum philosophos præter hoc corpus quod ex quatuor elementis est, aliud quintũ corpus quod per omnia aliud sit & diuersum ab hoc nostro corpore, fides necessariò recipit: quoniã neq; ex scripturis sanctis uel suspicionẽ aliquam proferre de his potest, neq; ipsa rerũ cõsequentia hæc recipi patit, maximè cùm manifestè definiat sanctus Apostolus, quia non noua aliqua corpora resurgentib. à mortuis dentur, sed hæc ipsa quæ uiuentes habuerãt, ex deterioribus in melius trãsformata recipiant. Ait enim:

1. Cor. 15

Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale: seminatur in corruptione, resurget in incorruptione: seminatur in infirmitate, resurget in uirtute: seminatur in ignobilitate, resurget in gloria. Sicut ergo profectus est homini quidẽ, ut cùm sit prius animalis homo, nec intelligat quæ sunt spiritus Dei, ueniat in hoc per eruditionem ut efficiatur spiritalis, & dijudicet omnia, ipse uerò à nemine dijudicet: ita etiam de corporis statu sentiendũ est, quod ipsum idem corpus quod nunc pro mysterio animæ nuncupatũ est animale, per profectũ quendam cum anima deo unus cum eo spiritus fuerit effecta, iam tunc corpus quasi spiritui ministrans in statum qualitatẽq; proficiat spiritalem, maximè cùm sicut sæpè ostendimus, talis à conditore facta sit natura corporea, ut in quam cunq; uoluerit, uel res poposcerit qualitatem, facile subsequatur. Omnis igitur hæc ratio hoc cõtinet, quòd duas generales naturas cõdiderit deus: naturã uisibilem, id est corporeã, & naturã inuisibilẽ, quæ est incorporea. Istæ uerò duæ naturæ diuersas sui recipiũt permutationes. Illa quidẽ inuisibilis quæ rationabilis est, animo propositoq; mutatur pro eo q̃d arbitrij sui libertate donata est, & per hoc aliquãdo in bonis, aliquando in contrarijs inuenit. Hęc uerò natura corporea substantialẽ recipit pmutationẽ: unde

&

& ad omne quod moliri,uel fabricare,uel retractare uoluerit artifex omniũ deus,materiæ huius habet in omnib.famulatũ, ut in quaſcunq; uult formas, uel ſpecies prout rerũ merita depoſcunt,naturã corpoream tranſmutet & trãsferat.Quod euidenter prophe-ta deſignãs ait: Deus qui facit omnia,& tranſmutat. Iam ſanè illud quærendum eſt,ſi tunc cùm erit deus omnia in omnibus, in cõſummatione omniũ uniuerſa corporis natura una ſpecie conſtabit, & omnis qualitas corporis illa ſola erit quæ in illa inenarrabili gloria fulgebit, quæ ſpiritalis corporis futura ſentienda eſt. Si enim rectè accepimus, id in initio libri ſui Moyſes ſcribit dicens: In principio fecit deus cœlũ & terram. Hoc enim principiũ totius creaturæ,ad hoc principiũ finem omniũ cõſummationemq; conuenit reuocare:id eſt ut illud cœlũ,& illa terra,habitatio & requies ſit piorũ:ita ut prius terræ illius ſancti quiq; & manſueti hæreditatẽ capiant, quandoquidẽ hoc etiam lex & prophetæ,& Euangeliũ docent. In qua terra puto eſſe ueras illas & uiuas formas illius obſeruãtię quam Moyſes per legis umbrã tradebat. De quibus dictũ eſt, quia exempla & umbræ deſeruiunt cœleſtiũ:his ſcilicet, qui ſeruiebant in lege. Sed ad ipſum Moyſen dictũ eſt: Vide ut facias ſecundũ formam & ſimilitudinẽ quę tibi oſtenſa eſt in monte. Vnde mihi uidẽ quod ſicut in hac terra lex pædagogus quidã fuit eorũ qui ad Chriſtum ab ipſo perduci deberent, eruditi ab ea & inſtituti ut facilius poſſent poſt inſtitutionem legis perfectiora quæque inſtituta Chriſti ſuſcipere: ita etiam alia terra ſanctos ſuſcipiens ueræ & æternę legis inſtitutionib.eos prius imbuat & informet,quo facilius etiam illis cœli perfectis,& quibus addi iam nihil poteſt inſtitutis,potiant:in quo erit illud quod ęternũ dicit euangeliũ & teſtamentũ ſemper nouum quod nunq; ueteraſcet. Gen.1 Heb.8 Exod.25

Hoc itaq; modo in conſummatione ac reſtitutione omniũ fieri putãdum eſt,ut paulatim proficientes, & aſcendentes modo & ordine perueniant primò ad terrã illam, & eruditionem quæ in ea eſt,in qua ad meliora,& illa quibus iam addi nihil poteſt inſtituta præparent. Poſt actores enim & procuratores Chriſtus dominus qui eſt rex omniũ regnum ipſum ſuſcipiet: id eſt poſt eruditiones ſanctarũ uirtutum eos qui eum capere poſſunt ſecundũ quod ſapientia eſt, ipſe inſtruet, regnans in eis tamdiu uſquequo eos etiam patri ſubiiciat qui ſibi ſubdidit omnia,id eſt ut cùm capaces dei effecti fuerint,ſit eis deus omnia in omnibus. Tunc conſequenter etiam natura corporea illum ſummũ; & cui addi iam nihil poſſit, recipiet ſtatum. Hactenus nobis etiã corporeæ naturæ uel ſpiritalis corporis ratione diſcuſſa, arbitrio legentis relinquimus, ex utroq; quod melius iudicauerit eligendũ.Nos uerò in his finem libri tertij faciamus.

LIBER QVARTVS

Quod ſcripturæ diuinitus inſpiratæ ſint. Cap. I

Erùm quoniã de tantis & talibus rebus diſſerentib. non ſufficit humanis ſenſibus, & cõmuni intellectui ſummã rei cõmittere, & (ut ita dixerim) uiſibiliter de inuiſibilib.pronũciare,aſſumenda nobis ſunt ad probationẽ horum quæ dicimus, etiam diuinarũ ſcripturarum teſtimonia. Quæ teſtimonia ut certã & indubitatã fidem præſtent,ſiue in his quæ dicenda nobis,ſiue quę iam dicta ſunt,neceſſarium uidetur oſtendere quòd ipſæ diuinæ ſcripturæ ſint Dei ſpiritu inſpiratæ. Igitur quàm poterimus breuiter etiam de hoc aſſignabimus ex ipſis diuinis ſcripturis,quæ nos competenter mouerint, proferentes aliqua de Moyſe primo legislatore gentis Hebrææ, & aliqua ex uerbis Ieſu Chriſti autoris & principis Chriſtianorum religionis & dogmatis. Cùm permulti legislatores extiterint apud Græcos & Barbaros,inuenti quoq; ſint doctores uel philoſophi ueritatem ſe pollicentes aſſerere, nullum meminimus legislatorẽ affectum quendam & ſtudium etiam exterarum gentium animis iniiccere potuiſſe,ut leges ſuas uel ſuſciperent libenter,uel etiam omni animi intentione defenderent.Nemo ergo eam quæ ſibi uiſa eſt ueritatẽ non ſolum pluribus aliis exteris nationibus, ſed ne uni quidem genti inſinuare, ita atq; inoleſcere potuit,ut ad omnes eius ſcientia uel credulitas perueniret. Et quidem dubitari non poteſt,q; legislatores optauerint obſeruari ab omnibus ſi fieri poſſet hominib. leges ſuas;

& magistri omnibus innotescere super eam quæ sibi uisa fuerat ueritatem. Sed scientes quia id omnino nõ possent, ut uirtus in eis aliqua tãta subsisteret quæ etiã cæteras nationes ad legum suarũ uel assertionũ obseruantiã prouocaret, nec conari quidẽ hoc aut incipere omnino ausi sunt, ne impudẽtes eos etiã hoc inefficax & inexplebile notaret inceptum. At uerò in omni orbe terrarũ, in omni Græcia, atq; uniuersis cæteris nationib. innumeri sunt & immensi, qui relictis patrijs legib. & his quos putabant Deos, ad obseruantiam Moyseæ legis & disciplinarũ se Christi cultumq; tradiderunt, & hoc non sine ingenti odio aduersum se cõmoto eorum qui simulacra uenerabant, ita ut ab his frequenter et cruciatibus affligerent, nonnunq; etiam agerent in mortem: amplectunt tamen, & cum omni affectu custodiunt doctrinæ Christi sermonẽ. Et est uidere quomodo breui tempore ipsa religio creuit pœnis multorũ mortibusq; proficiẽs, sed & bonorum direptionib. atq; ab his omni genere suppliciorũ tolerato: & eo maximè mirũ est, quod ne doctores quidem ipsi uel satis idonei sunt, uel satis plures: prædicat tamen sermo iste in toto orbe terrarũ, ita ut Græci ac Barbari, sapientes & insipientes religionẽ Christianæ doctrinę suscipiant. Ex quo dubiũ non est hoc humanis uirib. aut opibus non agi, ut cum omni credulitate et potestate sermo Christi Iesu apud omnium mentes atq; animos cõualescat. Nam & prædicta ab eo hæc ipsa, & diuinis ab eo responsis confirmata, manifestũ est cùm dicit, quia apud præsides & iudices ducemini propter me in
Matth. 24 testimoniũ ipsis & gentibus. Et rursum: Prædicabit hoc euangeliũ in omnib. gentibus.
Matth. 7 Et iterũ: Multi mihi dicent in illo die: Domine, domine, nõne in nomine tuo manducauimus & bibimus? & in tuo nomine dæmonia eiecimus? & dicam eis: Discedite à me operarij iniquitatis, nunq; cognoui uos. Quæ si ita quidem dicta ab eo fuissent, nec tamen ad fidem ea quæ dicta sunt peruenissent, fortasse minus esse uiderent, nec habere aliquid autoritatis. Nunc uerò cùm in effectũ ea quæ fuerãt ab eo dicta perueniant, cũ tanta aũt potestate atq; autoritate prædicta sint, manifestissimè declarat uera esse, quia homo factus salutaria præcepta hominib. tradidit. Quid uerò inde dicendũ est quod prophetæ de ipso antè prædixerant, non cessaturos principes ex Iuda, neq; duces de femoribus eius usquequo ueniat ille cui repositũ est, regnum scilicet, et usquequo ueniat expectatio gentiũ. Manifestissimè enim ex ipsa historia apparet ex his quæ hodie peruidentur, quia ex temporib. Christi ultra reges apud Iudæos non extiterunt. Sed & illę omnes ambitiones Iudaicæ in quibus se iactabãt quãplurimi, & in quibus exultabant, uel de tẽpli decore, uel de altaris insignibus, atq; omnibus illis sacerdotalibus infulis, in
Osee 3 dumẽtis q; pontificũ, simul destructa sunt. Cõpleta est enim prophetia quæ dixerat: Per dies multos sedebũt filij Israel sine rege, sine principe, non erit hostia, nec altare, nec sacerdotium, nec respõsa. His ergo testimonijs utimur aduersus eos qui uidẽtur asserere de his quæ in Genesi ab Iacob dicta sunt, quod de Iuda dicta sint: & dicunt permanere adhuc principẽ ex genere Iudæ, istum uidelicet qui est gentis eorũ princeps quẽ nominant Patriarchã, nec deficere posse de semine eius qui permaneat usq; ad aduentũ eius Christi quẽ sibijpsi describunt. Sed si uerũ est quod ait Propheta, quia dies multos sedebunt filij Israel sine rege, sine principe, nec erit hostia, nec altare, nec sacerdotiũ: & utiq; ex quo subuersum est templũ, nec hostię offerũtur, nec altare inuenitur, nec sacerdotiũ: constat & certissimũ est defecisse principes ex Iuda, sicut scriptũ est, & ducẽ ex femoribus eius usquequo ueniet ille cui repositũ est. Cõstat ergo quia uenit ille cui repositum est, in quo expectatio gẽtium est. Quod manifeste uidetur impletũ de multitudine eorum qui per Christũ deo ex diuersis gentibus crediderunt. Sed & in Deuteronomij Cantico per prophetiã designatur, pro peccatis prioris populi futura esse insensatæ
Deut. 32 gentis electio, nõ alia utiq; q̃ hæc quæ per Christũ facta est. Sic enim ait: Exacerbauerũt me in simulacris suis, & ego in zelo cõcitabo eos, in gente insipiẽte irritabo eos. Est ergo satis euidenter agnoscere, quemadmodũ Hebræi qui Deum exacerbare dicunt in his qui non sunt dij, & irritasse eum in simulachris suis irritati sint & ipsi zelotypia per gẽtem insipientẽ, quã Deus elegit per aduentũ Iesu Christi & discipulos eius. Sic enim
1. Cor. 1 dicit Apostolus: Videte enim uocationẽ uestram fratres, quoniam nõ multi sapientes inter uos secundũ carnem, nõ multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta mundi sunt elegit deus, & ea quę non sunt, ut ea quæ erant prius, destrueret. Non ergo glorieẽ

carnalis

carnalis Israel: ita nanq; ab Apostolo uocat̃: non inquã glorietur caro in cõspectu Dei. Sed & de his quæ in Psalmis prophetant̃, quid dicendũ est? In eo maximè qui scribitur Psal. 45
Canticũ pro delicto, ubi refert̃ quia lingua eius calamus scribæ uelociter scribentis, de corus super filios hominũ, quoniã effusa est gratia in labijs eius. Indiciũ autẽ effusæ gratiæ in labijs eius hoc est, quod breui tempore transacto: anno enim & aliquot mentib. docuit: uniuersus tamen orbis, doctrina & fide pietatis eius impletus est. Orta est ergo in dieb. eius iustitia, & abundantia pacis permanens usq; ad finẽ, qui finis ablatio lunæ appellatus est. Et dominabit̃ à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad fines terræ. Datũ Psal. 71
est autem & signũ domui Dauid: Virgo enim in utero cõcepit, & peperit Emmanuel, Esa. 7
quod est interpretatũ nobiscũ deus. Scitote gentes & uincimini. uicti enim sumus, & superati qui ex gentibus sumus, & uelut exuuiæ quædam uictoriæ eius existimus, qui eius gratiæ colla nostra subiecimus. Sed & locus natiuitatis eius prædictus est in Michæa propheta dicente, Et tu Bethleem Iuda nequaq; minima es in ducib. Iuda: ex te enim exiet dux qui regat populũ meum Israel. Sed & septimanæ annorum impletæ sunt usq; ad ducem Christũ quas prædixerat Daniel propheta. Adest nihilominus & is qui in Iob dictus est beluam ingentẽ consumpturus, qui & dedit potestatẽ familiarib. discipulis suis calcare super serpẽtes, & scorpiones, & supra omnem uirtutẽ inimici nihil ab eo nocẽdis. Sed & si quis cõsideret apostolorũ Christi per singula loca discursus, in quibus ab eo missi euangeliũ prædicarunt, inueniet quæ & quot ausi sunt aggredi quæ supra hominẽ sunt: & quod explere potuerunt, ex deo est. Si cõsideremus quomodo homines nouã doctrinã ab eis audientes inferri, suscipere eos potuerunt, uel potius quod sæpe eis uolentes inferre pernicie diuina quidem quæ eis aderat uirtute repressi sunt, inueniemus nihil in hac causa humanis uiribus, sed totum diuina uirtute ac prouidẽtia procuratũ, euidentibus proculdubio signis & uirtutib. testimoniũ reddentibus uerbo & doctrinæ eorũ. His autem breuiter demonstratis, id est de deitate Iesu Christi & de omnib. his quæ de ipso prophetata fuerant expletis, simul illud etiam arbitror approbatum, quod & scripturæ ipsæ quæ de eo prophetauerãt, diuinitus inspiratæ sint, quæ uel de aduentu eius, uel de potestate doctrinæ, uel de omni gentiũ assumptione prædixerant. Quibus etiam illud addendũ, quod siue prophetarũ uaticinia, siue Moysi lex diuina etiam & diuinitus inspirata ex eo maximè illuminata est, & probata, ex quo in hunc mundũ Christus aduenit. Ante enim q̃ complerent̃ ea quæ ab illis fuerant prædicta, quãuis uera essent, & à deo inspirata, tamen ostendi uera esse non poterãt pro eo quod nondũ probarent̃ impleta. Aduentus uerò Christi uera esse & diuinitus inspirata quæ dixerant declarauit, cùm utiq; prius haberet̃ incertum si eorum quæ prædicta fuerant, exitus esset implendus. Sed & si qui cum omni studio & reuerẽtia qua dignum est prophetica dicta consideret, in eo ipso dum legit, & diligentius intuetur, certum est quod aliquo diuiniore spiramine mentem sensumq; pulsatus agnoscet non humanitus esse prolatos eos quos legit, sed dei esse sermones: & ex semetipso sentiet nõ humana arte, nec mortali eloquio, sed diuino (ut ita dixerim) cothurno libros esse cõscriptos. Legẽ ergo Moysis splendor aduẽtus Christi per fulgorẽ illuminãs, id quod superpositũ erat literæ eius uelamen abstraxit, et omnia quę coopertura uerbi bona tegebant̃, uniuersis in se credentibus reserauit. Verùm satis operosa res est enumerare singula quę à prophetis olim prædicta sunt, qualiter & quãdo completa sint, ut ex his uideamur eos qui dubitant confirmare: quum possibile sit unicuiq; uolenti de his diligentius noscere, ex ipsis libris ueritatis probamenta abundantius cõgregare. Si uerò his qui minus in diuinis eruditi disciplinis, nõ statim in prima frõte literæ sensus qui supra hominẽ est uidet̃ occurrere, nihil mirũ est, quod quæ diuina sunt ad homines paulò latentius deferunt̃, et eò magis latent, quo quis uel incredulus, uel indignus. Nã cùm certũ sit omnia quæ in mundo sunt, uel gerunt̃, dei prouidẽtia dispensari, quædã quidẽ satis euidẽter apparẽt. quòd prouidẽtiæ gubernatione digesta sint: alia uerò tã occultè tamq; incõprehensibiliter occultant̃, ut penitus in his lateat diuinæ ratio prouidẽtię, ita ut interdũ à nõnullis nec crederent̃ quidẽ ad prouidentiã pertinere, quoniã ratio ab eis latet per quã ineffabili quadã arte opera diuinæ prouidentiæ dispensent̃. Quæ tamen ratio non æqualiter omnib. occultata est. Nam & inter ipsos homines ab alio minus, ab alio amplius consi-

derat̃. Plus uerò ab omni homine qui in terris est, quisquis ille est cœli habitator agnoscit. Et aliter claret corporũ ratio, aliter arborũ, aliter animaliũ: aliter uerò tegit̃ animorum et diuersarũ rationabiliũ mentiũ motus, qualiter per diuinã prouidentiã dispensentur: plus quidẽ homines, non parũ etiam (ut ego arbitror) angelos latet. Sed sicut non idcirco refellit̃ diuina prouidentia ab his maximè q̃ eam esse certi sunt, quia opera eius uel dispensationes humanis ingenijs cõprehendere non possunt: ita ne scripturę quidẽ sanctę diuina esse inspiratio, quę per corpus eius extendit̃, propterea nõ putabit̃ quod infirmitas intelligentiæ nostræ nõ ualet per singula uerba occultas & latẽtes inuestigare sententias, dum in uilioríb. et incomptis uerborũ uasculis diuinæ sapientię thesaurus
2. Cor. 4 abscondit̃, sicut & Apostolus designat dicẽs, Habemus thesaurũ hunc in uasis fictilib. ut eo magis diuinæ potentiæ uirtus effulgeat, dũ nullus humanæ intelligentiæ fucus in dogmatũ ueritate miscetur. Si enim uel arte Rhetorica, uel philosophica calliditate cõscripti libri nostri ad credendũ illicerent homines, sine dubio fides nostra putaret̃ in uerborũ arte consistere atq; in sapientia humana, & nõ in uirtute dei. Nunc uerò omnibus notũ est, quod prędicationis huius uerbum ita à quãplurimis in omni penè orbe susceptum est, ut nõ in suasorijs humanæ sapientiæ uerbis, sed in ostentatione spũs & uirtutis etiã intelligerent quæ credebãt. Propter quod cœlesti uirtute, imò etiã plus q̃ cœlesti ad finem credulitatẽq; putẽt se perduci, pro eo scilicet ut solum omniũ creatorem deum nostrũ colamus. Tentemus & nos niti magnopere, quo derelinquentes initiorũ Christi sermonẽ quæ sunt prima initia sapientiæ, ad perfectionẽ feramur, ut illa sapiẽtia quæ perfectis tradit̃, etiam nobis tradat̃. Ita nãq; pollicetur ille cui cõmissa est huius sa-
1. Cor. 2 pientiæ prædicatio dicens: Sapientiã autem loquimur inter perfectos, sapientiã autem non huius mundi, neq; principũ huius mundi qui dissoluunt̃. Ex quo ostendit quia nihil cõmune habeat hæc nostra sapientia, quantũ ad sermonis decorẽ pertinet, cum huius mundi sapientia. Hæc igitur sapientia clarius & perfectius describit̃ in cordib. nostris si nobis patefacta fuerit secundũ reuelationẽ mysterij quod temporib. æternis absconditum est, nunc autem manifestũ est per scripturas propheticas, & per aduentũ domini & Saluatoris nostri Iesu Christi: cui est gloria in æterna secula. Amen.

Quod multi spiritaliter non intelligentes scripturas, & malè intelligentes, in hæreses declinarunt. Cap. II.

Is igit̃ breuiter assignatis de eo quod p̃ spiritũ sanctũ scripturæ diuinæ inspiratæ sunt, necessariũ uidet̃ etiã illud explicare, quo pacto nõ rectè quidam legentes errorib. se q̃plurimis tradiderũt, pro eo quod qua uia ad intelligentiam diuinarũ literarũ debet incedi, à quãplurimis ignoret̃. Denique Iudæi per duritiã cordis sui, & dum sibimetipsis uolunt uideri sapientes, domino & Saluatori nostro nõ crediderunt, ea quæ de ipso prolata sunt secundũ literam debere intelligi existimãtes: id est quod sensibiter ac uisibiliter debuerit prædicare captiuis remissionẽ, & quod debuit prius ędificare ciuitatẽ dei, simul & exterminare currus Effraim, & equũ de Hierusalem. sed & butyrum & mel manducare, ut priusq̃ cognosceret proferre malum, eligeret bonũ. Sed & lupum animal istud quadrupes existimant prophetatũ quia debet in aduentu Christi pasci cum agnis, & pardus requiescere cum hœdis, uitulus autem & taurus simul cum leonib. pasci, et à paruulo puero duci ad pascua, bouem uerò & ursum simul in pastibus recubare, eorumq; fœtus pariter enutriri, leones quoq; unà cum bobus astare præsepib. & uesci paleis. Horum igitur omnium quæ de eo prophetata sunt nihil gestum esse secundũ historiam peruidentes, in quibus præcipuè signa aduentus Christi obseruanda esse credebãt, suscipere præsentiã domini nostri Iesu Christi nolebant: quinimò & uelut contrariã falsoq;, id est contra prophetiæ fidem, assumentẽ Christi nomen, cruci illum affixerunt. Tum uerò hæretici legentes
Hier. 15 quod scriptũ est, Ignis accensus est ex furore meo: & Ego dominus zelans, & reddens
Exod. 20 peccata patrum in filios in tertiam & quartam progeniem, qui unxi Saul in regem: &
Esa. 45 Ego dominus qui facio pacem, & creo mala: & iterum: Nõ est malitia in ciuitate quam
Amos 3 dominus nõ fecerit: & Descenderunt mala à domino super portas Hierusalẽ: & q̃ spiri
Mich. 1 tus malignus à deo suffocabat Saul, & multa alia his similia quæ scripta sunt legentes,

dicere

dicere quidē eas non esse Dei scripturas non ausi sunt asserere, sed eas cōditoris Dei illius quē Iudæi colebāt, putarunt, quem iustū tantūmodo, non etiam bonū credi debere existimauerūt: Saluatorē uerò aduenisse, ut perfectiorē nobis annunciaret Deū, quem negāt esse cōditorē mundi, diuersis etiam de hoc ipso opinionib. dissidentes: quoniam quidē semel recedentes à fide creatoris Dei, qui est omniū Deus, figmentis se uanis ac fabulis tradiderūt, cōmentantes quædā, & dicētes alia esse uisibilia & ab alio facta, alia uerò quædā inuisibilia & ab alio cōdita, prout eis animæ suæ phantasia uanitasq; suggesserit. Sed & nōnulli ex simpliciorib. quibusq; eorū qui intra ecclesiæ fidē cōtineri uidentur, maiorē quidem creatore nullū opinant, rectā in hoc tenentes sanāq; sententiā, uerū talia de eo sentiūt, quæ nec de aliquo iniustissimo & immitissimo homine sentienda sunt. Horū autem omniū falsæ intelligentiæ causa his quib. suprà diximus, nō alia extitit, nisi quod sancta scriptura ab his non secundū spiritalē sensum, sed secundū literę sonum intelligit. Propter quod conabimur pro mediocritate sensus nostri his qui credunt scripturas nō humana uerba aliqua esse cōposita, sed sancti spūs inspiratione conscripta, & uoluntate Dei patris per unigenitū filium suū Iesum Christū nobis quoq; esse tradita & cōmissa, quæ nobis uident recta uia intelligentiæ, obseruantib. demonstrare illam regulā & disciplinā quam ab Iesu Christo traditā sibi apostoli, per successionē posteris quoq; suis sanctā ecclesiā docentibus, tradiderunt. Et quidē quod dispensationes quædā mysticæ iudicent per scripturas, omnes (ut arbitror) etiā simpliciores quiq; confitent. Quæ tamen istæ, uel cuiusmodi sint, si quis rectæ mentis est, nec iactantiæ uitio fatigat, religiosius se fatebit ignorare. Nam si quis (uerbi gratia) proponat nobis de filiab. Lot, quod patri contra fas uidentur admixtæ, uel de duabus uxorib. Abraham, siue de duabus sororib. quæ nuptæ sunt Iacob, siue de duabus ancillis numerositatē ei augentibus filiorū, quid aliud responderi potest q̄ etiam hæc sacramēta quædā & formas spiritaliū rerum, à nobis tamen ignorari cuiusmodi sint? Sed & constructionē tabernaculi cùm legimus, certum quidem habemus, quod hæc quæ scripta sunt, figuræ occultarum quarundā rerum sunt: aptare ea tamen suis modis, & per singula perire atq; dissere re, perdifficile, nō dicam impossibile, puto. Esse tamen (ut dixi) descriptionē illam plenam mysteriorū, etiam cōmunem nō refugit intellectū. Sed & omnis illa narratio quæ uel de nuptijs, uel filijs procreatis uidet esse cōscripta, uel de diuersis prælijs, uel de quibuslibet alijs historijs, quid aliud q̄ formæ ac figuræ credendæ latentiū sacrarumq; rerum? Verū pro eo quod parū studij ad exercendū ingeniū homines adhibēt, uel quod antequā discant, scire se putant, inde fit ut nunq; scire incipiant: aut si certè nec studium defuerit, nec magister, si tanq; diuina quærant, id est religiose & piè, & quæ Deo reuelante à quāplurimis sperentur aperiri, quoniā quidem humanis sensibus ualde & difficilia & obscura sunt, tamen demum fortassis qui ita quæsierit quæ inuenire fas est, inueniet. Sed ne fortassis tantūmodo in propheticis hęc difficultas putet ineſſe sermonibus: quando quidē certum est quod omnes cernunt stylum propheticū figuris & ænigmatibus confertū: quid cùm ad Euangelia uenimus? Nunquid ibi etiā sensus interior, utpote sensus diuinus, latet? Qui per illam tantūmodo gratiam reuelat, quam acceperat ille qui dicebat, Nos autem sensum Christi habemus, ut sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur, nō indoctis humanæ sapiētiæ uerbis, sed in doctrina spūs. Iam uerò illa quę Ioāni reuelata sunt, si quis legat, quomodo nō obstupescet tantam inesse occultationē ineffabiliū sacramentorū? In quibus manifestè ab eis etiam qui intelligere non possunt quid in his lateat, intelligit tamen quod lateat quid. At uerò epistolæ apostolorū qui uidentur aliquib. esse planiores, nōne tam profundis repletæ sunt sensibus, ut p eas his qui possunt intelligere diuinæ sapientiæ sensum, quasi per breue quoddam receptaculū immensæ lucis claritas uideat infundi? Vnde quoniā hęc ita se habēt, & multi sunt qui in hac uita errant, non arbitror esse sine periculo facile pronunciare, quenq; nosse uel intelligere ea, quæ ut aperiri possint sciētiæ claui opus est: quā clauem dicebat Saluator esse apud legisperitos. In hoc loco licet per excessum quendā, inquirendum ab his tamē puto, qui dicunt q̄ ante aduentū Saluatoris non erat ueritas apud eos qui in lege uersabant, quō à domino nostro Iesu Christo dicatur, quia claues scientiæ apud illos sint qui libros prophetarū & legis habebant in manibus. Ita enim dixit:

Gen. 19.29

1.Cor.2

Væ uobis legis doctorib. qui tulistis clauē scientiæ, ipsi nō introistis, & uolentes intrare prohibuistis. Verū (ut dicere cœperamus) uiam quę nobis uidet recta esse ad intelligendas scripturas, & sensum earū requirendū, huiusmodi arbitramur, sicut ab ipsa nihilominus scriptura qualiter de ea sentiri deceat, docemur. Apud Salomonē inueni-
Prou. 22 mus in Prouerbijs tale aliquid de diuinæ scripturæ obseruātia præcipi. Et tu, inquit, describe tibi hæc tripliciter in cōsilio & sciētia, & ut respōdeas uerba ueritatis his qui proposuerunt tibi. Tripliciter ergo describere oportet unūquenq; intelligentiā diuinarū literarū, id est ut simpliciores quiq; ædificent ab ipso (ut ita dixerim) corpore scripturarum. sic enim appellamus cōmunem istum, & historialē intellectū. Si qui uerò aliquantum iam proficere cœperūt, & possunt amplius aliquid intueri, ab ipsa scripturæ anima
1. Cor. 2 ædificent. Qui uerò perfecti sunt, & similes his de quib. Apostolus dicit, Sapientiā autem loquimur inter perfectos, sapientiā autem nō huius mundi, neq; principū huius seculi qui dissoluunt: sed loquimur Dei sapientiā in mysterio absconditā, quam prędestinauit Deus ante secula in gloria nostra: hi tales ab ipsa spiritali lege quæ umbrā habet futurorū bonorū, tanq; à spiritu ædificant. Sicut ergo homo constare dicit ex corpore, & anima, & spiritu, ita etiā sancta scriptura quę ad hominū salutē diuina largitione concessa est. Quod nos etiā in libello Pastoris, qui à nōnullis cōtemni uidet, designatū uidemus, cùm iubet Hermes duos libellos scribere, & postea denunciare presbyteris ecclesiæ quæ à spiritu didicit. Quod his uerbis scriptū est. Et scribes, inquit, duos libellos, & dabis unū Clementi, & unum Graptæ. Et Grapte quidem cōmoneat uiduas & orphanos, Clemens uerò mittat per omnes ciuitates quæ foris sunt, tu uerò annunciabis presbyteris ecclesiæ. Est ergo Grapte quæ orphanos & uiduas uidet cōmonere, purus ipsius literę intellectus: per quem cōmonent animæ pueriles quæ nondū Deum patrē habere meruerunt, & propterea orphanæ appellant. Sed uiduæ sunt quæ ab illo quidē iniquo uiro cui contra legem iunctæ fuerant, recesserunt, uiduæ uerò permanent ex eo quod nondū profecerunt in hoc, ut cœlesti sponso iungerent. Clemens uerò his q; iam recedunt à litera in eas quæ foris sunt, ciuitates mittere iubet quæ dicta sunt, uelut si diceret ad eas animas quæ per hoc ædificatę extra corporis curā, & extra desideria carnalia esse cœperunt. Ipse uerò qui à spū sancto didicerat, nō per literas, neq; per libellū, sed uiuenti uoce iubet annunciare presbyteris ecclesiæ Christi, id est qui maturū prudentiæ sensum pro capacitate doctrinæ spiritalis gerunt. Illud sanè nō ignorandū, esse quædam in scripturis in quibus hoc quod diximus corpus, id est cōuenientia historialis intelligentiæ nō semper inuenit, sicut in consequentib. demōstrabimus: & est ubi ea quā
Ioan. 2 diximus anima, uel spiritus, solūmodo intelligenda sunt. Quod etiam in Euangelijs de signari puto, cùm dicunt pro purificatione Iudęorū sed hydriæ positæ capientes metretas binas, uel ternas. in quo, ut dixi, hoc uidet sermo Euāgelicus indicare, de his qui dicunt in occulto ab Apostolo Iudæi, quod hi purificent per uerbū scripturę, capiētes interdum quidē duas metretas, id est animæ uel spūs secundū quod suprà diximus, intellectum recipientes: interdū autem tres, cùm etiam corporalē intelligentiā quæ est historiæ, seruare lectio ad ædificationem potest. Sex uerò hydriæ cōuenienter dictæ sunt de his qui in mūdo positi purificant. In sex enim diebus (qui perfectus est numerus) mundum hunc & omnia quæ in eo sunt legimus cōsummata. Quanta igit sit utilitas in hoc primo quem diximus historiali intellectu, testimonio est omniū credentiū multitudo, quæ & satis fideliter & simpliciter credit, nec multa assertione indiget quod palā omnibus patet. Eius uerò intelligentiæ quā uelut animā esse scripturæ suprà diximus, exempla nobis quāplurima dedit Apostolus Paulus, sicut est in prima epist. ad Corinth. Scri
1. Cor. 6 ptum est enim, nō infrenabis bouem triturantē. Tunc deinde explanās qualiter præceptum istud deberet intelligi, addit dicens: Nunqd de bobus cura est Deo? An propter nos utiq; dicit? Propter nos enim scriptū est, quia debet qui arat in spe arare, & qui tritu rat in spe percipiēdi. Sed & alia huiusmodi q̄plurima quæ hoc modo sunt interpretata de lege, instructionē q̄plurimā audientib. conferunt. Spiritalis aūt explanatio est talis: si qs potest ostēdere quorū cœlestiū exēplarib. & umbræ deseruiunt hi qui secundū carnem Iudæi sunt, & quorū futurorū umbrā lex habet, & quæ huiusmodi in scripturis sanctis inueniunt: uel cùm requirit quæ sit illa sapientia in mysterio abscōdita quā prędestinauit

deſtinauit Deus ante ſecula in gloriã noſtram, quã nemo principũ huius ſeculi cognouit: uel illud quod dicit ipſe Apoſtolus, cũ exemplis quibuſdã utitur de Exodo, uel Numeris, & ait quia hæc in figura cõtingebãt illis, ſcripta ſunt autem propter nos in quos fines ſeculorũ deuenerunt: & occaſionẽ nobis prẽſtat intelligentiæ, ut poſſimus aduertere quorũ figuræ erant iſta quæ illis accidebãt, cùm dixit, Bibebant de ſpirituali conſequente eos petra, petra autẽ erat Chriſtus. 1.Cor.10

Sed & de tabernaculo in alia epiſtola meminit illius dicti, quod Moyſi fuerat præceptũ: Facies, inquit, ſecundũ formam, quæ tibi eſt in monte oſtenſa. Exod.25

Ad Galatas uerò ſcribens, & uerbis exprobrãs quoſdam qui uidebantur ſibi legere legẽ, & non intelligere, pro eo quod allegoriã eſſe in his quæ ſcripta ſunt, ignorabãt, ita cum increpatione quadã ad eos dicit: Dicite uos mihi qui ſub lege uultis eſſe, legẽ non audiſtis? Scriptũ eſt enim quod Abrahã duos filios habuit, unũ de ancilla, & unũ de libera. Sed qui de ancilla natus eſt, ſecundũ carnem natus eſt: qui autẽ de libera, ſecundũ repromiſſionẽ, quæ ſunt allegorica: Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Gal.4

In quo & hoc quoq; conſiderandũ eſt, quod cautè Apoſtolus dixerit, cùm ait, Legem nõ audiſtis? Audiſtis, hoc eſt intelligitis & cognoſcitis. Sed & in epiſtola ad Coloſſenſes breuiter ſenſum totius legis amplectens & cõſtringens: Nemo ergo, inquit, uos iudicet in eſca, uel in potu, aut in ſolẽnib. diebus, uel neomenia, uel ſabbato, quæ ſunt umbra futurorũ. Col.2

Ad Hebræos quoq; ſcribens, & de his qui ex circũciſione ſunt, diſſerens, ait: Hi qui exemplari & umbræ deſeruiũt cœleſtiũ. Heb.8

Sed fortaſſis per quinq; libros Moyſi hoc nõ uidebit dubitandũ ab his qui Apoſtoli ſcripta uelut diuinitus dicta ſuſcipiũt.

De reliqua uerò hiſtoria ſi requirãt, etiam illa quæ ibi inſerunt, in figura illis de quibus ſcribunt, dicenda ſunt cõtigiſſe: obſeruauimus nos etiã hoc dictum eſſe in epiſtola ad Romanos, ubi de Regnorũ libro iij. ponit Apoſtolus exemplũ dicens: Reliqui mihi ſeptẽ millia uirorũ qui nõ curuauerunt genua ante Baal. 3.Reg.19

Quod Paulus accepit uelut figuraliter dictũ de his qui ſecundũ electionẽ Iſraelitæ uocati ſunt, ut oſtenderet nõ ſolum nunc in gentib. profuiſſe aduentũ Chriſti, ſed quãplurimos etiam Iſraelitici generis ad ſalutẽ uocatos. Quæ cùm ita ſint, qualiter nobis de his ſingulis intelligẽda ſit ſcriptura diuina, uelut exempli & formæ gratia, quæ nobis occurrere poterunt, adumbrabimus, illud primò repetentes & oſtendentes: quomodo ſpiritus ſanctus prouidentia & uolũtate Dei per uirtutẽ unigeniti uerbi eius qui erat in principio apud Deũ Deus, miniſtros ueritatis prophetas & apoſtolos illuminabat ad cognoſcenda myſteria earũ rerum uel cauſarũ quæ inter homines, uel de hominib. gerunt. Homines autẽ nunc dico animas in corporib. poſitas, quæ illa myſteria cognita ſibi & reuelata per Chriſtũ uelut humana quædã geſta narrãtes, uel legales quaſdam obſeruãtias, præceptaq; tradentes figuraliter deſcribebãt: ut non qui uelit hæc uelut cõculcanda ante pedes haberet poſita, ſed qui ſe huiuſmodi ſtudijs cũ omni caſtimonia & ſobrietate, & uigilijs dediſſet, ut per hoc fortè in profundo latentẽ ſenſum ſpiritus Dei, & ſermonis uſitata narratione aliorũ proſpiciens contectũ, inueſtigare poſſet, atq; ita ſocius ſcientiæ ſpũs, & diuini cõſilij particeps fieret: quia nec aliter poteſt anima ad ſcientiæ perfectionẽ uenire, niſi diuinæ ſapiẽtiæ fuerit inſpirata ueritate. Igit de Deo, id eſt de patre & filio et ſpũ ſancto ab his uiris diuino ſpiritu repletis, principaliter deſignat: tum uerò de ſacramentis filij Dei, quõ uerbum caro factũ ſit, & qua de cauſa uſq; ad formã ſerui percipiendã uenerit (ut diximus) repleti diuino ſpũ protulerunt. Neceſſariò etiã deinde creaturis rationabilibus, tam cœleſtib. q; terrenis beatiorib. cõſequens erat eas mortaliũ genus diuinis ſermonib. edocere: ſed & differentiã animarũ, & unde iſtæ differẽtiæ ortæ ſint: tum deinde quid ſit hic mundus, & quare factus: ſed & unde malitia tanta ac talis eſt ſuper terras: quæ utrũ in terris ſit tantũmodo, an & in alijs aliquib. locis, ex diuinis ſermonibus diſcere neceſſariũ fuit. Cùm ergo de his talib. & horũ ſimilib. ſpiritui ſancto eſſet intẽtio illuminare ſanctas animas quæ ſe myſterio dederãt ueritatis, ſecũdo loco habet ille ꝓſpectus: ut propter eos qui uel nõ poſſent, uel nollent huic ſe labori atq; induſtriæ tradere, q̃ hæc tãta ac talia doceri uel agnoſcere mererent (ſicut ſupius diximus) inuolueret & occultaret ſermonib. uſitatis ſub prætextu hiſtoriæ cuiuſdã & narrationis rerũ uiſibiliũ, arcana myſteria. Inducit ergo uiſibilis creaturę narratio, & primi hominis cõditio atq; figmentũ, tũ deinde ex illo ꝓ ſucceſſionẽ ſecuta ꝓgenies, nõnulla quoq; rerũ geſtarum

gestarũ quæ à iustis quibusq; gesta sunt, referunt: etiam interdũ delicta quædã eorum cõmemorantur tanq; hominũ. Tum deinde & impiorũ scribunt aliquanta, uel impudi cè, uel nequiter gesta. Miro autẽ modo & præliorũ digesta narratio est, & nunc uincentium, nunc uictorũ descripta diuersitas, per quæ ineffabilia quædã his qui huiusmo di dicta perscrutari norunt, sacramenta declarant. Sed & scripturæ legali per admirandam sapientiæ disciplinã lex ueritatis inserit, & prophetarũ, quæ singula diuina quadã arte sapientiæ uelut indumentũ, quoddam & uelamen spiritaliũ sensuum tecta sunt: & hoc est quod diximus scripturæ corpus, ut etiã per hoc quod diximus literæ indumentum, sapientiæ arte cõtextum, possent complures ædificare & proficere, qui literaliter non possent. Sed quoniã si omnibus indumenti huius, id est historiæ legis fuisset consequentia custodita, & ordo seruatus, habentes continuatũ intelligentiæ cursum, nõ utique crederemus esse aliqd in scripturis sanctis intrinsecus, præter hoc quod prima fronte indicabat, inclusum: ista de causa procurauit diuina sapientia offendicula quædã, uel intercapedines intelligentiæ fieri historialis, impossibilia quædã & incõuenientia per mediũ inserendo: ut interruptio ipsa narrationis uelut obijcibus quibusdã legenti resistat obiectis, quibus intelligentiæ huius uulgaris iter ac transitũ neget, & extrusos nos ac exclusos reuocet ad alterius initiũ uiæ, ut ita celsioris cuiusdã & eminentioris tramitis per angusti callis ingressum immensam diuinæ scientiæ latitudinẽ pandat. Oportet autem etiã illud nos scire, quia cùm principaliter prospectus sit spiritui sancto intelligentiæ spiritalis consequentiã custodire, de his quæ geri debent, uel quæ iam trãsacta sunt: sicubi quidem cõuenerunt ea quæ secundũ historiam gesta sunt, uno narrationis sermone cõposuit, altius semper arcanũ sensum recondens: ubi autẽ spiritali cõsequentiæ rerum gestarũ historia conuenire nõ poterat, interdũ interseruit quædã, uel minus gesta, uel quæ omnino geri non possent, interdũ etiam quæ possent quidẽ geri, nec tamen gesta sunt: & nonnunq; paucis sermonib. qui secundũ corporalem intelligentiam non uident seruare posse ueritatẽ, interdũ multis insertis hoc facit. quod præcipuè in legislatione frequentari inuenit: ubi multa quidẽ sunt quæ in ipsis corporalib. præceptis utilia esse manifestũ est, aliquanta tamen sunt in quibus nulla prorsus ratio utilitatis ostenditur: interdũ uerò & impossibilia decernunt. Quæ omnia, ut diximus, idcirco procurauit spũs sanctus, ut ex his dum ea quæ in prima fronte sunt, uera uel utilia esse non possunt, ad inquisitionẽ ueritatis altius repetendã reuocemur, & dignũ Deo sensum in scripturis quas à Deo inspiratas credimus, perquiramus. Non solum autem de his quæ usq; ad aduentũ Christi sunt, hæc spiritus sanctus procurauit, sed utpote unus atq; idem spiritus, & ab uno Deo procedens, eadem simul etiam in euãgelistis & apostolis fecit. Nam ne illas quidẽ narrationes quas per eos inspirauit, absq; huiuscemodi quam suprà exposuimus, sapientia siue arte contexuit. Vnde etiã non parua permiscuit, quibus historialis narrãdi ordo interpolatus, uel intercisus per impossibilitatẽ sui reflecteret atq; reuocaret intentionẽ legentis ad intelligentię interioris examen. Sed ut reb. ipsis quod dicimus, agnoscat, ipsa iam scripturæ loca pulsemus. Cuinã quæso sensum habenti cõuenienter uidebitur dictũ, quod dies prima & secunda et tertia, in quibus & uespera nominat & mane, fuerint sine sole, & sine luna, & sine stellis: prima autem dies sine cœlo? Quis uerò ita idiotes inuenit, ut putet uelut hominẽ quendã agricolã Deum plan-
Gen. 2 tasse arbores in paradiso, in Eden contra orientẽ, & arborẽ uitæ plantasse in eo, id est lignum uisibile & palpabile, ita ut corporalib. dentibus manducãs, quis ex ea arbore, uitam percipiat? & rursus ex alia manducãs arbore, boni & mali scientiam capiat? Sed & illud quod Deus post meridiẽ deambulare dicit in paradiso, & Adam latere sub arbore, equidẽ nullum arbitror dubitare quod figurali tropo hæc à scriptura proferant, quo
Gen. 4 per hæc quædã mystica indicent. Cain uerò exiens à facie Dei, manifestè monet lectorem, ut requirat quæ facies Dei sit, & quomodo quis exire possit ab ea. Verũ ne nos opus quod habemus in manib. iusto amplius dilatemus, perfacile omni est uolenti congregare de scripturis sanctis quæ scripta sunt quidẽ tanq; facta, non tamen secundũ historiã cõpetenter & rationabiliter fieri potuisse credenda sunt. Hæc uerò scripturæ species etiã in Euangelicis libris affatim abundeq; signatur, cùm in excelsum montẽ Iesum imposuisse diabolus dicit, ut inde ei uniuersa mundi regna mõstraret, & gloriã eorum.

Quod

Quod ſecundū literam quomodo fieri potuiſſe uidebit, ut uel in excelſum montē educeretur à diabolo, uel etiam carnalib. oculis eius tanq; ſubiecta, & adiacentia uni monti omnia mundi oſtēderet regna, id eſt Perſarū regnum, & Scytharū, & Indorū, uel quomodo etiam reges ipſorū glorificant ab hominibus? Sed & alia quāplurima his ſimilia in euangelijs inueniet quicunq; attentius legerit: ex quo aduertet his narrationib. quæ ſecundū literam prolatæ uident, inſerta eſſe ſimulq; cōtexta ea quæ hiſtoria quidē non recipiat, ſpiritalis autem teneat intellectus. Sed & in præceptorū locis ſimilia quædam inueniunt. In lege quidem Moyſi præcipit exterminari quidem omne maſculinū quod non fuerit octaua die circūciſum: quod ualde inconueniens eſt: cùm oporteret ſi lex ſecundū hiſtoriam ſeruanda tradebatur, iuberi ut parentes punirent, qui filios ſuos non circūciderunt, ut & hi qui nutriunt paruulos. Nunc autē dicit ſcriptura, incircunciſus, id eſt qui non fuerit circūciſus, exterminabit de genere ſuo. Si uerò etiā de impoſſibilibus legibus inquirendū eſt, inuenimus Tragelaphū dici animal quod ſubſiſtere omnino non poteſt, quod inter munda animalia etiam coli iubet Moyſes: & Gryphum, quem nullus unq; meminit, uel audiuit humanis manib. ſuccumbere, manducari prohibet legiſlator. Sed & de ſabbato opinatiſſima obſeruatione ita dicit: Sedebitis unuſquiſq; in domibus ueſtris, nullus mouebit de loco ſuo in die ſabbatorū. Quod utiq; impoſſibile eſt obſeruare ſecundū literam. Nullus enim hominū poteſt tota die ita ſedere ut non moueat de loco in quo ſederit. De quibus ſingulis hi quidē qui ex circunciſione ſunt, & quicunq; in ſcripturis nihil amplius intelligi uolunt præterq; indicatur ex litera, hæc ne requirenda quidem arbitrant de Tragelapho, & Grypho, & uulture: fabulas autem quaſdam inanes & friuolas cōmentantur, ex neſcio quibus traditionib. proferentes de ſabbato, dicentes unicuiq; locum ſuum reputari intra duo millia ulnarum. Alij uerò, ex quibus eſt Doſitheus Samaritanus, notant quidē huiuſcemodi expoſitiones, ipſi autē ridiculoſius aliquid ſtatuūt, quia unuſquiſq; quo habitu, quo loco, qua poſitione in die ſabbati fuerit inuētus, ita uſq; ad ueſperā debeat permanere, id eſt uel ſi ſedens, ut ſedeat tota die: uel ſi iacens, ut tota die iaceat. Sed & quod ait, non leuare onus in die ſabbati, impoſſibile mihi uidet. Ex his em̄ ad fabulas infinitas ſicut ſanctus Apoſtolus dicit, Iudæorū doctores deuoluti ſunt, dicentes non reputari onus ſi calceamēta quis habeat ſine clauis, onus uerò eſſe ſi caligulas quis cum clauis habuerit. Et ſi quidē ſupra unū humerū aliquid portauerit, onus iudicāt: ſi uerò ſupra utrunq;, negabūt eſſe onus. Iam uerò ſi etiā de euāgelijs ſimilia requiramus, quō non uidebit abſurdū, ſi ſecundum literā ſentiat quod dicitur, Neminem in uia ſalutaueritis? Hoc enim putāt ſimpliciores quiq; Saluatorē noſtrum apoſtolis præcepiſſe. Sed & illud quō poſſibile uidebitur obſeruari, in his præcipuè locis ubi acerrima hyems gelu & pruinis, ut neq; duas tunicas, neq; calceamenta quis habere debeat? Sed & illud quod in dexterā quis maxillam percuſſus præbere etiam ſiniſtrā iubet, cùm omnis qui percutit dextra manu, ſiniſtram percutiat maxillā? Sed & illud de impoſſibilibus habendū eſt, quod in euangelio ſcriptū eſt, ut ſi oculus dexter ſcandalizauerit te, eruat: quia etiam ſi ponamus quod de oculis carnalibus dictū eſt, quomodo conſequens uidebit ut oculo utroq; cernente, ad unū ſcandali culpa, & hoc ad dextrū referat? Aut quis extra maximū crimen habebitur ipſe ſibi inferens manus? Sed fortaſſis extra hæc uidebunt eſſe literæ Pauli apoſtoli. Et quid eſt quod dicit? Circūciſus aliqs uocatus eſt, non adducat præputiū. Quod primo quidē ſi quis diligentius conſideret, non uidet ad ea dictum quæ ei propoſita in manibus habebant: Sermo nanq; ei erat de nuptijs, & caſtitate præcipiens, & uidebatur utiq; hæc in tali cauſa ſuperfluò memorata. Secundo uerò quid obeſſet, ſi obſcœnitatis uitandæ cauſa eius quæ ex circunciſione eſt, poſſet aliquis reuocare præputiū? tertiò, quod certè fieri id omni genere impoſſibile eſt. Hæc autem omnia à nobis dicta ſunt, ut oſtendamus quia hic proſpectus eſt ſpūs ſancti, qui nobis ſcripturas diuinas donare dignatus eſt, nō ut ex ſola litera, uel in omnibus ex ea ædificari poſſimus, quā frequenter impoſſibilē, nec ſufficientē ſibi adeſſe cōprehendimus: id eſt per quā interdū nō ſolū irrationabilia, uerūetiā impoſſibilia deſignent: ſed ut intelligamus cōtexta eſſe quædā huic uiſibili hiſtoriæ, quæ interius cōſiderata & intellecta, utilem hominibus et Deo dignā proferunt legem. Ne quis autem ſuſpicet nos hoc docere, quia nullā hiſtoriam

Gen. 17

Ridicula ſabb.

Hier. 17

Matth. 10

Matth. 5

1. Cor. 7

riam ſcripturæ factã eſſe ſentiamus, quoniã aliqua ex his non facta eſſe ſuſpicamur: uel nulla præcepta legis ſecundũ literam ſtare, quoniã quædam ſecundũ eam dicimus ſeruari nõ poſſe, in quibus uel ratio, uel rei poſſibilitas nõ admittit: uel ea quæ de Saluatore ſcripta ſunt, nõ putare etiam ſenſibiliter impleta, uel præcepta eius ſecundũ literam nõ debere ſeruari. Reſpondendũ ergo eſt, quoniã à nobis euidenter decernĩ, in quamplurimis ſeruari & poſſe & oportere hiſtoriæ ueritatẽ. Quis enim negare quidẽ poteſt, quod Abrahã in duplici ſpelũca ſepultus eſt in Ebron? Sed & Iſaac & Iacob, & ſinguli eorũ? Vel quis dubitat quod Sichima in portionẽ data eſt Ioſeph? Vel quod Hieruſalem Metropolis eſt Iudææ, in qua conſtructũ eſt templum Dei à Salomone? et alia innumerabilia. Multò enim plura ſunt quæ ſecundũ hiſtoriã cõſtant, q̃ ea quæ nudum ſenſum continent ſpiritalem. Tum deinde quis non affirmet mandatũ hoc quod præci-
Exod. 20 pit, Honora patrẽ tuum & matrem tuã, ut bene ſit tibi, etiam ſine ulla ſpiritali interpretatione ſufficere, & eſſe obſeruantibus neceſſariũ? maximè cùm & Paulus eiſdem uerbis repetens, confirmauerit ipſum mandatũ. Quid uerò oportet dicere de eo quod dictum eſt, Non adulterabis, nõ occides, non furtũ facies, non falſum teſtimoniũ dices, & cætera huiuſmodi? Iam uerò de his quæ in Euangelio mandata ſunt, ne dubitari quidẽ
Matth. 5 poteſt, quin ſecundũ literam quãplurima obſeruanda ſint, ſicut cùm dicit: Ego autẽ dico uobis, nõ iurare omnino: & cùm ait: Qui autem inſpexerit mulierẽ ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo. Sed & apud Paulum apoſtolũ quæ præ-
1. Theſ. 5 cipiuntur; Cõmonete inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſtinete infirmos, patientes eſtote ad omnes. & alia quãplurima. Veruntamen ſi quis attentius legat, non dubito quod in quãplurimis dubitabit utrum illa uel illa hiſtoria putetur uera eſſe ſecũdum literam, an minus uera: & illud uel illud præceptũ, utrum ſecundum literam obſeruandum ſit, nec ne. Propter quod multo ſtudio ac labore nitendũ eſt, quatenus unuſquiſq; legentiũ cum omni reuerentia intelligat ſe diuina, non humana uerba tractare quæ ſanctis libris inſerta ſunt. Nos ergo quã uidemus in ſcripturis ſanctis dignè & conuenienter obſeruari debere intelligentiã, huiuſmodi eſſe arbitramur. Gentem quandam prædicant ſuper terras diuinæ literæ effectam eſſe à Deo, quã plurimis nominibus appellauerunt: interdũ enim uniuerſa hæc gens Iſrael dicitur, interdũ Iacob: & maximè diuiſa gens ipſa à Roboam filio Nabad in duas partes eſt: & decem tribus quæ ſub eo factæ ſunt, appellatæ ſunt Iſrael: aliæ uerò duæ, cum quibus erat etiam Leuitica tribus, & ea quæ ex Dauid regio genere deſcendebat, Iudas nominata eſt: uniuerſa autem loca quę habebat gens iſta, quæ à Deo acceperat, Iudæa dicebanť, in qua Metropolis quaſi plurimarum urbiũ mater quædã dicitur. Quarũ urbiũ nomina in aliis quidẽ libris ſparſim frequẽter inuenies nominata: ſimul autem in unũ contexta, continenť in libro Ieſu Naue. Cùm ergo hæc ita ſe habeant, eleuare quodãmodo ex terra, & erigere intelligen-
1. Cor. 10 tiam noſtrã ſanctus Apoſtolus uolẽs ait in quodã loco: Videte Iſrael ſecundũ carnem. Per quod ſignificat utiq; quod alius Iſrael ſit qui nõ ſit ſecundũ carnem, ſed ſecundum ſpiritum. Et iterũ in alio loco dicit: Non enim omnes qui ex Iſrael ſunt, hi Iſraelitæ. Edocti igitur ab eo quia ſit alius ſecundũ carnem Iſrael, & alius ſecundũ ſpiritum, cùm dicit
Matth. 15 Saluator, Quia non ſum miſſus niſi ad oues domus Iſrael quæ perierunt, non ita accipimus ſicut hi qui terrena ſapiũt, id eſt Ebionitæ, qui etiam ipſo nomine pauperes appellantur: ſed intelligimus genus eſſe animarũ quæ Iſrael appellanť, ſecundũ quod & no-
Gen. 32 minis ipſius deſignat interpretatio. Iſrael namq; mens uidens Deum, uel homo uidens Deum interpretatur. Rurſus Apoſtolus de Hieruſalẽ talia quidẽ reuelat, quia quæ ſur-
Gal. 4 ſum eſt Hieruſalẽ, libera eſt, quæ eſt mater noſtra. Et in illa epiſtola ſua dicit: Sed acceſſiſtis ad Sion montẽ & ciuitatẽ Dei uiuentis Hieruſalẽ cœleſtem, & multitudinẽ angelorum collaudantiũ, & eccleſiam primitiuorũ quæ ſcripta eſt in cœlis. Si ergo ſunt quædã animæ in hoc mũdo quæ Iſrael appellanť, & in cœlo ciuitas aliqua quæ Hieruſalem nominať, conſequẽs eſt ut hæ ciuitates quæ gentis Iſraeliticæ dicunť, Metropolim habeãt Hieruſalẽ cœleſtẽ. Et ſecundũ hæc de omni Iuda intelligimus, de qua putamus etiã prophetas myſticis quibuſdã narrationibus locutos, cùm aliqua uel de Iuda, uel de Hieruſalẽ prophetarũt, uel ſi quæ ſanctæ hiſtoriæ illa uel illa occurſionũ genera Iudææ uel Hieruſalẽ prædicant accidiſſe. Quæcunq; ergo uel narranť, uel prophetanť de Hie-

ruſalem

rusalē, si Pauli uerba quasi Christi in eo loquentis audiuimus, secundū sententiā ipsius, utiq; de illa ciuitate quā dicit Hierusalē cœlestē, & de omnibus locis, uel urbibus quæ terræ sanctæ urbes esse dicuntur, quarū Hierusalē Metropolis est, dicta esse intelligere debemus. Ex ipsis namq; ciuitatibus etiam Saluatorē putandum est uolentē nos ad alti orē prouocare intellectū, promittere his qui bene cōmissam sibi pecuniā dispēsarūt, potestatē habere supra decē ciuitates, uel supra quinq; ciuitates. Si ergo ꝓphetiæ quæ de Iudæa & Hierusalē, & de Iuda & Israel, & Iacob ꝓphetatæ sunt, dū nō à nobis carnaliter intelligunt, mysteria quędā diuina significant: cōsequens utiq; est etiā illas prophetias quæ uel de Ægypto uel de Ægyptijs uel de Babylonia uel de Babylonijs, & Sidone ac Sidonijs prolatę sunt, nō de Ægypto ista quę in terris posita, uel Babylone, uel Tyro uel de Sidone intelligi prophetatas. Neq; em̄ ea quę Ezechiel prophetauit, cōuenire alicui hominū possunt qui regnasse uideatur in Ægypto, sicut manifeste exitus ipse indicat lectionis. Similiter & ea quæ de principe Tyri dicunt̄, & maxime in Esaia, quō possibile est nos dicta de homine suscipere? Neq; em̄ homo est qui dicit̄ cecidisse de cœlo, uel qui lucifer fuit, uel q mane oriebat̄. Sed illa nihilominus quæ in Ezechiele dicta sunt de Ægypto, uelut in quadraginta annis exterminānda, ita ut pes hominis nō inueniat̄ in ea, & intantū, expugnāda, ut per omnem terrā eius humanus sanguis usq; ad genua exalteť, nescio si quis intellectū habēs hoc de Ægypto ista terrena quæ Æthiopiæ adiacet, possit aduertere. Sed uidendū est ne forte ita digne possit intelligi, quod sicut cœlestis est Hierusalem & Iudæa, & gens sine dubio quæ habitat in ea, quæ dicit̄ Israel, ita possibile est etiā uicina his loca esse quædā, quæ uel Ægyptus uel Babylon, uel Tyrus, uel Sidon appellari uideant̄: eorūq; locorū principes, atq; animæ si quæ in illis habitāt locis, Ægyptij, Babylonij, Tyrij ac Sidonij appellant̄. Ex quibus etiā secundum illā conuersationē quā ibi habent, captiuitas quædā uideat̄ effecta, per quam de Iudæa in Babylonē, uel Ægyptū à melioribus & superioribus locis descēdisse dicantur, uel in alias quasq; gentes esse dispersæ. Fortassis enim sicut hi qui de hoc mundo secundū communē mortem istam recedētes pro actibus suis & meritis dispensantur prout digni fuerint iudicati, alij quidē in locū qui dicitur infernus, alij in sinum Abrahæ, & per diuersa quæq; uel loca, uel mansiones: ita etiā ex illis locis uelut illic (si dici potest) morientes, à superis in hunc locū descendunt. Nā illis infernæ hic morientiū animæ dicunt̄. Credo ob hanc distinctionē infernus inferior à scriptura nominatur in psalmis: Quia liberasti animā meā ex inferno inferiori. Vnusquisq; ergo descendentium in terrā pro meritis, uel loco suo quem inhabitauerat, dispēsatur in hoc mūdo in diuersis locis uel gētibus, uel cōuersationibus, uel infirmitatibus nasci, uel à religiosis, aut certe minus pijs parentibus generari, ita ut aliquādo contingat Israelitā in Scythas descendere, & Ægyptiū pauperem deduci ad Iudæam. Veruntamen Saluator noster congregare uenit oues quæ perierāt domus Israel: & cū plurimi ex Israelitis nō acquieuissent doctrinæ eius, hi qui ex gentibus erant, uocati sunt. Vnde cōsequēs uidebitur etiā prophetias quæ singulis gentibus proferunt̄, reuocari magis ad animas debere, et diuersas māsiones earū cœlestes. Sed & historias rerum gestarū, quę dicuntur uel genti Israel, uel Hierusalē, uel Iudeæ accidisse, illis uel illis gentib. impugnātibus, perscrutandū est & perquirendū, quoniam in quamplurimis corporaliter gesta non constant, quomodo magis ista cōueniebant illis generibus animarū, quę in cœlo isto quod trāsire dicitur, habitabant, uel etiā nunc habitare putandę sunt. Si quis uero euidētiores rationes eorū de scripturis sanctis exposcat à nobis, respondendū est quia occultare magis hęc spiritui sancto in his quę uidētur esse historię rerum gestarum, & altius tegere consiliū fuit, in quibus descēdere dicuntur in Ægyptū, uel captiuari in Babyloniā, uel in ipsis regionibus quidā quidem humiliari nimis, & sub seruitio effici dominorū, alij uero in ipsis captiuitatis locis clari ac magnifici habiti sunt, ita ut potestates & principatus tenuerint: quę omnia (ut diximus) abscondita & celata in scripturę sanctę historijs cōteguntur, quia & regnū cœlorū simile est thesauro abscondito in agro, quē cum inuenerit homo abscōdit, & prę gaudio illius uadit, & omnia quę habet, uendit, & emit agrū illum. In quo dilucidius cōsidera, si non dicatur quod solū ipsum & superficies (ut ita dixerim) scripturę, id est quod secundum literam legitur, ager est repletus,

Esa. 14

Caue.

& florens omniũ generũ plantarijs: ille uero altior & profundus spiritalis intellectus, ipsi sunt thesauri sapientiæ & scientię absconditi, quos spiritus sanctus per Esaiã obscuros & inuisibiles & abscõditos thesauros uocat: qui ut inueniri possint, dei adiutorio opus est, qui solus potest portas æreas quibus clausi sunt & absconditi confringere, & seras ferreas uectesq; cõminuere, quibus prohibet ingressus perueniẽdi ad ea omnia
Gen. 7. 62 quæ in Genesi de diuersis animarũ generibus scripta sunt & obtecta, & de his seminibus ac generationibus quæ uel ad propinquitatẽ pertinent Israel, uel quæ ab eius progenie longius segregantur: sed & quæ sit illa descensio in Ægyptũ septuaginta animarũ, quæ septuaginta animæ fiant in Ægypto sicut sidera cœli in multitudine. Sed quia non oẽs qui ex ipsis erant, lumen sunt huius mũdi: non enim oẽs qui ex Israel, hi Israelitæ sunt: ex ipsis septuaginta animabus fiunt aliqui etiam sicut arena quæ est ad orã maris innumerabiles. Quæ descensio sanctorũ patrũ in Ægyptum, in hunc mundum uideri poterit ad illuminationem cæterorum, atq; humani generis institutionem à prouidentia dei esse concessa, ut per eos cæteræ animæ illuminatæ iuuarentur. Ipsis enim primis concessa sunt eloquia dei, quoniã solũ istud est genus quod uidere dicitur deũ. hoc enim Israelis nomen significat interpretatũ. Iam uero consequens est ut secundũ hæc aptari debeat, & interpretari illud quod decem plagis Ægyptus uerberatur ut dei populum permittat exire, uel ea quę in deserto cum populo geruntur, uel quod ex collatione omnis populi tabernaculũ constituitur, uel indumentũ sacerdotale contexitur, uel de uasis ministerij quæcunq; dicuntur, quia uere (sicut scriptum est) umbram in se formamq; cœlestium cõtinent. Manifeste enim Paulus ait de illis, quia umbræ & exemplari deseruiunt cœlestiũ. In hac eadem lege etiam nihilominus continetur, quib. legibus, quibusq; institutionibus in terra sancta uiuendũ sit. Sed & cõminationes positæ sunt his qui præuaricati fuerint legẽ: necnon & his qui purificatione indigebant, diuersa purificationũ genera, uelut qui frequentius essent polluendi, traduntur, ut per hæc tandem ad illã unam purificationem ueniant, postquam polluí ultra nõ licet. Sed & ad numerum populus ipse deducitur, licet non omnes: pueriles namq; animæ nondum tempus habent ex diuino præcepto numerari: sed ne illæ quidem animæ quæ nõ possunt fieri alterius caput, sed ipsæ subditæ sunt alijs uelut capiti, quas mulieres nominauit, quæ utiq; non adduntur in numerum illũ qui à deo præcipitur: sed illi soli numerantur qui uiri appellantur, quo scilicet ostenderetur nõ eas posse extrinsecus numerari, sed in his qui uiri appellantur, etiam eas comprehendi. Præcipue tamẽ ad sanctũ numerũ ueniũt hi qui parati sunt ad Israelitica bella procedere, qui possunt aduersus illos hostes inimicosq; bellare, quos sedenti à dextris suis filio subijcit pater, ut destruat omnẽ principatũ ac potestatẽ: ut per hos militũ suorum numeros qui deo militantes non se implicãt negotijs secularibus, aduersarij regna subuertat, à quibus scuta fidei circũferantur, & sapientiæ tela uibrentur, etiã in quib. & salutis galea coruscet, ac lorica charitatis deo plenum muniat pectus. Tales mihi uidentur quidem milites indicari, & ad huiuscemodi bella præparari, hi qui in diuinis libris per dei pręceptũ numerari iubentur. Horum uero multo clariores perfectioresq; designantur illi quorũ etiam capilli capitis numerari dicuntur. Illi sanè qui puniti sunt pro peccatis, quorũ corpora ceciderũt in deserto, similitudinẽ uidentur habere eorum qui profecerant quidem non parum, sed ad finẽ perfectionis peruenire minime potuerunt diuersis ex causis, quod uel murmurasse, uel idola coluisse, uel fornicati esse dicuntur, uel tale aliquid quale utiq; nõ liceret mente concipere. Sed ne illud quidem sacramento aliquo uacuũ puto, quod quidam pecora & multa alia possidentes præueniunt & præripiunt locũ aptum partubus & nutrimentis pecorũ, quem primum omnium Israelitici belli dextra defenderat. Quem locum à Moyse deposcentes, ultra Iordanis fluenta separantur, atq; à terræ sanctæ possessione secernuntur. Qui Iordanis uideri potest secundũ cœlestium formã rigare & inundare animas sitientes, & sensus adiacẽtes sibi. Vbi ne illud quidẽ otiosum uideat, quod Moyses quidẽ audit à deo quæ in Leuitici lege descripta sunt: populus uero in Deuteronomio auditor Moysis efficitur, & ab illo discit eam quã à deo audire non potuit legem. Propterea enim uelut secunda lex Deuteronomiũ dicitur, quod nonnullis significare uideat hoc ipsum, quod cessante lege prima quæ per Moysen data est

ta est, uideatur secunda legislatio deformari, quæ specialiter à Moyse traditur Iesu successori eius: qui utiq; formã seruare creditur Saluatoris nostri, cuius secũda lege, id est præceptis euangelicis ad perfectum omnia perducuntur. Sed uidendum est ne forte magis illud indicare uideatur, qd' sicut in Deuteronomio euidentior & manifestior legislatio declaratur, q̃ in his quæ scripta sunt: ita & ab eo aduentu Saluatoris quem in humilitate compleuit, cum formam serui suscepit, clarior ille & glorioſior secundus in gloria patris eius indicetur aduẽtus, & in illo forma Deuteronomij cõpleatur, cum in regno cœlorũ sancti oẽs æterni illius Euangelij uiuant. Et sicut nunc adueniens legẽ repleuit eam quæ umbram habet futurorum bonorũ, ita & per illum glorioſum implebitur, & ad perfectum adducetur, huius aduentus umbra. Ita enim dixit Propheta de eo: Spiritus uultus nostri Christus dominus, cui diximus, quia in umbra eius uiuemus in gentibus, cum scilicet ab euãgelio temporali dignos oẽs sanctos ad euangeliũ æternum transferet, secundũ quod Ioãnes in Apocalypsi de æterno euangelio designauit. *Thren. 4*

Verum in his omnibus sufficiat nobis sensum nostrũ regulæ pietatis aptare, & ita sentire de sancti spiritus uerbis, quod non secundũ humanæ fragilitatis eloquiũ nitet sermo cõpositus, sed sicut scriptũ est, omnis gloria regis intrinsecus est, & diuinorũ sensuũ thesaurus intra fragile uasculum uilis literæ continetur inclusus. Porrò autẽ si quis curioſus explanationẽ singulorum requirat, ueniat, & nobiscũ pariter audiat quomodo Paulus apoſtolus per spiritũ sanctum qui perscrutatur etiam profunda, altitudinẽ diuinæ sapientiæ ac scientiæ scrutans, nec tamen ad finem & (ut ita dixerim) ad intimã cognitionẽ prẽualens peruenire, desperatione rei, & stupore clamat & dicit: O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei. Et quod desperatione perfectæ comprehensionis hoc proclamauerit, audi ipsum dicẽtem: Quàm inscrutabilia sunt iudicia dei, & q̃ inuestigabiles uiæ eius. Non enim dixit, difficile posse scrutari iudicia dei, sed omnino non posse: nec dixit difficile inuestigari uias eius, sed non posse inuestigari. Quãtumcunq; enim quis in scrutando promoueat, & studio intentiore proficiat, gratia quoq; dei adiutus, sensuq; illuminatus, ad perfectum finem eorum quę requiruntur, peruenire non poterit, nec omnis mens quę creata est possibile habet ullo genere comprehendere, sed ut inuenerit quædã ex his quæ quærunt, iterum uidet alia quæ quærẽda sunt. Quod & si ad ipsa peruenerit, multo iterũ plura ex illis quæ requiri debeant, peruidebit. Propter quod & sapientissimus Salomon naturam rerũ per sapientiã intuens, ait: Dixi, sapiens efficiar, & ipsa sapientia longe facta est à me, longe plus q̃ erat. & altitudinem profundã quis inueniet? *Rom. 11* *Eccle. 7*

Sed & Esaias sciens rerum initia à natura mortali inueniri non posse, sed ne ab his quidem naturis quæ quamuis diuiniores sint q̃ humana est, factæ tamen & ipsæ uel creatæ: sciens ergo quod à nulla harum neq; initium, neque finis inueniri potest: ait: priora quę fuerint dicite, & scimus quia dij estis: uel nouissima quæ sunt annunciate, & tũc uidebimus quia dij estis. Nam & Hebræus doctor ita tradebat: pro eo quod initium omnium uel finis non possit ab ullo comprehendi, nisi tantũmodo à domino Iesu Christo, et à spiritu sancto, aiebat per figurã uisionis Esaiam dixisse duos Seraphim solos, qui duabus quidem alis operiũt faciem dei, duabus uero pedes, & duabus uolãt, clamantes ad inuicẽ sibi & dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus, dominus deus Sabaoth, plena est uniuersa terra gloria tua. Quod ergo sola utraq; alas suas habent in faciem Dei, & sub pedibus eius, audendum est pronunciare quod neq; exercitus sanctorũ angelorũ, neq; sedes sanctæ, neq; dominationes, neq; principatus, neq; potestates scire possunt integrè initiũ omniũ & fines uniuersitatis. Sed intelligendum est sanctos istos qui annumerant spiritus & uirtutes proximas quidẽ esse ipsis initijs, & attingere tantum quantum consequi non ualent reliqui: ueruntamen quodcũq; illud qd' reuelante filio dei & spiritu sancto didicerunt istæ uirtutes, quamplurima qui dẽ assequi potuerunt, & multo plura priores inferioribus, omnia tamen cõprehendere impossibile eis est: quia scriptũ est: quãplurima ex operibus dei in secretis sunt. Vnde & optabile est ut pro uiribus se unusquisq; semper extẽdat ad ea quę priora sunt, ea quæ retrorsum sunt obliuiscens, tã ad opera meliora, q̃ etiam ad sensum intellectumq; puriorẽ per Iesum Christũ saluatorem nostrũ, cui est gloria in secula seculorũ. Amen. *Esa. 6*

Omnis ergo cui ueritatis cura est, patũ de omnibus nominib. & sermonibus curent;

quia per singulas gentes diuersæ uerborũ consuetudines habentur: & hic magis quod significatur, & qualibus uerbis significetur, intendat: præcipue in tam magnis & tã difficilibus rebus: sicut cum quęritur (uerbi causa) si sit aliqua substãtia in qua neq; color neq; habitus neq; tactus neq; magnitudo intelligenda sit, mente sola cõspicabilis, quã prout uult quis ita & nominat: nam Græci ἀσώματον eam, id est incorpoream dixerũt, diuinæ uero scripturæ inuisibilẽ esse pronunciant: imaginem enim inuisibilis dei dicũt esse Christum. Sed & rursum per Christum creata dixit omnia uisibilia & inuisibilia. Per quod declaratur esse etiam in creaturis quasdam inuisibiles secundum proprietatẽ suam substantias: sed hæ quamuis ipsæ non sint corporeæ, utuntur tamen corporibus, licet ipsę sint corporea substantia meliores. Illa uero substantia trinitatis quę principiũ est & causa omnium, ex qua omnia, & per quam omnia, & in qua omnia, neq; corpus, neq; in corpore esse credẽda est, sed ex toto incorporea. Verũ hæc per excessum quendam, rei tamen ipsius cõsequentia commonitos breuiter dixisse sufficiat ad ostendendum id, quòd sunt quædam quorum significationẽ proprie nullus omnino potest humanæ linguæ sermonibus explicare, sed simpliciore magis intellectu, quàm ullis uerborum proprietatibus declarantur. Ad quam regulam etiam diuinarum literarum intelligentia retinenda est, quo scilicet ea quæ dicuntur, non pro utilitate sermonis, sed ꝑ diuinitate sancti spiritus qui eas conscribi inspirauit, censeantur.

Anacephalæosis de patre & filio & spiritu sancto, & cæteris quæ superius dicta sunt.

T Empus autem est iam decursis his pròut potuimus, quæ suprà dicta sunt, nunc cõmonitionis gratia eorũ quæ sparsim diximus, recapitulare singula, & primo omniũ de patre & filio & spiritu sancto repetere. Deus pater cum sit inuisibilis & inseparabilis à filio, non per prolationem ab eo (ut quidam putãt) generatus est filius. Si enim prolatio est filius patris, prolatio uero dicitur quę talem significat generationẽ qualis animaliũ uel hominũ solet esse progenies, habebit necessario corpus & is qui protulit, & is ą prolatus est. Non em̃ dicimus sicut hæretici putant, patris aliquã substantiã dei in filium uersam, aut ex nullis subsistentibus filiũ procreatum à patre, id est extra substantiam suam, ut fuerit aliquando quando nõ fuerit, sed abscisso omni sensu corporeo ex inuisibili & incorporeo uerbum & sapientiam genitã dicimus absq; ulla corporali passione, uelut si uoluntas procedat è mente. Nec absurdũ uidebitur, cũ dicatur filius charitatis, si hoc modo etiã uo-
1. Ioan. 1 luntatis putetur. Sed & Ioãnes indicat quia deus lux est, & Paulus designat quia filius splendor lucis ęternę sit. Sicut ergo lux nunquã sine splendore esse potuit, ita nec filius quidẽ sine patre intelligi potest, qui & figura expressa substantiæ eius, & uerbũ & sapientia dicitur. Quomodo ergo potest dici, quia fuit aliquãdo quando nõ fuit filius? Nihil enim aliud est id dicere, nisi quia fuit aliquando quando ueritas nõ fuerat, quãdo sapientia non erat, quando uita nõ fuerat, cũ in his omnibus perfecte dei patris substantia censeatur: Non enim ab eo dirimi hæc, uel ab eius possunt unquã substantia separari. Quę quidem quamuis intellectu multa esse dicantur, re tamẽ & substantia unũ sunt, in quibus plenitudo est diuinitatis. Hoc autem ipsum quod dicimus, quia nunquã fuit quando non fuit, cũ uenia audiendũ est. Nam & hæc ipsa nomina temporalis uocabuli significantiã gerunt, id est quando uel nunquam. Supra omne autem tempus, & supra omnia secula, & supra omnẽ æternitatem intelligenda sunt ea quæ de patre & filio & spiritu sancto dicuntur. Hæc enim sola trinitas est quę omnem sensum intelligentiæ non solũ temporalis, uerum etiam æternalis excedit. Cætera uero quę sunt extra trinitatem, in seculis & in tẽporibus metienda sunt. Hunc igitur filium dei secundũ quod uerbum est deus quod in principio apud deum, nemo cõuenienter putabit in loco aliquo contineri, neq; secundũ quod sapientia est, neq; secundũ quod ueritas est, neq; secundum quod uita est, uel iustitia, uel sanctificatio, uel redẽptio. Hæc enim omnia nõ indigẽt loco, ut agere quid uel operari possint, sed pro his qui uirtutis eius inoperationis ą participant, hæc singula intelligenda sunt. Si uero quis dicet per eos ą participes sunt uerbi dei, uel sapientiæ eius, uel ueritatis, uel uitæ, etiã ipsum uerbũ & sapientiam

uideri

uideri in loco esse: respondendum est ei, quia dubium non est quod Christus secũdum quod uerbũ & sapiẽtia est, uel cætera omnia, erat in Paulo: propter quod dicebat, Aut experimentũ quæritis eius qui in me loquitur Christus. Et iterũ: Viuo autem iam non ego, uiuit uero Christus in me. Tũc ergo cum esset in Paulo, quis dubitabit quod similiter erat in Petro, & in Ioanne, & in singulis quibusq; sanctorũ? & non solum in his qui in terris sunt, uerũ & in his qui in cœlis sunt? Absurdum namq; est dicere, quia in Petro quidem & in Paulo erat Christus, & in Michaele archangelo, & in Gabriele non erat. 2. Cor. 13 Gal. 2

Ex quo manifeste deprehenditur, quia diuinitas filij dei nõ in loco aliquo concludebatur: alioquin in ipso tantum fuisset, & in alio non fuisset: sed secundũ incorporeæ naturæ maiestatẽ cum à nullo loco cõcludatur, in nullo rursum deesse intelligitur. Verũ illa sola differentia intelligenda est, q̃ etiam si sit in diuersis, sicut diximus, in Petro uel Paulo, uel Michaele, uel Gabriele, non tamen similiter est in uniuersis. Plenius enim et clarius, & (ut ita dixerim) apertius, in archãgelis est q̃ in sanctis uiris. Quod ex eo manifestum est, quia cum ad summam perfectionẽ uenerint sancti quiq;, dicuntur similes angelis effici, uel æquales, secundum doctrinã euangelicã. Vnde cõstat in singulis quibusq; tantũ effici Christum, quantum ratio indulserit meritorum. His igitur nobis de æternitatis ratione breuiter repetitis, cõsequẽs est illud etiã breuiter admonere, quod per filiũ creata dicũtur omnia quæ in cœlis sunt, & quæ in terra, uisibilia, & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt, & ipse est ante oẽs, & omnia illi constant qui est caput. Quibus consona etiam Ioannes in euangelio dicit, quia omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil. Dauid uero totius trinitatis mysteriũ uniuersorũ conditiones significans ait: Verbo domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis uirtus eorũ. Post hæc uero cõsequenter admonebimus de aduẽtu corporali & incarnatione unigeniti filij dei: In quo nõ ita sentiẽdũ est, q̃d omnis diuinitatis eius maiestas ita breuissimi corporis claustro clausa est, ut omne uerbum dei & sapientia eius, ac substãtialis ueritas ac uita, uel à patre diuulsa sit, uel intra cordis eius coercita & cõscripta breuitatem, nec usquam prę terea putẽ operata: sed inter utrunq; una pietatis debet esse cõfessio, ut neq; aliquid diuinitatis in Christo defuisse credat, & nulla penitus à paterna substantia, quę ubiq; est, facta putetur esse diuisio. Tale namq; aliquid etiã baptista Ioannes indicat, cum corporaliter absente Iesu diceret ad turbas: Medius uestrũ stat quẽ uos nescitis, qui post me uenit, cuius nõ sum dignus soluere corrigiam calceamẽti. Quod utiq; dici non poterat de eo qui absens erat, quantũ ad corporalẽ prę sentiam pertinet, quia medius staret eorum inter quos nõ aderat corporaliter filius dei. Neq; tamen per hoc illũ affirmare credendũ est, quod pars aliqua deitatis filij dei fuerit in Christo, reliqua uero pars alibi uel ubiq;: quod illi sentire possunt qui naturã substãtię incorporeę atq; inuisibilis ignorãt. Impossibile nãq; est ab incorporeo partẽ dici, aut diuisionẽ aliquam, sed in omnibus, & per omnia, & super omnia est, eo modo quo superius diximus, & quo uel sapientia, uel uerbũ, uita uel ueritas intelligit: per quẽ intellectũ omnis sine dubio cõclusio localis excludit. Volens igitur filius dei pro salute generis humani apparere hominibus, & inter homines conuersari, susc epit non solũ corpus humanũ, ut quidã putant, sed & animã nostram, nostrarũ quidem animarũ similem per naturam, proposito uero & uirtute similẽ sibi, & talẽ quali oẽs uoluntates, & dispensationes uerbi, ac sapientiæ indeclinabilis possint impleri. Quod aũt habuerit, manifestissime in euãgelijs designat ipse Saluator, dicens: Nemo tollit à me animã meã, sed ego pono eã abs me. Potestatem habeo ponendi animã meam, & iterũ potestatem habeo assumendi eã. Et rursum: Tristis est anima mea usq; ad mortem. Et iterũ: Nunc anima mea turbata est. Neq; enim tristis & turbata anima uerbũ dei intelligendũ est, quod ex auctoritate diuinitatis dicit, Potestatem habeo ponendi animã meam. Nec tamẽ ita dicimus fuisse filiũ dei & in illa anima, sicut fuerit in anima Pauli, uel Petri, cæterorũq; sanctorũ, in quibus Christus similiter ut in Paulo loqui credit. Sed de illis omnibus sciendũ est quod scriptura dicit: Quia nemo mũdus à sorde, nec si unius diei fuerit uita eius. Hęc uero anima quę fuit in Iesu, priusq; sciret malũ, elegit bonũ: & quia dilexit iustitiã, & odit iniquitatẽ, propterea unxit eam deus oleo lætitiæ præ participibus suis. Oleo ergo lætitiæ ungit, cum uerbo Ioan. 1 Ioan. 10 Matth. 26 Ioan. 12 Iob. 15 Psal. 44

dei immaculata fœderatione coniuncta, & per hoc sola omniũ animarũ peccati incapax fuit, quia filij dei bene & plene capax fuit: ideoq; & unũ cũ ipso est, atq; eius uocabulis nũcupat̃, & Iesus Christus appellat̃, per quẽ omnia facta esse dicunt̃. De qua anima, quoniã totã in se sapientiã dei & ueritatem, uitãq; receperat, etiam illud arbitror dixisse Apostolũ, qui ait: Quoniã uita nostra abscondita est cũ Christo in deo: cum autẽ Christus apparuerit uita nostra, tunc & uos cũ Christo apparebitis in gloria. Quis em̃ alius intelligẽdus est Christus, qui in eo absconditus dicitur, & postea appariturus, nisi ille qui oleo lætitiæ unctus refertur, id est substantialiter deo repletus, in quo nunc absconditus dicitur? Propterea enim & omnibus credentibus Christus exemplũ ponit̃, quia sicut ille semper & anteq; sciret omnino malũ, elegit bonum, & dilexit iustitiã, & odio habuit iniquitatẽ, & propterea unxit eũ deus oleo lætitiæ: ita & unusquisq; post lapsum, uel post errorẽ expurget se maculis, exemplo proposito, & habens itineris ducem arduã uiam uirtutis incedat: ut sic forte per hoc inquantũ fieri potest per imitationẽ eius participes efficiamur diuinæ naturæ, sicut scriptũ est, quia q dicit se Christo credere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Hoc ergo Verbũ, & hæc sapiẽtia per cuius imitationẽ uel sapiẽtes, uel rationabiles dicunt̃, omnibus fit omnia, ut oẽs lucrifaciat: & fit infirmus infirmis, ut infirmos lucrifaciat: & quia infirmus efficit̃, propter hoc dicit̃ de eo: Etiã si crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit ex uirtute dei. Deniq; Corinthijs qui infirmi erant, Paulus nihil se indicat scire nisi Christũ Iesum, & hunc crucifixum. Quidam autem uolunt de ipsa anima dei uideri, cum primũ de Maria corpus assumpsit, etiã illud quod apostolus dicit: Qui cum in forma dei esset, non rapinã arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed semetipsum exinaniuit, formã serui accipiens: cũ eam sine dubio in formã dei melioribus exemplis & institutionibus repararet, atq; in eam plenitudinẽ unde se exinaniuit, reuocaret. Sicut aũt participatione filij dei quis in filio adoptatur, & participatione sapientiæ in deo sapiens efficit̃, ita & participatione spiritus sancti, sanctus & spiritalis efficit̃. Vnũ enim atq; idem est spiritus sancti participiũ sumere, quod est patris & filij: quippe cũ una & incorporea natura sit trinitatis. Verũ quæ de participatione animæ diximus, simili ratione ut de animabus, ita & de angelis & cœlestib. sunt intelligẽda uirtutibus: quoniã omnis rationabilis creatura participio indiget trinitatis. Sed & mũdi huius uisibilis ratio, quoniã uel maxima etiã de his haberi quæstio solet, qualiter se habeat, prout potuimus in superiorib. diximus, pro ijs q in fide nostra etiã credendi rationẽ perquirere solẽt, & pro ijs qui hęretica aduersum nos certamina cõmouent, & materiæ nomẽ quod ne ipsi quidẽ quale sit, adhuc intelligere potuerunt, solẽt frequẽtius uentilare. de quo necessariũ puto etiam nunc breuiter commonere. Et primo quidẽ sciendũ est quod nomen ipsum materiæ pro ea substantia quæ subesse corporalibus dicitur, positũ in scripturis canonicis nusquã usq; ad prẽsens inuenimus. Illud enim quod dicit Esaias: Et comedet sicut fœnũ hylẽ, id est materiã: dicens de eis qui in supplicijs cõstituti sunt, materiã posuit pro peccatis. Sed & sicubi in alio loco scriptũ forte materiæ nomen est, nusq; ut ego arbitror hoc de quo nũc quærimus, signare inuenietur, nisi tantũmodo in Sapientia quæ dicit̃ Salomonis, qui uticq; liber nõ ab omnibus in auctoritate habet̃. Ibi tamen scriptũ inuenimus hoc modo. Nõ enim deerat omnipotenti manui tuæ quæ creauerat mundũ ex informi materia, immittere eis similitudinẽ ursorũ, uel feroces leones. Quãplurimi sanè putant rerũ ipsarũ materiã significari in eo quod in principio Geneseos scriptũ est à Moyse. In principio fecit deus cœlũ & terrã, terra aũt erat inuisibilis & incomposita. Inuisibilem nãq; & incompositã terrã non aliud esse Moyses q̃ informem materiã uisus est indicare. Quod si uere hæc est materia, cõstat exinde incõuertibilia nõ esse initia corporũ. Nã hi q atomos, uel ea quæ in partes uenire nõ possunt, uel ea quæ in æquales partes ueniũt, uel unum ad elementũ rerũ corporaliũ principia posuerũt, nomẽ materiæ, id est qd̃ principaliter materiã significat, inter principia statuere nõ potuerunt. Necq enim cũ materiã subijciunt omni corpori per omnia cõuertibilẽ, uel mutabilẽ substantiã, extra qualitates eã secundũ proprietatẽ subijcient. Quibus etiam nos acquieſcimus, qui omni genere abnuimus ingenitã uel infectã dici materiã debere. Secundũ hæc enim in prioribus, ut potuimus ostendimus, cũ etiã ex aqua, uel terra, uel aere, uel calore, per diuersa arborũ

Colos. 3

1. Cor. 2
Phil. 2

Gen. 1

generą

genera diuersos ostendimus proferri fructus: uel cū ignem, aerē, aquam, terrāq; mutari in semetipsa inuicē ac resolui aliud in aliud elementū mutua quadā cōsanguinitate do cuimus: sed & cū de escis uel hominū uel animaliū probauimus substantiam carnis exi stere, uel humorē feminis naturalis in carnē solidā ossaq; cōuerti. Quæ omnia documē to sunt q̄ substātia corporalis permutabilis sit, & ex omni in omnē deueniat qualitatē.

Veruntamē illud scire oportet, quod nunquā substātia sine qualitate subsistit, sed in tellectu solo discernit hoc quo subiacet corporibus, & qd' capax est qualitatis est materia. Quidā altius ergo de his uolentes inquirere, ausi sunt dicere, nihil aliud esse materiā corporeā q̄ qualitates. Si enim duritia & mollities, calidū & frigidū, humidū & aridū qualitas est, his aūt uel cęteris huiusmodi amputatis nihil aliud intelligit subiacere, uidebunt qualitates esse omnia. Vnde & hi qui hæc asserunt, asseuerare conati sunt, ut quoniā oēs qui materiā infectā dicunt, qualitates à deo factas esse cōfitentur, inueniat per hoc etiā secundū ipsos nec materia esse infecta: siquidē qualitates sint omnia, quæ utiq; sine cōtradictione ab omnibus à deo factæ esse pronunciantur. Hi uero qui subia centi cuidā materiæ additas extrinsecus qualitates uolūt ostendere, huiuscemodi utun tur exemplis. uerbi gratia: Paulus sine dubio aut tacet aut loquitur, aut uigilat, aut dormit, uel certo quodā corporis habitu cōsistit: aut enim sedet, aut stat, aut iacet. Hæc em̄ sunt hominibus accidētia, sine quibus, nunquā fere inueniunt. Nec tamē sensus noster manifeste de eo aliquid horū definit, sed ita eū p̄ hæc intelligimus uel cōsideramus, ut non omnino rationē status eius cōprehēdamus, uel in eo qui uigilat, uel in eo qui dormit, aut in eo qui loquit, uel tacet, & siqua alia sunt quæ accidere necesse est hominib. Si ergo quis Paulū sine his omnibus esse cōsideret quæ possunt accidere, ita & id quod subiacet quis intelligere sine qualitatibus poterit. Cū ergo sensus noster omni qualita te ab intellectu suo remota ipsum subiacentiæ solius (ut ita dixerim) punctū cōtuetur, & ipsi inhæret, nequaq; respiciens ad mollitiē, uel duritiē, uel calidū, uel frigidū, uel hu midum, uel aridū substantiæ, tunc simulata quodāmodo cogitatione, his omnibus qua litatibus nudā uidebitur intuerí materiam. Sed fortasse requiret aliquis, si possumus etiā de scripturis occasionē aliquam intelligentiæ huius accipere. Videtur mihi tale ali quid significari in Psalmis, cū dicitur à propheta: Imperfectum meū uiderunt oculi tui. *Psal. 139*
In quo uidet mens prophetæ rerum initia intuitu perspicaciori discutiens, & materiā sensu solo, ac ratione à quantitatibus diuidens, imperfectū id sensisse, quod utiq; adiectis qualitatib. intelligit cōsummatū. Sed & in libro suo Enoch ita ait: Ambulaui usq; ad imperfectū. quod ipsum puto posse similiter intelligi, qd' scilicet ambulauerit mens prophetæ perscrutās & dissērēs singula usq; quo ad principiū ueniret illud in quo im perfectā materiam absq; qualitatibus peruidet: scriptū nāq; est in eodem libello, dicen te Enoch, Vniuersas materias perspexi. Quod utiq; ita sentitur, quasi oēs materiæ diui siones peruidi, quæ ab una in singulas qualsq; diruptæ sunt species, id est hominum uel animalium, uel cœli, uel solis, uel omnium quæ in hoc mundo sunt. Post hæc iā om nia quæ sunt à deo facta esse, & nihil esse quod factū non sit præter naturam patris & fi lij & spiritus sancti, prout potuimus in superioribus demonstrauimus: & quod uolens deus qui natura est, habere quibus bene faceret, & qui adeptis beneficijs suis lætaren tur, fecisset dignas creaturas, id est qui eum digne capere possent, quos & genuisse filios dicit. Fecit autem omnia in numero & mensura. Nihil enim deo uel sine fine, uel si ne mēsura. Virtute enim sua omnia cōprehendit, & ipse nullius creaturæ sensu cōpre hensus est. Illa enim natura soli sibi cognita est. Solus em̄ pater nouit filiū, & solus filius nouit patrē, & solus spiritus sanctus perscrutatur etiā alta dei. Omnis igitur creatura intra certū apud eū numerū mensuraq; distinguitur, id est uel rationabiliū numerus, uel mensura materiæ corporalis: ut quoniā necesse erat uti corporibus intellectualem naturā, quæ & cōmutabilis & cōuertibilis deprehenditur ea ipsa conditione qua facta est (quod enim nō fuit, & esse cœpit, etiā hoc ipso naturæ mutabilis designatur) ideo nec substantialē habeat uel uirtutem, uel malitiam, sed accidentem. Quoniam ergo (ut diximus) mutabilis & cōuertibilis erat natura rationalis, ita ut pro meritis etiā cor poris uteretur indumento diuerso illius uel illius qualitatis, necessarium fuit ut sicut di uersitates prænoscebat deus futuras uel animarum uel uirtutum spiritalium, ita etiam

naturam corporeã faceret, quæ permutatione qualitatum in omnia quæ res poscerẽt conditoris arbitrio mutaretur. Quam tandiu necesse est permanere, quãdiu permanẽt ea quæ indigent eius indumento. Semper autẽ erunt rationabiles naturæ, quæ indigẽt indumento corporeo: semper ergo erit natura corporea cuius indumentis uti necesse est rationabiles creaturas: nisi quis putet posse uel assertionib. ostendere quod possit natura rationabilis absq; ullo corpore uitam degere. Sed quàm difficile sit, & q; penè impossibile intellectui nostro, in superioribus singula differentes ostẽdimus. Puto sane operi huic nostro contrariũ non uideri si etiam de immortalitate rationabiliũ naturarum q; possumus breuiter repetamus. Omnis qui participat alicuius, cum eo qui eiusdẽ rei particeps est, sine dubio unius substãtiæ est, uniusq; naturæ. Vtputa oẽs oculi qui lucis participant, unius naturæ sunt. Sed licet omnis de luce participet oculus, tamen quoniã alius acutius, alius obtusius uidet, nõ omnis oculus æqualiter de luce participat. Et rursum. Omnis auditus uocẽ uel sonum recipit, & ideo omnis auditus uniꝰ naturę est: Verũ pro qualitate puri & synceri auditus unusquisq; uelocius audit, uel tardius. Trãseamus ergo ab his sensibilibus exemplis ad intellectualiũ contẽplationem.

Omnis mens quæ de intellectuali luce participat, cũ omni mente quæ simili modo de intellectuali luce participat, eiusdem sine dubio debet esse naturæ. Si ergo cœlestes uirtutes intellectualis lucis, id est diuinæ naturæ per hoc quod de ipsa sanctificatione participãt participiũ sumpserũt, & ita sunt unius naturæ adinuicẽ uniusq; substantiæ, incorruptæ aũt sunt & immortales cœlestes uirtutes, immortalis sine dubio & incorrupta erit etiã animæ humanę substantia. Non aũt sicut ipsa patris & filij & spiritus sancti natura, cuius solius intellectualis lucis uniuersa creatura participiũ trahit, quæ incorrupta est & æterna. Vnde ualde cõueniens & necessariũ est etiã omnẽ substantiã quæ æternæ illius naturæ participiũ trahit, perdurare etiã semper, & incorruptibilẽ esse & æternam, ut diuinæ bonitatis æternitas etiã in ea intelligatur, dum & æterni sunt hi qui eius beneficia consequuntur. Sed sicut percipiendæ lucis diuersitas seruata est in exemplis, cũ uel obtusior uel acutior obtutus designatus est intuentis: ita etiam de patris & filij & sancti spiritus participatione seruãda est pro intentione sensus, uel mẽtis capacitate diuersitas. Alioquin consideremus, si nõ etiam impium uidetur ut mens quæ dei capax est, substantialem recipiat interitum: tanquam hoc ipsum quod intelligere deũ potest & sentire, non ei sufficere possit ad perpetuitatẽ, maxime cũ etiam si per negligentiã decidat mens ne pure & integre in se recipiat deum, semper tamen habeat in se uelut semina quędã reparandi ac renouãdi melioris intellectus, cum ad imaginẽ etiam & similitudinẽ dei qui creauit eum, interior homo qui & rationalis dicitur renouatur.

Psal. 22 Propter quod & propheta dicit. Reminiscentur & cõuertentur ad dominũ omnes fines terræ, & adorabũt in conspectu eius familiæ oẽs gentium. Si quis uero audet substantialem corruptionẽ dare ei qui secundũ imaginem & similitudinem dei factus est, ut ego puto, etiam in ipsum filium dei causam impietatis extẽdit. Imago nanq; etiã ipse appellatus est in scripturis. Aut certe accuset qui hæc ita uult, scripturę auctoritatẽ quę dicit hominẽ ad imaginem dei factum: in quo & manifeste diuinæ imaginis cognoscũtur indicia, non per effigiẽ corporis quæ corrumpitur, sed per animi prudẽtiam, per iustitiã, per moderationem, per uirtutem, per sapientiam, per disciplinam, per omnẽ denique uirtutum chorũ, quæ cum deo insint per substantiam, in homine possunt esse per industriã, & per imitationẽ dei, sicut & dominus designat in euangelio dicens: Estote ergo misericordes sicut & pater uester misericors est, et estote perfecti sicut et pater uester perfectus est. Vnde euidenter ostenditur quod in deo quidẽ hæ oẽs uirtutes semper sunt, nec unquã accedere possunt aut reddere, ab hominibus uero paulatim & singulæ quæq; conquiruntur. Vnde etiã consanguinitatem quandã per hæc habere uidentur ad deũ: & cum deus omnia nouerit, & nihil eum rerum intellectualium ex se lateat (solus enim deus pater & filius & spiritus sanctus non solũ eorum quæ creauit, uerumetiã sui scientiã tenet) potest tamen & rationabilis mẽs proficiẽs à paruis ad maiora, & à uisibilibus ad inuisibilia, peruenire ad intellectũ perfectiorem. Est enim in corpore posita, & ex ipsis sensibilibus quæ sunt corporea ad intellectualia proficit. Verũ ne cui uideatur dictum insensibilia esse quę intellectualia sunt, utatur exemplo sententiæ Salomonis

monis dicentis: Sensum quoq; diuinum inuenies. In quo ostendit non corporali sensu, sed alio quodam quẽ diuinum nominat, ea quæ intellectualia sunt requirenda. Hoc autem sensu nobis intuendum est etiam de his singulis quas supra diximus rationibus, & hoc sensu audienda sunt ista quæ loquimur, & consideranda quæ scribimus. Nã diuina natura etiam tacite quicquid inter nos uoluamus agnoscit. De his autẽ quæ diximus, uel de reliquis quæ conuenientia sunt, secundum hanc formam quam supra exposuimus, sentiendum est.

LAMENTVM HOC NEC AB ORIGENE SCRIPTVM EST, NEC AB HIERONYMO VERSVM sed figmentum est alicuius indocti qui studuerit huiusmodi colore Origenem infamare. Simili artificio finxerant epistolam Hieronymi titulo in qua deplorabat quod aliquando cum Origene sensisset.

IN afflictione & dolore animi incipio loqui ad eos q̃ legũt me extra afferentem ordinem efferata mente sedere super tribunal Christi cum sanctis. Et quomodo loquar frenis ligatus, & labijs non audentibus moueri? Nec lingua reddit obsequiũ suũ: guttur uero cõclusum, & omnia organa maculata iniquitate. Sed agam: Incipiam me genibus prosternere, & deprecari uniuersos sanctos, ut mihi non audenti petere deum propter nimietatẽ peccati, succurrant. O sancti dei uos lachrymis & fletu pleno dolore deprecor, ut procidatis misericordijs eius pro me misero. Heu mihi dolor cordis mei. Heu mihi afflictio animę meę. Heu mihi quia circundatus sum undiq;, & conclusus iniquitatibus meis, & non est in me sanitas. Heu mihi mater quæ peperisti me quasi uirũ legisperitum in iniquitate proiectũ, uirum religiosum in impietate delapsum. Heu mater quæ peperisti me quasi uirum iustum in iniustitia uersatum, uirum filium regni dei, & nunc filium regni nequam, perfectum uirũ, sacerdotem in iniquitate inuentum, uirum decoratum honore, inhonestatẽ consecutum, uirum multis malis circũdatum, uirum maculatis actibus suffocatũ. Heu mihi mater quæ quasi peperisti turrim altam & elatam, & subito usq; ad pauimentum prostratam: sicut arborem fructiferam, et subito marcidam: sicut lampadem luciferam, & subito extinctam: sicut fontem abundantem aquis, & nunc subito exiccatum. Heu mihi qui omnibus bonis ornatus erã, & nunc ab omnibus desertus apparui. Sed quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lachrymarũ, ut plangam me ipsum in contritione mea? Heu mihi sacerdotium quomodo te plangã? Heu mihi presbyteriũ quomodo te lugebo? Miseremini oẽs amici, miseremini mei, quia pessime uulneratus sum. Miseremini oẽs amici: male enim desertus sum factus. Miseremini omnes amici: ægre enim dissipatus sum. Miseremini amici, quia signum proieci, & malo commixtus sum. Miseremini amici, quia à deo proiectus sum, propter actus meos maculatus sum. Iob. 19
Plangite me quẽ planxerunt angeli. Plangite me quem planxerũt sancti. Plangite me quẽ planxit omnis homo. Plãgite me uniuersi, quia lapsus sum à gloria mea. Sicut eñ uineã fructiferã plantauit me dominus, & pro botryonibus florui spinas. Plãgite utiq; me, quia ex uineis attulit tribulos. Sed moueãtur fontes lachrymarum, & irrigent maxillæ meæ, fluãt super terrã & humectent eam, quia humectatus in iniquitatibus, & natus sum in peccatis meis. Cerno enim sacerdotium flens super me, & cunctam lætitiã dolentem super me, & super thronum meũ araneam telantẽ. Sic cerno & contemplor me mœrore repletum, & omnis creatura cõtristatur mihi, quoniã pro omnibus laudes aliquando cantabã. Heu mihi quid passus sum? quomodo cecidi? Heu mihi quomodo dissipatus sum? Nõ est dolor sicut dolor meus, & nõ est afflictio supra afflictionẽ meã, nõ est amaritudo supra amaritudinẽ meam, nec gemitus supra gemitum meum, utiq; nec peccatum supra peccatũ meum, & nõ est mihi sanitas. Vbi est ille bonus animarũ pastor? Vbi est ille qui ab Hierusalẽ in Hiericho descendentem & à latronibus uulneratũ curauit atq; sanauit? Require me domine, qui de superiori Hierusalẽ cecidi, q̃ baptismum Luc. 10

ptiſmum uiolaui, ſignum corrupi, quia nomẽ tuũ iniurijs uerberaui. Heu mihi doctor, nec diſcipuli locũ teneo. Tu noſti domine quia inuitus cecidi: uolens alios illuminare me ipſum obſcurauí: nitens alios de morte ad uitã reducere, me ipſum ad mortem perduxi: uolens alios repræſentare deo, me ipſum à deo ſeparaui: uolens pro pietate inueniri, cõtra pietatẽ inuentus ſum. Procedens enim cõtra iniquorũ cõgregationes, & arguens, ibi diaboli peſſimũ errorem inueni. Neſciens certantium uarias inſidias, ad dei eos cognitionẽ prouocabam: Igitur poſt multas ſcrutationes promiſerũt mihi aſtutias infelici. Poſtquã uero profectus ſum ab eis, diabolus eadem nocte transformatus in angelũ lucis aſſerebat mihi: diluculo exurgens perge, & perſuade eos, & adduc eos deo, ſi tibi uerbũ propoſituri ſunt. Quod ſi aſſenſerint, ſine ulla intermiſſiõe facito, nihil dubitans propter multorũ ſalutem. Et rurſus diabolus antecedens acuit contra me miſerũ cõſilia maligna, uel hypocriſes, uel dolos ſpargit in eis. Ego uero infelix ante diluculum de ſtratu exiliens, nec orationem quidẽ conſuetã implere potui, ſed deſiderans omnes homines ſaluos fieri, et in cognitionẽ ueritatis uenire, me ipſum in diaboli laqueis implicaui. Abij igit̃ ad iniquos, & petẽs ab eis promiſſiones heſternas, neſciẽs & ad baptiſma peruenimus. O cor obcæcatũ quomodo non recordabaris? O ſtulta mens, quomodo nõ recogitaſti? O indiſtincta diſcretio, quomodo nõ intelligebas? O ſenſus intelligentiæ, ubi dormiebas? Sed ad ſomnũ te diabolus prouocauit, & infelicem animã mortificauit. Ligauit fortes meos, & abſtulit ſciẽtiam meam. Ligauit fortes meos, & uulnerauit me. Voce reſpõdi, & maculatus ſum. Sine malo ſic allocutus, & maligne perpeſſus ſum. Conſiliũ circa me erexit diabolus, & iniquam uocem cõtra me dimiſit. Origenes, inquit, ſanctificauit. O diabole quid feciſti mihi? O diabole quomodo uulneraſti me? Flebã enim aliquãdo ſuper Sampſonem, ſed peiora perpeſſus ſum. Flebam ſuper Salomonẽ, & deterius cecidi. Flebã ego ſuper omnes qui peccauerunt, & in omnibus eis apparui. Sampſoni coma capitis deeſt, meo uero de capite corona gloriæ cecidit. Sampſonis oculi carnales obcæcati ſunt, mei uero perforati & ſpiritales ſunt. Sed illũ mulier ad inſidias perduxit, mea aũt lingua ad ruinã peccati me traxit. Et quomodo eguit dũ perdidit ſuã poſſeſſionẽ, ita & mea lingua iniqua locuta egere me fecit in ſpiritalibus, qui aliquãdo exultabã in diuinis diuitijs. Et ſicut ille ab Iſraeliticis ſeparatus eſt, & allophylis adhęrẽs perpeſſus eſt iſta, ita et ego iniquis uolẽs ſalutem adquirere me ipſum captiuantibus perdidi, & captus ſum à peccato. Hei mihi, eccleſia uiuit, & ego ſum uiduus. Hei mihi, uiuis filijs ego ſum ſterilis. Hei mihi, omnis exultat creatura, & ego deſertus apparui. Hei mihi eccleſia in qua gloriabar. Hei mihi ſedes in qua exultabã, Hei mihi ſpiritus qui aliquãdo in me deſcẽdebas, quare me dereliquiſti? Deſertus ſum utiq; propter putredinẽ meæ iniquitatis. Plangite deſolatũ ab omnibus bonis. Plangite me populi ſancti repulſum à deo. Plangite deſolatũ à ſpiritu ſancto. Plangite me expulſum à thalamo Chriſti. Plangite me aliquãdo dignũ regno, nunc aũt indignum. Plangite me odibilẽ ab angelis factum, & ſeparatum à ſanctis. Plangite me, quia æternis pœnis cõdemnatus ſum. Plangite me quia in terra ſum, & à cõſcientia iã torqueor. Timeo mortem, quia maligna eſt. Vereor diem iudicij, quia in pœna æterna damnatus ſum. Timeo pœnam, quia æterna eſt. Timeo angelos qui ſupra pœnã ſunt, quia miſericordia in eis non eſt. Vereor nimis omnia tormenta, & quid faciam undiq; circumfuſus, ignoro. Si quis poteſt orationibus aut lachrymis adiuuet me. Etenim ego multis in peccatis cadẽtibus lachrymis collaborare debeo. Quis ſcit ſi miſerebit̃ mihi deus, & reſpiciet ruinã meam, & miſerebitur mei, & reſpiciet deſolationem, & miſericordiam præſtabit mihi? reſpiciet humilitatẽ meam, & uiſcera ſua ſuper me mouebit? Sed cadã ante limina portarum, ut deprecer omnem populum puſillum & magnum, dicamq; eis. Conculcate me ſal ſtultũ, ſal inſipidũ, conculcate me quia indignus ſum à deo, conculcate me quia ſuaſus ſum. Nunc lugeant ſeniores confracto baculo. Nunc lugeant iuuenes, quia pædagogus cecidit. Nunc lugeãt uirgines laudatore corrupto. Nunc lugeant ſacerdotes, quia ruit eorũ aſſertor. Nũc lugeat omnis clerus, quia ſacerdos illorũ lapſus eſt. Hei mihi, quia male cecidi. Hei mihi, quia peſſime lapſus ſum, & non poſſum reſurgere. Porrige mihi manum ſancte ſpiritus ad pœnitentiã, aperiantur mihi fontes lachrymarum, ſiquidem merear digne iuſteq; pœnitere, & delere quę con

tra

tra me est accusationē. Sed non attendas domine labijs maculatis, & linguæ inique locutæ, sed pœnitētiæ & afflictioni & lachrymis amaris, & dolori cordis & animæ, & miserere mihi, ac resuscita me de luto putredinis, quia eius putredo suffocauit me. Hei mihi qa margarita in aurea corona ornatus, nūc in luto proiectus sum. Hei mihi, quia diuinum sal in stercore iacet. Sed quāta flumina lachrymarum delebūt corda humilitatis meę? lā incipiā loqui ad deū. Quare eleuās allisisti me? Sicut enim exaltasti me à sapiētiæ tuæ uerbo doctrinæ, sic ꝓfundo quod feci existimo me hęrere. Non enim inique egissem, nisi abstulisses à me manū tuam. Sed tu domine bonus, omnia benigne uis agi, ego uero insipiens insipienter cecidi. Sed quare domine per sanctū Dauid cōclusisti os meū? Nūquid ego primus peccaui? aut ego primus cecidi? quia sic repulisti me desolatum & desertū, & expoliasti me sanctis tuis, & cōfusus es me narrare iustitias tuas? Quis eñ natus nō peccauit? aut quis super terrā cōuersatus nō inique egit, quoniā sic me repulisti? Prior ipse Dauid q cōclusit os meū, nimiū peccauit in cōspectu tuo: post quàm uero pœnituit, receptibilis factus est tibi. Necnon & sanctus Petrus columna ue ritatis dū cecidisset, eandē passionē amarissimis lachrymis diluit, interficiens peccatū & serpentis uenenum depurgauit, & non remansit in eo. Sed illi quidem secundum dispensationē meruerunt, hæc uero ut compleantur prædictum est. Vę autem mihi, quia pessime rui. Vę mihi, quia in his male incidi. Sed nunc deprecor te domine, quia peiora perpessus sum. Reuoca me domine, quia in ruina sum pessima. Da mihi bonū docto rē spiritum sanctū, ut non factus ericius habitatio dęmoniaca efficiar, sed conculcē qui me cōculcauit diabolū, & superatis eius artibus restituar rursum ad salutē antiquā. Ne memor sis malorum deprecatoris, qui aliquando tibi sacerdotium ministraui. Ne memineris malorū qui iniqua respōdi. Nunc uos uniuersi qui uidetis uulnus meū, timete & euigilate ne obdormiatis, & in talibus incidatis, sed uenite in id ipsum q eundē modū habetis pietatis, & cōgregemur, & cōscindamus corda nostra, & ꝓuocemus flumina lachrymarū. Siquidē his fluentibus super terrā remissio peccatorū erit, & pœna effugat, et tormēta. Doleo in anima mea, ô amici mei, quia de summo cecidi. Cecidi & confractus sum, & nō est in me sanitas. Doleant super me angeli, quia pessime rui. Doleāt super me coronę sanctorū, quia separatus sum à bona cōgregatione eorū. Sanctus Aaron doleat super me sacerdotiū suū. Doleat sancta ecclesia, quia male corrui. Doleat super me omnis homo, quia pessime uulneratus sum. Vídeo eñ super me nubē obūbrantem, & solē abscondentē radios suos. Sed nūc cognouistis oēs, macerią posuit ori meo sanctus Dauid. Coactus sum à sanctis episcopis in doctrinæ uerba prorūpere, & accepto codice Psalmorū orans aperui, & ascēdit mihi eloquium illud quod confundor dicere, eloqui cōpellor: Peccatori autē dixit deus, Quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamentū meum per os tuū? Sed plangite me, & uulnerate amaro fletu. Plangite me mortuum. Plangite me qui Iudæis assimilatus sum. Quæ enim illis per Prophetā dicebantur, recte iam mihi similiter sonuerunt. Quid igitur faciam multis circumdatus malis? Hei mihi mors quare tardas? scilicet ut maligneris mihi. O diabole quid feciſti mihi? Quomodo uulneraſti me? Putas ne profuit tibi ruina mea? An putas quod tu requiescas, dum ego punior tormentis? Quis annunciabit mihi si deletum est peccatum meum? si fugi pœnas quas timui? Quis annunciabit mihi si cum sanctis iterum adhęrebo? Vos ô sancti, quoniam nō mereor horum nunciį uocem audire, sed ausus pessima peiores minas Euangeliorū percepi. Hei mihi sinus Abrahæ quo caruī. Hei mihi quia communicaui cōdemnationi diuitis in loco pessimo, & siti in loco amaro & pleno doloris. Hei mihi pater Abrahā deprecare pro me, ne de finibus tuis alienēr, quos ualde cupiui, nec condigne quidē, propter ingens peccatum meum. Sed domine procido tibi miserere mihi nimium ululanti, qui multū pœnitui, qui multas lachrymas super terram effudi, super quē luxit omnis creatura. Vt quid destruxi maceriam meam, & exterminauit me aper de sylua, & singularis ferus depascitur me? Libera me à leone rugiente. Deprecatur te plebs uniuersa sanctorum propter inutilem. Obsecrat te domine omnis angelorum chorus propter me qui pessima consummaui, ut miserearis super ouē quæ errauit, & lupi rapina facta est mihi. Domine protege me de ore ipsius, ne facias me fieri sacrificium peccati, sed supermitte spiritum tuum sanctum, ut igneo respectu

Matth. 26

repellat

repellat à me diabolum ſpinoſum, & reducat ad tuam ſapientiã, & deleatur quæ contra me eſt cautio peccati, ut demoretur ad ueſperum planctus meus, & ueſperã in matutinum recipiam. Conſcindatur ſaccus meus, & ueniat mihi lætitia, & meæ exultationes, & recipiar rurſus in gaudium dei mei, & merear regnum eius orationibus ſanctorum, & petitione condolentis mihi eccleſiæ: quia tibi eſt gloria cũ patre & ſpiritu ſancto in ſecula ſeculorum, Amen.

IN APOLOGETICVM SANCTI PAMPHILI MARTYRIS pro Origene, Rufini Præfatio ad Macarium.

Ognoſcendæ ueritatis amore permotus ô uir deſideriorũ Macari, iniungis mihi rem quæ tibi agnitæ ueritatis gratiam conferat, mihi tamen non
c dubito quin offenſam maximam cõparet eorum, qui ſe læſos putãt ab eo qui de Origine non aliquid male ſenſerit. Et quamuis non meã de eo ſententiam, ſed ſancti martyris Pamphili ſciſcitatus ſis, & librum eius quem pro Origene in Græco ſcripſiſſe traditur, transferri tibi popoſceris in latinum: tamen non dubito futuros qui & in eo læſos ſe putent, ſi nos aliquid pro eo uel alieno ſermone dicamus. Quos tamen & ipſos deprecamur, nihil præſumpto uel præiudicato animo agere: ſed quoniam ad iudicium dei uenturi ſumus, non refugiant ſcire quod uerũ eſt: ne forte ignorantes delinquant, conſiderantes quia falſis criminationibus percutere fratrum infirmorum conſcientias, in Chriſtum peccare eſt. Et ideo non accommodent criminatoribus aurem ſuam, nec ab alio diſcant alterius fidem, maxime cum coram experiri ſit copia, & oris ſui confeſſio quid uel qualiter unuſquiſq; credat oſtẽdat. Sic enim ſcriptum eſt, quia corde creditur ad iuſtitiam, oris autem confeſſio fit ad ſalutem. Et ex uerbis ſuis unuſquiſq; iuſtificabitur, & ex uerbis ſuis condemnabitur. Qualiter ergo ſentiat Origenes de ſingulis, tenor libelli huius edoceat. De his autem quæ apud eum contraria ſibi inueniuntur, quid cauſæ ſit, in ultimo breui addita aſſertione docuimus. Nos autem ſicut traditum eſt nobis à ſanctis patribus, retinemus quod ſancta trinitas coæterna ſit, & unius naturæ uniuſq; uirtutis atq; ſubſtantiæ: & quod filius dei in nouiſſimo tẽpore homo factus eſt, & pro peccatis noſtris paſſus eſt, & in ea ipſa carne in qua paſſus eſt reſurrexit à mortuis, propter quod & reſurrectionis ſpem humano generi tribuit. Carnis uero reſurrectionem non per aliquas præſtigias ſicut nonnulli calumniantur dicimus: ſed hanc ipſam carnem in qua nunc uiuimus reſurrecturã credimus, non aliam pro alia, nec corpus aliud quàm huius carnis dicimus. Siue ergo corpus reſurrecturum dicimus, ſecũdum Apoſtolum dicimus, hoc enim nomine uſus eſt ille: ſiue carnem dicimus, ſecundum traditionem Symboli cõfitemur. Stulta enim adinuentio calumniæ eſt, corpus humanum aliud putare eſſe quàm carnem. Siue ergo caro ſecundum communem fidem, ſiue corpus ſecundum apoſtolum dicitur quod reſurget, ita credendum eſt ſicut apoſtolus definiuit, quia quod reſurget in uirtute, reſurget & in gloria, & incorruptibile reſurget & ſpiritale corpus, quia corruptione incorruptionem non poſſidebit. Saluis ergo his prærogatiuis futuri corporis uel carnis, reſurrectio carnis credenda eſt integre atq; perfecte, ut & natura carnis eadem ſeruetur, & incorrupti ac ſpiritalis corporis ſtatus & gloria nõ infringatur. Sic enim ſcriptum eſt. Hæc in Hieroſolymis in eccleſia dei à ſancto ſacerdote eius Ioanne prædicantur, hæc nos cum ipſo & dicimus, & tenemus. Si quis prẽter hẽc uel credit, uel docet, uel à nobis aliter credi quàm expoſuimus putat, anathema ſit. Noſtrę ergo fidei documentum ſi quis habere uult habeat ex his. Siquidem aut legimus, aut huius fidei noſtrę facimus rationem, ſecundum apoſtolum probantes omnia, quod bonum eſt tenentes, ab omni ſpecie mala nos abſtinentes: & ſi qui hanc regulam ſequuntur, pax ſuper illos & ſuper Iſrael dei. Amen.

APOLOGETICVS PAMPHILI martyris pro Origene, interprete Rufino.

NIHIL mirum fratres uidemini esse perpessi, quòd ita uos Origenis subterfugit intellectus, ut uos quoq; existimetis de illo quod & alij nonnulli: qui siue per imperitiã sui quia non ualent sensus eius altitudinem contueri, siue prauitate mentis qua studiũ gerunt non solum dicta eius incusare, uerũ etiam aduersus eos qui hæc legunt hostiles inimicitias sumere, tam pertinaciter id agentes, ut nulla prorsus uenia eos dignos haberi putent, ne ea quidem quæ impartiri solet (uerbi gratia) his qui Græcorũ secularium libros, uel nonnunq; etiam hęreticorũ percontandi atq; cognoscendi studio decurrunt: sibi solis scilicet concedi debere peritiam probandi sermonis putant, ut si quid ab aliquo dictum est retinere sciant, ab omni specie mala abstinere se nouerint. Ab his uerò qui Origenis libros legunt, istud penitus excluſum putant esse mandatũ, quo probabiles iubent effici trapezitæ, scientes quod bonũ est retinere, ab omni autem specie mala abstinere: sed tantũmodo si legere libros illius uisus fuerit, statim ab his hæreticorũ perfundat infamia. Denicq; cum multis huius uitæ & religiosis proposito uiris, in quibus nihil prorsus culpæ inueniunt, inimicitias propter hoc solũ habent si eorum studia circa memorati uiri libros propensius esse perspexerint, inuidiosius etiã ista fingentes, quod ab his in loco sanctorũ apostolorum uel prophetarũ tam ipse q̃ dicta eius habeant. Sed de hoc certũ non habeo utrum calumniandi uoto tantũmodo ista iactitent, an & uerè ab aliquibus simpliciorib. & propensiore affectu diligentib. uirum, aliquando fortassis tale aliquid audierint. Nos tamen perspectis frequenter his quę ab eo cũ magno timore dei & cum omni humilitate dicuntur, cùm ueniam petit pro his quæ per nimiã discussionẽ & per multam scrutationem scripturarũ animo disputantis occurrunt: quæ cùm exponit, frequenter addere solet, & profiteri se nõ hæc quasi definitiua pronunciare sententia, nec statuto dogmate terminare, sed inquirere pro uiribus, & sensum discutere scripturarũ, nec tamen profiteri quod integrè perfecteq; cõprehenderit, suspicari magis se de quãplurimis dicens, nec tamen certum esse quia in omnib. quod perfectũ est & integrum assecutus sit. Sed & nonnunquã inuenimus eum de multis hæresibus profitentẽ, in quibus ea quidem quæ in quæstionẽ ueniunt mouet, nec tamen eorũ absolutiones adiungit, sed cum omni humilitate, & ueritatẽ non erubescit fateri sibi non liquere. Audiuimus etiam illud ab eo frequenter intexi, quod hodie ne isti quidem imperitissimi omnium obtrectatores eius dicere dedignantur, ut si quis melius de his locis quæ ille disseruit, dixerit, uel exposuerit, illi potius qui rectius dixerit q̃ sibi esse auscultandũ. Præterea comprehendimus eum nonnunq; diuersas expositiones eisdem capitulis facere: & cum omni reuerentia, quasi qui sciat se de sanctis scripturis dicere, cùm multa quæ sibi occurrerunt exposuerit, præcipit his qui legunt, ꝓbare de singulis quæ dixerit, & quod rectius prudens lector iudicauerit, obtinere: profectò quia nec ipsum latebat quod nõ omnia quæ mouerat, uel discusserat, probabilia uel fixa haberi deberent, pro eo quòd multa mystica in scripturis sanctis, & in secreto recõdita esse credant. Illud denicq; eius si intentius aduertamus, q̃ integrè & catholicè de omnib. tractatibus suis in præfatione ipsorũ librorũ quos in Genesim scribit, protestatus est, omnem eius sensum ex hoc facilè cognoscemus. ORIGENES. Nisi omni modo pigri essemus, ac desides ne ad inquirendum quidem accedere domino & Saluatore nostro ad hoc nos prouocante, profectò reuocassemus pedem, considerantes quod longè simus ab ea magnitudine spiritalis intelligentiæ, quæ de tam magnis rebus inuestigari debeat intellectus.

PAMPHILVS. Et paulò pòst ait. ORIGENES. Sicui uerò in disceptatione profundum aliquid occurrerit, de hoc dicendum quidem est, sed non cum omni affirmatione. Hoc enim aut temerarij hominis est, eius qui sensum humanę infirmitatis perdiderit, oblitusque sui sit: aut certè perfectorum uirorum, & eorum qui confidenter se sciant ab ipso domino Iesu didicisse, id est à uerbo ueritatis, & ab ipsa sapiẽtia per quam omnia facta sunt, agnouisse: uel eorum qui diuina responsa ingressi turbinem & ca-

liginem ubi ipse deus est, cœlitus acceperunt, in quod uix ille Moyses ingressus uel intelligere talia potuit uel proferre. Nos uerò pro eo solo quod mediocriter licet, credimus tamen domino Iesu Christo, & eius gloriamur esse discipuli, nec tamen audemus dicere quod facie ad faciem ab ipso traditã susceperimus intelligentiã eorum quæ in diuinis libris referunt: quæ quidem certus sum quod ne ipse quidem mundus pro uirtute ac maiestate sensuũ capere potest. Propter quod pronunciare quidem de his quæ dicimus, sicut apostoli potuerunt non audemus: in eo autẽ gratias agimus, quod cùm multi imperitiã suam nesciant, & motus suos incõpositos & inordinatos, interdũ etiam & ineptos ac fabulosos, cum omni intentione sicut sibi uidetur quasi uerissima assertione annuncient, nos de rebus magnis & his quæ supra nos sunt, ignorantiã nostram nõ ignoramus. PAMPHILVS. Cùm ergo hæc eum de se dicere audiamus, & huiusmodi mente ac uoto quæ dicit asserere, miramur in tantũ temeritatis aliquos esse proiectos, ut qui se ita humiliat & iudicat, astruant quod ab alijs dicta eius uel libri pro sermonib. apostolicis uel dictis propheticis habeant, aut quod ille ipse uel prophetis uel apostolis ab aliquo comparet. Et quidem quod & honore presbyterij in ecclesia præditus fuerit, & uitam abstinentissimã egerit & ualde philosophicã, quodq; pure religionis obseruauerit disciplinam, & præ cęteris uerbo dei & doctrinæ operam dederit, dubium non est & ex his quæ ad nos laboris & studij eius certissima designant indicia: præcipuè uerò per eos tractatus, quos penè quotidie in ecclesia habebat ex tempore, quos et describentes notarij ad monimentũ posteritatis tradebant. Consequens igitur erat, ex his omnibus laborũ & studiorum suorum testimonijs amplecti talem uirum: & neq; defensionis studio plus dare ei meriti q̃ mensura deposcit: neq; rursus obtrectandi uitio facilè condemnare, & alienum ab ecclesiastica doctrina temerè pronunciare: cùm utrunq; istud præcipitiũ prouidens antè diuinus sermo prohibuerit dicens: Non sit in te mensura maior, neq; mensura minor. Abominabile est enim in cõspectu domini utrunq;. Vni cuiq; enim prout dignum est retribuere, iustitiæ propriũ est. Propter quod & mensura integra, & pondus æquale acceptabile est apud deum, nõ hoc quod mentit ueritatem, per quod uel plus donat rebus q̃ merita deposcunt, uel subtrahitur meritis quod debetur. Quanto rectius agerent obtrectatores isti, si absq; ulla animi præuentione cum omne religione ueritatis, quã omnibus proximis nostris cum charitate iubemur expendere, intelligerent & ipsum unum de proximis esse quibus charitatẽ ex mandato debemus, & assumptos libros eius legerent cum ea uenia quam ipse in præfationib. suis deposcit, si cubi uenia dignum aliquid inuenirent. Nunc uerò econtrario uideat eos male dictis quidem probrisq; non parcere: eos uerò qui scripturarũ intelligendarum secundum mandatũ domini et saluatoris nostri studium gerunt, à lectione librorum eius deterrere quælibet alia etiam inepta nihil profutura q̃ illius cõmentarios legi debere affirmantes. In quibus sæpe etiam ridiculi aliquid pati solent. Nam ut eorum contentiosa præsumptio, uel ut uerius dicam præiudicatrix uæsania facilius declaretur, accidere solet uel casu, uel interdum studio, ut nomine in codice non prætitulato legatur aliquid ipsius in auribus obtrectatorũ quasi alterius tractatoris. Quod tamdiu placet & laudatur, atq; omni admiratione habetur, quandiu nomen non fuerit indicatũ. At ubi Origenis cognita fuerint esse quæ placebant, statim displicent, statim hæretica esse dicunt: & ea quæ pauloantè ad cœlum usq; ferebant, ijsdem uocibus eademq; lingua usq; ad inferos demerguntur. Præterea etiam illud est inuenire, quod nonnunq; tales sunt accusatores eius qui nec Græcam nouerint linguã: alij omni modo imperiti: nonnulli etiam si aliquid uidentur habere peritiæ, non tamen etiam id studij habuisse inueniunt, ut libris eius operã dederint: aut si acciderit ut etiam legerint, non continuò etiam tantæ eruditionis fuerint, ut altitudinẽ sensus eius assequi quiuerint, quo ea quę ille diuerso prospectu ꝓ locis & causis differere solet, aduertere ualuerint. Multos inuenias, quos si interroges, in quibus libris, aut in quibus locis dicta sint hæc quæ arguunt, confiteant se quidem nescire ea de quibus affirmat, nec legisse unq;, audisse autem alios dicẽtes. Ex quo cuiuis plena ridiculi sententia eorum uidebitur, cùm de his iudicant, atq; ea condemnant, quæ nec discere quidem prius, aut nosse potuerũt. In alios uerò noui furoris morbus & inauditæ cladis incessit insania: cùm tam multa eius uolumina referta totius utilitatis

litatis & instructionis habeãtur, & satis rara & perpauca fortè loca sint in quibus uel im peritiores quiq;, uel (quod uerius) maleuoli posse sibi uideantur offendi: omnia quidem illa quę & catholica, & ad ædificationẽ animæ, atq; sententię instructionem etiam ipsi apta fatentur, omittunt & negligunt, nec aliquid inde unde possunt & debent, pro ficere uolunt: ea uerò sola quæ ad calumniam proficiunt, summo studio ediscunt: ut qui boni nihil unquã fortè didicerint, hæc quæ ipsi non esse bona dicunt apprimè me moriæ retinenda commendent: quo uidelicet promptius ea proferentes exercitatius ualeãt cõcinnare calumnias. Aliud quoq; est genus hominũ fœdum sanè et turpe quan tum ad probitatẽ pertinet morum, sed ad calumniandũ uehemẽtius, & tetrius ad incu landum, quos Græci Phagolœdoros appellarunt: qui summum quidem studiũ, sed & satis intentam operam libris eius dederunt, ita ut & magistro eo in omnib. uterentur, et se ei tanq; speciales discipulos mãciparent. sed ubi ad id loci uentum est, ut iam se ma gistros malint q; discipulos nominari, ubi auditoris plausus sectari cœptus est, ibi si for tè aliquis audientium quæ laudant Origenis esse obmurmuraverit, ne uel laude cedãt magistro uel culpæ indicio, alienũ esse Origenem continuò protestant, nihil sibi cum illius doctrina cõmune esse confirmant: Anathema quoq; dicere eum nõ dubitant im probè, & inferre maledicta non parcunt: ne illum quidem apostolicum sermonem ue rentes quo designat, quia maledici regnum Dei non possidebunt. In tantum autem ho rum de quibus diximus progressa malitia est, ut quidã etiam conscribere aduersus eum ausi sint, & libellis editis derogare ei uiro qui per tot annos magister ecclesiæ fuit, qui in ecclesia senuit, qui aduersus eas hæreses quæ illo tempore ecclesiam impugnabant, ita constanter, ita fortiter dimicauit, ut omnia eorum diabolicæ machinationis funda menta subuerterit, non studiorũ laborem, non continentiæ, non institutionis, non hu militatis quæ supra cæteras omnes uirtutes eius maximam gratiam continet, non illud certè cõsiderantes quod presbyterij dignitate in ecclesia honoratus est. Quæ si omnia ad reuocandam linguam, comprimendumq; sermonem sufficere non possunt, illud sal tem contemplari debuerant, quantam irridendi materiam gentilibus, quantam hæreti cis tribuant, cùm eos quos assertores Christiani dogmatis & defensores putabant, con futari nunc uideant, & repelli à proprijs, & uelut ciuili bello gaudeant impugnatum, quem ipsi hostiliter impugnare non poterant. Quoniam ergo quãplurimi ex simplicio ribus quibusq; fratribus à suprà dictis læduntur, non solum ut de ipso malè sentiant, sed etiam de his qui studio scientiæ & intelligendarũ scripturarum, inter cæteros etiam li bros ipsius scripta conspiciunt, ita ut uos quoq; ipsi in dubium uenerit is, ne fortè multi tudini uel autoritati calumniatorum fides debeat adhiberi de his quæ passim & sine re spectu diffamantur: uisum nobis est, primò quidem curare suspicionem uestram, simul etiam per occasionem uestri omnium qui ei obtrectãt confutare calumnias. Quod ita nobis prosequi rectius uisum est, ut non nostris uerbis & assertionibus defensionẽ pa remus, sed ex suis proprijs uocibus quibus ipse aliena hac esse quæ isti objiciunt pro prio sermone testatur, id est omne quicquid præter fidem catholicam prædicatur: quia si nostris uerbis hæc asserere uelimus suspiciosum uideri fortè possit, eo quod nos amo re si quid ipse praue senserit celauerimus. Vbi autem eius ipsius qui accusatur uocibus, & ad omnes obiectiones accusatorum suis uerbis eum non nostra assertione defendi mus, quæ ultra relinqui potest criminatoribus occasio, saltem his qui non ueri studio, sed uelut libidine quadam culpandi semper agitantur? Et quoniam de eo nunc sermo est, qui utique apud homines defunctus est, quid apud homines iudices pro defuncto fortius & firmius ualere debet, quàm & literæ, & scripta defuncti? Incipientes igitur in dicijs scriptorum suorum ostendere quid de singulis senserit, ex his præcipuè libris te stimonia congregabimus quos accusatores eius quàm maximè criminant, id est quos per spacium & quietem in secreto conscripsit: hos enim asserunt maximè à prædicatio ne ecclesiastica discrepare: ex his præcipuè libris, quos Peri archon attitulauit, in qui bus quamplurima à calumniatoribus incusantur. In his ergo ipsis, inter principia quali expositione fidei usus sit, proferemus: tum inde & ex his quæ sparsim uel p ipsos libros uel cæteros sensit, assignabimus eum prædicationem apostolicam custodisse. Est ergo lectio ex primo Peri archon quam promisimus hæc.

ORIGENES.

Icut enim multis apud Græcos & Barbaros pollicentib. ueritatẽ deſueuimus apud omnes eam quęrere q eam falſis opinionib. aſſerebãt, poſteaq; credidimus filiũ eſſe Dei Chriſtũ, & ab ipſo nobis hanc diſcendã eſſe perſuaſimus: ita cùm multi ſint qui ſe putent ſentire quæ Chriſti ſunt, & non nulli eorũ diuerſa à prioribus ſentiãt, ſeruet uerò eccleſiaſtica prædicatio per ſucceſſionis ordinẽ ab Apoſtolis tradita, & uſq; ad præſens in eccleſijs permanẽs, illa ſola credenda eſt ueritas, quæ in nullo ab eccleſiaſtica traditione diſcordat. Illud tamen ſcire oportet, quoniã ſancti apoſtoli fidẽ Chriſti prædicãtes, de quibuſdã quidem quæcunq; neceſſaria crediderunt omnib. credentibus, etiam his qui pigriores erga inquiſitionem diuinæ ſcientiæ uidebant, manifeſtiſſimè tradiderunt, rationem ſcilicet aſſertionis eorum relinquentes ab his inquirendam qui ſpũs dona excellentia, & præcipuè ſermonis ſapientiæ & ſcientiæ per ipſum ſpiritũ ſanctum percipere merebant: De alijs uerò dixerunt quidem quia ſint, quomodo autem & unde ſint ſiluerunt: profectò ut ſtudioſiores quiq; ex poſteris ſuis amatores ſapientiæ & ſcientiæ exercitium habere poſſent, in quo ingenij ſui fructũ oſtendere ualerent, hi uidelicet qui dignos ſe & capaces ſapientiæ præpararent. Species uerò eorũ quæ per prædicationẽ apoſtolicam manifeſtè traduntur, iſtæ ſunt. Primò quod unus eſt Deus qui omnia creauit, atq; cõpoſuit, quiq; ex nihilo eſſe fecit uniuerſa, Deus à prima creatura & cõditione mundi omniũ iuſtorum, deus Adam, Abel, Seth, Enos, Enoch, Noe, Sem, Abraham, Iſaac, Iacob, duodecim patriarcharũ, Moyſi & prophetarũ: & quod hic deus in nouiſſimis diebus ſicut per prophetas ſuos antè promiſerat, miſit dominũ Ieſum Chriſtum, primò quidem uocaturum Iſrael, ſecũdò uerò etiam gentes poſt perfidiã populi Iſrael. Hic deus iuſtus & bonus pater domini noſtri Ieſu Chriſti legem & prophetas & euangelia ipſe dedit, qui & apoſtolorũ deus eſt, et ueteris ac noui Teſtamenti. Tum deinde quod Ieſus Chriſtus ipſe qui uenit, ante omnem creaturã natus ex patre eſt. Qui cùm in omniũ conditione patri miniſtraſſet, per ipſum nãq; omnia facta ſunt, nouiſſimis temporibus ſe ipſum exinaniens homo factus eſt, incarnatus eſt cũ deus eſſet, & homo factus manſit quod deus erat. Corpus aſſumpſit noſtro corpori ſimile, eo ſolo differens quod natum ex uirgine, & ſpiritu ſancto eſt. Et quoniam hic Ieſus Chriſtus natus & paſſus eſt in ueritate, & nõ per imaginem cõmuni hac morte uerè mortuus: uerè enim à mortuis reſurrexit, & poſt reſurrectionem cõuerſatus eſt cum diſcipulis ſuis & aſſumptus eſt. Tum deinde honore ac dignitate patri ac filio ſociatum tradiderunt Spiritum ſanctũ. In hoc non iam manifeſtè diſcernitur utrum natus ſit an innatus.

PAMPHILVS.

Vi de nato uel innato requirit, ſine dubio creaturæ in eo nullã habet opinionem, alioquin & hoc adduxiſſet ad inquiſitionem. Et adiungit Origenes: uel filius etiam ipſe Dei habendus ſit, nec ne. ORIGENES.

Sed inquirenda iam iſta pro uirib. ſunt de ſancta ſcriptura, & ſagaci per quiſitione inueſtiganda. Sanè quod iſte ſpũs ſanctus unũquenq; ſanctorũ uel prophetarũ, uel apoſtolorũ inſpirauit, & non alius ſpiritus in ueteribus, alius uerò in his qui in aduentu Chriſti inſpirati ſunt fuerit, manifeſtiſſimè in eccleſijs prædicatur. Poſt hæc iam quod anima ſubſtantiã uitamq; habens propriam cùm ex hoc mundo diſceſſerit, & pro ſuis meritis diſpenſabit ſiue æternæ uitæ ac beatitudinis hæreditate potitura, ſi hoc ei ſua geſta præſtiterint: ſiue æterno igni ac ſupplicijs mancipãda, ſi in hæc eam ſcelerũ culpa detorſerit. Sed & quia erit tempus reſurrectionis mortuorũ cùm corpus hoc quod in corruptione ſeminat, ſurget in incorruptione: & qđ ſeminat in ignominia, ſurget in gloria: Eſt & illud definitũ in eccleſiaſtica prędicatione, omnem animã eſſe rationabilem, liberi arbitrij & uoluntatis, eſſe quoq; certamen aduerſus diabolum & angelos eius contrariasq; uirtutes, ex eo quod illi peccatis eam onerare contendãt. Nos uerò ſi rectè conſulteq; uiuamus ab huiuſcemodi onere exuere nos conemur. Vnde & cõſequens eſt intellígere non nos neceſſitati eſſe ſubiectos, ut omni modo etiam ſi nolimus uel bona uel mala agere cogamur. Si enim noſtri arbitrij ſumus, impugnare fortaſſe nos poſſunt aliquæ uirtutes ad peccatum, & alię iuuare ad ſalutem, non tamen

neceſſitate

necessitate cogimur uel rectè agere uel malè. Quod fieri arbitrant quí stellarũ cursus et motus causam dicunt humanorũ esse gestorũ, non eorũ quæ extra arbitrij libertatẽ accidunt, sed eorũ quæ in nostra sunt posita potestate. De anima uerò utrũ ex semine traducis ducat, ita ut ratio ipsius uel substantia inserta ipsis corporalib. seminibus habeat: an uerò aliud initiũ habeat, & hoc ipsum initium si genitũ est, an non genitũ, uel certè si extrinsecus corpori indit, nec ne: nõ satis manifesta prædicatione distinguit. De diabolo & angelis eius contrarijsq; uirtutib. ecclesiastica prædicatio docuit quoniã sint quidem hæc: quæ autẽ sint, uel quomodo sint, non satis clarè exposuit. Apud plurimos tamen ista habet opinio, quòd angelus fuerit iste diabolus, & apostata effectus quãplurimos angelorũ secum declinare persuaserit, q & nunc usq; angeli ipsius nuncupent. Est præterea & illud in ecclesiastica prædicatione, ꝙd mundus ille sit factus, & à certo tempore cœperit, & sit pro ipsa sui corruptione soluendus: quid tamẽ ante hunc mundum fuerit, aut quid post hunc mundũ erit, iam non pro manifesto multis innotuit. Nõ enim euidenter de his in ecclesiastica prædicatione sermo profert. Tum deinde quod per spiritum Dei scripturæ cõscriptæ sint, & sensum habeant non eum solum qui in manifesto est, sed & aliũ quendam latentem quãplurimos. Formæ enim sunt hæc quæ scripta sunt sacramentorum quorundam, & diuinarum rerum imagines: de quo totius ecclesiæ unus est sensus, esse quidem omnem legem spiritalem, non tamen ea quæ spirat lex esse omnibus nota, nisi his solis quibus gratia sancti spiritus in uerbo sapientiæ ac scientiæ condonatur. PAMPHILVS. Et post pauca addit.

ORIGENES.

E Et etiã illud in ecclesiastica prædicatione, esse angelos Dei quosdã & uirtutes bonas qui ei ministrarẽt ad salutẽ hominũ consummandã: sed quando isti creati sint, aut quõ, non satis in manifesto distinguit. De sole autẽ et luna & stellis, utrũ animantia sint, an exanima, manifestè nõ tradit. Oportet igit uelut elementis & fundamẽtis huiusmodi uti, secundũ mandatum quod dicit, Illuminate uobis lumen scientiæ, eum qui cupit seriẽ quandã & corpus ex horum omniũ ratione cõficere, ut manifestis & necessarijs assertionib. de singulis qbusq; quid sit in uero rimet, & unũ ut diximus corpus efficiat exemplis & affirmationib. uel his quas in sanctis scripturis inuenerit, uel quas ex cõsequentiæ ipsius indagine, ac recti tenore repererit. *Sapient. 6*

PAMPHILVS.

H Hæc quidẽ in principio primi lib. Peri archon disseruit, ut ostenderet quæ sint illa quæ manifestè in ecclesiastica prædicatiõe tradita sunt, & quæ sint quę non apertè definiunt. De quib. singulis secundũ eam diuisionẽ quam suprà ostendit, sparsim disputat. In reliquo uerò corpore librorũ ea quidẽ quæ ex definito prædicari ab ecclesia suprà docuit, omnib. adhibitis probamentis, ex scripturis sanctis manifestius & cõstantius asserit. De his uerò de quibus ostẽdit nõ manifestè, neq; ex definito in ecclesia prædicari, opinionib. magis & his sensibus qui disputãti & tractanti de talib. occurrere potuerunt, q; certis aliquib. ac definitis assertionibus utitur, id est discutiens & pertractans potius q; affirmans. In omnibus tamen locis sermonis sui meminit eius quem suprà exposuimus, cùm ait illam solam recipiendam & credendam esse ueritatẽ, quę in nullo apostolicis & ecclesiasticis dogmatibus aduersat: & non solum in his libris quorũ suprà fecimus mentionẽ, sed & in omnibus quæ de scripturis exponit, hac sententia uti solet, & in his præcipuè in quibus plures unius capituli interpretationes exponit, hoc asserens, se quidem ne quid quod dici possit omitteret, plura uel diuersa prout sentire potuit protulisse, illud autem debere teneri quod apostolicus & ecclesiasticus lector probaret. Hoc idem facit etiam cum hæreticorum discutit sectas: quibus omnib. cõfutatis atq; uictis unã solam eam quam suprà exposuit catholicæ ueritatis sententiam tenet. De quibus singulis qualiter responderit hæreticis, & quomodo uniuersa eorum dogmata destruẽs, ipse semper apostolicã confirmauerit fidem, si uelimus omnes sentẽtias eius cõgregare, & longum satis est, & erit tam nobis qui scribimus onerosum, q; legentib. tædiosum: sed sufficit pauca proferre, in quibus omniũ profectò facilè cognoscent indicia. Neq; enim contra domini sententiam sentiendum est, ut qui in paucis inuenitur fidelis, non etiam in multis & haberi

debeat fidelis & credi. Primum ergo ex eius libris ponemus exemplum quod illi superiori conueniat, ex eo libro quem in epistolã Pauli apostoli ad Titum scripsit, de eo ca-
Tit. 3 pitulo in quo dicit Apostolus. Hæreticũ hominem post trinam correptionem deuita, sciens quia peruersus est, & peccat, qui est à semetipso damnatus. De quo dicit qualis sit qui hæreticus, & qualis sit qui catholicus est & ecclesiasticus.

ORIGENES.

N Omen hæresis quãtũ ego deprehendere potui etiam in epistola Pauli apostoli ad Corinth. designat hoc modo. Oportet enim & hæreses esse ut probati manifesti fiant, inter uos. Et iterũ ad Galatas, inter opera carnis hæreseos quoq; nomen ascribit, ut ait: Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immũdicia, impudicitia, idololatria, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, discordiæ, hæreses, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ & prædixi uobis, quoniã qui talia agunt, regnũ Dei non possidebunt. Per quæ cognoscimus, quoniã sicut hi qui fornicationib. & immundicijs, atq; impudicitijs, & idolorũ cultibus maculati sunt, regnũ Dei non possidebunt, ita & hi qui in hæresim declinauerint. Neq; enim putandũ est tãti Apostoli tam absolutã sententiã posse ullo genere uacillare. Apostolus enim est omniũ ecclesiarũ Christi, nõ ab homine, neq; per hominẽ, sed per Iesum Christũ & deum patrẽ electus. Propterea ergo secundũ auctoritatem sententiæ ipsius oportet nos sicut reliqua mala quæ numerauerat, ita nomen hæresis deuitare, neque cum talibus orationis societate misceri. PAMPHILVS. Et post hæc paucis quibusdam per medium insertis adiecit. ORIGENES. Quid uerò sit hæreticus homo, pro uiribus nostris secũdum quod sentire possimus, describamus. Omnis qui se Christo credere profitet, & tamẽ alium deum legis & prophetarũ, alium euangeliorũ deum dicit, & patrem domini nostri Iesu Christi nõ eum dicit esse qui à lege & prophetis prædicatur, sed alium nescio quem ignotũ omnibus atq; omnibus inauditũ, huiusmodi homines hæreticos designamus, quamlibet uarijs ac diuersis & fabulosis cõcinnent ista figmentis, sicut sectatores Marcionis & Valentini & Basilidis, & hi qui se Eutychianos appellant. Sed & Appelles licet non omnib. modis dei esse deneget legem & prophetas, tamen & ipse hęreticus designat, quoniã deum qui hunc mundum condidit, ad gloriam alterius ingeniti & boni dei eum construxisse pronunciat: illum autem ingenitũ deum in consummatione seculi misisse Iesum Christũ ad emendationem mundi, rogatũ ab eo deo qui eum fecerat, ut mitteret filium suum ad mundi sui correptionem. Et si quidem hic solũmodo qui de deo patre aliter sentit q̃ regula pietatis exposcit, hæreticus habendus esset, sufficeret utique quod superius dictum est. Sed nunc unum atq; idem credendũ est etiam de eo qui de domino nostro Iesu Christo falsi aliquid senserit, siue secundũ eos qui dicunt eum ex Ioseph & Maria natum, sicut sunt Ebionitæ & Valentiniani, siue secundũ eos qui primogenitũ eum negãt, & totius creaturæ deum & uerbum & sapientiã, quæ est initium uiarum dei, antequã aliquid fieret, ante secula fundatam, atq; ante omnes colles generatam, sed hominẽ eum solum dicentes: uel secundũ eos qui deum quidem eum fatentur, non tamen assumpsisse hominem, id est animam corpusq; terrenũ: qui sub specie quasi amplioris gloriæ Iesu domino deferendæ, omnia quę ab eo gesta sunt, phantastice magis quàm uerè gesta esse testantur: quiq; neq; de uirgine natum testantur, sed triginta annorum uirum eum apparuisse in Iudæa. Alij uerò ex uirgine quidem eum credunt esse primogenitum, sed putasse se magis uirginem peperisse, non tamen uerè peperisse confirmant. Latuisse quippe etiam uirginem putatiuæ generationis asserunt sacramentum. Qui quomodo non ab ecclesia longè ponendi sunt, cum philargyriæ morbo languentes dogmata statuerunt, quibus ad suum nomen discipulos declinarent? Sed & eos qui hominẽ dicunt dominum Iesum præcognitum & prædestinatum, qui ante aduentum carnalem substantialiter & propriè non extiterit, sed quod homo natus patris solam in se habuerit diuinitatem, ne ipsos quidẽ sine periculo ecclesiæ numero sociari: sicut & illos superstitiose magis q̃ religiose, qui ne uideantur deos dicere, neque rursum negare Saluatoris diuinitatem, unam eandem'que substantiam patris ac filij asseuerant, id est duo quidem nomina secundum diuersitatem causarum recipientem, unam tamen ὑπόστασιν subsistere, id est,

unam

unam personam duobus nominibus subiacentem, qui latinè Patripassiani appellãtur. Sed & sunt qui spiritũ sanctum alium quidem dicãt esse, qui fuit in prophetis, alium autem qui fuit in apostolis domini nostri Iesu Christi: unum atq; idem delictũ impietatis admittunt, quod illi qui quantum in se est naturam deitatis secant & scindunt, dicentes unum legis, & alterum euangeliorũ deum. Sed & illi qui non omnes humanas animas unius eiusdemq; dicunt esse substantiæ, sed diuersas naturas animarũ, inter eos hæreticos numerãdi sunt, qui iniquitatẽ in excelsum loquuntur, atq; iniustitiam iniquitatẽq; eius accusant. Nec nõ & illi qui liberi arbitrij potestatem ex animab. auferre nituntur, uelut pernicioso dogmate cõmuni humanæ uitę & uirtuti continentiæ labem quandã inferre iudicandi sunt, ne humani propositi reputetur bonum quid uel facere, uel dicere, uel sentire, ex quo ad contemptũ aut negligentiam diuini iudicij mens humana formabitur. Sit autem in ecclesiastico ordine etiam de peccatorũ supplicijs fides, & de his qui præmia bonæ conuersationis & uitæ in regno domini iusto eius iudicio recepturi sunt. Si quis ergo horũ aliquid quæ suprà exposuimus, cõmutare uel subuertere conat, uelut peruersus, & à seipso damnatus secundũ sententiã Apostoli, etiam à nobis præcepto obsequentib. eius, similiter habendus est. Designat autem ecclesiasticũ uirum cum his omnib. quæ suprà exposuimus, etiam de mortuorũ resurrectione fides, de qua sanctus apostolus Paulus ita pronunciat, quia si quis negat resurrectionẽ mortuorũ, consequens est ut Christi resurrectionẽ neget. Habentur nihilominus in ecclesiastico ordine etiam de diabolo rationes, et de omni eius exercitu, quod agones quosdã et certamina aduersus omnes homines, præcipuè tamen aduersus eos qui credunt in dominũ nostrũ Iesum Christũ, mouent: & quod necessitatẽ quidem imponere peccandi per agones & certamina non ualent, persuadere tamen et decipere ad subuersionem possunt eos qui nõ omni custodia sua corda præmuniunt. Habendũ est autem in ecclesiasticis obseruationibus, qđ neq; hominũ quis à Deo in perditionẽ traditus est, sed unusquisq; pereuntium sua negligẽtia pereat & culpa, qui habens arbitrij libertatẽ, eligere quod bonum est & potuit & debuit. Quod etiã de ipso diabolo sentiendũ est, qui in conspectu domini omnipotẽtis describit restitisse, & deseruisse statũ suum in quo fuerat immaculatus: qui utiq; potuisset in hoc statu in quo ab initio fuit, usq; in finẽ perseuerare si uoluisset: Designatus ut arbitror, nobis est prout potuimus, & descriptus quis & qualis esset hæreticus, & quæ uel in quibus eorum dogmata, falsæq; opiniones habeant, & quæ sit ecclesiasticæ obseruantiæ puritas. PAMPHILVS. Et post pauca addidit hæc. ORIGENES. Requisierunt sanè quidã utrum hæresim, an schismata oporteat uocari eos qui Cataphrygę nominant, obseruantes falsos prophetas, & dicentes: Non accedas ad me, quoniã mundus sum: nõ enim accipio uxorẽ, nec est sepulchrũ patens guttur meũ, sed sum Nazaræus Dei, non bibens uinũ sicut illi. PAMPHILVS. Istæ uoces sunt eius qui uelut hæreticus accusat, & corruptio & perditio animarũ, ab his qui nequaq; ostium ori suo & claustra labijs suis imponere à Propheta didicerunt. Quæ quidẽ non in publico dicta sunt ab eo, id est in communi ecclesiæ auditorio, ne fortè putetur propter audientes fauorabilem aptasse sermonẽ: sed ex illis hæc libris protulimus, quos in secreto apud semetipsum nullo arbitro intercedẽte dictabat. In quo attentius uos illud uolo cõsiderare quod dixit, quia si quis horũ aliquid cõmutauerit, hæreticus est, & peccat in subuersione positus, et à semetipso damnatus, secundũ Apostoli sententiã: Cuius & nos autoritati obsequẽtes eadem sentire debemus. Cùm ergo hæc ita se habeãt, conueniens arbitror interrogare istos ipsos accusatores eius, si ipsi aliter ea q̃ eius designatum uocibus est, uel de hæretico sentiunt, uel de catholico. Dicant ipsi quæ alia sunt ecclesiastica dogmata, si hæc non sunt quæ superius ab illo digesta sunt. Et quidem generaliter hæc de omnibus ecclesiasticis dogmatib. ab illo dicta sunt: pergamus autem & quæ specialiter de singulis, & maximè de principalibus rebus, de sancta ac beata trinitate, id est de patre & filio & spũ sancto senserit, indicãtes & proferentes in mediũ ea quę in diuersis suis operis uoluminib. inserta mandauit, & ut ipsius sententia de maximis et diuinis rebus quę fuerit ostendat, & duobus uel tribus uocũ suarũ testib. fiat omne uerbum defensionis eius. Indicat ergo quid de Deo patre omnipotẽte senserit in his ipsis libris, qui quammaximè ab accusatoribus celebrãtur, id est Peri archon, scribens hæc:

ORIGENES. De Deo patre omnipotenti.

Mni igitur sensu qui corporale aliqd de Deo intelligi suggerit, prout potuimus confutato, dicimus secundū ueritatem quidem Deum incomprehensibilem esse, atq; inæstimabilē. Si quid enim illud est quod sentire uel intelligere de Deo potuerimus, multis longè modis eum meliorē esse ab eo quod sensimus, necesse est credi. Sicut enim si uideamus aliquem uix posse scintillā luminis aut breuissimæ lucernæ lumen aspicere, & eum cuius acies oculorum plus luminis capere q̄ suprà diximus, non ualet, si uelimus de claritate & splendore solis edocere, nónne oportebit nos ei dicere, quia omni hoc lumine quod uides, ineffabiliter & inæstimabiliter melior & præstantior solis est splendor? Ita mens nostra cùm intra carnis & sanguinis claustra concludit, & pro talis materiæ participatione hebetior atq; obtusior redditur, licet pro comparatione naturæ corporeæ longè præcellens habeat, tamen cùm ad incorporea nititur, atq; eorum intuitionē rimatur, tunc scintillæ alicuius lucernæ uix obtinet locū. Quid autem in omnib. intellectualibus, id est, in corporeis tam præstās omnibus, tam ineffabiliter atq; inæstimabiliter præcellens est q̄ Deus? Cuius utiq; natura acie humanæ mentis intendi atq; intueri, quamuis sit purissima mens ac limpidissima, non potest. Verū non uidetur absurdū, si ad euidentiorē rei manifestationē etiam alia utamur similitudine. Interdū oculi nostri ipsam naturā lucis, id est substantiā solis intueri non possunt: splendorem uerò eius, uel radios fenestris forte, uel quibuslibet luminū breuibus receptaculis infusos intuentes, considerare possumus, fomes ipse ac fons quantus sit corporei luminis. Ita ergo quasi radij quidam sunt Dei naturæ, opera diuinę prouidentiæ, & ars uniuersitatis huius ad comparationē substantiæ ac naturæ. Quia ergo mens nostra ipsum per se Deum sicut est, nō potest intueri, ex pulchritudine operū & decore creaturarū parentem uniuersitatis intelligit. Nō ergo corpus aliquod, aut in corpore esse putandus est Deus, sed intellectualis natura simplex, nihil omnino in se adiunctionis admittēs, uti ne maius aliquid, & inferius in se habere credat, sed ut sit ex omni parte μονάς, & ut ita dicā, ἑνάς, & mens & fons, ex quo initium totius intellectualis naturæ uel mentis est. Mens uerò ut moueat uel operet, non indiget loco corporeo, neq; sensibili magnitudine, uel corporali habitu, aut colore, neque alio ullo prorsus indiget horū quæ corporis uel propriæ materiæ propria sunt. Propter quod natura illa simplex, & tota mens, ut moueatur uel operet aliquid, dilationis aut cunctationis habere potest nihil, ne per huiusmodi adiunctionem circumscribi uel inhiberi aliquatenus uideatur diuinæ naturæ simplicitas, uti ne quod est principium omnium compositū inueniatur & diuersum, & sit multa non unum, quod oportet totius corporeæ admixtionis una sola (ut ita dixerim) diuinitatis specie cōstare. PAMPHILVS. Hæc in primo libro Peri archon scribit de diuina natura. In secundo uerò, quia idem Deus ueteris & noui Testamenti sit, hoc modo refert.

ORIGENES.

Is per ordinem prout potuimus, breuiter digestis, cōsequens est secundū id quod ex initio propositū est, confutare etiā eos qui putant alium deum esse patrem domini nostri Iesu Christi, præter illum qui uel Moysi responsa legis dabat, uel prophetas mittebat, qui est Deus patrū, Abrahā, Isaac & Iacob. Oportet enim primò in hac nos fidei ratione firmari. Cōsiderandum ergo est illud quod frequenter in Euangelijs dicit, & singulis quibusq; domini & saluatoris nostri gestis adiungitur, ut impleat quod dictum est per Prophetam illum & illum: cùm manifestū sit prophetas esse illius Dei qui mundum fecit. Ex ipsa ergo consequentia cōcluditur, quoniā qui prophetas misit, quæ de Christo credenda erant, ipse prædixit: & dubium non est quod hæc non alienus quis ab eo, sed pater ipsius prædicebat. Sed & illud quod frequenter exempla de ueteri Testamento à Saluatore proferuntur, uel ab apostolis eius, non aliud indicat, nisi quod autoritas ueteribus à Saluatore et ab eius discipulis adhibetur. Sed & illud quod ad benignitatem prouocans discipulos suos Saluator ait: Estote perfecti sicut & pater uester cœlestis perfectus est, qui solem suū oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: cui etiā exiguæ intelligentiæ uiro euidentissimū non suggerit intellectū, quod non alium ad imitandum

Matth. 5

proponit

proponit discipulis suis Deum, nisi factorem solis & imbrium præbitorem? PAMPHILVS. Post hæc in cõsequentibus multis argumentis atq; exemplis scripturarum affirmans, ostendit quoniam unus & idem Deus legis est & Euangeliorum, & prophetarum, & apostolorũ, iustus & bonus, uisibilium & inuisibilium, ac totius uniuersitatis dominus. Quomodo ergo senserit de Deo patre, ex his eius scriptis quæ suprà exposuimus, claruit. Videamus nunc qualiter & de Dei filio differat.

ORIGENES. De deitate filij Dei.

PRo uiribus igitur nostris perexiguis considerata ex operum suorum magis quàm ex nostri sensus contemplatione diuina natura, intuitisq; nihilominus creaturis eius uisibilibus, fide quoque inuisibilibus contemplatis, quia non omnia uel oculis uidere potest humana fragilitas, uel ratione complecti, eo quod omnium rationabilium infirmius & fragilius animal sumus homines: præstantiora enim sunt ea quę uel in cœlo, uel super cœlos habentur: superest ut omnium harum creaturarũ & Dei medium, id est mediatorem quæramus, quem Paulus apostolus primogenitum omnis creaturæ pronunciat. Videntes enim ea quæ de eius maiestate in scripturis sanctis referuntur, & intuentes quod imago inuisibilis Dei, & primogenitus omnis creaturæ dicatur, & quod in ipso creata sint omnia, siue quæ in cœlis, siue quæ in terra sunt uisibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia illi constant, qui est caput omnium, solum habens caput Deum patrem, sicut scriptũ est, Caput autem Christi Deus: peruidentes etiam quod scriptum est, quoniam nemo nouit patrem nisi filius, neq; filium quis nouit nisi pater: Quis enim posset nosse quæ sit sapientia nisi qui genuit eam? aut quis ad liquidum quæ sit ueritas nouit, nisi ueritatis pater? Quis certè uniuersam uerbi sui naturam, atq; ipsius Dei, quæ ex Deo est, inuestigare potuit nisi solus Deus, apud quem erat uerbum? pro certo habere debemus, quod hoc uerbum, siue ratio dicenda est, hanc sapientiam, hanc ueritatem nullus alius nisi pater nouit: de quo sicut scriptum est, ne ipsum quidem mundum capere arbitror libros qui scriberentur de maiestate & gloria filij Dei. Impossibile nanque est literis committere quæ ad Saluatoris gloriam pertinent. PAMPHILVS. Vnum istud testimonium de deitate filij Dei ex illis libris protulimus, qui maximè ab accusatoribus arguuntur: dubium autem non est, quod eodem sensu etiam in cæteris sentiat, nec sit sibi ipse contrarius.

ORIGENES. De eo quod non sit pater antequam filius, sed coæternus sit filius patri. In lib. 1. de Gen.

NOn enim Deus quum prius non esset pater, postea pater esse cœpit, uelut impeditus aliquibus ex causis, quibus homines mortales impediri solent, ut non statim ex quo sunt, et patres esse possint. Si enim semper perfectus est Deus, nec deest ei uirtus qua pater sit, & bonũ est esse eum patrem talis filij, quid differt, aut quid hoc bono fraudat se, & non statim (si ita dici potest) ex quo potest esse pater efficitur pater? Idipsum autem etiam de Spiritu sancto dicendum est. Aliud quoq; testimonium de eadem re ex libris epistolæ ad Hebrẽos. Lux autem æterna quid aliud est sentiendũ, quàm Deus pater, qui nunquam fuit quando lux quidem esset, splendor uerò ei nõ adesset? Neq; enim lux sine splendore suo unquam intelligi potest. Quod si uerum est, nunquam est quando filius non fuit. Erat autem non sicut de æterna luce diximus, ne duo principia lucis uideamur inducere, sed sicut ingenitæ lucis splendor, ipsam illam lucem initiũ habens ac fontem, natus quidem ex ipsa, sed non erat quando non erat. Aliud testimoniũ de eadem re de libris epistolæ ad Romanos. Quod promiserat, inquit, per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est secundũ carnem ex semine Dauid: factus est quod antè non erat. Manifestum enim est quia secundum carnem non erat prius: secundum spiritum uerò erat antè, & non erat quando non erat.

Item

Item in primo libro Peri archon.

Quod extra ullum initium est generatio filij Dei.

Si ergo semel rectè receptũ est, unigenitum filium Dei sapientiam eius esse substantialiter subsistentẽ, nescio si iam ultra euagari sensus noster debeat
s ad suspicandũ, ne fortè ipsa substantia eius corporeũ aliquid habeat, cùm omne quod corporeum est, uel habitu, uel colore, uel magnitudine designetur. Et quis unq̃ sani sensus habitũ uel colorem, aut mensuræ magnitudinem in sapientia requisiuit per quod sapiẽtia est? Quomodo autem extra huius sapientiæ generationẽ fuisse aliquando Deum patrem, uel ad punctũ momenti alicuius potest quis sentire, uel credere, qui tamen pium aliquid de Deo intelligere nouerit, uel sentire? Aut enim non potuisse Deum dicet generare sapientiã antequã generaret, ut eam quæ non erat, postea genuerit ut esset: aut potuisse quidem, sed (quod ne dici quidem de Deo fas est) noluisse generare: quod utrunq̃ & absurdũ esse, & impium omnibus patet, id est non ex eo quod non potuit Deus perficere ut posset, & ex eo cùm posset, dissimularet generare sapientiã. Propter quod nos semper nouimus Deum patrem unigeniti filij sui, ex ipso quidem nati, & quod est ab ipso trahentis, sine ullo tamen initio, non solum eo quod aliquibus temporũ spacijs distingui potest, sed ne illo quidem quod sola apud semetipsam mens intueri solet, & nudo (ut ita dixerim) intellectu atq̃ animo conspicari. Extra omne ergo quod uel dici, uel intelligi potest initium, generatam esse credendũ est sapientiam. Aliud testimoniũ eiusdem. Qui autem initiũ dat uerbo Dei, uel sapientiæ Dei, intuere ne magis in ipsum ingenitũ patrẽ impietatẽ suam iactet, cùm eum neget semper patrem fuisse, & genuisse uerbum, & habuisse sapiẽtiam anterioribus uel temporib. uel seculis, uel siqd aliud est quod nominari potest. Item aliud testimoniũ de eisdem. Efficitur ergo uirtus altera in sua proprietate subsistens, ut ait sermo scripturæ, uapor quidã primæ & ingenitæ uirtutis Dei, hoc quidem quod est, inde trahens, non est autem quando non fuerit. Si eum quis uoluerit dicere quasi prius nõ extiterit, sed postea ad subsistentiam uenerit, dicat causam quare qui eam substituit pater, antè hoc non fecerit. Quod si aliquod semel initiũ dederit quo uapor iste ex Dei uirtute processerit, iterum interrogabimus quare non & antè illud quod dixit initium: & ita semper de anterioribus inquirentes, & uerbo interrogationis ascendentes, peruenie niemus ad illum intellectũ, ut quoniam semper & poterat Deus & uolebat, nunc̃ uel decuit, uel causa aliqua existere potuit, ut non bonũ hoc quod uolebat, semper habuerit. Ex quo ostenditur semper fuisse uaporem istum uirtutis Dei nullum habentem initium nisi ipsum Deum. Nec̃ enim decebat aliud ei esse initiũ nisi ipsum unde est, & na-
1. Cor. 1 scitur Deum. Secundũ Apostolum uerò dicentẽ, quia Christus Dei uirtus est, iam non solum uapor uirtutis Dei, sed uirtus ex uirtute dicenda est. Item aliud testimoniũ de eisdem. Sempiternum, uel æternũ propriè dicitur, quod nec̃ initiũ ut esset habuit, nec̃ cessare unquam potest esse quod est. Hoc autem designatur apud Ioannem, cùm dixit, quoniam Deus lux est. Splendor autem lucis eius sapientia sua est, non solum secundum quod lux est, ita ut æternitatis splendor sit sapientia sua. Quod si integrè intelligatur, manifestè declarat, quia subsistentia filij ab ipso patre descendit, sed non temporaliter, nec̃ ab ullo alio initio, nisi (ut diximus) ab ipso Deo.

Item aliud testimonium de libro primo.

De coæternitate filij Dei, & inseparabilitate eius à patre.

Infandum autem est & illicitum, Deum patrem generationem filij sui unigeniti, atq̃ substantiæ eius exæquare alicui uel hominum, uel aliorum animantium generationi:
i sed necesse est exceptum aliquid esse & Deo dignum, cuius nulla prorsus comparatio non in rebus solum, sed nec in cogitatione quidem uel sensu inueniri potest, ut humana cogitatio possit apprehendere, quomodo ingenitus Deus efficitur pater unigeniti filij. Est namq̃ ita æterna & sempiterna generatio, sicut splendor generatur ex luce. Non enim per adoptionem spiritus filius fit extrinsecus, sed natura filius est.

Item

Item de eodem aliud testimonium.

Videamus ergo quid sit Saluator noster. Splendor dicitur etiam gloriæ, id est splendor luminis æterni: & certum est quod splendor ex lumine inseparabiliter generatur: & donec permanet lux, permanet semper & splendor. Saluator ergo noster qui est sapientia: sapientia autem Dei ipsa est splendor æternæ lucis: inseparabiliter & indesinenter generatur ex patre. sic enim & ipsa de se sapientia per Salomonē dicit: Ante omnes colles generat me. Nō enim dixit, ante omnes colles genuit me, sed generat me. In quo significantia sempiternitatis est.

Ex libro secundo de Spiritu sancto.

T Empus est nunc nos pro uiribus nostris de spiritu sancto pauca disserere, quem dominus & Saluator noster in euangelio secundū Ioan. Paracletū nominauit. Sicut enim idem ipse Deus, atq; idem ipse Christus, ita idem ipse & spūs sanctus est, qui & in prophetis, et in apostolis fuit, id est siue in illis qui ante aduentū Christi deo crediderūt, siue in his qui per Christum confugerunt ad eum. Et duos quidem deos audiuimus ausos esse hæreticos dicere, & duos Christos: duos autem spiritus sanctos nunquā audiuimus ab aliquo prædicari.

Quod eadem sit inconuertibilitas spiritus sancti, quæ patris & filij. De lib. 1. Peri archon.

N Vlla ergo natura est secundū quod nos sentimus, quę non possit recipere malū: idcirco non confirmamus omnem naturā recepisse malū, id est malam effectā: sed sicut est dicere, quia omnis hominis natura recipit ut possit nauigare, non tamen ex eo etiam omnis homo nauigauit: & iterum omni homini possibile est discere artem grāmaticam, uel medicinam, non tamen idcirco ostenditur omnis homo uel medicus esse, uel grāmaticus: ita si dicimus nullam esse naturā quæ non possit recipere malū, non tamen continuo etiam recepisse malum designat. Et rursum, nulla natura est quæ non recipiat bonū: nec tamen idcirco omnis natura probat recepisse quod bonū est. PAMPHILVS. Et post pauca addidit. ORIGENES. Nulla ergo natura est quæ non recipiat malū, excepta natura Dei, quæ fons omniū est. Et Christus sapientia est, & sapientia utiq; stultitiam recipere non potest. Et iustitia est, iustitia autem nunquā profectò iniustitiam capiet. Et uerbum est, uel ratio, quæ utiq; irrationabilis effici non potest. Sed & lux est, & lucem certū est quod tenebræ non comprehendunt. Similiter autem & natura spiritus sancti, quæ sancta est, non recipit pollutionē. Naturaliter enim uel substantialiter sancta est. Si qua autem alia natura sancta est, ex assumptione hac, uel inspiratione spūs sancti habet ut sanctificetur, non ex sua natura hoc possidens, sed accidens, propter quod & decidere potest quod accidit. Ita & iustitiam accidentem quis habere potest, unde & decidere eam possibile est. Sed & sapientiā quis accidentem nihilominus habet, quāuis in nostra potestate positū sit, & studio nostro & uitæ merito, si sapientiæ operā demus, effici sapientes, & si semper id studij geramus, semper sapientiæ participemus: & id nobis uel plus, uel minus accidat, uel pro uitæ merito, uel pro studij quantitate.

Quod coæqualis sit trinitas, & quod spūs sanctus non sit creatura. De lib. 1. Peri archon.

D E spiritu sancto quia est, multæ nos scripturæ docuerunt, sicut Dauid in quinquagesimo psalmo dicit: Et spiritū sanctum tuū ne auferas à me. Et in Daniele dicitur: Spūs sanctus qui in te est. In nouo uerò Testamēto, abundantibus testimonijs edocemur, cùm spūs sanctus descendisse super Christum perscribit, & cùm ipse dominus insufflauit in apostolos post resurrectionem dicens, Accipite spiritū sanctum. Et ad Mariam dicit ab angelo: Spiritus sanctus superueniet in te. Paulus uerò docet, quia nemo potest dicere dominū Iesum, nisi in spiritu sancto. Et in Actibus apostolorū per impositionem manuum apostolicarum spiritus sanctus dabat in baptismo. Ex quibus omnibus dicimus tantæ & autoritatis & dignitatis substantiā sancti spiritus, ut salutare baptismum non aliter nisi excellentissimæ omni-

Daniel. 13

Ioan. 20
Luc. 1
Act. 8

mæ omni trinitatis autoritate, id est patris, & filij, & spūs sancti cognominatione compleatur, & innato Deo patri, & unigenito eius filio, nomen quoq; spūs sancti copulet. Quis ergo nō obstupescat quanta maiestas sit spiritus sancti, cùm eum qui dixerit uerbum in filium hominis, audiat sperare ueniā posse: eum uerò qui in spiritū blasphemauerit, ueniā non habere neq; in præsenti seculo, neq; in alio futuro? PAMPHILVS. Et post pauca adiecit. ORIGENES. Verūtamen usq; ad præsens nullū sermonem in scripturis sanctis inuenire potuimus per quē spiritus sanctus factura uel creatura esse diceret. PAMPHILVS. Et insertis quāpluribus testimonijs de uirtute spūs sancti, aliquanto post etiam hæc adiecit. ORIGENES. Si reuelāte filio cognoscit patrem spūs sanctus, ergo ex ignorantia ad scientiam uenit: quod utique & impium pariter, & stultū est, spiritum sanctū confiteri, & ignorantiā ei ascribere. Non enim cùm aliud aliquid esset antea q̄ spiritus sanctus, per profectū uenit in hoc ut esset spūs sanctus: ut qs audeat dicere, quia tunc quidē cùm nondum esset spūs sanctus, ignorabat patrem: postea uerò q̄ recepit scientiam, etiam spūs sanctus effectus est. Quod si esset, nunq̄ utiq; in unitate trinitatis, id est, Dei patris inconuertibilis, et filij eius, etiam ipse spūs sanctus haberet, nisi quia & ipse semper erat spiritus sanctus. PAMPHILVS. Et post pauca adiecit. ORIGENES. Rectè tamen uidet inquirere quid causæ sit quod qui regeneratur per Deum in salutem, opus habet & patre, & filio, & spiritu sancto, non percepturus salutem, nisi sit integra trinitas: nec possibile est participem fieri patris & filij, sine spiritu sancto. De quibus discutientes, sine dubio necessariū erit ut operationē specialem spūs sancti, specialem patris ac filij describamus. Arbitror ergo operationē quidem esse patris, & filij, tam in sanctis, q̄ in peccatoribus irrationabilib. hominibus, & in mutis animalibus, sed & in his quæ exanima sunt, & in omnibus omnino quę sunt: operationem uerò spūs sancti nequaquā prorsus incidere, uel in ea quæ exanima sunt, uel in ea quæ animantia quidem, sed muta sunt: sed ne in illis quidem inueniri qui rationabiles quidem sunt, sed in malitia positi, nec omnino ad meliora conuersi. In illis autem solis arbitror opus spiritus sancti, qui iam se ad meliora cōuertunt, & per uias Iesu Christi incedunt, id est, qui sunt in nouis actibus, & in Deo permanent. Quoniam autē operatio patris & filij est & in sanctis, & in peccatoribus, manifestatur ex eo quòd omnes rationabiles uerbi Dei, id est, rationis participes sunt, & per hoc uelut semina quędam insita sibi gerunt sapientiæ & iustitiæ, quod est Christus. Sed & hoc ipsum quod est, & permanet omnis creatura, operatio est Dei patris qui dixit, Ego sum qui sum: quæ peruenit super omnes. Ipse est enim qui solem suum oriri iubet super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. PAMPHILVS. Et post multā de patre & filio per scripturarum exempla assertionem, addidit hanc. ORIGENES. Spiritus uerò sancti participationem à sanctis tantummodo haberi inuenimus, propter quod dicitur: Nemo potest dicere dominus Iesus nisi in spiritu sancto. Et uix aliquando ipsi apostoli digni habentur audire, Accipietis uirtutem superueniētis spiritus sancti in uos. Propter quod cōsequens esse puto, quia qui peccauerit in filium hominis, uenia dignus est, pro eo quòd is qui uerbi uel rationis est particeps, si desinat rationabiliter uiuere, uidet in ignorantiam, uel stultitiam decidisse, & propter hoc ueniam promereri: qui autem iam dignus habitus est sancti spiritus participatione, & retrò fuerit conuersus, hic re ipsa & opere blasphemasse dicitur in spiritum sanctum.

Exod. 3

Quod si pater nouit initia omnium quæ sunt, & fines, sic & filius, sic & spiritus sanctus sciat id quod impossibile est omni creaturæ cognoscere.

Paulus apostolus per spiritum sanctū qui perscrutat etiam profunda Dei, altitudinē diuitiarū sapientię & scientiæ Dei scrutās, nec tamen ad finem, & (ut ita dixerim) ad intimam cognitionē prævalens peruenire, desperatione rei & stupore proclamat, & dicit: O altitudo diuitiarum sapientię & scientiæ Dei. Et quòd desperatione perfectæ comprehensionis hæc exclamauerit, audi ipsum dicentem: Quàm inscrutabilia sunt iudicia Dei, & q̄ inuestigabiles uiæ eius. Non em̄ dixit difficile posse scrutari, sed omnino nō posse iudicia Dei: nec dixit difficile inuestigari posse uias eius, sed nō posse inuestigari. Quantumcunq; enim

P

Rom. 11

quis

quis scrutando promoueat, & studio interiori proficiat, gratia quoq; dei adiutus, sensuq; illuminatus, ad perfectũ finẽ eorũ quæ requirent, peruenire non poterit, nec omnis mens, quæ creata est possibile habet ullo genere comprehendere: sed cum inuenerit aliquantulũ ex his quæ quærunt, iterum uidet alia quæ quærẽda sunt. Quod si & ad ipsa peruenerit, multo iterũ plura ex illis quæ quæri debeãt, peruidebit. Propter quod & sapientissimus Salomon naturã rerum per sapientiã contuens ait: Dixi, sapiens efficiar, & ipsa sapientia lõge facta est à me, longe plus q̃ erat. Et altitudinem profundam quis inueniet? Sed & Esaias sciens rerũ initia à natura mortali inueniri nõ posse, sed ne ab his quidẽ naturis quæ quãuis diuiniores sint q̃ humana est, factæ tamen & ipsę sunt uel creatæ: Scient ergo q̃ à nullo harũ neq; initiũ, neq; finis inueniri potest, ait: Priora quæ fuerunt dicite, & sciemus quia dij estis: uel nouissima quæ sunt, annunciate, & tũc uidebimus quia dij estis. Nam & Hebræus doctor tradebat, pro eo quod initiũ omniũ uel finis non posset ab ullo cõprehendi, nisi tantũmodo à domino Iesu Christo & à spiritu sancto, idcirco aiebat per figurã uisionis Esaiam dixisse duos Seraphim solos esse: qui duabus quidẽ alis operiunt faciem dei, duabus uero pedes, & duabus uolare eos, & clamãtes sibi inuicẽ dicere, Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus Sabaoth, plena est uniuersa terra gloria tua. Quod ergo sola Seraphim utraq; alas suas habent in faciẽ dei & in pedibus eius, audendũ est pronunciare, q̃ neq; exercitus sanctorũ angelorũ, neq; sanctæ sedes, neq; dominationes, neq; principatus, neq; potestates scire possunt integre initiũ omnium, & finẽ uniuersitatis. Sed intelligendũ est sanctos istos quos numerauimus spũs & uirtutes proximas quidẽ esse ipsis initijs, & attingere tantũ quantũ cõsequi non ualẽt reliqui. Veruntamẽ quantũcunq; illud est quod reuelãte filio dei ac spiritu sancto didicerint istæ uirtutes, quãplurima quidẽ assequi poterũt, & multo plura priores inferioribus, omnia tamen cõprehendere impossibile est eis, quia scriptum est, Quãplurima ex operibus dei in secretis sunt. Vnde & optabile est ut pro uiribus se unusquisq; extendat semper ad ea quæ priora sunt, ea quæ retro sunt obliuiscens, tã ad opera meliora, quàm etiam ad sensum intellectumq; puriorem, per Iesum Christum saluatorem nostrum, Cui est honor & gloria in secula seculorum. Amen.

Sap. 7

Esa. 6

De incarnatione uerbi dei. ORIGENES

IN omni orbe terrarũ, in omni Græcia, atq; exteris nationibus innumeri sunt & immensi, qui relictis patrijs legibus, & his quos putabãt deos uel obseruãtia Moysi legis, in discipulatũ se Christi, cultumq; tradiderunt, & hoc nõ sine ingẽti odio eorũ qui simulacra uenerant, ita ut ab his frequẽter & cruciatibus affligant, nonnunq; etiam agantur in mortem. Amplectuntur tamen, & cũ omni affectu custodiunt doctrinæ Christi sermonem. Et est uidere quomodo breui tempore ipsa religio creuerit pœnis multorũ mortibusq; proficiẽs; sed & bonorũ direptionibus, atq; omni ab his afflictionũ genere tolerato. Et eo maxime mirũ est, q̃ ne doctores quidẽ ipsi, uel satis idonei sunt, uel satis plures. Prædicat tamen sermo iste in omni orbe terrarũ, ita ut Græci ac Barbari, sapiẽtes & insipiẽtes religionem Christi, siue Christi doctrinã suscipiant. Ex quo dubiũ non est, non hoc humanis uiribus atq; opibus agi, ut cũ omni potestate & persuasiõe sermo Iesu Christi apud omniũ mentes atq; animos inualescat. Nã & prædicta esse ab eo hæc ipsa, & diuinis ab eo responsis confirmata, manifestũ est cũ dicit: Quia ante præsides & iudices adducemini propter nomẽ meũ in testimoniũ illis & gentibus. Et iterũ: Multi mihi dicẽt in illa die: Domine, domine, nõne in nomine tuo mãducauimus & bibimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus? & dicã illis, Discedite à me operarij iniquitatis, nunq; cognoui uos. Quæ si ita quidẽ ab eo dicta fuissent, nec ad finẽ tamẽ ea quæ prædicta sunt, peruenissent, fortassis minus esse uera uiderent, nec habere aliquid auctoritatis: nũc uero cum iam in effectũ res quę fuerant ab eo prædictæ, perueniant, cum tãta aũt potestate atq; auctoritate prædicta sint, manifestissime declarat deũ uere esse, qui homo factus salutaria præcepta humilib. tradidit. Quid uero inde dicẽdũ est, q̃ pphetæ de ipso ante prædixerunt, non cessaturos principes ex luda, neq; duces de femoribus eius usq; quo ueniat ille cui repositũ est, regnũ scilicet, & usquequo ueniat expectatio gentium? Ma-

Matth. 7

Gen. 49

nifestissimũ enim ex ipsa historia, & ex his quæ hodie peruidentur, quia ex temporib. Christi ultra reges apud Iudæos non extiterunt: sed & oẽs ambitiones illæ Iudaicæ in quibus iactantiæ quãplurimũ gerebant, & in quibus gloriabantur, id est uel de templi decore, uel de altaris insignibus, atq; omnib. illis sacerdotalib. infulis, indumẽtisq; pontificũ, simul uniuersa destructa sunt. Cõpleta est enim prophetia quæ dixerat: Per dies multos sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, nec est sacrificiũ, neq; altare, neq; sacerdotiũ. Ex quo utiq; subuersum est tẽplum, nec hostiæ offerũtur, nec altare inuenitur, nec sacerdotiũ constat, certissimũ est defecisse principes ex Iuda, sicut scriptum est, & ducẽ ex femoribus eius, usquequo ueniat ille cui repromissum est. Cõstat ergo quia uenit ille cui repositũ est. Quod manifeste uidetur impletũ de multitudine eorum qui
Deut. 32 per Christũ deo ex diuersis gentibus crediderũt. Sed & in Deuteronomij cantico per prophetiã designat̃ pro peccatis prioris populi futura esse electio insensatæ gentis: nõ alia utiq; ẽt hæc quę per Christum facta est. Sic enim ait: Exacerbauerunt me in simulacris suis, & ego in zelo cõcitabo eos. Est ergo satis euidenter ostendere quẽadmodum Hebræi qui deum exacerbasse dicunt̃ in his qui nõ sunt dij, & irritasse eum in simulacris suis, irritati sunt & ipsi in zelotypiã per gentem insipientem quam deus elegit per
1. Cor. 1 aduentũ Iesu Christi & discipulos eius. Sic em̃ dicit Apostolus: Videte enim uocationem uestrã fratres, quoniam non multi sapientes secundum carnẽ, nõ multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit deus, & ea quæ non sunt, ut ea quæ erant, prius destrueret. Nõ ergo gloriet̃ omnis caro in cõspectu dei. Sed & de his quæ in psalmis prophetant̃ de Christo, quid dicendũ est? de eo maxime q̃ superscribit̃ Canticum pro dilecto? ubi refertur, quia lingua eius calamus scribæ uelociter scribẽtis, decorus specie super filios hominũ, quoniã diffusa est gratia in labijs eius. Hoc est, q̃ breui tempore transacto doctrina eius diffusa est. Anno enim & aliquot mensibus docuit, uniuersus tamen orbis prædicatione ac fide pietatis eius impletus est. Orta est ergo in diebus eius iustitia, & multitudo permanens usq; ad finẽ, qui finis ablatio lunæ appellata est, et dominat̃ à mari usq; ad mare, et à flumine usq; ad terminos orbis terrę. Datũ est
Matth. 1 aũt & signũ domui Dauid. Virgo enim in uentre concepit, & peperit Emmanuel, q̃d̃ interpretat̃ nobiscum deus: & impletum est qd̃ ait ipse Propheta: Nobiscum deus, scitote gentes & uincimini. Victi enim nós sumus, & superati ex gentibus, & uelut exuuię eius existimus qui eius gratię nostra colla subiecimus. Sed & locus natiuitatis eius
Mich. 5 prędictus est in Michæa propheta dicente: Et tu Bethleẽ terra Iuda, nequaq̃ exigua es in ducibus Iuda: ex te em̃ exiet dux qui regat populũ meum Israel. Sed & septimanę annorum impletæ sunt usq; ad Christum ducẽ, quas prædixerat Daniel propheta. Adest nihilominus & is qui per Iob prædictus est beluam ingentẽ cõsumpturus, qui & dedit potestatẽ familiaribus suis discipulis calcare super serpentes, & scorpiones, & super omnem uirtutem inimici, nihil ab eo nocendis.

PAMPHILVS.

H Hæc de summis rebus, id est de sancta trinitate, Origenis fides quã ex paucissimis testimonijs de cõpluribus eius uoluminibus assumptam edocuimus. Et quid tã rectum? quid tam uerum? quid tam catholicum? quid certe ad instructionẽ omnium magis utile? uel apud istos certe ipsos qui inimica aduersus eum mẽte desæuiunt, quid tam irreprehensibile? Et quidẽ in summa hæc posuisse de fidei eius documento ac probatione sufficeret, nisi etiã ad reliqua quorum eũ criminantur, respondere necessariũ uideretur. Intueamur tamen quæ sint istæ ipsæ criminationes quæ à maleuolis intenduntur. Prima illa est, quod dicũt eũ innatum dicere filiũ dei. Secunda, quod dicunt eum per prolationẽ secundum Valentini fabulas in substantiã uenisse filium dei dicere. Tertia, quæ his oẽibus ualde contraria est, quod dicũt eum secundũ Artemam uel Paulum Samosatenũ purum hominẽ, id est non etiam deum dicere Christũ filium dei. Quarta post istas est, quæ istis omnibus aduersatur, (cæca enim est malitia) q̃ dicunt eum dicere δοκίμον, id est putatiuè tantum, & per allegoriam, non etiam secundum ea quæ iuxta historiã referũtur, gesta esse omnia quæ à Saluatore gesta sunt. Quinta illa quoq; criminatio est, qua asserunt eum duos Christos prædicare. Sexta. Addunt illud quoq; q̃ historias corporales quæ per omnẽ sanctam scripturã referuntur de gestis sanctorũ, penitus deneget. Septima. Sed

&

& de resurrectione mortuorum, & de impiorũ pœnis nõ leui impugnant eum calumnia, uelut negantẽ peccatoribus inferenda esse supplicia. Octaua. Quidam uero disputationes eius, uel opiniones quas de animæ statu uel dispẽsatione disseruit, culpãt. Nona et ultima uero in eum est criminatio illa, quę cũ omni infamatione dispergitur, μετεμψύχωσις, id est q̃ humanas animas in muta animalia, uel serpentes, uel pecudes asserat transmutari post mortem, & q̃ etiam ipsę mutorum animalium animæ rationabiles sint. Quam criminationẽ idcirco nouissimam posuimus, ut plura de libris eius coacer uantes exempla, euidentius eius falsitas nosceretur. Si ergo bene meminimus, ordines criminationum quas suprà conscripsimus, incipiamus à prima.

Quod ex deo patre natus est filius, & unius est cum patre substantiæ: alienus uero à substantijs creaturarum. Ex primo libro epistolæ ad Romanos.

ORIGENES.

Q Været fortassis aliquis, si filius charitas est, præcipue propter hoc q̃ Ioannes ad deum patrẽ retulit hanc uocẽ dicens, Quia deus charitas est. Sed rursum ex ipsa eius epistola proferemus & illud quod ait: Charissimi diligamus inuicem, quoniam charitas ex deo est. Qui ergo dixit, quia deus charitas est, ipse iterum charitatem docet esse ex deo: quam charitatem non credo esse alium nisi unigenitum filium eius, sicut deum ex deo, ita charitatem ex charitate progenitam.

De eisdem in quinto libro de Euangelio secundum Ioannem. Item in psal.

V Nigenitus filius saluator noster, qui solus ex patre natus est, solus natura, non adoptione filius est. Vnus ergo uerus deus solus habet immortalitatẽ, lucẽ habitat inaccessibilẽ. Vnus, ait, uerus deus, ne scilicet multis ueri dei nomen conuenire credamus. Ita ergo & hi qui accipiunt spiritũ adoptionis filiorũ in quo clamant Abba pater, filij quidem dei sunt, sed non sicut unigenitus filius. Vnigenitus enim natura filius, et semper et inseparabiliter filius est: cæteri uero pro eo quod susceperunt in se filiũ dei, potestatem habent filij dei fieri. Qui licet nõ ex sanguinibus, neq̃ ex uoluntate carnis, neq̃ ex uolũtate uiri, sed ex deo nati sunt, nõ tamẽ ea natiuitate sunt nati qua natus est unigenitus filius. Propter quod quantam differentiam uerus deus habet ad eos quibus dicitur, Ego dixi, dij estis: tantã differentiam habet uerus filius ad eos qui audiunt, Filij excelsi omnes. Ioan. 1

De libris epistolæ ad Hebræos, quod homousios est cum patre filius, id est unius cum patre substantiæ, alienus à substantijs creaturæ.

Interrogamus igitur eos quos piget confiteri deum esse filium dei, quomodo poterat sola humana natura nihil in se habens eximiũ, neq̃ aliquid diuinæ substantiæ, hæreditatẽ capere omnẽ principatum, & omnẽ potestatem, & uirtutẽ, & his omnibus præferri ac præponi à patre. Vnde rectum uidet quod præstãtior esse debeat is qui hæreditatem capit, & genere utiq̃, & specie & substantia, & subsistentia uel natura, atq̃ omnibus quibuscunq̃ modis debet esse præstantior.

Et post pauca in eodem libro.

Cum autẽ discutitur hoc quod dictum est de filio dei, q̃ sit splendor gloriæ, necessario uidetur simul differendum & illud quod dictum est, nõ solum quod splẽdor est lucis æternę, sed & quod huic simile in sapientia Salomonis refertur, in qua seipsam sapientia describit, dicẽs: Vapor enim est uirtutis Dei, & aporrhœa omnipotẽtis Dei gloriæ purissima. Et post aliquanta: Oportet autẽ scire nos quia per ineffabilia quędã & secreta, ac recõdita quodã modo uim sibi faciẽs scriptura sancta conatur hominib. indicare & intellectũ suggerere subtilẽ uaporis nomẽ inducens. Quod ideo de rebus corporalibus assumpsit, ut uel ex parte aliqua possimus intelligere quomodo Christus qui est sapiẽtia, secundũ similitudinẽ eius uaporis q̃ de substãtia aliqua corporali procedit, sic etiam ipse ut quidã uapor exorit de uirtute ipsius dei: sic & sapientia ex eo procedens, ex ipsa substantia dei generat. Sic nhilominus & secundũ similitudinẽ corporalis aporrhœæ, esse dicitur aporrhœa gloriæ omnipotentis pura quædã & syncera. Quę utręq̃ similitudines manifestissime ostendunt cõmunionẽ substãtiæ esse filio cũ patre. Apor thœa enim ὁμόσιος uidetur, id est unius substantiæ cũ illo corpore ex quo est uel apor- Sap. 7

rhœa, uel uapor. PAMPHILVS. Satis manifeste, ut opinor, & ualde euidēter ostensum est, quod filium dei de ipsa dei substantia natum dixerit, id est homusion, quod est eiusdē cum patre substantiæ, & non esse creaturā, neq; per adoptionē, sed natura filiū uerū, & ex ipso patre generatū. Superest ut & secundæ criminationi illatæ sibi ab accusatoribus per nos quidē prolatis, sed suis uerbis ipse respōdeat, duobus uel tribus testimonijs adhibitis, quibus æquum est secundum legem nostram omne uerbum stare.

Quod non per prolationem natum dicat esse filium dei secundum Valentini impietatem. ORIGENES.

Go arbitror q̄ sufficere debeat uoluntas patris ad subsistendū hoc quod uult pater. Volēs em̄ non alia uia utit̄, nisi quæ cōsilio uoluntatis profert.
E Ita ergo & ab eo filij subsistentia generat̄: quod necesse est in primis suscipi ab his qui nihil ingenitū, id est innatū præter solū deum patrem fatentur. Obseruandū nanq; est ne quis incurrat in illas absurdas fabulas eorū qui prolationes quasdā sibijpsis depingunt, ut diuinā naturam in partes uocēt, & deū patrē quantū in se est diuidant, cum hæc de incorporea natura uel leuiter suspicari nō solū extremæ impietatis sit, uerū etiā ultimæ insipientiæ, nec omnino uel ad intelligentiam cōsequens, ut incorporeæ naturæ substātialis diuisio possit intelligi. Magis aūt sicut uoluntas procedit è mēte, & neq; partē aliquam mētis secat, neq; ab ea separat̄ aut diuiditur, tali quadā specie putandus est pater filium genuisse, imaginem scilicet suam: ut sicut ipse est inuisibilis per naturā, ita imaginē quoq; inuisibilem genuerit. Verbum enim est filius, & ideo nihil in eo sensibile intelligendū est. Sapientia est, & in sapientia nihil corporeū suspicandū est. Lumen est uerū quod illuminat omnē hominem uenientem in hunc mundum, sed nihil habet commune ad solis huius lumen.

De his ipsis ex IIII. lib Peri archon.

Tempus est, decursis his quæ de patre & filio & spiritu sancto disseruimus, de illis quoq; quæ à nobis relicta fuerunt, pauca repetere. Deus pater cū & inuisibilis sit, & inseparabilis à filio, nō per prolationem ab eo (ut quidam putant) generatus est. Si enim prolatio est filius patris, prolatio uero dicitur quæ talem significat generationem, qualis animalium uel hominum solet esse progenies, necessario corpus est & is qui protulit, & is qui prolatus est. PAMPHILVS. Tum deinde in consequentibus uehementius aduersum Valentini hæresim talia scribentem inuectus longe his contrariam suā sententiam secundum catholicæ fidei protulit ueritatem.

Ex II. libro secundum Ioannem.

Vnigenitus ergo deus saluator noster solus à patre generatus, natura & nō adoptione filius est, natus aūt ex ipsa patris mente, sicut uoluntas ex mente. Non em̄ diuisibilis est diuina natura, id est ingeniti patris, ut putemus uel diuisione, uel imminutione substātiæ eius filiū esse progenitū. Sed mēs, siue cor, siue sensus de deo dicendus, indiscussus permanens, germē proferēs uoluntatis, factus est uerbi pater, quod uerbum in sinu patris requiescens, annunciat deū quem nemo uidit unquam, & reuelat patrem quem nemo cognouit nisi ipse solus, his quos ad eū pater cœlestis attraxerit. PAMPHILVS. Sufficiat per hæc respōdisse secundæ criminationi, nunc consequenter respondebimus etiam his qui purum hominem, id est sine deo, ab eo dici asserunt Christum.

Quod non purus homo, sed diuinæ naturæ sit Christus, de libro primo Petri archon, ORIGENES.

X eo quod dicit apostolus Paulus, Nō ab hominibus, neq; per hominē, sed per Iesum Christū, manifeste datur intelligi quia non erat homo Chri
E stus Iesus, sed erat diuina natura. Nō em̄ si homo esset, dixisset Paulus hoc quod ait: Paulus apostolus non ab hominibus, neq; per hominē. Si enim homo fuit Iesus, & per ipsum assumptus est in apostolatum Paulus, utiq; per hominē factus erat apostolus. Si aūt per hominē factus erat apostolus, nunquam dixisset, quia neq; per hominem: sed manifeste separat ab humana natura Iesum Paulus per hæc uerba. Non enim sufficit ei dixisse, neq; per hominem, sed adiecit dicens,

Sed

Sed per Iesum Christum. Quē utiq; quia sciebat excellētioris esse naturæ, propterea se dixit uō assumptū esse per hominē. Hæc in initio epistolæ dicens, in sequentibus libris similia adiecit, exponens illud capitulū in quo scriptū est: Notum autē uobis facio fratres euangelium quod prædico uobis, quoniā nō est secundū hominē: neq; enim ego ab homine accepi illud, sed per reuelationē Iesu Christi. Aduerte ergo quid scribit, Quia conuenienter quis & hæc adiungēs prioribus ostēdere poterit his qui negāt deitatē Iesu Christi, sed hominem eum solum pronūciant, quod nō est homo, sed deus, filius dei Iesus Christus. Sic em̄ dicit apostolus, quia euangeliū quod euāgelizaui uobis non est secundū hominē, sed secundū Iesum Christū. Euidēter ergo ostendit quia Christus Iesus nō est homo: si autē non est homo, sine dubio deus est, imò nō aliud erit nisi homo, & deus. Et iterum. Si uerum est quod dicit Paulus, quia nō ab homine accepi illud euangeliū, sed per reuelationē Iesu Christi, certum est quia Iesus Christus qui reuelauit non est homo. Alienū est ab homine reuelare quæ ei occulta sunt, & uelata sunt: quod & si aliquando per hominē fiat, nō tamē ab homine fit, sed ab eo qui in homine loquitur Christus. PAMPHILVS. Tempus est his ita euidenter ostēsis, nos etiam ad insequentis criminationis tendere defensionem breuitatis studio paucorū testimoniorum probatione contentos, aduersus eos qui dicunt eū per allegorias adimere omnia quæ de Saluatore scripta sunt corporaliter facta. ORIGENES. Adiungendum est etiam illud his quæ supra diximus, quoniā corpus Christi non erat alienū à terrena substantia secundū hoc quod filius est Dauid, & filius Abrahā, sicut scribit Matthæus: Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abrahā: Et sicut Paulus dicit, Christum esse ex semine Abrahæ, & ex semine Dauid secundū carnē. Quod ergo dictū est, quia consummatis quadraginta diebus ieiunij, & xl noctibus postea esurijt, sine dubio hoc indicat, qđ euacuari, & repleri similiter ut nostra corpora solent, etiā illius poterat corpus. Si uero quis obijciat nobis huius miraculi rationē de xl dierū ieiunio, facile solui potest cum adhibetur etiā illud exemplū de Moyse, & Helia, qui similiter pertulisse ieiuniū referuntur. Sed & illud, quod itineris labore & æstu fatigatus sedens super puteum requiescit, & sitit, quid aliud indicat nisi neruorū fatigationē, & solis ardore nimio elementū corporei humoris absumptū? Quod uero in melioribus occupatus hoc qđ bibere uoluerat distulit nec bibit, non propterea dicendum est quia nec passus est sitim. Sed & illud qđ frequēter per cœnas uocatur, & in cōspectu omniū manducat, & bibit, nō decipiēs, uel fallens oculos uidentiū facit, neq; putatiue (ut quidam arbitrantur) hæc gerit, maxime cum ita sumeret cibum ac potum, ut à quibusdā etiā quasi prosumptione nimia culparetur, uelut cibū ac potū auidius ac propensius appetens. Si aūt quis uiolentius uelit affirmare, ideo hæc ita esse quia per phantasiā manducabat, & illi quomodo id fieret nesciebant, respondendum est ad ea ex his quæ ipse dominus dixit. Venit Ioannes Baptista, neq; manducans, neq; bibēs, & dicūt, dæmoniū habet. Venit filius hominis manducans & bibēs, & dicunt: Ecce homo deuorator & uinum bibēs. Ipso enim Saluatore dicente quia uenit filius hominis manducans & bibens, quomodo ausus est aliquis dicere, neq; māducasse eum neq; bibisse? Quę utiq; manifesta incredulitas est doctrinæ eius. Si autē manducabat, & bibebat, & substātia uini atq; escæ in carnem eius efficiebatur, sine dubio per oēs corporis eius compages membrorum difundebatur. Spiritalē enim naturā (sicut quidam de eius corpore sentiunt, quod imperite satis & absurde faciunt) impossibile est uini atq; escæ recipere substantiam. Si uero quis indignans obscœnas ad hæc proferat inquisitiones, requirēs si etiā digestiones in corpore fiebant, nihil absurdum uidetur fateri secundum cōsequentiā naturæ corporeæ. Si uero etiā exemplis à nobis hoc exigant affirmari, ostendēdum est illos satis hæc insipienter inquirere. Vbi em̄ ista de apostolis, uel cæteris sanctis facta referūtur, uel etiam de impijs & peccatoribus? Sed & circumcisionis eius ratio nobis quidē non generabit maiorē angustiam, dicentibus eum consequenter humano corpore & circumcisum esse, & præputium eius terrę mandatum fortassis usq; ad tempus: aut si aliter est, in alia disputatione requiretur. Hæc tamē eius circūcisio satis coanguſtabit eos qui ex diuerso sunt. Spiritale enim corpus quomodo poterat circūcidi ferro terreno? Propter quod nō erubuerunt quidam ex ipsis de præputio circumcisionis eius etiā libros ede-

Matth. i

Matth. ii

re,quibus ostendere conarẽtur quod in substantiam cesserit spiritalem. Nõ minus aũt anguſtabũtur etiã illi qui animale corpus dicũt esse corpus Christi. Sed & de sanguine eius & aqua quæ processit de latere eius hasta cõpuncto à milite, eadẽ sentienda sunt. Sed his qui sciunt quid audiat̃ per hoc quod dicitur, quia fixuræ clauorum erãt in eius corpore,manifeste declarat̃ quia caro erat terrena,id est humanæ naturæ: quę utiq; nõ erat talis, ut recipiendorũ uulnerũ subterfugeret qualitatẽ, quasi nõ etiã multa humanæ infirmitatis in ipsa morte sensisset. Anima perturbat̃,& tristis est pro ea usq; ad mortem. Quæ omnia euidenter ostendunt quod non falso, sed quasi homo dixerit, Spiritus quidẽ promptus est, caro autẽ infirma. Eadẽ nihilominus ostendit etiam somni ra-
Marci. 4 tio cum dicitur: Qui erat in puppi super ceruical dormiẽs,sicut Marcus refert, & ab homine suscitatur è somno. Hæc enim licet habeant spiritalẽ intellectum, tamen manẽte prius historiæ ueritate,etiã spiritalis recipiẽdus est sensus. Licet enim cæcos semper curet secundum spiritalẽ intelligentiam,cum ignorantia excæcatas illuminat mentes: tamen & corporaliter tunc cæcum sanauit:& mortuos semper suscitat,fecit tamen & tũc huiuscemodi mirabilia,sicut filiã principis synagogæ,& filium uiduæ,& Lazarũ suscitando. Et quãuis semper cum excitatur à discipulis cõpescat ecclesiæ turbines, uel procellas,tamen certũ est etiã tunc gesta esse ea quæ per historiã referunt̃. Sic ergo sanum est sensum scripturæ recipere,nec oportet inclinare aurẽ his qui dicũt per Mariã,et nõ
Gal. 4 ex Maria eum natum:quod apostolus præsciens ita prædixit: Cum autẽ uenit plenitudo tẽporum misit deus filiũ suum factũ ex muliere,factũ sub lege,ut eos qui sub lege erant redimeret. Vides quia non dixit factum per mulierem,sed factum ex muliere.

PAMPHILVS. Quid tã euidenter aut integre quàm ex his omnibus quæ scripsit cõfirmatur ab eo & dominicorũ gestorũ ueritas, & historiæ scripturarũ fides? Sed persequamur cõsequenter etiam reliqua, in quibus accusatur quasi duos Christos dixerit, unum dei uerbum,& alium Iesum Christum qui ex Maria natus est.

Quod unus sit Christus filius dei.ex primo libro super Esaiam. ORIGENES.

Sicut dicit apostolus, Quoniã æmulatores estis spirituũ: sicut cum unus sit spiritus sanctus, tanti per singulos dicuntur spiritus sancti,quãti sunt hi q habent in se spiritum sanctum: ita & de Christo dicendũ est. Ab uno em Christo multi fiunt Christi,de quibus scriptura dicit: Nolite tangere Christos meos,& in prophetis meis nolite malignari. Sic & ab uno deo multi diĳ dicunt̃, oẽs scilicet hi in quibus habitat deus: sed nobis unus est deus pater ex quo omnia.unus est ergo uerus deus qui(ut ita dixerim)præstator est deitatis,& unus Christus factor Christorũ, & unus spiritus sanctus qui per singulas animas sanctorum facit spiritum sanctũ. Christus uero sicut per hoc quod Christus est facit Christos,ita & per hoc quod filius dei & filius proprius & unigenitus,oẽs eos qui percipiunt ab eo spiritum adoptionis,filios dei facit. PAMPHILVS. Vnum hoc testimonium est quod Christus uerus unus sit,qui participatione sui multos faciat Christos. Adhibeamus tamẽ & aliud ex primo libro de euangelio secundũ Matthæum in quo hoc modo dicit.
Phil. 2 ORIGENES. Si Christus Iesus cum in forma dei esset non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo,sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, & in similitudinem hominum factus,habitu repertus ut homo est,humilians seipsum,factus obediẽs usq; mortẽ,mortem autẽ crucis:dubium nõ est quod natiuitas eius nõ est talis,ut quasi qui ante non fuerit,esse cœperit,sicut de natiuitate hominũ putatur: sed qui prius erat, & erat in forma dei uenit ut etiam formã serui susciperet. Deniq; quod natũ est ex car-
Luc. 1 ne,caro est, inquit: id est qđ natũ est ex ea quæ dixit: Ecce ancilla domini,fiat mihi secundum uerbum tuum: hæc est forma serui, quæ utiq; caro est. PAMPHILVS. Et in tertio libro epistolæ ad Colossenses de eisdem ita scribit. ORIGENES.
Gal. 3 Data est autẽ lex Moysi per angelos in manu mediatoris Christi & uirtute, qui cum esset in principio uerbũ, & apud deũ esset, & deus esset uerbũ, patri in omnibus mini-
Ioan. 1 strauit. Omnia em̃ per ipsum facta sunt,id est, nõ solũ creaturæ, sed & lex & prophetæ:
1. Tim. 2 & ipsemet est mediator dei & hominũ. Quod uerbũ qdẽ in fine seculorũ homo factus est Iesus Christus,sed ante hunc manifestũ in carne aduentũ mediator quidẽ erat homi-

num

num,sed nondũ erat homo.Erat tamen & tunc mediator dei & hominũ: unde & data lex per angelos,in ipsius mediatoris manibus data esse dicit̃,ut esset lex sancta, & mandatum sanctũ,& iustũ, & bonũ,& omnia hæc sanctificarentur à Christo. PAMPHILVS. Sufficere etiã opinor de his tribus testimonijs confutatã esse calumniã. Si quis sane offenditur quod dixit saluatorẽ etiã animã suscepisse,nihil de hoc amplius respondendum puto,nisi quod huius sentẽtiæ nõ Origenes auctor est,sed ipsa sacra scriptura testat̃,ipso domino & saluatore dicẽte:Nemo tollit animam meam à me. Et, Tristis est anima mea usq; ad mortẽ. &, Nũc anima mea turbata est. & multa his similia in sanctis scripturis inuenies.Superest respõdere ad illam accusationẽ quę calumniatur eum omnẽ scripturam in allegoriã uertere, ex ipsis libris quos uel maxime obtrectatores eius incusant,id est de quarto Perí archon libro proferamus,quia non negat ea quæ in scripturis referuntur,etiam secundum literam gesta. Ioan. 10 Matth. 26 Ioan. 12

ORIGENES.

NEquis autẽ suspicetur nos hoc dicere, quia nullam historiam scripturæ factam esse sentiamus,quoniam ex his aliquam nõ esse factam suspicamur: uel nulla præcepta legis secundum literã stare, quoniã quædam secundũ literam dicimus obseruari nõ posse,in quibus uel ratio,uel rei impossibilitas nõ admittit:uel ea quæ de Saluatore scripta sunt nõ putare etiã sensibiliter impleta, uel præcepta eius secundum literã nõ debere seruari. Respõdendum ergo est quoniã à nobis euidẽter decernitur,in quã plurimis seruari oportere historiæ ueritatem. Quis enim negare possit quod Abraham in duplici spelunca sepultus est in Ebron? sed & Isaac,& Iacob,& singulæ eorũ uxores? Vel quis dubitet quod Sichima in portionẽ data est Ioseph? Vel quod Hierusalem metropolis est Iudææ, in qua constructum est tẽplum deo à Salomone? & alia innumerabilia.Multo em̃ plura sunt quæ secundum historiã uera sunt, q̃ ea quæ nudum sensum continent spiritalem. Tum deinde quis non affirmet mandatum hoc quod prȩcepit,Honora patrem tuum & matrẽ tuã,ut bene sit tibi,sine ulla spiritali interpretatione sufficere,& esse obseruantib.necessarium? maxime cum et Paulus eisdẽ uerbis repetens confirmauerit ipsum mandatum. Quid uero oportet dicere de eo quod dictum est: Nõ adulterabis,nõ occides, non furtum facies,nõ falsum testimonium dices,& cætera huiusmodi? Iam uero de his quæ in euãgelio mandata sunt, ne dubitari quidẽ potest quin secũdum literã obseruent̃, sicut cum dicit:Ego aũt dico uobis nõ iurare omnino,& cum ait.Qui autem inspexerit mulierẽ ad concupiscendũ eam, iã mœchatus est eam in corde suo, & apud Paulum apostolum quæ præcipiunt̃.Cõmonete,inquit,eos,cõsolamini pusillanimes, sustinete infirmos, patiẽtes estote ad oẽs. & alia quamplurima. Sed & de singulis sanctorum qui in scriptura sancta cõscripti sunt,quosq; iustos,& electos dei esse scriptura testatur,debet esse quędam fides ab his qui saluari cupiunt.Nõ enim potest esse perfecta in deum fides, nisi quis habeat & hanc fidem,qua de sanctis quod sancti sunt credit̃. Quod aũt dicimus tale est.Qui crediderit in deum,& dogmata eius uera esse susceperit, credit & hoc, quod Adam quidẽ primus homo formatus est: credit & de Eua, q̃ unam ẽ costis Adã sumens deus ædificauerit eã ut esset eius mulier:credit & qđ Enoch, qui in annis ccc placuerit deo, posteaquã Mathusalẽ genuit translatus est: & de Noe quia respõsa accepit ut fabricaret arcã,& solus saluatus est ex diluuio, cum his tantũmodo qui cum eo fuerant arcã ingressi:similiter & Abrahã quod meruerit testimoniũ dei,& quod susceperit hospitio cũ esset sub ilice Mãbre tres uiros ex quibus unus erat dominus:credit & de Isaac uel quomodo natus est, uel quomodo oblatus est à patre, uel quõ respõnsa dei audire meruerit.Sed & de Iacob,quod mutato nomine Israel à deo cognominatus est,de Moyse quod per signa & uirtutes ministrauerit deo.Credit & qđ Iesus Naue exauditus à deo stare fecerit solem super Gabaon, & lunã super uallem Aialon. Quid aũt dicendũ est de fidelibus iudicibus,& de his quæ per eos gesta referunt̃? & in Regnorum libris de Samuele,quod messium tẽpore pluuias à deo poposcerit,& acceperit? & de Dauid quẽ assumpsit dominus ab ouibus, ut regeret Iacob puerum suum, & Israel hæreditatẽ suã? & de Nathan quod prophetauerit: nec non & Gad: sed & de Salomone quod apparuerit ei in uisu dominus:& de Elia qđ assumptus est per ascẽsionẽ in cœlũ,effectis illis omnibus quæ scripta sunt signis & prodigijs:sed & de Helisæo quoniã Gen. 2 8. 18.

quoniam non solũ resuscitauit filiũ Sunamitis, sed & mortuũ super ossa sua profectum. oportet ergo unũquenq; fideliũ credere & omnib. quæ scripta sunt de Ezechia, quod in dieb. eius retrorsum repedauerit umbra solis. Est ergo fides nostra primo quidẽ omnium in dominũ nostrũ Iesum Christũ, consequẽter uero etiã in omnes sanctos patriarchas, uel prophetas, uel apostolos Christi, eo ordine quo superius diximus. PAMPHILVS. Sufficienter ista ad probationẽ catholicæ fidei eius, & qualiter etiã de ipsa scripturarũ historia senserit, dicta sint. Et quoniã inter cæteras criminationes quas ei inferunt est etiã quam maximã ponũt, quod resurrectionẽ scilicet mortuorũ deneget, quę utiq; futura manifeste in ecclesiis prædicat, cõsequens etiã est has ex ipsius nos uerbis calũnias ostendere, & mẽdaces euidẽter arguere eos qui etiã scripta de hoc edere aduersus eũ nõ pepercerũt. Tã ex ipsis ergo libris quos de resurrectione scripsit, q̃ ex cæteris eius diuersis uoluminibus approbabimus etiam in hac parte q̃ catholicè senserit.

Origenes quomodo sentiebat de Resurrectione. ex primo lib. de Resur.

Quomodo enim non uidet̃ absurdũ, ut hoc corpus, quod pro Christo pertulit cicatrices, & pariter cũ anima persecutionũ tolerauit sæua tormẽta, carcerũ quoq; ac uinculorũ & uerberũ supplicia pertulit, igne etiã cruciatũ, ferro cæsum est, insuper & bestiarũ cruentos morsus, crucis patibula, ac diuersa pœnarũ genera perpessum est, tantorũ certaminũ præmijs defraudetur? Quippe si sola anima quæ nõ sola certauerat coronet̃, & corporis sui uasculũ quod ei cũ magno labore seruiuit, nulla agonis & uictoriæ præmia consequat̃, quomodo nõ contra omnẽ rationẽ esse uideatur, ut naturalibus uitijs atq; ingenitæ libidini propter Christũ caro resistens, & uirginitatẽ obtinens cũ ingenti labore, qui continentiæ labor utiq; aut maior corporis q̃ animæ est, aut certe utriusq; æqualis est, præmiorũ tempore altera uelut indigna reijciat̃, altera ueniat ad coronam? PAMPHILVS. His assertionibus incipiẽs uti de resurrectione mortuorũ, per totã uoluminis sui seriẽ euidentissimis approbationibus usus est. In secũdo uero libro eiusdẽ materiæ, cum prædixisset quasi ad gentiles loqueretur, huiuscemodi suam sententiam declarauit.

ORIGENES. Nos uero post corruptionẽ mundi eosdem ipsos futuros esse homines dicimus, licet non eodẽ statu, neq; in ijsdẽ passionibus. Nõ enim iterum ex cõuentione uiri & mulieris erunt, sed uerbi gratia, ea ratio quæ cõtinet Pauli substantiã. Pauli autẽ nunc dico corporalis quę salua permanet: & cum uoluerit deus secundũ ea quę dicta sunt, per sacramentum tubarũ in nouissima tuba facere ut mortui resurgant, per illã ipsam substantiæ rationẽ quæ salua permanet, ut de terræ puluere resuscitent̃ à mortuis ex omnibus locis in quibus ratio illa substantiæ corporalis in ipsis corporibus permanebat, quæ in terrã prolapsa dei uoluntate iterum resuscitant̃. Ex hoc arbitror asserere uolentẽ dixisse apostolum in prima epistola ad Corinthios: post assertionẽ enim resurrectionis mortuorum cum proposuisset sibi ea quę possent ab alijs obijci de resur-
1. Cor. 15 rectione mortuorum, sic ait. Sed dicit aliquis. Quomodo resurgunt mortui? Quo autẽ corpore uenient? Stulte, tu quod seminas non uiuificat̃ nisi prius moriat̃, & quid seminas? nõ quod futurum est corpus seminas, sed nudum granum, ut puta tritici, aut alicuius cæterorum, deus autẽ dat illi corpus prout uult. Cum eñ manifestissime ostẽdisset quia mortui resurgunt, & certũ esset quia Saluator noster cũ ipso corpore resurrexisset quod susceperat ex Maria, nõ aũt satis clarũ esset quomodo resurrecturi essent cæteri, uel quale corpus habituri: cõparat resurrectionẽ seminib. quę seminant̃ in terra, utputa grano frumẽti, quod cũ ceciderit in terrã corrumpit̃: sed rationis illius uirtus est insita in interiorib. eius medullis: ipsa ratiõis uirtus assumpta adiacentẽ sibi terrã, uel aquæ honorem, seu aeris circũstantem temperiem, caloris quoq; sufficientẽ recipiẽs fomitẽ per diuinã potentiã cooperantẽ culmi uel spicæ cõsurgunt: & hoc est quod dicit: Tu quod seminas nõ uiuificat̃ nisi prius moriatur: & quid seminas? non corpus quod futurum est seminas. Ergo hoc quod cadit in terram corpus nostrum, cõparatum est grano frumenti. PAMPHILVS. Et assertis his per huiusmodi consequentiam, post pauca addidit etiam hæc. ORIGENES. Quod autem omnis illa repromissio resurrectionis mortuorum de hoc corpore sit quod mortuum relinquitur, sanctæ scripturæ multis

tis modis hoc ostẽdunt: sed & ipsa hoc domini nostri Iesu Christi resurrectio declarat, qui primogenitus ex mortuis dicitur. PAMPHILVS. Post hæc quibusdam per medium latius disputatis adiecit etiam ista. ORIGENES. Sicut enim plus habet omnis rationabilis anima his quæ uel crescendi, uel nutriendi, uel motus solius officium exhibere dicunt: sic ea ratio quæ in humano corpore est, multo amplius habet, & quæ in reliquis est corporibus, ex eo quod etiam si corruptũ fuerit genus humanum, subsistere rursum potest dei uirtute conseruatũ & custoditum usq; ad resurrectionis suæ tempus. Quod autẽ ubicunq; fuerit restituat, id est ab omni loco in quocũq; fuerit, ita ait Ioannes in reuelatiõe sua: Et reddidit mare mortuos quos habebat in se, & mors & infernus reddiderunt mortuos suos qui erant in eis. Forte em̃ ut ego puto mare hic pro humido omni appellatũ est elemẽto, infernus autẽ pro aere, mors uero pro terra, quasi quãdam cognationẽ his inter se inuicẽ habentibus. Corpus enim puluerẽ mortis uocat scriptura, uel terrã uel corpus mortis. Sane qualis fuerit uniuscuiusq; præparatio in hac uita, talis erit & resurrectio eius. Qui beatus hic uixerit, corpus eius in resurrectiõe diuiniore splẽdore fulgebit, et apta ei mãsio beatorũ tribuet̃ locorũ. Huic uero qui in malitia cõsumpserit tẽpus sibi uitę præsentis indultũ, tale dabitur corpus qđ sufficere & perdurare possit in pœnis. Et arbitror qđ hãc differẽtiã uolẽs ostẽdere Paulus apostolus dicit. Alia caro animaliũ, alia uolucrũ, alia pisciũ, & cætera quæ enumerauit apostolus. Sed sicut nõ est putandũ, quod animaliũ corpus accepturus sit peccator, aut uolucrũ, aut pisciũ, sic neq; solis, aut lunæ, aut stellarũ formã sperãdum est accipere eos qui resurgẽt in gloria: sed exẽpli causa dicta esse hęc ab apostolo sentiendũ est, ut designet̃ per hęc qđ alij ꝓ meritis suis honorabiliores & clariores erũt beatiora quoq; habitacula sortituri: aliorũ uero indignissimus & abiectissimus ꝓ gestorũ scelere erit status, q etiã mutis animalibus dignus sit cõparari. PAMPHILVS. Pauca hæc ad testimoniũ traximus ex multis & innumeris quæ per huiusmodi sensum in ipsis libris quos de resurrectiõe scribit exposuit. Nõ aũt uidetur absurdũ ad maiorẽ satisfactionẽ etiam de reliquis eius libris cõsonas his uel paucas adhibere sentẽtias. In 28. igit̃ libro de Esaia propheta, de illo capitulo scribens, in quo dicit̃: Resuscitabunt̃ mortui, & resurgẽt hi q in sepulchris sunt, ita ait Origenes. ORIGENES. Melius ergo est dicere quod oẽs quidẽ resurgemus, ut & impij ueniant in illũ locum ubi fletus & stridor dentium, & iusti ubi recipiãt unusquisq; in suo ordine secundũ meritum bonorũ gestorum suorũ, cum trãsformabit̃ corpus humilitatis eorũ, ut sit conforme corporis gloriæ Christi: quod seminatũ quidẽ est in corruptione, surget uero in incorruptione: qđ seminatũ est in ignominia, surget in gloria: qđ seminatũ est in infirmitate, surget in uirtute, resurrectionis scilicet tẽpore: & quod seminatũ est corpus animale, surget corpus spiritale. Licet ergo oẽs resurgãt, & unusquisq; in suo ordine resurgat, cõsiderandũ est tamen propter illũ sermonẽ Ioannis, quẽ in reuelatione sua dicit: Beatus qui habet partem in resurrectiõe prima, in hoc secũda mors nõ habet potestatẽ: ne forte diuidi omnis resurrectionis ratio in duas partes possit: id est in eos qui saluãdi sunt iustos, & in eos qui cruciandi sunt peccatores: ut sit una quidẽ bonorũ, quæ dicitur prima: illa uero quæ est miserorũ, secunda dicat̃: & illam quidẽ in omnibus purã, hilarẽ, totius plenã lætitiæ: illam uero alteram totã tristem, totã mœroris plenã, & actibus ac uitæ eorũ dignam qui in præsenti uita dei mandata contẽpserunt, & iudicij eius timore neglecto, semetipsos tradiderunt in operationẽ totius immũditiæ & auaritiæ, nec se præparare conati sunt, ut resistere aduersario possent aduersus cõtrarias atq; inimicas humano generi potestates. Sepulchra aũt mortuorum in hoc loco similiter et in multis alijs secundũ certiorẽ scripturę sensum accipiẽda sunt, non solũ ea quæ ad depositionẽ humanorum corporũ uidentur esse cõstructa, uel in saxis excisa, aut in terra defossa, sed omnis locus in quocũq; uel integrũ humanũ corpus, uel ex parte aliqua iacet, etiã si accidat ut unũ corpus ꝑ loca multa dispersum sit, absurdũ non erit omnia ea loca in quibus pars aliqua corporis iacet, sepulchra corporis eius dici. Si enim nõ ita accipiamus resurgere de sepulchris suis mortuos diuina uirtute, qui nequaq; sunt sepulturę mãdati, neq; in sepulchris depositi, sed siue naufragijs, siue in desertis aliquibus defuncti sunt locis, ita ut sepulturę mandari nõ potuerint, nõ uidebunt̃ annumerari inter eos qui de sepulchris resuscitandi dicunt̃. Quod utiq; ualde absurdũ

Apoc. 20

est. PAMPH. Nihilominus in eo ipso libro interiectis quibusdã dicit. ORIG. Cũ ergo
1.Cor.15 Paulus scribit, quod sicut stella à stella differt in gloria, ita erit & resurrectio mortuorũ: & quod dicit, Seminat̃ in corruptione, surget in incorruptione, & cætera huiusmodi: manifeste hæc de solo corpore scribit. Nõ em̃ anima seminata est in corruptione, aut in infirmitate, aut in ignominia. Deniq; euidẽter adiungit his omnibus, & dicit: Seminat̃ corpus animale: ut ne quis putaret animã esse quæ seminat̃ in corruptione, uel in ignominia, uel in infirmitate. PAMPHILVS. Hęc quidẽ ex his libris quos in Esaiam scribit: nõ prętеribimus uero neq; illũ quẽ de primo psalmo disseruit, in quo etiã de resurrectione ita scribit. ORIGENES. Sicut enim in nobis eadẽ species permanet ab infantia usq; ad senectutẽ, licet characteres multã uideant̃ immutationẽ recipere: ita intelligendũ est hanc speciẽ quæ nunc inest nobis, ipsam permansurã etiam in futuro, plurima tamẽ immutatione melius & glorioſius facta. Necesse est enim animã in locis corporeis habitantẽ uti corporibus talibus quæ apta sunt his locis in quibus degit. Et sicut, uerbi causa, si in aquis maris nos habitare, uel degere poſceret, sine dubio, p habitaculi qualitate necessariũ uideret̃ habere talẽ corporis statũ, & cõpositionem, qualẽ habẽt illa animalia quę in aquis uiuunt: ita nunc cũ cœlorũ habitaculũ promittat̃, secundũ locorum gloriã consequens est aptãdas esse etiã corporum qualitates. Nec ideo tamẽ prior hæc species exterminabit̃, licet glorioſior eius effecta sit permutatio. Sicut em̃ ipsius domini Iesu, uel Moysi, uel Eliæ species nõ erat alia in transformatione q̃ fuerat ante transformationẽ, ita nõ erit alia sanctorũ species etiã si multo glorioſior fiat. PAMPH. Sed & in XV. Psalmo exponens illũ uersiculũ: Insuper & caro mea requieſcet in spe: de carne domini ait hæc. ORIGENES. Dominus Iesus Christus hæc dicit, cuius primo caro requieuit in spe, Crucifixus em̃ primogenitus ex mortuis factus, & post resurrectionem assumptus in cœlũ, secũ terrenũ corpus euexit, ita ut terrerent̃ & obstupescerent
1.Reg.2 uirtutes cœlestes uidẽtes carnẽ ascendisse in cœlũ. De Elia enim scriptũ est, quia quasi
Gen.5 in cœlũ assumptus est: & de Enoch, quia trãslatus est: nõ tamen dictũ est quia ascendit in cœlũ. Offendat̃ qui uult ex nostro sermone: ego aũt cũ omni fiducia asseuero, quia sicut primogenitus ex mortuis est Christus, ita primus carnẽ euexit ad cœlum. Deniq; nouitate ipsa perterrent̃ cœlestes uirtutes, quia quod nunquã uiderãt ante, nũc tandẽ
Esa.63 uidebãt carnẽ ascẽdisse in cœlũ: & propterea dicũt. Quis est iste qui uenit de Edom, id est à terrigenis? Rubor uestimentorũ eius ex Bosor. Videbãt em̃ uestigia uulnerum in corpore eius, ex Bosor, id est in carne susceptа. PAMPHILVS. Et post pauca.

ORIGENES. Hæc propter illud quod dictũ est, quoniã caro mea requieſcet in spe. In qua spe? Non solũ quia ex mortuis resurgit: parũ em̃ hoc est: sed in ea spe requieſcit, quod assumpta est in cœlũ. PAMPHILVS. Quid hoc euidentius & clarius ab aliquo dici potest de resurrectione carnis, quã assignauit non solũ resurrecturã à mortuis, uerumetiã in cœlos, si qua tamẽ id meruerit, assumẽdã, secuturã scilicet eũ qui primogenitus ex mortuis factus, primus in cœlũ naturam carnis inuexit? Quid tamen in XVIII. psalmo exponens illum uersum, In sole posuit tabernaculum suum, sensерit, audiamus.

ORIGENES. Quid est quod dixit: In sole posuit tabernaculũ suum? Quidã quidem dicebãt quod Saluator noster ascẽdẽs è terris ad cœlũ, & corpus suũ assumẽs, peruenit usq; ad eũ circulũ q̃ solis zona nominat̃, & ibi (aiunt) posuit tabernaculũ corporis sui: nõ em̃ ultra erat possibile id progredi. Sed hæc illi ita sentiũt pro eo quod allegoriã nolũt in scriptura diuina recipere: & ideo puræ historię deseruiẽtes, huiusmodi fabulas & figmẽta cõponunt. Nos uero deprecamur omnipotentiã dei, ut nos dignet̃ audire, & secreta nobis spiritalis intelligẽtiæ dignet̃ aperire. Quod ergo à nobis in hoc loco sen-
Psal.19 tit̃, hoc est. In sole posuit tabernaculũ suũ. Quęro quid sit tabernaculũ Christi, et quę sit habitatio in qua tabernaculũ Christi collocat̃. Habitatio tabernaculi Christi sol esse dicit̃: Tabernaculũ uero Christi ecclesiã intelligo. Solẽ autem quem aliũ sentire debeo, nisi illud lumen uerũ quod illuminat omnẽ hominẽ uenientẽ in hunc mundũ? Ipsum
Malach.4 uideo solẽ, de quo dictũ est, Quia timentibus nomen meũ orietur sol iustitiæ, & sanitas in alis eius. In sole ergo posuit tabernaculũ suũ, id est in sole iustitiæ ecclesiã suam collocauit. In illo em̃ sole iustitiæ ecclesia collocata est qui diem æternũ facit, sicut dictũ est. Erit tibi dominus lux æterna, & deus gloria tua. PAMPHILVS. Erubescant etiam

illi

illi qui & hoc de ipso nō dubitauerūt cōcinnare figmentū, quod dixerit corpus uel carnē Christi usq; ad solē uectam, & ibi esse derelictā. Hoc enim ille ab alijs dictū nō recte dictum esse confutat. Sed ostenderunt se ne hæc quidē intelligere posse obtrectatores eius quæ ille ab alijs nō recte dicta coarguit, & quæ sunt quæ ipse cōfirmat. Tū deinde etiam illi impudentiā suam retundāt, qui dicunt eum, corpus quidē resurgere confiteri, carnem uero negare. Desinant aliquādo à maledictis, uidentes eum carnē uerbi dei cum ipso uerbo deo in cœlum quo uerbum dei ascendit, imponere. His coniungit de supplicijs peccatorum, quæ nos quoq; consequenter ad ea quæ supra dicta sunt cōiungemus, quoniam in ordine criminationum iste fuerat ordo digestus.

ORIGENES. De pœnis peccatorum.

E Go arbitror q; sicut in corpore escę abūdantia, & qualitas uel quātitas cibi cōtraria, febres generat, & febres diuersi uel modi, uel tēporis secundū eā mensurā qua intēperies collecta materiē suggerit ac fomitē febrium: quæ materię qualitas ex diuersa intēperie cōgregata, causa uel acerbioris morbi, uel prolixioris existit: ita anima cum multitudinē malorū operum & abundantiā in se cōgregauerit peccatorum, cōpetenti tempore omnis illa malorum congregatio concitaī ad supplicīū, atq; inflammaī ad pœnas: cum mens ipsa uel cōscientia per diuinam uirtutē omnia in memoriā recipiens, quorū in se signa quædā ac formas cū peccaret expresserat, & singulorū gestorum suorū quæ uel fœdè ac turpiter gesserat, uel etiā impie cōmiserat, historiā quandā scelerum suorū ante oculos suos uidebit expositā. Tunc & ipsa cōscientia proprijs stimulis agitaī atq; cōpungiī, & sui ipsius efficiī accusatrix, & testis. Quod ita sensisse etiā apostolū Paulū puto cū dicit: Inter se inuicē cogitationibus accusantibus, aut etiā defendētibus in die cū iudicabit deus occulta hominū secundū euangeliū meū per Iesum Christum. *Rom. 2* PAMPHILVS. Sed & in sequentibus rursum de peccatorū pœnis hoc modo scribit. ORIGENES. Multa sunt enim quę nos latent quę illi soli cognita sunt qui est medicus animarum nostrarū. Si enim ad corporis sanitatem pro his uitijs quæ per escā potūq; collegimus, necessariā habemus interdū austerioris ac mordacioris medicamenti curā: nonnunquā uero si id uitij qualitas depoposcerit, rigore ferri & sectionis asperitate indigemus: quod si & hæc supergressus fuerit modus morbi, ad ultimū conceptū uitiū ignis exurit: quāto magis intelligendū est, medicū nostrum deū uolentē diluere uitia animarū nostrarū, quæ ex peccatorū & scelerū diuersitate collegerāt, uti huiusmodi pœnalib. curis, insuper etiā ignis inferre supplicīū his qui sanitatē animæ perdiderūt? PAMPHILVS. Et post pauca addidit etiā hoc. ORIGENES. Quomodo aūt perneccessaria pœna est ea quā per ignē infert deus, Esaias docēs de Israel quidē dicit: Abluet dominus sordes filiorum ac filiarū Sion, & sanguinē expurgabit è medio ipsorū spiritu iudicij & spiritu adustionis. De Chaldęis autē sic dicit: Habes carbones ignis sedebis super eos: hi erūt tibi adiutorio. *Esa. 47* Et in alijs dicit: Sāctificabit eos dns in igne ardēti. Et in Malachia ꝓpheta ita dicit: Sedēs dns cōflabit sicut aurū & sicut argētū populū suū, cōflabit et purgabit eos, et fundet purgatos filios Iuda. *Malach. 3* PAMPH. Hæc quidē ex libris Peri archon: innumerabilia uero dispersa sunt per oēs libros eius assertiōis huius testimonia, quæ nos studio breuitatis omittimus, cōmemorātes de his solūmodo, quæ in sexto psal. de hoc ipso pœnarū genere disputauit. ORIG. Possibile est cōsiderare ex his maxime dolorib. quos in hoc corpore positi sentimus, qui quāuis magni sint, breuis certe sunt tēporis, ꝓ eo qđ si paulo uehemētiores extiterint, cōtinuo etiā uitæ celerē inferūt finē. Deniq; multi si res poposcerit ꝓ pietatis cōfessione in ipsis tormētis animā reddūt: alij uero in ipso iā coronę aditu positi denegāt fidē, quā usq; ad mortē proposuerāt cōfiteri. Et hoc nō utiq; diminutione propositi patiunt, sed ui doloris nimia & insuperabili superati. Si ergo in hac præsenti uita tā intolerabiles sunt pœnarū dolores, cū iā crassiori anima utiī iudumento: quid putandū est cū id spiritale effectū ex resurrectione recipiet, & eo uehementius utiq; quo subtilius sentiet uim doloris? Puto eī quod quāta differētia est in præsenti seculo nudū uerberari q; uestitū, ad psentiendū scilicet cruciatū, eo q; uehemētius nudū corpus cruciēt uerbera q; uestitū: tantā puto futurā differentiā doloris cū corpus humanū crassitudinis huius indumēto depositō, uelut nudū corpus cœperit sentire tormēta.

PAMPHILVS.

Vfficere arbitror etiã ad huius criminationis calumniã propulsandã, pauca hæc de eius libris testimonia protulisse, quæ innumera sparsim per libros eius manifestum est cõtineri. Nunc aũt ad ea etiã per nos ipsos respondebimus, quæ ei de anima obijciunt, id est quod ante corpus eam factã dicat existere. Sciens nanq; etiam istud dogma de anima non aperte neq; manifeste haberi in ecclesiastica prædicatione, sicubi occasionẽ aliquam, uel suspitionẽ potius disputãdi ei scripturæ sermo suggessit, discutiens & pertractãs ea quæ sensui eius occurrerunt, discernenda hæc legẽtibus exposuit & probãda, non manifesto dogmate, uel abruptæ sententiæ auctoritate definiens, frequẽter & illud addens, Si tamen habere uidẽ aut probaꝫ aliquid cõsequentiæ sermo is quẽ de anima tractauimus. Deniq; in tam multis & tam diuersis eius libris nusquã omnino inueniꝫ unus ab eo liber proprie de anima cõscriptus, sicut habet uel de martyrio, uel de oratiõe, uel de resurrectiõe. Nusq; prorsus librũ proprie de anima scriptũ edidit, sed in diuersis locis (sicut superius diximus) incurrẽtes sibi opiniões ex scripturæ occasione differebat: quod potius maximi signi reuerẽtiæ eius ac timoris in diuinis dogmatibus esse deberet, quod tanti sensus uir & tantæ prudẽtiæ, cũ utiq; magister esset ecclesiæ, & tãta ab eo dicta scriberenꝫ, nõ ausus sit id sibi auctoritatis assumere, ut proprie de anima librũ ederet scriptũ. Proculdubio hæc obseruatio eius illud indicat, quod nihil audebat de hac re manifesto dogmate cõfirmare. Deniq; in eo libro quẽ in epistolã ad Titũ scribit, hæreticũ describẽs, & animæ faciẽs mẽtionẽ, hæc dicit. ORIG. Sunt uero & alia quędã dogmata quę in apostolicis traditionib. nõ habenꝫ, de quibus requires si oportet eos qui quomodo libet de his sentiũt uel pertractãt, hęreticos putãdos: utputa, uerbi causa dixerim, si quis rationẽ humanæ animæ inquirat, cũ de ea neq; quod ex semine traducis ducaꝫ, neq; quod honorabilior & antiquior corporũ cõpage sit, tradiderit ecclesiastica regula. Propter q̃ multi nec cõprehẽdere potuerũt qualiter sentiri oporteret de animæ ratiõe: sed & q aliquid sentire uel differere nisi sunt, à nõnullis in suspitiõe habenꝫ uelut noui aliqd introducẽtes. PAMPH. Deinde post pauca ait. ORIG. Sed & tu ipse apud temetipsum discutiens cõsidera si oportet eũ qui quolibet modo de his opinaꝫ, uel hęreticũ, uel ecclesiasticũ temere definiri, aut si nõ est periculosum de eo pronũciare, quoniã & ipse peruersus sit & peccet, & sit à semetipso dãnatus, q̃ hęreticus dicitꝫ, si quis forte ex his quę supra diximus quãlibet opinionẽ, licet nõnunquã plurimis peregrinã, uideaꝫ inducere. PAMPH. Hæc q̃dẽ ipse in eo libro quẽ superius diximus scribit: nos uero his adiũgimus etiã ista quę nobis ipsa ęquitas uidẽ expescere. Si manifeste ecclesia traderet uel prędicaret cõtraria his quę ille sensit, sine dubio uelut cõtrarius, et resistẽs ecclesiasticis statutis merito culparetꝫ. Nũc uero cũ diuersitas sit apud oẽs ecclesiasticos, & alij alia de anima sentiãt, & oẽs diuersa, quomodo hic magis q̃ ceteri incusandus estꝫ maxime cũ ea quę à reliquis affirmanꝫ, multo magis sint et absurda & sibijpsis cõtraria? Quidã enim opinanꝫ præparatis iã in uẽtre mulierũ deformatisq; corporibus tunc ad prẽsens creari animas, & inseri iã deformato corpori. Hæc uero sentiẽtes, præter hoc qd manifestas probatiões ex sanctis scripturis adhibere nõ possunt, insuper etiã iniustitiã quodãmodo cõditoris accusant, qd nõ æqualiter, id est æquas uitæ conuersationes tribuat omnibus. Statim eñ ut creata fuerit anima, cũ nihil utiq; adhuc in se culpæ cõmiserit, inserit interdũ si ita acciderit cæco corpori, uel aliàs debili, alię uero sanis corporib. & aliæ infirmioribus: & alijs quidẽ multũ uitæ tẽpus tribuit, alijs uero breuissimũ, ita ut interdũ simul ut natæ fuerint exturbenꝫ è corpore: & alię q̃dẽ ad cõuersationẽ agrestẽ quãdã & barbarã, & ubi nihil humani aut honesti est, et super omnia ubi paternę institutiõis impietas obtinet, dirigunt: alię uero ad uiros honestos, sobrios, humanos, ubi & humanarũ legũ obseruatio uiget: interdũ etiã ad parẽtes religiosos, ubi educatio nobilis & honesta, ubi etiã eruditio rationabilis, trãsmittuntur. Quõ igitꝫ assertiones eorũ in talibus diuinã prouidentiã recte omnia dispensantem & æqua lance moderantẽ tanquã bonã & iusti dei poterunt assignare? Iã uero illi q̃ ex traduce animas uenire affirmant, & simul cũ corporali eas semine seminari: siquidẽ (ut quidã ipsorũ affirmare solẽt) nõ aliud dicunt animã esse q̃ insufflationem spiritus dei, illam scilicet quam in initio factura mũdi deus dicitur insufflasse in Adam, de ipsa dei

esse

esse eam substantia profitentes: quomodo nō & isti uidebunt quodāmodo hoc prēter scripturæ regulā, & rationē pietatis asserere, quod substātia dei est quæ peccat, si anima quæ de substātia dei est, peccat? Insuper etiā quod & pœnis subdēda sit ꝓ peccato? Sed & illud quod sequit, quod perabsurdū est incurrere, nō præuidēt, quia necesse est eam simul cū corpore mori, & esse mortalem si simul cum corpore uel seminata uel formata uel nata est. Tum deinde illi qui unā quidem ex nullis subsistentibus à deo factā esse dicunt, animam, id est illā quæ prima facta est in Adam, & ex ea iā omniū hominū animas existere, & secundū corporalē sine dubio succession̄ē traducem quoq; fieri animarū, etiā ipsi quid aliud ostendūt nisi animas esse mortales? Si enim sicut animalia cętera ex solo semine oriunt, ita etiā de hominibus sentiamus, ut cū corpore simul in eodē semine etiā anima diffundat, quid dicemus de his qui imperfecti adhuc & de uētre abortiui sunt: et qui nōnunquā antequā uasculorū naturaliū receptaculis semina sint suscepta, depereūt? in quibus sine dubio inuenit, quod simul illæ etiā quæ naturali ratione seminibus insertæ erāt animæ, extinctæ sint pariter & corruptæ. Siue ergo ex insufflatione dei sint, siue ab una illa quæ prima facta est, necessario simul cū corporibus corrumpentur, si eandē cū corporibus etiā originē sumūt secūdum ipsorū rationē. Aut enim nihil omnino ex rationabili atq; immortali anima participabit id qđ adhuc in uētre receptū est: & repulsa est illa ratio quæ affirmat eā in seminis traduce simul cū corporib. seminatā: Aut si participat, necessitas imminet cōfiteri mortalē esse animā, qđ fides nostra utiq; nō recipit. Veruntamē quid est qđ ex his omnibus ostēdi uolumus? illud ꝓfecto, quod sicut eos qui unamquālibet de his quas supra exposuimus opinionē uerā putāt, nō recta ratione hæreticos quis appellat, ꝓ eo ꝙ neq; ex diuinis scripturis certi aliquid de his uel manifeste dictū esse uideat, neq; in prędicatiōe ecclesiastica cōtineri: ita neq; hūc uirū culpari iustū est, differentē quod sibi uisum est, maxime cū illud præcipue seruauerit quod in ecclesia de animæ cōfessione seruari omnimodè debet, id est ne diuersas naturas esse diceret animarū: quinimmo & dicētes redarguit, & uehemēti assertiōe cōuincit. Ipse aūt fatet unius substātiæ oēs animas & immortales ac rationabiles, liberi arbitrij ac uolūtatis, iudicādas quoq; esse pro his quæ in hac uita gesserūt, esse tamen eas factas à deo ꝙ uniuersa cōdidit et creauit. Quādo aūt factę sint, olim simul, an nunc per singulos nascētiū, quid periculi est alterū è duob. opinari? Sed respōdere possibile est, ut omnis penitus culpādi aditus excludat. Sicut eñ de luminaribus cœli diuersa singuli etiā ipsi ꝙ sunt in ecclesiis sentiūt: aliis quidē opinātibus esse animātia, & rationabiliū animantiū: aliis uero putātibus qđ irrationabilia sint, imò uero quod nō solum uera anima, sed & omni sensu penitus careāt, & sola sine spiritu & sensu sint corpora: nemo tamē merito alterū eorū ꝙ hæc ita diuerse sentiūt, hereticū dixerit, propter hoc ꝙ nō ita aperte de his traditū est in apostolica prędicatiōe: ita etiā eos ꝙ de humana anima dubitāt, & de initio eius uel origine diuersa opinant, nō est rectū hæreticos pronūciare, maxime cū in reliquis ecclesiasticæ doctrinæ regulis quod rectū est & catholicū teneant.

Ouissima criminatio est μετασωματώσεως, hoc est transformationis animarū. Ad quod sicut in cæteris fecimus, ipsius qui accusat respōdebimus uerbis: illud primo perneccessario cōmonētes, quia accusatores eius nō intelligentes qualiter ab eo de ista quæstione tractatū sit, uel quod ratio disputationis ita se habeat, ut non semper uelut ex una persona pronunciari uideantur quæ dicuntur, sed interdum etiam ea quę contrario dici potuerunt, disputent: & hanc esse artē disputandi non aduertentes, obijciunt ei de hoc dogmate, quod quasi ipse senserit ea quæ ex aduersantis persona differuit. Deniq; quod discutiēdi hæc & nō cōfirmandi dixerit causa, ipse per ea quæ post tractatum rei ipsius adiecit, ostendit: hoc modo dicens. ORIGENES. Sed hæc quantum ad nos pertinet non sunt dogmata, sed discussionis gratia dicta sint & abijciantur. Pro eo autē solo dicta sunt, ne uideatur quæstio mota, non esse discussa. PAMPHILVS. Sed hoc in eo loco dixit, in quo de animabus animalium requirebat, non de transmutatione animarum.

In VII. libro in euangeliū secundū Matthæū ita scribit de animarū transmutatione.

ORIGENES. Quidam quidem opinant ex eo quod dictū est: Ipse est Helias qui uenturus est: animā Helię eandē esse quę Ioannis. Quod enim dixit: Ipse est Helias: nō Matth. 11

ad aliud, sed ad animā referendū putauerūt, & ex hoc pene solo sermone dogma introduxerūt μετωσωματώσεως, id est transmutationis animarū, quasi etiā ipso hoc Iesu cōfirmante. Sed oportuerat intueri, quia si hoc uerū esset, in multis utiq; ꝓphetarū uel euangeliorū scriptis simile aliquid inueniri deberet. Tū deinde etiā ille sermo q̄ huic adiūgitur, ostēdit secretiorē quēdā & arcanū sensum in his quę dicta sunt, requirēdū magis q̄
Matth. 13 quod illi secūdū literę solius intelligentiā susceperūt, cū dicit: Qui habet aures audiēdi audiat. Addēdū aūt et illud est: quia si ꝓ peccatis secundū, q̄ ipsi sentiūt trāsmutatio fiat animarū, propter quæ peccata Heliæ anima trāsmutata est in Ioannē, q̄ ab ipso angelo nasciturus prænūciat, à quo & Iesus saluator noster. Quō ergo nō euidētissimū mēdaciū est hoc, ut ille qui tā perfectus fuit, ut nec cōmunem quidē istā mortē gustaret, ueniret ad transmutationē animę, quæ secundū illorū assertionē non potest accidere nisi ex
Ioan. 1 peccatis? Deniq; quō hoc exponēt q̄ dictum est ad Ioannem: Tu Helias es: & dicit nō sum? Sed ut ostendat cōuenire hoc etiā illi uerbo qd̄ dixit dns: Si uultis suscipere, ipse est Helias q̄ uēturus est: hoc qd̄ dixit, Helias ipse est, referendū est ad spiritū & uirtutē
Luc. 1 ipsius Heliæ. Ioānes em̄ præcessit in spiritu & uirtute Heliæ cōuertere corda patrū ad filios.

De eo ipso ex undecimo libro de euangelio secundum Matthæum.

Quidā qui alieni sunt à catholica fide, transferri animas ex humanis corporibus in corpora animaliū putant secudū differentiā peccatorum: nos uero qui id nusquā cautū inuenimus in diuina scriptura, dicimus quia per multam uitæ negligentiā humana prudētia cum fuerit inculta atq; neglecta, efficitur uelut irrationabile pecus per imperitiā uel negligentiam, non per naturam. Similiter autē & hi qui tales fuerint effecti ex propositi sui negligentia qua erudiri neglexerint, si eruditioni se atq; exercitio rationabili tradāt, rationabiles efficiunt atq; prudētes: sicut scriptū est de illis euangelicis canibus qui māducabāt de micis quæ cadunt de mēsa dominorū suorū: ex quibus cōuersa Cha
Matth. 15 nanęa facta est dei filia: secundū quod dicit ad eā Saluator: O filia, magna est fides tua. Sicut enim uirtus animi cōfert unicuiq; ut sit filius dei: ita malitia mētis & uerborū insania atq; impudētia facit unūquenq; secundū autoritatem scripturę appellari canē. Similiter aūt intelligendum est etiam de cæterorum animalium mutorū appellationibus.

De eodem ex libro decimotertio de euangelio secundum Matthæum.

In his Helias nō anima Helię mihi uidet, uti ne incurramus in dogma alienū ab ecclesia dei de trāsmutatione animarū, qd̄ nec ab apostolis traditū est, nec usq; in scripturis cautū est. Cōtrariū enim est his quę dicta sunt ab Apostolo, Quoniā quę uident tēporalia sunt. Et ubi sunt quę oēs scripturę cōfirmant, quod prēsens seculū finiēdū est? Sed
Matth. 24 nec illud poterit stare, qd̄ dictū est: Cœlū & terra trāsibunt, neq; illud qd̄ dicit Apostolo
1. Cor. 7 lus: Transibit em̄ habitus huius mundi: & illud, Cœli peribūt, & ea quæ sequunt. Si em̄
Psal. 102 (ut aiūt autores huius dogmatis) nemo potest in id initiū restitui, qd̄ primo fuit ab initio mūdi usq; ad finē, qua ex causa immutari uel trāsferri animā secūdo uel tertio opus est uel frequēter: Hoc em̄ modo reddi delicta uniuscuiusq; pśonæ perhibent, & pœnas lui, si in diuersa corpora frequētius trāsmutent. Quod utiq; superfluo fiet, si finis ei nullus emēdationis occurrat, nec erit unq̄ quādo nō anima transferat. Et si semper pro delictis animab. ad corpora diuersa redeundū est, quis unquā mūdo dabit finis, ut implea tur quod dictū est: Cœlū & terra trāsibūt? Quod & si concedat (uerbi gratia) ut aliquis sit sine peccato, quē iā nō sit necesse reuolui in corpus, per quot tēpora putabimus inueniri unā fortasse uix animā quæ penitus pura sit, nec ꝓmutatione corporis indigeat? Quod & ipsum si cōcedatur, rursum suo dogmati contrariū efficit. Si enim demus paucas quasq; animas p singulas ad perfectionē posse restitui, ut ultra in corpora uenire nō indigeāt, necesse est (licet p infinita secula & immēsa tēpora) singulis quibusq; animabus ad perfectionē restitutis cessare iā usum corporū, & per hoc finē mūdū recipere ac resolui. Nō tamē uidet ita sanctæ scripturę, quę dicit multitudinē peccantiū relinquendā esse in fine seculi. Quod ex eo manifestissime indicat, quod in euangelio scriptū est.
Luc. 18. 17 Veruntamē putas filius hominis ueniēs inueniet fidē super terrā? sicut enim in diebus Noe, ita erit aduētus filij hominis. PAMPH. Et post aquā de scripturis multa disseruit, ipse iam suā sententiā hoc modo declarat. ORIG. Erit aūt his qui tunc erunt uindicta, non transmutatio animarū: non em̄ iam ad peccandum locus erit: sed alia genera erunt

pœnæ

pœnę. Transmutatio nãq; corporũ pœnã non faciet peccatorũ, ita ut nulla extrinsecus putent inferri supplicia: quin potius est peccatoribus pœnarũ modus, id est ut pro his quæ in hoc corpore gesserũt, pœnã recipiant delictorũ. Manifestũ tamen est quod istæ singulæ rationes his qui possunt rei cõsequentiã diligẽter aduertere, cõtrarię sunt huic dogmati quo perhibent animæ transmutari. Quod si gentiliũ autores sequi uolunt qui opinionẽ istam ex principiorũ suorum cõsequentia persecuti sunt, dicentes cũ hæc fiãt sine dubio, nunq; mundum istũ posse finiri: cõsequens est eos qui hæc uolunt scripturæ nostræ nõ credere, quæ manifestissime pronũciat finẽ mundi futurũ, & non exquirere in ipsis scripturis expositiones, siue assertiones ineptas & incõsequẽtes, ex quibus nullo genere ostendi potest quod secundũ scripturas nostras nunq; finis seculi futurus sit.

De eadem re ex libro de Prouerbijs Salomonis.

Videtur autẽ mihi & illa assertio quæ transformari animas de corporibus in alia corpora asseuerat, peruenisse etiã in aliquos eorum qui Christo credere uidentur, ex quibus dã scripturæ sanctæ occasionibus, nõ intelligẽtes quomodo intelligi debeant quæ scripta sunt. Non enim animaduertunt quomodo homo efficiat aut pullus, aut equus, aut mulus, & putauerunt transmutari humanã animã in pecudum corpora, ut æstimarent quod aliquando serpẽtis susceperit corpus uel uiperę aliquãdo equi uel reliquorũ animalium. Iam ergo cõsequens est & hoc illos dicere debere, quod diabolus qui leo in scripturis dicit, corpore leonis utatur, aut draconis carnibus cum draco nominatur. Ita erit ut secundũ illos transmutatio ista animarũ perueniat & in dæmonũ naturã, ut sit aliquando uel leo uel draco anima habens diabolum. PAMPHILVS. Et paulo post. ORIGENES. Sed superfluæ sunt omnes istæ adinuentiones. Manifestum est enim quod una pœna tam dæmonum naturæ quam humano generi peccatorum à domino præfinita sit illa quam dominus sua sententia designauit dicens: Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius: ostendens quia eadem species pœnarum peccatoribus hominibus & diabolo & angelis eius præparata sit, licet in eadẽ pœna diuersa sit quantitas pœnæ. Alius enim grauius ac uehementius cruciatur pro magnitudine peccatorum: alius autem remissius, cuius leuiora & faciliora peccata sunt.

DE ADVLTERATIONE LIBRORUM Origenis liber, qui est Ruffini.

IN HIS quæ in superiori libro secundũ Apologeticũ sancti martyris Pamphili, quẽ pro Origene græco sermone edidit, prout potuimus, uel res popposcit, latino sermone digessimus, illud est qđ te de I sideriorũ uir Macari admonitũ esse uolo, ut scias hãc fidei quidem regulã quã de libris eius supra exposuimus, esse, quæ & amplectẽda sit & retinẽda. In omnibus emẽ his catholicũ inesse sensum euidẽter probatur: inueniri tamẽ in eius libris quædã ab his nõ solum diuersa, sed nõnunquam etiã cõtraria, & ea quæ ueritatis regulã nõ admittit, quæ nos quoq; nec recipimus, nec probamus. Sed hoc unde acciderit opinionẽ quę ad nos usq; peruenit, ne à te quidẽ, uel ab his qui quod uerũ est, scire cupiunt, celari uolo: si qui tamẽ sunt qui audientes id quod uerũ est, & quod ipsa ratio indicat, acquiescant, & obtrectandi studio nõ quiduis malint esse uerum q; id quod eis obtrectandi materiã perimat. Dubitari nõ puto q; hoc nullo genere fieri potuit, ut uir tã eruditus, tam prudens, certe qđ indulgere etiã accusatores eius possunt, uir qui neq; stultus, neq; insanus fuerit, ipse sibi cõtraria et repugnãtia in suis sentẽtijs scriberet. Aut etiã si ullo genere cõcedamus hoc accidere potuisse: fortassis emẽ dicet aliquis, quia ea quæ in prima ætate cõscripsit, potest fieri ut obliuiscereť in ętate uergẽti, et aliter q; aliquãdo senserat, post pferret: qd faciemus qđ interdũ in eisdẽ locis atq; (ut ita dixerim) in consequẽti pene capite sentẽtię cõtrarij sensus inueniũť inserti? Nũquid in eodẽ opere eiusdẽ libri interdũ (ut diximus) statim in cõsequenti capitulo oblitus sui esse potuit? uerbi causa, ut qui superius dixerat, nusq; inueniri in omni scriptura, ubi spũs sanctus factus uel creatus esse diceretur, continuo subijceret inter cæteras creaturas factũ esse spiritũ sanctum: aut itẽrũ qui patrem & filiũ unius substãtiæ, quod græce ὁμοούσιον dicitur, designauit, in conse-

quentibus ſtatim capitulis alterius ſubſtãtię,& creatũ,poterat dicere eum quem paulò ante de ipſa natura dei patris pronũciauerat natũ? Vel iterũ de reſurrectione carnis, q̃ tam euidẽter pronunciauit naturã carnis in cœlũ aſcendiſſe cũ uerbo dei,atq; inibi cœleſtibus apparuiſſe uirtutibus nouũ et admirandũ eis ſui uiſum prębentẽ,poſſibile erat ut hãc iterũ non eſſe ſaluandã diceret? Quia ergo hæc incidere ne in eũ quidẽ poterãt, qui uel mẽte motus,uel cerebro eſſet inſanus,quid ſit in cauſa,q̃ poſſum breuiter edocebo. Quanta ſit hæreticorũ temeritas,q̃ nihil his ſancti,nihil penſi ſit,facile intelligi datur ex his quæ frequẽter & auſi ſunt & conuicti.Nã ſicut ipſorũ patri diabolo ab initio falſare uerba dei, atq; inflectere à ſuo ordine, & ſui ueneni interſerere uirus ſtudiũ fuit:ita & iſtis ſucceſſoribꝫ.ſuis hãc ſuę artis hæreditatẽ reliquit. Deniq; cũ dixiſſet deus
Gen. 2 ad Adã:Ex omni ligno paradiſi mãducabitis:ille cũ uellet Euam decipere, liberalitatẽ Dei omnia edere permittẽtẽ,una tãtũmodo interiecta ſyllaba, in quãtas coarctauit angũſtias? Ait em̃: Quid eſt q̃d dixit deus,ut ex omni ligno paradiſi nõ mãducetis? Quo ſcilicet per hoc graue eſſe pręceptũ dei apud hominẽ cõquerens,præuaricationẽ præcepti facilius perſuaderet.Hæc exẽpla patris ſui atq; hanc artẽ magiſtri ſui ſecuti hęretici,quoſcunq; ueterũ nobilium tractatorũ inuenerũt de his quę ad gloriã dei pertinent, plene & fideliter diſputaſſe, ita ut ex lectione eorũ unuſquiſq; fideliũ ꝓficere poſſit & inſtrui:nõ pepercerũt ſcriptis eorũ uenenatũ uirus infundere, ſiue interpolãdo quæ dixerãt,ſiue quæ nõ dixerãt,inſerendo, quo facilius uidelicet ſub nomine doctiſſimi cuiuſq; & nobilis inter ſcriptores eccleſiaſticos uiri hęreſis ſuę aſtrueret aſſertio,ex eo q̃d ita ſenſiſſe etiã aliqui de claris uiris & catholicis uiderent. Et horum manifeſtiſſimas inter Gręcos ſcriptores eccleſiaſticos ꝓbationes tenemus.Et quãuis q̃ plurimi ſint ex ueteribus in quorũ libris huiuſcemodi deprehenditur adulterium, paucorũ tamẽ ſufficit adhibere teſtimonia,ex quibus facilius quid etiam Origenis libris acciderit,agnoſcat.

C Lemens apoſtolorũ diſcipulus,q̃ Romanę eccleſię poſt apoſtolos & epiſcopus et martyr pręfuit,libros edidit,qui græce appellant ἀναγνωρισμούς,id eſt recognitio:in quibus cũ ex perſona Petri apoſtoli doctrina quaſi uere apoſtolica in q̃ plurimis exponat, in aliquib.ita Eunomij dogma ſcribit, ut nihil aliud q̃ ipſe Eunomius diſputare credat, filiũ dei creatũ ex nullis extãtibus aſſeuerãs. Tũ deinde etiã illud adulterij inſerit genus,ut naturã diaboli cęterorũq; dæmonũ nõ propoſiti uolũtatisq; malitia,ſed excepta ac ſeparata creaturę,produxerit qualitas,qui utiq; in cæteris omnẽ rationabilẽ creaturã docuerat,liberi arbitrij facultate donatã.Sunt etiã alia nõnulla libris eius inſerta,quæ eccleſiaſtica regula omnino nõ recipit. Quid quæſo de his ſentiendũ eſt,quod apoſtolicus uir,imò pene Apoſtolus, nõ ea ſcribit quæ apoſtoli dicunt? cui Paulus apoſtolus teſtimoniũ dedit, dicẽs: Cum Clemente & adiutoribus meis cæteris,quorũ nomina ſunt in libro uitæ:& ſcribebat hoc quod libris uitæ contrariũ eſt? An id potius credendũ eſt quod ſuprà diximus, quod peruerſi homines ad aſſertionẽ dogmatũ ſuorũ ſub uirorũ ſanctorũ nomine tanquam facilius credenda,inſeruerunt ea quę illi nec ſenſiſſe nec ſcripſiſſe credendi ſunt.

C Lemens quoq; Alexandrinus presbyter & magiſter illius eccleſię, in omnibus pene libris ſuis Trinitatis gloriã atq; æternitatẽ unam eandẽq; deſignat, & interdũ inuenimus aliqua in libris eius capitula, in quibus filium dei creaturã dicit:Nunquid credibile eſt de tanto uiro,tam in omnibus catholico, tam erudito, ut uel ſibi contraria ſenſerit, uel ea quæ de deo non dicam credere,ſed uel audire quidem impium eſt,ſcripta reliquerit?

D Ionyſius quoq; Alexãdrinus epiſcopus,eruditiſſimus aſſertor eccleſiaſticę fidei,cũ in q̃ plurimis in tãtũ unitatẽ atq; ęqualitatẽ trinitatis defendat, ut imperitioribus quibuſq; etiã ſecundũ Sabelliũ ſenſiſſe uideat:in his tamẽ libris ſuis quos aduerſum Sabellij hęreſim ſcribit, talia inueniũt inſerta, ut frequẽter Arriani autoritate ipſius ſe defẽdere conent. Propter q̃d et ſanctus epiſcopus Athanaſius cõpulſus eſt Apologeticũ pro libris eius ſcribere,pro eo q̃ certus erat nõ illũ diuerſè potuiſſe ſentire, ſibiq; ipſi cõtraria ſcribere, ſed q̃ inſerta hęc à maleuolis noſſet. Et hæc quidẽ nos ducti rei ipſius cõſequentia de ſanctiſſimis uiris & eccleſiæ doctoribus ſenſimus,quo ſcilicet nõ putemus eos qui rectã eccleſiaſti-

eam

cam fidē in ꝯplurimis aſtruxerūt,in aliquibus ſibimetipſis aduerſa ſenſiſſe. De Origene uero in quo ſimiliter ut in his quos ſuprà diximus,aliqua diuerſitas inuenit̄ iſtud nō ſufficit ſentire,qđ de præiudicatis iā catholicis ſentit̄ uel intelligitur uiris, nec ſimilib. cauſæ ſimilis ſufficit excuſatio, niſi & ipſius hæc cōquerentis & deplorātis ſcriptis atq; uocibus probemus. Quid enim ipſe dū adhuc eſſet in carne uiuens, ſentiens uidensq; perpeſſus ſit de librorū ſuorum, uel ſermonū corruptionibus, uel adulterinis editionibus,ex ipſius epiſtola quā ſcribit ad quoſdā charos ſuos Alexādriæ euidenter doceť:& per hæc quæ ſit cauſa quod in ipſius ſcriptis quædā ſibi contraria inueniant̄,agnoſces.

De adulteratione uel corruptione librorū ſuorū ex libro epiſtolarū Origenis IIII epiſtolæ ſcriptæ ad quoſdam charos ſuos Alexandriæ.

VERBA Origenis ex epiſtola ipſius quā ad quoſdam charos ſuos in Alexādria ſcripſit,contra eos qui libros eius adhuc eo uiuente adulterauerunt.

Vidam eorū qui libenter habent criminari proximos ſuos,aſcribūt nobis & doctrinæ noſtræ crimen blaſphemiæ,quod à nobis nunquam audierūt:de quo ipſi uiderint,nolētes obſeruare mandatū illud quod dicit, quia maledici regnum dei nō poſſidebūt, dicentes patrē malitiæ ac perditionis, & eorum qui de regno dei eiiciuntur,id eſt diabolū me dicere eſſe ſaluandū,quod ne aliquis quidē mēte motus,& manifeſte inſaniens dicere poteſt.Sed nihil mirū mihi uidetur,ſi adulteretur doctrina mea ab inimicis meis,& tali adulterio corrumpat̄,quali adulterio corrupta eſt epiſtola Pauli apoſtoli.Quidā enim ſub nomine Pauli apoſtoli falſam epiſtolam ſcripſerūt, ut conturbarent Theſſalonicenſes, quaſi inſtaret dies domini, & ſeducerent eos. Propter hanc epiſtolā in ſecunda epiſtola quam ad Theſſalonicenſes ſcripſit, hæc dixit: Rogamus aūt uos fratres per aduentū domini noſtri Ieſu Chriſti, & per ueſtram congregationem in ipſum,ut non moueamini cito à ſenſu ueſtro,neq; terreamini, neq; per ſpiritum,neq; per uerbum,neq; per epiſtolam tanq; per nos miſſam,quaſi inſtet dies domini:nemo uos ſeducat ullo modo. Talia ergo quædā uideo etiā nobis accidere. Nā quidā auctor hæreſeos cū ſub præſentia multorū habita inter nos fuiſſet diſputatio, & deſcriptū accipiēs ab his qui deſcripſerant codicē,quę uoluit addidit,& quę noluit abſtulit,& qđ ei uiſum eſt permutauit,circūferens tanq; ex nomine noſtro inſultās, & oſtendens ea quæ ipſe cōſcripſit. Pro quibus indignantes fratres q in Paleſtina ſunt, miſerūt ad me Athenas hominē qui acciperet à me ipſum authenticū exēplar,quod ne relectū quidē uel recenſitū à me antea fuerat,ſed ita neglectū iacebat, ut uix inueniri potuerit. Miſi tamē,& ſub deo teſte loquor:quoniā cum conueniſſem illum ipſum qui adulterauerat librū,quare hoc feciſſet,uelut ſatisfaciens mihi reſpondit: Quoniā magis ornare uolui diſputationē illā atq; purgare. Videte quali purgatione diſputationē noſtrā purgauit: tali nēpe quali purgatione Marcion euāgelia purgauit uel apoſtolū,uel quali ſucceſſor eius poſt ipſum Apelles.nam ſicut illi ſubuerterūt ſcripturarū ueritatē: ſic & iſte ſublatis quæ uere dicta ſunt,ob noſtri criminationē inſeruit quæ falſa ſunt. Sed licet homines hæretici & impij ſint qui hæc facere auſi ſunt, tamē habebunt & illi iudicē deū, qui talibus aduerſum nos criminationibus accōmodant fidē.Fecerunt aūt hoc & alij nōnulli cōturbare uolentes eccleſias.Denicq; in Epheſo cū uidiſſet me quidam hæreticus,et cōgredi noluiſſet,neq; omnino os ſuū aperuiſſet apud me,ſed neſcio qua excauſa id facere uitaſſet,poſtea ex nomine meo & ſuo cōſcripſit qualē uoluit diſputationē, et miſit ad diſcipulos ſuos,ut ego qdē cognoui ad eos q Romę erāt:ſed nō dubito quin & ad alios qui per diuerſa ſunt. Inſultabat aūt & apud Antiochiā priuatq; ego illuc ueniremita ut & ad ꝯplurimos noſtrorū peruenirent ipſa diſputatio quā parauerat. Sed ubi affui,multis eū præſentibus argui. Cumq; iam ſine ullo pudore pertenderet impudenter aſſerere falſitatē,popoſci ut liber deferret̄ in mediū, ut ſcelus meū agnoſceret̄ à fratribus,q utiq; cognoſcerēt, quæ ſoleo diſputare,uel quali ſoleo uti doctrina. Qui cū ausus nō eſſet ,pferre librū,conuictus ab omnib.& confutatus eſt falſitatis, & ita p ſuaſum eſt fratrib.ne aurē criminationibus præberēt. Si quis ergo credere uult mihi in cōſpectu dei loquēti,etiā de his quę in epiſtola mea cōficta ſunt & inſerta credat:ſin aūt quis nō credit, ſed uult de me male loqui,mihi quidē nihil dāni cōfert:erit aūt ipſe falſus teſtis apud deū,aduerſus proximū ſuū teſtimoniū falſum uel dicens,uel dicentib.credēs.

2. Theſſ. 2

Hæc

Æ.c ipſe adhuc ſuperſtes conqueriť, quæ ſcilicet per ſemetipſum deprehendere
H potuit adulterata eſſe in libris ſuis atq; falſata. Meminimus ſanè etiã in alia eius epiſtola ſimilẽ nos de librorũ ſuorũ falſitate legiſſe querimoniã: cuius epiſtolæ exemplar in præſenti nõ habui, ut etiã ipſius teſtimonium his pro fide ueritatis adiungerem. Sed ſufficere arbitror ad ſatisfaciendum his qui non contentionis atque obtrectationis ſtudio, ſed amore ueri audiunt quæ dicuntur. Nam quod in ueteribus ſanctis ac præiudicatis catholicis uiris, quorum ſuperius fecimus mentionem, ſolo argumento ex rerum cõſequentia, ac recti tenore prę ſumpto oſtenditur & probaťr, quod ſi quid in libris eorum contra eccleſiaſticam fidem inuenitur, id inſertum ab hæreticis potius q̃ ab his ſcriptũ putetur: hoc in Origene non argumento ſolo ſimili ut illis, ſed teſtimonio querimoniarum ſuarum ex ſuis ſcriptis prolato, abſurdum non puto ſi credatur, ne uelut ſtultus aliquis aut inſanus contraria ſibi ſcripſiſſe uideatur.

E hæreticorũ uero temeritate, ut credi iſtud ſcelus facile poſſit, illa res maximũ
D credulitatis præſtat exemplũ, qd' abſtinere impias manus ne à ſacroſanctis qdẽ euãgeliꝫ uocib. potuerũt. Apoſtolorũ uero uel actus, uel epiſtolas qualiter polluerint, qualiter corroſerint, qualiter in omnib. macularint, uel addẽdo impia, uel aufe rẽdo quę pia ſunt, ſi quis uult plenius ſcire, ex his libris Tertulliani, quos aduerſus Marcionẽ ſcripſit, pleniſſime recognoſcet. Quid ergo iam erit magnũ ſi Origenis ſcripta temerarũt, hi q ſaluatoris dei noſtri dicta auſi ſunt temerare? Nec ſanè diuerſitas dogmatũ alicui aſſertiõis noſtrę deneget fidẽ, qd' alterius hęreſis fuerint illi q euãgelia deprauarũt, ad alterã uero hęreſim reſpiciãt iſta quæ diximus, Origenis libris inſerta: cognoſcat q de his dubitat, qd' ſicut in oĩb. ſanctis eſt ſpũs dei, ſicut & Apoſtolus dicit, quia ſpũs ꝓphetarũ ꝓphetis ſubiectus eſt: q et iterũ ait, quod oẽs unũ ſpiritũ potauimus ita & in hæreticis unus eſt diaboli ſpiritus, qui eos eandẽ ac ſimilẽ ſemper malitiam docet.

Erum ne cui forte minus ad credendũ uideantur idonea ea quæ ex libris Grę co
V rũ ſcriptorũ exempla protulimus, quamuis Grę cus ſcriptor ſit pro quo ſatisfacere uidemur, tamen quia quodammodo in latinam linguam ſermo deuolutus eſt, & ſatisfieri etiam latinis hominibus pro his qui ex calumnioſis interpretationibus uulnerantur magnopere popoſciſti, non pigebit etiam latinis ſcriptoribus talia quędã accidiſſe monſtrare, & calumnias immẽſas ex adulteratione librorum ſuorum ſanctis & probatiſſimis uiris eſſe cõmotas. Et ne quid perfectæ credulitati deſit, res quæ ſunt adhuc memoriæ noſtræ retexam, quo teſtimoniꝫ ueritas neminem lateat.

Ilarius Pictauienſis epiſcopus confeſſor fidei catholicę fuit: hic cũ ad emendatio
H nẽ eorũ qui Ariminenſi perfidiæ ſubſcripſerant, libellũ inſtructionis pleniſſimę cõſcripſiſſet, cumq; libellus ipſe in manus inimicorum & maleuolorum (ut quidam dicebant) corrupto notario, aliꝫ uero alia occaſione narrabãt, quid intereſt? tamẽ cum in manus inimicorum ipſo ignorante ueniſſet, ita ab eis corruptus eſt, illo ſancto uiro nihil penitus ſentiente, ut poſtea cum ad concilium epiſcoporum ſecundũ ea quæ ſe in libello ipſius nouerant corrupiſſe, hæreticum eum inimici arguere cœpiſſent, & ipſe libelli ſui fidẽ pro ſui defenſione flagitaret, de domo ſua prolatus libellus talis inuentus ſit, quem ipſe non agnoſceret: Fecere tamen eum excommunicatum de conciliꝫ conuentione diſcedere. Verum quia uiuenti, & adhuc in corpore poſito, res quãuis ſcelerata & inaudita contigerat, dolo cognito factio deprehenſa, retecta ſcelerum machina potuit emendari. Adhibita enim curatio eſt aſſertionibus, ſatisfactionibus, & omnibus quæ uiuentes pro ſe facere poſſunt. Nam mortui pati nihil refutant.

Ancti Cypriani martyris ſolet omne epiſtolarũ corpus in uno codice ſcribi: huic
S corpori hæretici quidã qui in ſpiritum ſanctũ blaſphemãt, Tertulliani libellũ de Trinitate reprehenſibiliter (quantum ad ueritatem fidei noſtræ pertinet) ſcriptum inſerentes, & quamplurimos codices de talibus conſcribentes, per totam Conſtantinopolim urbem maximam diſtrahi precio uiliori fecerũt, ut exiguitate preciꝫ homines illecti ignotos & latentes dolos facilius compararent, quo per hoc commẽtum hæretici perfidiæ ſuæ fidem tanti uiri auctoritate cõquirerent. Accidit tamen ut recenti adhuc facto quidam ex noſtris fratribus catholicis inuenti, admiſſi ſceleris commiſſa retegerent, & ex parte aliqua ſi quos poſſent ab erroris huius laqueis reuocarent.

Quam-

Quamplurimis tamen in illis partibus sanctum martyrem Cyprianum huius fidei quæ à Tertulliano non recte scripta est, fuisse persuasum est.

Adijciam adhuc unius facti talis exemplũ, quod memoriæ quidem recẽtioris est: cõmissæ autem nequitiæ antiquum satis, & quod omnes ueterũ fabulas uincat.

D Amasus episcopus cũ de recipiẽdis Apollinarianis deliberatio haberẽt, editio nẽ ecclesiasticæ fidei, cui ijdẽ editioni si ecclesiæ iungi uelint subscribere deberent, cõscribendã mãdauit cuidã amico suo presbytero uiro disertissimo, q hoc illi ex more negotiũ procurabat. Necessariũ uisum est dictãti in ipsa editione de incarnatione domini, hominẽ dominicũ dici. Offensi sunt in hoc sermone Apollinaristę, no uitatẽ sermonis incusare cœperũt: adesse sibi cœpit qui dictauerat, & ex auctoritate uera scriptorũ catholicorũ uirorũ confutare eos q impugnabãt. Accidit, ut & uni ex ipsis qui nouitatẽ sermonis causabanẽ, ostenderet in libello Athanasii episcopi scriptũ esse sermonẽ de quo quæstio habebaẽ: quasi suasus iã ille cui probatũ fuerat, rogauit dari sibi codicẽ, quo & alijs ignorantibus & contradicentibus satisfaceret. Accepto codice, inauditũ excogitauit adulterationis genus. Locũ ipsum in quo sermo iste scriptus erat, rasit, & ipsum sermonẽ rursum rescripsit quem raserat. Codex redditus simpliciter rece ptus est. Mouetur iterũ pro eodẽ sermone quæstio: ad probationẽ codex profertur, inuenitur sermo de quo erat quæstio, ex litura in codice positus, fides proferenti talẽ codicẽ derogatur, eo quod litura illa corruptionis & falsitatis uideretur indiciũ. Sed quoniam (ut iterũ eadem dicam) uiuenti hæc facta sunt à uiuente, continuo egit omnia ut fraus cõmissi sceleris nudaretur, ac nequitiæ macula non innocenti uiro qui nihil tale gesserat adhæreret, sed in auctorem facti, atq; in uberiorem eius infamiam redundaret.

S Iergo & Origenes talia ab hæreticis, & maleuolis se esse perpessum in epistola sua propria uoce cõqueritur, & multis alijs uiris catholicis tam uiuis q; mortuis eadẽ acciderũt, similesq; fraudes scriptis eorũ probanẽ illatæ, quę tandẽ animorũ obstinatio est, in æquali causa nõ ęquali uti uenia? sed ex ijsdẽ accidentibus alijs excusationis reuerentiã, alijs criminationis infamiã intendere? Quin potius aperiẽda est hoc in loco ueritas latẽs: non eñ possibile est tã iniquo iudicio utiq; quenq; hominũ, ut de causa æquali nõ ęqualiter sentiat. Sed quod auctores obtrectatorũ eius ij sunt qui uel in ecclesia disputare latius solẽt, uel etiã libros scribere qui totũ de Origene uel loquunẽ uel scribũt, ne ergo plura eorũ furta cognoscanẽ: q utiq; si ingrati in magistrũ nõ essent, nequaq; criminosi uiderenẽ, neq; simpliciores quosq; ab eius lectiõe deterrerẽt.

Hic notatur Hieronymus.

D Enicq; quidam ex ipsis qui se uelut euangelizandi necessitatem per oẽs gentes & per oẽs linguas habere putat, de Origene male loquens, sex millia librorum eius se legisse, quamplurima fratrum multitudine audiente, confessus est. Qui si utiq; ut ipse dicere solet, pro cognoscendis malis eius ipsos legebat, sufficere poterant ei decẽ libri ad cognoscendum, aut uiginti certe, uel ut plurimũ triginta. Sex millia aũt librorum legere, iam non uelle cognoscere est, sed totam penè uitam suam disciplinis eius & studijs dedere. Quomodo ergo meritõ iste audiẽdus est, cum eos culpat qui instructionis suæ causa perpauca eius salua fidei regula, atq; integra pietate legerunt?

S Vfficere hæc ad ostendendum qualiter de Origenis libris sentiẽdum sit, puto: quod omnis qui non contentionis sed ueritatis studium gerit, facile his tam euidentibus assertionibus acquiescat. Quod si quis in cõtentione sua permaneat, nos talem consuetudinem non habemus. Definitum enim est apud nos siquando eum legimus secundum sancti Apostoli commonitionem tenere quæ bona sunt: si quid autem inuentum fuerit in his quod cum fide catholica non consonat, hoc & ab hæreticis suspicamur insertum, & tam ab illius sensu, q; à nostra fide ducimus alienum. In quo etiam si fallimur, nihil (ut opinor) periculi huiusmodi errore incurrimus. Nã & ipsi, Deo iuuante, permanemus illæsi, uitando ea quæ suspecta habemus, & improbamus, & accusatores fratrum nõ inueniemur apud deum, quia diaboli proprium esse hoc opus dicitur accusandi fratres: unde & diabolus à criminando nomen accepit: simul & maledicorum sententiam quæ à regno dei separat eos qui tales sunt, declinamus.

Tomi operum Origenis primi, finis.


FRO
BEN.